

10
5-G
25

10
1 M
8

SVPPLEMENTVM CHRONICORVM,

OMNES FERE HISTORIAS QVAE AB ORbe condito hactenus gestæ sunt, iucunda admodum dicendi breuitate complectens. Opus sanè quàm vtilissimũ, & cuiusuis conditionis viro pernecessarium: primum quidem à venerãdo patre Iacobo Philippo Bergomate ordinem Eremitarum professo conscriptum, deinde vero eruditorum quorundã diligentia, multis mẽdis, ac superfluis quibusdã rebus diligẽtissime repurgatũ, in studiosorũ omniũ gratiã atq; vtilitatem.

Cui insuper addita est nostrorum temporum breuis quædam accessio, eorum annorũ historias ac res tum priuatas tum externas cõplectens quæ ab anno.1500.ad annum.1535.tum hic, tum etiam alibi gestæ sunt.









PARISIIS, M.D.XXXV.

Apud Galiotum à prato ad primam columnam Regij palatij.

Cum priuilegio.

Extraict des Registres de Parlement.



Vr la requeste presentee a la Court par Simon de colines & Galliot du pre, libraires iurez de luniuersite de Paris, par laquelle ilz requeroient leur estre permis par ladicte Court faire imprimer & exposer en vente vne ampliacion & continuacion des histoires pour additionner a vng liure intitule, Supplementum supplementi chronicorũ, & que defences fussent faictes a tous aultres libraires & imprimeurs de ne imprimer ou faire imprimer & exposer en vente ladicte ampliacion & cõtinuacion iusques a certain temps, a ce quilz se peussent rãbourser des frais & mises par eulx faictz: Veu par la Court la dicte requeste, ensemble la dicte ampliacion & continuacion, & oy le rapport de certain conseiller de ladicte Court auquel icelle ampliacion & continuacion a este baille pour la veoir, Tout considere, la dicte Court a permis & permet ausdictz de Colines & du Pre libraires de faire imprimer & exposer en vẽte la dicte ampliacion & continuacion des histoires, & faict inhibicions & defences a tous aultres libraires & imprimeurs de ne imprimer ou faire imprimer & exposer en vente icelle ampliacion & cõtinuacion iusques a deux ans prochains venans, sur peine de confiscacion des liures quilz feroient imprimer, & damẽde arbitraire. Faict en Parlement le. xvii. iour de Iuing, Lan mil cinq cens trentecinq. Collacion est faicte.

Du Tillet.



NVM HOC TE VELIM ADMONITVM LEctor priusquam ad huius operis lectionem accingare, nihil hic esse quod non expurgatum atque emendatum summo labore, summa diligentia fuerit, vt omnes ferè historias ac fabulas quæ ab orbe condito hactenus enarrari potuerint, integras, puras, nitidas agnoscere possis. Ita enim egimus, in tuam gratiam, vt quæ nobis videbantur superflua in priore exemplari à Iacobo Philippo Bergomate viro sane docto & indefessi propè laboris conscripto, resciderimus, permulta etiam emendauerimus, quæ partim temporum culpa, partim etiam librariorum, vitiosa ac corrupta videbantur. Quod à nobis factum est, tum vt nihil κακοσύνθετον in tanto volumine reperiretur, tum etiam ne quid minus necessarium, verum historiæ ac narrationis contextum obturbaret. Id vero fecimus præsertim in iis locis in quibus ipse Bergomàs sui temporis atque adeo sui ordinis religiosorum quorundam facta ac scripta longiori dicendi stylo describebat. Cæterum quæ magis necessaria erant in ipsa etiam virorum excellentiũ enarratione, tantum abest vt omiserimus, vt etiam nonnullos alios bello insignes, & antiquorum memoria celebratos addiderimus: bella item ipsa, ac regnorum procursus suæ integritati quantum fieri potuit restituerimus. Quæ res quantum cuique docto sit profutura, solus id iudicare atque agnoscere perfectè poterit, qui tum priuatorum tum publicorum agendorum negotiorum causa, haud vulgarem in antiquarum rerum cognitione adhibebit operam. Quid enim est quæso vtilius, quid præstantius, non dicam futuro oratori, non poetæ aut Philosopho, sed addam etiam cuiusuis sortis ac conditionis viro, quid inquam excellentius aut magis proprium atque accommodum, quàm eas res sine maximo labore habere semper in promptu, quæ ad bellorum, regum, regnorum, temporum, historiarum denique omnium cognitionem spectant? Atqui hæc omnia facili ac breuissimo quodam compendio hoc volumine tibi aperiuntur. Quinetiam ne quid præterea desyderare posses earum rerum quæ ab annis nescio quot ad nostra vsque tempora gestæ sunt, additus est tibi insuper veluti colophon eorum annorum qui à. 1500. ad annum. 1535. subinde transacti sunt. Vt interim taceam indicis sanè copiosissimi commoditatem, quo tibi faciliori via omnia essent ad manum. Vteris igitur fœliciter hoc nostro labore, & si quid fortasse occurrerit minus rectè emendatum, aut indiligẽtius animaduersum (quemadmodum sanè cuicunque ferè operi etiam exactissime polito occurrere solet, vt enim nihil ex omni parte beatum esse potest, ita nihil etiam ex omni parte absolutum) æquo animo feres, & nobis interim parces, melioribus semper atque vtilioribus animum aduertens. Vale.



INDEX COPIOSISSIMVS EARVM OMNIVM REˍrum quæ toto hoc opere descriptæ sunt, vt etiam Pontificum, Imperatorum, Regum, ac principum omnium, fluuiorum itē, montium, regionum ac prouinciarũ nomina iusto ordine complectatur. Cuius prior numerus folium, posterior vero paginam indicat.

B

E

F

G

Heresiar Damnat

Q

R

S

T

FINIS.

ERRATA.

QVEMADMODVM VIX INTER EXSCRIbendum aliquid, quod longum eſt, fieri poteſt, vt omnia vocabula integra, omnes ſententiæ pure & ornate deſcriptæ reperiantur, ita nihil eſt quod tibi mirum videatur lector, ſi in tam magno volumine imprimendo nonnulla elapſa ſint aut inuerſa aut immutata partim librariorum culpa, partim etiam eorū negligentia qui prælo præfuerūt, vt nemini faueamus. Quæ tamen, ſi non omnia, ſaltem quæ obiter inter legendū nobis occurrerunt, hoc loco tibi deſcribere voluimus, vt priuſquā librū euoluas, corrupta loca emendare poſſis. Itaque vt ordinem numerorū intelligas, primus folium, ſecūdus paginam, tertius vero lineam tibi indicat, aut ſi deſit tertius numerus, ſyllaba An, id in marginalibus annotationibus eſſe ſignificabit.

21	1	AN	Nomina filiorum Iſmaelis
27	1	38	Ophiuſa
		46	Lariſſum
28	1	18	Menonem
29	1	35	Pleiades
35	2	21.& AN.	Hellines græci
36	2	27	clariſſimuſq; philoſophus
51	1	AN.	Iole Herculis vxor
52	1	32	Apprimè erudito
64	2	37	ſedeſque locauit Teucrorū, atq; vrbi nomen dedit.
65	1	40	Dirrhachium
	2	16	Patauinam condidit vrbem
91	1	37	Biantem Prienæum
93	2	7	Archilochus
94	1	17	Ante lineā, pherecides, addito lineam aliam hanc, viri doctrinis excellentes
104	1	30	In mediam deferret Athon

106	2		In principijs triū linearū lege, Thucydides, Protagoras, Phidias
108	1	22	Eudoxus
113	2	21	Porus, magnus Indorum rex
118	1	20	Larij lacus
159	1	AN	Ossa T. Liuij in palatio Patauino collocata
164	2	20	Gracchorum
184	2		Vbi de Plinio secundo fit mentio, aduerte quęcunq; in fine huius sermonis dicuntur, ea intelligi debere de plinio Iuniore, cuius extant epistolæ, non autem de eo qui naturalē historiam cōscripsit.
185	1	38	præ pudore
	2		Versus finem, lege vbiq; Antoninus Pius
188	1	32	Britannos, ac paulopost, vbiq; legito Commodus
189	2	12	Hoc anno Seueri iussu incipit
192	1.	8	Catalogo
210	1	AN	Iouinianus pro Iulianus
213	1	AN	Triginta Alemanorum milia interfecta
238	2	9	Nouiodunensis vbiq; legito
250	1	12	Ioannes eius nominis 10. papa
260	1	35	Huiusce gentis tertius
280	1	6	Balduinus, eius nominis primus, secundus Hierosolymorum rex
		17	Balduinus
286	1	26	Noruegia
293	1	27	Dandolus
294	2	AN	Otho 4. Imp.
297	1	7. & AN	Ordo crucigerorum
298	1	AN. vlt.	Helisabeth regis Vngariæ filia
312	2	12	Rhodos insula Lydiæ
		14	Hi nempe
		AN	Turcorum exercitus
315	1	12	Superbam
		14	Innumeros
		17	Lora manu, cui semper
		22	Artibus ingenij redimitus
		23	Fontibus
		32	referetur
316	1	7	Nullum violentum perpetuum
320	1	6	eius nominis 12
322	1	AN	pro Petrus lege, Lorus
335	1	AN	Quinq; cardinales saccis inuoluti demerguntur
340	1	26	dele in
352	2	38	Peloponnesum
360	2	AN	Fœlix papa 219
395	1	20	Idruntum Apuliæ ciuitas
		41	Andegauensium
401	1	9	Hunc locum ita emendato. Aurelianensem ducē Carolum, per centurionem ad se conuocari iussit, ac vinctum in Lochiense castellum includi
402	1	21	dele se
407	1	37	extitit
409	1	39	Bartholomæus
	2	33	Septembri mense
413	1	32	& bullis in se
435	1	11	eriperetur
473	1	45	Ludouico Sfortia

Maiora aut numerosiora si animaduertes lector, pro singulari animi tui candore facile condonabis, ac perferes, illud apud te ratus, Nihil ex omni parte beatū aut absolutum esse posse: homines alioqui non essemus.

AMPLISS. ATQVE ORNATISS. FRANCIAE Cancellario, Antonio à Burgo S.



OSTEAQVAM NOBIS NVNCIATVM EST, VIR ampliss. te in eum dignitatis atq; authoritatis gradũ Regio suffragio assumptum fuisse, qui vix vnquã alicui præterquã viro bono ac sapiẽti cõferri solet, tantus nõ nobis solũ, sed etiã optimo cuiq; atque adeo toti ciuitati nostræ accessit gaudii ac lætitiæ feruor, vt etiã priuati parietes, ac prope dicã domus ipsæ, nouo quodã fauore gestiẽtes, id vnũ tibi vni cõgratulari viderentur, ac sibi demũ gloriari quòd ciuitatis suæ ornamentũ vsqueadeo singulare fuissent adepti, affirmarẽtq; omnes, ex tã frequẽti atq; absoluto grauissimorũ senatorum cœtu, nõ fauore aut ambitione, sed deorũ immortaliũ singulari prouidentia, sibi delatũ fuisse veluti rectorẽ ac gubernatorẽ, de quo omnia fœlicia atq; integra summo desyderio expectarẽt: publiciq; cõsilii eũ authorẽ integerrimũ sibi futurũ pollicerent. Nam si is sanè Reip. rector & consilii publici author est habẽdus, qui quibus rebus vtilitas Reip. cõparatur augeturq;, quã optime tenet, uiq; vtit, quis magis hoc munere atq; officio dignus est existimãdus eo viro q iãpridẽ ad Rẽp. moderãdã, vsum ac studiũ omne suum cõtulit? Quiq; in ea administrãda antiquos illos senatores Romanos, quorũ ingeniũ in Reip. cõseruatione admodũ sagax multis scriptis ab antiquis tãtopere cõmẽdatũ est, facile sibi æquales fecisse visus est, tũ singulari prudentia ac maturitate, tum etiã rerũ bene gerendarũ cognitione? Quibus tamen rebus præter senilem gloriã (quæ vt omnibus aliis ætatibus antefert, ita vbiq; semper grauitatis ac sentẽtiæ principatũ tenet: prælertim cũ honestè acta superior ætas, fruct⁹ authoritatis præbet extremos) accessit in hoc viro tãtæ humanitatis cãdor, tãta morũ suauitas, honorũ & dignitatũ cõtẽptus, vt ei vel hoc solũ nomine omniũ suffragiis apertis atq; enucleatis, etiã nõ ambiẽti amplissimus hic magistratus sit decretus. Quæ omnia etsi de te iure optimo dicãtur, caue tamẽ existimes vir ornatiss. nos vel minima aut adulationis aut arrogãtiæ occasione adductos id protulisse. siquidẽ satis exploratã habemus animi tui rationẽ. scimus em̃ q sis natura ab omni gloriæ cupiditate alienus. Neq; vero eo ingenio nati sumus, qui cuiquã adblandiri, aut quenq̃ fucatis verborũ lenociniis allicere cupiam⁹. tãtu abest vt tanto viro, tãq; ornato velimus imponere. At quorsum hæc inquies? quid igit̃ tibi venit in mẽtẽ vt hæc ꝓferas? Dicam sanè, atq; ita est profecto, vt mox audies. Cum recẽtis honoris ac principis istius magistratus tui fama omnia hic publica priuatàq; loca oppleret, essetq; quorũdã diligẽtia recẽs impressus atq; emẽdatus omniũ historiarũ liber, quæ ab orbe cõdito ad hæc vsq; tẽpora hacten⁹ gestæ & cõscriptæ fuerũt: quò & is liber planè diuinus maiorẽ authoritatẽ vulgo præ se ferret, & omnibus plausibilior esset, visum est nobis operæpretiũ, priusquã in publicũ exiret, amplũ illi atq; augustũ aliquod nomẽ præscribere, cuius veluti auspicio fretus, ancipitẽ iudicioiũ aleã facile experiret. Quod quũ animo diu agitaremus, occurrit tandẽ dignitatis atq; amplitudinis tuæ memoria. Quæ res tũ nos admonuit, non omnino ab instituto nostro alienũ fore, si tibi alioqui grauissimis publicorũ negotiorũ occupationibus districto, & tamẽ historiarũ ac rerũ multis iã tẽporibus actarũ (quæ nostri Chronica vocãt) cognitione nũquã expleto, hanc veluti summã rerũ omniũ memoria dignissimarũ dicaremus. Qua siquando cõtingat vt delecteris, (delectaberis enim quãdiu voles, tãdiu autẽ velle debebis, quoad te quãtũ iuuabit agnoscere poteris) certe memoriã facili negotio plurimũ ales, & tuis negotiis haud mediocrẽ iucũditatẽ admiscebis. Habes. n. in hac summa, Pontificũ, Imperatorũ, Regũ omniũ tẽpora ac res gestas breui quodã cõpẽdio explicatas. Habes insup Romanorũ, Græcorũ, atq; adeo reliquarũ nationũ dominia suo ordine elegãtissime descripta, vt viros bello insignes, atq; adeo bella ipsa qua ratione, quoq; tẽpore gesta fuerint, desyderare nõ possis. Quæ omnia viri cuiusdã admodũ eruditi, Iacobi Philippi Bergomatis ordinẽ Eremitarũ professi, diligẽtia, doctis omnibus sunt in prõptu. Ac ne qd præterea superesset ad pfectã operis integritatẽ, curauimus addẽdã eorũ annorũ accessionẽ q a. 1500. ad 1535. adnumerãt, ea cura ac diligẽtia, vt bella omnia tũ priuata tũ externa, viros doctos & insignes, reges itẽ ac principes omnes succincta qua fieri potuit dicẽdi ratione cõscripta videas. Atq; hæc quidẽ quò facilius & minori negotio ab omnibus inueniri possint, adiecimus indicẽ copiosissimũ ceu viaticũ quoddã breuissimũ ad omnia inueniẽda quæ toto opere pertractant. Quid quæris? singula hic tibi cõmemorarẽ, nisi & tuus animus nobis satis perspectus esset, nẽpe qui multis verbis nõ delectat̃, & liber ipse q nũc tibi in manus porrigit̃, primo omniũ vidẽdus, de se satis locupletẽ fidẽ faceret. Reliquũ est igit̃, vt singularis humanitas tua, humanitatiq; cõiuncta familiaritas qua optimũ quẽq; semper amplecteris & foues, expectationẽ quã de tua integritate atq; præstãtia maximã cõcepimus, amãter, vt soles, fideliterq; augeat & cõseruet. Quod facies, si nostrũ, quale quale est, munusculũ æquo animo suscipias: ac si id qdẽ te indignũ videbit̃, imprudẽtiæ nostræ veniã dabis: sin autẽ aliter, erit quod literati omnes tibi plurimũ debeãt, atq; omnia sibi fœlicissima de animi tui cãdore polliceant̃. Nihil em̃, vt scias, literarũ studiosis grati⁹ facere potes, nihil iucũdius, q̃ si authoritatẽ tuã, qua plurimũ apud Regẽ polles, & ingeniũ, quod qdẽ iã est omnibus planè summa cũ tua laude atq; gloria cognitũ, ad literarũ studia fouenda, augenda, ornãda, honestãdaq; cõferas. Quod vt diligẽter facere velis, totus literarũ cœtus te nõ solũ rogat, sed etiã ita obtestatur, vt maiori studio, magisq; ex animo facere non possit.

Vale.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER PRIMVS.



IN PRINCIPIO creauit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & incompoſita. Hæc ſcribuntur Geneſeos primo. Moyſes ſanctus uir, eximius Theologus, diuinas decernens conſcribere leges: ac pietati conuenientem tradere diſciplinã, non cõmunibus ac tritis exordiis uti uoluit: ſed nihil potius ducẽs quàm priſcorum generis ſui Theologiam ad rectè uiuendi normam pertinere, à Deo ſecundum ipſius hiſtoriã incepit. Nec ut cæteræ nationes, multitudinẽ deorũ falsò introducere uoluit: ſed à prima uiſibilium omnium atq; inuiſibilium cauſa exorſus, illum docuit creatorem eſſe uniuerſi, regémque atq; dominum. Et nõ ſolum quas ipſe ſcripturus eſſet legum materias, uerum etiam naturæ ipſius, cuius ſolo nutu, a non ente ſimpliciter cuncta fuiſſe producta oſtendit: cuius quidem uirtute omnia quæ producta ſunt gubernari docet. Et idcirco ſic exordiens ait. In principio creauit deus cœlum & terram. Pro quibus uerbis Aurelius pater Auguſtinus in undecimo de Ciui. dei ſic intulit dicens. Viſibilium omnium maximus eſt mundus. Inuiſibilium uero maximus eſt deus: ſed mundum eſſe conſpicimus, deum uero credimus. Quòd autem deus fecerit mundum, nulli potius credimus quàm ipſi deo. Vbi (forte inquies) ipſum audiuimus? Nuſquã interim, reſpõdit, nos melius quàm in ſcripturis ſanctis, ubi dixit propheta ſuus. In principio fecit deus cœlũ & terrã. Nũquid nã ibi tũc fuit iſte propheta, quãdo fecit deus cœlũ & terrã? Nõ: ſed ibi fuit, ubi fuit dei ſapientia, per quam facta ſunt omnia: quæ etiam ſæpe in animas ſe trãſfert, amicos & prophetas dei conſtituens, quibus & ſua opera intus ſine ſtrepitu enarrat. Loquuntur quoque eis Angeli dei, qui ſemper uident faciem dei, uoluntatémque eius, quibus quæ oportet, ſemper annunciãt. Et propterea ex ìis unus erat iſte propheta qui dixit & ſcripſit. In principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & incõpoſita. Informis quippe illa materia erat, quam de nihilo fecit deus, appellata primum cœlum & terra. Et dictum eſt. In principio fecit deus cœlum & terram: nõ quia iam hoc eſſet, ſed quia hoc eſſe poterat. Nã & cœlum poſtea ſcribitur factum, quemadmodum ſi arboris ſemen conſiderantes, dicamus ibi eſſe radices, & robur, & ramos, & fructus, ac folia: non quia iam ſint, ſed quia inde futura ſunt. Ac ſic dictum eſt, In principio fecit deus cœlũ & terram: quaſi ſemen cœli & terræ, cum adhuc in confuſo cœli & terræ materia eſſet: ſed quia certiſſimum erat inde futurum eſſe cœlum & terram: iam & illa materia cœlum & terra appellata eſt. Hãc itaque ſpatioſam formam certa effigie carentem, Ouidius noſter in principio maioris ſui uoluminis, atque nonnulli philoſophi uocarunt chaos, quod ipſe in eodem libro meminit dicens.

Ante mare & terras & quod tegit omnia cœlum, Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quẽ dixere chaos, rudis indigeſtáq; moles, Nec quicquã niſi põdus iners, cõgeſtaq; eõdẽ
Non bene iunctarũ diſcordia ſemina rerũ. Nullus adhuc mũdo præbebat lumina Titan.

Plurimi autẽ philoſophorũ gentiliũ de huiuſmodi rerũ omnium creatione errantes ſuis in ſcriptis quaſi delirantes diſputarũt: uid licet quo nã modo quaque neceſſitatis ſerie, hæc moles quam ſophiſtæ mundum appellant: atque ſingula cœleſtium corpora fuerint facta.

Noe. Qui cum assidua cura atq; studio ipsa pertractare uoluissent, uani certe ac stolidi homines demum adiudicati sunt. Hi nanque qui earum rerum scientiam maximè præstabant & pro fitebantur, quique cæteris potissimũ sapientiores uidebantur, de hac ipsa mundi creatione non eadem, sed pugnãtia adinuicem dixere. Quorũ quidem omniũ impietatem recusantes pene iam uniuersi, actanquam omnino pestiferã fugientes, ad sanitatem tantæ eorum insaniæ quærendam, Moseos libros tanquam salutare ubique ferme uniuersi prosequũtur. Phoe nices autem in primis, & Aegyptii postea, quos plærique imitati fuere, hunc errorem excita uere, ut si qui uitam humanam aliqua re inuenta excoluissent, eos confestim tãquam benefactores, communésque patronos existimantes, quasi deos adorare inciperent, quibus & statuas, & simulachra, ac templa statuentes, naturaliũ deorum nomina imposuere. Naturales au tem deos Solem ac Lunam, cæterásque erraticas stellas putantes. Ad propositum autẽ nostrum unde digressi sumus, redeamus. Quum primũ itaque Deus fecisset cœlum & terrã, cum ipsis quoque elementis, quæ in his elementis condita sunt, scilicet aquas & spiritus, abyssósque, atque tenebras facit, nec dũ luminibus, neque syderibus cõstitutis Deus ipse dixit. Fiat lux. Et uidit Deus lucem quia bona esset, confestim separauit lucem à tenebris. Et tenebras uocauit noctem, lucem uero diem. Ac sic factum est uespere & mane dies unus, qui primus dies sæculi fuit, non primus dierum omnium. Ideóque non primus, sed unus nominatus est.

Dies primus. Ac sic eo die fecit Deus materiam informẽ. Angelos, cælos, lucem, terrã, aquã, & aerem. Hi nanque uidelicet Ignis, & aer, terra, & aqua, cum sint causæ primæ rerum, constat eos esse mundi species atque formas, scilicet cœlum, terram, mare, & aerem. Diem primum uel potius unum hoc in loco, iuxta propheticum sermonem breuiter absoluimus. In quo conditũ cœlum, terram creatam, circunfusum aërem, & aquarum exundantiam, discretionem factam lucis atque tenebrarum Dei omnipotentis, & Domini Iesu, spiritus quoque sancti gratia & operatione omnino cognouimus.

Dies secundus. Secundo autem die fecit Deus firmamentum solũ, & uocauit illud cœlum. Primo diuidens inter aquas & aquas. Iussit itaque Deus omnipotẽs discerni ab interiecto & medio fir mamento, atque prouidit queẽadmodũ diuisa atque discreta permanerent. Nam sermo Dei, Dei uirtus naturalis est, & diuturnitatis substantia, quod uelit ea manere quæ statuit. Id autẽ firmamentum non solum situ, sed & naturæ proprietate superiora elementa ab inferioribus quasi aquas ab aquis discriminat & distinguit.

Dies tertius, Tertio uero die. Congregauit Dominus aquas quæ sub cælo sunt in unam congregationem, & confestim apparuit arida, quam Deus nominauit terram, atq; ipsas aquarũ cõgregationes appellauit Maria. Vidẽsq; quòd bonũ esset, ait. Germinet terra herbã uirẽtem, & semẽ facientẽ, lignũq; pomiferũ, facientẽ fructũ iuxta genus suũ. Cõtinuò quidẽ ut diuus refert Ambrosius terra parturiens, nouos se fudit in partus, & induit se uiriditatis amictu, gratiã fœcũditatis assumpsit, diuersisq; cõpta germinibus proprios suscepit ornatus. Post autẽ herbarũ uiriditates, statim etiã terra nemoribus uestita est, cõcurrerũt arbores, & syluæ cõsurrexere, uerticésq; mõtiũ repente frõduerũt. Verũ cũ earum diuersitates manifesta testificatione distinguere, ac singularum rerum proprietates exquirere, inexplicabile fuit, prudentiæ lectoris relinquere censuit, Vniuersa quippe terra confestim ad uocem Domini surrexit in germine, ac omnibus fructibus completa est.

Dies quartus Quarto postmodum die fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cœli, solem uidelicet & lunam, ac stellas. Vt sol ad inchoationem diei luceret super terrã, & luna similiter noctis, & diuiderent inter diem ac noctẽ, & essent in signa & tempora, & dies, & annos, atque essent in splendorem firmamenti cœli, ac semper lucerent super terrã. Quibus ita perfectis manifestum est, ipsis luminibus antecessisse lucẽ tribus diebus. Ex hoc quippe scire possumus omnes, atque animaduertere, solem non esse auctorem nascentium. Dei igitur clemẽtia terras relaxat, Deique indulgentia facit prorumpere fructus, Ac per hoc credere debemus. Solem non ministrare uitam oriundis, quando illa prius diuinæ operationis uiuificatione fuerint ædita, quàm Sol in ipsis uiuendi usus ueniret. Iunior equidem herbis est sol, iuniórque fœno, quia antequam solis fieret luminare herba erat nata. Et itaq; cœlestia cor pora in cœlo primum fulgentia, tum perpetuum motum: tum quoniam hæc cuncta inferiora perspiciant, atque moueant antiqui gentiles errore decepti, deos appellarũt. Deinde quoniam

niam heroes uitæ hominũ cõmuniter profuerũt in deorum numero ab ipsis accepti fuere.

Quinto præterea die, postquàm Dominus terrã diuersis uestiisset germinibus:cœlũ quoque sole & luna luminibus uultus sui, stellarúmque insignitum fulgere fecisset, superatat tertium elementum scilicet mare:ut & ipsum gratia uiuificationis diuino excoleret munere. Dixit itaque Deus:prōducant aquæ reptilia animæ uiuentis secundũ genus suum, & uolatilia uolantia secundum genus suum. Ad istud mandatum, subito aqua uenit in partus:unde & fluuii lacúsq;:ac mare ipsum cœpit diuersa reptilium genera parturire:ac unumquodque piscium genus effundere. Breuis equidem fuit domini sermo: sed admodum uehemens & late patens, qui maximis & minimis communem infudit naturam. Neque enim laborauit deus in maximis:neque in minimis fastidiuit. Eōdem quippe momento produxit Balenam quo & ranam. Et uidit deus quòd esset bonum:& benedixit ea: & dixit. Crescite & multiplicamini & replete aquas: Et uolatilia similiter multiplicẽtur super terram. Et factũ est uespere & mane dies quintus. Dies quintus

Sexto denique die dixit dominus. Educat terra animam uiuentem secundum genus suum, quadrupedia scilicet & reptilia ac uniuersas bestias terræ secundum genus suum. Et uidit Deus quia bona essent & benedixit ea. In his igitur omnibus quũ scriptura dixisse deũ dicit, nutum & uoluntatem diuinam non uocem syllabis prolatam ostẽdere uoluit: deinde uniuersum hunc repetens sermonem, hic inquit Moyses liber cœli & terræ, qua die fecit deus cœlum & terram & omnia quæ in ipsis sunt. Huiusmodi itaq; est Geneseos Theologia, quæ uerbo dei creante uniuersa esse producta uerissimè sola docuit. Ad hæc non esse relictum mundum à deo, gubernatione illius priuatum:sed prouidẽtia eius cuncta gubernari. Non enim solum creauit cũcta: uerum etiam tanquam uerus Rex & dux omnibus præsidens omnia disponere dicitur, omniáque uidere:atque omnibus eum adesse uidemus. Breuiter igitur hæc omnia ex libro Geneseos excerpta:ut ex his quisque fidelis animaduertere queat, nullam omnino esse gentium Theologiã:immò potius impietatem inueniri posse, si cum istis conferatur:alii namque dicebant, nullum deum esse, alii cœlestia corpora credebant, et stellas ignem in cœlo fixas dicentes:aut ignem uia & arte circumlatũ loco dei adorabant. Alii nulla dei prouidentia mundum, sed irrationali quadam natura gubernari. Alii mundum sine ortu fuisse affirmabant:& nullomodo à deo esse productum:sed casu & fortuna constitutum. Nonnulli denique ex atomis & animatis corpusculis fuisse conglutinatum asseuerabãt. Factis itaque cœlo & terra & omnia quæ in eis sunt, ualde bonis. Moyses spiritu sancto plenus, quasi cum filio suo uerba conferentem, sic Deum patrem introduxit dicentem, Et dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod Psalmista etiam occultis significauit dicens:ipse dixit & facta sunt:ipse mandauit & creata sunt. Et fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam: De quo mox plæraque dicemus. Dies sextus

Septimo autem die postquàm cunctum mundum, & omnia quæ in eo sunt mirifico ordine creasset dominus:ipse quidem dominus, ut Moyses ait, ab operibus manuum suarum requieuit, non equidem quasi operando lassus:sed nouam creaturam creando facere cessauit, cuius materia, uel similitudo non præcessisset. Et dominus eidem diei benedixit, atque illum sanctificauit, uocauitque ipsum sabbatum, quod nomen Hebraica lingua requiem significat. Eò quòd in ipso cessauerit ab omni opere quod patrarat. Vnde & Iudæi eo die à laboribus propriis uacare dignoscuntur. Quem & ante legẽ etiam gentes tanquam celeberrimum obseruabant. Dies septimus

Adam itaq; prothoplastum nostrum summus omniũ rerum fabricator, & rector deus, sexto die sæculi quinta & uicesima Martii bestiis uniuersæ terræ ac maris cunctisque reptilibus, ac uolucribus cœli creatis, uno eodémq; die de limo terræ rubeo in agro Damasceno tanquam creaturarũ omnium finem ac possessorem finxit:quia ut philosophus ait, Illa quæ fuerunt in intentione prima, in executione extitere ultima. Et insufflauit in eum spiraculum uitæ & animã, pro quibus factus est homo ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, Eidẽ igitur sic creato mox dominus hãc breuem perfectissimámq; conscripsit legem; atque mandauit

obſeruandam:uidelicet ut ad omnem actum,& omne uerbum: ac etiã omnẽ cogitationem, talem in alterũ haberet animũ,qualẽ in ſe ab altero ſeruari cuperet: quia tũc æquitatis uiam teneret,talémq; erga ſe alterũ eſſe qualẽ ſe erga omnes homines eſſe uellet. Ipſe quidẽ hoc mandato accepto nudus coram Domino conſtitutus confeſtim manus ſuas eleuãs eidem Domino ſuo gratias agens,hæc uerba protulit dicens. Manus tuæ Domine deus meus fecerũt me & plaſmauerunt me totum in circuitu. Ideóq; obſecro memento mei, quòd ſicut lutũ feciſti me,& ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeũ me coagulaſti,pelle & carnibus ueſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me,etiam obſecro uitam & miſericordiã tribue mihi. Illo itáq; uiro perfecto inſigni ac perpulchro creato eũ Dominus tanta perfudit gratia, ut nullo alio tradẽte magiſtro,ſed ſola originalis iuſtitiæ uirtute perfuſus, extẽplò omniũ liberaliũ artiũ ſit edoctus ac perfectiſſimè illuſtratus. Notitiam etenim Aſtronomiæ omnimodã Geometriæ,Muſicæ,Grãmaticæ,atque Rethoricæ habere promeruit, Omnium quoque herbarum, arborũ,metallorũ,lapidũ precioſorũ,auiũq; & beſtiarũ,piſciũ,ſerpentũ, cunctarũ præterea creaturarum promeruit habere notitiam. Clarámque præterea & explicitã beatiſſimæ Trinitatis ac Chriſti incarnationẽ & paſſionẽ ſolus aſſequi cõmeruit. Vnde & Dominus ipſe eum mũdi totius imperatorẽ,ac ſummũ omniũ pontificẽ cõſtituit. Decernẽs deniq; Dominus Deus uniuerſas cœli & terræ creaturas Adã ipſum ut dominũ recognoſcerẽt ſuum,atq; rerũ omniũ proprietates uirtutéſue cunctis innoteſcerẽt,uniuerſæ cœli militiæ mãdauit: ut creaturas omnes ad Adã adducerẽt, quibus ſingulis propria imponeret nomina,ſic ſingulis ſtellis cœli, auibúſq; & piſcibus,cunctíſq; animãtibus & reptilibus terræ conueniẽtia impoſuit nomina, quibus etiam nunc uocantur. In imaginaria deinde uiſione,uniuerſis immobilibus creaturis,uidelicet mõtibus,inſulis mediterraneiſq; maribus,arboribus,atq; aliis quibuſcunque itidem fecit,atque ſecundum philoſophum naturis & rerum proprietatibus conuenientia impoſuit nomina. Ac per hoc rerum omnium Rege & imperatore cõſtituto, illum eodem die ex loco formationis ſuæ in oriẽtem tranſtulit, & in fœliciſſimo paradiſi loco bonis pleno collocauit, ut ibidẽ non ad neceſſitatem quidem ſed recreationem operaretur. In eodémq; loco conſtitutus,mox à domino præceptum accepit,ut cætera omnia poma comedens ab una arbore omnino ieiunaret. Ad inſinuandum(ut arbitror) quòd beatitudo ueri paradiſi abſque abſtinentia cibi,à poſteris nõ poſſet dedicari, unde quandiu ibidem ieiunauit in paradiſo fuit. Igitur Dominus præuidẽs nullũ ex cunctis animantibus à ſe creatis eſſe ſimile ſibi,mulieris formationem ſuperfluam non exiſtimans,dixit. Non eſt bonum eſſe hominem ſolum,faciamus ergo ei adiutorium ſimile ſibi, ad liberos procreãdos qui ſimiles ſiãt illi. Confeſtimq; eo in loco paradiſi Dominus ſoporem immiſit in Adam,non quidem ſomnum,ſed quandam extaſim & obdormiuit. Ex quo ſtatim de latere eius dormientis unã coſtam auferens,repleuit locum caro eius. Et ædificauit eandẽ coſtam in mulierẽ,quam Adam ſibi adiunctam cũ cognouiſſet,de ſe plaſmatã uidens eam ait. Hoc nũc os de oſſibus meis,& caro de carne mea eſt, Hæc igitur uocabitur Iſſa, quod latine mulier interpretatur, quia de uiro ſuo ſumpta eſt. Nomen uerò mulieris Euam appellauit,quod eſt mater omnium uiuẽtium. Hæc tamen carnali conſuetudine cogitanda ſunt,ut uidere ſolemus opifices ex materiis terrenis corporalia membra fabricare. Nam manus Domini potentia Dei eſt, quæ etiam uiſibilia in inuiſibilibus operatur. Nec putandum eſt,hominem eſſe ad imaginem Dei in hac exterioris hominis forma factum. Nam Deus ipſe ad cuius imaginẽ factus eſt homo, aliquã partem habet quæ non audiat,& quæ non undique ſint uideat, ac quæ nõ omnia operetur. Cõceſſit itaq; homini ut imaginẽ Dei portaret in terris, daturus poſtmodũ ſimilitudinẽ ſuã ſi imago Dei ab ipſo ſeruaretur illeſa. Quid enim hoc ſtatu præclarius? quid poſſumus noſſe in homine ſublimius? Euã igitur in paradiſo factã eã legis præſcripto,nec à mercede,nec à ſupplicio ſeparare uoluit. Erat tũc in paradiſo plãtatio pulcherrima,boni,uidelicet & mali, ex omnibus aliis Dominus Adæ & Euæ eſũ cõceſſit,ab iſta tãtũmõ præcepit abſtinere,prædicẽs ex ea cõtingẽtibus mortẽ eſſe uẽturã. Erat tũc Scrpẽs cohabitãs cũ Adã atq; uxore eius, qui inuidiã habuit,in his quibus arbitrabatur fore fœlices. Dixit enim intra ſe. Iſte inferior me adipiſcitur quod ſeruare nõ potui: unde & de terris migrabit ad cœlũ,cũ ego de cœlo in terrã lapſus

Euæ formatio.

lapsus sim: multas uias habeo quibus eum decipere possum. De limo factus est: déq; terra ma reest corruptibilibus inuolutum, certe per omnia uideo. Et si anima superioris est naturæ: tamen ipsa lapsui potest esse obnoxia in corporis carcere constituta, quem ego lapsum uitare nolui. Est igitur uia prima ut decipiatur dum conditione sua maiora desidauerit. Itaq; hoc primum machinatus est, ut non primum Adam adoriretur: sed eum per mulierem circunscribere conaretur. Non utique adorsus est eum qui coram cœleste acceperat mandatum: sed eam quæ ab ipso uiro didicerat. Neque enim habetur: quia mulieri dixerit deus, sed quia Adæ dixit. Et ideo per Adam cognouisse mulier æstimanda est, plæriq; tamen putarũt non mulieris hoc uitium fuisse sed Adæ, ita Adam dixisse ipsi suæ mulieri dum uellet eam facere cautiorem: ut adderet mãdasse Deum, neque tangatis ex eo quicquã. Habemus enim quia Adam, non Eua mandatum accepit à Deo: quia necdum formata erat mulier: ueruntamen (ut Ambrosio placet) à muliere omne uitium initium sumpsit, atque mendacii crimẽ inchoauit, uiro enim ait mulier, non mulieri uir erroris auctor extitit. Dixit itaq; Diabolus mulieri, (nam hoc illi nomen est postquã homini inuidit) cur præcepit uobis deus de ligno scientiæ boni & mali ne comederetis, respõdit, ne forte moriamur, cui ille, nequaquã morte moriemini, sed eritis sicut dii scientes bonum & malum, eo itaque modo seduxit eam, ut dei mandatum contẽneret. Cúmq; mulier gustasset de ligno sciẽtiæ boni & mali, statim se peccasse cognouit, & nihilominus uirum suum ad peccati cõmunionem inuitauit: Id autem diuus Ambrosius eam fecisse refert. Quia sciens quod post culpam in paradiso esse nõ posset, metuisse ne sola de ipso fœlicitatis loco eiiceretur. Sciẽs igitur, prudénsque peccauit, sciens etiã uirũ in errorẽ traxit, licet plæriq; sic excusandã eã putẽt quòd diligẽs uirũ ab eo timuerit separari. Deniq; post culpã, ambo se abscõderunt. Qui quũ ueuenati serpentis ore percussi fuissent, nõ statim perpetuæ mortis pœnæ à domino adiudicati sunt, sed de ipsius paradisi delitiis eiecti, tẽporaliter sub typo mœroris tribulationísq; dãnati sunt, ut magnitudine pœnitentiæ sanarentur, & usq; eò à ligno uitæ exules fierent, donec per Christũ futurum Saluatorem aut per ῥομφαίαν. i. frameam siue ut alii dicũt regulam martirii passionem, aut per Cherubin domini qui interpretatur plenitudo scientiæ remearent. Eiectúsq; Adam, statim uxorem duxit, cum ieiunus in paradiso uirgo perseueraret, satur uerò matrimonio copulatus est. Eiectus nihilominus dominus non eidẽ licentiã uescendi carnes dare uoluit: sed tantũmodo arborũ poma, & segetũ fruges, & herbarũ olera eisdẽ tradidit in cibũ, ut exul quoq; paradisi, nõ carnibus quæ in paradiso nõ fuerant: sed similitudine fructuũ paradisi uescerentur. Deus autem Adam uictum consilio mulieris, pœnæ statim subiecit, præcipiens terræ ne quicquam eis sponte proferret, sed laborantibus & operatione contritis, alia quidem fructus daret, alia uerò denegaret. Euam uerò partu & conceptionis doloribus castigauit: Serpenti deniq; abstulit uocem, iratus eius malignitati quam gesserat in eosdem, præcepit mulieri ut eius capiti plagas inferret, atq; ipsum pedibus priuauit. Habentur hæc Gene. 2.

Diabolus qua re uocatus est

Eua itaq; cunctorum uiuentium matrem Dominus eôdem die, sed non eôdẽ malleo, aut incude, quemadmodum cæteros fabrefecit: sed ut arbitrari possumus, eam corpoream formositatem utique mirabilem, atque uiro maturam & intuentium lætabundam, atque immortalem, & rerum omnium dominam, ex latere uiri dormientis in paradiso, incognito eduxit artificio. Quam etiam tam iure originis, quam incolatus paradisi incõparabili decorauit splẽdore. Quæ unà cum uiro suo (ut dictũ est) Paradisi ipsius delitiis auidè perfruens, eam fœlicitatis suæ inuidus, hostis decepit: & cõtra unicum sibi præceptũ à domino impositũ ire suasit. Cui leuitate fœminea nimium credens, fructus arboris boni & mali sibi uetitos, temerario ausu degustauit, degustatóq;, marito etiam porrexit, atque eum in suam sententiam traxit. Qua quidem inobediẽtia, se & uniuersum genus suum in miseram deduxit mortem. Et cum lux corusca, qua incedebant amicti, abiisset, perizomatũ indumẽtis à domino susceptis, ex delitiarũ orto, in Syriã & in agrũ Ebron unà cũ uiro pulsa exúlq; uenit. Vbi statim eã dominus partu & conceptionum doloribus plurimũ castigauit: atque permultis calamitatibus eã implicauit. Eóq; loci dũ Adã excolere cepisset: prima (ut creditur) colonere seu filare incepit: tãdẽ cũ partus dolores sæpius experta fuisset, ac multos dolores & algores perpessa: cũ his laboribus, & erumnis maximis deuenit in seniũ: & tandẽ in mortẽ sibi à domino prædictã.

Coli primũ inuẽtũ

Ac sic parētes nostri uetita degustantes, ab alto in imum cecidere. s.de luce ad tenebras, de incolatu ad exilium, de domo ad loca deuia, de amore ad odium, de risu ad luctum, de pace ad iurgium, de gratia ad culpam: ac denique de uita omnes traxit ad mortem, Sed deus ipse noster contra omnem spem, ac pene contra omnem fidem, ex diuitiis suæ misericordiæ in malo bonum nactus, in iracundia generans pietatem, peccādi semen fructum uoluit euadere miserandi: & qui omnes nos perdere propter ipsam transgressionem potuisset, propter suam misericordiam reparādum esse promisit. Et illo enim tempore quo supplicia merebamur gratiā omnibus ostēdit. Nam cū serpētē pro merito suo malediceret, diceretq; inter cætera ponā inimicitias inter te & mulierē, & inter semē tuū & semē mulieris, Ipsaq; calcabit caput tuū, & tu ipsius obseruabis calcaneū. Sacramentum quod in nouissimo tempore erat implendum, publicauit, quia de terreno Adam ē cœlo Adam, i. Christum promisit,

De angelis dei, ac eorum distinctionibus,

Virtutes igitur ministrātes & spiritus qui ad ministeriū mittuntur, propter eos qui æternæ consecuturi sunt uitæ hæreditatem, sanctos dico Angelos Dei diuina luce frui, ac idcirco luminaribus conferri docti à scriptura credidimus: à quibus quidam spiritus peruersi cū sua nequitia cū diuinam lucem suscipere uoluissent, tenebræ factæ sunt. Eos itaq; cœlestes spiritus. i. Angelos in suis ordinibus distinctos Dionysius sanctissimus diui Apostoli discipulus Hierarchias appellauit quas in superiorem, mediam, in inferiorem distinxit, Superiorem asseruit continere tres ordines: uidelicet Seraphin, Cherubin ac Tronos. Quorum primos dei bonitatem considerare asseuerat, Secundos uirtutem, Tertios eius æquitatem. Media cō tinet dominationes, principatus & potestates. Quorum primi Angelorum officia dirigunt, Sequentes capitibus præsunt populorum, Vltimi potestatem coercent dæmonum. Inferior denique spirituum Hierarchia tres similiter continet ordines: uirtutes, Archangelos & Angelos. Ad quorum priores pertinet miracula facere. Ad secundos magnorum negotiorum denunciatio. Et ad tertios humanæ custodiæ sollicitudo. In primis autem deus operatur, ut uirtus. In secundis reuelat ut lux. In tertiis nutrit, ut inspirans. Hæc secundum diuum Gregorium in moralibus relata sufficiant,

De diabolo nota.

Lucifer qui & sathanas seu diabolus, totius uenenosæ prauitatis & impietatis auctor, quique & multorum spirituū ruinæ auctor extitit, & ipse in paradiso delitiarū inter duodecim ignitos lapides immaculatus enutritus, quum contrariam humilitati induisset superbiam, eo quidem die quo & natus est confestim à monte domini uulneratus, cum plurimis aliis (quibus defectionis causa fuit) ruit, & ad inferna descēdit, atque ita ex sua altissima sublimitate eo modo cum sequacibus suis cecidit. Nam cū se uideret omni gloria & lucis splē dore præditum, superbiendo ait, Ponam sedem meam ab Aquilone, & ero similis altissimo, Vsurpare uolēs quod non acceperat, merito cōmeruit perdere quod acceperat. Vnde & saluator noster postmodū in Euangelio, uidebā, inquit, Sathanā quasi fulgur de cœlo cadentem, pro quo ex Archangelico fastigio cum cecidisset non solum antiquus coluber est appellatus, sed & Draco, serpensq; letiferi ueneni proditor, atrox belua, leo, ac Diabolus & basiliscus à scriptura cognominatus est, Ipse nanque de calice ipso superbiæ suæ etiam ipsis prædictis parentibus nostris quos deceperat propinauit: Dicendo gustate, quoniam eritis sicut dii. Qui cum rapere uoluissent diuinitatem, perdiderunt fœlicitatem. Eius postmodum potestas in lumbis eius fuit, atque uirtus in umbilico uentris eius quem magnæ arbores, ac parui iunci persæpe obruēre. Ipse denique suis deceptionibus factus est rex omnium qui in terra & aquis sunt. Signū autē ipse diabolus atque eius sequaces quod deū odio habere uideantur, atque ipsius uoluntati omnino repugnare conantur, quoniam seipsos deos putari & nominari cupiunt, & dei cultum in se transferre conantur, diuinationibus atque oraculis tanquam incentiuis, stolidas gentes allicientes ad profundum impietatis detruserunt. Vnde humanum genus ad tam furiosam immanémq; crudelitatē, plærisq; in locis impulit, ut pater unicum filium & mater dilectissimam filiam, ipsi dæmoni tanquam ouem sacrificaret. Quæ ita sic se habuisse non modo apud Barbaros, uerum etiam apud Græcos omnis historia plena est. Vide inter cæteros Dionysii Alicarnassei historiam huiusmodi scelerū testē, ac Diodorū Siculum, quos & postmodum impiissimi Iudæi imitari nō erubuēre: ut

ſacra eorum ſcriptura teſtatur: quæ reprehendens eos ait. Immolauerunt filios atque filias ſuas dæmoniis:quamobrem contaminata fuit terra in ſanguinibus eorum. Et quamuis in ho diernum uſque eorum facinoroſa contagia ubique pateant:tamen adeo plæraſque nationes dementaſſe conſtat:ut etiam & adulteria & fornicationes quaſdam,tanquam diis primitias debitas in tēplis offerri docuerit, Eas quidē ob res diuina ſcriptura Beelzebul prauitatis prin cipem eum appellare conſueuit. Cuius tamen ſuperſtitionē euangelica doctrina,ut plurimū deſtruxit,ac ceſſare fecit. Eum itaque ac ipſius ſequaces, dominus pro lucida diuinaque ac beata habitatione ad conuenientia ſibi loca tartara detruſit. Quæ loca abyſſum diuina ſcri-ptura,& tenebras,non has,ſed quas diuina intelligunt ſolet appellare.

Inferni autem occulta quanquam nullo modo à nobis,naturali ſenſu penetrari ualeant. Vnum tamen ex ipſis occultis à diuo patre Augu.auxiliatore, hoc in loco nunc penetrare curabimus. Aliud uerò ſub dubio,& impenetratum relinquemus:hoc unum de inferno pro certo aſſerere poſſumus, quòd nunquam locus in bonum accipitur. Vnde & diuus pater Augu.in.12.ſuper Gene.lib.ait. Nondum inueni, nec adhuc mihi occurrit. Inferos alicubi in bonam partem poſuiſſe ſcripturam,duntaxat canonicam. Vbi autem ſit,aut in quo terræ loco uel mundi parte ſit,ipſe diuus Aurelius in libro de Ciui. dei impenetratum reliquit. Locum tamen in medio terræ eſſe plærique aſſeuerant, eſſéque ſub terra triciescentenadu decēta & quadraginta quinq; millia multi prodiderūt. Diuus tamē pater Augu.ſup.Gene. affirmare uidetur,quòd ſit infra terrā propter tria. Primo propter nominis interpretationē quia inferi eò quòd in terra ſint appellātur. Secūdo propter cōgruā ſignificationē. Nāquia defunctorū animæ amore inferioris carnis peccauere,dignè carni mortuæ hoc exhibetur,ut ſub terra recōdātur. Tertio propter Chriſti domini uiſitationē:quia Chriſtus ipſe uiſitaturus infernū,ad inferiores partes terræ dicitur deſcēdiſſe:ſecūdū Apoſtoli teſtificationē. In quibus quatuor loca erāt ante eius mortē. Vnus inferior utputa,dānatorū infernus. Alius ſu perior ut limbus puerorū. Tertius adhuc illo ſuperior ut purgatorii locus. Quartus etiāiſto ſuperior,ut limbus ſanctorū patrū,quē Chriſtus expoliauit. In primo autē inferno dānātur qui ſe corporibus terrenis & carnis uoluptatibus perpetuo ſine ulla cōtritiōe dediderūt,ac uitiorū labibus inquinauerūt. Et propterea ab omnipotenti deo æterno igne,uariiſq; pœna rum cruciatibus,cum ipſis dæmonibus cruciantur. Vnde etiam Virgilius in ſexto Aeneidos libro,mala quæ ſunt in inferno his uerbis deſcribens ait. Primiſq; in faucibus orci Luctus,& ultrices poſuere cubilia curæ, Pallentéſque habitant morbi triſtiſq; ſenectus, Et metus,& male ſuada fames,ac turpis egeſtas, Terribiles uiſu formæ:letúque labóſque Tum cōſanguineus leti ſopor,& mala mētis Gaudia,mortiferúque aduerſo in limine bellū, Ferreiq; Eumenidū thalami,& diſcordia demens Vipereū crinem uittis innexa cruentis.

Variis quippe nominibus inferni locus à diuerſis appellari conſueuit. Quidam illū Tarta rum dicunt:quoniam conturbationem ſignificat maximam, quia illic omnia dicuntur perturbari. Alii ſtygem,quæ triſtitiā ſignificat. Alii orcū & herebum dicūt,eius namque imperium Plutoni datum finxere poëtæ:quòd aſpectum habeat terribilem. Vnde Statius. Forte ſedēs media regni infœlicis in arce Dux herebi,populos poſcebat crimina uitæ, Nil hominum miſerans,iratúſq; omnibus umbris.

Paradiſum autem uoluptatis,qui latinè pomarium ſiue hortus dicitur,dominus(ut Moy-ſes in.2.Gene.cap.ſcribit)à principio plantauerat,qui Hebraice Heden,quod delitiæ ſonat; quaſi delitiarum hortum, omni arborum genere conſitum ubi & lignum uitæ poſitum erat atque alia arbor prudentiæ,qua cognoſceretur,quid eſſet bonum,quidue malū. Hic ut di-uo patri Augu.in dialogo ad Oroſium placet,eſt in oriente cōſtitutus, oceano interiecto, à noſtro orbe longè remotus in altiſſimo monte poſitus:uidelicet uſque ad lunarem circu-lū ad quē diluuii aquæ minime aſcendere potuere. Eſtq; ſub æquinoctiali circulo, omniq; li gni genere cōſitus:ubi nō frigus,nō æſtus,ſed perpetua aëris temperies. Habet idē locus,ut Iſydorus in.14.Ethi.lib.ſcribit ſalubritatē pariter & amœnitatē,atque iocunditatem maxi mā. Salubritatē(inquit)quia tēperie gaudet:& ibi quicquid ſemel uiuit mori nō poteſt. Si-cut Helias & Enoch ibidē adhuc uiuere dicūtur. Amœnitatē uerò quia uniuerſæ pulchritu dinis prōptuariū eſt. Vbi arbores ſiue folia aut flores & fructus nunquā marceſcūt. Iucūdi-

tatem deniq; quia omne pulchrum uisu & ad uescendum suaue ibidem reperitur: sicut Moyses ait. Rigatur uero hortus hic ab uno fōte placidissimo qui totum infundit Nemus, quiq; & in quattuor nascentia diuiditur flumina magna. Quorum primum appellatur Phison, qui

Ganges & Ganges dicitur uniuersam circumlabēs Indiā, secū arenas aureas trahēs: & interpretatur Caterua: eò quòd decem flumina in se recipiat, qui in mare adeo grandis descendit, ut ubi minus occupet latitudinis, octo passuum milia pateat, ubi uerò plurimū centum. Hunc Cyrus persarum Rex cum quendam eius insignem absorpsisset equitem, in quadringentos & sexaginta distinxit alueos, ut suo loco infra dicemus.

Gion Gion: qui & Nilus fluuius secundus appellatur, Fluuius certe totius orbis permaximus, qui totam circuit Aethiopiam atq; Aegyptū: De quo Lucanus in, 10. dixit. Arcanum natura caput non dedit ulli. Is quippe (ut plærīq; tradunt) immensa aquarum mole singulis annis Sole in Cancro existēte totam Aegyptum inundat. Huius fluminis aquas nonnulli tradunt talis esse uirtutis, Vt mulieres fœcundiores faciant, steriléſq; fœcundas efficiant. De isto flumine alia permulta mirabilia ab Aristotele & Seneca: atq; tandem Ioanne Bocacio referuntur: ut in eorum tractatibus habetur. In eodem quippe flumine insulas septingentas. Diodorus fuisse scribit: inter quas celeberrima est Meröe Sabbæ reginæ sapiētissimæ regnum. De qua aliquid scribere incongruum non est.

Insula Meroe Meroe huius fluminis insignis insula, ab Meröe ciuitate inibi constituta, sic appellata. Nichaulæ reginæ Sabbæ sedes atq; regnū: patet eo in flumine, ut Diodoro siculo placet, in lōgitudinē stadiis tribus millibus in latitudinem uerò mille. Est nempe omnium bonorum fœlicissima, in ea effodiuntur aurum, argentum, æs, & ferrū: lapidéſq; multiformes & preciosos producit: atq; hebenum lignum. Accolæ eius (ut Pomponius refert) dimidio longius uiuūt: quàm nos. Quorum fœminæ pergrādes habent mammas, & eas quidem infantulis suis æquales. De quibus Iuuenalis in Satyra: Exemplo quodcunq; malo.

Māmæ grādes

Quis tumidū guttur miratur in alpibus? & quis In meröe crasso maiorē infante mamillā.

Ibi sunt Coloni nigri. De quibus Lucanus libro. 10. meminit dicens.

Ambitur nigris meröe fœcunda colonis.

Tigris Tigris tertius est fluuius: qui secundum Iosephum Dilath dicitur, quod sonat acutum: eò quòd uelocissimus sit. Hic etiam ex monte Periardes armeniæ profluere dicitur, & contra assyrios uadit, quem nonnulli rubro mari dicunt infundi: quod falsum est,

Euphrates Euphrates quartus fluuius: qui frugifer sonat: quòd inter cæteros fluuios memoratu plurimo sit celebris. Hic cōtra chaldæos uadit: & Babyloniam in duas partes diuidit, in maréq; rubrum postea descendit. De quo sunt qui dicant, eum Nili more uno & eodem tempore Mesopotamiā irrigare, eāq; fœcundissimā efficere. Quidā dicunt eius aquas etiā fore uitales.

Ipsa igitur quattuor flumina ab eodem paradisi fonte: ut nostri affirmant Theologi omnes ueniunt, & separantur. Et iterum quædam inter se commiscentur atq; iterum separantur, sæpe etiam absorbentur, & locis rursus in pluribus emergunt. Inde est quòd de eorum ortu uaria leguntur. Quia Gangem dicit Plinius in locis Caucasi montis nasci. Nilum uerò procul ab Atlante monte: & Euphratem in Armenia,

Paradisi sex Paradisos autem terrestres sex fuisse inuenimus scriptum. Vnum uidelicet in occidente uersus Zephyrum. Alterum in æquinoctiali inter Eurum & Euronothum. Tertium de quo Beda meminit: inter cancri Tropicum & circulum Antarcticum. Quartum paradisum ad orientem uersus Eurum ultra Equinoctialem: in quo solis arbores sunt. Quintus terrestris paradisus ad polum arcticum esse dicitur: de quo Solinus meminit. Inuenitur etiam in occidente alius uoluptatis & delitiarum paradisus: de quo sic habemus: quòd senatus populúsq; Romanus mandauit summum sacrorum pontificem, non nisi de Italiæ horto delitiarum eligi debere. De paradiso itaq; terrestri multa à theologis in secundo sententiarum dist. 19. tractantur. Ex ipso quippe loco dominus postquàm parentes nostros eiecisset: confestim eius aditum portis firmissimis occlusit: ac rophæam flammeam, atq; uertiginem præsidentium Cherubin obfirmauit: quæ usq; ad Christi domini nostri passionem obseratæ stetere. Verum eius sanguis easdem penitus extinxit, & effregit.

Terræ uniuersæ distinctio.

Orbis

Orbis terrarum uniuersus in quinque distinguitur partes, quas Zonas uocant. Media solis torretur flammis. Vltimas autem continuum infestat gelu. Duæ sunt habitabiles: quæ inter exustam & rigẽtes sunt. Altera à quibus incolatur nulli unquam licuit aut licebit noscere. Interiecta autem torrida utrique hominum generi commercium ad se cõmeandi omnino denegat. Sola ergo superior incolitur: uidelicet inter Septentrionalem & Equinoctialẽ circulum. Vel (ut alii uoluerunt) inter Tropicum æstiuum, & circulum arcticum, ab omni quale scire possumus hominum genere semotum. Hæc ergo ab ortu porrecta, ad occasum longior est quàm ubi latissima. Quo palam fit, quantum hinc uapor abstulerit, illinc rigor addiderit. Eam igitur in tres partes maiores nostri diuisere: Asiam, uidelicet, & Aphricam, & Europam. Asia à meridie per orientem usque ad septentrionem protenditur. Europa à septentrione usque in occidentem. Et Aphrica ab occidente nsque ad meridiem Mediterraneo mari ab Europa disiuncta: Asiæ termini, à Meridie Nilus, à septentrione Tanais. De quibus latius infra differemus.

Mensura uniuersæ terræ.

Latitudo autem uniuersæ terræ nobis cognitæ secundum Strab. in. 3. minor est stadiorũ millibus triginta ab austro usque in septentrionem. Longitudinem uerò millia septuaginta esse tradidit. Hoc autem ab occasu in ortum usque, id est ab extremis Hispaniæ ad extrema Indiæ: hoc ipsum cũ itineribus, tum nauigationibus mensuratum fuisse asseruit. Ptolomæus autem in. 7. lib. scribit, constare gradibus octoginta: ueluti gradu quolibet, stadia quinquaginta complẽte. Stadiis uerò quadraginta millibus ferè: Lõgitudinem super Arcu æquinoctialis circuli nonaginta millibus stadus. Plinius præterea de mensura terræ lib. ultimo hæc tradit. Pars nostra terrarum longissimè ab ortu ad occasum patet octoginta quinque millia & sexaginta octo passuum. Vniuersum autem hunc mundum Erathostenes in omniũ quidem literarum subtilitate solers, qui à cunctis certe probatur: ducẽtorũ quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit.

Diuiditur autem nostra habitabilis tota terra in septem portiones: que climata dicũtur. Est uerò clima tantum spatium terræ quantum dies, seu horologium uariatur sensibiliter. Quid Nec est idem principium huius spatii: quod finis. Horæ enim diei terrarũ distãtiis uariãtur. clima.

Maris nomina hic describuntur.

Oceanus aquarum omnium pater ac perpetuus hospes: qui uniuersam circuit terram à sua uelocitate id nomen sortitus est. Nam circunstantem terram adeo impetuoso inuadit æstu: ut etiam feras ex littore repentino reditu rapiat: & nonnunquam in sicco destituat. Cuius æstus causas: plures reddidere maiores, quas aliis nunc ego relinquo. Ex eo quippe quicquid fontes, quicquid lacus & flumina, quicquid ubique est liquoris, humiditatis, uel cuiuscunque aquæ deriuatur & sumitur. Estque adeo grandis, ut soli deo creatori suo comprehẽsibilis sit. Omnem quippe ambit terram: quam etiam pluribus atque uariis incursionibus intrans, illam humectationibus facit fœcundiorem, ac commerciis reddit habiliorem. Ipse quippe cum terras aperit, & intrat nostrum mare dicitur. Vbi Hispaniã perfundit, Ibericus nominatur. Circa Baleares uerò insulas quas primo offendit, Balearicus dicitur. Deinde qui Narbonensem prouinciam contingit, Gallicus: Mox a Liguria, Ligusticus seu Genuensis. Deinde in Siciliam usque mare Thuscum: quòd Græci tyrrenum uocant seu inferum mare. Iuxta uerò Siciliam siculum, Sed uersus Venetias contortum, Adriaticum sinum efficit. Ab initio uero Adriatici usque in Græciam, Ionium uocatur: ubi Aegei nomen assumpsit: Deinde ubi Assyriam ab Europa stricto secernit mari, Hellespõtus nominatur. Cũ dilatatur uerò propontidis mare: & id inter Thracium Bosphorũ & Hellespontũ est usque Cõstantinopolim. Vbi rursus in Thracium Bosphorũ stringitur: quousque dilãtatur Euxinus nuncupatur: quod pontum uulgari sermone, seu magnum mare dicitur. Sed id rursus stringitur: & Bosphorũ chimericũ efficit. Inde sequitur Mæotis palus permaxima quidem atque lata, quam Tanais fluuius decurrit. Versus Asiam Pamphiliam Phœniciam Aegyptũ, à prouinciis nomina accepere. Est & Sarmaticus oceanus, & Germanicus. A populis hyperboreus, Scythicumque mare, Maréque Rubrum, atque mortuum. Ab insulis Britannicũ, Creticum, Carpathium, Colchium, Caspium, Cymbricum, Cyprium, atque Orchadus oceanus ab


nus ab insulis orcadibus sic dictus, quæ sunt numero .30. A gentibus dictæ Numidicũ, Maurum, Ausonium, Illyricum, Indicum permaximum, Phœniceum, & Gaditanum quod est in extremo occidentis. Ab oppidis, Argolicum, Corinthium, à casibus hominum Icareum ab Icaro: quod est in Asia minore: Myrtheum a myrtilo qui in eo proiectus fuit: inter Aegeũ & Ioniũ. Suntque maria famosa nobis cognita numero quinquaginta tria, ut uidere & inuenire potuimus. De quibus infra in locis opportunis sigillatim aliqua pertractabimus.

Insulæ celebriores & notæ hic per Alphabetũ describũtur: & quo Mari sint cõstitutæ.

Amatusi ueneri sacra, in Aegeo mari.
Anticyra, uersus Corinthum in eodẽ mari.
Apsorus, in Adriatico est mari.
Balthia, in septentrionali oceano
Banoma, in Scythico oceano.
Caccraria, in Euxino mari
Cadana, in persico mari.
Cassiderides .x. in oceano magno.
Cæa insula est in Aegeo mari.
Colophonia, in Ionio mari.
Creta ingens insula in suo mari.
Cyclades omnes numero .53. in Aegeo mari.
Cyprus inter alias famosa.
Chius in Aegeo mari.
Codanonia in Germanico oceano,
Colidos, in indico oceano.
Columbaria, in Thusco mari.
Corcyra, in Ionio mari Epyro adiacens
Corsica, in lygustico mari.
Chous, in Aegeo mari.
Curicta, in Adriatico mari.
Delos, in Aegeo mari.
Dyomeda, in Ionio mari: a Dyomede.
Eningya permaxima, in septentrionali.
Epydaurus iuxta Dalmatiam, in Illyrico.
Erythrea pulcherrima, in Gaditano mari.
Ethalia populoniæ opposita, in Lygustico mari.
Euboea perecelebris, in Euboyco mari.
Fabaria, in Germanico oceano.
Fortunatæ nũero sex, in meridionali oceano
Gades in fine Beticæ regiõis: quæ est granata
Gãgauia permaxima in Germanico óceano,
Glesería quæ cristallum & succinum præstat in Germanico.
Gorgones cõtra Atlantẽ montẽ in Aethiopico oceano.
Helene, in Aegeo mari.
Hinodes nũero septẽ in Germanico oceano,
Hesperides in Aethiopico oceano.
Ibernia uersus occasũ in septẽtriõali oceano
Icaria ab Icaro Dædali filio inter Sardum & Siculum.
Ilba metallis generosa, in mari Thusco plumbinum.
Inarime apud Campaniam in Thusco mari.
Issa Dalmatiæ adiacẽs in Thusco Adriatico mari.
Itaca Vlyssis domino illustris in Epyro.
Lemnos in Aegeo mari,
Liparc, ubi alumen fit in Siculo freto.
Lesbos quæ Mithylene uocatur in Aegeo mari.
Lẽcosia Lucaniæ adiacẽs in Tyrreno mari.
Meligina Dalmatiæ adiacens, in Adriatico.
Melita non longe à Sicilia, in Siculo mari.
Melos, in Aegeo mari insula rotundissima
Mitterin, in qua plũbũ fit in Britãnico mari.
Mona similiter, in eodem mari.
Naricia in Ionio mari.
Naxos ubi optimum colligitur uinum in Aegeo mari.
Nisyrus optimi uini ferax, in Aegeo mari.
Orcades nũero .30. in Septẽtrionali oceano.
Ortygia, apud Siciliam est.
Pontia in Tyrrheno mari.
Pandataria, in Tyrrheno mari.
Pharia, in Adriatico mari, Dalmatiæ propinqua.
Pathmos in Aegeo mari sancti Io. hospitiũ.
Pythacusa, in Thusco mari.
Prochyta, in eodem mari.
Proconessus, in Propontide mari.
Rhodos, Cycladum pulcherrima.
Salamina in Euboyco mari,
Samos Thraciæ adiacens in Aegeo mari.
Sardinia a Sardo, inter duo maria.
Scãdauia Longobardorum patria in Septẽtrionali oceano sita.
Sena in Britannico mari.
Sicyonia in Aegeo mari,
Sicilia Italiæ pulcherrima.
Syllura in Gallico oceano,
Scyrus, Homeri sepulchrũ in Aegeo mari.
Solis, penitus inaccessa, in Indico mari.
Strongila una ex Aeolis in Aegeo mari.
Strophades duæ insulæ in Ionio mari.
Talge sine cultu fertilis in Hyrcano mari.
Tanatos in Gallicano oceano.
Tragurium, in mari Adriatico.
Tile, multis celebrata carminibus, in oceano
Tyles, margaritis referta in Indico mari.

Sunt & aliæ insulæ extra orbem nuperrime repertæ a Portugalensi rege : utpote canaria , & aliæ duæ similiter à Christianissimo Hispaniarũ rege Ferando seu Ferdinando: quibus hæc imposita fuerunt nomina. Vni sancti Saluatoris. Secundæ Sancta Conceptio. Tertiæ Fernandina . Quartæ Helysabeth : & ultimæ Hispaniola. De quibus infra ultimo huius operis libro differemus.

Aetas sæculi prima quam in suscepto opere librum primum facimus, hic incipit : & ad diluuium usq; perdurat, quæque secundum Hebræos.1556.cõtinet annos. Iuxta uero septuaginta interpretes & Isidorum in quinto Ethicorũ lib. aliósque quam plurimos.2242.habet annos. Diuus autem Hiero.milia duo non plenè dicit. Augustinus denique pater noster in quintodecimo de ciuitate Dei cap.20.2262.annos dicit. Ac sic & nos deo auxiliatore temporum dinumerationem facientes Isydorum & Eusebium Cæsariensem imitantes taliter incipiemus.



Adam & Eua

Adam 

Dam & Eua primi omnium parentes triginta supra nongentos uixere annos, & ultra Cayn, Abel, & Seth cũ sororibus suis quos sacra Geneseos scriptura cõmemorat, triginta alios genuerunt filios. Verum Methodius sanctissimus martyr illos genuisse cẽt um filios meminit: quod mihi quidem plurimum consonare uidetur. Cum nec impossibile (imo uerisimile) hoc astruendum sit. Quos omnes noster legis lator Moyses prætermittendo, breuiter transit: & ad Abrahæ tẽpora uenire festinãs, illos atque aliorum sanctorum patrum plures filios, & filias sub ticuit. Hic autem sanctus Adam noster prothoplastus una cum uxore, cum propter inobedientiæ reatum, maximam cunctis diebus uitæ peregissent pœnitentiam: non modo Dei misericordiam assequi meruere, sed & prophetiæ donum commeruerunt. Vnde & de Christi Ecclesiæque coniunctione, deque diluuio futuro, ac de incendio futuro per ignẽ, indiciis apertissimẽ plurima prædixere: ea quoque liberis suis & nepotibus atque pronepotibus uniuersa retulere: quibus etiam multa iustitiæ documenta tradidere: alia quoque infinita propemodum tanquam eruditissimi docuere: demum infirmitate correptus Seth filio atque aliis successoribus suis interdixit, ne eorum filii cum Cayn fratricidæ pessimi filiis, ob eius exosam uitam, commiscerentur. Illum quoque, ut pluribus placet, pro misericordiæ oleo impetrando ad paradisum transmisit. Tandem trigesimo supra nongentesimum uitæ suæ anno, in senectute bona deficiens, in Ebron ciuitate Arbeæ sepulchro marmoreo, ut Egisippus scribit, sepultus est. Alii autem in loco Caluariæ eum sepultum fuisse tradunt. Et propterea is locus postea caluaria appellatus fuit. s. quòd ibi fuerit huius antiquissimi hominis caluaria condita, in quo demum Christus dominus noster crucifigi uoluit, ut ipse secundus Adam, & sanguis eius de cruce distillans, istius Adæ prothoplasti iacẽtis peccata dilueret. Et tũc sermo Apostoli ille cõpletus est, uidelicet. Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ea propter apud pictores talis inoleuit consuetudo: semper ad pedes crucifixi Adæ Caluariã depingi: ac sic Adam pater noster primus homo inter sanctos primus annumeratus est. Eo quoque in loco & Eua postmodum, atque Abraham, Sarra, Isaac, & Iacob, cum eorũ coniugibus sepulti perhibentur. 5169 primo

Cayn & Caluariã sororẽ Adã quintodecimo uitæ suæ anno in agro damasceno ex Eua uxore sua gemellos suscepit: pro quo idem pater acquisiuit, inquit, hominem per Deum. Gen. quarto. Nã Cayn lingua Hebraica possessionem significat. Qui sororem Calmanam duxit uxorem, quippe tunc temporis copula marium & fœminarũ necessaria erat, ut gignendo humanũ genus multiplicaretur, quia nec tunc ulli homines erant, nisi hi duo qui ex Adam primum nati fuerant: & iccirco fratres germanas in coniugium accipere necessarium fuit, quod quidem, ut diuus tradit Augustinus, quanto antiquis necessitate compellente esset, tãto postmodum factũ est damnabilius, religione prohibẽte, habita fuit. Certe tũc inquit rectissima ratio charitatis, ut homines quibus esset utilis atque honesta concordia diuersarũ necessitudinum talibus uinculis necterentur, nec ullus multas simul haberet, sed singulæ spargerẽtur in singulis, ac sic ad socialem uitam diligentius colligendã, plurimæ plurimos obtinerent. Hunc autem Cayn primũ agrorũ cultorem fuisse proditũ est, cupidissimus imprimis, ac inuidia plenus: necnõ & alienæ fœlicitatis impatientissimus: quamobrem fratrẽ suũ unicum Abel huiusmodi causa peremit. Conuenerunt quippe simul Deo sacrificare. Cayn enim de agricultura sua sacrificium offerebat, Abel uero lac, & gregum suorũ primogenita ardentissime. Deus autẽ, ut Iosephus in primo antiquitatum libro ait. Agno eo in sacrificio plurimum delectatus est. eo maxime quòd spontaneis quòd naturaliter ortis fructibus honoratus esset: quam in sacrificiis fratris sui Cayn. Quapropter Cayn ipse non minime indignatus: eo quòd frater suus ei fuisset præpositus, eũ turpiter peremit: necatũmq; protinus abscõdit: & ex hoc credẽs latere reatum: sed Deus ipse, qui etiam abscondita cordis nostri apertissime nouit, ipsum fratricidam repente ad se uocatũ acriter increpauit, dicens eũ esse fratris sui nequissimũ interemptorem quem è uestigio usque ad quartam eius generationem maledixit. At ipse Cayn ex sententia dei effectus profugus & uagus, in Indiam à facie domini commigrauit, eóque loci, genere humano postmodũ multiplicato, pro

mali sui

Adam

mali sui incremento, suos ad latrocinia inuitauit & docuit. Nam opes multas(ut Iosephus in primo ait) ex latrociniis & rapinis quoad uixit semper aggregare studuit, & successorũ doctor in his studiis extitit. Ibique hominum simplicitatem ex inuentione ponderum & mensurarum permutauit: eósque in calliditatem & corruptionem compellens. Ibidem quoque terrarum terminos imposuit primus. Ciuitatémque condidit: & à filio suo Enochiam appellauit, eámque bitumine & aggere aliquantisper cinxit. Illuc quoque sectatores suos malos omnes uenire cõpulit, ut habetur Gen.iii. Homines etenim antea ueluti inermes & nudi erant, nec contra alios seu bestias tuti, nec ulla receptacula contra frigus seu æstus habebant, sed naturali quadam solertia receptacula arundinibus construxere, quibus eorum uita tutior haberetur. Cúmq; Cayn senio cõfectus fuisset, & inter fruteta aliquando lassus sederet, à pronepote suo Lamech qui & ipse iam senectutis uitio cæcus effectus fuerat, interfectus fuit. Nam Lamech ipse dum uenationi insisteret, pueri ductoris suasu credens Cayn esse bestiam, sagitta occidit. Lamech uero cum se Cayn proauum interfecisse eo modo deprehendisset, ira nimium succensus, ipsum puerum postea interfecit. Hic igitur Cayn genuit Enoch, ex cuius nomine(ut dictum est) Enochiam condidit ciuitatem, quam quidem etiam sua prole repletam tandem uidit. Enoch autẽ genuit Iareth, qui genuit Mananehel, qui genuit Matusael, qui genuit Lamech. Lamech autem maledictus & sanguinarius duabus acceptis uxoribus Sela scilicet & Ada ex eis septẽ & septuaginta genuit filios & filias. Et hic primus fuit qui costam unam in duas diuisit unde non solum bigamiam, sed & digamiam introduxit. Cuius digamiæ plãtarium Dominus protinus postea diluuii pœna subuertit. Horum aut filiorum Iubal & Tubal fuere, ex Ada, ex Sela uero Tubalcayn, qui habuit germanam nomine Noemma.

Iubal itaque Lamech ex Ada filius secundum Iosephum portalia tentoria pro gregibus nutriendis fabricauit, gregésque ordinauit, & amauit, separauit quoque secũdum genera ouium greges, à gregibus hædorum: & qualitatẽ unius coloris, à grege sparsi coloris, cõmisturásq; eorum certis temporibus excogitauit: quas & alios docuit.

Tubal autem eius germanus existens uir eminentis ingenii cum musicam excoleret cõsonantias psalterii atque citharæ adinuenit & laudauit: non tamen instrumenta ipsa fabricauit, cum longe postea fuerint inuenta. Id autem inuentũ, ut Iosephus refert, fuit ad ictus malleorum Tubalcayn fratris sui, qui ferrarius faber erat. Nam tinnitu malleorum nõ mediocriter delectatus, ex eorũ ponderibus ipse proportiones, & consonantias quas ipsi mallei exhibebãt, comprehendit. Exinde musicæ principia exhibuit ex hoc ut labor pastoralis quasi in delitias uerteretur. Sũt autẽ qui dicant, quod Arcades populi per calamos breues & longos primi excogitauerunt cantum, ut suo loco infra dicemus. Laertius uero dicit id repertum fuisse Pythagoræ philosophi.

Musicæ principia.

Tubalcayn etiã Lamech ex Sela altera uxore filius, uir fortissimus fuit quamobrem res bellicas exercere cœpit, & ea quæ ad libidinem corporis pertinere recognouit, ardentissimè exercuit, unde & ferrariam artem primus adinuenit. Hii nanque duo fratres præuidẽtes futura Dei iudicia, aquæ uidelicet & ignis omnino esse: ne eorum inuentum ab hominibus omnino dilaberetur, aut antequam ad ipsorum ueniret cognitionem, deperiret duas sibi cõstruxerunt columnas, unam ex lateribus, aliam uero ex silice, & in ambabus quæ inuẽta ab eis fuerant utique conscripsere. Vt si ex lateribus constructa, ab imbribus exterminaretur, lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere, & sic uice uersa. Ac per hoc peccatum Cayn, ut scriptura refert in septuplum punitum, id est in septimã usque generationem. Septuagies uero septies peccatum Lamech punitum est, quia septem & septuaginta animas de ipso Lamech egressas diluuii aquis periisse constat, uel quia generationes tot erant usque ad Christum, qui pro omnibus pœnam soluit. Et sic tota progenies Cayn cũ euasisset per omnia nequissima, tandem diluuio penitus deleta fuit.

Abel.



Bel autem, quem iustum certe & sanctum sacra Euangelii commemorat historia, cum Delbora sorore quintodecimo uitæ Cayn Adam prothoplastus ex Eua uxore gemellos suscepit filios. Qui cum ab ineunte ætate iustitiam colere, & Deũ timere didicisset, etiam in omnibus operibus suis ipsum Deũ sibi præsentẽ adesse putabat, uirtutibusq; quã maxime eas ob res incũbebat, & iccirco illibata Deo obtulit munera, pro quibus mox, ut munerũ respectu placuit ipsi Deo, usque ad mortis illationem. Nã statim humanũ, & quod sceleratius est fraternũ inuenit odiũ, atque eius postremo sensit inuidiam: ac ipsius fratris qui illi, & pro germanitatis necessitudine, & pro solatii causa, quia adhuc (præter parentes suos) soli erãt in mũdo, debebãt se adinuicẽ amare. Verũ Cayn iniustitia seductus, maluit omni cõsolatione destitui, quàm tãti fratris iustissimi societate confoueri, si tamen cõsolatio recta dicẽda erat, ubi tantũ dissidebat animus quantũ uita discordabat. Nã Deus cũ inuidũ fratrẽ à tãto facinore retrahere decreuisset, eũ duris increpãs ait. Quare iratus es, & cur facies tua cõcidit? Nõne si bene egeris recipies? Si autem male, scito quòd reatũ tuũ statim in foribus aderit. Si appetitus tuus sub te fuerit, tu illi cæterę dominaberis. Verũ increpatio Domini iniquũ ab scelere haud retrahere potuit. Quinimmo in fraterni & innoxii sanguinis effusionẽ, crudeli satis odio furiosóq; prorupit. Callidè etenim ad eundẽ germanũ die una ait. Egrediamur foras pariter in agrũ. Eóq; cũ peruenissent, Cayn in eũ cõsurrexit, uimq; inferẽs tandẽ interfecit. Ac sic eũ primũ Dei martyrẽ effecit. Vnde & primus cœlestẽ ciuitatẽ cõdidit, atq; ipsius se primũ ciuẽ cõstituit. Cẽtenario & eo amplius Abel defuncto, Adã tristis & orbus tandem cẽtesimo exacto anno, Seth filium alium genuit.

Syriæ descriptio. Ager damascenus in quo Adam mortuus est.

Syriæ descriptionẽ in qua Damascenus Ager, in quo prothoplastus noster Adã formatus & defunctus perhibetur: hic non incongruè ponẽdã operepræciũ duxi, dum sit prima & orbis terræ plaga à mortalibus habitata. Nam cum in medio orbis terræ animaduerteret Deus esse cõstitutã, quæ nõ nimio algore rigeret, nec maximo calore torreretur, essétque fertilissima regio, & situ nobilissima, ac diuitiis soli, & aquis amœnissima, atq; auri & argẽti ditissima, ac demũ mari proxima. Ipsa postmodũ pluribus nominibus fuit distincta. Nãque Palestina uocata fuit quæ cõtingebat Iudæã, Arabiã, Phœnicẽ, & Damascenã, unde prima Damascena, cuius longitudo extitit inter Ciliciã & Arabiã, 470. passuum millia. Latitudo uero à Seleutia usq; in Euphratẽ. d. 25. passuũ millia. In hac prouincia est Ascalon, & Iope ciuitates ante diluuiũ (ut ferũt) cõdita. Sunt & aliæ plurimæ ibidẽ ciuitates per tẽpora cõditæ. Mõtes clari Carmelus, Libanus, Cassius: fluuii illustres, Iordanis, & Euphrates. In hac itaq; prouincia parẽtes nostros Adã & Euã cũ prole eorũ (ut ex plærisq; monimẽtis elicere potuimus, ac augurari possumus) uniuersam uitã in algoribus & ærũnis exegisse cõpertũ est.

Indiam ad quam primum Cayn cum suis accessisse Iosephus scribit, non incongruè describendam hic putamus. Quæ quidem cum sit maioris Asiæ prouincia permaxima, diu creditum fuit, esse tertiã terrarũ partẽ. Nomen ab Indo flumine eã assumpsisse ferũt. Eóq; cõcesserat, quòd à genitore Adam sapientissimo uiro didicerat, habere solũ admodũ fertile: & alicubi utique tã pingue, támq; ferax, ut mella frondibus defluerent, atq; eius frõdes lanam ferre, quã Neõma eius filia traxit in filos, necnõ illud solum gignere arundines, quæ singulæ inter nodia ueluti nauitas binos & ternos uehant. Nouerat quóq; arbores quæ ad tantã proceritatẽ excrescebãt, ut sagittis superari nõ possent, ac alia omnia fragrãtia emittere, quæ omnia ubertate soli, & cœli tẽperie, & aquarum abũdantia effici agnouerat. Inibi inter cæteros illustres fluuios Indus, & Gãges permaximus præterfluũt: ex quo quidẽ fluuio cũ nosset ipse fratricida pessimus multa pigmẽtorum genera de Paradisi fonte deuehi, libentius tanquam auarus eo accedere festinauit. In eo quippe amne nascitur Carbunculus, & Smaragdus, & Candentia margarita, & uniones, quibus nobilium fœminarum ardere consueuit ambitio, atque aurei montes, quos adire propter gryphos & dracones, & immensorũ corporũ monstra hominibus est impossibile, in ea itaque prouincia Cayn & ipsius uniuersum genus, aquis diluuii penitus extinctum est. De Indiæ situ & rebus suis latius in fine operis, quum de Presbytero Ioanne tractabimus, differemus.

Seth autem

SEth autem Adæ filius, & ipse quinto supra ducentesimum uitæ suæ anno genuit Enos. Dehinc septem & septingentos superuiuens annos, etiam alios genuit filios & filias, & cū nongētos duodecim uixisset annos, defunctus est. Hic quippe Seth interpretatur resurrectio: quòd in ipso semen iustum resuscitatum est, quòd stirpis filiorum Seth
30 4969 Dei fuit. Hic quippe cum uir peregregius esset, & uirtuti iugiter studuisset, etiam imitatores sui filios dereliquit. Qui cum boni filii atque ne potes habiti essent, sine ullius prorsus uexatione, fœlicissime sine querela uixere. Vnde nec quippiam crudele, usque in terminum uitæ eorum experiri meruerunt. Ipse quippe cum rerum cœlestium non ignarus esset, etiam eorū ornatū prius adinuenit. Huic cum pater Adam (inter cætera) interdixisset, ne cū filiis Cayn eius proles unquàm commisceri permitteret, quòd eius demerita ipsum odiosum Deo & sibi effecissent, etiam ipso parente Adam defuncto, eius iussa impræтermissè obseruauit, & suā cognitionem à Cayn prole omnino separauit. Porro eius filii cum in septimā usque generationem, iussa patris peroptimè obseruassent, Deum iudicantes per omnia esse Dominum omnium, & ob hoc ad uirtutem semper aspicientes, procedente tempore, de solemnitatibus patrum, ad infinita propè mala descenderunt. Quod nō modo legitimos Deo suo cultus nō prebuere, sed ne iustitiam quidem hominibus exhibere uoluerunt, ac zelum quem prius habuerant pro uirtute, in duplicatam malitiam per ea quæ gesserunt mala demonstrarunt, Ob quod Domini contra se plurimum territauerunt. Vnde & in contemptum mandatorū Dei, Cayn filias concupiscētes, easdem ex omnibus quas sibi elegerant, accepere uxores, è quibus (ut Moyses refert) Gigantes progeniti sunt, uerum hi quantum augebantur numero, tanto in uitia prolabebantur maiora. Quo circa Deum contra se irritantes, ipse tandē omnes (præter Noe iustum uirum cum suis) iusta animaduersione, diluuii aquis deleuit.

ENos Seth filius, ut diuus pater refert Augustinus, nonagesimo supra centesimū Enos uitæ suæ anno, genuit Caynam, ac deinde quindecim & septingentis superuiuēs annis, alios nonnullos genuit filios & filias. Quibus quidem exactis, eius omnes
35 4764 anni fuere quinque & nongenti, & mortuus est, ut habetur Gen. 5. Hic secundū magistrum fortis seu rationalis interpretatur. Huius nanque pater Seth, cum nec templorū molibus, nec simulachrorum dedicationibus adhuc operam dare didicisset, quòd neque pingere, neque fingere, aut cælare didicisset: sed nec ædificare adhuc nosset, sed ab prothoplasto suo omnium parente Adamo institutus, unius ueri Dei, & creatoris omnium fidem, cultum, ac pietatem suscepisset, Sed neque usque ad Abrahæ tempora nihil istius nugatoriæ superstitionis, quæ postmodum uniuersum occupauit mundum fuisse constat. Verum iste ad excitandam mortalium pigritiam, ut Hebræi referunt. Prius quasdam ad Domini exorandum imagines inuenit, ut nunc Christianorum mos est. Et idcirco sacræ literæ de eo sic referunt. Enos Seth filius sperauit inuocare nomen Dei sui, quam quidem scripturam diuus pater August. sic exponēs ait. Nihil aliud id significare dixit, nisi exorturi populi prophetiā, qui. f. secundum electionem gratiæ inuocaret nomen Domini Dei ueri.


CAynam Enos filius, qui Dei uiui natura interpretatur, & ipse septuagesimo supra Caynā
25 4574 centesimum uitæ suæ anno Malalehel filium genuit, quo genito etiam quadraginta & septingentis superuiuens annis, alios genuit filios & filias, pro quo factum est ut omnes dies eius decem & nongenti fierent anni, & mortuus est, ut habetur Genesœos. 5.

MAlalehel Caynæ prædicti filius, qui Dei plantatio interpretatur, centum & sexa- Malalehel
95 4404 ginta quinque ætatis habens annos filium nomine Iareth genuit. Quo nato postea etiam aliis septingentis & triginta annis superuiuēs, alios genuit filios & filias, pro quo facti sunt omnes dies istius octingenti & nonaginta quinque anni, & mortuus est Genesœos. 5.

IAreth autem qui descendens, siue roborans, aut certe soporans, interpretatur Iareth
60 4239 Malalehel prædicti filius, secundo & sexagesimo supra centesimum uitæ suæ anno genuit filium nomine Enoch. Quo genito iterum octingentis aliis superuiuens annis plurimos alios genuit filios & filias. Eius denique omnes dies, fuere anni nongenti & sexaginta duo, quibus expletis mortuus est, Gen. 5. Huius uero tempore filii Seth uiri quidem adhuc optimi, cum in præceptis paternis simpliciter perseuerarent, à filiis Cayn pessimis iam in omnem luxum carnis prolapsis multa mala pertulere. (Enoch

Enoch Noch autem Iareth prædicti filius, cum esset ætatis centū & sexaginta quinque annorum, genuit Matusalem filium. Quo quidem nato, ducentos superuiuens annos alios plurimos genuit filios & filias, ipsius quoque omnes treceti quinque & sexaginta fuere anni. Hunc quippe cum Domino ambulasse, & ultra non comparauisse, scriptura refert, quia eū tulit Dominus, eò quòd præ cæteris Domini mandata ad unguem custodierit. Nam postquam id prædictū tempus uixisset illum ad tempus in paradisum uoluptatis Dominus transtulit, ut in fine ipsorum cum Helia ueniat ad conuertenda filiorum corda. Fuit itaque in septima iustorum generatione, sicut & Lamech in generatione reproborum, qui parricidium in Cayn commisit, unde & fortè ut quidā autumāt propter septenarium numerum diuino numini consecratū, Enoch iste Deo acceptior fuit, quem septima æditum generatione suscepit. Hunc itaque nonnulla diuina ædidisse, ac aliqua prophetasse, Apostolus Iudas contestatus est, quæ ab antiquitate susceptæ fidei refutata fuere. Diuus autem Hieronymus astruit hunc ideo fuisse trāslatum, quia primus inuocauit Deum perfectéque credidit Saluatorem uenturum, de quo plenissimè Paulus in Epistola ad Hebræos docet. 4077 1122

Matusalem. Atusalem uerò Enoch filius centesimo & septimo anno uitæ natus, Lamech filium genuit. Quo sanè nato duos & nonaginta supra septingentos uixit, & alios permultos genuit filios, ac filias. Et sic omnes eius dies facti sunt nongenti & sexaginta nouem anni, & mortuus est, Gene.5. Hunc nanque Matusalem ferunt diutius uixisse omnibus aliis, quos scriptura commemorat: quoniam & iuxta annorum supputationē, annis quatuordecim post diluuii aquas eum uixisse reperitur, propter quod & nonnulli licet falsa opinione cum patre suo Enoch in paradisum delitiarum eum trāslatum fuisse affirmant, donec diluuii aquæ cessarent. Quam quidem discrepantiam diuus pater August. in.15. de ciuitate Dei perpulchrè disputans, tandem concludit ipsum eodem anno defunctum fuisse, quo diluuii aquæ inundauere. Eo quippe tempore, filii Seth.i. Dei filii filias hominum concupiscentes, eas quas concupiere sibi, contra Domini mandatum accepere uxores, quamobrem mala propè infinita multiplicata sunt super terram, Geneseos.5. 1287 3912

lamech Amech eius nominis secundus Matusalem filius, & ipse octuagesimo octauo supra centesimum uitæ suæ anno, genuit filium, quem Noe.i. rerum præceptorem appellauit, cui postquam natus fuisset, quingentis quinque & nonaginta uiuens annis, alios genuit filios & filias. Qui cum septingentos & septuaginta septem superuixisset annos, tradens principatum filio suo Noe, uita functus est, Gen.5. Eo quippe tēpore Gigantes erant super terram, uiri utique famosi, & incredibilis potentiæ, ac fortitudinis, gerentes bella. 1745 2454

Noe. Oe uero prædicti Lamech filius, uir sanè uirginitatis amator, iustúsque, ac misericors, quique usque ad quingentesimum ætatis suæ annum, & carnis illecebris, incentiuorúmque motuum, atque titillationum omnium nescius fuit, cuiúsq; quāta fuisset uirtus & pietas, hinc cognoscitur, nephanda etenim malignitas uniuersum genus hominum tunc occupauerat. Nam & Gigantes, illi qui per ora omnium uolitant, impiis factis, quod adhuc usque ubique prædicatur, Deo pugnā.i. pietati, & uirtuti, nō erubuerant inferre. Et qui eos produxerunt siue mortales quidam, siue immortales, malefica quædam artificia, & magicam prauitatem primi excogitauerant. Quas ob res cum Deus uno diluuio omnes perdere statuisset, unus iste Noe cum tribus filiis suis, uidelicet Cham, Sem, & Iaphet, & uxoribus eorum, in illo hominum genere iustus repertus est. Quibus ex rebus, solus cum omni familia sua, uxore uidelicet & filiis, ac nuribus suis, tantæ cladi diluuii superstes euasit. Et quidem quodammodo Deus concessit, quasi semen humani generis cōseruaturus foret. Quem sanctum quidem hominem, utinam quasi uiuam quandam imaginē imitari nobis superstitibus contingat. Is itaque Noe cum diuini amoris, & honoris, ac originalis iustitiæ eruditus non mediocriter foret, atque per omnia eloquio facūdus, omnes legum præuaricatores, & admonitionibus & prædicationibus, quibus plurimum ob eloquentiam ualebat, reducere satagebat. Verum cum omnino nil proficeret, metuens, ne & ipsum cum uxore & filiis, ipsi pestilentes interficerent, ab eadem discessit terra. Quo quidem recedente 1642 2557

Noe cū familia sua dilu uium euasit.

dente, dixit illi Dominus. Noe finis uniuersæ carnis uenit coram me, pœnitet enim me fecisse hominem. Ea propter spiritus meus in eo non permanebit in æternum, quia secundũ carnem omnino ambulare decernit, erúntque dies illius tantummodo centum.xx.annorũ, Gen.6. Quod autem dixerit Deus. Erunt dies hominis centum uiginti annorum. Non tamen sic accipiendum est, quod post diluuium homines centũ uiginti annos nõ essent transgressuri, quũ post diluuii tẽpus inueniantur multi excessisse quingentos annos. Sed hoc intelligendum est, etiam secundũ patrem Augustinum in.15. de Ciui. Dei, id Deũ dixisse quũ circa finem quingentorũ annorum Noe foret perductus, id est, quadringentos octoginta annos uitæ ætatis ageret, quos more suo scriptura quingẽtos uocat, nomine totius maximã plerúmque partẽ significãs, sexcentesimo quippe uitæ Noe anno, mense secundo, factum est diluuiũ, ac si dicat, cẽtum uiginti prædicti sunt futuri uitæ hominum periturorum, quibus transactis (nisi conuersi fuerint) diluuio exterminabuntur. Fac igitur, inquit Dominus, tibi archam de lignis leuigátis, bituminatam intus & extrà, quæ sit cubitorum trecentorum Geometricorum (secundum Augustinum & Hugo.) longitudinis, cubitus quippe Geometricus, ut idem uolunt, sex usuales cubitos facit, quam quidem mensuram uulgus particam appellare consueuit. Sit itaque trecentarum perticarum longitudinis, & quinquaginta latitudinis, ac triginta altitudinis, id est, à fundo usque ad tabulatum sub tignis. Demũque in cubito consummabis illã, in qua & mansiunculas, & tristegas, atque cœnacula, & fenestram, necnon & ostium denique in latere deorsum facies. Noe itaque uir sanctus, post centum & uiginti annorum spacium, quibus archam composuit, sexcentesimo uitæ suæ anno, comportatis secum iis, quæ sibi pro solatio uitæ suæ necessaria erant, cunctorúmque animalium ad seruandum genus eorum masculos simul & fœminas pariter introduxit. Aliorum uerò mundorum animalium numerum septuplum. Ipse denique & filii eius, uxor eius, & uxores filiorum suorum, primo die secundi mensis, qui Aprilis apud nos nũcupatur, per septem ante dies quàm Dominus plueret super terram, ingressus est in archam, quo ingresso, factum est diluuium permaximum, per annum occupans terram. Pro quo deleuit Domi nus uniuersam carnem de terra, quæ sub cœlo erat. Et Noe quidem cum suis, eo modo saluatus est. Stetitq; archa ipsa (ut sacræ tradunt literæ) super altissimos Armeniæ mõtes quin decim cubitis, ut patet, Gene.7. Exiccatis uerò aquis, Noe primum animalia ex archa dimisit, quibus emissis, & ipse sua cum generatione simul egressus, confestim pro gratiarũ actione Deo sacrificauit, atque cum suis comedendo carnes epulari cœpit. Eum autem locum (ut Iosephus refert) Armenii postmodum egressorium uocarunt, ubi & archæ saluatæ reliquias per multa tempora ipsi prouinciales ostenderunt. De huiusmodi diluuio, & Noe de archa, Berosus Babylonius Historicus, in suo primo libro de Temporibus, cuius titulus Berosi defloratio est, perpulchrè tractat, dicens. Ante aquarum cladẽ famosam, qua uniuersus periit orbis, multa præterierunt sæcula & cæ. Ait enim in fine libri, quòd archa quieuit in uertice montis Cordiei, ubi aliqua ipsius pars suo tempore erat, & homines sui temporis ex bitumine illo tollebant, & ad expiationem peccatorum suorum utebantur. Noe itaque egresso, metuens ne per annos singulos Dominus diluuium induceret, & semen humanum aliquando deleret, statim altare erexit, sacrificánsque rogabat Dominum, ne ullam huiusmodi uastationem ulterius induceret, qua periret omne animalium genus, sed punitis malis, parceret bonis. Cui apparens Dominus dixit. De cætero ab eisdem pro suis iniquitatibus pœnas exigere cessabo, eo maximè te rogante. In cuius rei signum, arcum meum ponam in nubibus cœli, ut habetur Genesis.6. Et sic Dominus, hæc quidem Noe, & suis filiis, dicens, atq; promittens, siluit. Ac sic illo diluuii anno prima sæculi ætas terminata est, ab Adamo usque ad diluuium inclusiuè sub generationibus decem.

Nota de Archa

Quid cubitus Geometricus.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER SECVNDVS.



Etas sæculi secunda hic incipit, quam in suscepto opere, librum facimus secundum, quæque ad Abrahæ sanctissimi patriarchæ natiuitatem usque perdurat. Quæ & secundum Hebræos, ducentos nonaginta duos continet annos, secundū uero interpretes, & Isydorū, nongentos quadraginta duos. Quæ ab Hebræorū supputatione sexcētis & quadraginta differt annis. Quæ autem sit huius diuersitatis ratio, in fine huius libri dicemus.

Noe itaque summo pontifice, permaximóque omnium imperatore, una cum filiis, & uxore, ac filiorum uxoribus ex archa egresso, cōfestim (ut prædictum est) altare ædificato, de cunctis pecoribus uolatilibúsque mundis holocausta Domino Deo obtulit suauissima, cuius odore delectatus ipse Dominus, eisdem extemplò benedixit, dicens, Crescite & multiplicamini, & terror uester sit super cuncta animantia terræ. Postmodum terra ad propriam naturam reuersa, ipse Noe uir agricola esse cœpit, & exercere terram, & cuncta animantia ad pascua emittere. Cunque (ut plerique aiunt) caprarū hyrcū in Coricū Ciliciæ prouinciæ montem ad pascua emisisset, ibidem labruscas comedens, è uestigio inebriatus est. Quãobrē cætera animãtia cornibus petere cœpit. Quo cōperto Noe protinus labruscæ uirtutem agnoscēs ipsam statim sanguine leonis, porci, agni, & simiæ inseruit. Per hoc (forte nescius) declarãs prædictorū quatuor animaliū in uino madefactis, quandã futurã significare uoluisse significationē seu potius similitudinē. At labrusca ab ipso Noe in uineã bonã inserta, optimū uinū protulit. Cúnq; eã uindemiasset, & eius uinū ad usum deduxisset, faciēs cōuiuiū magnū, ex illo primus inebriatus est, pro quo etiã statim ut agnus in sopore demersus, etiã denudatus inhoneste iacebat. Vidénsq; Chã, uidelicet Cenã pater, eius filius, ipsius patris uerēda denudata, euestigio fratribus cæteris irridēdū denūciauit & ostēdit. At Sē & Iapheth dedecꝰ patris audiētes, in ipsū filiali pietate permoti, mox palliū in hūeris suis sibi imponētes, retrorsúq; incedētes, patris uirilia operuere. Eorū quippe facies auerterãt, ne. s. patris uirilia uiderēt. Quod dū Noe innotuisset, aliis quidē filiis fœlicitatē optauit, Chã uero propter cognitionē sui, nō quidē maledixit, sed eius proli, & aliis effugiētibus maledictū, deꝰ Cananei filios emigrauit, ut infrà dicemꝰ. At benedixit primū Sē primogenitū, & ait. Sit seruus eius Chã, indéq; adiecit. Dilatet Dominus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sē. Noe uerò quū uixisset post diluuiū trecētis & quinquaginta annis, quod quidē tēpus fœlicissimè peregit, quū cōplesset nōgētos quinquaginta ætatis annos, mortuus est, ut habetur Gen. 9. Verū etiã præter Sē, Chã, & Iapheth, etiã post diluuiū genuit filios & filias, uiditq; ex filiis filiorū, ex Nepotū filiis, ad multas usq; generationes, unde & mulieribus ac paruulis exceptis (ut ex Philonis historia excerpsimus) fuerunt eius successores, antequã è uiuis tolleretur, uiri numero. 14000. Hæ autē, ut ex Genesis historia habemus, sūt generationes Noe. Sē. s. Chã, & Iapheth è quibus duæ & septuaginta prodiere gētes, licet multorum filii non commemorentur, qui nascendo tribubus aliis accesserunt, nullam ex se gentē facientes. De Iapheth ergo (ut ab ultimo exordiar) quindecim descenderunt generationes, de Cham duæ & triginta, de Sem primogenito & omnium patriarcha, uigintiseptē, quorum omnium nomina cum suis nationibus hæc ipsa sunt. 2957 2242

Iapheth tertius Noe filius qui & Ianus à quibusdam bifrons appellatur, quíque & latitudo interpretatur, cui & pater benedicens dixerat. Dilatet Dominus Deus domum filiorũ tuorum in Europa, septem genuit filios, & ex duobus filiis septem nepotes, uidelicet Gomer, Magog, Medar, Iauan, Tubal, Masoch, & Tyras, isti habitauerũt à Tauro & Aman mõtibus regionem incipientem, & in Asiam usque ad flumen Tanaym pertingentem.

Gomer primogenitus Iapheth, in Europam ex Cilicia ueniens, Gomoritas instituit gentes, qui postea à Græcis Galathæ sunt nuncupati, à quibus postea Galatia regio nomen accepit. Hæc quippe Hispaniæ & Lusitaniæ contermina, quam habet à meridie, ab occidente uerò & septentrione oceanum, & ab oriente Sequanæ flumẽ & Germaniæ prouincias. De qua etiam alio loco latius dicemus, cum de Anglis tractabimus. Gomer primus filius Iapheth. Galathia.

Magog uero Iapheth nepos fuit, à quo Magogas gentes emersere, qui à Græcis Scythæ sunt appellati, & à quibus Scythia & Gothia nomen accepere, de quorum gentibus & regionibus dicemus, quum de eorum regnis explicabimus. Scythia.

Medar item siue Medus tertius filiorum Iapheth, Medorum gentem constituit, ut Iosephus tradidit, à quibus postea Media regio nomen sortita est, quæ est Assyriæ & Persiæ uicina. Alii tamen à Mede Medeæ filio, id cognomentum habuisse ferunt, prout loco suo infrà explicabimus. Media.

Iauan quoq; quartus filiorum Iapheth, Iones Græcos constituit, & à quibus mare Ionium nomen accepit. Ionia etenim Græcorum regio fuit. Quæ in extremitate minoris Asiæ inter Cariam & Aeoliam est, quæ nunc Turcia est nũcupata, tamen ab Ionio quodam Atheniensium duce, Vitruuius nomen eam assumpsisse dicit. Hic quoque Iauam quatuor genuit filios. In hac autem regione est Miletum urbs quondam Ioniæ, totius belli pacísque artibus caput, & princeps, ut Pomponius refert. Ibi Ephesus præclara ciuitas, quæ pictores inter cæteros celeberrimos genuit, Et Clazomena urbs, Anaxagoræ philosophi patria, & Priennis ciuitas, Biantis philosophi etiam patria. Ionia.

Tubal etiam quintus Iapheth filius, Hyberos qui & Hispanos condidit, à quibus Hispania Europæ regio permaxima. Tertia quidem fœlix, rerúmque omnium optimarum ferax, de qua quum de Hispanorum regno dicetur, plurima enarrabimus. Hæc enim aliquando Celtibera appellata fuit. Hispania.

Mosoch insuper sextus Iapheth filius, Cappadoces instituit, & à quibus Cappadocia regio, quæ postea Cæsarea à Romanis fuit nuncupata. Ipsa quippe regio maiori Armeniæ est uicina, quam Euphrates fluuius di?iungit, in qua est clarissima ciuitas nomine Melcha Maumetis, ut aiunt, sepulchrum. Cappadocia.

Thyras denique septimus Iapheth filius, suos Thyrenses appellauit, à quibus Thracia, quæ & Græcia prouincia nomen accepit. Ea quippe regio ferocissimos antiquis temporibus nutriebat populos, quòd in eis asper corporis cultus esset. Hæc si quidem septem gentes per Iapheth filios institutæ feruntur. Thracia.

Ascanes autem Gomer filius, Iaphéthque nepos, Sarmatas populos quos Tartaros nunc appellamus, constituit, quósque Græci regios uocant. Hi quippe Scytharum genus sunt, in Mæothidos paludes profundissimas habitantes. Quæ quidem regio exilis ac tenuis est, infœlicibus arboribus referta. Inéstque eis, ut Florus refert, multa barbaries adeo ut pacem non intelligant. Hanc regionem nunc plærique Rusiam seu Tartariam esse autumant: gẽs hæc, ut Pomponius tradit, bellatrix est & indomita, & usque eo immanis atque atrox, ut fœminæ etiam cum uiris bella ineant. Sarmatia seu tartaria

Sarmatiam aliam in Asia, Ptolemæus in quinto inesse refert, quæ à septentrione terra incognita terminatur, ab occasu Sarmatia seu Tartaria. Cuius ciuitates insignes sunt Hermonosa, Tyramba, Tanais, & Nauaris, Caucasi montes in Sarmatia Asiæ, ut libro quinto refert Ptolemæus. Portæ uerò Caucasiæ à multis Caspiæ dictæ sunt, licet non modico errore, ingens certè naturæ opus, & montibus interruptis, repente ibidem, ut Plinius tradit, fores abductæ ferratis trabibus. Sarmatia alia fuit.

Rapha uero secundus Gomer filius & Iapheth nepos fuit. Ipse Ripheos qui Paphlagones dicun-

nes dicuntur & Troianos constituit à quibus Paphlagonia nomen accepit. Hæc autem minoris Asiæ regio est. Qui quidē Paphlagones, aliquando in Italiam transuecti (Cornelio testante) Eneti qui & Veneti postmodum dicti fuerunt, & à quibus Venetia prouincia cognominata est. In ea quippe Paphlagonia regione, Milesii plurimas condiderunt regiones. Eupatoriā Mitridates, quæ postmodum à Pompeio subacta, Pompeiopolis dicta fuit. Cytorus autem mons in ea est, qui & buxo admodum fertilis est, quæ uento mota, æstus imitatur undarum. De qua Virgilius in secundo Georgicorum ait. Et iuuat undantē buxo spectare Cytoron.

Paphlagones.

Tergoma siue Tygran tertius Gomer filius fuit, ex quo (ut Iosephus tradit) Tygramei qui & Phryges à Græcis nuncupantur, emersere populi, à quibus Phrygia minoris Asiæ prouincia cognominata est, quæ postea Dardania à Dardano, deinde Troia à Troe eius filio cognominata fuit. De qua infrà in tertio libro latius dicemus.

phrygia

Helysan insuper Iauan filius, filii scilicet Iapheth fuit. Ipse quippe Iauan Iapheth filius tres habuit filios, quorum primus iste fuit. Qui quidem Helysan, Helyseos eos uocat, quorū princeps extitit, qui & postea Aeolii à Græcis fuerūt nuncupati, à quibus Aeolia prouincia seu insula fuit appellata. Ea quippe insula Aeolia media est inter Misyā & Ioniā, quæ postmodum Græcorum Colonia fuit.

Aeolia.

Aeoliæ siue Vulcaniæ, aliæ insulæ in Siculo mari sūt, quæ ut Solino placet, Ephistiæ prius dictæ, à quodam Aeolio Iouis filio fuerunt postmodū cognominatæ, in eis ignis est, nā soli ignei aut enim mutātur Aetnæ incēdia, aut certe subministrāt, quæ sept numero sunt, uidelicet Lipare, à Liparo rege, qui eā ante Aeolū rexit, altera Hiera, præcipuè Vulcano sacrata, quæ ut plurimum in eminētissimo colle in nocte ardet, Strongile tertia, Aeoli prædicti regis domus, ex cuius fumo incolæ præsentiscunt, qui nam flatus in triduo sint futuri. Quare Aeolus creditus est uentorum Rex.

Aeoliæ insulæ.

Tarsis secundus Iauam filius fuit, qui in minori Asia ueniens, tarsos condidit populos, qui postea Cilices dicti fuere. Ex quibus Cilicia prouincia nomē habuit, Pauli. s. Apost. prima. Hæc enim minoris Asiæ & Syriæ proxima est, inter Pamphiliam & Taurum montem sita, plurima iacet campo sinu lato. Tarsus autem eius maxima ciuitatum, apud eos metropolis fuit. Sunt tamen qui dicant eandem prouinciā id nomen accepisse à Cilice Agenoris filio: in ea regione (ut Pomponius scribit) est specus Corycius adeo mirificus ac pulcher, ut accedentium mentes primo aspectu consternat. Cuius descensus quingentorum & mille passuum per amœnas umbras. Terret quippe ingredientes cymbalorum sonitus, diuinitus crepitantium: in ea specu Tiphonis gigantis cubile positum accolæ crediderunt, Cilices mediterraneo mari proximi piratæ fuerunt, quos (ut Florus tradit) Pompeius magnus funditus euertit.

Cilicia.

Coricius specus.

Cethum deniq; tertius Iauan filius, & Iapheth nepos fuit, qui Cethimā insulā primū inhabitauit, quæ postmodum Cyprus insula dicta est. Hæc inter alias orbis insulas famosissima diuitiis abundās, luxuique plurimū dedita, ob quod Veneri sacrata fuit. Ea postmodum, Plinio teste, nouē regnorū sedes extitit, ibi nanq; (ut idē Pli. li. 12. circa finē scribit) arbor quædā nata fuit, cuius folia odorata magnā dedere fragrātiæ suauitatē, ipsiúsque semina Coriandro simillima asseruit. Quam (ut quidam ait) dicunt arborem esse, quæ in Italia nostra Ligustrum uocatur, ipsa quippe insula aërem parum salubrē habet, in reliquis tota delitiis affluit, de qua infra latius dicetur.

Cyprus

Dodam in etiā quartus Iauan filius fuit, & Iapheth nepos, qui in insulam Rhodum ueniens, ibidémq; subsistēs, Rhodios incolas à se appellauit. De qua infrà latius dicemus.

Rhodos insula.

Iapheth itaq; sanctissimi Patriarchæ filii, atq; nepotes, supradictas has habuerūt gētes & climata. Quæ etiā (ut diuo patri Aug. li. de Ciuita. Dei placet) à Tauro monte Ciliciæ uersus Aquilonē, per septētrionalē plagā, & per Europā usq; ad oceanū Britannicū patrias tenuere ducētas, sub linguis & gētibus quindecim, nomina gētibus locisq; relinquētes sua, de quibus plurima sunt mutata, aut à locorū regibus, aut ab ipsis locis, aut etiā ab incolarū moribus. Cætera autē permanēt, ut fuerūt, ita ut hodie etiā rationabiliter appareat unde deriuata fuere, sicut ab Assur Assyrii, & ab Heber Hebræi, de quibusdā uerò rō nō apparet, sicut de illo

Termini filiorum Iaphet.

illo quod dicemus, ad Aegyptios non pertinere Mesram filium Aram filii Sem, Aethiopes ad Chus, ut Iosephus in primo Antiquitatum libro refert, cap. uidelicet. II.

Generationes Cham filii Noe.

Cham autem, secundus magni Noe filius, qui & Zoroastes appellatus est, quémque & nonnulli Nembroth fuisse affirmant, qui uidelicet ab eodem patre sanctissimo Noe ob irrisionẽ maledictionis plaga percussus fuit, & ipse hos infra descriptos genuit filios. Et hi quidem à prouincia Syria, & Aman, & monte Libano, cunctas obtinuere terras, scilicet quæcunque ad mare positæ sunt, apprehendentes etiam eas, quæ ad oceanum usque sunt, quibus etiam proprias dedere appellationes, quorum primus Chus fuit, à quo (ut Iosephus in primo Antiquitatũ suarum libro refert) Aethiopes fuere. Et hi primum à semetipsis & ab Asianis Chusei uocabantur, inde Aethiopes, à quibus Aethiopia prouincia seu regio est nuncupata, ipsa quippe prouincia in Mauritaniæ finibus Hyperboreis est, in qua quidẽ uastæ admodum sunt solitudines uersus orientem, ipsam tamen prouinciam Aethiops Vulcani filius qui in ea diu præfuit, à se nominauit. Vbi incolæ omnes Solis plurimũ torrẽtur ardore, ubi & multi monstruosi reperiuntur populi, atque terrarum uaria genera, é quibus Cameleopedus, collo equino, pedibus bubalinis, capite camelino, nitore rutilo, candidis maculis, & Rhinoceron, cui est color buxeus, in naribus unicum cornu. Cham secũdus filius Noe. Aethiopia.

Mesram item secundus Cham filius fuit, à quo Aegyptii orti sunt, qui quidem ab Hebræis Mersei uocabantur, & Aegyptum Mersim à Mersa isto dixere, quorum extitit princeps & auctor, ipsam tamen prouinciam ab Aegypto Danai fratre nomen accepisse Eusebius affirmat, ut infrà suo loco mox dicemus. Hæc quippe prouincia, ut Plinius in. 5. naturalis historiæ refert, ab oriente rubro mari, & Assyriæ coniungitur, ab occasu, Cyrenen, & Aphricæ residuum habet. A meridie uero usque in Aethiopiam protenditur, a septentrione autem mare habet Aegyptium. Aegyptus.

Phuuth etiam tertius Cham filius fuit, à quo (ut Iosephus scribit) Libyci populi, & à quibus Libya Aphricæ regio, quæ incipit ab Atlante Mauritaniæ monte, unde & quidam eiusdem Mauritaniæ prouinciæ fluuius ab isto nomine usque modo, Phuuth nuncupatur, & ab eo regio ipsa Phutensis fuit appellata, cui & postmodum nomen immutatum fuit, ab uno filiorum Mesram, qui Libyus nũcupatus fuit. Ea tamen regio (ut Isydoro in suis Etymologiis placet) à Libya Epaphi Iouis filii uxore, sic dicta fuit. Sed qui ex isto Phuuth nati sint filii, non habentur. Libya.

Chanaam seu Chananæus quartus Cham filius existens, eam regionem quæ nunc Iudæa nuncupatur inhabitans, Chananæã à se appellauit, de qua infra libro octauo perpulchrẽ tractabimus, quum de ultimo Hierosolymorum excidio à Tito facto, dicemus. Chananæa.

Sabaa itaque ex istis quatuor fratribus, uno uidelicet Chuso filius fuit, à quo Sabæi dicti sunt. Et hi (ut Iosephus scribit) Arabes appellantur, qui scilicet in Libano & Montilibano commorantur, et ab istis Arabia regio est appellata, quæ in Asia maiori est, quæq; & Iudæã ab Aegypto disterminat, quam Solinus sacram interpretatur. Sunt quidam, qui eam ab Arabo Apollinis ex Babylone filio fuisse cognominatam dicunt. Quæ & diuiditur in Arabiam fœlicem, Petream, & desertam, ut Ptolemæus libro. 5. refert. In ea est mons Synai, qui & Oreb, in quo legem sanctus Moyses accepit. Ibi & Phœnix auis nascitur, Aquilæ magnitudine, capite honorato, in conum plumis extantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpureus, in cauda autẽ roseis pẽnis, cæruleus interscribitur nitor. Quadraginta & quingentis eum durante annis perhibent. Arabia. Phœnix auis.

Eiula secundus filiorum Chus, filii Cham fuit, à quo Eiulei, qui nunc Getuli appellãtur populi, scilicet qui in remotioribus Aphricæ partibus habitare consueuerunt. Ea quippe regio (ut Plinius in quinto natura. histo. refert) in Aphrica est, & Etholorũ partem hactenus fuisse dicit. Hæc namque regio elephantes gignit, ut Iuuenalis refert. Cum getula ducẽ portaret belua luscum. Huius autem regionis littora murice & purpura admodum sunt fœcunda. Est quippe ab oriente multum montuosa. Getula

Sabathaa item tertius filiorum Chus, Cham scilicet filii fuit, à quo Sabatheni, qui à Græcis nominantur Astabari, qui sunt Libyæ populi intra Maxim continentem siti, Sabbatheni populi.

ut Dionysius refert, ubi & postmodum tẽplum illud uulgatissimum Libyci dei medias inter arenas conditum fuit.

Regina uero & Sabbataca filii Chus, antiqua postmodũ perdidere uocabula, ab iis tamen quædã Aethiopicæ gentes descendisse putantur, quæ in occidentali plaga habitabãt.

Palestina. Mesram autẽ secũdus filius Chã, & ipse ex se septem protulit nationes, quorũ sexta pro diit per Cesloym natio. s. Palestinorũ, qui modo Palestini dicũtur populi, & à quibus Palestina prouincia dicta est. Hæc enim (ut Plinio placet) in Syria, Arabiæ est contermina, dicta prius à Philistea urbe Philistim, quæ in ea metropolis fuit, ut Pli. in. 5. refert, in ea postmodũ Gaza urbs insignis & munita admodũ ædificata fuit. In quã Cãbises Persarũ rex quũ Aegyptũ armis petere statuisset, belli opes & pecuniã contulit. Et idcirco Gaza appellata fuit, quæ Persarũ lingua Aerarium uocatur. Est & Iope ciuitas, à nostris nũc Zaphus appellata, ante diluuium (ut fertur) ædificata. Est denique, non minor Ascalon insignis ciuitas.

Gaza ciuitas. Iope ciuitas.

Lydia prouincia. Lydin etiã aliũ Chã filium fuisse tradunt, à quo Lydi populi, & à quibus Lydia prouincia nomen accepit, quæ (teste Plinio) est in minori Asia, antiqua regnorũ prouincia. Sunt tamen qui eã à Lydo Atys filio id nomen accepisse ferant, quũ prius Meonia diceretur. Eã enim prouinciã Meandrus & Pictolus amnes celebrẽ plurimũ faciũt, quũ aureas ducũt arenas. In ea postmodũ infrascriptæ urbes, uidelicet, Ephesus, Colophõ, Clazomene, & Phecea ædificatæ fuere. De hac eadẽ infrà lib. 4. dicemus, quũ de ipso Lydo Atys filio tractabimus.

Ananyn quóque & Laobin, Nepercussym, ac alios tres Cham genuit filios, quorũ sex nationes ignotæ habentur, quia bello Aethiopico subuersæ usque ad obliuionem præteritorum nominum peruenerunt.

Nembroth. Nembroth aũt filius Chus, filii Cham, filii Noe Gigas permaximus fuit: uastissimo quidẽ corpore, cũ haberetur audacissimus, & manu fortissimus inter omnes filios Noe tyrannidem primus apud Babylonios exercere cœpit. Quòd ideo uenatorem sacræ literæ eum appellãt. Cui cũ octo fuissent filii, omnem terram à Gaza usque in Aegyptum tenuerunt. Fuisse tamen quatuor Nembroth ab auctoribus compertum habemus, primum hic uidelicet ex semine Cham, alterũ ex semine Sem fratris Chã, de quo à Bózio optimo historico sic habetur. Noe genuit Sem, Sem autẽ genuit Arphaxath, qui genuit Sale, qui genuit Heber & fratrem eius Ierari, qui & ipse genuit Nembroth, qui genuit Cretẽ, qui genuit Cœlium & Iouem atque Saturnum cognomento Nembroth, ecce tertiũ eius nominis Nembroth. Ex quibus patet, quòd ex linea Sem duo descenderunt Nembroth. Quartum deinde dicimus Bellum primũ Assyriorũ regem cognominatum fuisse Nẽbroth, quia liber qui mũdi imago inscribitur, sic inquit, Nembroth genuit Assur, qui genuit Bellum, cognomento Nembroth, de quo mox dicemus in capitulo Heber, à quo Hebræi.

Ethalia insula. Etheum etiam Chanaam filius Cham genuit, à quo Ethei, è quibus Ethalia insula nomen accepit. Ipsa nanque insula in Ligustico mari posita est, ut Ptolemæus in. 3. libro scribit. Est autem Populoniæ urbi opposita, distátque à continenti stadiis fermè cẽtum. In ea ef fodiũtur petræ, quibus in fornace decoctis, statim ferrum liquefactum mercatores accipiũt. Hoc admiratione dignissimum habet ipsa insula, ut exhausta effusionibus loca, rursus temporibus repleta cernantur, ut Strabo libro quinto auctor est.

Iebusei. Iebuseum secundũ Chanaã genuit filium, à quo Iebusei, quorum ciuitas fuit Hierusalem de quibus plurima infra tractabuntur. Amoreũ, à quo Amorei, & Gerseum à quo Gersei. Eueum, à quo Euei. i. Gabaonitæ. Archeum qui Archas oppidum cõdidit, cõtra Tripolim in radicibus Libani situm. Ausseum, à quo Ausseuei. Aradium, à quo Aradii, qui Aradũ seu Ardam insulam possederunt, angusto freto à Phœnicum littore separatam, in qua postmodum, ut Eusebius de temporibus refert, inter cætera, Cursius Talassus cũ quatuor cohortibus uiuus combustus fuit, quòd tributa ab incolis grauius exigeret. Samaritem item genuit filium, à quo Syria nobilis ciuitas, quæ Aolis uocatur, nomẽ accepit. Amatheum etiam genuit, à quo Amatitæ populi, qui Amathus insulam occuparunt. Est ipsa insula in Aegeo mari posita postmodum Veneri sacra, ipsa apud Virgi. dicente. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cithera. Est & ipsa metallorum inter cætera fœcundissima, unde Ouidius Metamorphoseos. 10. At si forte roges, fœcundam Amathunta metallis.

Arda insula. Aolis ciuitas. Amathus insula.

Decem

Decem ex his Cananeorum gentes à Iudæis de terris suis expulsi fuerunt, quas etiã ipsi postea possederunt Iudæi, prænominatæ itaque tribus, quæ de stirpe Cham prodierunt, à Sidone usque ad Gaditanum fretum, omnem meridianam plagam tenuerunt, quæ sunt patriæ trecentæ & nonaginta quatuor, sub linguis triginta.

Sem denique primus filiorum Noe, & ipse sex ex se protulit filios. E quibus quinq; singulares prodiere gentes, cuius primogenitus fuit Elam, à quo Elamitæ Persidis principes, secundus Assur, à quo Assyriorum pullulauit imperiũ, qui Assur de terra Senaar secessit in terram longinquam quæ postea ex eius nomine appellata est Assyria, quæ est maioris Asiæ regio, de qua infrà dicemus. Luth tertius Sem filius fuit, à quo Luthæi populi, Aram etiam genuit, à quo Syrii, quorum metropolis fuit Damascus, & hic quatuor genuit filios, quorum primus fuit Hus princeps Traconitidis regionis, quæ erat inter Palestinam & Celem Syriæ cõiuncta. In ea est Vs terra Iudææ contermina, in terra uidelicet Ausitidi: unde fuit sanctissimus Iob. Hul item fuit secundus Arã filius, ex quo Armenii sumpsere principia, & à quo Armenia Asiæ maioris prouincia nomen accepit. Sunt tamen qui dicãt ipsam prouinciam id nomen accepisse ab Armenio Iasonis comite. Sem filius Noe Elamitæ Assyrii Vs Iob patria

Armenia igitur prouincia diuiditur in maiorẽ & minorẽ, terminatur autẽ hæc prouincia secũdũ Ptolemæũ in .5. ab oriẽte parte Hircã maris & Mediæ, à meridie Mesopotamiæ & Assyriæ parte, à septẽtrione uero parte Colchidis & Iberiæ atq; Albaniæ, & ab occasu parte Cappadociæ, in ea est Arath mons, ut testatur Isydorus, in quo sanctissimi Noe archã post diluuiũ sedisse ferũt. Ab ea deducta postmodũ fuere pruna Armenia suauissimi odoris, Araxes fluui9 & Eufratis, ac Tigris pars per eãdẽ prouiciã excurrere dicũtur. Ciuitates autẽ postmodũ insignes ædificatæ sunt, uidelicz Artaxata, Armauria, Tospia, & Artemita. Armenia

Gethel tertius Aram filius fuit, à quo Caramani populi iuxta Pontum appellati sunt, unde & Carmania prouincia maioris Asiæ nomen promeruit. Quæ quidem prouincia à septẽtrione Carmania deserta terminatur, ab oriẽte Godrosia, ab occasu uero parte Persidis. Populi autem huiusce gentis postmodum, & nunc usque, ut Pomponius scribit, sine ueste, ac fruge, sineq; pecore, ac sedibus uiuũt. Sed coriis tantũmodo pisciũ uestiũtur. Quidam testudinis carne sustentantur, qui præter capita toto corpore sunt Hirsuti, in ea ædificatæ fuerũt infrà script æ ciui tates, uidelicet Carmania metropolis, Taspis, & Alexandria. Carmania

Mersam etiam quartus Aram filius fuit, quo Meones populi, hæ gentes post linguarum confusionem dissidentes, Isydoro in commen. Etymologiarum libr. teste, possederunt meridianam terram ab ortu Solis usque ad Phœnices, sub linguis duabus, & uiginti occupantes patrias quadringentas sex.

Sem itaque primus filiorum, hoc anno secundo post diluuium, cẽtesimóque uitæ suæ anno genuit Arphaxath atque alios nonnullos filios & filias. Quem nonnulli Melchisedech summum sacerdotem fuisse affirmant, qui primus post diluuiũ Sa-
2242 2957 lem condidit ciuitatem, ipsa est Hierusalem. Is postquam genuit Arphaxath, superuixit annos quingẽtos, & cũ facti fuissent omnes dies Sẽ anni duo & sexcẽti, mortuus est, Gen. 11. Post autẽ benedictionẽ Noe usq; ad Abrahã, nulla aliquorũ hominũ iustorũ in sacra scriptura fit mentio, & tamen eos non defuisse credendum est, ut infrà dicemus. Sed si omnes commemorarentur, ut diuus pater Augustinus refert in longũ nimis traherẽtur.

Ionichum autem post diluuium Noe genuit filium uirum, ut omnes testantur ingenio eminentissimum. Astronomúmque peritissimum, qui primus omnium syderũ cursus, stellarúmque habitudines contemplatus est. Qua quidem disciplina inter cætera, ortum pariter & occasum quatuor regnorum principalium præuidit, atque omnibus docuit, cui cum pater Noe (ut Methodius martyr scribit) non partes inter fratres suos, sed munera tantũ dedisset, in Aietã cõfestim secessit, ubi & regnans, gentẽ haud paruã sibi tandẽ cõstituit. Hæc enim Eliopolorũ, id est, solis terra erat, ad quem nonnulli filiorum Iapheth uiri, utique clarissimi accedentes, ciuitatem etiam ex ipsius nomine Ionicam extruxere. Hic inter cæteros Nembroth Gigantem habuit discipulum, quem & quomodo super genus Cham regnare posset, docuit. Ea propter semper inter Nẽbroth ipsum & Assyrios maxima uiguit pax. Huic autem mortuo Cosdron eius filius successit, qui & ipse genuit Subsyrsadebeth Ionichus primus Astronomus.

regem, qui quoad uixit sexaginta septem euertit ciuitates ab Eufrate fluuio usque ad Edroe zam, omnémque Indorum terram depopulatus est, ingressúsque desertum Galba, Ismaëlis filios ab eremo Etheruio depulit.


Rphaxath Sem prædicti filius, & ipse cẽtesimo & trigesimo quinto uitæ suæ anno genuit Sala filium, post cuius natiuitatem etiam annis ducentis tribus su peruiuens, alios genuit filios & filias. Ac sic omnes eius anni & dies facti sunt trecenti & triginta octo anni, & mortuus est. Gen.11. Hunc diuus pater Aug. 16. de Ciui. Dei cap.10. dicit. Chaynã genuisse septuaginta interpretũ opinionẽ sequens. Ab isto Arphaxath emersere Chaldæi a quibus & Chaldæa regio est appellata. Hæc est Asiæ maioris prouincia, Arabiæ contermina longe plana, sed fontium admodũ indiga, in qua Babylon magna ædificata fuit. Eos enim institutos à se Arphaxateos, hic sanctus Patriarcha nominauit, ut Iosephus libro primo Antiquitatis Iudæorum. 2244 2055

Chaldæa.

Sala.


Ala prædicti Arphaxath filius, & ipse trigesimo supra centesimum, secũdum August. & Isydorum uitæ suæ anno genuit Heber. Quo quidem nato, trecentis tribus superuixit annis, & alios plures genuit filios & filias. Ac sic omnes dies huius Salæ facti sunt quadringẽti & triginta tres anni & defunctus est, Gen.11. Ab isto Sala secundum Iosephum ubi supra. Sarmatæ qui & Indi prodiere, à quibus Sarmatia prouincia, quæ apud nos Tartaria nuncupatur, duplicem tamen Sarmatiam esse inuenimus, uidelicet Europæ & Asiæ maioris. 2820 2379

Sarmatia prima.

Sarmatia Europæ est illa quæ, ut Ptolemæus libro.3. scribit, à septentrione oceano terminatur, ab occasu Germaniæ parte, & à meridie Iazigib⁹ Metanastis. Eã nũc plæriq; Tartariã seu Rusiã esse credũt. Huius incolæ, ut Põpo. refert. habitu armisq; Parthicæ proxima, uerũ ut cœli asperioris, ita ingeniũ. Nõ.n. se urbibus cõtinẽt, & ne quidẽ statutis sedibus. Sẽ per tãquã bellatores in castris habitãt, liberi & indomiti, & usq; eò immanes atq; atroces, ut eorũ fœminæ etiã cũ uiris bella inire nõ uereãtur, in hac eadẽ prouincia, per tẽpora post modũ cõditæ multæ fuere ciuitates. E quib⁹ insigniores sunt Tamyryca, Naubatũ, & Olbia.

Sarmatia secũda.


Armatia autem Asyana (ut libro.5. Ptolemæus refert) à septentrione, terra satis incognita terminatur. Ab occasu uero prædicta Europæ Sarmatia & Tanay fluuio. Caucasi mõtes (ut Ptolemæus in quinto refert) in hac prouincia sunt, cuius portæ (à multis) magno errore Caspiæ sunt dictæ, ut Plinius est auctor, ingens sanæ naturæ opus, ut mõtibus interruptis, repente ibi fores abditæ ferratis trabibus. In hac prouincia insignes ciuitates feruntur Hermonasa, Oenantia, & Tyrambã.

Portæ caspiæ.

Heber:


Eber autem Salæ filius, & ipse trigesimo supra centesimũ uitæ suæ anno secundũ patrẽ August. & Isydorũ genuit Phalech. Quo edito trecentis & triginta annis superuiuens, alios plures genuit filios & filias. Ac per hoc facti sunt dies eius quadringenti & septuaginta quatuor anni, & mortuus est, Ge. 11. Ab isto Heber Hebræi Iudæi appellati sunt. In cuius solum familia secundum diuũ patrem August.16. de ciui. Dei cap.11. dũ linguæ diuiderẽtur, lingua Hebræa, quæ antea una erat, remansisse dicitur. Ipsa quippe primo humana dicebatur. Habuit quóq; Heber hic alium filiũ Iectam nomine, cuius etiam Moyses meminit. Qui & ipse plures genuit filios, uidelicet Helmodach, & Saletha, & Aphormoth, Lare, & Azurã, & Vzal, & Deda, & Hebal, & Abimael, & Ophyr, & Eiula, atque Ioab. Et istorum.12. filiorũ habitatio facta est, à Missa pergentibus usq; Sephar montem orientalẽ, & hæ familiæ omnes sunt sancti Noe, iuxta populos & nationes suas à quibus diuisus est mundus & gentes post diluuium. Vnde omnibus superputatis, humanũ genus omne uidetur septuaginta tribus gentibus cõtineri. Licet non sit credendum, quòd & alii quorum nõ nominatur posteritas, sine prole decesserint, sed qui ex eis geniti fuerunt non meruerint propriũ gentis suæ habere nomẽ, sed aliis gẽtibus addebãtur, Et tũc terra uniuersa erat Labii unius & sermonũ eorũdẽ. Missæ autẽ ubi habitarũt filii prædicti Iectã, filii Heber, regio Iudeæ erat secundum diuum Hieronymum. 2509 2690

Nembroth itaque huius nominis primus, de quo supra memorauimus Chus.f. filius, filii Chã, filiique Noe magni, his tẽporibus suo proauo Noe uita functo, ab Ionico Aetæ rege filióque Noe edoctus, cum esset nihilominus audacissimus uir, manúque fortis, libidine do

minandi

minandi admodum succensus: primum imperium & tyrãnidem in suos apud Babylonios sibi usurpauit. Cuius regni principium fuit Babylon ipsa, quam ipse fundauit cum aliis ciuitatibus, uidelicet Arath, & Archad, atque Calamne in terra Senaar. Quamobrem dei uenatorẽ id est deceptorem, ac humani sanguinis effusorẽ humaniq; generis oppressorem cognominari meruit. Imperio itaque hoc modo per tyrannidẽ adepto proximos suos, uidelicet Iectã ex filiis Sẽ, & Suphne, ex filiis Iaphet, in suos ad faciendum suo exemplo hortatus est. Horũ autẽ trium principum ductu & auspicio, uniuersa Noe sanctissimi posteritas regebatur. Cõuenerant itaq; hi tres cum innumerabili suorum multitudine in campo Senaar, quibus Nẽbroth ipse uir audacissimus, & lingua disertissimus, affatus est dicens, ne Deo ascriberent hominum fœlicitatem, sed unusquisq; id potius propria uirtute obtineret. Vnde perniciosissimus uir uniuersos mortales suis deceptionibus a dei timore solus auertere præsumpsit, tanquam ultionem de deo (quantum fas erat) excipere uolens. Dixitque ad uniuersos astantes, uenite, faciamus lateres, & coquamus eos, ut cum eis ædificemus ciuitatem atq; turrim celsissimam, cuius cacumẽ ad cœlum usque pertingat. Quam quomodo primum ædificare cœpissent, deus confestim (ut sacræ literæ testantur) ædificantium superbiam, hac animaduersione solum mulctauit, ut tot gentes quæ eo conuenerant, ex omni cœlo, quæ & septuaginta erant, quibus & cuiq; unum fuerat labium, eademq; lingua, etiam totidem linguarũ confusione superinducta, separauit, necessitate inducente, ut alter alterius uocem non intelligeret, & super omnem terræ faciem dispergerentur. Atque ita cum imperantis dominatio in lingua consistat, merito Nẽbroth superbia in lingua dãnata fuit, ut & ipse non intelligeretur iubendo homini, qui intelligere noluit, deo suo iubente sibi. Is itaque hac linguarum cõfusione adeò turpiter confusus, è uestigio in Persidẽ secessit, ubi & Persas ignem colere docuit. Exinde error ille, cæcas illorum hominum mentes inuasit, ut Solẽ deum utique esse putarint. Demum, ut quidam tradunt, à filiis castratus, una cum Camesse filio in Italiam traiecit, ibique ubi nunc Roma habetur, urbem paruulam condidit, quam ex nomine filii sui Camessam appellauit.

Linguarum cõfusio.

Idolatria prima.

De turri Babyloniæ.



E hac uero Turri & linguarum confusione, Iosepho referẽte. Sibylla in hunc modum meminit dicens. Cum omnes mortales una uterentur lingua. Quidam ex his turrim ædificauerunt excelsam, tanquã ascensuri per eam ad cœlum. Dii uero turbines mittentes euerterunt turrim, & uocẽ propriam unicuique partiti sunt. Propterea & uocari contigit ciuitatẽ Babyloniam, id est, confusionem. Eadem uero ciuitas postea à Semirami de Nini uxore adeò ampliata fuit, ut Chaldæam & Mesopotamiã prouincias a se Babyloniam cognominari fecerit.

Monstruosorum quoque multa hominum genera post linguarum uarietatẽ adeò factã, uariis in locis producta fuisse, diuus pater Aug. in lib. de Ciui. dei cõmemorat dicens. Deus enim ipse cũ sciret quarũ partium similitudine uel diuersitate cõtexeret pulchritudinẽ uniuersi, etiam multos monstruosos homines in mundum producere uoluit. E quibus quidam Syluestres in Abarimõ regione Scythiæ sunt, qui auersis post crura plantis, eximiæ sunt uelocitatis, qui (ut Pli. lib. 7. refert) passim cum feris uagantur. Mõstra

Androginæ etiã in Aphrica mõstruosi sunt, qui utriusq; naturæ inter se uicibus coeũt, quibus dextera mamma est uirilis, leua uero muliebris. Mõstra

Arimaspi alii monstruosi homines in Scythia reperiuntur, qui (ut Pli. in. 7. refert) in media fronte unicum habent oculum: qui cum gryphis cõtinua gerunt bella. Nam gemmas & aurum quod gryphi gerunt, ipsi Arimaspi ui capiunt. Mõstra

Astromi item in fines Indiæ sunt, qui auctore Plinio, sine ore omnino sunt, halitu tantummodo uiuunt: hi toto corpore hirta frondium lanugine uestiuntur, quibus nullus prorsus est cibus nullusque potus. Mõstra

Athlãtes monstruosi quasi homines ultra Libyæ deserta sunt, qui Sole, dum oritur & dum occidit excæcantur tanquam ipsis pestifero: hi (Solino teste) ab humano ritu prorsus exulant: nulli proprium uocabulum, nulli proprium nomen, diris uultibus, Solis ortus excipiunt, Mõstra

piunt,dirísque occasum prosequũtur, ustiq; undique torrentis plagæ sydere,oderunt Deũ lucis,hi ullo modo non uescuntur animalibus.

mõstra Chelonophagi mõstruosi homines in Carmania(ut testatur Solinus)sunt prouincia,qui non alia quàm testudinis carne uiuunt,piscium autem cute se contegunt.

mõstra Monstruosæ gentium facies etiam in Aethiopia reperiuntur. Quarum aliæ sine naribus, æquali totius corporis planitie,informes habent uultus,aliis concreta sunt ora,modicóque foramine,calamis auenarum pastus hauriunt, nonnulli linguis carent, sermonis loco nutibus utentes.

mõstra Tanephii etiam in oceano septentrionali sunt populi, quorum nuda corpora(teste Plinio)pergrandes ipsorum aures tota contegunt. Eos Pomponius Sarmalos appellat.

mõstra Hymatopodes præterea monstruosi populi in Libya sunt,qui,Solino teste, flexis usibus crurum repunt potius quàm incedant,& pergendi usum,lapsu magis destinãt quàm gressu.

mõstra Hyppopodes item monstruosi populi in Scythico oceano sunt, qui teste Soli no humani usque ad uestigium formam tenent,sed in equinos pedes desinunt.

mõstra Neuri etiã monstruosi homines in Scythia sunt,qui æstatis tẽporibus in lupos trãsfigurantur,deinde exacto spacio,in pristinam reuertũtur formam. Mars illis(ut Pomponius refert)deus est,hi pro simulachris enses & tentoria dedicant,hominésq; pro uictimis habent.

mõstra Phanesii item populi monstruosi,in quibusdam insulis oceani maris sunt,quorũ aures(teste Solino)in effusam adeò magnitudinẽ dilatantur,ut reliquã eis uiscerũ partẽ contegant.

mõstra Pygmæi monstruosi in Arabia sunt populi minutissimũ gen9(ut testatur Pompo.)quod pro satis frugibus,cõtra grues dimicando,deficit.Hos tamẽ pygmæos dicit Pli.incolere extremam Indiæ mõtium partem,salubri cœlo,sempérque uernante,mõtibus ab aquilone positis, quos à gruibus infestari prodidit. Fama est hos insidentes arietum caprarúmque dorsis,armatos sagittis,ueris tempore,uniuerso agmine, ad mare descendere, & oua pullosque earum aditum consumere,aliter futuris gregibus nõ resisti,Horum longitudo,teste Gellio, non excedit pedes duos,& quadrum.Quorum mulieres quinto anno pariũt, & octauo senescunt.De his Iuuenalis satyra.xiii.plura loquitur.

mõstra Satyri mõstruosi qui præter figurã nihil moris humani habent,sunt in Aphrica Aethiopiæ,hos Pli.dicit habitare in Solanis Indiæ montibus,esséq; perniciosum admodũ animal,

mõstra caudata tanquam quadrupes,tam rectè currens humana effigie,ut propter uelocitatẽ,nisi senes aut ægri non capiantur,diuus Hieronymus in uita Pauli de his mentionem facit.Qui autem habitant in India extra Gangem Satyri caudas habere dicuntur.

mõ stra unius oculi. Cyclopes alii monstruosi uiri gigantes,in Sicilia,iuxta Aetnã montem fuerant,qui unicum tantum oculum in medio frontis habebant.De quibus Virgilius in.3. Aeneid.Ignariq; uix Cyclopum allabimur oris.Exul et Aetneos uidit Cyclopas Vlixes.

mõstra Scyritæ gentes utiq; monstruosæ etiam fuere,inter Homades Indos, ut Plinius libro septimo testatur,quæ narium loco,foramina tantum habent.

mõstra Trogloditæ monstruosi populi in Aethiopia sunt,qui(ut Plin.lib.5.refert)specus excauant, et hæ illis domus,uictúsque eorum serpentum carnes sunt, stridórque;non uox,adeò sermonis commertio carent.

mõstra Monoceros item monstrum in India est,mugitu horrido,equino corpore,capite ceruino,qui media in fronte cornu habet,splendore mirifico.

mõstra Manticora etiam monstrum est,in India,triplicem dentium ordinem habens,faciémque hominis,& corpus leoninum.

monoculi. Monoculi quoque in India nascũtur,singulis cruribus,& singulari pernicitate,qui a calore se defendunt plantarum magnitudine.

mõstra Suntque in India alii uiri monstruosi, qui ceruicibus carent,& in humeris habent oculos.Sunt denique ea in regione Syluestres,hirsuto corpore,caninis dẽtibus,cum stridore terrifico.Quisquis tamen(ut diuus Aurelius inquit)uspiam nascitur homo,id est,animal rationale,mortale,quantumlibet nostris inusitatam gerat formam,seu aliud quodcunque,ex uno prothoplasto originem duxisse,nemo dubitare debet.Ita etiam nouissimis tẽporibus reperti sunt aliqui hominum fœtus,ab inusitato cursu naturæ exorbitantes,quod nobis absurdum uideri

uideri non debet, ut quemadmodum in singulis quibúsque gentibus, quædam monstra sunt hominum, sic & in uniuerso genere humano quædã monstra sunt gentium. Et de his satis.

1556 2643 Phalech autem Heber prædicti filius, trigesimo supra centesimum uitæ suæ anno secundum diuum patrem Augu. atque Isydorum genuit Ragau, post quem & alios genuit filios & filias, tandem cum uixisset annis ducentis & trigintanouem, in senectute bona appositus est ad patres suos. Gene. xi. Hic Phalech interpretatur diuisio, qui cũ terra esset labii unius in eius ortu, propter turris ædificationem, cõfusum est. Sed forte dicit quis. Si in diebus eius diuisa est terra per linguas, id est, homines, qui tunc erãt in terra, quare nõ ex Phalech potius nomine quàm Heber appellari debuit lingua illa, quæ omnibus antẽ cõmunis erat? Ad quod, diuus pater Augu. 19. de Ciui. Dei. cap. xi. respondet, quod Heber tale nomen imposuit filio, ut uocaretur Phalech, quod interpretatur diuisio, quia ei tũc natus est, quando terra per linguas diuisa fuit, id est, ipso tempore, ut hoc esset dictũ. In diebus eius diuisa est terra. Quippe nisi Heber adhuc uiueret, quãdo linguarum facta fuit multitudo, Phalech idest diuisionis nomen, ipsi filio non imposuisset, & ideo, ut diuus Augustinus ait, credenda est ipsa fuisse illa prima, communísque lingua, quam damnauerat illa multiplicatio, mutatióque linguarum. Phalech

Scytharum regnum, his temporibus, in regione septẽtrionali, diuus pater Augu. in. 14. de Ciui. Dei capi. 3. initiũ sumpsisse scribit. Vbi etiam regnauit Thanaus a quo etiã & Thanays fluuius (ingenti cognitus fama) nomen accepit, qui & in Meotidem defluit paludem, quem Niualem Virg. in. 4. Geor. appellauit. Regnum hoc quanquam uetustissimũ sit, quia barbarum est, inter quatuor principalia regna non computatur. Nulli tamẽ hominum Scythica gẽs unquam cessit. Imo & Darium Persarum regem (ut suo loco dicemus) turpiter fugauit, Cyrum occidit, Siphirionam Alexandri magni ducem deleuit, Vesoym Aegyptiorũ regem, cum omni exercitu & belli apparatu repulit atq; fugauit, Asiam ter bello subegit, & per annos multos sibi uectigalem fecit. Ea quippe Scytharum natio ex Magog Noe nepote (ut supradictum est) ortum habuit. Eius quippe genus barbara natio est, quæ non iustũ aliquid tenet nec rectum, serpentes & ydola colit, multis inuoluta libidinibus.

Scythia igitur huius regni prouincia duplex est, uidelicet orientalis & septentrionalis. Quæ uero in oriente est porrecta, ab uno latere ponto includitur, & ab altero Ripheis mõtibus, a tergo Asia, & Tapsi flumine. Multum hæc in longitudine patet, plurimásque continet regiones, quæ ad summam decem & septem numerantur. Huiusmodi gẽtibus inter se fines nulli, neque agros exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est aliqua, armẽta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis, uxores liberósque secũ in plaustris uehunt. Quibus coriis, hymbrium hyemisque causa, tectis pro domibus utũtur. Nullum scelus, apud eos furto grauius, aurum & argentum proinde aspernantur, ac reliqui mortales competuntur, lacte & melle uescuntur.

Scythia autem septentrionalis, quàm prædictus Tanays fluuius diuidit, ita ut una pars in Europa sit, de qua nunc loquimur, ad Thraciam terminatur. Ea regio fuit ditis admodũ soli, ut lib. 2. Pompo. refert, Estq; plerúmque inhabitabilis, quia Gryphi sæuum ferarum genus, aurum terra egestũ mirè amant, diligentérque custodiunt, & contingẽtibus illud admodum sunt infesti. Ibidem plura reperiũtur monstra, de quibus suprà locuti sumus. Ea in prouincia est Boristhenes fluuius, qui gẽtem sui Nominis alluit, inter Scythiæ amnes amœnissimus est, defluit quippe liquidissimus, placidior quàm cæteri fluuii, potarique pulcherrimus. Alit magnos pisces, quibus & optimus sapor, & nulla sunt ossa. In Scythia etiam sunt infrà scriptæ regiones. Boristhenes fluuius.

Alania in primis in Europæ Scythia est, quæ ad Meotidem paludem contingit. Alania

Amazonia item regio in Scythia est, ut Ptolemæus lib. 5. scri. De qua mox dicemus. Amazonia.

Boristhenes etiam populi, in Scythia Europæ sunt, in sexto uidelicet climate constituti, à nobilissimo Boristhene fluuio dicti, qui amnis in Põto defluens, teste Pompo. magnos pisces alit, quibus & optimus est sapor & nulla prorsus ossa, Boristhenes populi.

Essidones populi, item sunt quibus (ut Pompo. lib. 2. refert) mos est parentum funera cũ tu prosequi, congregatóque familiarium cœtu, ipsa corpora laniata, pecorum uisceribus immixta Essidones,

mixta epulando consumunt. Ossa uero capitum auro incincta, pro poculis gerunt. Et hæc apud eos per ultima pietatis officia adsunt.

Hyperborei. Hyperborei populi sic nuncupati sunt, super aquilonem, Ripheósque montes, sub ipso syderum cardine constituti, quasi ultra boream positi. Horum terra Aphrica per se fertilis est, hi cultores sunt iustissimi, & diutius uiuere dicũtur, quàm ulli mortalium, & beatius quidem uiuunt, semper læti, non bella norunt, non iurgia, habitant lucos siluásque. Et ubi eos uiuendi facietas maiúsq; tædiũ capit, redimiti sertis hilares semetipsos in pelagus, ex certa rupe, præcipites dant. Id eis funus honorificentissimum est.

Larodii. Larodii populi, aliud hominũ genus ut Herodotus lib. 4. scribit in Scythia Asiæ fuerũt.

Massagetæ. Massagetæ item populi alii, in Scythia sunt Asiana, ultra mare Caspium, ad quos (ut diuus scri. Hiero.) Apollonius magnus philosophus, penetrauit, ut Hiarchã in trono sedentẽ aureo, de natura, de moribus &c. audiret dicentem, hi cum per deserta discurrunt, equorũ suorum sanguinem cum lacte potant. De quibus Lucanus libro tertio. Longáque Sarmatici soluens ieiunia belli Massagetes quo fugit equo, uolucrésque Geloni. Massagetæ uirtutem suam maximè in bello aduersus Cyrum regem ostenderunt. Solem deum putant, singulas uxores ducunt, senio confecti in frusta cæduntur, & cum ouinis carnibus eduntur. Eos qui morbo moriuntur, deuorandos feris obiiciunt.

Neuri. Neuri populi sunt, in Scythia Europæ, qui (ut suprà dictum est) æstatis temporibus in lupos transfigurantur.

Nomades. Nomades quoque sunt in Scythia Europæ, qui populi uagi pecorũ pabula sequũtur, atque ut illa durant, ita diu statam sedem agunt.

Satarchæ. Satarchæ populi etiam in Scythia esse dicuntur, qui (ut Solinus scribit) usu auri & argenti damnato, in æternum se à publica auaritia abdicarunt.

Sarmatæ. Sauromatæ seu Sarmatæ Scythicæ gentes sunt, qui nihil præter niues rarasque syluas habent, quibúsque tanta est barbaries, ut pacem non intelligant.

Scythothauri. Scythotauri etiam in Scythia sunt populi, qui (ut Solinus scribit) pro hostiis, aduenas cædere consueuere.

Thyssagetæ. Thyssagetæ demum populi habentur in Scythia ultra Sauromatas, ex uenatione uiuentes. In quorũ agro flumina quatuor magna fluũt, uidelicet Tanais, Lycus, Sirgis, & Oarus. 2773 2426

Ragau. RAgau, seu Reu, Phalech prædicti filius & ipse trigesimo secundo supra cẽtesimũ uitæ suæ anno, testibus Aug. & Isydoro genuit Saroch, quo nato, etiam superuixit annis ducentis & septem, & alios genuit filios & filias. Cumque facti fuisset omnes dies Ragau annis. 339. mortuus est, Gen. xi. Cuius tempore, templa permulta constructa referuntur. Ac quidem gentium principes, ut dii adorari cœperunt.

Noe maximus Patriarcha, uniuersiq; generis (post Adam) secundus prothoplastus, Reu prædicto uiuente atque regnante in Italia (ut quibusdam placet) consistens ibidem ædificata haud magna ciuitate, cum fœlicissimè uidisset innumerabilem ex se progenitam multitudinem, uidelicet filios & filias, & ex filiis filiorum, & ex nepotum, ac pronepotum filiis, usque ad plures generationes, paruulis ac mulierib9 exceptis, ad sũmã. 14. millia hominũ, post diluuiũ annis. 350, anno ætatis suæ. 950. in senectute bona defecit. De isto Noe, etiã Berosus histo. Chaldæus in. 2. lib. antiquitatũ meminit, dicens, quòd postquã ab Armenia discessit ad regẽdã Ritim, quã nũc Italiã nominãt, uenit, ubi perpulchrè docuit Italos astrorũ cursus, eisq; distinxit ad cursum solis, & duodecim menses ad motum lunæ, qua scientia prædicabat ab initio quid in anno uẽturo contingere præberet, ob quæ existimabant illum diuinæ naturæ fore participem, ac propterea illum multis nominibus uidelicet Olybani, & Arsarũ eiusmodi appellarunt, atque illi diuinos honores Itali nostri post mortem impenderunt.

Amazonum fœminarum regnum, huius Ragau temporibus, inter Scythas, & Albanos, initium sumpsisse proditum est. Hæ quippe fœminæ Scythicæ fuere, primum iuxta fluuium Thanays cum uiris inhabitantes, deinde ad loca iuxta Termodonta fluuiũ deuenerunt, qui fluuius ideo a quibusdam Amazonius uocatus est. Erant tamen duo iuuenes regii, uiri audaces qui aruis Cyriis occupatis, raptu uiuere, & incolas infestare latrociniis cœpere. A quib9 tractu temporis per insidias ferè omnes eorum armigeri trucidati fuerunt. Quod cum ægre

ferretur à uiduatis coniugibus mox in ardorem uindictæ deuenere, feruidæque cum paucis qui superuixerunt uiris in arma prorupere. Et primo impetu facto, hostes à suis amouere sedibus. Inde ultro circunstantibus intulere bellum. Demũ arbitrantes seruitutem potius quã coniugium, si exteris adhæreret hominibus, & fœminas solas posse sufficere bellis, & armis, ne mitiores uiderentur habuisse deos cæteris, quibus uiros à cæde finitimorum fortuna seruasset, cõmuni cõsilio in eos irruẽtes omnes interemere. Inde in hostes furore cõuerso, quasi uirorum neces ulturæ, illos adeò contriuere, ut ab eis facile pacem impetrarent. Qua suscepta, ad successionem consequendam, uicissim finitimis adhærebant, & copula commiscebantur, & cum concepissent euestigio euertebantur in sedes. Tandem qui nascebantur mares, occidebantur illico, fœminæ uero cum diligentia ad militiam seruabantur. Tenellis igne, seu alio medicamine, sublato incremento mãmillæ dexteræ ne sagittandi postmodum exercitium impediretur adultis, sinistra linquebatur intacta, ut ex illa nutrimenta porrigerent nascituris. Ex quo Amazonum uocabulum sortitæ sunt, ab a quod est sine, & mazon mamma quasi sine mamma. Nec istis in alendis puellis fuit ea cura quæ nostris. Nam muliebribus officiis omnino ab se abiectis, uenationibus, discursionibus, domationibus equorum, laboribus armorum, assiduis sagittationibus, & huiusmodi exercitiis, maturiores puellas durabant in aptitudinem, & uirile robur. Quibus artibus, non solũ Cyrios tenuere campos, quinimo Europæ ingenti parte bellorum iure quæsita, etiam plurimum Asiæ occupauere, & formidabiles omnibus breui apparuere. Sane ne uiribus tantis deesset regimen, ante alias Marpesiam & Lapedonẽ sibi (post cæsos uiros) instituere reginas sub quarum auspiciis, suum ut plurimũ auxere imperiũ. Hæ quippe, cum militari disciplina essent insignes, partitis intra se prouinciis Rem pu. auxere. Verum cum Lapedo ad ultimum in hostes duxisset exercitum: repeti no barbarorum incursu, Marphesia nimium sui fidens, relictis aliquibus filiabus, cum tempore copiarum cæsa fuit. Harum autem fœminarum imperium quantum durauit, aut quibus consumptum fuit temporibus, necdum inuenire potuimus. Ad Alex. tamen magni tempora usque eas regnasse compertum est, ipsas tamen Hercules plurimum expugnauit, atq; Bellephron Glauci filius, Corinthi rex. De quibus infra dicemus. De his uide Iustinum in primo Epito, ac Dyodorum Siculum, & alios historicos. Marpesia prima regina.

Aegyptiorum etiam regnum huius Ragau temporibus, initium sumpsisse, Eusebius Cæsariensis scribit. In quo ut idem testatur, Sores primum regnauit, sed quantũ, non habemus. Id' tamẽ crebris, & diuersis altercationibus, seu tumultibus, mutatum fuisse legimus. De quo etiam persæpe, in sacris codicibus habetur mentio. Durauit nihilominus usq; ad Octauianũ Augustum, ut in fine libri septimi huius explicabitur. Regnũ Aegyptiorũ.

Aegyptus autem Aphricæ est prouincia uidelicet, superior & inferior. Idque nomen (ut Ptole. refert.) ab Aegypto Danai fratre sortita est. Marsea etenim, antea, ut Iosue ait, a Masse, Cham filio, denominata fuit. Hæc prouincia ab oriente, rubro mari Syriæque cõiũgitur. Ab occasu uero Cyrenem, & Aphricæ residuum habet. A meridie uero usq; in Aethiopiã protẽditur. A septentrione mare habet Aegyptium. Incipit autem á Syene, in quã fines Aethiopum, & inde usque ad mare se protendit. In ea quidem Aegypti prouincia nũquã pluere dicitur, sed Nili inundatione fœcũdatur Aegyp. Plures insignes habuerũt ciuitates, uidelicet Syenẽ, quæ supra Alexandriam sita erat, Thebẽ nobilissimam, quæ ut Põpo. scri. 100. habebat portas, & totidẽm principum aulas superbissimas, unde regio Thebayca. Abededos & ipsa nobilis Aegypti ciuitas fuit, olim Mennonis regia, nunc autem Osyris fano exculta, Alexandria Alex. Macedonis opus, & Chayrum olim Charam nũc principium huiusce gẽtis permaxima sedes. Aegyptii mortuos suos fimo oblitos plãgũt, nec cremare, seu fodere fas putant, uerum arte medicatos, intra penetralia collocare dicuntur. Eorum fœminæ forum ac negocia, uiri uero pensa ac domus curant. In Aegypto labyrinthus erat mirificè extructus, erantque pyramides turres, ex quadratis lapidibus admirandè fastigatæ, habétque ipsa prouincia suũ mare Aegyptium. Aegyptium autem mare, incipit a ualle Catabathmon, quæ prouinciam ab Aegypto separat, & protenditur usque Pelusium, quod est Arabis cõterminum, & ibi suum finem facit, habétque ex opposito Cyprum insulam. Descriptio Aegypti. Ciuitates insignes.

Boemorum etiam regnum, hisdem temporibus, ut ex cotum Chronicis, atq; monimẽtis colligere Boemorum regnum.

colligere potuimus,initium sumpsit,Nam princeps unus,nomine Boemus, qui Babel turris extructioni interfuerat, in Italiam ratibus ueniens,per Alemaniam usque ultra Danubium deuenit,ibique considens,terram illam a se Boemiam denominauit.Moriens uero tres tantummodo filias reliquit,quarum prima Libussa nomine post obitum patris, prouinciam gubernauit,& inter cætera sua monimenta arcem Vissegradensem extruxit, ac communiuit. Secunda uero filia dicta fuit Brella,quæ medicinæ & herbarum euasit perita. Tertia denique soror Therba dicta,& ipsa effulsit malefica,& sortilegiis operam dedit. Demum indignum ducentes Boemi,tantum imperium unius fœminæ subesse arbitrio,quod ubi Libussæ reginæ nũciatum fuisset,mox concionem ad se uocare fecit.Quibus illa.Ego inquit charissimi mei molliter placidéque nunc usque imperaui, estote liberi, imperium autẽ cui uolueritis resignabo.Moneóque prius,ut equum meum in campos adducere uelitis, sequẽtes nihilominus eum quocunque ierit.Denique uiro cui subsistet in mensa ferrea comedenti,illũ ad me deducite,quia mihi cõiunx,uobisque princeps erit.Ipse autem equus,ante Primislaũ confestim constitit aratorem,quem protinus in ducem expostularunt.At ipse rusticus Primislaus,uomere inuerso,caseóque apposito, cibum sumebat. Quem lætabundi suscipientes, mox equo imposue runt,interrogatus autem cur nam calceos, querno robore cõfectos,secum afferret seruandos:respondit,ut posteri,qui principatũ inter Boemos assumpturi erãt, scirent se ex humili loco ad tantum regni fastigium fuisse euectos. Ea quippe subrusticana uestimenta diu in thesauris regni seruata referuntur. Regnum autem istud,per multa tempora à Ducibus tantum gubernatum est,usque ad Frederici primi imperiũ, deinde à Regibus fœlicissimè,atque imperatoribus florentissimè,usque ad Hussitarum heresis exordium, pro qua certe multa mala,multáq; prælia gesta sunt,multus sanguis effusus,deletæ funditus ciuitates,spreta & conculcata fuit religio,Ioan, & Hiero.quidam compatriotæ huius mali fulmina extitere,qui populum simplicem decepere,qui nihilominus in Constantiensi Synodo circa annum salutis nostræ.M.cccc.16.cõbusti fuere,ut suo loco infra tractabimus.Boemia autem huius regni prouincia,in Europa est,intra Germaniæ limites inclusa, tota aquilonibus exposita,habet ab oriẽte Morauos, & Stesitarum partem, ab aquilone Sarones & Misnenses,ad occidentem agrum Noricum,ad meridiem uero Austriam & Bauariam.Vndique Germaniæ populis cincta,longitudo,latitudóque eius pene par trium fortassis dictarum.Sylua Hercina uniuersam cingit, Albis fluuius eam mediã irrigat, qui & mediam penè Pragam urbem scindit,regio hæc est admodum frigida, armentis tamen & feris ac piscibus abundans,agérque ei optimus,frumenti & ordei feracissimus.Idem quoque cupri & argenti munere perpulchrè habetur,oppida autem regni huius memorabilia sunt, Praga regum dignissima sedes,Cadanũ,Buxia,& quædã alia hoc in regno,nouissimis diebus,præfuere inclyti reges Mathias Ioan. Huniadis olim filius,& Beatrix Aragonia,Ferdinandi Parthenopæ regis filia,quorum uirtutes nemo certe sermone explicare posset,hi nãque diuini prope reges in primis regnum omne Hussitarum errore iamdiu infectum,nõ solum purgarẽt,sed & optimis institutũ legibus illustrius redderẽt,erant ambo coniugales, nam regia profecto conformes,gloriæ imprimis appetẽtissimi,pecunias inter amicos, uirósque insignes,nõ modo partientes,immo profundẽtes,adeò ut inter opes pauperes,& in paupertate diuites nullius rei magis quàm famæ & gloriæ uiderentur auari,de quibus plurima infrà suo loco pro modulo imbecillitatis nostræ dicemus.

Mathias. Beatrix.

Polonia. Polonia etiam prouincia,cum aliquando ab uno eodémque Boemorum rege gubernata fuerit, atque unũ quasi regnũ, duo ista regna,haberetur,nõ ab re erit eiusdẽ regni prouincias legẽtibus hic aperire.Polo.igitur prouincia Sarma.prouinciæ pars est,quæ permaxima habetur regio, quæ Selesiæ ab occi. proxima est, Vngarisque & Lituanis,ac Prutenis proxi. plana utique & nemorosa,ager Cæreris ferax,multa gẽti illius sunt armẽta,ac multa ferarum uenatio,potus genti ceruisia est ex tritico,atque humido confecta, & cum uinearũ nulla eis sit cultura,etiã uini rarissimus est usus.Terra boues uenãtur, quos prisci Vros uocauere,piscibus ac uolucribus abundant,sed auro & argento inopes admodum sunt.Huius regni ciuitates(præter Craconiam per omnia insignẽ) parum nitidæ sunt,quoniam ex materia lignea domus earum conficere referuntur, plærasque, pro cemento, luto liniũt.Vectigalia.

ctigalia regi persoluunt paruissima, Regnum autem horum per quatuor partes diuisum, has per circulum anni Rex ambigit, & quælibet pars tribus mensibus regem & curiam pascit, cui & statuta sunt, quæ à prouincialibus præstãtur, & si in uno loco ultra præfinitũ tẽpus rex ipse permanserit, suo uiuere sumptu cogitur. Ibidem (ante Cassimirum optimũ regem nouissimè defunctum) Vlatislaus gentilis, ex Lituania, à prouincialibus in regem assumptus, cum sacrum baptisma & regnum ac prædefuncti regis filiam unicam in coniugẽ suscepisset, mox se Christianũ principẽ ostendit, unde & multos ex suis Lituanis mox ad Euãgelium Christi traxit, & pontificales Ecclesias nonnullas erexit, atq; pontifices omnes magno honore prosecutus est, cum Tartaris regni limites infestantibus fœliciter semper dimicauit, Prutenósque maximo bello, de quo etiam infrà in eius uita latius memorabimus, habuit hic diuinus propè Rex duos filios, Vlatislaum, & Cassimirum, cui mortuo successit Vlatislaus natu maior, Cassimirus uerò Lituaniæ prouinciæ Ducatum accepit, prior autem non solum Poloniæ & Boemiæ, sed & Vngariæ regnum adeptus est, qui & tandem repro. x. in bello Turcorũ, interfectus est, cui in eisdem regnis omnibus Cassimirus germanus eius successit. Vlatislaus repro. ges Cassimirus

Lituania autem regio, in fine quasi septẽtrionalis plagæ posita est, & ipsa longè patens, Poloniæ ad orientem connexa, palustris fermè tota, & nemorosa est. Ad quam a stiuo tempore difficilis est accessus, hyemis uerò tempore, lacunis gelu astrictis, mercatores super glaciem incedentes, iter faciunt, plurimorũ dierum cibaria in uehiculis portantes, nulla certa (ut aiunt) uia meandi est, sed sicut in mari syderum cursus ostendit. Ibidem rara sunt oppida, neque uillæ penè sunt ullæ. Earum gentium opes præcipuæ sunt animalium pelles, uidelicet Zobelinorum, & Armelinorum, usus autem pecuniæ eis omnino ignotus est, sed locũ pecuniarum pelles apud eos obtinent. Matronæ harum gentium nobiliores publicè concubinos tenent, permittentibus uiris, quos matrimonii adiutores uocant, uiris uerò turpe est, ad legitimam coniugem pellicem adiicere. Multum apud eos ceræ & mellis est, quod syluestres apes conficiunt, uini rarissimus est usus, & panis nigerrimus, armenta eis pro maiori parte, alimenta præbent, horũ sermo Sclauonicus pro maiori parte est. Hi populi paulò ante Idola colebant, sed postquam Vlatislaus eius gentis indigena, Poloniæ regnũ accepit, pro maiori parte ad Christum conuersi sunt, prædicationibus cuiusdam Hieronymi, optimi uiri Camaldulensis ordinis. Is natione Pragensis fuit, literis tum humanis, túmque diuinis apprime eruditissimus, qui & in Basiliensi synodo interfuit, ac maximo in pretio, propter facundiam, & uitæ munditiam habitus fuit. Lituania prouincia. Armeli ni ubi orian- tur. Cõuersio hu- ius gentis

2905 2294 SAruch autem Ragau filius, & ipse trigesimo supra centesimum uitæ suæ anno, secundum Augusti. & Isydo. genuit Nachor, posteáq; etiã centũ annis aliis superuiuens, alios genuit filios & filias, cúnque eius omnes dies facti fuissent anni ducenti & triginta, mortuus est. Gene. 11. Saruch

Assyriorum regnum in Orientis plaga, uigesimoquinto uitæ Saruch anno, ut Eusebius refert, initium sumpsit. Quod quidem regnum secundum diuum patrem Augustinum. 18. de Ciuitate Dei cap. 1. cæteris omnibus insignius fuit, quum per annos mille trecentos a primo rege Belo Nembrothide, usque ad Sardanapalum ultimum, sub regibus trigintaseptem fuit porrectum, cuius regni descriptio talis est. Regnũ Assyriorum.

Assyria, ut diximus, Asiæ maioris regio fuit, quæ ab oriente fluuio Euphrate, ab occidente nostro mari & Aegypto terminatur, a Septẽtrione uerò habet Armeniam, Cappadociam, a meridie demum Arabicum synum, & hæc Syria est. In ea primum usus purpuræ odoris & unguenti inuentus fuit, quibus Roman. & Græcorum effluxit luxuria. In hac est Adiabene regio parua, cuius est Abelitis regio, ut Solinus refert, quo in loco magnus Alex. copias Darii fudit, ipsúmque subegit. Purpuræ usus

2920 Belus autem Nembrothides, quem Assyrii Saturnum Deum nominauere, primum eo in regno regnare cœpit, hoc uidelicet anno, qui est. 2920. mundi, regnauitque annis. 75. Regnans autem in Babylonia, quæ paruo claudebatur ambitu, eo dum uixit contentus fuit imperio, quod autem in uita hic gesserit, nullibi quicquam inuenire potuimus. Ab ipso tamẽ nephandissimum idolatriæ genus initium habuisse uidemus, quia eo mortuo, quum Ninus Belus.

eius

eius filius,cum solennibus exequiis honestasset & nimio ipsius obitu torqueretur mœrore, in solatium eius doloris,paternam imaginem sibi sculpere,& effigurari fecit,cui mox tantã reuerentiam exhibuit,ut quibuslibet reis,ad illam confugientibus,parceret.Quamobrem illico regnicolæ omnes simulachro ipsi diuinos honores impendere cœperunt. Deinde multis temporibus exactis,eum etiam uocauere Mercurium. Quo plane turpi exemplo, plurimi nobiles & ipsi,suis charis,imagines dedicare cœperũt. Ex quo per orbem horrenda idolorum multitudo sensim euagari incepit , sicque factum est,ut ex eius nomine diuersimode secundum diuersitatẽ idyomatũ, idolorũ nomina sint denominata. Quia aliqui eum Bal, alii Baal,alii Behel,alii Bahalaym, alii Belphegor,alii deniq; Belzebub dixerint . Quod quidem idolum tandem Daniel sanctus propheta, quum in Babylonia ipsa captiuus adductus fuisset, cum ipsius templo penitus euertit, ut habetur Danielis ultimo.

Diuersa nomina Beli.

Zoroastes artis magicæ primus inuentor, quem nonnulli Cham Noe filium existimant, primus Bactrianorum rex hoc tempore fuit,cuius populus semper in rapinis est,uir fuit maximi ingenii,quòd primus septem liberales artes indagauerit, atque eas in septem columnis lapideis,totidemque latericis(contra utrunque indicium ad mutationem filiorum Chayn) esculpsisse tradunt.Hunc tradunt historici in ortu suo risisse,quum aliorum nascentiũ uox prima sit uagitus,& lætitiæ sensus(ut diuus pater Augustinus scribit)in sexagesimum usque diem differantur,nec quicquam boni risus huius Zoroastis(inquit Augustinus) protendebat.Scripsit autem hic Zoroastes,ut Eusebius Cæsariẽsis refert lib. in quo res Persicas collegit,quem sacrum nuncupauit,in quo de Deo uero sic memorat.Deus caput accipitris habet.Is incorruptibilium primus est,sempiternus,ingenitus, expers partium, sibiipsi simillimus,bonorum omnium auriga,munera non expectans,optimus, prudentissimus,pater iuris siue doctrina iustitiæ perdoctus,natura perfectus,sapiens sacræ naturæ unicus inuẽtor. Hũc demum Ninus Assyriorum rex,in bello superauit & interfecit,ac eius libros,quos inuenire potuit, exussit.

Regnũ Bactrianorum Magicæ artis inuẽtio

Bactra autem huius Zoroastis regis prouincia, Asiæ maioris regio fuit, quæ,ut Ptolem. libro.6.habet ab occasu pro termino Margianam, ab ortu Solis Sogdianos, à meridie Ariæ partem,cuius ciuitates insignes postea fuerunt,Caracharta, Carispa,& Bactra regia. Habet hæc prouincia populos plurimum bellicosos,ex rapto uiuere assuetos, qui Persarum luxus abominantes,semper in armis uersantur.Hæc inter cætera semper fortissimos emittere cõsueuit camelos,pedes nunquam atterentes,in ea denique,ut fertur Alexan.Macedo,aliquas urbes condidit,è quibus,ut Strabo libro undecimo scribit,fuit Cariatha.

Bactra



Achor autem Saruch filius cum.lxx.& nouem ætatis esset annorum(secundum Augustinum & Isydorum)genuit filium nomine Thara,quo nato & aliis nouem &.lx.superuiuens annis,alios genuit filios & filias, completis denique.148. annis defunctus est,Gen.xi.Sicyoniorum regnum in Achaia hoc anno,qui est. 74.uitæ Nachor initium sumpsisse Eusebius Cæsariẽ.refert ubi primum regnauit Egilaus, à quo & Egilæ uocitata fuit, quæ postea Danaa, deinde Achaia. 3035 216

Nachor.

Regnũ Sicyoniorum

Achaia autem huiusmodi regni prouincia est Græcia,unde Græci ipsi Achæi atq; Achiui sunt dicti,ea suos limites habet ab occasu Epyrum,à Septentrione Macedoniam, ab ortu Aegei maris partem,& à meridie Creticum pelagus:ut uerò Põponius libro.2.scribit,qua parte Sol oritur Aegeis,quia occidit Ioniis fluctibus obiacet.Quæ uerò ab Isthmo Peloponensi incipit Achaia, quæ undique est circumsepta mari , præterquam à Septentrione, urbes quas postmodum habuit, eæ maximè memorabiles fuere. Thebæ Beotiæ primũ,postea duorum numinum Liberi patris,& Hercu.patria,ut Plinius libro.14.refert.Megara,quæ & Megaridi regioni nomen dedit.In Attide autem Eleusis & ipsa Cereri consecrata:regiones autem huius regni, Attica,Beotia,Megaris,Aetholia,& Phocis,in qua est Parnassus mons.

Achaia nihilominus huius nominis regio alia est in Peloponneso,in qua fuit urbs Patre sita,diui Andreæ apostoli martyrio nobiliter insignita est, & Epidaurus cognomine Lymera,ut Plinius libro quarto auctor est.

Sicyonia itaque horum regnum, primaria sedes est insula in Aegeo mari constituta , ex

opposito

opposito ad Epidaurum prædictam urbem quam altam esse & eminentem, ostendit Pli. & Iuue. satyra. iii. Hic alta Sicyoniæ. Est autẽ hæc insula oliuetis maximè abũdãs, unde & Virg. in Geor. Teritur sicyonia bacca trapetis. De huiusmodi uero regno diuus pater Augu. lib. 18. de Ciui. dei sic dicit. Sicyoniorum regnũ admodum paruũ erat, de quo etiam Varro philosophus, uelut antiquo tempore exorsus, multa locutus est. Peruenit autem aliquando hoc regnum ad Athenienses, deinde ad latinos, postmodum ad Romanos, denique nostro æuo ad Turcos, ut suo loco infrà lib. ultimo referemus, durauit itaque regnum hoc ad Heli sacerdotis usque tempora, sub regibus quinque & uiginti, octingentis sexagintaduobus annis post quos sacerdotes Carnii sunt constituti.

Hispaniarum regnum, his temporibus, Isidoro testante, a Thubal Phalech filio ortum & initium habuit. Is namque ex Armenia egressus, primus id regnum obtinuit, ubi & sedẽ sibi ac posteris constituit.

Hispania itaque hæc Europæ maxima est prouincia, quæ à montibus Pyreneis incipiẽs & per colũnas Herculis (ut Apianus historicus scribit) circũiens, in Borealẽ usque oceanum protenditur, cuius magnitudo est tanta, ut incredibile quid uideatur, decẽ nãq; millibus sta diis eius latitudo cõmensuratur longitudóque eadem esse dicitur. Quam gentes quoque di uersæ inhabitant. Quin & fluuios plures nauigabiles cõtinet. Terra utique per omnia fœlix, & omnium penè rerum optimarúmque fertilis. Abũdat præcipue uelocissimorũ, acerrimorúmque equorum cõmertio. Est autẽ à septẽtrione Pyreneis montibus clausa, reliquis uero partibus undique mari conclusa, eam interfluunt quatuor magna flumina, Bethys uidelicet & Myrneus, Iberus, & Tagus, qui aurum trahit. Habet sex prouincias, Taraconensem, Carthaginensem, Lusitaniam, Gallitiã, Bethicã, & Celtiberiã. Hæc eadem prius Hiberia, ab Hibero amne cognominata fuit. Postea ab Hespero Atlãtis fratre Hesperia. Vltimo ab Hispali ciuitate quã maxima, Hispania est nuncupata, in ea populi celebriores, Vascones, Cãtabri, & Celtiberi sunt, in eáque est Nauariæ regnũ uersus septẽtrionẽ, uersus autẽ orientẽ & Taraconiæ & Catheloniæ regnũ: in Lusitania uero quæ oceano occidẽtali alluitur, est regnũ Portugaliæ, ubi est insignis ciuitas Emerita: in Bethica, quæ mediterraneo mari adiacet, est Granatæ regnũ, nuperrimè à Ferdinando & Helysabetha regibus fœlicissimis, ex Machumetanorum manibus fœliciter ereptum, in quo sunt Granata, regũ inclita sedes, Hispal quæ Auicẽnã celeberrimũ medicũ genuit, & Corduba, Senecæ & Lucani poetæ patria, in eadẽ prouincia Carthaginem secundã, apud Hiberos Pœni condiderunt. Taraconem uero Sciopiones quæ caput est prouinciæ Taraconensis. Lusitanum litt9 Cerauno gemma pollet, quod aduersus uim fulgurum creditur opitulari. Ab isto fœlicissimo regno non solum accepimus Quintil. Senecã, Lucanũ, Lucium Florum, Põponium Melã, Siluium italicum, Martialẽ Coquum, Auicẽnã medicũ, Orosiũ, uerumetiam utilissimos reipu. rectores uidelicet Neruam, Traianũ, Hadrianum, & Theodosios omnes, atque sanctissimos martyres Christi, Laurẽtiũ, Vincentium, & alios innumerabiles martyres, qui incredibilia pro fide pertulere supplicia. Taceo de aliis maximis pontificibus Romanis, qui innumerabiles sanctissimi penè fuere. In ea tanquam in domicilio celebriori, diuus Iacobus maior Christi apostolus reliquiarũ suarũ sepulchrum sibi delegit. Ad quem iugiter Christianorum, deuotionis gratia, undiq; frequentissimus est accessus, in ea Gerion rex tergeminus fuit, qui inter cætera multorum gregum & armentorum fuit fœlicissimus, quem tandem Hercules uictum, nobiliorib9 priuauit armẽtis, dicẽte Seneca. Inter remotos gentis Hesperiæ greges Pastor triformis littoris Carchesii Peremptus, acta est præda ab occasu ultimo, Notum exteron pauit oceano pecus. Habet hæc prouincia diffusissimum sui nominis mare, de quo etiam aliquid hoc in loco cõmemorare ab re non erit alienum.

Regnũ Hispaniarum

Nauariæ regnum

Taraconiæ

Lusitaniæ

Granatæ regnum.

Hispanũ itaq; mare diffusissimi est circuit9, cũ in mediterraneo incipiat, desinátq; in Gallico oceano, incipit itáq; à Ceruaria, ubi est gallici maris finis & in primis ab orientali plaga Phocẽsiũ emporia alluit, ac Iouis montẽ, in quo Hãnibalis scalæ, atq; Taraconẽ Scipionũ opus, & opulẽtissimã Valẽtiã atq; Sagũtũ, & inde Carthaginẽ & Malacã, ac alias nõnullas cõtingẽs urbes exit in oceanũ, ubi primo Carthagin. implẽs sinũ, & ad Iunonis perueniẽs

promõtoriũ,in littora flectitur,occiduum spectantia,& sic fretum aggressus Gades alluit.

Thares autem Nachor filius,& ipse cum esset ætatis annorũ septuaginta, genuit Abraham Nachor, & Aram, quibus editis etiam centum quinque & triginta aliis superuixit annis. Ac sic in totum,omnes dies huiꝰ Tharæ,cum fuissent anni ducẽti & quinq; mortuus est,Gen.11.Porro Aram,ultimꝰ istorum fratrum,cum genuisset Loth,unicum filium, Saráque, ac Melcham filias, inter Chaldæos,in ciuitate Vr mortuus est,eius autem filias fratres sui duxere uxores. Abraham scilicet Sarai,& Nachor Melchã:uerum Thares hic,dum Chaldæorum terram odio habuisset,propter idola quàm maximè, quæ apud eos in precio habebantur,maximéque quia adorabant ignem,ac etiam propter mortem Aram filii sui,cũ suis in Charam Mesopotamiæ ciuitatem migrauit,ubi & demum senio confectus, in senectute bona mortuus est,iam enim hominis uita decrescere incipiebat, & paulatim dies eius fiebant breuiores,usque ad generationem Moysi. 2085 3114

Aram itaque prædicti filius, Abrahǽque germanus, ueteris testamenti martyr fuit. Nã Chaldæi ipsi ignem pro uero deo adorãtes Abraham & Aram,ac cæteros,illum adorare cõpellebant,quod cum facere recusarent,utpote ueri dei cultores,in furorem uersi,eos in ignẽ mox proiecerunt,ubi Aram hic expirans, Abraham dei nutu ab incendio liberatus est. Et propterea scriptum est,Ego sum inquit dominus,qui te Abraham seruum meum de hur Chaldæorum liberaui,quia Chaldæi ipsi ignem Hur appellabãt,unde & inter martyres dei asscribitur.

Nachor autem huius nominis secundus,Tharæ prædicti filius,cum suscepisset Melcham fratris sui filiam in uxorem,octo ex ea genuit filios,quorũ tertius Bathuel nomine fuit, qui & ipse filiam nomine Rebeccam genuit, Aelabam filium, uerum primogenitus huius Nachor appellatus est Hus,cuius filius fuit Iob,Bus uero secundus Nachor filius, pater Beor, Laban. & Balaam prophetæ,Bathuel tertius Nachor filius genuit Labam,& Rebeccam,ut præmissum est,Laban autem pater fuit Lyæ & Bachelis uxorum Iacob. Camel quartus Nachor istius fuit filius.Casseth quintus,Aran sextus,Pheldas septimus,& Bela octauus.

Mesopotamia autem maioris Asiæ regio,ad quam Thares iste se contulerat, est in medio Tigris & Eufratis insula constituta,unde id nomen assumpsit.Nam mesos græcè,latine medium dicitur,& potamos fluuius,habet autem Mesopotamia ab oriente Tigrim& Euphratem ab occidente,à meridie uero Babyloniam,& à septentrione Caucasum. Mesopotamiam opimat Euphrates,Solino teste,aquæ inundationis excessibus,ad instar amnis Egypti,terris superfusus,inuecta soli fœcunditate.Hæc tamen regio plærunque dicta est Seleucia,ut Plinius libro sexto,capite ultimo refert.

Ninus Beli regis filius,secundus Assyriorum rex, septimo & uigesimo uitæ Tharæ anno eius patre morte sublato, Assyriis regnare cœpit,& annis.52.regnauit. Ipse autem secundum quosdam,non secundus sed primus appellatus est,eo quòd pater eius Belus se Babyloniæ tantum regem nominari uoluerit. Ibíque & regni sui principium simul & finem constituerat. Porro Ninus hic(ut Iustinus in primo Epito. refert) ueterem & quasi auitum morẽ gentibus,noua imperii cupiditate mutauit,bella finitimis inferens, & rudes adhuc ad resistendum populos superauit,unde ad Libyæ finem usque peruenit, quæsitæ dominationis magnitudine,assidua possessione confirmauit. Domitis itaq; proximis, dum accessione uirtutum fortior fieret,atque demum euasisset,ad alios etiam pertransiuit. Et cum proxima quæque uictoria sequentis,instrumentum esset totius,citra Indiam orientis populos sibi subegit,atque ita populum sibi à patre dimissum(cuius tranquillitatem fouere debuerat)multorum laboribus bellorum implicauit,& per singulas quasque orientis partes crudelitate tyrannica secum traxit.Hic cum Zoroaste Bactrianorum rege,diu multúmque conflixit, quem tandẽ superatũ interfecit.Et Tharæ iudex uiri optimi,& industrii auxilio & consilio,primũ nũmos cudere incepit.Semiramidẽ autem mulierem uirginem,& perpulchram, uxorem duxit,ex qua senex tandem unicum filium Ninam nomine suscepit. 3141

Seleucia.

Prima nũmorũ percussio

Niniue

Niniuem siue Nisibin ciuitatem pergrandem itinere scilicet trium dierum,hic Ninus in Assyria condidit,regníque sui caput constituit,in qua,diademate suscepto,etiam totam uitam duxit inquietam. Tandem cum quinquaginta duobus annis regnasset,sagittæ ictu,laborem

rem cum uita finiuit, relicto Ninia unico filio, ex Semiramide uxore suscepto. Hanc funditus tandem Cyrus Persarum rex euertit.

Idolatriæ ortus.

Sane compertum habemus idolatriæ uirus pestiferum, atque execrandum, quod fuit omnium malorum principium & finis, hisdem temporibus initium sumpsisse, & id quidem à tribus quã maximè de causis, ut ex li. Sapi. 14. c. colligere potuimus, homines itaque ad idolorum culturam allectos fuisse animaduertimus, affectione scilicet & timore, ac adulatione necnõ & artificum diligẽtia, circa morta. sculptu. nã primũ cum Syrophanes quidam præpotentissimus Aegyptius dilecti filii sui defuncti solatium quæreret, istud errorum seminarium primum suscitauit, atque sacerdotes instituit, quibus & mandauit, quod omnibus mundi negociis, curisq; postpositis, semper in templo à se ædificato essent, qui quidem sacerdotes (ut Cheremon stoicus narrat) postmodũ rerũ naturas causásque ac rationes syderum contemplare cœperunt, indéque eadem religione (si religio tamen dicenda sit multiplicata, ipsi sacerdotes, cum per uices eo in templo ministrarent, nunquam cum mulieribus miscebantur, nunquãque cognatos, & propinquos, nec liberos quidem uidere uolebant, ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, carnibus & uino semper abstinebant, cũmque error inueteratus diffundi cœpisset, dæmones responsa falsò dare cœpere, uerumtamen ad eos ritus non omnes respexere quippe philosophi, qui unum deum coluerunt, cum pro multiplici dispositione, qua uariis modis regitur, mundum uariis etiam appellauere nominibus, ut Vitumium, quòd uitã præstaret. Sentinum, quia sentiret. Iouem, quia iuuaret. Pla. etiam in li. qui Philosophus inscri. refert poetas ludicram, & scientias ad usum uiuendi cõcessas, in idolorum speciem effudisse, & propriis eas nominib9 appellasse, ut scientiam colendi agros, Cererem, colendæque uineæ Bacchum nuncupantes, & similia. Turpes etiam hominum actus inter deos annumerantes. Et propterea Isido. in Ethi. suis dixit. Quos pagani deos dixerũt, homines fuerunt, & pro uniuscuiusq; uita, meritísque uel magnificẽtia, coli apud suos post mortem cœpere, sed dæmonibus persuadentibus, quos illi pro sola memoria honorauerunt, minores deo æstimauerunt. Ad ista etiam magis extollenda accesserunt poetarum figmenta. Hæc ille. De hac materia, uide pulchrè in lib. sapientiæ, c. 13. & aliis.

Syrophanes

Sacerdotũ religio.

Secunda sæculi ætas, in Thare isto, in septuagesimo, uidelicet ætatis suæ anno terminata est. A diluuio, uidelicet, usque ad Abrahæ sanctissimi natiuitatem, per decem generationes propagata. Et primo secundum Isidorum in. 5. Ethi. ut præmissum est nongentos, &. lxii. habens annos. Secundum. lxx, et diuum patrem Augu. in. 16. de Ciuitate de, 1072. habẽs annos. Secundum uero hebræ. & Ioseph. atque diuum Hiero. 292. Secundum autem Methodium martyrem, Cycladem. Causa autem huius diuersitatis est, quod septuaginta, & Augu. primo generationes. 11. ponunt. Secundo addunt id, natiuitatem cuiuslibet generantis centum annos ab Arphaxat usque ad Nachor. Et ita sicut Noe decimus ab Adam fuit, sic etiã Abraham decimus à Noe habetur.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER TERTIVS.



ETAS mundi tertia, ad tēpora Dauid regis usq; perdurans, quam in suscepto opere librum tertium facimus, hic incipit, quæ secundum Isydo. nongentos quadraginta unum continet annos. Secundum hebræos.94. ubi etiam patriarcharum nostrorum qui uerum deum coluerunt, & colendum esse prædicauerunt, historia incipit, ut habetur Genesis.12. Ac ubi Eusebii ea principalis, Gentiliúmque omnium qui antiquiora commemorāt tempora, principium sumit. Ea quippe in sacris literis nihil est aliud quàm datū, iuxta quod publicè nunc fiunt literæ. Quo nomine Leo papa ut plurimum suis in Epistolis usus est.

Abraham. Abraham fidei princeps, multitudinísque gentium optimus parens, Euse. testā. lxiii. Nini Assyriorum regis anno uigesimo secundo Europis Sicyoniorum, in urbe Caldæorum, ex Thare patre fœliciter nascitur. Vir per omnia prudens, rerúmque diuinarum ac humanarū apprimè eruditissimus. Qui cum uirtute et sapientia omnibus præstantior haberetur, etiam opinionem quantam cuncti habebant falsam innouare & immutare non extimuit. Primus itaque deum cunctorum esse creatorem prænunciare præsumpsit. Propter quod Caldæi & Mesopotamii animaduertentes in eum insurrexerūt, & ex Caldæa (deo sic uolente) emigrare coegerunt. Vnde & in Cananeorum terram (hoc est Iudæam) pro uoluntate dei, tandem peruenit, ibidem tabernaculo fixo longè latéque eandem possedit, ubi & altare ædificans solennes hostias deo primum obtulit. Ibidem quoque cum magnus ualde haberetur, in Damasco (ut quidam uolunt) primus regnauit. Is quoq; cum filium non haberet ullū, Loth Aram fratris sui filiū, ac uxoris suæ Sarai germanum adoptauit hæredem, cúmque septuagintaquinque ætatis esset annorum in Cananeam migraturus, omnino dimisit cū suo nepote Loth Caldæam, ubi cum eandem regionē fames turpiter apprehendisset ad Aegyptios confestim accessit, ut eorum abundantia eius fames subleuaretur, atque sacerdotum suorum etiam esset adiutor. Ab eisque agnosceret quæ ipsi de diis exponerent. Deducens autem secum Saram uxorem suam, mirum immodum metuere cœpit Aegyptiorum uesaniam circa mulieres, ne scilicet eorum rex propter uxoris suæ speciem eum interficeret. Cúmque demum in Aegyptum peruenisset, eidem euenit quod antè præuiderat. Quod uxoris pulchritudo Pharaoni innotuit. Quam cum comprimere statuisset, Deus ipse desideriū ipsius multis ægritudinibus impediuit. Verum cum a sacerdotibus suis didicisset, id sibi uenisse propter iniuriam peregrino illatam, ueritate comperta, mox excusationem cum Abraham accepit, uxore denique eidem reddita, multa etiam illi munera condonauit. Cognita autē hominis uirtute, eū inter Aegyptiorū sapiētes instituit. Quibus & Arithmeticā & astrologiā primū docuit. Ipsas autem disciplinas Aegyptii penitus ignorabant. Denique in Cananeam reuersus, ipsam terrā cū Loth partitus est. Cui & electionē atq; concessionē perbenignè tradidit. Sumens itaq; & reliquā partē in ciuitate Ebron habitauit. Loth uero in ciuitate Sodomorum non longè à iordane flumine. Cūque quinque Assyriorū reguli Sodomorū regulos expugnassent, multósque eorū captiuos abduxissent, & Loth nepotē Abrahæ simul captiuum duxere. Cuius calamitatē cū patruus intellexisset misericordia motus repente cū trecentis 3184 2015

Arithmeticā & astrologiam primus docuit.

trecentis uernaculis suis in noctis silētio super Assyrios irruit. E quibus multos occidit, persequénsque cunctos expoliauit, ac Loth nepotem suum protinus redemit, cunctáque Sodomorum spolia recuperauit. Cúmq; cum pace & gaudio reuerteretur, Melchisedech rex Salem, deique altissimi maximus sacerdos eidem mox occurrit, atque ipsi quod inimicos subdi disset benedixit. Eas ob res, & propter credulitatē, atque iustitiam suā apparuit illi dominus, cui & filium ex Sara uxore fore generandum compromisit, quem denique sicut stellas cœli multiplicare pollicitus est. Quo audito mox sacrificium obtulit permaximum. Verū nō post multum tēpus cū ægreferrent, quod Sarai uxor sua nō ei pareret filios. Illa (deo sic præcipiēte) unam ex ancillis suis nomine Agar in eius sinu collocauit, quæ eidem filiū nomine Ismaelem peperit. Inde post tredecim annos, dum ipse Abraham nonagintanouem annos haberet ætatis, denuo apparuit deus & promisit ei ex Sara filium nasciturum, cui & Isaach nomen imponere iussit. Qui cum editus fuisset, eum primum diuino persuasus oraculo, circūcidit, & cæteris qui ab eo nascerentur, tradidit obseruandum. In ipso autem filio dixit deus benedicendas fore omnes gentes, hoc uidelicet, ipsum Christū quē diu iam tenuimus & uidemus, apertè demonstrans. Denique ipse Isaach amantissimus filius cum quinque & uiginti ætatis esset annorum, deus ipse Abrahæ obedientiam, certis experimentis experiri uolens, eidem quarto apparuit, & cūcta quæ ei contulisset beneficia enumerauit, unum quod eum fortiorē hostib⁹ fecisset, quódque eidem Isaac præter naturā filium præstitisset. Vnde & ipsum filiū immolari sibi præcepit. Qui audito uerbo, repente dei sui iussa adimplere curauit. Cúmq; ad cædem filii pariter & ad altare accessisset, deus cognita hominis promptissima obediētia, clamauit nominatim, Abraham Abraham ne extendas manum in puerum. Nunc certò experimento cognoui, quòd timeas dominum. Et cum hæc dixisset, deus cōfestim arietē ex improuiso ad sacrificium protulit. Sacrificio igitur celebrato, reuersi sunt pariter congaudentes ad Sarā, & cuncta quæ eis euenerant, illi narrauere. Sara autē non multo post defuncta est. Abraham nihilominus aliam duxit uxorem nomine Cethurā, ex qua demum sex suscepit filios, uiros utique sapientia & industria ornatos, quorum sunt. Surim, Iectam, Medam, Lesboch, Sue & Affran. Tandem Abraham sanctissimus patriarcha cū Isaach filio quadragenario Rebeccam filiam fratris sui Nachor dedisset uxorem, post paulul um temporis, uir omnium uirtutum præcipuus, in senectute bona, 7. idus octobris defunctus est, cum centum &. 75. uixisset annis, cuius sanctum corpus Isaach & Ismael ac cæteri filii atque nepotes, uidelicet Iacob & Esau, in Ebron cum Sara coniuge sua in spelunca, quam ipse emerat sepeliere, Genesis. 21. Hic itaque magnus pater Abraham, ille est, cui in gloria non est inuentus similis, qui scilicet dei excelsi legem ad unguem obseruaret, dicente Iesu, Syrach filio, ut habetur Eccle. 44, quòd in eius carnis præputii circuncisione, stare fecit testamētum, & in tētatione immolationis unigeniti inuētus est fidelis, & idcirco iureiurando dedit illi dominus præ cæteris maximā gloriā in gēte sua, & semē eius sicut stellas cœli excrescere fecit, Atq; ipsū hæreditare fecit à mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad fines orbis terrarū. Hæc ille.

Ismael nasci- tur.

Isaac nasci- tur.

Sarai itaque magni Abrahæ coniunx, Arāque Abrahæ fratris filia, mulier utique sanctissima. De qua in lib. de claris mulierib⁹ à nobis nuperrimè edito, plurima differuimus, & ipsa hisdem temporibus sanctissimo patrueli Abrahæ matrimonio coniuncta fuit, quam & si cōmendabilem fecerit ea fides & reuerentia, qua maritis uxores sunt obnoxiæ, plus satis (diuina scriptura iudice) illā inaudito, & desperato naturæ partu, deus fecit memorabilē atq; per omnia insignē. Nā prout sacris codicibus adhibēda est fides, nonagenaria, præter naturam, Isaac sanctissimū edidit filiū, cui cū propter incredulitatē eius detracta postmodum fuisset una litera. Deus eam Saram nominauit. Erat enim hæc Sarai inter cætera usq; in ipsam ultimam senectutē, forma spectabilis atq; elegantissima, & inuicti amoris erga deū & uirū suū, ut ex his suo nomini fulgorē perpetuū etiam meruerit. Abrahæ quippe diuturnis laboribus & discriminibus uariisq; pēdulo, iugiter laborāti, amoris eximii facib⁹ incēsa, uel regiones uarias & amplissimas peragranti, sēper fidissima & inseparata comes esse uoluit. Ipsa quippe ea quæ Abrahā dilectissim⁹ maritus in tota uita sua patiebatur, & pati & uidere sustinuit. Quāta namque uir sanctus pertulerit, nemo in sacris eruditus literis ignorat, dū fidem inter Chaldæos incredulos sol⁹ seruauit, dū patriā & alios propinquos deseruit, dū propter escæ inopiā modo in Aegypto, modo in Geraris terra peregrinationibus sentiebat iniurias, dum mori

Sarai abrahæ coniūx

propter uxoris pulchritudinem extimuit, dum sibi ereptam plangebat, dũ cõfiteri eam suã uxorem extimuit, quod æquissimi iudicis dei nihilominus non pertulit iustitia, dum corpori suo uulnus circuncisionis ipsemet intulit, dum filium cum matre Agar eiecit, dum in Isaach dilectissimo tandem tentatus fuit. Hæc equidem omnia sanctissima consors propter amorem uiri sui, quem dominum suum appellabat, in mortẽ usque infracto animo seruauit. Quid multa cum superuixisset post natiuitatẽ Isaach filii sui. 37. annis, & ipsa. 127. annos habens ætatis defuncta, & à uiro in Ebron in spelunca duplici sepulta est, quam Abraham ipse in perpetuam sui suórumque sepulchri possessionem emerat, ut patet Gene. 24.

Melchi sedech. Melchisedech rex Salẽ, quæ Hierusalem postea est nuncupata, cui & apostolus non modicam sanctitatis laudem in Epistola ad Hebræos cõfert, quíque ubique sanctissimus nominatur, hisdem temporibus magno in precio fuit, qui tamen ex quibus fuerit ortus parentibus, seu quos genuerit filios, aut quo in tempore obierit, incognitum est. Et ideo hac tantũ quantum ad insigne dignitatis & sanctitatis nota, fuit conspicuus, quod Christum dominũ nostrum præfigurauerit, hunc nõnulli Sem Noe filium esse autumant & usque ad hæc tempora superuixisse, & omnes primogenitos a Noe usque ad Aaron sacerdotes extitisse, qui in conuiuiis & oblationibus populo benedicebant, & primogenita recipiebant. Quam dignitatem Esau propter cibum turpiter perdidit. Hic itaque cum rex & sacerdos dei altissimi haberetur primum inusitatum deo sacrificium obtulit, uidelicet panis & uini. Et eas ob res Abraham, uti sacerdoti ueri dei decimas exsoluere cœpit. In quibus omnibus expressius Christum significauit.

Iuppiter magnus. Iuppiter magnus ille Aetherei Diéique (ut aiunt) filius, cui propriũ nomen Lysania fuit, hac tempestate apud Arcadiam prouinciam, magno in precio habitus est. Qui ob egregias uirtutes id præclarissimum Iouis nomẽ adeptus est, is igitur Lysania ex Heber filius, uidelicet Ierari originẽ duxit, qui cum esset nobilissimis ortus parentibus, ex Arcadia Athenas iuisse dicitur, ibidémque constitutus, cum esset ingenii eminẽtissimi uir, animaduertens Atticos illos rudes, bestiali fermè ritu uiuere, ante omnia eosdem, bonis legibus, publico instituto uiuere docuit, et qui fœminas antea ferè habebant communes, primus matrimonia celebrare. Cúmque hoc modo, eos ad humanos mores redigisset, monuit etiam eos deos colere, atque ita aras & templa & sacerdotes instituit, atque alia permulta utilia eisdem ostendit. Quem cum Attici syluestres mirarentur, eum existimantes esse aliquẽ deum Iouem eum confestim uocauere, regémque suum constituere. Id autem Iouis nomen eidẽ imposuisse ideo dicunt, scilicet ad similitudinem conformium operationum huius hominis & ipsi Ioui planetæ. Quia sicut Iouis astrum (ut astrologi uolunt) est natura calidum & humidum, temperatúmque, modestum, atque honestum, & maximè patientiæ obseruatorem, ac in periculis post patientiã audacem, liberalémque ac misericordem, fidémque, etiam multiloquium, & alia plurima quæ de eo planeta scribuntur. Facit sic huius hominis ponderatis moribus atque uirtutibus, cum Ioue planeta eum conuenire dicimus, unde non terrenũ, sed cœlestem certè uirum arbitrati sunt. Quod quidem peregregium nomen planetæ ab antiquis Lysaniæ isti concessum, etiã postmodũ multis aliis datum fuit, uidelicet Ioui secũdo Cœli filio, necnon & tertio Ioui Cretensi regi. Dixerunt autem ipsum Iouem, quasi iuuantem patrem. Huic uero Cœlum & cœli regnum, in sortem regni cessisse tradunt, et idcirco pingere eum consueuere in throno eburneo, in sua maiestatis sede sedentem, tenentem in manu sua sceptrum regium. Multos autem Iouis huius filios ueteres asscribere consueuere, uerũ nos, cuius Iouis, uel huius, uel secũdi, aut tertii fuerint ambigimus. Huius nihilominus Iouis. xiii. filios & filias fuisse inuenimus. Quorũ primã Mineruã, Secundũ Apim, Tertiũ Solẽ, Quartã Dianã, Quintũ Mercuriũ, Sextũ Arcada, a quo Arcadia regio, & alios.

Matrimonii prima institutio.

Iouis uirtutes.

Hydra. Arcadia autem regio ab ipso Arcade Iouis prædicti filio sic cognominata, in Peloponneso Græciæ est, in qua postmodum fistula disparibus cicutis inuenta fuit. Ibi palus lernea, Hydra ab Hercule occisa fuit, habétque fluuium maximum Erymãthum, & eiusdem nominis demissum montem. Abesthon lapidem gignit ferrei coloris, qui semel accensus extingui nullatenus potest, ut Soli. placet. In ea Merulæ candidissimæ sunt, quæ alibi fuluæ ex consuetudine inueniuntur.

Merulæ albæ

Cœlium

Cœlium seu Cœlũ Aetheris filium, prædictique Iouis germanum (non illud utique pergrande corpus) syderibus ornatum à Deo summo, ut noster Moyses in princi. Gen. scribit, compositum, sed uerum hominem, hac eadem tempestate una cum fratre prædicto Ioue, floruisse constat, qui & ingenitæ uirtutis, ac claritatis extitit eximiæ. Cui & proprium nomen Vranius fuit, quem etiam Tullius, ubi de Na. deo. ait. Diei & Aetheris filium fuisse dicit, de quo Lactan. sic in sacra histo. habet. Reperi Vranium potentem uirum Vestam habuisse cõiugem, & ex ea Saturnum atque Opym & alios plurimos suscepisse filios, qui Saturnus cũ regno potens effectus esset, patrem Vranium Cœlum appellauit, atque terram matrẽ, ut hac nominum mutatione fulgorem sui nominis ampliaret &c. Huic postmodum Iuppiter nepos, primo aram instituit, atque sacrificium adoleuit, & ab eo cœlum uerum denominauit tandémque in oceano mortuum, in Aluaria sepultum fuisse tradunt. Hic igitur .11. genuit filios, quorũ prima fuit Ops, secũda Thetis, tertia Ceres prima, Quartus Vulcanus primus, Quintus Mercurius tertius, Sexta magna Venus, Septima Venus secũda, Octauus Throxis, nonus Thytanus, Decimus Iuppiter eius nominis secundus, & Saturnus ultimus. Atque ita ab his fratribus, Ioue uidelicet & Cœlio, omnis deorum numerosa prosapia emanauit. Vranij.

Semiramis magni Nini Assyriorum regis uxor, anno à natiuitate Abrahæ, xii. quũ maritus ipse morte sublatus fuisset, regnum eius suscipiens, quadraginta duobus annis regnauit. Hæc quippe mortuo marito cum iuuencula admodum haberetur, eiúsque unicus filius nomine Ninias, puer tenellus, non æstimans tutum esse, imperium tam grande filio tenello committere. Ipsa itaque quum esset animo ingenti, quodam muliebri astu, malitia excogitata (ut Iustinus in primo Epito. ait) hoc modo decipere exercitum cogitauit. Erat quippe Semiramis hæc liniamentis omnibus sui corporis, filio persimilis, quibus uiuentibus ne in processu temporis, quod fraude detegere potuisset, sibi obesset, capite detecto, & reliquis corporis membris, uirorum more incedere cœpit, mandauitque, ut omnis Assyriorum populus tali habitu uteretur. Ac sic eo modo Nini olim cõiunx filium, & fœmina puerum simulans, maiestatem regiam omnino adepta est. Mentitáque sexũ, grandia multa, & egregia gessit facinora. Dúmque auditis egregiis facinoribus, quorumcúnque se superasse inuidiam nõ metueret, omnibus aperire non extimuit, quòd fœmina esset, quod quantum aduertentibus ingessit admirationis, tantum mulieris ampliauit maiestatem, hæc igitur inter cætera suæ uirtutis opera, Babyloniam in Caldæa ampliauit, quanquam historici fermè omnes, atque poetæ ab ipsa Semiramide conditam fuisse dicant, cuius muri in circuitu (Philostrato referẽte) trecenta & octoginta stadia detinebant. Plinius uero dixit murorum eius amplitudinem sexaginta quatuor passuum milia, crassitudinem uero quinquaginta cubitos, ac altitudinem quater tantum continere. Fuit itaque Babylonia hæc mœnibus & templo ac arce ualde admirabilis, quam Persarum rex Cyrus postea euertit & complanauit. Igitur Semiramis hæc (ut Iustinus idem refert) non contenta acquisitos à uiro regni terminos tueri, sed & Aethiopiam suo cum adiecisset imperio, etiã Indis bellum intulit implacabile, quo præter illam & magnum Alexandrum nemo intrare unquã præsumpsit. Multásq; præterea cõdidit ciuitates alias, & ingẽtia profectò gessit facinora, quæ breuitatis causa omittimus, uerum licet pluriora peregerit facta, digna perpetua memoria, illa nihilominus suis obscœnis fœdauit illecebris atque stupris. Quia quũ inter cæteras quasi assidua libidinis prurigine ureretur, & plurimos ob hoc haberet concubitores, etiam equũ (Plinio referente) quendã tantũ amauit (ut authore Iuba) cũ eo coierit. Sed nec etiam cum filio proprio misceri erubuit, à quo cum cõcubitum expetisset, ab eodem interfecta est, dicente Orosio. Semiramis libidine ardens, sanguinem sitiens, quum omnes quos concubitu oblectasset, occideret, tandem & ipsa à proprio filio interfecta est. Hæc etiã fœmoralium usum prima excogitauit, eísque omnes fœminas suas aulicas uti mandauit, quod adhuc apud Aegyptios etiam seruatur, legémque tulit, inter parentes & filios connubia fieri licere, quo facilius sine ignominiæ nota, suæ libidinis in filiũ ardori satisfaceret. Hæc (ut Plutarchus scribit) adhuc uiuẽs, sepulchrũ sibi extruit fecit, in quo scripsit literis hæc, quicũq; rex pecuniis indiguerit, patefacto monumẽto, quot uolueris accipito, itaq; Darius sublato lapide pecuniarũ nihil inuenit, sed alias reperit literas, quæ hæc dicerent, ni malus uir esses, ac nummis insatiabilis, cadauerũ loculos non moueres. Babylonia. Fœmoralium usus. Lex illicita.

Selchin tertius Sicyoniorum rex, anno uigesimoquinto natiuitatis Abrahæ, Europe eius patre defuncto, Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis uiginti. 3231

Apis quartus Sicyoniorum rex, anno quadragesimo & quinto natiuitatis Abrahæ, Selchine patre mortuo, Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis.25. ab isto Api, Apia quæ 3246
Aegialea dicebatur, nomen accepit.

Ninias, qui & Fameus, magni Nini filius ex Semiramide susceptus, quartus Assyriorum 3254
rex, hoc anno qui est quinquagesimus tertius natiuitatis Abrahæ, & post parentem suã Semiramidem, quam ipse obtruncauerat, Assyriis regnare cœpit, &.38.annis regnauit, qui & 3271
ipse tandem à suis interfici iussus est.

Thalesson, quintus Sicyoniorum rex, septuagesimo natiuitatis Abrahæ anno Sicyoniis regnare cœpit, & post Apidem patrem.52.annis regnauit.

CHAYRVM.

Memphis, nunc Chayrum maxima ciuitas appellata, his temporibus (Diod. teste) ab Ogelo rege Aegypti in loco ubi Nilus fluuius formam deltæ efficit, fundata fuit, & ab filia eius Memphi eam sic denominauit, cuius ambitus, a principio fuit stadiorum.100. &.50. urbs sanè præclarissima, & opportuniori totius oræ ipsius loco constituta, quo fit, ut tanquam in Nili claustro posita, aditum præbeat, prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus. Et ad cohibendam aquarum inundationem uersus nothum, aggeres ingentes opposuit, & à partibus cæteris undique effossus est lacus ingens atque profundus qui urbem efficit minutissimam. Vnde & posteri reges ferè omnes, relictis Thebis, regiã & habitationes plurimas in ea ædificauerunt. Et eam Aegypti Babyloniam, atque Chayrum uocarunt. Hæc ciuitas postmodum deorum donis, plurimisque decorata rebus, adeò nũc exornatur, ut prima apud quosdam, seu secunda habeatur. In hac igitur urbe, in arce pugnacissima atq; superbissima, Soldanus potentissimus sedem constituit, cum sit bonis omnibus refertissima. Ad hanc uiri doctissimi, Pythagoras, & Plato (ut diuus scribit Hierony.) accessere, ut Mempheticos audirẽt uates, eo quòd primi omnium Aegyptii, in cœlum oculos eleuarant, & motum, ordinem, & quantitates cœlestium corporum admirantes, Solem & Lunam deos putassent, et ideo in huiusmodi disciplinis præcipui semper habiti sunt.

Ogelos Rex Aegypti.

Chayrũ

Separatio Abrahæ & Loth.

Abrahã hoc anno, qui est septuagesimus uitæ suæ annus, ex Aegypto in Chanaã regressus, inuenit suos & Loth pastores, propter loca pasturæ, rixantes, quãobrem nõ mediocriter doluit. Iam etenim ipse Abraham & Loth nimium locupletes facti erant. At Abraham prudentissimus, pacisque amator, mox Loth ad se cõuocans, ait. Nõ sit obsecro fili mi iurgium inter me & te, neque inter pastores nostros, fratres etenim sumus. Ecce, inquit, uniuersa terra ante te est. Discede à me precor, quia si tu ad sinistram ieris, ego in dexterã uadam. Atque ita uiri dei salua charitate abinuicem discessere, ut patet, Gen. xiiii. Hinc ut arbitrari licet orta est optima componendæ pacis consuetudo, ut quando diuidendum quippiam sit maior diuidat, minórque deinde eligat. Atque ita Loth partitione a patruo Abraham facta, terram, quæ est circa Iordanis fluenta delegit, quæ.s. non longe à Sodomorũ ciuitate erat, quæ tunc insignis plurimũ habebatur, postéaque a deo prorsus exterminata est,

Iubileus seu Iubilei tempus, quod remissio apud nos interpretatur hoc anno est, qui est 80. ætatis Abrahæ ãnus, ex uictoria ipsius sanctissimi Abrahæ, de quibus regibus initiũ sumpsit. Quippe tunc Loth cum quinquagenarius captiuatus fuisset, à patruo suo eodẽ è manibus Assyriorũ regum liberatus est. Exinde de.50.in.50. Iubileus, & apud ueteres Hebræos, deinde apud Christianos institutus fuit. Sic enim Iobel apud Hebræos (secundum Eusebiũ) quinquagenarius appellatur annus.

Ismaelem item filium, idem sanctus patriarcha Abraham anno ætatis suæ octuagesimo octauo, ex ancilla Saræ uxoris suæ nomine Agar genuit. A quo Ismaelitarum genus, qui 3272
postea Agarem, postremóque Saraceni sunt nũcupati. Sara etenim sancti Abrahæ uxor (ut sacræ tradunt literæ) cũ nullos haberet liberos, dixit ad maritum suum, ingredere saltem ad ancillam meam, si forte ex ea suscipiam filios, ad quam cum ingressus fuisset, è uestigio concepit, quæ cum concepisset in elationem non modicam deuenit, & quasi regem concepisset

set,procaciter contrà dominam suam insurrexit. Verum quum editus fuit,eum.12.uitæ suæ anno,pater circuncidi fecit, quem Sara lætissimè excipiens tanquam filium & unicum patris sui hæredem, complexa est,uerum Isaach filio sibi nato,confestim ab eius amore declinauit. Et idcirco marito Abrahæ suasit,ipsum in aliam regionem transmitti, quod & tandē Deo sic uolente,obtinuit,qui ad ætatem adultam quum peruenisset, eidē Agar mater uxorem Aegyptiam procurauit, ex qua. 12. filios postea reges suscepit, qui quidem uniuersam terram ab Eufrate usque ad mare postmodum possederunt, sunt qui Arabicam gentem ab Ismaelis huius filiis nomen traxisse autument,tum propter eorum uirtutem atque Abrahæ dignitatem. Nomina autem filiorum Ismaelis fuerunt. Nabaioth, Darus, Abdeilus, Marsamus, Masmarus, Ydumas, Masmisus, Quodarnus, Themasus, Iechurus, Naphlesus, & Cadomas, Nabatheam prouinciam(ut Iosephus refert) à primogenito denominantes.

Nabathea ipsa prouincia, horum Ismaelis filiorum possessio est Asiæ maioris inter Iudæam & Arabiam, sed etiam est Arabiæ pars, ut quibusdā placet. Ea quippe regio olim emittebat elephantes magnos. De quibus Iuuenalis. Dentibus ex illis quos mittit porta syenes Et quos deposuit Nabathea belua saltu. Nomina filiorū suorum.

Loth uir pientissimus, iustitiǽque optimus cultor, Aram filius, Abrahǽque nepos, ac ado-
3283 1916 ptiuus filius, hoc anno qui est nonagesimus ætatis Abrahæ à Sodomico incendio, una cum duabus filiabus per angelum liberatus est. Morabatur autem idem uir sanctus in eadem Sodomorum urbe, inter illius gentis incolas, maxima cū gratia. Erant nihilominus Sodomitæ propter diuitias & pecuniarum abundantiam, non modo elati, sed & admodum impii, qui nec uerebantur quibuscúnque hominibus contumelias inferre. Erant præterea abominabiles nimium circa Dominum, nec beneficiorum recordabantur. Auersi quoque erant à pietate peregrinorum, immò eis impudicè nimium abutebātur. Indignatus igitur in his Deus, potissimum propter indicibile peccatum, punire omnino disposuit eorum impietatē, & ciuitatem ipsorum subuertere, regionémque cunctam simul exterminare, ita ut neque planta tio, neque fructus ullus, ultrà ex ea resurgeret. Cúnque hæc de Sodomitis Deus decreuisset, duo angeli ea in ciuitate uenerunt, quos Loth(quū esset circa peregrinos ualde humanus) in domum suam recepit, quos Sodomitæ quum uidissent nimio uultus fulgore præcipuos, statuerunt eorum pulchritudini iniuriam inferre. At Loth hortabatur, immò & rogabat, ut peregrinis sub umbra sua introgressis iniuriam non inferrent, quòd si intemperantes essent duas filias suas uirgines, pro illorum uoluptate, illudēdas potius obtulit præbiturum. Qui cū nec sic quiescere uellent, adeo illos sic Dominus excæcauit, ut nec domus ingressum inuenirent, Deo itaque Loth dicente futuram Sodomitorum perniciem, aufugiat cum uxore & duabus filiabus uirginibus, statímque Deus misit gladium in ciuitate, quam omnem quidem cum habitatoribus prorsus concremauit, atque uniuersum agrum simili exterminauit incendio, uxor autem illius simul descendens, quum sæpius præter uoluntatē Domini retro respiceret, uersa est in statuam salis, quæ diu sic permansit. Fugit autem Loth cum filiabus (ab incendio liberatus) in Segor modica urbe, uirgines uerò omne genus humanum exterminatum fuisse arbitrantes, cuicúnque misceri uoluissent, licere putantes, ne omnino deficeret genus humanum, cum patre inebriato coierunt, & senior ipsarum genuit Moabitarū genus, iunior autem Amonitarum. Quo autem mortis genere, uel quando, aut ubi, sanctus iste Loth obierit, non habetur.

SODOMA CIVITAS APVD ARABIAM.

Sodoma igitur & Gomorrha & aliæ finitimæ ciuitates, taliter exustæ erant in regione Pentapoli, quæ inter Palestinam & Arabiam constituta erat. Quæ quidem à quinque illis ciuitatibus id cognomen assumpserat. Erat tunc fœcūdissima & uberrima quamobrē solum illius Loth prælegit. Sed scelere incolarum exusta nūc prorsus deserta manet. Et(ut Solinus scribit) eam regionem de cœlo tactam fuisse testatur, humus nigra, & cinere soluta. Duo ibi, inquit, oppida, Sodomum nominatum primum, alterum Gomorum. Apud quæ pomum quod gignitur, habeat licet speciem maturitatis, mandi tamen non potest. Nam uel leui pressa manu fumum exhalāt & fatiscunt in uanum puluerē, quasi adhuc ardeat. Segor autē una ex Pentapoli ciuitatibus, quæ quidem eiusdē demeriti fuerat,

atq; cum

atq; cum cæteris urbibus uni sententiæ certè subiacebat, nihilominus precibus sancti Loth liberatam legimus. Sodomam uerò ciuitatem hanc, ipsam nonnulli autumant fuisse, quam Cayn prius ædificauit,& ex filii sui uocabulo nominauit,quam ipse fratricida omnino perituram extruxit,uitiis,sceleribúsque condidit,ac iniquitate compleuit,licet spiritualiter hic mundus debeat intelligi,qui per Sodoma intelligitur. Quia de Sodoma scriptum est, restituetur Sodoma in antiquam,id est,quòd sit restituendus mundus,ut ante fuit.


Sodomam dicit fuisse Cayn urbem.

DAMASCVS SYRIAE CIVITAS.



Amascus nobilissima Syriæ ciuitas,metropolísque præstātissima omniū illius regionis ciuitatum hac tempestate à seruis Abrahæ fundata fuit, in qua & idem Abrahā pater,ut præmissum est,regnauit:à qua & Damascena prima. Hæc est campestris, cuius ager propter naturam solis, admodum sterilis atque aridus est,nisi quatenus aquæ eum irrigent,supernæ fistulis, cuniculisq; subductæ, quarū humor terrā reddit omniū fertilem,& confectionibus præstantem, paruúsque amnis, ea in regione unicus est,proximis mœnibus dilabens,parua ab illis dirimitur terræ lingula, confitionibus omnium in orbe pretiosissimis contacta . Hæc ab Hierosolymorum ciuitate sex dierum itinere distare dicitur. In qua diuus apostolus Paulus sacrum baptismum suscepit. Quæ cū aliquando à Christianis diu fœliciter possessa fuisset, tandem Saladinus Soldanus magnus è manibus nostris ademit.

Isaac



Saac sancti Abrahæ filius,uir Deo admodum charus, multáq; eius prouidentia dignissima,ac post patrem ualdè longeuus, & ipse sexagesimo uitæ suæ anno geminos ex Rebecca uxore sua, Bathuelisq; filia, uidelicet Iacob & Esau genuit filios. 1915 3248
Hunc autem,quum pater Abraham pro singulari munere à Domino in decrepita senectute obtinuisset,quū esset unigenitus, ab ipso patre mirificè dilectus est. Ipse quoq; ad amorem suū atque fauorē suos prouocabat parentes,eo quòd omni bonitate studeret,ac ipsorū maximam haberet sollicitudinem,& circa Dei cultum maximus ei esset affectus.Hunc itaque quum quinque & uiginti esset annorum,pater Deo sacrificare uoluit,qui quū ad cædē pariter & altare accessisset, hortari cœpit patrem ut Dei præceptum forti animo in eū expleret,dicens: Pater mi,nequaquam iustum esset,ut in initio quis nasceretur,si Dei & patris iudicia esset refutaturus,aut non se monstraret suæ uoluntati fore obtemperaturū.Cūnque ad altare accessisset,mox opus cœptum,Dei nutu infirmatum est. Deinde quum ad quadragesimum uitæ suæ peruenisset annum,Rebeccam duxit uxorem,quæ post mortem Abrahæ soceri sui,geminos edidit uno partu filios,quorum primus(ut sacræ tradunt literæ) à capite usque ad pedes omnino hyrsutus erat,quem tumor ingredientem tenebat planta.Quem seniorem pater nimio prosequebatur affectu, atque eum ob pilorum multitudinem uocauit Esau, Iacob uerò posterior charior erat matri.Hos igitur quū genuisset geminos,ipse dum uixit,castitatis amore,ab ipsa uxore postea dicitur abstinuisse. Deinde plurimis temptationum generibus legimus eum fuisse conquassatum , dum scilicet escarum inopiam magnam pertulit,dum & ipse peregrinationis experiri compulsus fuit labores, dū etiam propter uxoris speciem,plurimum sibi timuit,in qua quidē anxietate confectus est,& de ea ipsa, qua plurimum oblectabatur afflictus fuit,cum illi forma cōiugis,quæ in securitate placuerat, in formidine displicebat,denique dum regis emulationem pati compulsus fuit, atque eam absque inuidia non tenere licebat, Demum senio confectus in cæcitatem oculorū,uir iustus,& Deo charus deuenit. Et cōtra suam uoluntatem, nō Esau cui uolebat,sed Iacob cui nolebat,errore deceptus, suam benedictionem contulit. Verum quum factus esset Isaach uir omni uirtute præditus,centum & octuaginta quinque annorum,plenus dierum defunctus est , Quē Iacob & Esau filii atque nepotes cum uxore in Ebron magna pompa exequiarū sepeliere, ubi & sepulchrum maiorum suorum habebatur. Genesis.35.

Castitatem uiri hic magnā ostēdit.

Aralius quintus Assyriorum rex,post Niniam patrem suum,anno à natiuitate Isaach ui gesimo primo, Assyriis regnare cœpit,& quadraginta annis regnauit. 3305

Egydius sextus Sicyoniorum rex,anno à natiuitate Isaach uigesimosecundo,patre eius Thalesone defuncto,Sicyoniis regnare cœpit,& regnauit annis.34. 3306

Cres siue Oriō, Demogorgonis, ut quibusdam placet, filius, primus Cretæ insulæ rex, anno à natiuitate Isaach.29.ut Eusebio placet, apud eandem insulam imperium suscipiens eam à se Cretam appellauit. Sunt tamen qui dicant eam Aëream à cœli temperie fuisse primo dictam, deinde Macoronesō, id est, beatam insulam, domum, à Creta Hesperidis filia eandem denominationem accepisse. Hic Cres rex, ut nonnulli tradunt, unus Curetarum fuit, à quibus postmodum Iuppiter tertius absconditus, atque nutritus fuit, qui Curetes, Gnosum ciuitatem, quisque Cybeles deorum matris templum in eadem insula condiderunt.

Creti- cum regnum

1886 3313

Cretæ insulæ descriptio.

Creta igitur nobilissima, de qua nobis est sermo, insula nunc Veneto populo subdita uidetur, ad principatum totius Græciæ fuisse nata atque situata. Hæc quippe cuncto imminet mari: quum & Græci ferè omnes circum idem mare sint positi. Abest, inquit Aristo. in secū do Poli. libro, à Peloponneso modicum quid, unde & in medio mundi dicitur esse posita. Nam illi à septentrione est Aegeum mare, & ab oceano Ionium seu Mirticum. A mane autem illi Icareum est mare, et ab occidiuo Afro abluitur ponto. Habet in longitudine ducentū septuaginta passuū milia. In latitudine quinquaginta milia. Circuitus uerò eius. ccccxc milia passuum complectitur, prima, ut Solinus refert, nauibus & sagittis claruit, primáque literis iura confinxit. Equestres ordines etiam prima ordinauit, ex qua rei bellicæ conualuit disciplina, studium musicū inde cœptum perhibetur. Est itaque Creta insula in primis syluestrium caprarum admodum copiosa, ceruos non habet, lupos uulpésq;, ac alia quadrupedum noxia animalia nulla habet, serpens ibi nullus, nec noctuæ omnino aues, larga est uitibus, & ideo optimi uini, quod Maluaticū uulgo appellatur, feracissima, eo quòd mira in ea sit solis indulgentia. Hæc inter cætera Caristias aues gignit, quæ flammas impunè inuolant, in eadem aliquādo labyrinthus fuit memorabile Dedali opus à poetis decantātum, maximéq; ab Ouidio octauo libro Metamorphoseos.

Dedalus ingenio fabræ celeberrimus artis Ponit onus, turbátque notas, & limina fluxu Ducit in errorem uariarum ambage uiarum. Habet hæc insula nunc insignes urbes, in primis Cretam, penes quam est principatus, quæ olim Cortina dicebatur, habet & Cydoneam atque Gnosum Minois olim regiā, atque Strabonis optimi cosmographi & philosophi patriam. Ex ea emersère innumerabiles penè uiri, & dignitate ac scientia clarissimi, quos com memorare longissimum foret.

Nauiū prima fabricatio. Inuentáque alia plurima apud Cretēses. Maluaticum uinum Labyrinthus

3334 Cethuram autem quæ Agar prius appellabatur, Abraham post Saræ obitū, hoc anno duxit uxorem. Ex qua sex suscepit liberos, qui quidem ualidi admodum & cauti atque sapientissimi euasere uiri, quos omnes, cum Abraham pater ab Isaach separasset, dona omnibus cōtulit plurima. Qui omnes postmodum in Trogloditem, & Fœnicem, atq; Arabiam se trāsferentes, omnia circa mare rubrum apprehenderunt, ubi & sedes suas constituerunt. De hac uero Cethura uariæ apud doctores sunt opiniones, uidelicet, utrū ipsa uerè fuerit Agar ancilla, an alia. Hebræi autem Cethurā asseuerant nomen fuisse appellatiuum, quod interpretatur copulata, illam .s. Agar fuisse affirmantes, quæ de concubina in uerum matrimonium transiuit, ne si senex sanctus aliam, quam prius cognouerat, induxisset uxorem, nouis nuptiis lasciuire uideretur. De huiusmodi sancti uiri bigamia diuus pater Augustinus 16. de Ciuitate Dei sic intulit, dicens. Absit, inquit, ut incontinentiam suspicer, præsertim iam illa prouecta ætate, & in illius fidei sanctitate. Huius igitur Cethuræ filii, à nomine liberæ Saraceni sese appellauere, qui primo (ut præmissum est) Traconitidē seu Trogloditem & Fœnicem atque Arabiam possidere usque ad terminos rubri maris.

Apher autem unus ex Cethuræ filiis sic denominatus, primus castra in Libya regione figens, ibi mansit, unde eius posteri ipsam prouinciam ex ipsius nomine Aphricā appellarūt.

Aphrica igitur regio prius à Phuuth tertio Chā filio inhabitata (ut supra libro secūdo relatū est) à prædicto Aphro sic cognominata, duplex est, uidelicet, maior & minor. Minor ob occasu Numidia, ab ortu Cyrenaica, à septentrione mediterraneo mari terminatur. Et in hac Carthago postea fuit, deinde Vtica ciuitas Catonis fato insignis, & aliæ urbes permultæ. Ipsam autem minorem Aphricam Græci Libyam uocauere. Eaquippe regio (ut Plinius libro.13. refert) multiformes animalium partus aquarum inopia generat, ad paucos

Aphrica minor.

amnes

amnes omnibus congregantibus se feris,ac uarie fœminis cuiúsque generis mares,aut ui,aut uoluntate miscentes. Vnde etiam uulgare prouerbium est, Semper aliquid noui Aphricam afferre. Ex ea regione complures extitere maximæ sanctitatis,& doctrinæ gloria uiri excellentes. In primis quidem diuus Aurelius Augustinus, & Cyprianus,episcopi ambo, omniũ scientiarum præstantissimi atque supremi,& alii propè infiniti. Deinde in disciplina rei militaris insignes,ac laude præcipua & uirtute Hamilcar & Hannibal duces,qui cunctis præstare in omni uirtute militari uisi sunt,de quibus omnibus loco suo dicemus.

Augustinus Cyprianus Hamilcar. Hannibal. Aphrica maior.

Aphrica uerò maior plurimas in se continet prouincias,uidelicet Aethiopiæ partẽ, Amantes populos, Androginósque,& Angliæ populos. Deinde Cyrenæ prouinciam, Aegyptum, Marmaricam, Mauritaniam, Numidiam,atque alios complures populos,utpote Pharusios, Psyllos, Satyros, Synapodas,& Scyopodas monstruosos, ubi non modo monstruosi habentur populi, sed & Gameleon,& Basiliscus, Cameli, Pardi,& permaximi dracones inueniuntur. Ea in prouincia fons inuenitur mirabilis,cuius aqua potata reddit uoces.

Salis copia.

Amanthes igitur Trogledytis proximi sunt,apud quos tanta est salis copia,ut ex ea materia domos extruere dicantur,atque etiam domorum tecta ex ipsis salinis conficiant,apud eos Carbunculi gemma, ut Solinus scribit,inuenitur.

Angliæ item populi ea in regione uersus Garamantas sunt,qui Manes tantum deos putant , quos ut oracula fœminis eorum solenne est, nocte qua nubunt, omnium stupro patere,modo cum munere ueniant, & quanto pluribus concubuisse dicãtur, tanto maius decus,in reliquum uerò tempus pudicitia insignes sunt.

Pharusii item populi ibidem,uersus occidentalem oceanum sunt,qui(ut Pomponius lib. tertio scribit)quandoque tẽdente ad Hesperidas Hercule diuites fuerunt,nũc admodum inculti,& non nisi pecore aluntur.

Psyli quoque ea in prouincia sunt populi, à quodam regePsyllo dicti. Qui huiusmodi erant naturæ, ut morsibus serpentum quorumcúnque non interirent , de quibus Lucanus libro octauo. Gens unica terras Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu Marmaridæ Psylli,par lingua potentibus herbis. Hi liberos protinus genitos serpentibus offerre dicuntur. Et si partus adulteri sunt, paruuli mox pereunt,si pudici,à morte sanguinis priuilegio tuti sunt. Eam autem gentem nunc sublatam ferunt.

Nota quid mirabile.

Cyrene autem Aphricæ prouincia,Cyrenæ Metropolis nuncupata,habet ab oriente Aegyptum,ab occasu minorem Aphricam,à Septentrione Mediterraneum mare. Est itaq; hæc prouincia bonorum equorum parens. Ibidem est fons quem accolæ Solis appellãt. Qui teste Solino humum stringit,fauillam in cespitem solidat, mediáque nocte,ut Pomponius refert,feruet & in luce fit frigidus.

Marmaricam autem Aphricæ prouinciã incolere dicuntur plurimæ gentes,utpote Nomi, Auiritæ, Apetonicæ, Nasamones,& alii complures. Terminatur uero ab occasu Cyrenaica,à Septentrione Aegyptiaco pelago,ab oriente Aegypto,& à meridie parte Libyæ.

Numidia denique huiusce regionis prouincia est,inter Mauritaniã,& minorem Aphricã posita, postea inter cætera Massinissæ clara nomine. In qua & Iugurtha regnauit, huius populi Nomades postmodum fuerunt,qui à permutandis pabulis dicti fuerunt. Mapalia sua hoc est,palustres domus ,circunferentes. Vrbium quas habuit celeberrima fuit Cyrtha,quõdam regum domus,ubi Scyphax plurima & superbissima extruxit ædificia.

Habet & Aphrica suum mare,quod Aphricum appellatur, de quo aliquid hic recẽsere, ab re non erit alienum,cum utraque Aphrica perhibebatur quarta mundi portio esse.

Aphricum mare est Sardo Siculóque ac Ionio mari conterminum , alluit quoque uniuersa Aphricæ littora. Quod autem incipit à promõtorio Metagono, quod Numidiæ maris est finis,in orientem tendens,non ante finem facit,quam ad Phyleorum aras usque perueniat,& in eo aliqui sunt sinus & promontoria memoratu digna.

Ops seu Opis, Cœlii,cui proprium nomen Vranius erat, filia,his temporibus,inter prospera & aduersa plurima claritate effulsit. Hæc cum Saturni regis coniunx pariter & uxor haberetur,

habeṙetur, nullo, quod ad posteros uenerit, facinore se claram fecit, nisi quòd muliebri astutia, Iouem, Neptunum, atque Plutonem filios à morte liberauerit. Qui cum insania hominum æui illius, in claritatem præcipuè deitatis euasissent, & ipsa non solum Reginæ decus adepta est, quinimmo errore mortalium, dea insignis, ut deorum mater est habita. Hæc quippe (Seruio teste) pluribus nominibꝰ est appellata, ut Berecynthia, Cybele, Rhea, Bona dea, atque Hecate. Primo nanque Berecynthia, à quodam Phrygiæ monte est cognominata, teste Ouidio, quarto fastorum libro, ubi ait. Berecynthia
Quod bene mutaris Berecynthia dixit. Sed & à Cybele alio similiter Phrygiæ mōte etiā Cybeles dicta est, quia eo in monte primitus illius sacra instituta fuerunt, atque plurimum honorata. De qua idem Ouidius eodem libro meminit, dicens. Inter ait uiridem Cybelen aliásque celenas Amnis insana nomine gallus aqua. Rhea item, eo quòd idem Græcè sonet, quod ops latinè. Alámque eam dixerunt ab alẽdo, eo quòd suis fructibus terra omnes alat. Denique & Palem eam pastores uocauere, & pabulorū dixere deam, eo quòd gregibus & armentis suis pabula præstet. Hanc ipsam nonnulli sacerdotem dicunt, eiusmodi sacrorum post Vestam matrem inuentricem fuisse. Et quoniam ab ipsa multi originem traxere, qui di uinos meruerunt honores, dignam, propter suæ posteritatis merita, eam deorum consortio putauerunt. Et propterea antiqui delirantes, ut Ioui filio suo, maximo regi adularētur, miris fictionibus eam ornauere, adeò ut loco maximi numinis à multis coleretur, atque ei tem pla sacráque ac sacerdotes uariis in locis constituerent. Ei quoque tanquam deorum matri quadrigam à leonibus tractam constituere, & sceptrū in manibus tradiderunt, cum corona turrita in capite eius. Ornauere præterea ipsam ueste herbarum conspicua, atque aliis multis insignibus, de quibus satis.

Cybeles Rhea Bona dea. Hecate Ouidio Ala Pales.

Vesta autem ipsius prædictæ Opis mater, uirgo, ut aiunt, & sacerdos continentissima habita fuit, quæ quidem inter cætera conuentui sacerdotum mulierum initium dedit. Ista nanque & propter eius modestiam imprimis uitam, ac sacerdotalis ordinis initium, ut dea ha bita fuit, quam plærique ignem, nonnulli uero Tellurem esse dixerunt, quòd herbis uariis uestiatur. Duos autem non ex hominibus filios, sed è cœlo, totidémque filias eam genuisse fingunt, Tytanem scilicet primogenitum, & Saturnum, Opémq; hanc dictam, & Cererē.

Minerua omnium poetarum cantatissima mulier quinquagesimo octauo ætatis Isaac anno, secundum diuum patrem Augustinum libro.18.de Ciuitate dei apud Tritonidem lacū apparuit, ex cuius quidem nomine & ipsa Tritonia est appellata, hæc etiam Pallas dicta est à Pallante Thraciæ insula, ubi & nutrita fuit, siue à Pallante gigante, quē interfecit. Hæc quippe, ut præmissum est, primi Iouis primogenita fuit, quæ apud prædictos Aphros rudes, cum multa eis incognita reperisset, non solum Aphri ipsi, sed Græci postmodū omnes, eam absq; matre, sic ex Iouis cerebro genitam omnino credidere. Quæ ideo tanto, ut diuus refert Augustinus, procliuius dea credita fuit, quanto eius origo minus innotuit. Pallas. Lanificium.

Ipsa itaque primo lanificiū omnibus anteà incognitum adinuenit & docuit. Nā ostēso, quo ordine purgata lana & dentibus ferreis pectinata, atque colo filata, componeretur, postea etiam textrinum excogitauit officium. In cuius opificii laudem pugna illa insignis eiusdē, & Aragnes, Colophonæ recitabatur. Vnde & lanifices postea & fullones, tinctores textricésque puellæ, Ouidio teste, eius festū celebrare cœpere. Vsum insuper olei, eo usque mortalibus incognitum, etiam hæc ipsa inuenit atque docuit. Quod quidem, quia multum utilitatis Atticis populis attulit, ei aduersus Neptunum in nominandis à se Atheus attributa uictoria fuit. Volunt etiam ipsius fuisse opus, quoniam quadrigarum prima reperisset usum, & ferrum in arma conuertere, armísque ipsis corpora contegere, deinde bellantiū acies ordinare, atque leges omnes, quibus eatur in pugnam edocuisse, hæc quippè Cicero in tertio de Natura deorum, testatus est. Et propterea à nōnullis Bellona est uocata, uidelicet soror & Martis auriga. Dicunt insuper eam numeros adinuenisse, & in ordinē, quē in hodiernum usque diem seruamus, deduxisse. Cæterum eam tibias, seu pastorales fistulas primo composuisse multi credunt. Cui ob tot comperta prodigia, deitatum legatrix antiquitas sapientiæ numen attribuit, Et ideo, ut Cice. ubi suprà ait. Ipsa eadem sapientiæ dea, & artium omnium inuentrix dicitur. Tandem quum eius uirtutis fama & numinis reuerē-

Textrinum. Olei usus. Quadrigarum usus. Armorum inuētum. Numerorū inuentū. Tibiarum inuentio.

tia longè latéque diffusa fuisset, tantum illi antiquorum error contulit, ut per uniuersam ferè terram in eius honorem, multa construerentur templa, & sacra celeb rarentur, & eo usq; conscenderet, ut in Capitolio Romani postmodum penes Iouem patrem suum, eidem cellā dedicarent. Mineruas nihilominus quinque fuisse inuenimus, primam hanc Iouis filiam, & Apollinis matrem. Secundam Nilo ortam, quam Aegyptii Saletem dicunt. Tertiam ex Ioue secundo natam. Quartam Iouis tertii & Corlæ oceani filiā quam Arcades Coridō nominant, quadrigarum scilicet inuentricem. Quintam Pallantis filiam, quæ patrem interemisse dicitur, uirginitatem suam uiolare uolentē, cui pennarum thalaria affigunt. Sunt autem nonnulli grauissimi uiri, qui non huius Mineruæ primæ asserunt, sed pluriū, quæ dicta sunt fuisse inuenta,

Mineruas quinq;

Solem primum superioris Iouis filium & Mineruæ prædictæ germanum, hac eadē tempestate multis uirtutibus Tullius affirmat, uirum utique insignē, ac splendidum per omnia hominem, atque ingentis regiique animi præclarum, quem ob ingentes eius uirtutes, & admirabilem eius pulchritudinem, ut aliquo modo generoso nobilitarent, tam præclaro eum nomine declararunt, putabant nanque rudes illius sæculi homines à Nembrothide seducti, primam rerum causam ignem fore. Et propterea illi nobilius nomen Sole dare non poterant: seu quòd eum cœlestem putarent hominem, seu Deum è cœlo uenisse, & id ratione pulchritudinis & eminentissimi ingenii, seu denique quia illi naturam igneam uiderant, more ignis, semper ad alta tendentem. Sunt tamen qui uolunt hunc Apim eius fratrem fuisse, eo quòd loco Solis ab Aegyptiis fuerit cultus, sed certè alius fuit ab Api.

Diana eius nominis prima prædicti Solis soror, Iouisq; primi filia & ipsa tēpestate hac ob maximas eius uirtutes, in precio fuit nō modico, de qua Cicero ubi de Natura Deorū scribit, multa commemorans, dicit eam non Iouis filiam, sed asscripticiam fuisse. Hanc tamen eā non esse dicunt, quam poetæ insignem uirginitate perpetua uoluere, quum legatur, hāc ex Mercurio, Liberi & Proserpinæ filio, pinnatum concepisse Cupidinem.

Thurimachus Talesionis regis filius, Sextus Sicyoniorum Rex. 56. natiuitatis Isaach, Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 45. 1854 3344

Argiuorum regni exordium.

Inachus Oceani & Terræ (ut aiunt) filius, teste diuo Augustino, & Eusebio, sexagesimo à natiuitate Isaach anno, in Thessalia apud Argos primus regnare cœpit, & quinquaginta annis regnauit. A quo Inachus Achaiæ pergrandis fluuius nomen accepit, qui & Argolicum, ut Pomponius ait, perfecat tractum. Hic inter cætera, duos post se reliquit filios. Y sidem uidelicet postea Aegypti reginam, & Phoroneum ipsius in regno successorem, hoc autem regnum durauit annis. 544.

Thessalia prouincia.

Argos autem huius regni prouincia, primum illius regia fuit ciuitas Argos nuncupata, à qua & postmodum uniuersa regio nomen accepit. Hæc est Thessalia seu Pelasgia, quā quidem Homerus Argos Pelasgiam nominat. Id quippe oppidum, ut Plinius libro octauo refert, à Phoroneo ipsius Inachi filio, & successore conditum fuisse ferunt, de quo Lucanus in sexto ait. Vbi nobile quondam nunc super Argos arant. Dicta autem postmodum Thessalia à Thessalo ibidem regnante. In ea, teste Solino, egregia condita postea fuerūt oppida, inter quæ Thessalonica, ad quam Pauli apostoli extat Epistola. Montes clari ea in regione sunt, Olympus & Ossa Gigantum fabula memoratur. Olympus uerò ille est, qui tam excellenti uertice attollitur, ut literæ in cinere scriptæ adusque alteram anni cærimoniam permanere dicantur, De quo Lucanus in tertio. Nubes excessit olympus. Argos aliud nihilominus in Attica non longe ab Athenis fuit. Et aliud est, teste Plinio, in Achaia Hyppium nominatum supra Lernæ locum, à mari octo passuum milibus distans, Argos regnūcula. Vnde & Græci ipsi Argiui fuerunt cognominati.

Olympus.

Baleus qui & Xerses sextus Assyriorū Rex, anno primo & .lx. uitæ Isaach, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 30.

Iacob.



Acob autem patriarcha Isaach filius, qui propter cumulatum uirtutis prouerbiū, Israël fuit appellatus, & ipse post nonagesimum uitæ suæ annum genuit ex Rachel uxore sua Ioseph, ut habetur Genesis. 30. Quo nato etiā aliis sex & quinqua- 1855 3345

ginta

 Iacob

ginta superuixit annis, tandem in Aegypto centum & quadraginta sex habēs ætatis annos, defunctus est, sepultúsque à Ioseph, cæterísque filiis in Hebron cum patribus suis Abraham & Isaac. Hic duobus nominibus propter duplicē uirtutis usum nominatus est. Iacob enim athletam & exercentem se Latinè dicere potest, quam appellationem primum habuit, quū practicis operationibus multos pro pietate ferebat labores. Quum autem iam uictor luctando euasit, & speculationis fruebatur bonis, tunc Israëlem ipsemet Deus appellauit, æterna præmia beatitudinémque ultimam, quæ in uisione Dei consistit, ei largiens, hominem enim qui Deum uideat Israel nomen significat. Vnde & sacræ literæ de eodē sic loquūtur, quòd aliquando lassus scalam uidit, per quam angeli conscendebant, & descendebant, super quā Dominum innitentem uidit, qui lassis manum porrigere uisus est, & fessos ascendentiū gradus sui contemplatione sustentabat. Hic itaque sanctus Iacob postquam Esau maioris germani subripuerat benedictionem, confestim mortiferam in se eiusdem fratris contraxit inuidiam, unde ut eius odium & indignationem declinaret, relictis parentibus suis, in Chanaam in Mesopotamiam solus ad Laban auunculum perrexit, ubi & propter uxorem habendam 7. annis cum maximis laboribus seruiuit, uerum quum pro altera ei ab auunculo supposita fuisset, rursus pro optato connubio septennii seruitiis se subiugare uoluit, ibidem autem cū xx. annis apud ipsum Laban auunculum suum, sub mercenaria seruitute stetisset, tandem cū Christi filiis ex quatuor uxoribus susceptis, insalutato auunculo, pariter & socero, occulta magis fuga, quàm libera proficiscendi expeditione discessit. Eo quippe in itinere quantos pertulerit labores incommodáque ac necessitates, necnon & erumnas, sacræ literæ seriò referunt, dum maximè Laban persecutionem extimuit, dū fratris sui Esau formidauit occursum, dum delusam Dinam unicam filiam suam perhorruit, atq; alia penè innumerabilia. Verum priusquam in terram suam Chanaam ingrederetur, in monte Galaad testimonij aceruū extruxit, quo extructo, iurauit se nunquam amplius reuersurum ad locum ubi diu seruierat. Deinde ad torrentem Laboth cum angelo luctari cœpit, pro quo eius emarcuit neruus & claudicare cœpit, statímque Israel sortiri meruit nomen. Indéque paulopost Rachel illa sua quondam dilectissima coniunx, pro qua quondam auunculo seruierat, iuxta Bethleē (in qua erat uirginitatis pretio nasciturus Dominus noster Iesus Christus) à filio doloris mortua est. Fuerunt itaque huic sanctissimo uiro Iacob uxores quatuor, Rachel uidelicet & Lya sorores, Zelpha & Bala, non quidem ancillæ, sed subditæ. E quibus duodecim genuit filios, atque unicam filiam. Et primo ex Lya sex suscepit, quorum nomina sunt hæc, Iudas, à quo Regia tribus descendit, & deinceps Dominus noster Iesus Christus, Ruben qui primogenita perdidit. Ex Rachel autem Ioseph & Beniamin, Simeon & Leui, à quo Leuitarum genus. Ex Bala Dan & Manassen, Isachar, & Zabulon, atque Dyna. Ex Zelpha Asser & Gad. Et hi omnes Patriarchæ fuerunt. A quibus duodecim Iudæorum tribus profectæ sunt. De quorum quidem uita innumerabilia, uidelicet de fortitudine, prudentia, pietatéque dici possunt, Quorum alia secundum scripturæ uerba historicæ considerantur. De quibus quidem patriarchis multi conscripserunt, præsertímque Eusebius Cæsariensis in libro, quem de Doctrina priscorum uirorum inscripserat.

Nota pulchre

Armanitres septimus Assyriorum Rex hoc anno, qui est primus & trigesimus ætatis Iacob post Persem seu Baleum patrem, Assyriis regnare cœpit, &c. 38. annis regnauit, quo regnare incipiente, locutus est Dominus ad Isaach patrem Iacob ipsique eadem quæ patri, duo illa quæ promiserat, pollicitus est, scilicet dare terram Chanaā semini suo, ac deinde in eius semine benedictionem omnium gentium, Genesis. 26.

3375

Phoroneus Inachi superioris Argiuorum regis filius hoc anno qui est quinquagesimus ætatis Iacob, patre eius defuncto, secundum Eusebium, Argiuis regnare cœpit, & regnauit annis sexaginta, homo sanè insignis optimúsque, & sapientia, eruditione, ac industria cōspicuus, qui primus Græcorum studia deaurauit, atque eisdem legum thesauros publicare non extimuit. Pro quibus Argos seu Græcia clarior effulsit, & ipse apud eos maximam sibi gloriam comparauit. Nam ob hoc iuris ciuilis periti affirmant eum locum quem forum dicimus, in quo scilicet iura petentibus redduntur, ab ipso denominari. Is autem ea die qua uiā uniuersitatis ingressus fuerat, Leōtio fratri suo ait. Mi frater animaduerto, quòd nihil mihi ad summam

3394 Phoroneus.

Notabile quid.

ad summam fœlicitatem deesset, si uxor mihi semper defuisset. Cui Leontius & quomodo uxor obstitit. At ille, mariti omnes sciunt, utinam tu semel tantũ maritus fuisses, tum quidem scires, quid impediat fœlicitatem. Huic Dño filii tantum fuerunt, uidelicet Egyaleus & Niobes, secundum Eusebium.

Phegeꝰ Phegeus Phoronei prædicti frater doctissimus uir fuit, qui & ipse sua incredibili doctrina hac tempestate floruit. Qui quidem secundum diuum patrem Augustinum inter cætera docuit tempora, per menses, & annos, ac numeros obseruare Græcos. Et ad deos colendos & sacella, & aras primus instituit atque adinuenit, unde & post obitum eius prædictorum consideratione, tanquam Deus ueneratus est, atque ad eius tumulum confestim templum est constructum & sacratum.

Isis. Isis autem, cui Io nomen antea fuerat, Inachi Argiuorum regis filia, Phoroneique soror, & ipsa hisdem temporibus, non solum ob regiam dignitatem, sed etiam ob multarum uirtutum præstantiam, insignis clarissimáque plurimum habita fuit. Ea propter apud Aegyptios aliósque finitimos quosque populos, sanctissimũ ac uenerabile numen existimata fuit. Hæc etenim quum ipsius Inachi unica fuisset filia, ab Ioue secundo tãdem fuit compressa, quæ ob paternum metum impulsa, quibusdam amicis suis in solatium acceptis, nauem cõscendit, cui uacca insigne erat, ac sic prospero uento ex Achaia secedens in Aegyptũ transfretauit, ibidémque suo satisfaciens desiderio, quieuit: ubi quum comperisset rudes & inertes populos, rerum humanarum omnino ignaros, ac bestiali ritu uiuentes, cupidine regnorum impulsa, non absque labore atque industria, illos primum terras colere docuit, cultis semina committere, ac tandem collectos fructus in panẽ conficere. Insuper & uagos homines, ac semisyluestres in unum reducens, legibus optimis datis, ciuili more uiuere docuit. Et quod longe præstantius extitit, etiam literas idiomati conueniẽtes characteribus adinuenit,

Leges Aegyptiorũ. Literæ primæ Aegyptiorũ. & eas quoque eosdem docuit. Quæ quũ mirabilia profecto insuetis & indoctis hominibus uiderentur, eam nõ ex Græcia utique uenisse dixere, sed é cœlo lapsam potius crediderũt. Et propterea diuinos eidem honores confestim constituerunt. Sed ea item mortua, diabolo persuadente, in tantam euasit reuerentiam, ut non solum apud Aegyptios ipsos, singulis annis, sacra illi instituerentur, uerum etiam apud Romanos atque alios multos, tẽpla prægrandia constructa fuerint. Huius itaque præclaræ mulieris maritus Apis fuit, qui quũ eadem multis annis, ut suo loco dicemus, imperauit. Sunt tamen qui dicant huic Isidi, Theglonum quẽdam fuisse uirum, & ex ea Epaphum, qui postea Aegyptiis regnauit, suscepisse. De hac quippe muliere ueteres poetæ multa ac multa finxere incredibilia, quæ quum ad historiam no pertineant omittimus.

Primus agrorũ cultor. & cætera quæ sequuntur ad panem. Ceres eius nominis prima cœli filia, & ipsa hac tempestate apud Siculos ueniens, maximo, ob ingentes uirtutes, fuit in pretio, ibidémque cum Sicano Siculorũ regi cõiugio fuisset copulata, eo in loco tanto ingenio ualuit, ut & ipsa quum agrorum excogitasset cultũ, prima apud eosdem boues domuerit, iugóque assueuit, atque aratro adinuento, uomere terram sulcis proscidit, & semina tradidit. Quæ quum in segetem excreuissent, collectis spicis, flabellis separare, & molis terere, ac panem conficere docuit, quum antea homines illi glandibus & pomis syluestribus tantummodo uescerentur. Ex quo homines cœpere inter se cãpos diuidere, & in unum conuenire, & humano ritu uiuere, dicente Virgilio.

Prima Ceres unco terram dimouit aratro, Prima dedit fruges, alimentáq; mitia terris.
Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus. Ob quod meritum, quum mortalis fœmina esset, deam frugum arbitrantes, eam diuinis honoribus extulere. Huic autem quum esset filia nomine Proserpina à Ioue secundo concepta, tandem ab Orco Molossorum rege eidem rapta perhibebatur, quã ipsa mater diu, per multa uiarũ & maris naufragia, quæsiuisse traditur. Quæ quidẽ res maximã fabulatoribus occasionem præbuit. Ceres altera nihilominus apud Eleusim Atticæ regionis ciuitatẽ fuit, eiusdẽ meriti apud suos clara. Cui Triptolemus postea admodũ extitit obsequiosus, ambæ quippe & deitate & honoribus exaltatæ.

Oeta autem & ipse solis filius atque Cereris prædictæ germanus, his temporibus in maiori Asia, cum plurimis suæ gentis militibus ueniens, tanquã strenuus miles, primũ in Colchos sibi regnum constituit, uir utique ferus, immanisque ac crudelissimus, qui & finitimis multas

multas strages & incõmoda intulit,atq; hospites ad se uenietes plærũque necans,eos pro uictimis immolabat: hunc tradunt respõsum habuisse illum tunc obiturum, quando externi nauigio in Cholchos delati,aureũ uellus abstulissent. Alius quoque fuit Rex Oeta nomine Mediæ pater, de quo Homerus in Odyssea multa loquitur.

Colchos uero Oetæ huius regnum,maioris Asiæ prouincia est,iuxta Põtum posita, ad quam ferunt Iasonem cum argonautis ex Thessalia nauigasse, ut uidelicet uulgatum uellus aureũ raperet, ut Diodorus lib.5.testatur. Est autem hæc prouincia omnibus fructibus ferax, atque etiam omnibus quæ ad fabricandas naues pertinent opportuna, sed præcipue ceram & picem, linum quoque ac canabem abundãtissime gignit, unde ob hoc eius lanificium uulgatum est,quod ad peregrina exportatur loca. Colchos.

Belochus octauus Assyriorum rex, sexagesimo quarto anno ætatis Iacob, secũdum Eusebium, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis.35.

Thessalorum regni exordium.

2779 3410 Thessalus magni Crethi regis filius,eodem anno,qui & supra, secũdum Euse. primus in Thessalia regnare cœpit,quæ prius(Plinio teste.4.naturalis historiæ)dicebatur Emonia,& ab ipso Thessalia postea appellata, quæ quidem Græciæ quædam regio est, quæ etiam sub Attica comprehẽditur,quæque ut fama est, olim lacus fuit à montibus undique conclusus. Ipsa etenim(ut Herodotus scribit)ab oriente Pelyum habet montẽ & eius coniunctos colles. A septentrione autem Olympum. Ab occidente Pyndũ,& ab meridie Othrim,in quorum media concauitate ipsa Thessalia concluditur, per quam quinque principales fluuios decurrisse dixit,qui postea in unum iuncti,in mare per unicum transitum tantum decurrebant, et solius Penei nomen retinet.

Iacob sanctus Patriarcha hoc anno à suo fratre Esau,primogenitis emptis, eiúsque benedictione surrepta,in Mesopotamiam Syriæ iuxta sanctum matris consilium, ad Laban auunculum suum,ex Chananea descendit, ut patet Genesis uigesimo octauo. A quo quum lætissime exceptus fuisset,mox suo gregi eũ præficiens,pro mercede sua,Rachelis filiæ speciosissimæ nuptias expostulauit, cui Laban ipse cum gaudio ipsas repromisit.Quibus quidẽ exactis,& ipsam tandem Rachelem optatam accepit uxorem,ex quibus duabus octo legitimos suscepit filios, & ex earũ ancillis quatuor, & hos omnes in spatio uiginti annorum.

Ruben itaque primogenitus Iacob,hoc anno, qui est quartus supra octuagesimum annus uitæ ipsius sanctissimi Patriarchæ Iacob,in Mesopotamia Syriæ ex Lya uxore nascitur, anno deinde sequenti Simeon: postmodum annis singulis & Leui Iudas & Isachar, atque Zabulon ex Lya ipsa,cum Dyna filia. Dein,ex Zelpha ipsius Lyæ uxoris ancilla,Gad & Aser. Ex Rachele uero dilectissima coniuge Ioseph & Beniamin, atque postremò Dam & Neptalim ex Bala ipsius Rachelis serua progeniti sunt. Filiorũ Iacob nomina.

Esau uero Iacob prædicti germanus,homo hispidus atque pilosus,circa quẽ Isaach pater magnum habebat affectum,pauloante dum quadragenarius esset,præter parentum uoluntatem,duas ex alienigenis duxit uxores, Agamidã uidelicet Edonis filiam, & Alibamin Eusebonis uirorum inter Chananeos ualde potentium, ex quibus & ipse quinque suscepit filios, quorum Hieus quidem & Hielon, & Core ex prima uxore fuerunt geniti. Reliqui uero, Heliphas & Rabuel ex altera,qui omnes habitauerũt in Idumæa,quæ Gobolitis erat dicta. Iste autem Esau dum adhuc iuuenis esset ætate,aliquando uenationis labore esuriens, suum fratrem Iacob inuenit sibi lentem ad prandium præparasse,qui nimia incitatus uoluptate, rogauit ipsum fratrem,ut sibi cibi illius partem præberet, quem uendere sibi primatum propter ipsum cibum ipse Iacob compulit. Ille autem nimia impatiẽtia famis compulsus,primatũ cũ iuramẽto cõcessit. Atq; ita sua primogenita propter cibũ lenticulæ turpiter perdidit,uerum eam suæ gulæ impatientiam,nihilominus lachrymis emendare non potuit. Erat itaq; Esau hic(teste Iosepho)fortitudine corporis,inter cætera,ad uenationem aptus, atque armis, & omnibus operibus probatus. Ipse enim Esau Edon à puero à suis coætaneis uocatus fuit, & id quidem, propter lenticulæ ruborem. Hebræi nanque Edon rubeum dicunt, & ideò Seyr regionem in qua habitabat sic appellauit, quam Græci Idumæam denominauerunt. Esau filii.

Idumæa autem regio, quæ ex eo quod Esau Edon uocabitur, nomen accepit, in Syria est, quod aliquãdo (ut Iosephus in secundo Antiquitatũ refert) magna fuit. Hæc quippe à meridie Arabiæ est contermina, à Septentrione uerò Phœniciæ, à qua eã Libanus diuidere fertur, in ea ædificata postmodum fuit Samaria regum Israelis regia, quæ prius Idumen fuerat appellata, palmis abundans. De qua Lucanus in tertio ait. Et arbusto palmarum diues Idume Et Virgil. in Georgicis. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Ogigyus rex (teste Eusebio) his tẽporibus in Attica prouincia Achaiæ regnauit, sub quo diluuium particulare permaximum ea in regione fuit. Hic Eleusim ciuitatem haud magnam, in Thera insula, iuxta Atticã, haud longe ab Athenis condidit, à qua postea ipsa insula Eleusina uocitata fuit, nunc prorsus deserta. De eadem enim urbe, seu insula, Seruius super primo Georgicorũ sic refert, Eleusis Atticæ ciuitas est, in qua Celous Triptolemi pater regnauit. Ad quem Ceres quærens filiam Proserpinam deueniens, ipsum Triptolemum omne genus agriculturæ docuit, unde Ouidius in quarto Fastorum ait. Iste quidem mortalis &c.

Triptolemus autem ipse eiusdem insulæ Eleusis rex, Celoæ & Menalinæ filius, ea in insula haud multo post natus est. Ad quem quum Ceres (quærens Proserpinam filiam) deuenisset, eum in cunis dormientem inuenit, quæ uiso infantulo, ob ipsius nimiam speciositatẽ, se ultrò altricem obtulit, atque eum gremio sustulit illa suo, Arreptóque eo ter manu mulxit, ac tria carmina (teste Ouidio) dixit, uolens deinde puerum immortalem efficere, eũ interdum lacte diuino nutriebat, noctúque clam igne obruebat, quamobrem præter naturam puer excrescere cœpit. Quod quum parentes plurimum mirarentur, nocturno tempore clã obseruare cœperunt, quid nam nutrix ipsa in puerum ageret, qui quum perpendissent eam infantulum igne obruere, è uestigio exclamare cœperunt, dicentes. Quid agis, membráque ab igne rapiunt. Cui dea dum non uis, inquit, scelerata fuisti,
Irrita materno sunt mea dona metu, Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit,
Et feret, & culta præmia tollet humo. Ipsi itaque Triptolemo Ceres tria contulit beneficia. Hũc igitur filium cũ quandoque eius pater tempore maximè sanus abundè aluisset, facto populi concursu, patrem obtruncauerunt, pro quo & ipse admodum exterritus, cum lõga manu seu trireme (cuius serpens erat insigne) ad exteras gentes adnauigauit, ubi maxima frumenti copia conquisita, mox in patriã lætus rediit. Ex qua cõfestim Caleo seu Lynceo regni occupatore expulso, ipse in regnum paternum restitutus est. Verum non solum frumenta subditis affatim administrauit, sed etiam ad subleuandam futuram famẽ, facto aratro, illos per se terram colere docuit. Ex quo Cereris prædictæ Alũnus dictus est. Eam ob rem asseuerant ipsum in partibus Atticæ seu Atticis, frugum usum primum adinuenisse.

Thamar Iudæ filii Iacob Patriarchæ nurus, ex Odola ciuitate oriunda, hac tempestate quum aliquandiu ex duobus Iudæ ipsius filiis stetisset uidua, cum soceri sui æstuaret incendio, & horreret facinus ab ipso expetere, nil sibi ornamentis aptius rata, se uestimentis suscis exuit, & meretricio cultu se composuit, quo turpissimum coitum assecuta est, quo quidem unico coitu concipiens, duos uidelicet Phares & Zarã peperit filios. Ex quibus Christi Domini nostri genealogia descendit, ut habetur Matthæi primo. Hanc historiã pulchrã uide Geneseos. 38. capit.

Rachel sancta Iacob sanctissimi patriarchæ consobrina, ac dilectissima coniunx, hoc anno qui est tertiusdecimus supra centesimum uitæ ipsius Iacob annus, apud Ephrata Chananeæ prouinciæ locum, quum ex Mesopotamia ueniret prægnans, ex partu uitam cũ morte mutauit, quam uir eius Iacob nimio dolore affectus, deflendo, & eiulando, apud eundem locum sub quercu sepeliuit, atque eundem filium suum æditum, ad indicium doloris immẽsi, qui ob eundem matri prouenerat, Beniamin appellauit. Quæ sola (ut Iosephus refert) in Ebron inter cognatos honorem sepulturæ non promeruit. Fuit itaque locus Ephrata postmodum tribui Iudæ assignatus, ubi & sanctus Dauid Rex ciuitatem haud grandem sibi extruxit, quam & Bethleem appellauit, in qua & Dominus noster IESVS Christus nasci uoluit. Fuerat autem Rachel à puero maximæ pulchritudinis fœmina, eximiáque formositate nimium insignita, quas ob res, ipsi suo consobrino Iacob in Mesopotamiam properãti, plurimum

ti, plurimum complacuit, & non ob aliam causam, uidelicet cognationis affectum aut fauorem aliquem à se susceptum, sed ipsius tantummodo incredibili pulchritudine, qua præ cæteris mulieribus florebat, obstupescebat. Nam Iacob ipse, dum primum in Mesopotamia eam offendisset, & eidem suæ familiæ nobilitatẽ exposuisset. Rachel ipsa mox propter paternum fauorem ad lachrymas se conuertens, eum amplexata est, quem quũ osculata fuisset, maximo cum gaudio ad patrem Laban perduxit. Ab auunculo autem cognitus, & communiter susceptus, sine formidine fuit. Quem quum ad curam alendarum ouium præfecisset, laborem ipsum gratanter sustinere spopondit, modo pro labore ipso, nuptiæ ipsius puellæ à patre sibi pollicerẽtur, erat nihilominus & ipse inter cætera pulcherrimus, ac omni honore dignus. Quam tandem post. xiiii. seruitutis annos lætanter ab ipso suo patre diuina dispensatione uxorem accepit, quam quum accepisset, etiam eidem maximus amor puellæ esse cœpit. Verum ante hanc Rachelem, ipsius sororem natu maiorem Lya nomine acceperat uxorem, quam & propter ipsius fœditatem (ut Rachelem) non æque amabat. Quod quum animaduerteret Lya eidem protinus magna sollicitudo circa amorem sororis esse cœpit. Sperabat tamen si susciperet filios, & se foré à uiro honorandam, quod & factum est. At Rachel metuens, ne propter copiam partus sororis minorem apud uirum suum partem haberet & ipsa (ad imitationem Sarræ) suam ancillam Balam collocauit cũ Iacob; ex qua nati sunt duo filii, postremo & ipsa Rachel diuino munere ædidit filiũ nomine Ioseph, quod significat augmentum, quo ædito cum. xx. annorum tempus exactum esset, quo Iacob soceri greges ad pascua duxit, Iacob ipse latenter cum uxoribus & filiis. xi. ab eodem discessit. Verum illis discedere uolentibus, Rachel hæc simulachra deorum patris, quos colere patria lege idem consueuerat, furata est, quos ipsa in Ephrata, in terra, sub arbore quadam defodit, ubi & ipsa tandem sepulta est. Huius enim sapientissimæ mulieris mentio multis in locis sacræ scripturæ recolitur, propter quod merito Cum Sarra & Rebecca sanctis mulieribus, in catalogo sanctarum mulierum annumerari potest, quæ tanti sanctissimi uiri uxor fuit,



Ioseph autẽ Iacob ex Rachele uxore prædicta susceptus Patriarcha castissimus, ac desideriorum omnium optimus uir, & ipse in toto centum & decem annis uiuẽs, duos in Aegypto ex Asenech filia Putifaris sacerdotis uxore sua suscepit filios, Manassem uidelicet & Ephraym. Hic autem, quum ab adolescentia sua forma esset pulcherrimus, atque cũ uirtute & sapientia alios suos præcelleret fratres, à patre aliis plus diligebatur, cui siue ipsa paterna dilectio, siue somnia, maximum fratrum concitarunt odium. Nam quum duas aliquando uidisset uisiones, & patri fratribúsque retulisset, maximam sibi conflauit inuidiam. Quamobrem quum quindecim ætatis esset annorum, à fratribus in Aegyptum uænũdatus est, Ibidémque uitæ suæ triginta annis exactis, stetit coram Pharaone, & eius quidem interpretans somnia, prænunciauit septem annos ubertatis futuros adesse, quorum abundantiam septem alii sequentes anni steriles consumpturi erant. Ea propter rex ipse eum à carceribus liberauit, in quibus eum conieceerat sola castitatis integritas. Ipse enim sanctissimus atque castissimus ab adultera prouocatus, immò inuitatus, quũ etiam eam tangere nollet, ex manibus eius fugit, tanquam à morsu quasi rabidæ canis, & ne paulisper eius uirus serperet, etiam pallium, quod ipsa tetigerat, reiecit. Ipsum itaque Rex Aegypto præficiens per annos octoginta, purpura & corona redimitum, in curru aureo incedere fecit. Et quum uirtute admirabilis esset, omnia ratione disponebat, potestatéque sibi concessa, omnibus in rebus humiliter utebatur. Quæ res huiusmodi fœlicitatis apud Aegyptios causa fuit. Hunc denique Ioseph pater suus Iacob, quum uniuersos filios suos benedictionibus benediceret, maximis inter cæteros prætulit præconiis.

In primis

In primis quod malorum memoriam circa fratres suos non habuisset, sed in eis benignissimus fuerat, ac bona pro malis contulerat. Dixit itaque filius accrescens Ioseph filius accrescens, aspectúsque decorus, filiæ discurrerunt per murum, atque exasperauerunt, & iurgatæ sunt eum, inuiderúntque illi habentes iacula, sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt uincula brachiorum eius, permanus potentis Iacob, unde pastor egressus est lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, fili mi & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper 1695 3434
& benedictionibus Abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum & uuluæ, benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum eius, donec ueniret desiderium collium æternorũ. Fiant (inquit) in capite Ioseph, & in uertice Nazarei, inter fratres suos. Hæc Genesis capitulo quadragesimonono. Hic itaque sanctissimus Ioseph, toto quasi tẽpore uitæ suæ de multis tentationum generibus conflictatus fuit, atque conquassatus, cui ac si tribulationum semina, species uidentur iustitiæ. Nam quoties aliquid sancte uel pie gessit, toties intollerabilium tentationum discrimina subire compulsus fuit, iustitiæ consentiens, & spe confortante perdurans, ut & nobis ita laborandũ sit, quid in eo laudando primo debeamus assumere iustitiæ sanctitatísque perseuerantiam, an patientiæ & æquanimitatis uirtutẽ. Itaque postquã in Aegypto hic itaque sanctus Ioseph octoginta annis ita regnasset, cõpletis centum & decem uitæ suæ annis, ibidem mortuus est. Ossa uero eius nouissimẽ, quum Hebræi inde digressi fuissent, in Chananeam reportarunt, sicut eos adiurauerat ipse Ioseph, quando mori debuerat.

Messapus nonus Sicyoniorum rex, hoc anno, qui est primus ætatis Ioseph, Sicyoniis regnare cœpit, & secundum Eusebium. 47. annis regnauit.

Balleus nonus Assyriorum rex, & ipse decimo uitæ suæ Ioseph, Assyriis regnare cœpit, & secundum Eusebium quinquaginta duobus annis regnauit.

Iupiter eius nominis secundus, Cœlii uidelicet nonus filius his diebus, apud Arcadiam, ubi natus fuerat, ob ingentia eius clara facinora, insignis admodum fuit. Huius tamen gesta non certa habentur, an sua, an potius primi, uel tertii fuerunt Iouis. Eius tamẽ hoc gestum, pro certo fuisse tradunt quod Lychaonem Arcadum regem, in prælio uicerit, regnóque priuauerit, eo quod humana corpora in conuiuiis hospitibus ministraret. Quam ipse de iniquo ac pessimo rege ultionem sumpserit condignam. Et ob hoc primum Iupiter apud suos uocari cœptus est. Sunt tamẽ qui dicant id facinus à Lysania primo Ioue factitatũ fuisse. Indéque ex Arcadia Athenas digressus, maximo ibidem in honoris culmine habitus fuit. Eò quod etiam aduersus Ceum, qui Latonam stuprauerat, ingens gesserit bellum, quo tandem superato, maxima cum sui gloria Athenas denuo redierit, ubi & Ioui primo bouem immolauit, & multa ad laudabilem ciuitatem spectantia, apud eos instituit. Quibus ex causis Iupiter, communi omnium consensu appellatus est. Huius tamen tempus nullus historicus præfixũ apponere præsumpsit, licet nos huic loco ipsum apposuerimꝰ, quindecim etenim filios eum genuisse tradunt, quorum prima Diana, secundus Apollo, tertius Tytus, quartus Bacchus, quintus Amphiõ, sextus Chetus. 7. Calatus. 8. Pasithea. 9. Egyales. 10. Euphrosina xi. Lacedæmon. 12. Tantalus. 13. Hercules. 14. Minerua. 15. & ultimus Arcas.

Vulcanum autem primum huius Iouis germanum hac tempestate floruisse tradunt, licet Eusebius noster eum temporibus Isaach floruisse dicat. De quo nil aliud habemus nisi quod de Minerua nepte sua prædicti Iouis filia, Apollinem genuerit primum, fuit etenim hic totus igneus & inexhausti amoris feruidus

Apis quem Osyrim Aegyptii dixerunt quartus Argiuorum rex, decimoseptimo anno uitæ Ioseph, post Phoroneũ Argiuis regnare cœpit, & regnauit annis trigintaquinque. Hic 1747 3483
Apis Iouis ex Niobe Phoronei filia filius fuit, qui cum ipsi Phoroneo auo in regnum successisset, & per prædictum tempus ibidem imperasset, & Agileum fratrem eo in regno præfecisset, ipse cupiditate maioris gloriæ ad Aegyptios transfretauit, regnóq; illo assequuto, Isidẽ ibidẽ regnantẽ uirginẽ Inachi olim filiã matrimonio copulauit, qui & ipse sicut uxor Isis, cũ rudes homines offendisset, multáq; eos docuisset, & potissimũ uini usum, mox loco Dei optimi haberi cœptꝰ est, dicẽte Tibullo. Primꝰ aratra manu sollerti fecit Osyris. Et teneram

neram ferro sollicitauit humum. Primus inexpertæ commisit semina terræ, Pomáque non notis legit ab arboribus, Hic docuit teneră palis adiungere uitem, Hic uiridem dura cædere falce comam. Et alia multa quæ idem Tibullus de Api pulchrè prosequitur. Sed tandem, teste Seneca, libro quem de sacris Aegyptiorum composuit à Thipheo fratre occisus, atque membratim discerptus est. Diúque ab Iside uxore quæsitus, postremóque inuentus maximos in luctus illa prorumpere cœpit. At Aegyptiis, ob mariti membra comperta, placata est, & locum, ubi ea inuenerat Græcè Phialas dixit, quod Latinè amicas dicims, confestimq; ad sepeliendum eum se accinxit. Locũ quoque comperit, & elegit, pro illius sepultura, tutissimum & difficillimi transitus, hoc est, insulam nomine Abathon quæ inaccessibilis interpretatur, eo quod fuerit in palude iuxta Memphim limosa. In eodem itaque loco Isis eũ sepeliuit, & paludem Stygem, hoc est, mœrorem uocari uoluit. Nec ad ipsam insulam quẽuis accedere posse constituit, nisi certis diebus & quibusdã inuitatis. Si quis autem in ea palude forte deperisset, nec cadauer reperiri posset. Multis uero annis Aegyptii ipsi quædam sacra officia eidem exoluere consueuerãt. Sed cum deinde eisdem Aegyptiis bos ad instar numinis apparere cœpisset, putarunt illum Osyridẽ hũc esse, quẽ & mox ut Deũ adorare cœperunt, cõmutatóq; nomine Apim uocauerũt, ac si diceret, bouem, sic enim bos Aegyptiaca lingua Apis nuncupatur. Nam teste Plinio in. 8. Natu. Histo. bos insignis, ex improuiso illis apparebat, quem certo detinebant tempore, ipsum adorantes. Et ut nonnulli ferũt per annum detinebant, alii autem per decenniũ dixerũt. Deinde quibusdã auctoribus referentibus, maximéque ipso Pli. statuto die sacerdotes illum in sacro fonte submergebant, quo extincto, mox alter, non sine publico luctu quærebatur, atq; donec alium inuenirẽt, ad instar Isis mœrebant. Sed nõ diu quærebatur, eũmque cõpertũ centũ antistites Mẽphim cũ puerorũ gregibus, populóq; ingẽti, & omni genere musicorũ prosequebãtur, dicẽte Tibullo. Te canit atq; suũ pubes miratur Osyrim, Barbara Memphitem, plangere docta bouẽ. Et Oui. in. 8. Met. Nũquãq; satis quæsitus Osyris. Sẽper enim perdũt, semper & inueniũt. Quo quidẽ inuento, populus intrà applaudẽs lætitia, magna cum uoce saltabat. Hic autem Memphim urbem clarissimam in Aegypto condidit, atque alia multa quæ enarrare longũ esset. Qui eas ob res, tanta apud Aegyptios ueneratione habitus fuit, ut si quis post mortem illum hominem fuisse dicere præsumeret, ex instituto publico capite puniretur. Et ob id in quibusdam templis erat eius simulachrum, digito labiis impresso, admonens silentium. Huius itaque bouis quem Serapim Aegyptii arbitrabãtur, Iudæi postmodum delirantes, & ipsi in Eremo constituti, loco ueri Dei coluerunt. Venerabatur præterea Apim hunc, & apud Alexandriam Aegyptii mirabili cultu, illum enim Solem arbitrabantur.

Insula Abathon.

Vide principiũ adorandi uitulũ.

Mira fatuitas hominũ

3456 1740 Hodos ciuitas quæ ab insula Rhodus nomẽ accepit, his tẽporibus secundũ Euseb. Thelchinis & Cariacibus, à Phoroneo rege superatis, & pulsis, in ipsa Rhodo, Lyciæ insula condita est. De qua Pompo. sic refert, quòd dum urbis ipsius fundamẽta foderentur, rosæ capulum fuisse inuentum, à quo ciuitas & insula simul fuit cognominata. Rhodos enim Græcè, Latinè dicitur Rosa, prius tamen insula ipsa Ophnisa dicebatur. Deinde Stadia. Et postea Thelchines, ut dictum est, eo quòd Thelchines ipsi ibidẽ urbem condiderint, ac uniuersam insulam incoluerint, quos nonnulli maleficos & fascinatores fuisse tradunt, tanquam Stygiam aquam, stirpibus & animalibus, perniciei gratia, inspergerent. Alii tamen contradixere, Thelchines eximios fuisse artifices, primósque ferri & æris in Asia fabricam inuenisse. Quos ex Creta in Rhodum profectos, uicini per inuidiã, fascinatores dixerũt. Post Thelchines autem Eliades insulam tenuere, quorum posteri Lyndum ac Lalissum condiderunt. Poetæ autem huius insulæ dignitatem & antiquitatem astruentes, fabulam huiusmodi confixerunt dicentes, aurum in ea pluisse, quum Pallas in Iouis capite nasceretur. Hæc itaque insula nongentorum stadiorum ambitu continetur, in orientali promontorio constituta, quæ & portubus & uiis & mœnibus, olim sicut & nũc, cæteras Asiæ urbes superauit, Rom. & Græcis semper amica, quæ quũ libera esset, multis & donis & simulachris excellẽtissimis claruit, præcipuè uerò Colossi fama extitit insignita.

Rhodos ciuitas.

Statuam enim illam,alii Iouis,alii Solis fuiſſe tradunt,quam Cares Lyndus(ut ſuo loco dicemus)decies ſeptenum cubitorum altam ex ære ædificauit. Multa nanque hæc Rhodus ciuitas,per ciuilia Romanorum bella,perpeſſa fuit damna. Hæc ſub Græcorum imperio calamitatibus caruit. Sed poſtquam Saraceni Aegyptum & Syriam,Turcique Aſiam obtinuere,longè maioribus cladibus ſubiecta fuit,& aliquãdo Venetorum iugum,aliquando aliorũ Chriſtianorũ,pertulit. Neque ullo pacto Turcorum uiribus reſtitiſſet,niſi religioſi milites qui beato Ioanni dicati ſunt,inſulæ curam ſuſcepiſſent. De quibus infrà libro.18.latius dicemus. Ex hac quippe inſula multi illuſtres uiri prodierunt, uidelicet imperatores atque pugiles,è quibus Panetii Philoſophi progenitores fuere,atque alii permulti.

Apollo Apollo clariſſimus medicus, Vulcani & Mineruæ filius,his temporibus, Euſebio teſte,apud Phocenſes & Delios clarus inſigniſquè admodum fuit. Qui quũ Medicinæ artis repertor fuiſſet, etiam herbarũ uirium primus indagator fuit, dicente ipſo ad uirginem Daphnẽ apud Ouid.lib.Meta.primo. Inuentũ medicina meum eſt, opiféxque per orbem Dicor, & herbarũ ſubiecta potentia nobis. Quanquam Pli.7.lib.naturalis hiſtoriæ,Chironẽ infrà ſcriptum,eius artis inuentorem aſſeruerit. Hic itaque Apollo Pythius,& ſapientiæ Deus à poetis appellatus eſt,quòd Pythonem ſerpentem,qui matrem Latonã perſecutus fuerat, ſagittis confecerit. Accipitur autem hic quandoque pro Solè,quia ſicut ipſe in claritate ſolus habetur,ſic iſte in cognitione medicinæ tantam claritatem.

Chiron Chiron medicus iuſtiſſimus,necnon & uir ſapientiſſimus,Saturni & Peiopeæ filius,hiſdẽ temporibus(ut nõnullis placet)bonitate multa,& inſigni induſtria clarus fuit. Hic in Patris centaurorum ductor nutritórque Aeſculapii ac magni doctor Achillis extitit. Qui ut multi affirmant medicinam & herbarum bonitates primus inuenit,quã ſcientiã poſtea antiquiſſimus factus, Aeſculapiũ atque Achillẽ docuit,quẽ quũ uidiſſent mortales (ut dicit Iſydorus)hominũ pariter & iumentorũ medicinam inueniſſe, illũ hominis & equi filium fuiſſe dixerũt,& Chiron ideo denominatus eſt,ut intelligeretur,quia Chirurgiã nõ Phyſicã reperiſſet,quæ leui,doctáque manu operari ſolet. Hic (teſte Orpheo) cũ Argonautis nauigauit,& illorum iudex ac medicus fuiſſe dicitur,ubi & Achillem citharam pulſare docuit, tãdem quum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet,& eius arma contractaret,ſagitta è manibus eius cadens ſuum læuum uulnerauit pedem,dicente Ouidio.

Dúmque ſenex tractat ſquallentia tela uenenis, Excidit & læuo fixa ſagitta pede.

Sed dixit Ouid.illũ nũquã tali uulnere liberatũ,& poſt nonũ diẽ,ne amplius dolore cruciaretur,deorũ miſeratiõe ad cœlos tractũ,unde ait. Ipſe etiã lectas Pegaſeis collibus herbas Temperat,& uariæ uulnera mulcet ope. Et infrà ſubdit.

Nona dies aderat quũ tu iuſtiſſime Chiron, Bis ſeptem ſtellis,corpore cinctus eras.

Tandem quum ueniſſet in mortem (Ochyroe unica tantum filia dimiſſa) ob meritũ uirtutis ſuæ,ad perpetuam ſuæ uirtutis memoriam,inter aſtra locatus ab antiquis fuit.

Ochyroe autem huius Chironis ex quadam nympha filia ſuſcepta,magni ſpiritus & ipſa fuit fœmina,quæ non cõtenta paternas artes tantũ edidiciſſe, niſi & fatorũ caneret arcana, unde & Aeſculapiũ orbi toto prædixit profuturũ. Et ſuũ patrem optaturũ ſibi mortẽ &c.

Venerem magnam cœli dieique(ut Cic.ſcribit) filiam hiſdem temporibus fuiſſe dicunt, licet alias tres fuiſſe,idẽ Cic.de Natu.deorum oſtendat,ſed hanc primam uulgatiſſimámque affirmat. De quibus omnibus quum multa à poetis confičta fuiſſent figmenta,de iſta tamen præcipuè propter incompatabilem ſui oris ſplendorem, ac totius corporis decorem, multi inſanientes,etiam illam cœli ipſum ſydus,quod Venerem nuncupamus,dixerũt. Atque alii non terreſtrem quidem,ſed cœleſtem fœminam ex Iouis gremio in terram lapſam dixerũt. Vnde & multi eam ob rem deam immortalem ipſam affirmabant. Cuius filium geminum amorem fuiſſe poetæ dixere,quem & Cupidinem nominauere. Et quum ex deabus gentilium uenerandiſſima eſſet habita,non ſolum apud Cipros ſuos thure placata fuit, uerũetiã mortuam & inceſtuoſam fœminam,eo delectari odore, exiſtimabant, quo uiuendo in proſtibulorum uoluptatibus utebatur,& non ſolum apud ſuos,ſed etiam apud Romanos,qui ei templum ſub titulo Veneris uirginis conſtruxerãt,præcipuis honoribus uenerata fuit. Hæc quippe tribus uiris nupſit,quibus mortuis, quum iuuencula & formoſa admodum haberetur fœmina

tur fœmina, in tam grandem luxuriæ pruritum mox deuenit, ut omnem decoris sui claritatem crebris fornicationibus macularit. Vnde & prima (ut aiunt) meretricia publica adinuenit, fornicésque instituit, & matronas inire compulit. Quod quidem execrabile scelus apud Cyprios in consuetudinem quasi deductum est. Nam idem Cyprii hanc consuetudinē immo potius corruptelam seruare consueuere, ut uirgines suas ad littora mitterent, ut nauigantium uterentur concubitu, & sic futuræ castitatis suæ libamenta Veneri uiderētur persoluisse, & pro suis nuptiis dotes quæsiuisse. Ipsa itaque Vesta dicta ab eisdem fuit, quòd apud Cyprum uiridarium delitiosissimū atque amœnum, ad suam explēdam libidinem, construxerit. Multa igitur de his tribus Veneribus apud multos referuntur, quæ breuitatis causa à me omittuntur. Sed si uis uidere, lege Ioan. Bocha. in suis Deorum Genealogi. libris, uidelicet. 3. & . 4. & . 5. nonóque, atq; . 11. ubi multa de eisdem diffusè pertractat.

1724 3475 Dynastia. 18. Dyapolitarum, hoc anno qui est tertius & quadragesimus uitæ Ioseph, Aegyptiis cœpta est, quæ & sub regibus. 15. trecentis quadraginta sex annis durauit, quorū primus Amasis regnauit annis. 25. qui pastorum secta depulsa, omnem regni possessionem in prædam accepit, atque eorum nomen omnino desuper terram deleuit. Huic autem Amenophis successit, qui & ipse. 12. annis regnauit. Tertius successit nomine Ephres, qui & ipse 12. annis regnauit. Quartus Misphar Mutosis annis. 26. Quintus Tuthemosis annis. 9. Sextus Amenoptes annis. 31. Hic est quem quidam Menononem putant, cuius statua usque ad aduentum Christi, sole oriente, uocem dare dicebatur. Septimus Orus annis. 38. Octauus Accenedis annis. 12. Nonus Achoris anis. 9. Decimus Chēcres annis. 16. Vndecimus Acheres annis. 8. Duodecimus Cheres annis. 15. Tertiusdecimus Armeus, qui & Danaus annis. 5. Quartusdecimus Raniensis, qui & Aegyptus annis. 68. Vltimus Menophis annis. 40. Quibus finitis, decimanona Dynastia subsecuta est. 144. annis porrecta.

Heractus decimus Sicyoniorum rex, hoc anno, qui est quinquagesimus uitæ Ioseph, ipsiúsque imperii uigesimo anno, post Mesapum Regem, Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 46.

SParta quæ alio nomine Lacedæmon prouincia appellatur, his temporibus, Eusebio teste, à Sparto Phoronei filio, in Peloponnensi regione condita est. A qua quidem ciuitate & ipsa Sparta, seu Lacedæmonia dicta est. Quæ postmodum per tempora extitit insignis, & præstantissima Græciæ ciuitas, quæque diu cum Atheniēsibus grauia gessit bella, pro quibus ambo tandem ruerunt, his autem Spartanis Lycurgus leges dedit atque instituit. Veruntamen Iustinus in tertio Epito. illam Spartam, alia de causa fuisse appellatam refert, ut infrà alio loco dicemus. Fuit autem Sparta, seu Lacedæmon Chilonis philosophi patria, ut Plinius libro. 7. refert. Lampedo quoque Lacedæmonia in ea fuit, fœmina certè in omni æuo fœlix atque fortunata, utpote regis filia, uxórque ac mater. Sparta ciuitas.

Altadas decimus Assyriorum Rex, post Baleum septimo & quinquagesimo anno uitæ Ioseph, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 32.

Theologia Aegyptiorum hic incipit.

3482 1710 Aegyptiorum Theologiam fabulosam huius sanctissimi uiri Ioseph tēporibus, apud Mēphim urbem, initium sumpsisse, Diodorus Siculus innuit. Offerebant namque Aegyptii antea tantummodo Deo herbam uiridem, quia productiuarum terræ uirium primitias manibus offerentes, dicentes arbores ante quàm animalia terram produxisse, herbas uerò prius quàm arbores. Ex herbis igitur integras quasdam sumentes cum foliis, radicibus, ac fructu, partes concremabant, & ex ea tali exhalatione, cælestibus litabant, uerum à diuo Abrahā de cælestibus nō mediocriter edocti, quū oculos in cœlū eleuare cœpissent, & motū, & ordinem, & quantitates cælestium corporū admirati fuissent, confestim Solem & Lunā Deos putauerunt. Hac autem tempestate, Osyre & Iside, eorum Heroidibus, & Regibus morte sublatis, protinus Osyrim Solem, Lunam uerò Isim nuncupauerunt, à proprietate quadam inditis sibi talibus nominibus, à quibus trinis temporibus, uere scilicet, & æstate, ac hyeme

inuiſibili motu circunductis,mundus gubernatur, & omnia naſcuntur,aluntur,& augẽtur. Quæ quidem tempora quanuis inter ſe aduerſantur,mirabili tamen concordia,annum conficiunt. Horum autem duorum Deorum, alterum ignis & ſpiritus, alterum humidi & ſicci, utrunque uerò aëris naturam producere uidemus,quibus omnia & oriuntur,& conſeruantur. Ita totum quidem corpus naturæ omnium ex Sole & Luna originem trahere affirmabant. Hos itaque Heroas, quum uitam eorum, ex multis rebus à ſe inuentis,excoluiſſent, tanquã benefactores, cõmuneſque patronos exiſtimantes eos, tanquã deos adorare cœperunt,quibus & ſtatuas, & ſimulachra, templa quoque ſtatuentes, naturales Deos, uidelicet Solem & Lunam, eos exiſtimarunt. Succedentibus deinde temporibus, quæcunque Soli conſecrata animalia Aegyptii putaſſent, etiam magnis honoribus uenerabantur. In tantam nanque inſaniam deuenere, ut etiam Scarabæum, abominabile apud nos animal, ſummopere uenerarentur,ipſam quandam animantiam Solis effigiem habere putantes. Nã Scarabæus omnis uirilem habet ſexum,qui ſpermate in ſtercus infuſo, pila deinde ex eo confecta,pedibus inuoluit,ueluti Sol cœlum quum menſem lunarem expectat. Tanta itaque huiuſmodi fabuloſa deorum ſuperſtitio apud Aegyptios conualuerat, ut cuncta eorum ſacra mira religione excolerentur. Vnde & eorum ſacerdotes(ſicut diuus noſter refert Hieronymus)ſemper in eorum tẽplis die noctúque ſtabant,& omnibus mundi curis poſtpoſitis, ſolum rerum naturas,ac rationes ſyderum contemplabantur. Vnde cauebatur ne cum mulieribus (pro eo tempore quo diuino cultui deſeruiebant)miſcerentur, neq; cognatos, aut liberos unquam uiderent, & à carnibus ac uino omnino abſtinerent, panem uero raro etiam comederent,ſed oleribus tantummodo cum oleo uterentur. Cubile autem eorum ex foliis palmarum fuiſſe confectum ſcribit. Miſertus denique Dominus noſter IESVS Chriſtus, tanta uetuſta cæcitate, per Euãgelicam diui Marci Euangeliſtæ doctrinam Aegyptios iſtos liberauit,qui ſpiritu ſancto inflammatus,docuit eos totius mundi ac Solis & Lunæ creatorem,decenti fide colere,nec elementa corporum,nec uiſibilia alia quæque, ſed eum qui per ea inuiſibiliter cognoſcetur creatorem.

Nota de Scarabæo

Iacob

Iacob ſanctiſſimus Patriarcha, hoc ipſo anno, de Chriſto, déque uocatione gentium apertiſſimè prophetizans,in Aegypto conſtitutus,annos natus centum quadraginta ſeptem 5600 1599
fœliciſſimè diem obiit,cuius quidem prophetia (ut Vincentius Gallus refert) breuiter talis fuit. De ſtirpe,inquit,Iuda filii mei in primis uirgo naſcetur ſtellam habens byſſinã,ueſtémq; candidiſſimam,de qua naſcetur Agnus immaculatus,qui eſt Agnus Dei gratia ſaluans omnes,cuius regnum erit in æternum, quod minimè corrumpetur, Dominus Deus magnus, itaque apparebit in terra ut homo,corpúſque aſſumet,& comedet ut homo. Orietur aſtrũ eius in cœlo,ac ipſe in terra ut Sol reſplendebit,cœli aperientur ſuper eum, & ex tẽplo gloriæ ueniet ad ipſum ſanctificatio non modica, cum uoce paterna, & ipſe effundet ſpiritum gratiæ ſuper nos, eritiſque filii eius in ueritate. Hic erit ex Leui ſacerdos, & ex Iuda Rex. Deus & homo, mediator Dei & hominum, qui omnes tenebras quæ ſub cœlo ſunt,tollet, & erit pax in uniuerſa terra,uox denique impiè agẽtis contra eum,neſcientis eius reſurrectionem. Ipſius autem innocentis ſanguinem recipietis ſuper capita ueſtra, & in paſſione ipſius Petræ ſcindentur,& Sol extinguetur, & cætera quæque turbabuntur,inuiſibiles ſpiritus contremiſcent, & infernus ſpoliabitur. Ipſe uerò portas Paradiſi reſerabit, & ſtare faciet minantem gladium aduerſus Adam, & dabit ſanctis comedere de ligno uitæ. Belial ligabitur ab ipſo. Tunc uidebitis Enoch, Noe, Sem, & Abraham, Iſaáchque, ac meipſum patrem ueſtrum, reſurgentes à dextris in exultatione, ſuiſque filiis poteſtatem dabit conculcandi pernicioſos ſpiritus, & quotquot crediderint in eum in terra utique gaudebunt. Tunc omnes reſurgent, & ii quidem in gloriam, impii uerò ad ignominiam, atque in primis Iſraëlem iudicabit, quia non crediderunt ei & cætera. Eo itaque mortuo diebus triginta conditus aromatibus fuit, indéque, concedente ſibimet rege, celebri pompa, corpus in Ebron à Ioſeph delatum, in ſpelunca duplici, multa cum largitate ſepelitur, ut patet Geneſeos quadrageſimonono. Tunc quippe Ethnicorum mos erat nouem diebus incondita corpora ſeruare, ſingulíſque diebus ea calida confouere aqua, & per interualla conclamare, ut ſi quis forte ſpiritus intercluſus eſſet, ipſis clamoribus

excitaretur:condita uero quadraginta diebus seruabantur.Hebræi autem septem tantummo
do diebus incondita seruare consueuerant,condita autem triginta.Hinc diei septimi & tri-
gesimi apud nos obseruatio inoleuit,quam nunc sacra obseruat Ecclesia, sicut habetur in
Decretis.13.q.2.c.Quia alii.

1599 3600 Prometheus Iapheti ex Asia,coniuge Nympha,filius,hisdem temporibus, testibus diuo
patre Aug.decimo octauo de Ciui.dei.Eusebióq; in Arcadia claruit,uir utique ingenii acu Prima
tissimi,& spectatissimæ peritiæ,qui homines incompositos, ac nimium rudes, ad politiores simula
mores composuit,simulachra quoque hominum primus de terra formauit,& ea arte quadã chra.
ueluti spiritum habentia moueri fecit,pro quibus fabulationes multæ confictæ sunt, inde cũ Ignis e
in altissimo montis resideret, Astrologiam didicit,eámque primus Assyrios docuit.Insuper silice
& ignem é silice primus eduxit,ut Plinius testatur.Vsum insuper anuli, sed ferrei, primus primu
inuenit,quem & quarto digito,in honorem cordialis uenæ portari instituit.Tempore dein Anulis
de procedente apud Romanos(ut Isydorus decimonono Ethicorum libro refert)statutum primu
emanauit,ut liberti,ciuésque aureo uterentur anulo,libertini argenteo,serui uerò tantum- usus.
modo ferreo,denique Prometheus hic fulminum in ipso Caucaso monte rationem etiã de-
prehendit,propter quod ignem cœlestem illum furatum fuisse tradunt.Hunc sapientissimũ
uirum,& diuus pater Augustinus in libro de Ciuitate dei,& post eum Rabanus,& Layon
Carnotensis,ac Ouidius,Horatiúsq;,necnon & Claudian9 in suo Panegyrico,& alii permul
ti doctores,suis in operibus,miris extulerũt laudibus,ut in eorũ operibus apertè mõstratur.

Atlas & ipse Arcas prædicti Promethei frater,seu ut aliis placet filius, Maiǽque magnæ Atlas
pater,hac etiam tempestate uir excellentissimæ uenæ,ac contemplationis immensæ, effulsit
clarus.Quippe quum astrorum cursum,peruigili studio comprehendisset,primus de Astro-
logia inter Græcos differere præsumpsit, propter quod finxerunt fabulæ eum cœlum por-
tare,quamuis idem mons suo nomine nuncupetur, cuius altitudine cœli portationẽ,in opi-
nionem uulgi uenisse,credibile est.Hic itaque septẽ genuit filias nymphas appellatas, qua-
rum hæc sunt nomina.Prima Maya,postea cuiusdam Mercurii mater, & Iouis tertii concu Nym-
bina.Secunda Electra Dardani mater.Tertia Stenope Martis cõcubina,& mater Parchõ. phæ.
Et Celben,quæ habita est perpetua uirgo.Quinta Celene Neptuni cõcubina,Sexta Thaye
ta uel Thayeten,Tãtali & Apollinis,& Thessali ac Lacedæmonis mater.Septima dicta est
Pyrra.Hæ septem sorores ab insula Hesperia dictæ sunt Hesperides. Tres autem celebres
Atlantes fuisse ab auctoribus dicuntur,quorũ primus hic Arcadicus creditur. Alter Thes-
salus inde Maurus fuit,tertius ille,scilicet qui cum Hespero fratre ad Mauros transfretauit.

Atlas præterea quartus fuit Italus,qui ut uulgo fertur,apud Thesulas Hetruriæ ciuitatẽ plyades
imperauit,uerum quo imperauerit tempore,non satis certum habemus. Licet sint qui dicãt filiæ.
ipsum hoc tempore regnasse, et ipse quoque septem alias genuit filias,Plyades dictas,quarũ
prima similiter dicta est Maya,altera Electra,etiam alterius Dardani mater & Theucri. De
quibus Papias refert,quòd ex Latio Dardanus in Phrygiam profectus fuit,ubi Ericthonũ ge
nuit filium, qui pater fuit Trois,à quo postmodum Troia nomen accepit. Et hinc colligi-
tur quòd Troiani ex Italia primum traxere principia.

Hesperus autem prædicti Promethei frater, hoc anno Atlante germano Italiæ rege de-
functo,in regnum successit,qui primò apud Hispaniam regnans,demum a fratre pulsus,in
Italiam uenit,& ea quidem loca,ubi nunc Italia est,occupans, Hesperiam à se nominauit.
Vnde Hesperus occidentalis stella etiam ab ipso Hespero cognominata est.Hic tres filias ge
nuit,quas ab insula Hesperide,quæ in oceano Aethiopico est,ubi eas enutriri fecerat,Hespe
rides cognaminauit,quarũ nomina sunt Eglem,Arethusa,& Hespertusa.Hæ à poetis amœ
nissimum uiridarium custodire cum uigili dracone dicebantur, in quo aureæ arbores erant
aurea tenentes poma,quæ teste Oui.li. 4. Meta.quia Thenuis prædixerat à quodam Iouis
nato esse diripienda,id pomarium montibus circũsepsit,sed tandem Hercules ad illa rapien
da,ab Euristheo missus,occiso dracone,aurea mala tulit,Dicente Lucano lib.9. ubi de hoc
horto plura locutus est. Abstulit arboribus precium,nemorique laborem
Alcides,passusque inops sine põdere ramos Rettulit argolico fulgẽtia poma tyrãno. Hespe-
1589 3610 Hesperides autem hæ insulæ in oceano Aethiopico sunt à prædictis tribus Hesperi filia- rides.
bus

bus sic appellatæ, quæ quidem maris fluctuoso meatu, procul uisentibus, tortuosum anguem mentiebantur, sed præter arbores, oleastris similes, & aram sacram Herculi, nil aliud præferunt, quod propaget uetustatis memoriam, ut a plærisque dicitur. Ouium nihilominus greges ibidem fuere, tanquam sterili & arido solo, quæ purpuream lanam producentes, ab Hercule raptæ dicuntur. Dicente Ouid. 4. Meta.

Mille greges illi, totidẽq; armẽta per herbas Errabant, & humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes, auro radiante micantes, Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.

Epimachus, alter Promethei frater, & ipse hisdem temporibus fuit. Hic genuit Pyrrum, ex cuius stirpe Fastida fuit, qui ex regina terra. xii. gigantes progenuit, uiros utique fortissimos, quorum nomina sunt, Typheus & Briareus atque alii decem. 3627 1372

Argus quintus Argiuorum rex, post Apin seu Osyrim, in Aegyptum profectũ, hoc anno Argiuis regnare cœpit, & regnauit annis. 70. Hunc centum oculos habuisse ferũt, id est, cuncta uidisse sua incomparabili sapientia. Hic primam nauem Iasoni in Colchos eunti fabricauit, quæ ab ipso auctore Argos denominata fuit, in qua idem Iason uolens accedere ad uellus aureum quærendum, omnes ferè Græciæ iuuenes conuocauit, inter quos fuere Hercules, Orpheus, Castor, Pollux, & alii plures splendidissimi iuuenes, qui semidei à Statio appellati fuerant, sub isto itaque Argo rege Calicias primum Argiuis functus est sacerdotio.

Plemeus undecimus Sicyoniorum rex, post Heratum regem sexagesimo octauo uitæ Ioseph, suis Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 48. 3628 1571

Mantuanus undecimus Assyriorum rex, Althada rege uita functo, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis triginta.

Leuitarum genealogia hic initium sumit.

Leui — Leui Iacob sanctissimi Patriarchæ, ex Lya uxore filius, à quo Leuitarum Iudæorũ familia, post mortem patris, circa hoc tempus in Aegypto degens, ibidem Ioseph fratre imperãte, centum trigintaseptem annis natus, naturæ concessit, relicto filio nomine Cath, annorum quadraginta, à quo & alter Abraham, seu Amram nat9 fuit, in cuius quidem ætatis quartodecimo (ut Eusebius refert) Ioseph similiter suum diem obiit. Abraham, seu ut aliis placet, Amram, deinde & pastor, uxorem Iocabeth, auunculi sui filiam, & ipsum duxisse uxorẽ refert, ex qua cum esset ætatis annorum septuagintaseptem, Aaron & Moysen filios suscepit, inter quos tres anni intercessere, mortuúsque est, & Amram centũ & trigintasex annos habens, ipse itaque Leui cum esset ætatis. 20. annorum & sex mensium, unà cum Simeone germano suo natu maiore, uir certè ingentis spiritus, cum apud Hemor regem decem annis stetissent, una dierum uidens Dynam sororem suam, decennem à Sichẽ Hemor prædicto filio fuisse stupratam, nimio zelo succensus, atque commotus ipsum Hemor & Sichẽ, atque alios ipsius filios, cæterósque omnes urbis mares interfecit, quæ res cum patri suo Iacob innotuisset, permolestè nimium tulit, unde & in morte sua, cum filios omnes suis benedictionibus benediceret, sic inquit. Simeon & Leui uasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum nõ ueniat anima, quia interfecerunt uirum in liuore suo &c. Genesis. 49.

Exodus liber hic initium sumit. 3641 1558

Seruit9 — Hebræi in Aegypto sub seruitute Pharaonis fuerunt, secundum Isydo. annis. 24. uerum secundum diuum patrem Augu. 14. Quum ergo mortuus esset Ioseph, Amenoptes quartus post Ephren Pharaonem, cum aliis Aegypti Pharaonibus, populum Israel nimium exosum haberet, propter ingenii magnitudinem, laborumq; industriã, ac opum affluentiam, atque sobolis elegantiam, eum callidè opprimere constituit, ne scilicet multiplicat9, in ipsum aliquãdo consurgere posset, quamobrem multimodas statuit eidem populo operum angarias imponere, utpote lateres coquere, fossas purgare, & lutum inde exportare, ac alias penè innumerabiles oppressiones imponere, quibus quidẽ oppressionibus, ab uxorũ amplexib9 cessarent, ac per hoc eius proles cessaret, & in nihilum redigerẽtur, At ipsi Hebræi dũ in his calamitatib9 obuersẽtur, cõtigit ut quidã sacrorũ scriba, præsci9 futurorũ, Pharaoni prænũciaret, unũ ex Hebræis mox nasciturũ, qui Aegyptio. regnũ hũiliaret, filiósq; Israel exaltaret, cui9 uirt9 trãscẽderet oẽs. Et ob id cõsuluit regi, ut Hebr. infãtes oẽs omnino interficeret. Verũ adhuc ipso populo magis, magísq; crescente, & multiplicante præcepit obstetricibus, ut Hebræas

ut Hebræas obstetricando mulieres,earum mares quoscunque interficerēt,fœminas uero reseruarent,tanquam inualidum sexum,& ad Aegyptiorum libidinem delicatum,sed etiā adhuc eodem populo crescente,denuo mandauit,ut eorum nati in flumine proiicerentur, ut ita Hebræi demum ad nihilum omnino redigerentur,sed contra Dei uoluntatem nihil præualere potest.Quapropter tempestate ista,hoc est anno.8. & uigesimo regni Amenophis, puer quem prædixerat sacerdos ille scriba,scilicet Moyses, Amram Iudæo uiro nobilissimo natus est,quem pater ipse suus,cum tribus mensibus occultasset,uidens quod amplius eum celare nequiret,fiscellam scirpeam sumpsit,eam pice & bitumine liniens, infantem, cū lachrymis,intro composuit,atque ipsum in carecto ripæ fluminis exposuit, eius salutem Deo optimo derelinquens. Fluuius autem puerulum suscipiens,per alueum deportabat,quē Maria eius soror, matris iussū,subsequebatur à longe uolens intelligere rei finē. Tunc deus omnipotēs ostēdit nō humana prouidentia,sed quomodocūque uult ipse fieri, optimū effectū protinus adipisci,non eos præualere,qui cautela sua alios condēnare nituntur,unde & hūc puerulum inopinabiliter saluauit.Thamur autem quæ Pharaonis filia erat, tunc circa illius fluminis littus,suis cum puellis ludebat,quæ cum illud uas uidisset à fluuio deportari, confestim præcepit suis illud sibi afferri,apertoque uase in eo comperit infantulum,mira indole, & elegantia insignitum,pro quo non mediocriter gauisa est,mandauitque protinus mulierem sibi adduci quæ mammas infantulo præberet. Verum cum permultæ illi adductæ fuissent,nullius mammillas sugere uoluit. Astabat & Maria eius soror,cum aliis ad uidendum, quæ ait,frustra ô Regina ad nutrimentum huius infantuli has aduocasti mulieres,quæ ad ipsius notitiam nullatenus pertinent.Sed si placet,unam ex mulieribus Hebræorum e uestigio adducam,à qua indubitatò eius ubera excipiet.Cui dixit uade,illáque confestim matrē ad reginam consociauit. At puer uisa matre,illico ad eius ubera accessit,quo uiso,regina ignorans ipsam esse matrem,eidem paruuli curam commisit,cui secundum rei euentum Moysi nomen imposuit,quasi è flumine saluati. Aquam enim Aegyptii,Moy uocant,Ses uero saluatus.Componentes itaque(ut Iosephus ait)hæc ex duabus prædictis dictionibus,id Moysi nomen eidē imposuerunt, hoc est ex aqua saluati. Ipse igitur ex Leui stirpe originē duxit.

Criassus quintus Argiuorum rex Argi regis filius anno quintodecimo Hebraicæ serui-
1544 3655 tutis, Argiuis regnare cœpit, & regnauit annis.54.

Asia nympha Oceani Thetiosq; filia, Iapeti uxor,ac Promethei prædicti mater,siue (ut Herodoto placet)uxor,per hoc tempus,ut Varro refert,eam regionem,quæ Asia minor dicitur,inhabitans,& Asiam nominauit,in qua quidem,quamdiu uixit,fœlicissimè imperauit. Est autem Asia maior & minor,quæ quidem regiones tertiam partem mundi efficiunt. Est autem regio permaxima.Minor itaque Asia,quæ ab hac nympha proprie nomen accepit, mediterraneo mari cingitur,& Phrygia,ac Lycia cōclusis terminatur.Habet enim à septētrione Bythiniam,ab occasu Propontidem,& ab oriente Lyciam. In ea quingentæ ciuitates quandoque fuere,quæ pertita,nunc infrascriptas continet prouincias & insulas, uidelicet, Galatiam,Bythiniam,Lychaoniam,Paphlagoniam,Salonem,Mysiam,Olypinam,Pergamū, Eoham,& Lesbum, Ioniam, Cariam,Lydiam, Lyciam, Pamphiliam, Phrygiam, Cyliciam, Rhodum,& Cyprum.Quæ quidem,sicut olim Asia appellabatur,nunc pro maiori parte, ex augmento Turcorum nominis, Turcia est nominata. In ea beatus Ioannes Euangelista,primum Christi Euangelium prædicauit,uniuersámque Christi iugo subiugauit, quamobrem ibidem pulcherrimas ecclesias erexit,unde & postmodum plurimum martyrio in ea pro Christo coronati fuerunt sancti,quorū plane constantia,ibi cessauit omnis spurcitia ueteris idolorum cultus.Sed nostro(ut ita dixerim)sæculo & infortunio factum est,ut Turcorum aduentu,cuncta ibidem immutata sint. Machumetea quippe lex, per eosdem Turcos, Christi Euangelium reppulit, Christianorum nostrorum auaritia & inertia. Ea plane regio siue prouincia plurimos doctrinis excellentes protulit uiros,quos inter Apollodorus orator Augusti præceptor fuit, & Galenus insignissimꝰ medicus, & Anacreon Minermꝰ, Antimachus, Alceus,& Sappho mulier ;omnes poetæ.Historiæ uero cōditores, Herodotꝰ, Exanthus,& Theopompus. Ac septem sapientes,uidelicet Thales,Bias,& Pithacus,Cleantes,Anaxagoras,Heraclitus,& Anaximander,& alii penè innumerabiles. Asia uero maior,

ab Asio Chori filio, denominata fuit, quæ à meridie per oriẽtem usque ad septẽtrionẽ protenditur. Terminos autem habet à meridie Nilũ, A septentrione Tanaim, tribus hanc partibus tangit oceanus, & qui ab oriente Eous, a meridie Indicus, à septentrione Scythicus appellatur, in ea primos hominum ab oriẽte accepimus. Seies & Sinarum prouinciæ incolas, quibus (ut Ptolemæo placet) bis in anno Sol fit supra uerticem eorum, post hos sequuntur Indi, & aurea Cheronesus: in India sunt Ganges, & Indus fluuii maximi. Indis permaxima est Arachosia prouincia. Deinde Paropanisade. Dragiana, Gedrosia, Aria, Carmania, Persia, Susiana, in qua fuit Susa ciuitas nobilissima, Babylonia, Mesopotamia, Arabia inter rubrum, & Persicum mare, Assyria, Bactria, Chaldæa, Cappadocia, Colchos, Margiana, Marãdinorũ prouincia, Media, Parthia, Sodoma. Sunt quoque in hac permaxima prouincia Asia maiore,
Arimphæi Arimphæi populi prope montes Riphæos, ubi niues assiduè cadentes, adeò inuiam efficiunt, ut ultra adiri non possit. Quibus (ut Pomponius ait) iustissimi sunt mores, habent hi pro domibus nemora, & alimenta baccæ eius sunt.

Mosoni etiam, in hac Asia, uersus septẽtrionẽ sunt, qui turres ligneas subeunt, notis corpus omne persignant, propatulo uescuntur, promiscuéque concũbunt, & palam reges diligunt, uinculisque arctissima custodia tenẽt. Atque ubi culpam prauè imperando metuere, media diei totius afficiunt, populi sunt asperi, inculti, pernoxii appulsis.

Manchaleus, Mamithi regis filius, duodecimus Assyriorum rex, decimoseptimo Hebraicæ seruitutis anno, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis triginta. 1642 3557.

Orthopolis, duodecimus Sicyoniorũ rex, Pellẽmeo patre defuncto, trigesimotertio Hebraicæ seruitutis anno Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 63. 1625 3574

Iphereus tertiusdecimus Assyriorum rex, Manchaleo patre defuncto, quadragesimosexto Hebraicæ seruitutis anno, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 20. 1612 3587.

Maiam autem Atlantis, ex Pelione coniuge filiam his temporibus, Mercurium eius nominis primum, ex Ioue adolescentulo suscepisse ferunt, a qua postmodum Maium mensem denominatum nonnulli fuisse affirmant, quod in mense illo, mercatores omnes Maiæ & Mercurio pariter sacrificabant. Sed Macrobius dicit. Maiam, cui mense maio res diuina agebatur, eam terram fuisse, & hoc adeptam nomen à magnitudine. Et ipsam eandem Bonam Deam esse ex ipso cultiore sacrorum ritu. Faunam autem quod omni usu animantium faueat. Opem, quod ei9 auxilio uita constet. Fatuam uero à fando, quod infantes partu editi, non prius uocem edunt, quam attigerint terram. Hæc adeò pudica fuit fœmina, ut nunquã eius nomen in publicum auditum fuerit, nec uirum unquam uiderit, nec à uiro uisa sit propter quod ferunt uiros eius templum omnino ingredi non posse. Hæc itaque Maia mellita fœmina, apud Romanos, maxima habebatur in reuerentia. Cui ad inditium religionis prægnantem suem mactabant, & sacrificabant, quam hostiam terræ propitiam fore dicebant.

Cylleno, fœmina huius Maiæ soror, & eisdem parentibus edita, & ipsa à Ioue prædicto Cretẽsi uiciata, Mercurium alium à superiori peperit, qui Cyllenius cognominatus fuit ab ipsa matre, seu à monte nomine Cyllion Arcadiæ, in quo forte natus est, unde & idẽ mons celebris euasit, ip sius Mercurii natiuitate.

Mercurius itaque Iouis, ex prædicta Maia filius hisdem temporibus (ut quidam uolunt) nascitur, quanquam crediderim longè antea natũ, sed quia plures legimus fuisse Mercurios, omnes huic loco in unum ponendo reseruauimus, primum autem deorum nunciũ seu interpretem fuisse omnes poetæ describunt, quémque & uariis ornamentis insigniunt, ut per illa intelligantur ipsius Mercurii uarietates officiorum. Et propterea, ut Marcian9 dixit, ut mox natus fuit, capella suis uberibus eum lactauit, qui diuino lacte perfusus, & si mortali fœmina natus, immortalis tamen homo habitus est. Dictus autem fuit Deus facundiæ, mercatorum et palæstritarum, nuncius, interpresque deorum. Eundem quoque dicunt (licet alium) ex sorore Venere, Hermaphroditum. Hic autem Argum interemit, & Prometheum in Caucaso monte religauit, atque alia mille quæ de isto, aliisque Mercuriis, poetæ confixerunt, hic ipse lyram septicordem comperit, ipsi denique datur uirga caducea, in cuius laudẽ postmodum Horatius in primo carminum suorum, hunc hymnum cecinit dicens.

Mercurius Lyræ primus inuentor.

Mercuri facunde nepos Atlantis Qui feros cultus cantus & decore, More palestræ,

Te canunt

Te canunt magni Iouis & deorum Nuncium,curuæque Lyræ parentem.
Callidum quicquid placuit iocoso Cōdere furto. Et alia multa. Hic igitur adeò in omni doctrinæ genere,& quam maximè Physicæ edoctus fuit, ut dicatur, eum sua uirga & herbis tātum mortuos suscitasse. Vnde & post mortem inter deos relatus, stellificatus est. Ab eóq; Stella quædam,quæ in uirgine regnat, quæque & semper imperauit, & Solem comitatur, Mercurii nomen accepit. Ea quippe præesse facundiæ,& eloquentiæ, ut plurimum consueuisse dicitur, Et propterea ut habetur actuum.14. Paulum apostolū,quomodo esset dux uerbi, Gentiles Mercurium appellauere. Hunc autem in ordine planetarum,sextum ponere cō sueuere astrologi. Et cum dict9 esset mercatorū dux seu deus,atque furtorum. Ideo ab uno latere eius depingere cōsueuere mercatores cum mercibus suis,& latronem qui eisdē marsupium furtiuè abscindebat,pingebatur quoque cum utroque sexu &c.

Mercurius alius Aegypti9 fuit,qui & Trimegist9 cognominabatur,id est, ter magnus,tēpestate ista,& ipse floruit,qui inter cætera suæ uirtutis monumēta dicitur fuisse primus stellarum inuentor,qui eam ob rem apud eosdem in introitu signorum Solis,mandauit semper aliquam fieri solennitatem. Hic itaque doctrinæ gratia allectus, ex Aegypto digressus uniuersam terram peregrinari uoluit. Et hincinde centum ciuitates condidisse,in quibus quidē deum uerum dicitur eos colere docuisse,et propterea maior,& antiquior Mercurius est appellatus. Verum cuius patris fuerit filius non habetur. Stellarū primus inuentor

Mercurium item alium,cognomento Hermem natione Italicum fuisse inuenimus, quē ab Algmida pastore Agrigentino in insula Siciliæ uel à Fauno Italiæ rege, Lyram & Harmoniam didicisse credunt. Quam ob modulantiam multa instrumenta eum confecisse ac Orpheo tradidisse ferunt, quem & canino capite,cum uirga serpentibus innexa, in manibus depingunt.

Mercurius præterea quartus ante diluuium fuit Lamech filius, quem Tubal appellauimus,à quo & Musicæ sumpsere principia. Fuere & alii Mercurii,scilicet quintus & sextus, quibus omnibus eadem dātur ornamenta uirtutum,sed non eadem deitas,quia alius est medicinæ deus,alius mercatorum,alius furum,quæ omnia à multis confunduntur.

Proserpina magnæ Cereris filia,mulier sanè speciosissima,quā Orchus Molossorū rex propter ipsius insignem pulchritudinis famam,diu antè rapuerat,& in coniugem sibi assum pserat,de qua plurima à poetis sunt conficta: his temporibus grandeua deficiens, inter deos relata est. Ipsam enim ideo à Plutone amatam, & raptam fuisse tradunt, quoniam Veneris ignes despiciebat,quam cum diu Ceres quæsiuisset,tandem inditio Arethusæ apud inferos eam inuenit,quam quum inde retrahere mater non posset, Deûm Iupiter lachrymis matris permotus,sentētiam tulit,ut sex menses cum uiro apud inferos,& sex cum matre apud superos moraretur. Hanc autem Plato,in lib. responsionum dicit esse malignorum spirituū, una cum Serapide principem,quia tribus elementis,uidelicet in aqua,terra,& aëre,tanquā perniciosissimus dæmon,multum potest. Vnde his uersibus,hoc approbare uidetur dicens.
Naturæ triplicis ego sum Lucina puella, Taurea,itémque triceps missa è cœlo aurea Phœbe
Quam multæ uariāt formæq; trinaque signa. Quæ terna & simulacra fero terræ aëris ignis.
Quippe meis atris terrarum est cura Molossis.

Saturnus magnus rex cui Aberides proprium nomen fuit, Cœli & Vestæ filius,qui deorum summus à poetis fingitur,hisdem temporibus(Petro Cluniacensi testante)patre Cœlio eunucato, Cretense regnum sibi desumpsit. Qui cum potentissimus rex euasisset ad retinēdam patrum suorum memoriam,nomina eorum cœlo terræque indidit. Quare patrem sibi cœlum dixit,matrem uero terram appellauit,quæ quidem Vesta interpretatur,eo quod terra rebus omnibus uestiatur, seu quia in sua stat, nam & ipse ideo Saturnus appellari uoluit, quod tempus significat,quod è cœlo ortum habuerit, nil quippe aliud tempus ipsum dicere uolēs significat,quam cælestem motum. Atque cū omnia quæ orta sunt tēpore intereāt, ipsum Saturnum poetæ finxerunt,quod natos suos etiam omnes uorauerit,cum omnia tempore consumentur. Quamobrem auctores omnes ipsum Saturnum appellarunt, quia annis insatiabiliter expletur. Huius namque pater Cœlius Crethis filius fuit,ut suprà longè antè iā dictum est,alios etiam fratres, atque sororem unā Theam nomine habuit,quam & in uxorem

Aberides.

Saturnus tēpus significat.

rem duxit. Habuit & fratrē natu maiorē, nomine Tytana, qui & ut ipse regnaret, expostulabat. Quod ubi eius mater & soror persenserunt, huic Saturno ne aliquo modo fratri Tytani regno uti concederet suaserunt, quia in primis ipse Tytan erat facie deterior. Quod postquā Tytā perpēdit, æquo animo eidē regnū omnino cōcessit, sed hac quidem lege ut si quis natus fuerit ei masculus filius, necaretur, primꝰ itaq; qui natus Saturno fuit filius necatus est, eóque occiso postea gemini nati Iupiter & Iuno, quod ubi mater perpendit Saturno Iunonem mox in conspectum dedit, Iouem uero clàm abscondens patre inscio educandū dedit. Deinde Neptunum clam Ops peperit, & eum quoque clanculū abscōdit. Et cum etiā Plutonem, & Glaucam peperisset, filia patri ostensa, Pluto item seruatꝰ est, Glauca uero paruula decessit. Quod cum Tytan postea resciuisset ductis secum mox Tytanis suis filiis saturnum & opem uxorem captiuauit, & muro excelso illos circunegit, atque eisdem diligentem custodiam apposuit. Hoc quum eorum filius Iupiter cognouisset cum magna suorum Crethensiū copia ueniens ipsum Tytanem, & filios expugnauit, parētésque ipsos uinculis exemit, & eisdem regnum restituit. Ipse deinde in Crethā remeauit, uerum quū Saturnus fortē admonitus ut à filio Ioue caueret, ne eum regno expelleret, effugiendi periculi causa, ipsi Ioui parasset, à filio ipso tādem regno pulsus est: Ipséque Iupiter paternum regnūoccupās, confestim armatos misit, qui patrē Saturnum, aut comprehenderēt, aut certe interficerēt. Saturnus uero ita pulsus, quum diu multúmque errasset, uix tandem in Italia locum, quo lateret inuenit. Hic itaque Saturnus præter Iouem, & Neptunum, atque Plutonem, & alios suscepit filios, Chyonem uidelicet & Messapum, Genyum, Amycum, Erigenem, Pycum, & Typhonem gigantem permaximum, Sed & Semiramin, Venerem, Cererem, Vestam, atque Iunonem magnam filias, De quibus Ouidius libro fastorum dixit.

Ex Ope Iunonem memorat Cererémque creatas, Tertia Saturni semine Vesta fuit,
Iuppiter astra, fretum Neptunus, tartara Pluto Regna paterna tenēt, tres tria, quisq; suū.

Nomina Saturni.

Multis autem nominibus Saturnus hic cognominatus est. Et primo Saturnus, eo quod saturetur annis, uel à farriēdo, quia agriculturam docuit. Item Theuch, idest, deuorator, quia proprios deuorauit filios. Itē Chronus uel Chronos, quia ultra communē hominū cōsuetudinem uixit. Item Nembroth, propter corporis sui magnitudinem. Item Stercutius appellatus est, quia tanquam optimus agricola usum stercorandorum agrorum primus inuenit. Dictus quoque est deorum origo, ac totius prosperitatis Deus, quia eius filii & filiæ omnes, inter deos, uel stellas sunt relati. Quomodo autem in Italia regnauerit, & quæ ibidē gesserit, uidebis infrà, in Moysi temporibus. Pingitur autem Saturnus hic admodū senex, & mœstus, capite obuolutus, tardúsque & sordidus, atq; falce ornatus, quæ omnia ipsi Saturno homini ac etiam planetæ cōueniūt. Astrologi autem dicunt Satur. planetam fore natura frigidum, & siccum, ac melācholicum, cum fœtido ore. Dicúntque præterea ipsum auarum, maliciosum, inuidum, seductorem, superbum, simulatorem, & multæ cogitationis atque consilii profundi, & ad iram tardum, sed irreuocabilem fermè fore. Insuper ferunt eum significationis operis ad agriculturam spectantis, mensurationum terrarum, & aliorum multorum consimilium inuentorem.

Nonogirus quidam priuatus uir hisdem temporibus, multæ industriæ inclytus, clarúsque fuit, quod primus apud Siculos boues aratro iunxerit, quibus ex rebus, ab eisdem diuinis honoribus, & sacrificiis, honoratus fuit.

Apollo eius nominis secundus, natione Delphicus, Iouis secundi ex Latona filius, unóque partu, cum Diana editus tempestate hac, in insula Delos, quæ in Aegeo mari est, clarus inclytúsq; fuit, uir certè peritiæ, qui non contentus præteritorum præsentiúmque fuit, nisi & futura intelligeret. Ad quam gratiam quidē adipiscendā, cuiusdā magicæ artis, quæ Phitonica nuncupatur, primus inuentor extitit, unde & fatidicus appellatus est, cuius rei gratia post mortem diuinationis & sapientiæ deus à poetis appellatus est. Medicinæ etiam artis & herbarum uirium compertorem ipsum fuisse Oui. contestatus est, quia cithara à Mercurio donatus, eam optime pulsans musis canentibus postea perfectus euasit. Quare & citharā ipsam tenēs, & pulsans mitis ab omnibus dicebatur, ut Horatius inquit.

Condito mitis, placidóque tello Supplices audi pueros Apollo.

Namque prius sagittis armat9,nocuus putabatur.Hic primum Daphnem amauit,post illam Hyacinthũ puerum,quem cum secũ disco luderet,agēte inuidia, Boreas interfecit. Hic etiã ob singulares eius in omni genere uirtutes,post mortem,tanquam sol,id est sol9, inter Deos relatus est.Qui tantam certè claritatem solus obtinuit,ut deus apud suos haberetur, et ideò templo permagnifico,apud suos,ab Erictone post mortem honoratus fuit.Quod quidem tē plum & locus nunc desertus uidetur,illius tamē templi & amphiteatri adhuc aliqua(ut fertur)extant uestigia,ubi alba marmora,& quædam colũnæ ad signum eiusdem dignitatis maximo uidētur in numero.Huius itaque Apollinis Ceres magna uxor fuit,ex qua Aristheum genuit filium,quem Hesiodus pastoralē Apollinem appellauit,postea à canibus dilaniatum.Hunc autem Apollinem iuuenē,& imberbem depingunt,cui & laurus dedicatur.Griphes coruus,& Python serpens maximus pictus è longe est,quem & sagitta per mediũ trãsfigere uidetur,pingebatur quoque inter Parnasi montis iuga,de quo & Castalius fons scaturiebat. Aristheus. Figura huius Apollinis.

Apollines itaque tres fuisse compertum habemus.Quorum primus Apollo medicus fuit, de quo supra dictum est,quod propter ipsius maximam medendi excellentiam,in deorũ cõsortium putabatur receptus.Secundus autem hic Delius uaticinandi scientia celebratissim9. Tertius uero pastoralis Apollo huius filius fuit,qui & ipse memorabilia quædã peregit opera.Horum itaque Apollinum gesta scriptores plerũque confundunt,quia uniuscuiusq; proprium ambiguum faciunt.

Diana etiã quæ & Lucina Delphici prædicti Apollinis germana,& ipsa hisdem temporibus insignis quam maximè uirginitate perpetuã a plerisque fuisse dicitur.Et quãquam Cicero,de Natura deorũ multas Dianas fuisse referat, istam tamē præcipuam, & nominatam fuisse dixit,cui omnia attribuuntur insignia,quæ ob uirginitatis amorem,spreto hominum consortio,syluas petiit,& uenationibus ut plurimum operam dedit.Quare eam cum arcu & pharetra descripsere poetæ,ac nemorum montiúmque deam dixere,currúque eam uti uoluere,à ceruis albis tracto.Et propterea uirgines plurimæ ipsam simili proposito sequebantur,unde & Nympharum societate,atque obsequio usam dixerunt,uoluerunt etiam ipsam uiarum præsidem esse,& una cum luna multis uocari nominib9,ipsa itaque fœmina fuit quæ more sanctimonialium nostri sæculi,libidinis pruritum à se omnino abdicauit. Et ideo stulta gentilium opinio eam lunam dixit.Eo quod lunæ planetæ conuenire u sa fit,quæ suo frigore concupiscentias uenereas refrenare habet, & nemora,montésque nocte suo lumine illustrare,& ad lunam spectantia,tanquam si ipsa luna esset.Hæc itaque Orionem neptum filium(eam uiolare uolentem)occidit,unde & eidem hostia sacra, ex humana carne fiebat. Habuit autem apud Ephesum Diana hæc templum certe admirandum,magna religione frequentatum,eóque in loco à parturientibus ut plurimum inuocabatur, eo quia ut primum nata fuit,parturienti matri Apollinem fratrem suum, obstetricis officium exercuisse, Seruius scribit. Lucina

Phorcum etiam Saturni fratrē,eiusdem Cœli,ex Theosa Nympha filium,per hæc tempora fuisse,& floruisse constat,quem quidem ex Cetha coniuge,quatuor ferũt eximiæ pulchritudinis genuisse filias,Eurialem uidelicet & Stenionem,Medusam,ac Syllam,quas Gorgones fuisse putam9.Quæ ita sibi simillimæ uidebantur, ut uix una dignosceretur ab altera, quibus etiam unum tantum erat regnum,unde finguntur fuisse monoculæ,idest,eiusdē uultus,& pulchritudinis,cum omni pulchritudine.Hunc Varro dicit fuisse Sardiniæ & Corsicæ insularum regem qui cum Atlante,nauali prælio decertãs uictus,& in mari submersus, Græca loquacitate marinus deus uocatus est.Quod Virgilius in quinto Aene.tetigit dicēs. Tritonésque Cethi,Phorcique exercitus omnis. Gorgones.

Phœbus Hyperionis filius,cuius pater Tytan fuerat,hisdem temporibus,apud Delphos maximo fuit in precio,qui ob ingentem suam sapientiam,Solis nomine solus extitit illustratus,eo maxime,quòd suæ sapientiæ radiis,tanquam uerus Sol,totius orbis primitiauerit ambitum.Et idcirco tradunt,quòd nõ solum patri,& fratribus, aduersum Iouem nõ fauisset, quinimo Iouis partes sequutus esset.Quamobrem & post uictoriam, & currum,& coronã, & aulam,atque alia permulta insignia,ab ipso Ioue tandem assequutus fuit. Nam quũ non superbus

superbus, sed uere humilis, atque sapientissimus haberetur, adeò illi propitia esse cœpit fama, ut in eum omne illud à poetis desereretur, quod uero soli deferendum erat, quod non aliter de eo quam de uero Sole loquerentur, fingunt autem ipsum, ante alia, Regem fuisse, quod forte uerè fuit, unde de ipso Ouid. 2. Meta. lib. plurima prolixè disseruit. Hunc nihilominus tradunt multas stuprasse uirgines, quas inter Lychiõ Dedalionis filia una fuit, ad quã tanquam anus, nocte cum intrasset, eam ui tandem oppressit prægnansq; facta, Philomenem peperit filium. Qui postmodum & carmine & cithara euasit illustris. Deinde Leuchotis Orcani filiæ speciosissimæ ad sui ignominiã ipsiúsque interitum, adeo infatuatus fuit, ut cleptica diu uicissitudine uarius fuerit, in tãtum sui luminis fieret expers, quo maximè uniuersaliter totus egebat mundus. Atque ita propter unius mulierculæ amorem, lumen, quod in ipso tanto homine erat, tenebræ factum fuerit. Quam ob rem monemur omnes Leuchotem omnino fugere, Clicia itaque Phœbi amasia, quum didicisset Phœbum cum ea cõcubuisse, zelo percita, confestim filiam Orcano patri accusauit, qui nimium seuerus factus, eam uiuam illico sepeliri fecit. At Phœbus quum illi uitam restituere nequisset, in thuream uirgam illam statim conuertit, uerum quo mortis genere, aut ubi Phœbus iste obierit minimè inuenire potui.

Lychion. Leuchotes. Clicia.

Aaron Aaron Moysi frater, hoc anno, qui est sexagesimus tertius Hebraicæ seruitutis, ex Aniram Iacob pronepote uiro inter Hebræos nobilissimo, in Aegypto nascitur, uir planè sanctus & insigni eloquentia perornatus, quibus quidem ex meritis, ad summum sacerdotium à deo uocatus est, eo quod & dominus testamentum æternum ei decreuerit, Moyses itaque germanus suus, primo mense anni secũdi egressionis filiorum Israel ex Aegypto, die prima mensis de mandato erexit & inunxit Tabernaculum testamenti deo, in quo cũ præparasset omnia tabernaculorum utensilia, uidelicet mensam, candelabrum, & omnes sacerdotales uestes, astitit ei dominus dicens, sacerdotium sanctum fratri tuo Aaron dabis, quia & propter ipsius maximam sanctitatem, atque ingentes eius uirtutes, omnibus esse præponendum decerno. Tum Moyses, congregata omni multitudine filiorum Israel dixit. Viri Israelitæ audite: Tabernaculi fabrica, ut cernere potestis, præparata est. Quia igitur tabernaculũ primo dedicari oportet, prius decet sacerdotem constitui, sacrificiis ministraturum atque pro nobis oraturum. Deus autem mihi astitit, præcepítque, ut Aaron fratrem meum inungam sacerdotem tanquam omnibus iustiorem, eiúsque dignitatis digniorem, qui altaris sancti curã gerat, hostiásque ac oblationes pacificas, pro uobis offerat. Annuente uero populo Moyses eum oleo sancto perunxit & euestigio circum pedes, & femoralia, atque humerale quoddã eidem imposuit, multis quidem tintinabulis in gyro circũcinctum, ut ad eius incessum, sonum quendam daret. Indéque stola facta (quam piuiale nunc dicimus) exornauit eum. Eius quoque capiti mitram quandam, seu coronam, ad exprimendum ipsius dignitatis & sanctitatis symbolum, imposuit. Quo quidem uestimento nunquam ulli filiorum Israel uestiri licitum fuit, nisi tantum Aaron huic, atque eius filiis & nepotibus, quòd eius sanctitate omnia sacrificia, diuino igni semper consumpta perhibentur. Et propterea hanc ille dominus addidit gloriam, quòd eidem filiísque eius hæreditatem hanc dedit sempiternam, in omnes frugum terræ filiorum Israel primitias. Hebræis autem hæc à Moyse gesta admodum placuere, & tanquam à deo optimo facta essent, præbuere consensum. Ipse autẽ tantæ fuit fidei, & sanctitatis, ut quandoque quibusdam furentibus flammis, obuiam intrepidus iret, & accẽso thuribulo dei iram cohiberet, unde & tanquam sacerdos magnus, inter mortem & uitam, stare uoluit. Eámque ob rem ignis ille nec ultrà procedere ausus fuit. Dei enim potẽtiã eius preces impedire aliquando potuere. Erat itaque Aaron hic (ut Iosephus refert) & propter genus, ac prophetiæ donum, atque germani uirtutem, illo honore uniuersis dignior. Ipse autẽ quatuor ex se protulit filios, uidelicet Ithamar, Eleazarum, Nadab, & Abiud, e quibus duo ultimi licet ætate primi, quum hostias portarent super aram, non quas mandauerat Moyses, sed quibus primitiis utebantur, subito concremati sunt. Tandem anno uitæ suæ. 123. pontificatus uero sui sexto & trigesimo, bona senectute confectus (Eleazaro filio suo sacerdotii stola prius tradita) in Arabia in monte Oreb, mortuus est, populo uniuerso eum mori conspiciente. Idque fuit Calendis Iulii, ubi sepulturæ eius adhuc locus ostenditur. Et fleuerunt 1595 3604

eum

eum filii Israel,30. diebus.

Maria prophetissa ipsius Aaron & Moysi ex eisdem parentibus germana, & ipsa eodem anno,quo & Aaron frater suus(adhuc populo per desertum agēte)in Cades uitæ finē fecit, quo autem die dormierit,non habetur. In mōte autem Sina tumulata fuit,cuius quidem tu muli locus diu ab incolis demōstratus est. Fuit igitur huic in primis sacrarum scripturarum testimonio,tanti castimonia,ut toto uitæ suæ spacio nulla uiri cōtagione maculari passa sit. Hanc à deo dilectam,& eius munere,& longæuos annos, & prophetiæ donum obtinuisse, quo multa & ipsa prædixit,licet non scripserit futuris,cuius rei gratia,intra numerum sanctarum ueteris legis à Iosepho non immerito uenit annumeranda. Nam ut sacra Exodi habet lectio hæc innuere uidetur,quòd sicut sanctus Moyses inter filios Israel,sic & Maria inter filias,pro suo modulo principatū obtinuit,ex quo solo uidetur sāctificata. Ipsa enim Pharaone submerso,chorū(pro gratiarum actione)cum mulieribꝰ ducens,sumpto Tympano cecinit canticum Moysi,uidelicet cantemus domino.

1552 3607 Moysen etiam Aaron germanū, Amram supradictus septuagenarius existens,tertio post ipsius fratris natiuitatem anno,ex Iocabetha uxore suscepit. Quo planè nato mater cernens ipsum elegantissimum,ac optima indole insignitum,tribus mensibus absconditum seruauit. Existimans si ipsum educere posset,futurum fore,ut maximus apud Hebræos euaderet,uerū imperium Pharaonis non mediocriter uerita, ipsum puerum trimestrem in capsellam bitumine litā reposuit,& in fluminis carecto exposuit,atque eius salutis curam domino deo cōmendauit. Amenoptis autem tum regis filia,cum eo loci spaciādi gratia aduenisset,uisa capsula,eam mox ad se deferri præcepit,uisóque puerulo elegantissimo,ipsum sibi adoptauit in filium,Moysenque ipsum quasi ex aqua saluatum nuncupauit. Cum igitur eum regina adoptasset in filium,ut pote qui bene à natura,& gratia institutus erat,accedente etiam pedagogorum summa diligentia,breui in omni Aegyptiorum doctrina, omnes regiæ aulæ pueros longe superauit. De hinc factus uir nullis in regni regionibus uiris inferior euasit. In primis namque instrumenta bellica Aegyptiis inuenit,atque literas quasdam, quas sacerdotibus cōtulit,urbémque Memphiticam in.16.partibus diuidere cōsuluit,& in singulis præfectos instituere constituit,& hoc consuluisse aiunt,ne populi ut solebant conspirantes,modo hūc, modo illum,regno expellerent. Quibus ex rebus factum est,ut quasi pro Deo ab Aegyptiis coleretur. Et propter literarum inuentionem,maximámque eruditionem,Mercurius ab eisdem appellaretur. Quibus ex rebus rex Amenoptis pater,inuidia commotus,causam interficiendi eum quesiuit. Et sic aduersus Aethiopes,in Aegyptum sæpe irruentes, cum imperio eum transmisit,exercitúmq; sibi à Iudæis maximè conscripsit, ut propter eorum imperitiā unà cum eis periret. Quod bellum decennio quidem gestum fuit,unde propter diuturnitatem ipsius belli,ciuitatem eo in loco condidit,scilicet ubi sedentes sui Aethiopum impetum sustinebant,quàm Hermopolim,id est,Mercurii ciuitatē postea dixerunt,ubi & Ibis auis primum consecrata fuit,quoniam nocentes interficeret serpentes. Cúmq; Moyses Sabbeā Aethiopum urbem diutius obsideret,tandem Corbis Aethiopum regis filiæ auxilio,urbem obtinuit,ob quod eam Moyses duxit uxorem,propter quod Aaron & Maria eius soror,cōtra eum murmurare cœperunt. Aethiopes autem admiratione uirtutis ita Moysen coluisse tradunt,ut circūcisionem etiam ab eo didicerint. Itáque peracto à Moyse fœliciter bello, quū uictor redisset, uerbo quidem à rege bene susceptum,rex autem quotidie mortē illi quæsitam referunt,ac insidias multis modis paratas,maximè quum ad Merida matrem,ultra Aegyptum in Aethiopiæ finibus sepeliēdā ex præcepto regis proficiscerentur. Quæ quū Moyses percepisset,in Arabiā illico profugit,& Raguelis Arabiæ regis filiā in uxorē duxit,quæ duos eidem peperit filios,Gersam & Helyezer,dicens. Deus patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis,ut patet Exodi.2. post multa uerò tempora,dū idem Moyses pasceret gregem soceri sui in monte Sinay,apparuit ei prodigium ualde mirabile, qui ignem ardentem & non comburentem uidit,de qua uisione uehemēter obstupuit , accedénsq; propius ad locum,audiuit Dominum sibi dicentem ut cum fiducia in Aegyptum pergeret,quia futurus erat dux & princeps multitudinis Hebræorū,& suos ab iniuria Aegyptiorū liberaturus. Dixitq;,in hāc terram fœlicissimā tu introduces Hebræos omnes,ubi Abrahā pater uester habitauit. Hac quidē re Moyses fretus priusquā exercitum cōparasset,ad regē accessit,

Hermō polis ciuitas.

dixítque orbis totius domini iussu liberandos esse Iudæos. Quo audito, statim rex eum in carcerem trusit, unde nocte custodibus mortuis,& repente portis patētibus Moyses exiuit,rectáque uia ad regem usque,ianuis apertis,intrauit. Interrogatúsque à stupente rege quodnam esset dei nomen,à quo missus esset,quum à ceruicibus inclinatus Moyses in aurē sibi dixit nomen dei,audiens rex protinus mutus effectus in terram cecidit, uerum quum à Moyse suscitatus fuisset,scripsit nomen dei Moyses in tabula,quas literas quum nonnulli sacerdotes deriderent,quòd legere nescirent,spasmo(ut Eupolemus historicus refert)omnes expirarunt. Tunc etiam rex signum à Moyse expostulans, statim baculum in serpentem conuertit, omnibus autem ob hoc magno timore perculsis,à cauda serpentem cepit, & rursus in baculum uertit. Deinde Nilum baculo percussum adeò eum abūdare fecit,ut uniuersa Aegyptus penè submergeretur. Posteáque quum aquam rursus percussisset & in alueum suum redire fecisset,animalibus cunctis in fluuio morte corruptis, magno fœtore aquam ita oluisse ferunt,ut Aegyptii siti,& pestilentia simul laborarent. Regem autem perterritum inclinatum iam fuisse,ad dimittendum populum,sed Mēpheticis sacerdotibus uocatis,illis cōminatum esse mortem,nisi & ipsi aliquod signum ederent,qui magicis artibus draconem producentes,ac fluuii colorem mutantes,effecerunt ut rex elatior factus,Iudæos atrocius pertractaret. Tunc à Moyse terra uirga percussa,muscas uenenosas,deinde rursus percussa,ranas,locustas,aliáque huiusmodi monstra produxit. Tandem quum grādine percuteretur,& terræ motu Aegyptus uniuersa quateretur,quo domus & templa multa ceciderunt,perfractum calamitatibus regem Iudæos liberasse, qui ab Aegyptiis argētea,aureáque uasa,uestémque,ac aliam gazam mutuo accepere,ac tertio die postquam recesserūt, ad mare rubrum peruenerunt. Ibi autem Moyses,cœlesti uoce admonitꝰ,mare uirga percussit, eo diuiso mox uniuersus populus sicco pede transiuit, quúmque Iudæos persequerentur Aegyptii,tum fulminibus,tum aquis refluentibus,omnes perierunt,Iudæique liberati,quadraginta annis in deserto cibo diuino uixerunt.

Aesculapius secundi Apollinis,ex Corinida nympha filius, & ipse hisdem temporibus adeò Medicinæ artibus excelluit,ut quum multos ab incurabili morbo liberasset,etiam Hippolitum turpiter dilaniatum,eius membris undiq; collectis,precibus Dianæ, non solum in uitam reuocauit,sed & pristinæ sanitati omnino restituit. Quam ob causam Iupiter turbatus eum sagittis interemit,ut etiam Virg. contestatus est. Hunc aiunt inter cætera sui ingenii monimenta,speculū primum inuenisse,primúmque uulnera uitis obligasse. Verū quum ob hoc nimium etiam turpissimis quæstibus incumberet, tandem à Ioue fulmine percussus fuit, iuxta Pindarum de ipso sic loquentem.

Speculi primū inuentū.

Aurum illi nimium pretiosáque munera curæ,
Horrendum inde pater diuorum concitus ira
Contorsit fulmen, animámque è corpore uulsit.

Inuēta Aesculapii.

Aesculapios tamen tres Tullius de Natura deorum fuisse insignes dicit,primū affirmat Apollinis fuisse filium,& hunc ab Arcadibus dixit magnopere coli. Secundum autem secūdi Mercurii fratrem fuisse affirmat,ex Valēte quidem patre, atque Corinide matre natum, eúmque fulmine percussum interiisse,& Cynorusis humatum. Tertium denique Asippi & Carsinoæ filium fuisse,eúmque primum alui purgationem,& dentis euulsionem comperisse,eiúsque sepulchrum esse in Arcadia. Vnus autem ex istis tanta ueneratione apud Epidauros habitus fuit,ut etiam Romani pestilētia agitati,pro singulari remedio, & certo subsidio legatos ad Epidauros mitterent,ut illis de opportuno remedio subuenirent, permitteréntque Aesculapium suum tanquam remedium Romam deferri.

Nomina huiꝰ plutonis.

Pluto qui & Orcus græcè dicitur,Saturni ex Ope filius,Iouis & Neptuni frater, tempestate hac quum pater filiis diuideret regnū,syluas & loca inferiora obtinuit,unde & Deū infernorum postea eum poetæ appellarunt. De quo Statius dixit.

Forte sedens media regni infœlicis in arce
Dux Erebi populos poscebat crimina uitæ
Nil hominum miserans,iratúsque omnibus umbris. Et reliqua quæ sequuntur.

Alii tamen eum Ditem patrem,& Februum uocant,quoniam animarum existimabant purgatorem.

gatorem. Nam februa à Romanis purgamina dicebantur. Alii item Charonem dixerunt, ut per hoc significaretur infima pars mundi, in cuius planè sacrificio nigras pecudes immolare cõsueuere, quia uictimæ similitudinẽ Numinis, ut plurimũ, decernũt, nil certe inferno deterius declarãtes. Lactantius tamẽ lib. Diui. institutionũ de Plutone isto sic ait, Saturno, scilicet Iouem, Neptunum, & Plutonem fuisse filios, qui eo mortuo, cum simul partirentur imperium, contigit Plutoni iuniori in occidua regni parte regnare, apud ea loca, in quibus postea mansere Molossi, uidelicet secus inferum mare, & is à circũadiacentibus regno suo populis, Orcus est appellatus, eo quòd sæuus & sceleſtorum receptator esset, & quòd ingenti cursu suo, quẽ Cerberũ appellabant, consuetus esset uiuos homines apponere trucidandos.

Neptunum autem prædicti Plutonis fratrem natu maiorem, ex eisdem parentibus susceptum, quem Varro maris deum appellat, hisdem temporibus fuisse constat. Hic adultus factus, patris sæuitiam formidans, ab eiusdem conspectu se subtraxit, secúmque habitauit, indéque superatus bello in Achademiam fugit, ob quod locus ille postmodum Achademia, id est, tristitiæ locus est appellatus. Et quia ex regio genere ortus fuit, ac per mare nauigans patris iram euasit, post obitum deus maris est habitus. Verum alii dixerunt, quòd Saturnus pater, in diuisione filiorum, Neptuno huic aquas assignauit, & propterea deum aquarum fuisse dicunt. Alii quia à patre marinis aquis obrutus fuerit. Huic igitur, ut infrà dicetur, de impositione nominis Athenarum, cum Minerua litigium non modicum fuit, atque etiam de auris troiæ ab eo, & ab Apolline constructis. Hunc loco sceptri tridentem gestare dicunt. Et rerum omnium illi sacrata esse fundaměta, cui & .35. filios fuisse legimus, quos enumerare hic superuacaneum puto.

3608 Mammillus quartusdecimus Assyriorum rex, sexto & sexagesimo Iudaicæ seruitutis anno, patre Iphereo defuncto, Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 30.

3610 Phorbas sextus Argiuorum rex, Criassi regis filius, & ipse. 8. & sexagesimo Iudaicæ seruitutis anno, Argis regnare cœpit, & regnauit annis. 25. Hic duodecimo regni sui ãno, Rhodos insulam obtinuit, qui & post mortẽ una cũ uxore Melantholica, inter deos relatus est.

3636 Sparateus, quintusdecimus Assyriorum rex, Mammillo patre defuncto & ipse. 56. Iudai-

1560 3639 cæ seruitutis anno Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 49.

Atheniensium regni principium.



Ecrops optimus rex, natione Aegyptius, & ipse quarto & .50, Iudaicæ seruitutis anno, secundum Eusebium, Argiuorum regno relicto, primus Atheniensibus regnare cœpit, & regnauit annis. 50. A quo quidem usque ad Troiæ captiuitatem, quinque & septuaginta supra trecentos fluxerunt anni. Hic itaque Cecrops in primis Dyphes dictus est, id est, duarum naturarum uir, siue ob longitudinem corporis, siue idcirco quòd duas linguas, uidelicet Græcam & Aegyptiacam nouerat, qui & Athenas urbem longè antè conditam instaurauit, quam ex subita oliuæ apparitione Mineruam, id est, Athenas nuncupauit. Augu. etenim pater noster libro. 18. de Ciuitate dei, de Cecrope isto sic ait ad uerbum. Cecrope Athenarum urbem instaurante, subito aqua uno in loco erupit, & alio loco repente Olea arbor apparuit, super quibus prodigiis sciscitatus Apollo Delphicus quid intelligendum, quidue faciendum foret, respondisse fertur, quod olea Mineruam, aqua uero Neptunum significaret, ambo consobrini, ambóque dii & contemporanei, esset quoque in eorum omnium ciuium arbitrio, ut ex alterius duorũ deorum nomine ciuitas uocaretur. Congregatis itaque omnibus utriusq; sexus, uiri adhæserunt Neptuno, mulieres uero Mineruæ, quæ & obtinuerunt, ut ex Mineruæ nomine ciuitas appellaretur. At sic Athenas græcè urbem cognominauerunt, quod latinè Mineruam dicimus, eo quòd mulierum uoces, una uirorum numerum superarint. Quamobrem iratus Neptunus, marinis æstuantibus undis, Atheniensium terras mox populatus est. Quem ciues placare uolentes, triplici supplicio mulieres afficere, primo ut de cætero nullis publicis interessent consultationibus, Secundo, ut nullus nascentium cognomen maternum acciperet,

Cecrops primus rex Atheniẽsiũ anno mũdi. 1635.

peret. Tertio ne quis filias suas unquam Athenas uocaret. Quod quidem supplicium nunc usque ubiq; seruatū est. At poetæ Neptunū & Mineruā Athenas condidisse dicūt. Sed quū de nominis impositione inter eos fieret dissensio, diis reliquis præsentibus, fuit inter eos conuentio, ut qui percussa terra laudabiliorē produceret effectum, urbi nomen imponeret. Neptunus autem tridente suo percussa terra equum eduxit belli omen, at Minerua hasta proiecta, oliuam produxit pacis arborem. Quæ quoniam utilior laudabiliórque iudicio omnium uisa fuit, ex suo nomine Athenas dixit. De qua Lucanus libro sexto.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis, Thessalicus sonipes bellis feparalibus omen Extulit, &c. Iste igitur Cecrops, apud Græcos suos, primus Iouem Deum appellasse fertur, & aram instituisse primus, & simulachrū Palladis erexisse, post quem dii Græcorum nati omnes fuisse referuntur. Ab isto autem Græci, tempora sua supputare cœperunt. Huic autem populo postmodum, Draco optimus philosophus primus leges contulit sanctissimas.

Draco primus leges contulit Atheniēsibus

Epidaurus Epiri hoc est Albaniæ ciuitas, temporibꝰ istis (Eusebio teste) ea in prouincia, inmaris. Hic autem Cecrops præter tres filias, & quartam nomine Phrygiā genuit, quæ inde traiiciēs, Phrygiā à se habitatā prouinciam nominauit, littoribus condita fuit, à quibus tamen nō memorat. Quæ postmodum quum Romanorū facta fuisset Colonia, propter inauspicatum nomen ab ipsis Romanis, Dirachiū est appellata. Quæ planè ciuitas ea est quæ postea propter aeris malignitatem, pene derelicta habetur. Ipsa quippe ciuitas nunc Venetorū ditioni subiacet, quam propter portus commoditatem Senatus ipse ibidem, posito præsidio, à Turcorū excursionibus custodit. In ea adhuc aliqua multa urbis monumēta uisūtur, inter quæ statua equestris ænea ad quandam portam extat, quam alii Theodosii imperatoris, alii Constantini magni esse affirmant. Epidaurus alia nihilominus in Achaia est, ut Plin. 4. Natu. histo. scrib, Aesculapii delubro percelebris. Vnde Romani pestilētia uexati Sibyllinis libris inspectis sub forma serpentis Aesculapium uelut fatale remedium ad urbem ex Epidauro isto duxerunt. Est quoque & Epidaurus ad modum insulæ in Illyrico mari iuxta Dalmatiam, de qua Lucanus lib. 2. Illyris Ionias uergens Epidaurus in undas.

Dirachiū ciuitas.

Eam nunc illam esse urbem credo, quam Ragusium appellant, auro & argento ditissimam.

Ragusium.



Alcis etiam Euboeæ insulæ ciuitas quam Nicropontem nunc dicimus, per hæc quoque tempora condita fuit, sed & ipsa à quibus sit condita, uariæ sunt opiniones. Quidam à Cecrope prædicto rege dicunt. Alii autem (ut Cicero de Natura deorum libro tertio) ab Allabādo conditam dixit. Plato uero in Thymeo Amasim regem Aegyptium eiusdem conditorem affirmat. Hæc quippe quum ipsius insulæ metropolis & celebris atq; pugnacissima esset ciuitas, superioribus annis à Machumeto Ottomano Turcorum principe à Venetis ablata fuit. In ea ut præmissum est, Cecrops rex Apollinem deum primus appellauit.

Euboea autem insula ubi prædicta ciuitas est condita in mari, quod ab illa Euboicum dicitur, est constituta, quæ tam modico à cōtinenti Boetiæ diuiditur spacio, quòd dubium fuerit an debuerit inter insulas computari. In ea præter Calcidem urbem etiam opulentissimæ ciuitates sunt. Amirinthus Eretria & Caristos.



Vrethes & Coribantes populi, hac tempestate (ut Eusebius scribit) Gnosum ciuitatem in Creta insula condiderunt in qua postmodum Minos ut plurimum habitare constituit. Hi nanque populi religiosi admodum fuere, qui pietatis intuitu, Iouem infantem aluerunt. Verum quum temporis spacio ipsam suam religionem prophanassent ab ipso Ioue deleti sunt. Hi inter cætera modulatam & inter se concinentem in armis saltationem reperiere primi. Fuerunt nihilominus & alii eiusdem nominis in Dalmatia ferocissimi populi, quos tellus Adriatici maris alebat, apud quos Marcus Antonius à Pompeianis fuit clausus, cum maximo eius discrimine. 3652

Deucalion

1540 | 3659 Deucalion Promethei magni filius,hoc anno qui est.19.supra.100. Iudaicæ seruitutis in Thessalia secundum Eusebium regnare cœpit,uir certè præstātissimus,cui ob animi sui præstantiam atque ingenii mansuetudinem, Epymetheus patruus suus Pyrram filiam dedit uxorem,fœminam certè per omnia pientissimā, de quibus Ouidius ait. Non illo melior quisquam,nec amantior æqui Vir fuit,aut illa reuerentior ulla dearum &c. Sub quibus fæuum diluuium apud suos fuit,quod adeò magnum extitit,ut maximam Græciæ partem absumpserit,paucis per refugia montium liberatis,maximè in Parnaso monte,in quo ipse Deucalion & Pyrra sua liberati sunt atque saluati. Eo quia eius in circuitu ipse regno potiretur. Nam quicunque ratibus ad eum confugissent,omnes per summa Parnasi iuga alacri uultu confouebat. A quo propterea humanum genus reparatum fuisse tradunt. Hi scilicet Deucaliō & Pyrra(ut poetæ fingunt)quum aquæ decreuissent,uidentes humanum genus admodum defecisse se,ipsósque senes fore & ex se restaurari diffiderent,ad oraculum Themidos perrexerunt,postulaturi quonāmodo humanum genus perditum restaurari posset. Quibus dea respondit id fieri optimè posse,modo post terga iacerent materna ossa. At Deucalion audito oraculo quum admodum sapiens esset,animaduertens Terram cunctarum rerum fore genitricem,ossáque illius lapides esse. Itaque quos Deucalion post terga iaciebat lapides, faciem traxere uirorum. Et de fœmineo reparata est fœmina iactu. Quatuor autem hic Deucalion post se reliquit filios,uidelicet Helleum,Psytacum,Dionysium,& Phentralem. Seruitus Diluuium

Helles autem Deucalionis regis,ex Pyrra uxore filius uir utique magnanimus fuit,qui patre defuncto adeò nomen suum,atq; paternum imperium ampliauit, ut omnis ferè Græcia quæ in Aegeū mare uersa erat,à suo nomine Helle fuerit nominata. Vnde Helles græci sunt cognominati,primo quidem Achiui ab Acheo antiquo rege,qui etiam prius(ut Herodoto placet)Danai. Vnde græci ipsi(ut suprà lib.2.diximꝰ)aliquando Achei,aliquādo uerò Achiui & Danai dicuntur. Ac etiam persæpe Thraces sunt dicti, de cuius quidem situ etiam aliquid à nobis dicendum est. Græci Helles.

Græcia igitur ab antiquo rege nomine Græco,qui primꝰ in ipsa regnauit,ut Ptolemæus refert,uariis nominibus est appellata. In primis quidem post eum ab eius filia uocata est Attis, deinde à prædicto Helle dicta fuit Hellas, postmodum Achaia, sed nos antiquum nomen seruantes eam Græciam dicimus. Estque ut plærique auctores tradunt amplissima prouincia,longè latéque patens,cui ab oriēte Euxinum pelagus,& Propontis occurrit. A meridie uero Aegeum mare & Isthmon fluuius,ac Macedonicus ager. Septētrionem autē Hister claudit. Occidentis deniq; orā Pannonia,& Saus excipit amnis. Et in hanc quidem sententiam,& Pli. Veronensis,& Strabo ueniunt. Aiunt namq; & Dardanos & Tribalos atq; Mysios(qui Bulgari dicuntur)ipsam prouinciam semper incoluisse. In hac prouincia sunt regiones plurimæ,utpote Attica,Bœotia,Megaris,Etholia,& Phocis,quæ alio nomine Aonia dicitur,in qua est Parnasus mons,urbium quas habuit Græcia,eæ memorandæ eximiæq; erant,Thebæ Bœotiæ duorum numinum Liberi atq; Herculis patria,& in Attica erat Eleusis,Cereri consecrata,sed clarior Athenarum postea fuit,quæ nullius præconii fuit indigna, à qua Marathō ciuitas.10.millibus passuum condita fuit,cuius cāpi cruentissimo prælio memorati sunt,ubi centum millia peditum &.10.millia equitum Darii regis Persarum ab Atheniensibus interfecta referuntur. Huius autem inclitæ prouinciæ metropolis est Constantinopolis,antiquitus Argos,postea Byzantium,postremo Constantinopolis appellata,quam Lacedæmonii duce Pausania condidere. Hæc quippe insignis prouincia usque ad Constantini magni tempora barbara fuit,deinde Christiana, postremò etiam nostro tempore deleto Græcorum imperio,dominantibus Turcis,in barbariam rursus rediit. De hac etiam latè dicemus infrà in libro.13. Græcia quot nominibus sit uocata

Phaëton Solis Aegyptii ex Climene uxore filius,his temporibus insignis inclytúsque fuit, sub cuius imperio maximum incendium fuisse Eusebius scribit. De quo quidē multa poetæ fabulari dicūtur,& quàm maximè Ouidius,uidelicet quòd Solis & Climenæ filius exierit, in cuius matris persona dixit.

Per iubar hoc inquit radiis insigne coruscis
Nate tibi iuro,quod nos auditque uidétque,

Hoc te quem spectas, hoc te qui temporat orbem Sole satum &c. Verum quum de genere suo dubitaret, & ad Solem patrẽ accessisset, uix tãdem ab eodem obtinuit, ut eius equos per diem regeret. Quos deinde deducẽs ex uisione scorpionis tremefactus habenas reliquit. Quam ob causam, ab irato Ioue fulminatus, & in Padum Lombardiæ maximum fluuiũ deiectus, fluuio illi Eridani nomen dedit. Quæ quidem res ab ordine continuo sumptæ sunt, quarum expositionem philosophis relinquimus. Ipse autem Phaëton qui & Eridanus (ut Paulus Perusinus refert) cum multa suorum copia ex Aegypto per Nilum nauigans, tandẽ deuenit in mare, inde uentis adiutus in sinum quem Ligusticum dicimus peruenit. Vbi cum suis longa fatigatus nauigatione descendit, & inde etiam suasione suorum in mediterranea penetrauit. Ibidémq; quibusdam ex suis derelictis, ipse montibus superatis, planiciem amplissimam eandémque fertilem inuenit, ubi & homines rudes atque agrestes, sed natura feroces reperiit, sperãsque eos ingenio superare, secus Padum amnem consedit, ubi secundũ quendam Eustachium oppidum condidit, quod ex suo nomine Eridanum appellauit quod postmodum Thaurinum dictum fuit, de quo libro.7. infrà dicemus. Ibidem itaque quũ aliquandiu regnasset, Ligure filio relicto, in Pado flumine turpiter periit, à quo idem fluuius Eridani nomen accepit. Quem ueteres Aegyptii in memoriam sui compatriotæ inter cœli imagines locauere.

Thaurinum ciuitas.

Padus itaque totius Italiæ permaximus fluuius à Phaëtonte isto, qui alio nomine Eridanus dicebatur his diebus Eridani nomen accepit. Qui planè fluuius (ut operculis propriis uidimus) ad radices Vesuli montis oriri uidetur. Et primo quidem admodum tenuissimus & quasi sine aqua incipit, sed postmodum triginta fluminibus (ut Plinius in tertio refert) auctus maximo impetu in Adriaticum nostrum mare, quinque hostiis diffunditur.

Ligus item seu Ligustus Phaëtontis prædicti regis filius, post patrẽ, in regnum successit, uerum quantum regnauerit non inuenio, sed & ipse quos habuit in ditione populos, Ligures de suo nomine nuncupauit.

Liguria itaque ista ab isto Ligusto Phaëtontis sic cognominata, regio Italiæ est, & pro maiori parte montuosa, in Apenino quidem constituta, ut Liuius demonstrat. Cuius caput est Genua urbs clarissima. Hæc namque à Varo flumine ad Macræ amnis ostia longitudinẽ habet, & ex una parte Apeninum, & in alia infero mari clauditur. Quamobrem pars illius infero mari adiacens, à Varo usque ad Macram Ligusticum dicitur mare, in ea sunt Genua ipsa, Sauona, Naulum, Albigena, & Vintimilium ciuitates. Hi autem Ligustici populi, dum in domibus syluestribus habitarent, tanquam ueloces ex locorum opportunitate, postmodum latrocinia magis quam bella semper factitarunt. Sed nec etiam id hominum genus nostris temporibus, aliquibus in locis, ueterem latrocinandi morem omisit. Iordanus monachus historicus dicit hos obstinatius semper Romanorum iugum recusasse, & illis animose aduersatos fuisse. Hos omnes & quam maximè mõtanos, Cato fallaces & subdolos dicit. Et quidem id merito dicere potest. Liguria itaque prouincia quæ hodie orientalis & occidentalis Genuensium riparia dicitur, quinque tantum ciuitates in occidentali continet. Indéque ab ipsa Genua urbe ad Lunæ portus protenditur, qui locus cẽtum passuum milibus protensus, orientalis riparia appellatur, in quo & Delphini portus & ripalis sinus est, ubi sunt citri feracissimi, & Clauarũ oppidũ, & uicus Lauauum ac Spedia oppidum celebre habetur.

Marathus Marathi regis filius quartusdecimus Sicyoniorum rex.27. post centesimũ Iudaicæ seruitutis annum regnare cœpit, & regnauit annis.20. Hic Marathon urbẽ ex suo nomine in Attica regione ab Athenis circiter decem millia condidit, in cuius campis (ut iã semel dictum est) cẽtum millia peditum, & decem equitum millia Darii Persarum regis, à decem millibus armatis Atheniensium, consilio et industria Melchiadis eorum præfecti profligata referuntur. 3665 1534

Chenchres Pharao undecimus Aegyptiorum rex, ex Diapolitanorum Dynastia Achoris scilicet regis filius.29. supra.100. Iudaicæ seruitutis anno, Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis.16. Hic ille est Pharao qui domino & Moysi contradixit, unde demum in mari rubro obrutus fuit. Et filii Israel ex Aegypto sine ulla læsione per mare transeũtes, omne periculum euasere. Achores autem post eum regnauit, Pharao autem non nomen proprium, 1531 3668

prium,sed dignitatis cognomentum est.
1524 3675 Ascades autem Spareti regis filius sextusdecimus Assyriorum rex,anno.36.supra.100.he
braicæ seruitutis patre defuncto Assyriis regnare cœpit,&.40.annis regnauit.

Insubrium regni principium.

Cygnus Stelenei regis filius his temporibus post Phaëtontis prædicti interitum apud In
subres imperasse primum dicitur.Quia & Sepriū in Insubri regione,iuxta lacum maiorem,
quem Verbanum auctores appellant,condidisse dicunt. Hic autem Cygnus quum amator
Phaëtontis ardentissimus esset,à poetis fictum est,eum post Phaëtontis interitum,ex diuti-
no ploratu in Cygnum auem albissimam conuersum. Insubria autem Galliæ Cisalpinæ re-
gio est,in qua ciuitates sunt,Mediolanum,Papia,Lauda,Nouaria,Vercellæ,& Comum,seu
nouum Comum. In cuius agro latior lacus est qui Ticinum amnem emittit.

Corinthus Achaiæ ciuitas.

1518 3681 Corinthus postmodum insignis Achaiæ seu Græciæ ciuitas,hoc anno qui est.80. ætatis
Moysi(ut Eusebius refert)à Sisipho quodam magno latrone Aeoli scilicet filio super Isth-
mon,in Ionii maris medio cōdita fuit,& Certhera primo cognominata,indéq; aucta Ephy
ræ nomen accepit. Vnde & apud Virg. Ephyreâque æra. Quippe quia Corinthii in ære fun-
dendo postea principatum obtinuerunt,eo quòd ibidem pulcherrima & artificiosa eiusdem
metalli fecerint uasa. Hos namque ab idolorum cultura,ad ueram dei religionem diuus Pau
lus apostolus & doctrina & rationibus efficacissimus atque miraculis pertraxit. Nam primū
conuersi,postmodum multifariè à falsis apostolis subuersi,ab Epheso eisdem epistolam de-
dit pulcherrimam,ubi eos ad uerā fidem & Euangelicam ueritatem optimè reuocauit, quæ
sic incipit,Paulus uocatus apostolus. Deinde post acceptam pœnitentiam aliam consolato-
riam à Troade per Titum Diaconū scripsit,quæ incipit,Paulus apostolus Christi Iesu. Hæc
autem ciuitas aliquando euersa postmodū à Corintho Orestis filio instaurata Corinthi no-
men dedit. Vltimo autē à Romanis incensa nec dū conualere potuit, illius quippe Achaiæ
regionis aliquando caput extitit.

Iob uir sanctissimus clarimúsq; philosophus atque propheta, necnon & patientia insi- Iob.
gne specimē,hac tēpestate,testantibus diuo patre Aug. Grego. ac Nicolao de Lira,in terra
Vsitidi,quæ est Idumeæ & Arabiæ finitima,ex Zareth patre optimo,matréque Bosra nasci
tur,Cuius quidē pater,ex Esau nepotibus ortū habuit,ita ut quintus ab Abrahā censeatur.
Huic itaque Iobab primū nomen fuit,qui & post patrē suum in regione Edon,uidelicet ci
uitate Nachaba,regnauit,prius tamen Balach filius Beor in ea regnauerat,& post eum Za-
reth prædicti Iob pater,deinde hic qui & Iobab regnauit. Post autē Iob hunc Cusran,The
manorum regionis dux,& post illum Adar Beath filius,qui excidit Madiam,regnauit. Qui
quidem Iob cū esset iustus,rectus,modestus,prudēs,grauis & pius,ac animo ingēti & per-
maximo,temporibus utens,ueritatisque adeo amator,ut nec ioco quidem mentiri unquam
uoluerit,continens quoque ac mirum immodū patiens,ut ex ipsius uulgatissima historia cla
rissimè patet,uxorem Arabissam accepit,ex qua sex filios filiásque tres suscepit. Cui domi-
nus etiam tātas contulit diuitias in auro & argento,ut ei similis in omni orientali plaga nō
inueniretur. Vltra quoque innumerabilem familiam seruorum utriusque sexus ei dominus
dedit,& oues & boues & camelos & asinas multas,ita ut dinumerarentur ei septem millia
ouium,tria millia camelorum,quingentáque iuga boum,& quingentæ asinæ. Et cum illum
in tanta fœlicitate constituisset dominus,nihilominus diuinitus multis calamitatibus statim
tētatus fuit. Nā primò eius armēta latrocinio sublata fuerunt, deinde ipsa septē ouiū millia
una cum pastoribus periere,postremo eius filii omnes,domo super eos lapsa,expirauere. At
que uno eodémque die corpus eius uniuersum ulceribus repletum fuit. Quúmque malè ita
affectus fuisset,in terram se prosternens,sic ad dominum inquit. Dominus omnia dedit,do-
minúsque abstulit,sit eius nomen per omnia benedictū. Vnde Elipham Temanitarū rex,&
Valdat Saucheorum tyrannus, & Sophas Mineorum rex, Elius zobites,ad consolandum
eum uenerunt,quibus ipse sanctus Iob respondit,se sua sponte fore paratū,ita omnia suffer-
re,ut à pietate in deum nunquā remoueretur. Atque ita propter suā animi magnitudinem,

non solum à morbo liberatus, uerum & ditior quàm prius, & diuinitus factus fuit. Deinde liberatus, & mirum in modum ditatus, superuixit centum & quadraginta annos, & uidens filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, tādem in domino quieuit, cuius diei celebritas sexto idus Maii agitur. Scripsit autem Iob labores suos, atque patientiam, Heroico carmine, libro uno, qui quidem etiam suo nomine prænotatus est, cuius singula uerba plena sunt magnis sensibus. Quippe qui inter cætera resurrectionem mortuorum in eo sic declarat, ut nullus uel manifestius uel cautius de eadem unquam scripserit. Incipit autē liber. Vir erat in terra Vs nomine Iob.

Iannes & Mābres seu Lambres natione Aegyptii uiri doctissimi, atq; astronomi præstantissimi, adeò tempestate ista magicis artibus scientes, & præpotentes euaserunt, ut Moysi diuino homini, uiróque deo coniunctissimo, soli resistere posse à cunctis Aegyptiis fuerint iudicati. Multas enim calamitates, quas Moyses ipse Aegypto intulerat, ipsi soli soluere uisi sunt. Erántque hi duo Memphiticorum sacerdotum principes, quos Pharao quum ad se uocasset, comminatus eis est mortem, nisi aliquod signum & ipsi contra Moysen fecissent, qui illico magicis artibus, dracone producto, & Nili fluminis colore mutato, effecerunt, ut eorū rex elatus crudelius Iudæos pertractaret Plagæ Moysi & Pharaonis submersio.

Moyses itaque Amram filius hoc anno, qui est centesimus quartus & quadragesimus Hebraicæ seruitutis, uitæ autem suæ octuagesimus, quum ex Aegypto in eremum uastam accessisset, & ibidem rubi uisionem magnam conspexisset, ex præcepto domini Pharaonē alloquitur, ut populum Israel ex Aegypto in montem Sina ad sacrificandum domino exire permittat. Quo quidem indurato dominus per ipsum Moysem decem eidem memorabiles intulit plagas, Quarum prima quòd Nili fluminis aquas in sanguinem uertit, ex quo bibi minime posset, quia si quis ex eis contingere præsumpsisset, cōfestim dolores uehementissimos inferebant. Secunda ranarum squallores per loca munda & immūda reptantes. Tertia ignitæ Scyniphes. Quarta, caninæ muscæ quæ Cynomia dicuntur. Quinta generalis & repētina iumentorum & pecorum mors. Sexta, uesicæ efferuentes, & ulcera saniem erūpētia. Septima, grando cum igne mixta quæ Aegyptiorum arbores penè consumpsit. Octaua locustarū nubes qua omnia protinus exaruere. Nona, tenebræ imaginibus diræ, crassitudinéque palpabiles, ac diuturnitate mortales. Vltima uniuersalis primogenitorū Aegypti mors extitit. De quibus etiam hi extant uersus. Prima rubens unda, ranarum plaga secunda, Inde culex tristis, post musca nocentior istis, Quinta pecus strauit, uessicas sexta creauit, Post sequitur grando, post brucus dente nephando, Nona tegit solem, primam necat ultima prolē. Vel sic. Sanguis, unda, culex, muscæ, pecus, Vlcera grando, Brucus, caligo, mors pignora prima necando. Ad extremum diuo patre Aug. lib. 16. de Ciui. dei, ac. 18. ca. 2. sic referente. Moyses hic cum esset ætatis octoginta annorū, Israeliticum populum ex Aegypto eduxit, nouissimo uidelicet tēpore Cecropis Atheniensiū regis, cū etiā apud Assyrios regnaret supradictus Ascades, apud Sicyonios Maratus, & apud Argiuos Triopus, cū quo omnis multitudo mulierum pariter & infantiū egressorū innumerabilis fuit, sed qui ætatem adultā habebant (ut Iosephus lib. 2. ca. 11. scribit) sexcenta fuerūt milia, qui Ioseph ossa cū farina cōspersa secum portantes, ea triginta diebus usi sunt. Colūna autem nubis in die eos præcedebat, nocte uero ignis similiter. Cúmq; ad mare rubrum peruenissent, Moyses prius oratione effusa, uirga mare percutiens, confestim diuisum est. Ipse autem dominus mox fluctibus maris fugatis, profunda nudauit, ita ut populus suus omnis inter stupētes undas, sicco uestigio, uelut montium concaua transierit. At Aegyptii persequētes eū, dum uidissent illæsos pertransisse Iudæos, nimium confisi eos persequi sunt aggressi, dumq; omnis exercitus in mare introgressus fuisset, dominus aquas maris super eos reduxit, & unus ex eis non remansit, sicut patet Exo. 14. Eo itaque in loco Chencres Pharao cū sexcentis curribus & quingentis milibus equitum, ac ducentis milibus armatorū, pariter interiit, quorum arma, quum uētorū uiolentia in terram allata fuissent, Moyses ea colligere præcepit, quibus postea Hebræis munitis, per desertum ad montem Sinay usque immolaturos illos perduxit. Verum quoniā hoc uolumen satis iam excreuit ad quartum librum me transferam,

3685 1514

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER QVARTVS:

1513 3686 
OYSES itaque uir sanctissimus uerus omniũ Prophetarũ, Theo- Moyses
logorúmque, ac Historicorum princeps, ac super omnia mãsuetissimus
homo, hoc anno postquàm populum Israel de Aegyptiaca seruitute li
berasset, ipsum in eremo quadraginta annis rexit. Cuius quidem mira-
cula per eum facta, ipsum deo cõiunctissimum fuisse attestari uidẽtur.
Vnde & à Græcis & Barbaris cõmẽdatus plurimũ fuit. Ipse enim ille
dilectus deo & hominibus uir fuit, cuius memoria in benedictione sem
per extitit, cui nec similem in gloria sanctorum aliquem alium effecit. Eo quòd magnifica-
uerit eum in timore inimicorum, ac suis uerbis maleficorũ mõstra placauerit, unde & glo
rificauit eum in cõspectu regum, atque.illum coram populo suo inunxit, illique præterea
gloriam suam in monte Sina mirificè ostendit. Vnde & propter fidem & lenitatem ipsius
sanctum effecit illum, ac eum solũ ex omni carne eligere uisus est. Decima itaque die men
sis Aprilis in desertum ingressus, confestim uniuerso populo Israeli mãdauit primum, ut ad
esum agni pascalis se præpararet, quem & quartadecima luna eiusdem mensis comederunt,
fecerúntque phase, id est, transitum, & pro gratiarum actione propiciationis domini, hym-
num tota die illa ac nocte decantauerunt. Pasca autem eo modo celebrato populi Iudæ di
gressi uenerunt in Marath, ubi cum aquæ forẽt amarissimæ ab Moyse dulcoratæ sunt. Hinc
etiam castra metati sunt, uenerunt in Helym ubi.70. erant palmæ. Post uero triginta dies,
deficiente populo annona, dedit illi dominus coturnices, manna, & aquam de petra Oreb,
ut patet Exo.17. post tres autem menses, quũ Moyses ipse ex præcepto domini uniuersum
populũ præmonuisset, non esse colenda dæmonia, immo ecõtra repellenda contemnẽdáq;
tanquam perniciosissimos spiritus, templáque ipsorum ac cærimonias, quibus honorantur,
adeò esse delenda, ut nulla extaret memoria, ascendit in montem Sinay, ubi cum.40. diebus
& noctibus ieiunasset, legẽ domini meruit accipere, ut patet Exo .20. indéque cum archã
domini & tabernaculum eius ex lignis extruxisset fortissimis, eidem etiam populo per tem
pora piè & sanctè uiuendi omnem constituit disciplinam, ac opera legibus suis cõsona ipse
effecit. Quibus quidem, non solum sui temporis Iudæos, sed & omnes uenturos quoscunq;
in ueram creatoris pietatem reduxit. Cuius rei causa est, quoniã & leges ipsas ultimas super
omnes tulit, nec quidem uirtutis partem pietatem esse docuit, sed omnes uirtutes pietatis
esse partes diffiniuit ac declarauit. Ipsas quippe uirtutes iustitiã (dixit) modestiam, fortitudi-
nem, ac ciuiũ concordiã, omnibus altius summopere impressit. Secundo deinde suæ egres- Vide
sionis anno.12. exploratores ad terram promissionis præmisit, & illis reuersis propter mur- optima
mur populi, prohibiti sunt ulterius progredi. Qui ad solitudinem redeuntes.40. annis sunt Moysi
afflicti. Iste autẽ Moyses sanctus ad summũ philosophiæ cum peruenisset, etiã dei responsis docu-
secreta naturæ didicit, unde & creationem mũdi magna cum Theologiæ uenustate didicit menta.
& conscripsit, unde & in primis de origine mundi, de omni mutatione alteratiońeque re- Vide
rum, de rationalium omnium natura, de uisibili atque inuisibili creatura, de animæ substan- Moysi
tia, de rerum omnium causa, de cæterisque omnibus, quæ sola mentis inspectione compre- erudi-
hendũtur, scrutatus est. Verũ nec expers fuit naturalis doctrinæ, nec de plantis omnibúsq; tionẽ.

Moyses

animantibus. Ipse quoque quum sapientissimus esset, primus (ut Euseb. atque Eupolemus histo. tradunt) literas Iudæis tradidit, à quibus Phœnices postea accepere, deinde græci à phœnicibus ut infrà dicetur. Elementa autem literarum apud suos quæ inuenit, sunt ista & uigintiduæ numerantur literæ, scilicet. Aleph, Beth, Gimal, Daleth, He, Vau, Zain, Cheth, Teh, Iod, Caph, Lamed, Mem, Nun, Samach, Hain, Pe, Zadic, Coph, Res, Sin, Thau.

Alpha betum hebræorum.

His autem elementis etiam primus declarauit quid esset Deus, quidque nomen dei esset dicens. Nomen dei proprie ineffabile est, nec etiam ipsa hominis mente comprehensibile. Dixit quoque id ineffabile & arcanum dei nomen quatuor uocalibus solum contineri, modo in unum sint collatæ. Quod postmodum quidam Græcus ab Hebræis instructus, his carminibus significauit dicens. Inuictum magnumq; deum, nil molis habentem Corporeæ, cunctorum hominum rerũque parentem. Dulcisona extollunt septem me carmina uocum. Ex septémque meum constat uocalibus ipsum. Compositum miro signorum fœdere nomen. Ast æterna chelys ego sum, quæ montibus acta, Cœlorum dulci resono modulamine cantus. Et idcirco Moyses iste docuit unum solum esse deum. Vnde dixit audi Israel, dominus deus tuus unus est. Verum postquàm Christum uenturum, per figuras carnalium obseruationũ in tabernaculo & sacerdotio & sacrificiis, aliisque mysticis & plurimis mandatis prophetasset, & benedictionem singulis tribubus eorum contulisset, comitante eum Eleazaro summo sacerdote, ac Iesu Naue principe magno, atque uniuerso populo ad mõtem qui uocatur Abarim, ex præcepto domini accessit, ibique senioribus dimissis, salutans Eleazarum sacerdotem ac ipsum principem Iesum, dum adhuc eis loqueretur, nubes quædam super eum descendit, & ipsum in quandam paruulam uallem asportauit. Obiit itaque Moyses iste anno ætatis suæ centesimo & uigesimo, unde & uniuersus populus eum triginta diebus luxit planctu magno, ut habetur Deuteronomii ultimo. Et cum apud omnes habitus sit sanctus, eius festiuitas secũdo nonas Septembris celebratur. Superauit autem Moyses hic omnes sapientia, qui unquam ullo tempore fuerunt, eo quòd quæcunque intelligeret optimè uteretur. Erat quippe ad singula gerenda nimis idoneus, animi maximi, & robusti corporis, atque arcu sagittandi peritissimus. Ferunt eum longum fuisse hominẽ, flauúmque, canum, prolixiore capillo, ac barba, & denique statura, & facie dignitatis permagnæ. Nec ullus unquam illi similis fuit, cui dominus facie ad faciem loqueretur, nam quæcunque loqui cogitabat, deus putabatur in eo audiri. Ipse namque primus omnium diuinas leges literis explanauit, seu explicauit. Et librorum ueteris testamẽti auctor primus extitit. Quoniam diuinæ historiæ cosmographiã in quinque uoluminibus edidit, quæ Pentatheucus appellatur. Dicitur autem à pente Græcè, quod Latinè quinque dicitur, & theucos uolumẽ, eo quòd quinque uolumina librorum ediderit, quorum primus Genesis uocatur, eo quòd in eo exordium mundi & generationes conscribantur, Exodúsque secundus, quia in eo exitum populi Israel ex Aegypto digerit, Leuiticus tertius inscribitur, quòd leuitarum ministeria & uictimarum diuersitatem exquirat, Numerorum quartus est, eo quòd egressæ tribus de Aegypto in eo dinumerarẽtur, & quadraginta mãsiones describuntur. Deuteronomium liber quintus dicitur, quòd Latinè secunda lex dicitur seu appellatur. Et ob hoc quidam aberrantes, duas esse leges dicere uoluerunt, unam à Deo datam quæ in quatuor præcedentibus continetur, aliam à Moyse hoc in libro collatam. Et forte hoc eos mouit quòd in libro numeri dicitur, locutus est dominus ad Moysen, in hoc uero locutus est Moyses ad omnem Israel. Sed notandum quòd non ob aliud liber iste secunda lex dicitur, nisi quia ea quæ in præcedentibus dicta sunt, etiam in isto iterantur. Vita itaque Moysi & finis è libris diuinis ac Iosephi excerpta, à nobis hoc modo declarata sufficiat.

Versus pulchri

Vide Moysi excellẽtias & corporis habitum.

Acheres Pharao decimus ex dynastia Diapolitanorum anno octuagesimoprimo uitæ 3686 1513
Moysi patre eius Chenchre, cum sexcentibus curribus ac ducentis milibus peditum armatorum in mari demerso, Aegyptiis regnare cœpit & regnauit annis octo.

Echyreus quintusdecimus Sicyoniorum rex, Maratho patre sublato, tertio egressionis 3689 1510
populi Israel anno, Sycioniis regnare cœpit, & regnauit annis. 55.

Mytilena ciuitas in Asia minori.

Mytilene



MYtilene Asiæ minoris ciuitas, memoratu quidem digna à Mytilena Macharei filia cognominata his temporibus Eusebio teste a Xãtho Tryopa in Lesbo insula cõdita fuit, à qua postmodũ & ipsa insula Mytilena nomẽ accepit. Ioannes autem Bochatius in .4. Genealogiæ deorum dicit eam à quodam Milleto Solis filio primo conditam, & à suo nomine Myliteñẽ fuisse nominatam, sed postea mutatis literis ex Mylitene Mytilenam dictam. Hæc nanque in Aegeo mari sita est, quæ & rebus omnibus refertissima perhibetur. Hæc postmodum duos portus habuit, multarum, tum triremium, tum aliarum nauium capaces, in qua Xanthus ipse primo habitauit post Aeoles, deinde Persarum imperium subiit, postea Macedonum, deinde Romanorum, postremo quum sub græcis illi uaria esset fortuna, & Caloianes Cõstantinopolitanus imperator à Canthacusino armis pulsus esset, ope Francisci Cathelusi Genuensis imperiũ recuperasset, ea urbs cum tota insula ob gratitudinem auxiliatori tradita est, ac etiam eius posteris sub quibus perdurauit usque ad annum domini sexagesimumquartum supra millesimum ac quadringentesimum, quo anno Machumetus Othomanus Turcorum imperator ipsam urbem & insulam cum maxima humani sanguinis effusione inuasit, cepit, & diripuit, ac de ea triumphauit, cuius animas omnes in Asiã trãsportauit, in ea quippe insula quinque postea condita fuerũt oppida, ut Pomponius testatur, uidelicet Antisa, Pyra, Cresos, Cyrana, & ipsa Mytilene, quam Seruius Methymnã uocat, quarum ager precio sissimum uinũ gignit. De quo Virg. 2. Georg. Nõ eadẽ arboribus pẽdet uindemia nostris, Quã Methymneo carpit de palmite Lesbos. Ex hac quippe urbe, multi singulares prodiere uiri. E quibus Pythacus unus ex septem sapientibus fuit, Alceus poeta, & eius frater Anthimenides, & Sappho poetrix, Diophanes orator, ac Theophanes rerum scriptor, & alii multi.

1507 3692 Granaus secundus Atheniẽsium rex, anno sexto egressionis populi Israel ex Aegypto, patre suo Cecrope mortuo, Atheniensibus regnare cœpit, & regnauit annis nouem. Hic Attis genuit filiam, ex cuius quidem nomine Attica terra nominata est, ut supradictum est. Hæc inter Macedoniam & Achaiam est cõstituta, quæ uera dicitur Græcia, cuius duæ sunt partes Bœotia, scilicet & Peloponnesus, quam Turci, superioribus annis, suo subiecere imperio.

Chrotopus octauus Argiuorum rex, & ipse eodem anno suis regnare cœpit, & regnauit annis. 21.

Italiæ regni principium.

Ianus cognominatus deus ac deorum pater, uir utique perhumanus & bonus ac præcipuus hospitalitatis cultor, hisdem temporibus ex orientalibus partibus ueniens, primus omnium in Italia nostra regnare cœpit, sed nec quantum regnauerit constat. Is inter cætera suæ maximæ uirtutis opera, Saturnum Cretẽsem Regem a Ioue filio regno pulsum atque fugatum, non modo benignè suscepit, uerum etiam cum eo regnum partiri uoluit. Ipse autem Saturnus quum in maxima trepidatione & miseria esset cõstitutus, ac uiribus omnino destitutus, ad Ianum hunc squallidus cõcessit, & suam illi infœlicitatem cum lachrymis exposuit, atque ab eo misericordiam expostulauit. Quibus lachrymis permotus Ianus, in primis cognita hominis dignitate atque uirtute, cum eo regnum omne diuisit, eúmque bono animo esse suasit. Qui de communi consilio ambo, in signum regni diuisi, singula condidere oppidula, Saturniam scilicet & Ianiculum. Quas ob res quum concordes unà regnarent, aurea dixerunt eorum fuisse sæcula, eo quòd libera tunc esset omnibus uita, nemo tunc alteri obnoxius, nullum furtũ, nullàque litigia. Quamobrem respectu futurorum sæculorum, illa utique aurea dici poterãt sæcula, ipse enim Ianus cum uidisset Saturnum huiusmodi hominum uitam in melius redegisse, statimque nusquam eum comparuisse, excogitauit (ut Macrobius refert) honorem Saturni eius esse augmentum, ac per hoc terram omnem, quã sibi contulerat, ad perpetuam sui memoriam, Saturniam nominare constituit. Deinde aram & sacra tanquam deo eidem condidit, quæ Saturnalia appellauit, iussitque eum obseruari maiestate religionis, quasi uitæ melioris auctorẽ. Hunc autẽ & opinio hominum post mortem inter deos retulit, quem posteritas etiam interpretata, ipsum quasi mundi aut cœli aut anni siue mensium ianuam appellauit, cui etiam Ianuarium mensem dedicarunt, eo quòd mẽsis ipse

ipse principium & finem anni respiciat. Vnde & bifrontem eum depingere consueuerunt.

Ianos tamen septem fuisse auctores affirmant. Quorum primus Ianus bifrons à sapiētiæ magnitudine dictus, Noe filius fuit, qui cum ipso in Italiam ingressus est. Secūdus bicorporeus ob corporis magnitudinem, qui fuit filius Iapheth filii Noe. Hunc quidam dicūt Ianiculum condidisse, à quo Ianiculus mons nomen accepit. De isto Iosephus scribit quòd Iapheth duos genuit filios. Ianū, scilicet & Medum. Tertius dictus Ianus Insubris, filius Tubal filii Iapheth, quem uolunt Mediolanum construxisse in Insubria, à quo (ut Papias scribit) Ianuarius mensis. Quartus hic, qui secundum Macrobium, dictus est Ianus pater, id est, deorum deus. Quintus Ianus Quirinus ab hasta quema, quasi bellorum potentiam habens. Sextus Ianus Græcus qui fuit Iouis filius, qui cum Saturno in Italiam intrauit. Septimus Ianus Troianus, qui Genuam urbem maritimam in Liguria ampliauit.

Italia itaque nostra huius Iani sedes & regnum est, prouincia omnium totius orbis celeberrima, quæ id nomen à bobus prius habuisse existimatur. Vnde etiam Plato in Thymeo id confirmare uidetur, cum tauros uocaret italos, à quorum multitudine, pulchritudinéque atque fœtu, Italiā dixerit. Est autem hæc inclyta prouincia in forma cruris posita inter Adriaticum, & Thuscum mare, siue superum & inferum, & à iugis Alpium, dorsóque Apennini montis porrecta, se paulatim attollēs, usque ad Reginum uerticem, & littora Bruciorum extēditur, in ultimóque sui, in duo scinditur cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum uero Siculum, in extremitate Rhegium habens oppidum. Eius autem longitudo ab Augusta prætoria, quæ in Alpium fine uersus occidētem est constituta, & per Romam Capuamque porrigitur, usque ad oppidum Rhegium (Solino teste) decies centena & 20. passuū millia colligit, latitudo uero quadringenta & .10. ubi est maior latitudo, ubi uero minor centum triginta sex. Vniuersæ autē ambitus tricies centena .63. millia complectitur, umbilicum eius in agro Reatino esse, Varro auctor est. Hæc quippe pro temporum diuersitate uaria sortita est nomina. Et in primis dicta est Hesperia ab Atlātis fratre. Deinde Oenotria ab Oenotrio Sabinorum rege, unde & Virgilius in primo Aeneidos. Est locus Hesperiam Grati cognomine dicunt &c. Postremo dicta est Italia ab Italo Siculorum rege, qui suo relicto regno, uenit ad hæc loca in quibus habitans, regnū constituit. Demum Lombardia à longobardis, ut infrà loco suo dicetur. Hæc quippe illa est celeberrima prouincia, Diis sacra, ubi maxima est locorum salubritas, ac cœli temperies, ubertas soli, aphrica collium, opaca nemorum, ubi tanta est frugum, uitium, olearúmque fertilitas, amicti uitibus montes, atque ut ueteres dixere, summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc bellatores equi, nobilissima pecori uellera. In hac sunt auri & argēti & omnium pene metallorū fodinæ fertilissimæ, infinitique calidissimi fontes, diuersis ægritudinibus remedia salutaria præstantes. Hæc quippe prouincia, in .18. subdiuitur regionibus siue insulis. Quarum prima est Liguria, Hetruria, Latina, Picenū seu Marchia, Romandiola, seu Aemilia, Vmbria seu ducatus Spoletanus, Lombardia, Venetia, Marchia, Taruisina, Forumiulii, Histria, Aprutium nunc Apulia, Campania nunc laboris terra, Calabria, Brutii, in his autem regionibus omnibus, aliquando septingentas fuisse ciuitates, Higinius qui de Italiæ urbibus scripsit, refert, sed Blondus Flauius Foroliuiensis historicus diligētissimus, facta per singulas regiones dinumeratione, dicit tantummodo ducentas sexaginta quatuor, quæ Episcopos habere dicuntur. Habet Italia nostra duo maria præcipua, uidelicet Adriaticum & Ligusticū, suntq; in ea famosi lacus quindecim, quorum nomina sunt, Ampsantus apud Lucanos, qui lætales euaporat odores. Secundus Arcinus, haud longè à Roma. Tertius Auernus, in Campania poetarū carminibus celebris. Quartus Benacus inter Brixianos & Veronēses, ex quo Mincius effluit fluuius. Quintus Clitumus in Vmbria. Sextus Eupilus in agro Mediolanensi, ex quo Lambrus progreditur. Septimus Fucinus, qui & Marsinus apud Marsos. Octauus Larius prope Comum urbem ex quo Abdua amnis profluit. Nonus Lucrinus in Campania, Decimus Regilus in agro Thusculano. Vndecimus Sebinus inter Bergomenses nostros, & Brixienses diuidens, ex quo Olius effluit fluuius. Duodecimus, Tarecinus apud Tarentum urbem. Tertiusdecimus Transimenus inter Perusiam & Corthonam diuidens. Quartusdecimus Vrbanus seu lacus maior in agro Mediolanensi, ex quo Ticinus limpidissimus fluuius profluit. Vltimus Vulsinus in Thuscia martyrio sanctæ Christinæ uirginis insignis, ab oppido Vulsino

Italiæ omnis lōgitudo & latitudo.

Ciuitatū Italiæ numerus.

Maria Italica

Lacus 15.

3710 1486

do Vulsino sic nominatus. Vrbes itaque celeberrimas atque uiros in omni genere uirtutum præstantes, & præclara eorum facinora, si nunc uoluero recensere, maius mihi uolumē exurget quam ipse decreuerim. Pleni sunt libri omnes Italiæ nostræ laudibus, nec est uel mediocriter doctus, quem eius laudes affugiant, quæ non solum humanarū rerum, sed & etiam diuinarum mater habita est.

Genua urbs maritima.

Genuam maritimam urbem, quam nostro sæculo Ianuam usitatiori uocabulo appellamus, his temporibus (ut nōnullis placet) in Ligustici maris littore, á quodam Genuo Saturni regis filio conditam, & hoc nomine cognominatam fuisse dicunt. Alii autem ut Paulus Perusinus historicus, á Genuino uno ex Phaëtontis sociis conditam dicunt. Refert etenim idem Paulus quod dum Phaëton ex Aegypto in Ligusticum mare deuenisset, Genuinum unum ex eius sociis nausea maris debilitatum, cum parte nauium ad custodiam littoris dimisisse, qui accolis loci semisyluestribus sibi iunctis, oppidum condidit, & Genuam ex suo nomine eam nuncupauit. Alii quoque á Iano prædicto Italorum rege conditam astruunt. Et deinde post Troianum excidium á quodam Iano Troianorum principe ampliatam, ubi & ipsius Iani bifrontis idolum primum coli cœptum est. Cuius sigilli inscriptio sic haberi dicitur. Griffus ut has angit, sic hos ianua frangit. Hæc itaque celeberrima ciuitas totius Ligustici sinus, emporium ac Lombardiæ similiter totius ianua est. Quamuis non desint qui eam ea de causa, uel á Genu id nomen sumpsisse credant, quum in Genu Italiæ fuerit situata. Quæ quidem ciuitas á quadringentis annis, quàm maximè, maximum habuit incremētum, quum anteá haud magnum esset oppidū, unde & ingentes nacta uires, & portu & ædibus superbissimis, ac reliquis in omni genere magnarum urbium ornamētis, nunc usque (præter Venetias) cæteras Italiæ maritimas superat urbes. Quæ quidem adeo naualis belli peritia excelluit, ut annos multos maris imperio sit potita, & pyratarū abstulerit latrocinia. Ipsa nāq; cum in primis Romanis Græcisque imperatoribus amicissima haberetur, & esset ab Hannibale Pœno primo penitus dissipata, cum fuisset á Cornelio Seruilio consule (ut Liuius refert) per Lucentium imperatorem suum instaurata & illustrata. Verum quum post aduentum Christi, á barbaris multas direptiones & uastationes sustinuisset, diu in augmētum sui haud resilire potuit. Ipsa autem post apostolos, cum statim sacrum Christi Euangelium suscepisset, semper in eodem inconcussa perseuerauit, & nulla unquam infidelitatis seu Hæreseos labe maculari potuit. Eius deinde res nunc prosperæ, nunc aduersæ, per multas manus postea diu actæ referuntur, sed permaximè nostro seculo, propter ipsius (ut ita loquar) discordiam, aduersam non modo pertulit fortunam, sed & propter ipsius creberrimas mutationes, & orientem & occidentem uniuersum in admirationem traxit. Nam post Longobardorum reges & Carolum magnum, eiúsque filios, plurimam ciuium suorum sustinuit tyrannidē, propter quod & peregrinos dominos sibi superinducere aliquādo necessarium fuit. Quæ sic auxilio, consilióque destituta, eius imperium longè latéque diffusum, penè totum iam amisit. Peram etenim in primis urbem Constantinopoli oppositam, deinde Mytilenen insulam Famagustam totius Cypriæ insulæ columen, Capham in Thaurico Cheronneso, olim Theodosiam nuncupatam, aliásque Græcanas urbes plurimas, á Turcis, aliisque gentibus ablatas perdidit, & tributarias fecit, atque alia permulta incōmoda, & damna propter ipsius potissimum discordiam pertulit, quæ quotidie certissimo argumēto uideri possunt, in hac aliquando sanguinem è terra scaturisse compertum est. Ex hac quippe præstantissima urbe complurimi illustres in omni genere emersere uiri, è quibus Syrus ipsius urbis primus episcopus sanctissimus fuit. Deinde Innocentius quartus & octauus, pontifices maximi, Adrianus quintus, Nicolaus quintus, habuítque ea ciuitas etiam nunc extantes innumerabiles pene sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales. Alii quoque multi bellorum naualium imperatores, & pugiles audacissimi, qui potentissimos reges & potētatus (ut infra dicetur) statuerunt, sibique subdiderūt, ex ea prodierūt urbe. Multi etiam circa res ciuiles circáque philosophiā atq; artes liberales clari emersere. Ornatur hæc ciuitas duobus inpreciabilibus thesauris, cineribus præcursoris domini, & catino Smaragdino, qui in cœna azymorū cum discipulis domino appositus fuit, quo nihil carius nihilq; preciosius haberi potest. Pro quibus duobus

bus duobus nulla est ciuitas, quæ possit cum hac inclita Genuensi urbe his in rebus de fœlicitate gloriaque contendere.

Thelegonus Horis pastoris filius, ab Inacho Atheniensium rege septimus, sexto principatus Moysi anno Atheniensibus regnare cœpit & regnauit annis. 9. 3694 1505

Amphitryon tertius Atheniēsium rex, & ipso quintodecimo principatus Moysi Atheniensibus regnare cœpit, & decem annis regnauit. An iste Alcei Thebani filius fuerit ignoratur, eo quòd dicatur Iēnam Electrionis filiā, ex Lysidice formosissimā habuisse uxorem, à Ioue amatam. Ex qua Herculem genuit filium, qui nōnunquam à marito matris Amphitryonides à poetis dicitur, sicut Helena à Tyndaro Tyndaris, quæ Iouis similiter filia fuit. 3702 1497

Chore Hebræus, ex leuitarū genere natus, Moysi sororius, uir quidem nobilissimus ac ingenti facultate locupletatus, & ad dicendum facundissimus, hoc anno qui est uigesimus secundus principatus Moysi, ob seditionem, & conspirationē in Moysen & Aaron factam, ex dignitate sacerdotū, à domino turpiter cum trecentis interficitur, ut patet Numeri. 16. capitu. Quippe cum animaduerteret ipsum Moysen cognatum suum, in solio maximi honoris constitutum, inuidia permotus contra eundē murmurare, & suo honori detrahere non extimuit, dicens illum nimium fore crudelem & ambitiosum, & eas ob res, quadam calliditate asseruisse se deum uidisse, quódque cōtra ius fasque fratri suo Aaron sacerdotii dignitatem contulisset, non omnibus quidem populi suffragiis, sed auctoritate propria. Affirmabat præterea quòd si ipsa dignitas alicui ex tribu Leui erat conferēda, quod sibi debebatur, tanquam iustior ac forma & diuitiis præstantior. Si uero maiorem tribum expostulasset deus, certe tribui Ruben cōferri debuisset, uidelicet Dathan & Abiron accipere debuerāt, tanquam dignitate & facultate digniores & sublimiores. Hæc itaque Chore blatrans, nitebatur ipsam dignitatem, populi fauore, sibi uendicare. Quibus quidem uerbis concitatus populus, parum abfuit, quin Aaron dignitate priuasset, in hanc quippe sententiam ducenti & quinquaginta ex primoribus Israel uiri conuenerant, ut omnino Aaron ab ea sacerdotii dignitate summouerent. Eo item in tumultu populus Moysen lapidare uoluit. At Moyses uir sanctus, licet populum turbulentū cōtra se uenire cerneret, minimè extimuit. Sciens itaque fratrem Aaron dei uoluntate, ad id dignitatis fastigium fuisse euectum, uniuersum populum ad concionem conuocauit. Quibus in unum congregatis Moyses eleuata uoce, omnibus astantibus & audientibus dixit Chore & suis complicibus. Non enim Aaron frater meus ô uiri Israëlitæ hanc dignitatem mea gratia sortitus est, sed diuino mandato. Quare ô Chore, uirique cæteri moneo & hortor, ut à seditione & murmure quiescatis, uerū uobis omnibus, qui hanc sacerdotii dignitatem tantopere exquiritis, præcipio, ut mane unusquisque cum thuribulo suo igne repleto, ac thymiamate, huc adesse uelitis. Sed tu Chore uir pessime, qui huius seditionis & coniurationis auctor extitisti, expecta pro hac tua ambitione dei iudicium atque sententiam. Altera itaque die uniuersis Iudæis in unum ad huiusmodi electionem, & spectaculum congregatis, Moyses aduocauit uniuersos qui de dignitate sacerdotali contendebant, ut probationem de sacerdotio aliquam facerēt, ut populus intelligeret, cuius dominus sacrificium sciret, ac illum sacerdotio præponere possent. At Aaron & Chore, cum trecentis uiris ante tabernaculum conuenientibus, Moyses omnes cum thuribulis benedixit ac sanctificauit. Quibus sanctificatis repente tantus effulsit ignis, quantum ullus unquam opifex excitare posset, quo quidem igne illico Chore simul cum trecentis uiris à deo exustus est, adeò ut nec aliquorum corporum uestigia alicubi uisa sint. Aaron autem pontifex cunctis cernentibus obuiam iuit furentibus flammis, & suo accenso thuribulo, dei iram cohibuit. Ipse quidem tanquam uerus, summus sacerdos, inter mortem & uitam stare uoluit. Eam ob rem ignis ille nec ultra procedere ausus est. Dei itaque potentiam serui preces atque charitas impedire potuere. 3709 1490

Dathan autem & Abyron uiri Hebræi, ex tribu Ruben progeniti, homines inter suos potentissimi, & ipsi hac eadem tempestate propter eorum blasphemias, à terra, dei iudicio absorpti sunt. Nam & ipsi cum supradicto Chore pestifero uiro, contra Moysen & Aaron, propter sacerdotii dignitatem, turpiter conspirauerant, sed & ipsis ante tabernaculum à Moyse conuocatis cunctis astantibus Moyses genibus aduolutus, hanc orationem ad dominum fundens dixit. Tu domine deus Israel, qui iustus es, & tuū semper iudiciū uerū est,

obsecro

obsecro fac super hos apertum iudicium prouenire, qui ita erecta ceruice contra tuam gloriam uenire præsumpserunt, ita ut non communi morte ex hac uita pertranseant. Ad cuius preces euestigio terra adeò commota est, ut aperta eos deglutiuerit. Quibus sic exterminatis confestim ea terræ apertio super eos reducta est & reintegrata, ac si nihil horum quæ dicta sunt unquam factum fuisset, atque ita illi blasphemi tali iudicio periere, ut habetur Numeri.16.

Vitulum autem cōflatilem aureum, hisdem temporibus Hebræi ad instar erroris Aegy-
1486 3710 ptiorum qui Busiridem adorabāt, sibi confecerunt & adorauerunt. Quamobrem iratus dominus, ex ipsis confestim quatuordecim millia & septingentos uiros in deserto percussit & exterminauit, ut habetur Numeri.17.

Iupiter eius nominis tertius, Saturni regis ex Ope uxore filius, hoc anno qui est uigesimus secundus principatus Moysi, patre è regno expulso, in Creta insula regnare cœpit, sed quantum regnauerit, non habemus. Hic ut suprà dictum est, in Saturni patris uita, cum Iunone sorore eodem partu editus fuit, qui mox à matre in Idam montem Cretensem alendus, transmissus est, ibidémque Curetibus religiosis commendatus: uariæ tamen de ipsius enutritione feruntur sententiæ, sed omnes in hanc conuenire uidentur, quòd melle tantum fuerit nutritus. Qui cum adoleuisset (ob captos parentes) cum Tytanis bellū durum habuit, & eos liberauit. Inde haud multo post, etiam patrem è regno expulit, eo quòd comperisset ipsum suæ uitæ insidiari. Et hinc illi bellum cum gigantibus confectum fuisse, quos superatos montibus supposuit. Denique orbe sibi subacto, imperium cum fratribus partiri uoluit, dato Plutoni fratri infernorū dominio, & Neptuno maris, sibi Olympo reseruato. Et cum iam diu anteà Iunonem sororem suam in coniugem sumpsisset, ac filios plurimos ex ea suscepisset, ac rex potentissimus factus fuisset, ut erat uir admodum gloriæ cupidus, eam plurimum ambire cœpit, & non minus astutia quàm uiribus, & laudes humanas & diuinos honores sibi acquirere procurauit, unde & templa plurimis in locis sibi ipsi cōstruxit, ac suo nomini dicauit. Et eam ob rem in quācūque regionem accessisset, & reges principésque populorum hospitio, & amicitia sibi copulabat, & quum ab eisdem digrederetur, inter cætera imperabat sibi templum ædificari. Atque ita hac astutia factum est, ut Iupiter hic sibi diuinum honorem in Græcia acquisierit, cum quadam religione cōnexum. Plurimi etenim reges eidem obsequi uolentes ob nominis sui gratiam, etiam annuos ritus, & festa celebrabāt. Et hoc modo Iupiter hic per orbem terræ, sui cultus religionē disseminauit, & exemplum cæteris ad hoc imitandū dedit. Et quantūcunque Iupiter hic circa honores ambitiosus nimium esset, libidinibúsque intemperanter deseruiret, multa tamen bona, & utilia humanæ uitæ adinuenit, ac mala plurima substulit, & inter cætera ab hominum moribus, consuetudinem comedendi carnes humanas amouit, quibus illo tempore uescebantur. Eum quippe plurimum corporis robore & animi uirtutibus ualuisse, ac summopere studuisse, ut & impii punirentur, & probi summis afficerentur beneficiis. Et quamquam propter eius singularem corporis strenuitatem, ac incomparabilem mentis elegantiam, rex cœlestis ab omnibus diceretur, nihilominus adeò ab Europa pulcherrima iuuencula demētatus fuit, ut post eam mugire taurorū more, coactus fuerit, atque ita hūc quem bonitas uirtutum super astra extulerat, fœmina brutis comparasse uisa est. Demum itaque Iupiter hic, postquam uniuersam terrā quinquies circuisset, & omnibus amicis atque cognatis suis impia diuisisset, leges morésque hominum composuisset, ac alia multa bona fecisset, quibus quidem immortalem gloriam memoriámque sempiternam adeptus est, ætatémque pessimè & turpissimè actam, in Creta uitam cum morte cōmutauit, & ad Deos (ut multi delirant) abiit, cuius funus Curetes curarunt. Cretenses itaque suum Iouem postmodum asseuerantes, sepulchrum eidem magnificum extruxerunt, quod apud se diu ostenderunt. Ea propter Græci omnes ipsum postmodum mundi mentem fuisse dixerunt, quæ uidelicet in se ipsa mundum continens, produxit. Vnde & Orpheus in sua Theologia, de eo sic tradidit dicens.

Vide bona quæ Iupiter hic fecit. Nota pulchrè.

Error Græcorum.

Iuppiter altitonans ante omnia sæcula primus.
Iuppiter extremus longa est post sæcula mundi.
Iuppiter est summus uertex, atque infima planta,

Ipse æternum semper simul est, ac totus ubique, Terra, fundus.
Sidereæque domus rex est, & Iuppiter ipse Principium atq; ortus rerum, uis una deúsq;
Vnus omnipotens, regali in corpore cuius Singula ponuntur, tellus, unda, ignis, & aer.
Nox simul atque dies, sapientia primáque origo. &c. quæ sequuntur fabulosa.

Garamas Apollinis filius (ut Rabanus in libro de origine testatur) his tẽporibus in Aethiopia imperans oppidum ex suo nomine non ignobile, ea in regione, condidit, quod Garama nuncupauit. Is æstu & sterilitate delectatus, ea in regione, ubi sol omnia peremit, sedẽ delegit, atque suum imperium constituit, & populos à se Garamantes appellauit. Hi nãque in Libya constituti, hominum cõsortia penitus effugiunt, tanquam imbelles, & inermes populi, qui nec priuata contrahunt matrimonia, sed omnibus licet uenere uti. Garamãtes nihilominus alii Nilo amni proximi sunt, qui ecõtrario fortes & audaces referuntur, qui terram nudi arant. De quibus Lucanus,

Garamantes populi

Non super arantem Meroem cancrique sub axe, Qua nudi Garamantes arant. Ibidem est fons mirabilis qui ut Solinus ait alternis uicibus in die frigescit, nocte uero feruet.

Saturnus autem rex optimus his temporibus, ab Ioue filio, é regno deiectus & fugatus, dum diu multúmque ob timorem filii errasset, uix tãdem in Italia locum inuenit, quo latere posset. Ab Iano igitur uiro, & rege humanissimo comiter exceptus, etiã ipsius regni consors efficitur. Ea propter Virgilius in octauo Aeneidos dixit.

Primus ab Aethereo uenit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens & regis exul ademptis.

Ipse quidem Saturnus postquam à Iano susceptus est, non procul ab urbe latuit, ubi & Saturniam oppidum condidit, & ibidem sui futuri regni sedem primum constituit, ubi etiam rudes populos componens, primum domos ædificare, agros colere, uinéasque plantare docuit. Antea etenim homines illi glandibus tantum sustentabantur, & sub contextis frondibus degebant. Quod Virg. ubi suprà testatus est dicens.

Is genus indocile & dispersum montibus altis
Composuit, legésque dedit, latiúmque uocari
Maluit, iis quoniam latuisset tutus in oris.

Et Ouid. 1. Meta. de eodem sic retulit.

Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub Ioue mundus erat, subítque argentea proles,
Aureáque ut perhibent illo sub rege fuere Sæcula.

Latium autem Saturni huius regis possessio & regnũ, ab euentu sic dictum est, clarissima Italiæ nostræ regio, cuius quidem fines sunt ab hostiis Tyberinis ad Sitanum sinum. Et est inter Hetruriam & Campaniam media, ornata quippe nobilissimis ciuitatibus & populis, quã quidem regionẽ persecat Tyberis fluuius, & tãdem in mare apud hostiam placidissimo decurrit lapsu. In qua regione condita postmodum fuit Romanorum pontificum & regum domicilium, deinde Ardea à Danaẽ Persei matre, Tetracina, postmodũ Caieta à nutrice Aeneæ, & Viletre, Choráque atque Preneste, ciuitates. Necnon & Anania & Tibur insignis, in qua Sibylla decima, dicta Tiburtina, originem duxit, ac aliæ multæ nunc dirutæ ciuitates. Hac etiã in regione est Circæus mõs, et Ausones populi à quibus mare Ausoniũ.

Vulcanus autẽ prædicti Iouis frater & ipse hac tempestate (quanquã deformis plurimũ uir esset) multo tamen ingenio inclytus clarusque fuit. Hunc omnes poetæ tradunt claudicantem progenitũ fuisse, quam ob causam illico parentes in Lemnum insulam proiecerũt, ubi & à Simiis (ut Seruius refert) nutritus educatusq; fuit. Qui quum adoleuisset, adeò eximius ferri faber euasit, ut deorum faber appellaretur. Nam in primis Ioui fratri arma & fulmina, aliisque diis armamenta contra gigantes miro modo fabricauit, fecit præterea monile Hermionis, & coronam Ariadnæ, armáque Achillis, & Aeneæ, ac plurima alia, quæ humanum ingenium excessisse uisa sunt. Verũtamen ea ob beneficia, ad deorum mẽsam non fuit admissus. Qua propter supplicauit ipsi Ioui fratri (ut saltem liceret ei nuptiis Mineruæ iungi) cui quum obtemperatum fuisset, etiam ab eadem spretus fuit. Quæ omnia Virg. in Bucolicis tetigit, quum dixit. Cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est

Vide hic Vulcani opera.

ta cubili est. Habuit nihilo minus Venerem uxorem, quam quũ cum Marte aliquando, seu cum armigero adulteran tem cõspexisset, eos subtilissimis deuinxit cathenis, & id diis omnibus propalauit. Hic itaque fabrorum deus appellatus est, unũ tantũ filium nomine Aethiopem po st se reliquit. Pingebatur autem Vulcanus hic, tanquam deus ignium, in similitudinem fabri, admodum deformis, claudus in primis cum malleo in manu.

Lemnos autem insula ad quam prædictus Vulcanus ex Aetna monte, refocillationis causa accedere consueuerat, est in Aegeo mari constituta. De qua Statius in quinto Thebaidos lib. sic dixit.

Lemnius ignifera fessus respirat ab Aetna.
Vestit Athos, nemorúmque obscurat imagine pontum.

Athos autem Mons in Macedonia est altissimus, qui à Lemno distat. 86. millia passuũ, qui ad hanc usque insulam (ut historici referunt) suam umbram protendit.

Erictonius quartus Atheniẽsiũ rex hoc anno qui est uigesimusquintus ducatus Moysi
1487 3712 post Amphitryonem patrem, Atheniẽsibus regnare cœpit, & quinquaginta annis regnauit. Hic quippe cum Vulcani & Mineruæ filius diceretur, ipsis parentibus atq; Apollini, & aliæ Mineruæ templum primum extruxit, atque eisdem ludos instituit. Hunc aiunt pedes serpentinos habuisse, ad quos contegendos (quum ad ætatem adultã peruenisset) currum primus excogitauit, dicente Virgilio in tertio Georgicorum libro. Currus primũ inuẽtũ

Primus Erictonius, currus & quattuor ausus Iũgere equos, rapidisq; rotis insistere uictor. Ipsúmque Plinius in septimo naturalis historiæ, dixit primum argentum inuenisse, quoniam uir industrius & de genere deorum creditus fuit, ad regiã maiestatem promotus est. Argẽti inuẽtũ De hoc autem diuus pater Augustinus. 18. de Ciui. dei, sic inquit, templum fuisse apud Athenienses Vulcani & Mineruæ commune dicatum, in quo quidem compertus fuit infans dracone circumuolutus, qui quum iudicio omnium Atheniensium magnũ aliquando futurum uirum protenderet, eum seruare mandarunt, eo maxime quòd parentes incogniti essent. Iis quibus dicatum erat templum, in quo compertus fuerat, dediderunt filium. Qui tandem cum in cœlum inter alias imagines assumptus fuisset, serpentarius dictus est.

Stenelus nonus Argiuorum rex, hoc anno qui est uigesimuloctauus ducatus Moysi,
1484 3715 suis regnare cœpit, & regnauit annis undecim. Hunc ex Castore quodam equorũ domitore Argiuorũq; principe ortum habuisse tradũt, qui & cum Danao Micenarũ rege bellum gessit acerrimum, quo quum tandem superatus expulsusq; fuisset, Danaus ipse Argos tenuit, minores uero eius eo in regno perseuerauerunt, usque ad Euristheũ quendã Persei nepotem, post quem Peliopidæ imperium susceperunt, regnante Atreo.

Lycaon Titanis & terræ filius Arcadiǽque rex, his temporibus propter suam tyrãnidem, pessimámque perfidiam, à suis è regno pulsus, exul & inops cum paucis in syluas fugit, & itineribus insidiando ex raptu uiuere cœpit, quod fabulæ locum dedit, quòd in lupum fuerit uersus, inde quandam Arcadiæ partem inhabitans, eam Lycaoniam à se nuncupauit, quæ quidem pars in Peloponneso sita est, fuitque Calisthonis pater, quæ in Arcton commutata in cœlo locata fuit. Vnde Ouidius de tristibus.

Quǽque lycaonio terra sub axe iacet.

Et etiam Virgi. in primo Georgi. Clarámque Lycaonis arcton. Sunt etiam alii Lycaones in minori Asia populi, sagittandi usu peritissimi, de quibus Ptolemæus in quinto loquitur.

Aethiops Vulcani superioris (ut quibusdam placet) filius, & ipse hac tempestate in Aphrica maximus euasit rex, ibidémque regno firmato, prouinciã à se habitatam prius Aetheriam deinde Atlantiam dictam, Aethiopiam nuncupari uoluit, quod non paruum fuit argumentum, eum fuisse potentissimum hominem.

Aethiopia igitur prouincia, de qua etiã supra lib. 2. mẽtionem fecimus, ab isto Aethiope sic appellata est, Aphricæ prouincia supra Aegyptũ uersus meridiem constituta, in qua plurimi monstruosi sunt populi, & draconum terribilium maxima copia, ex quorum cerebro gemmæ extrahuntur preciosissimæ. Ibi Hyacinthus & Grisopassus inuenitur, atq; cynamomum optimum inibi colligitur. Ferarum quoq; diuersa genera, è quibus Came-

Rinoceros. Lycaō lupus Trago ga auis leopardus, collo equino Rinoceron, de quo sæpius Iob meminit, cui est color buxeus, in naribus cornu unicū habēs, mittitq; Lycaonē lupū ceruice iubatū, & plurimis modis uarium, adeò ut nullum illi colorem abesse dicāt, atq; Tragogā auem aquilis maiorem producit. Ad hanc quidem prouinciam diuus Matthæus apostolus & Euāgelista, cum in sortem prædicationis ipsa aduenerat, à spiritu sancto ductus, intrepidus postmodū accessit, & Aegyptum regem (postquàm filium eius à morte suscitauerat) cum omni domo ac regno baptizauit, qui in ciuitate eorū permaxima nomine Nabdaber regnabat, ubi & postmodum ipse apostolus martyrio coronatus est.

Iunonem Saturni & Opis filiam, magniq; Iouis sororē pariter & coniugem, hac ætate in precio fuisse constat, quòd errore gentilium regnorum ac deorum regina dicta fuerit, & propterea post mortem ipsam regnorum ac diuitiarum fecerunt deam, sicut & con iugii, uelut Virgi. scribit, dicēs. Iunoni ante omnes cui uincla iugalia curæ. Et ideò parturientibus eam præesse uoluerūt. Insuper & illi insignem currū & arma bellica attribuūt. Ipsi quoq; tāquam reginæ excellētissimæ nymphas pedissequas quatuordecim asscripserunt, ut in eius personam Virgi. dixit. Sunt mihi bisseptem præstāti corpore nymphæ. In cuius etiam tutelam Pauonem auem dixere, cuius caudæ dicit Ouidius eam Argi pastoris

Nomina uaria Iunonis. sui à Mercurio occisi oculos apposuisse. Hanc quippe præter Iunonem & reginam multis nominibus uocāt, uidelicet Lucinam, Matronam, Curitim, Deam Martem, Fluoniam, Februam, Interducam, Donducam, Vnxiam, Populoniam, & Proserpinam, eámq; fingūt comestis lactucis syluestribus, Heben filiā concepisse, sic & flore percusso Martem. Ex Ioue uero multos filios. Qua post mortem inter deos relata, Samii nobilissimum ei templum construxerunt. In quo & eius simulachrum in habitu puellæ nubentis erexerunt. Vbi & eius anniuersaria Samii ciues sui, eo in templo, nuptiarum ritu singulis annis celebrare con sueuere, quū apud Samos ipsa Iuno nata & educata, atq; Ioui nupta fuisset, ut cantatissimi dixere poetæ.

Samos autē quæ & Samothracia huius Iunonis patria, est insula in Aegeo mari prope Thraciam posita, oliuetis quidem admodum fœcunda, incolis frequens & nobilibus plurimum celebrata. Vbi primum quædam fictilia uasa, quæ & Samia appellata sunt, dicūtur facta. Hac quippe in insula nati sunt Pythagoras, & sexta Sibylla, quæ de Christo hæc præcinit dicens. Tu enim stulta Iudæa deum tuum non cognouisti, immò eum felle potasti, ac spinis coronasti.

Hercules Argiuus nō magnus ille Thebanus, de quo loco suo dicemus, Atlantis, scilicet, imitator his tēporibus, Augu. teste, floruit. Hunc Eusebius Desonaam cognominatum fuisse dixit, eo quod Astrologiā, ex Atlantis dogmatibus acceperit, propter quod fictum fuit, ipsum cœlū substinuisse humeris, ab Atlāte ipso susceptū, qui quū ea in disciplina admodū studiosus esset, audita Anthei Aphri fama, quòd in omni sciētia clarus haberetur, cō festim ut eius eruditionē experiri posset, ad eū accessit, ibiq; ambobus in unū cōgregatis, e uestigio maxima inter ipsos orta est dissensio & disceptatio, immo magnum suæ scientiæ inter sese habuere certamen, de quo hic infrà latius mox dicemus. Duos autem hic post se reliquit filios Sardinum uidelicet & Syrenum, à quibus postea Sardinia & Corsica nomen accepere.

Antheum autem insignem uirum, natione Libycum ex Mauritania, incertis quidē parentibus natum, quem Lucanus scribit fuisse ferum, atq; fortissimū, necnon omni genere uirtutis atq; scientiæ peritissimum, hisdem temporibus floruisse diuus Augustinus refert. Hic tātæ doctrinæ fuit uir, ut cum quibuscūq; luctā susciperet, semper uictor exiret. Quo audito Hercules prædictus ad eum mox concessit, ut cum eo luctamen iniret. Quumque in agonem deuenissent, & eum sæpius prostratū, robustiorem semper resurgere cerneret, aduertit tandē quòd uires è terra recuperaret, statimq; cum fessum eum animaduertisset, in altū ulnis ipsum extulit, & tam diu sic tenuit, donec expiraret. Cuius fabulæ sensus talis fuit. Quod Antheus hic cum Hercule disputās totius suæ disputationis effectum terrenis rebus applicare nitebatur, tanquam in ea re eruditus præualere cōfideret. Sed ab Hercule ipso tādem, licet inferiorum magnam cognitionem haberet, superatus est. Hercules enim cum

cum inferiorum solidã non haberet cognitionem suam in dusputatione, semper ingenium ad superiora conuertere satagebat, ut uel sic in disputando de superioribus Antheus semper deficeret. Antheus uero luctando uictoriæ præmiũ tãdem Herculi dedit. Vnde (ut dictum est) confictũ fuit quod Antheus cum Hercule pugnãdo uires à terra recipiebat, quibus se ab Hercule tueri confidebat. Demum cum Hercules illum è terra, hoc est, Geometria ad Astrologiam eleuasset, superauit. Eusebius autẽ noster affirmat, hunc palestricæ artis ne dum fuisse inuẽtorem, sed doctissimũ quidẽ, ac aliorũ quorũcũq; certaminũ quæ in terris exerceri possunt. Vnde Lucanus de ipso, in quarto multa conscribens, hæc ad uerbum ait. Nondũ post tellus effœta gigantes Terribilẽ Libycis partu cõcepit in antris Nec tã iusta fuit, terrarũ gloria Typhon, Aut Tytios, Briareúsq ferox, cœlóq; pepercit. Quod non phlegreis Antheũ substulit aruis. Hoc quoq; tam uastas cumulauit munere uires Terra sui fœtus, quæ cum tetigere parentes Iam defecta uigent, renouato robore membra. Hæc illi spelunca domus, latuisse sub alta Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones, Ad somnos non terga feræ præbere cubile, Asserunt non sylua thorũ uiresque resumpsit, In nuda tellure iacens petiere coloni Aruorum Libyæ, pereũt quos appulit æquor, Auxilióque diu uirtus non ausa cadendi, Terræ spernit opes, inuictus robore cunctis. Quauis staret erat.

Danaus Beli prisci filius decimus Argiuorũ rex, hoc anno qui est. 37. Ducatus Moysi, Stenello rege expulso, Argiuis regnare cœpit, &. 50. annis regnauit. Qui sicut refert Eusebius ac alii permulti, quinquaginta ex pluribus coniugibus genuit filias, quas Belides idem pater nominauit, de quibus Iuuenalis meminit, quum dixit. Occurrent multæ tibi Belides. Aegistus uero eius frater totidem filios simili modo procreauit, qui procurante Danao, omnes se filiabus suis matrimonio copularunt. Veritus autem aliquando Danaus ne tanta generorum multitudo sibi regnũ adimeret, suis filiabus persuasit, ut unaquæq; prima nocte uirũ suũ occideret, quod & factum est, una dũtaxat excepta, quæ Hypermestra uocabatur, quæ pietate permota Lyno uiro suo pepercit. Qui & ipse tãdẽ, socero suo obtruncato, post ipsum regnauit. Iste itaq; Danaus primum apud Aegyptios regnabat, sed inde pulsus, Argos ueniens, Stenelum ibidem regnantem, regno expulit, & regnum sibi assumpsit. Hic ut Plinius refert, primus Græcos fodere docuit puteos. Puteorũ primus fossor.

Arcas Iouis ex Calisthone filius tẽpestate hac, Pelasgis in deditionem redactis, eorum regionem à se Arcadiam nũcupauit, quæ prius, Seruio teste, Parrasia dicta fuit. Hæc enim (ut supra libro. 3. etiam semel dictum est) Achaiæ pars fuit, inter mare Ioniũ, & Aegeum disposita. Hanc quippe totã montuosam esse Plinius affirmat. Iste siquidem Arcas, quum didicisset Calisthonem sacram uirginem à Ioue uiciatã, & ab aliis sacris uirginibus è claustro fuisse exclusam, cum adoleuisset matrem occidere uoluit, quæ timore percita, syluas in quibus diu latuerat, linquens, ad suum Iouem confugit, qui eam in filii gratiam mox reconciliauit, permisitq; ut in paternum regnum redire posset. Nam ipsa Lycaonis regis supradicti quem Iupiter è regno depulerat, filia fuerat. Arcas itaq; hic quum ferox iuuenis admodũ euasisset, & Pelasgos in deditionem redegisset, illos suo nomine Arcades appellauit. Arcas autem Calisthonem eius matrem post mortem, ob eius diuturnam latebram, ursam appellauit, & postmodum populi filium à nomine matris ursum uocauere. Quos ambos postea stellificauerunt, & circa polum arcticũ locauerũt, & matrem minorem ursam, filium uero maiorem appellauere.

Eleazarus secundus, summus Hebræorum pontifex sancti Aaron pontificis filius, hoc
1472 3727 anno, qui est quadragesimus ducatus Moysi, patre ipso Aaron uita functo, à domino per manum Moysi in locum patris pontifex subrogatus, sedit annis. 27. uir sane prudentissimus, deóque admodum dilectus. Qui pontificatu ac sacerdotio inito cum Iosue duce filio Hum, uniuersam Chananeorum terram conquisiuit & Iudæam, non Chananeam appellauit, adeptam autem. 11. tribus filiorũ Israël diligenti examine diuisit, ut patet Iosue ultimo. Ipse quidem iugiter cum filiis ardentissima cura in tabernaculo Domini deseruiuit. Sacrificia ac placationes pro populo Deo optimo obtulit. Denique de Deo, déque

hominibus bene promeritus eodē anno quo & Iosue mortuus est, in senectute bona, quū Fineæ filio primum sacerdotii dignitatem dereliquisset, cuius corpus in Gabathaa ciuitate sua sepultum traditur. Ab isto namque Eleazaro usque ad Christum, paucis exceptis, pontifices omnes descendere.

Serpētes autē ignotos hoc anno dominus in filios Israël propter eorū murmurationē misit, quorum quidem uenenatis morsibus plurimi periere, ut patet Numeri.21.

Balaam Balaam propheta filius Beor, qui super flumen terræ filiorū Amon habitabat, uir itaq; insignis atq; preclarus his tēporibus clarus effulsit. Qui adeò gratissimus deo propter eloquii ueritatem fuit, ut ad maximam prophetiæ gratiam euectus sit, eóq; floruerit priuilegio, ut cui benediceret esset benedictus, atq; ē contrario cui maledicta ingessisset, maledictionibus repleretur. Ad hūc itaq; tātum prophetam Balach Medianitarum rex, quū audisset Moysen, Og regem Basan cum omni suo populo expugnasse, solennes legatos misit, obsecrans eum maximis pollicitationibus ut dignaretur ad se uenire, ac Israëlitis maledicere. Qui cum cōsuluisset dominum quid rei opus esset, confestim ab ipso omnino prohibitus est. Denuóq; quū idem rex alios legatos strenuissimos rursus ad eum misisset, precibus eorum permotus eidem obtemperare decreuit. Dum autem pergeret, euestigio angelus domini eidē occurrit, atq; contra eundem cum euaginato gladio in uia obstitit. At

Asina Balaam asina cui insidebat propheta, cernēs angelū in angustissimo uiæ loco stantem, adeò quòd nec ad dexteram nec ad sinistram deuiare poterat, protinus sub sedentis pedibus cōcidit, & cum uehementius latera eius cæderentur, dominus asinæ os cōfestim aperuit, quæ prophetæ dixit. Heu me, quid nam tibi feci? cur me iam tertiò percutis? Respōdit propheta, quia commeruisti & illusisti mihi, utinam (inquit) gladium haberem ut percuterem te. Dixit asina. Nonne animal tuum sum, cui semper insidere cōsueuisti usq; in præsentē diem, dic quid simile unquā fecerim tibi? At ille ait, nunquam. Et confestim Balaam uidit angelum domini, gladio euaginato contra se, qui eum corripuit. At ille statim dixit peccaui, nesciens quòd tu stares contra me, et nunc si displicet tibi, ut uadam & maledicam domini populo, reuertar, qui iussu angeli pergens non maledixit, sed prophetauit dicens. Orietur stella ex Iacob, & consurget uirga de Israël, & percutiet duces Moab, uastabitq; omnes filios Soth, & erit Idumæa possessio eius, hæreditas uero Seir cedet inimicis suis, Israël autē fortiter aget. Et de Iacob erit qui dominabitur, & perdet reliquias ciuitatis, prophetauit ita Balaā hic, & cōtra Amelech & cōtra Assur, & demū cōtra filios Iacob, dixitq; eis. Venięt in Trieribus de Italia, & superabūt Assyrios, uastabūt Hebræos, & ad extremū etiam ipsi Itali peribūt. Demū cum hæc dixisset, & à Balaach sine ullo honore remuneratus remitteretur, suasit ut filias eorum speciosissimas uirgines, circa Israelitarū exercitum destinarent, ut uel sic filii Israel patrias leges prophanantes experirētur deū aduersum. Quibus dictis abscessit, & in locum suum reuersus est. Numeri.25.

Sardus Herculis pauloantè dicti filius, ut Rabanus & Anselmus insignissimi uiri testantur hisdem temporibus ex Libya, cum innumerabili multitudine discedens in Thyrreno mari tandem peruenit, ibidémq; quandā insulam occupās ipsam de suo nomine Sardiniam nuncupauit, quū antea Icus græco nomine appellaretur. Solinus uero ubi de mirabilibus mundi dicit eam à Thymeo Sandalio Cheyn fuisse dictam & à Crysippo Muniuiam, & quod Sardus Hercule procreatus nomine mutato uocauit eam Sardinam.

Sardina itaq; insula, sic à Sardo prædicto cognominata in Thyrreno mari est, quæ (ut Straboni placet) habet latitudinis.98. miliaria, longitudinis uero.cc.&.xx. secundum nero alios eius ambitus circiter quatuor milia stadiorū est. Habet autē Sardinia hæc, multam partem sui asperam miniméque tranquillam, reliquam uero rebus omnibus fœlicem, præcipuè tritico & pecoribus atque pascuis. Ibi nullus lupus gignitur neque serpēs reperitur ullus. Est inter cætera hæc insula tempore æstiuo nō modicum morbosa, maximè in locis fœcundis. Continétque ciuitates multas, inter quas Calaris precipua est ubi Coralorum magna reperitur piscatio, quæ & longo tempore beatissimi doctoris Augustini reliquiis illustrata fuit. Ea quippe in insula antiquitus arietes nascebātur, qui pro lana pilum caprinum producebant,

num producebant, quos Musimones uocabant, quorum pellibus Sardi ipsi thoracis modo se se muniebant. Sardi antea Iolenses dicebantur, indéque Iolem Herculis amasiam ferũt Sardum ipsum & plærósque Herculis filios eo adduxisse, ibique cum accolis ipsis habitasse, à quibus postea sunt Sardinenses, illius postmodum imperii dignitatem Pœni ex Aphrica delati & sortiti sunt, qui cum aduersus Romanos bellum gererẽt, ab eisdem tandem penitus fuerũt deleti. Cuius insulæ dominio Romani per multa tempora potiti sunt. Multas postmodũ & clades & direptiones à Barbaris Pisanisque ac Genuẽsibus perpessa, tandem in Aragonensium regum manus est deducta.

Cirinus eiusdẽ Sardi germanus, Herculis uidelicet filius, & ipse tempestate hac uiguit, qui ut Rabano placet, & ex Libya ueniens insulam quã Corsicã dicimus occupans, ipsam ex suo nomine Cyrum primo nuncupari mãdauit, eóque quum quædam mulier Corsica nomine, uirgo pulcherrima, super taurum trãsfretasset, insulam mutato nomine de suo nomine Corsicam appellauit. Erat autem mulier illa Ligura, quæ quum armẽta depasceret, taurus unus ferocissimus in insula ex Liguria transnatauit. Quæ pro tauro nimium sollicita insciis parẽtibus nauigatio tandem in insulam delata fuit. Compertóque ibidem in pascuis uberrimis tauro, delectata loci pulchritudine, illic habitare constituit & à se eam Corsicam insulam nominauit.

Corsicæ igitur insulæ ipsius quæ est in Ligustico mari cõstituta à septẽtrione in meridiem porrecta lõgitudo .160. miliaria est, latitudo uero .70. Ambitus autem tria milia & ducẽta stadia, abest à Sardinia nouem milibus passuum. Ea quippe insula auctore Strabone lib. 5. malignè colebatur, eo quod aspera sit, & plurimis in partibus inaccessibilis, adeò ut qui eius montes postmodum inhabitarunt, uitam latrociniis degẽtes, beluas immanitate superarint, idem quoque Strabo ubi suprà de ipsis sic inquit. Quod quum Romani in eos irruerent, eorúmque castella irrumperent, magnum seruorũ gregem captum aduehebãt, quos Romam delatos uidere mirari erat, quàm agrestis eorum effigies uideretur, quamq; bestiarum appareret diritas, faciésque truculentæ, in manibus postmodum Romanorũ deducta, quũ feracissimã eam multis in locis reperissent, multas in ea erexere ciuitates, quod Pli. in. 3. comprobans ait. Corsicam suo tempore tres & .xxx. habuisse ciuitates, quæ quidem insulæ feracitatem atque dignitatẽ præ se ferre uidentur. In ea nũc sex extantes nõ ignobiles sunt ciuitates sub Archiepiscopatibus Genuensiũ & Pisanorum ab Honorio .4. pontifice suppositæ. Diu namque postquam per uarios casus acti Corsi & à Mauris quàm maximè oppressi fuere, Adamarus quidam Genuensis dux eam liberauit, & eorũ .15. naues demersit, quem quum postea ipsi Mauri detruncassent, nihilominus insula in Genuensium manus post aliquod tẽpus deuenit. Hoc namque Caroli magni & filiorũ temporibus accidit. Sed & postmodum florente Pisanorum Republica per aliquod tempus eisdem paruit, interdum etiam Ecclesiæ Romanæ subiecta fuit, uerum tandem Pisanis superatis iterum in manus dominorum suorum Genuensium deuenit, & nunc usque fœliciter cum maximo augmento sui perdurat. Hæc ipsa insula præter optimum uinum, etiam alios fructus gignit suauissimos, abundatq; bobus, capris & ouibus, atque aliis animalibus, licet non æquè sicut Sardinia, & inter cætera canes ferocissimos producit, produxitq; præterea etiã nostris tẽporibus uiros clarissimos, tũ literis, tũq; pacis & belli artibus præcipuos, quorum præstãtia uniuersa insula plurimũ decoratur. De quibus locis & temporibus suis dicetur.

Gelon alter Herculis fuit filius, à quo Geloni Scythiæ populi Agathyrsis propinqui, qui per deserta illius patriæ discurrentes, quum sitiunt, equorum suorum uenas pungunt, & sanguinem eliciunt, de quibus Virgilius in tertio Georgi. Profuit intensos æstus auertere, & inter Ima ferire pedis salientem sanguine uenam, Bisaltæ quo more solẽt, acerque Gelonus Cum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum, Et lac cõcretum cum sanguine potat equino.

Siculus etiam Neptuni filius his temporibus floruit, & Siciliam insulam inhabitans, ut Solinus refert, à se Siciliam dixit, alii dicunt hunc filiũ fuisse Corinthi & Electræ, qui ex Thuscia in Sicilam adnauigans, multa rudes illos homines docuit.

Sicilia insula itaq; est Italiæ pulcherrima,& ab eodē Siculo id nomen accepit,quā,auctore Iustino,lib.4.ferūt angustiis quondā faucibus Italiæ adhæsisse,direptámque uoluit à corpore maiore impetu superioris maris.De qua Virg.ait. Hæc loca ui quondā,& uasta conuulsa ruina, Tantum æui lōginqua ualet mutare uetustas, Dissiluisse ferunt, quum protinus utraq; tellus Vna foret. Ambitus huius insulæ secundū Diodorum in sexto, clauditur stadiorum quatuor milium trecentorum & sexaginta,secundum uero Solinum tribus milibus tantū.Hæc à poetis Trinacria dicta fuit,eo quòd triangularia sit, & in singulis angulis tria promōtoria habere dicatur.Ex quibus unū ad meridiē uergit qui & Pachinus dicitur. Alterū ad septētrionē spectat,qui & Pelorus uocatur,nec iste plus ab Italia distat quàm.1500.passibus.Tertiū autē in Libyā & occasum tēdit,atq; in ipsam Carthaginem maximè spectare uidetur,& ab Aphrycæ littoribus.120.milibus passuum distare dicitur.Hæc à principio(ut Iustinus ipse refert)cyclopū patria fuit,quibus extinctis Aeolus insulæ regnum occupauit. Est autem Sicilia hæc insula frugum quàm maximè & frumēti fertilissima,& idcirco Romani eam suum horreū uocauere, quòd omnibus in rebus cæteris Italiæ prouinciis superior haberetur. Nā ideo Ceres in ea sationis magistra fuit,quòd in ipsa primum semina cōmiserit, abundat præterea etiā auro,croco,melle,saccaro aliisq; per multis,& non modo fructibus,sed & pecoribus,pellibus, lana & caseo,in ea sunt ciuitates illustres,uidelicet Mesana,Cathina, Siracusæ, Panormus,Erix,& Leontinum. In ea primum inuenta fuit comœdia, hinc & cauillatio inimica in scena stetit. Hinc Archimedes philosophus, qui syderum disciplinam machinatus est,hic uasti specus Lestrigonū populorum immanissimorum,de quibus dicemus,quū de Diomede tractabitur. Ibidem multa sunt mirabilia, quæ referre longissimū foret. Hæc quippe insignis insula nunc diuinum prope Ternandum Aragonum habet regem , qui uniuersam iam iam possidet Hispaniā, quiq; tanto eam habet in precio, ut eius sæcula referantur aurea.

Iosue Iosue filius Naue propheta deo & dux populi Israel ac Moysi successor hoc anno ducatum à sancto Moyse suscipiens,populum domini secundū Aug.& alios.27.annis rexit, 3727 1472
uir planè robustus & ingenio atq; eloquētia præclarus, maximúsq; secundū nomen suum apud omnes habitus, sed & in saluatione electorū dei multo maior , qui ut filii Israel hæreditatem patrum suorum consequerentur,omnes hostes(præter quinq; satrapas Philistinorum)expugnauit ac debellauit, ad cuius etiam preces, sol hæsisse fertur, ita ut una dies eidem facta fuit,quasi duo, donec uictoriā de inimicis reportaret, ut cūcti cognoscerent, quanta sit potentia dei Hebræorum,quia pugnare contra eum non est facile. Primo itaq; sui ducatus anno Iordane patefacto(deuictis secundū Iosephū.32.regibus)populū domini ad promissam perduxit terram,ubi tertiū immolauit,& intermissam circuncisionem innouauit. Cuius quidem religiosa mens,& sanctitas ac præclara facinora,ex libro sui nominis prænotato,elicere certe possumus.In quo quidem in primis de inimicorum mirabili subuersione , populiq; in terram promissionis introductione, & de possessionū distributione plenissimè agitur.Vbi per singulas urbes,uiculos,montes,flumina, torrētes atque confinia Ecclesiæ cœlestis Hierusalē etiam spiritualia regna describere uidetur. Fuit autem hic dux trinominis,uidelicet,Iesus, Iosue,& Osee, qui nō solum in gestis uerum etiam in nomine domini Iesu typū gessit. Ipse autē solus una cum Caleph ex sexcentis milibus uiris,qui ex Aegypto fuerant egressi,promissionis terram cōsecutus est. Mortuus deniq;.110.uitæ suæ anno,à filiis Israel,cum ingenti luctu,in monte Effrayn sepelitur. Filii itaq; Israel cunctis diebus huius principis atq; seniorum,qui longo post Iosue mortem tempore,populum iudicauerunt, & qui nouerant opera domini maxima quæ fecerat in Israel, domino seruierunt. Et cum sanctus ueteris legis fuerit habitus,eius anniuersaria festiuitas prima die Septembris celebratur.

Iudæa autem Syriæ prouincia sub hoc Iosue strenuissimo duce ex Cananea regione à Canane filio Cham filii Noe sic cognominata,id Iudææ nomen sortiri promeruit.Hæc est ipsa terra quā deus promiserat Abrahæ,quū esset in Mesopotamia,priusquā moraretur in Charā,qui dixit illi. Exi de terra tua & de cognatione tua,& ueni in terram quā mon

straucro

strauero tibi.&c. Hæc est illa de qua scriptũ est quòd flueret lac & mel. Hæc itaque prouincia à Iosue tandẽ filiis Abrahæ acquisita, habet ab oriẽte & à meridie Arabiã, à septẽtrione uero Syriã quã Ptolemæus Palestinã Syriæ appellat, in qua.z. &.30.reges Amorreorum & aliarum nationum regnabant, & eorũ mutatis nominibus uocata est Iudæa, in qua est Galilæa, Idumæa, Phœnice, Iordanis fluuius, Cæsarea stratonis, Appollonia, Ioppa, Azotus, Ascalon, lacus Asphaltides, lacus Tyberiadis, Gaza, Emaus, Endaga, Samaria, mõs Libanus & Traconitidis, Lisania, Abiline atque aliæ pene innumerabiles sunt prouinciæ, quæ ad hanc ipsam Iudæorum prouinciam pertinẽt, quas Eusebius in sua Cosmographia enumerat. Nam ipse eo in opere congregauit omniũ pene urbium, montium, fluminum, uiculorum, & diuersorũ locorũ uocabula quæ ad hanc pertinẽt Iudæam. In ea prius fuerat Hierosolyma, Melchisedech dei altissimi sacerdotis & regis sedes, quæ ut Pli.tradit, fuit omniũ orientis urbium clarissima, supra quam erat Syon mons qui specula interpretatur, in cuius quidẽ summitate postmodũ constructa fuit arx ad defensionem ciuitatis, quæ de lõgè uenientes facile cernebat. Iudæorum igitur his in regionibus postmodũ tantæ fuere uires, ut post Demetrium (sicut Iustinus refert) nullum Macedonũ regum tulerint, immo Syriam magnis bellis infestarũt. Est autem Iudæa (ut Isydorus ait) opũ diues, frugibus cuiuscũq; generis fertilis, ac opima balsamis. Vnde ob singularẽ aëris temperiẽ & elementorum gratiam existimarũt patres eisdem promissam esse terrã lacte & melle manãtem. Est itaq; Iudæa umbilicus totius orbis, id est, in medio terræ in qua primus Adam habitauit & mortuus est, in eàq; omnes sanctissimi patriarchæ & ipse dominus & saluator noster Iesus Christus cum beata Maria matre ac cæteris apostolis, nasci & mori pro salute omnium dignatus est, quorum meritis terra sancta, non Cananea, non Iudæa appellata est.

Libya Epaphi regis & Casiopiæ coniugis filia, Busyridisque pessimi tyranni mater ad hæc usque tempora uiuens peruenit, quæ (ut Lactantius refert) cum in Neptuni aliquãdo uenisset cõcubitum, id est, alieni hominis ab Aegypto, ex eo concepit & peperit Busyridẽ immanẽ tyrannum & beluam, deinde cuiusdam partis Aphricæ facta regina, illam partem (ut Isydorus in Ety.scribit) ex suo nomine Libyam nuncupauit.

Libya autem seu Libye prouincia in Aphrica constituta à prædicta fœmina id nomen assecuta, habet ab oriente Marmaricã, ab occasu Syrtes, à septentrione Libycum mare, à meridie uero Aethiopiam: hanc tamen Iosephus in primo antiquitatis, prout suprà lib.z. mentionem fecimus, Phuth filium Cham primũ inhabitasse scripsit. Huius autem prouinciæ ciuitates insignes, ut lib.4. refert Ptolemæus sunt Arzita, Nigra metropolis, Carami & ipsa metropolis, Salathos, Bagaza, Babila, Tagana, Magura, & Garmantes: ut autẽ scribit Pli. lib.5. eam incolunt Marmarides, Adirmachidæ, Mareotæ, & alii. In hac regione postmodum natam ferunt Sibyllam secundam, quæ in hunc modũ de Christo uaticinata est, In manus iniquas ueniet, & dabunt deo alapas manibus incestuosis. &c. Ciuitates mul tæ.

Busyris ita huius Libyæ ex Neptuno filius, hoc anno qui est primus ducatus Iosue annus, ut diuus pater scribit Augu. apud Aegyptios tyrannidem exercens, regnare orsus est, quem inter cætera suæ sæuissimæ tyrãnidis nephãda, ferunt persæpe ipsorũ hospitũ carnes diis suis immolasse. Quamob causam quũ Hercules Aegyptius tandẽ ad eum aliquãdo diuertisset, & simili perfidia, qua cæteros, eum perdere tẽtasset, Hercules fortissimus uirorũ, ipsum truculẽtũ regem aris impositũ interfecit, suis propriis diis immolauit. Cuius quidẽ perfidi ritus causam posuit Ouid. in primo de Arte amandi dicens. Dicitur Aegyptus caruisse iuuãtibus arua Imbribus, atq; annos sacra fuisse nouẽ. Cum Thrasius Busyrim adiit, monstratq; piari Hospitis effuso sanguine posse Iouẽ, Illi Busyris, fies Iouis hostia primus, Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquas. Hic autẽ Busyris tyrãnus, ut Dio. lib.z. refert, atq; Amianus Marcellus historicus, urbẽ in Aegypto cõdidit in Thebaico tractu, à Græcis Heliopolim, id est, solis ciuitatẽ uocatã, cuius ambitus.140. stadia cõplectabatur. Fuerũt autẽ plures ciuitates Thebæ, una siquidẽ in Aegypto ab isto Busyride cõdita, alia in Boetia Græciæ à Cadmo Agenoris filio similiter cõdita, alia fuit in Cicilia Andromachæ uxoris Hectoris patria, & quarta in Lucania Italiæ prima fuisse à nõnullis traditur. Hercu les.

Thebæ Aegyptiaca ciuitas.

Thebæ igitur prima Aegyptiaca ciuitas Heliopolis appellata, à Busyride per hoc tempus condita, ut prædictum est, complectabatur centum quadraginta stadiorum ambitum, quam idem conditor, magnis ædificiis ac speciosis deorũ templis, aliisque ornamentis pulcherrimis exornauit, domúsque priuatas usque ad quartam & quintam contignationem extruxit, urbémque totius orbis pulcherrimam atque fœlicissimam fuisse, iidem auctores asserunt. Eam Plinius lib. 36. totam pensilem fuisse affirmat, subter quã reges educere con sueuerunt maximos exercitus, nullo prorsus ex oppidanis sentiente, & quod mirabile erat, mediam urbem amnis quidam placidis undis interfluebat. Et ideo ab ea regio Thebaica, Aethiopiæ contermina, denominata fuit, centum portas illam habuisse Pomponius refert, unde Iuuenalis in ultima satyra ait. Atq; uetus Thebæ centum iacet obruta portis. Alii centum aulas, totidémque principũ domos eam habuisse prodiderũt, cuius ciues (teste Herodoto libro secũdo) apud Aegyptios omnium habebantur sapientissimi. Ex hac nãq; ciuitate, tempore Augusti Cæsaris, Gallus poeta Foroliuiensis, ibidem nomine Romanorum Prætor, tres admirandos abstulit obeliscos, quorum unus qui acus dicitur in Vaticano iuxta templum diuo Petro dicatum, alter in circo maximo, & alter in campo Martio est locatus. Conchas quoque marmoreas & alia ornamenta quibus etiam Bononiensis ciuitas nũc ornata est, ab ea idem retulit, ornatúrq; hæc ciuitas seu prouincia in hodiernum usque diem nobilibus uiris Mauritio primicerio sanctissimorum Thebeorum sex milium, sexcentorum uirorum, qui ex ea in Italiam prodiere.

Chorax quintusdecimus Sicyoniorũ rex anno decimoseptimo ducatus Iosue Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 30. 1456 3743

Dardanus. Dardanus Iouis uel potius Corinthi ex Electra coniuge filius his temporibus secundum Eusebium Dardaniã regionem occupans, eam ex suo nomine nominauit. Hic autem natione Italus fuit, & Lasium quendam habuit fratrem, qui mortuo patre, cum ipso fratre de successione regni in discordiã uenit, ex qua tandẽ ipsum fratrem interemit. Quamobrem quum turbatos ciues animaduerteret, cauendo sibi, cum parte populi nauem conscendens, mari se commisit, & longa actus nauigatione, primo in Samothracia, quæ tunc Samos erat, sedem habuit, & deinde in eam Asiæ partem, quæ Hellesponto est contigua, abiit, & eam quam occupauit oram de suo nomine Dardaniã nuncupauit, ibidémque oppido haud magno constructo, regnauit annis. 50. Erictonio autem filio superstite relicto, diem suum clausit extremum. Hunc itáque ad eius posteritatem nobilitandã fingunt Iouis tertii fuisse filiũ, & inter cæteros filios patrem ipsum magnopere dilexisse, & eius mores summopere imitatum fuisse, eo quod natura mitis & religiosus esset.

Phœnix & Cadmus fratres, Agenoris filii, hoc anno qui est duodecimusoctauus ducatus Iosue, Eusebio teste, é Thebis Aegyptiorum in Syriam concesserunt, & ibidẽ apud Thyrum & Sydonem regnare cœperunt. Iupiter etenim (ut diuus Aurelius Aug. lib. 18. de Ciui. dei refert) eorum sororem Europam rapiens, in Cretam regni sui insulam asportauerat, ex qua ibidem tres filios susceperat. Quod cum intellexisset Agenor pater, Europam, scilicet filiam suam fuisse sublatam, cõfestim Cilice & Phœnice ac Cadmo ad se euocatis præcepit sub interminatione non redeundi, ut quæsitam sororem protinus ad se reducerent. Quam cum non inuenissent, iram patris formidãtes ad eum amplius regredi noluerunt, sed Cilix primogenitus, cum in insulam quandã peruenisset, & in eadem aliquam residentiam fecisset, locum ex suo nomine Ciliciam appellauit, ubi & duos tandem filios, dereliquit, uidelicet Lampsacium, & Pigmaleonem, fuit itáque Cilix hic acris ingenii ac robustissimi corporis uir. 1455 3544

Cilicia autem prouincia sic à Cilice prædicto cognominata est in minori Asia inter Pamphiliam & Taurum montem constituta & plurimo iacet campo, situ lato, primo nihilominus Cilices nomen sortiti fuerant à Tharso nepote Iapheth, ut suprà libro secũdo diximus, quoniam ipse eos constituit, hac in prouincia fuit postea ædificata Tharson mater urbium quam Cadmus amnis interfecat, mira suauitate insignitus, hæc prouincia inter

cætera crocum optimum abundantissimé producit. Cilices autem qui mediterraneo mari erant proximi, magnus Pompeius propter eorum pyraticam uitam omnino deleuit.

Phœnix uero secundus germanus una cum Cadmo (ibidem fratre derelicto) cum mul to comitatu inde profectus per mare rubrum in Syriam perueniens, ibidem urbem condi dit, quam à multitudine piscium Sidonam appellauit, eò quòd tali nomine piscem ipsi uo carent. In qua Phœnix postmodum regnans ipsam regionem à se Phœniciam nuncupa uit, ibidémque Phœnix ipse quum artificiosus esset uir, quasdam literas (ut Isydorus testa tur) seu literarũ caracteres adinuenit, quas suos Phœnices docuit. Deinde etiam ad eas scri bendas uermiculum adinuenit, unde & color ille phœnicius usque in hodiernum diem di ctus est, & deinceps inoleuit consuetudo, capita librorum ex Phœniceo seu puniceo, id est, rubro colore conscribi.

Phœnicia autem regio à prædicto Phœnice sic dicta, in Syria est & Iudææ cõtermina, terra certé fertilis & frugibus admodum fœcũdá. Vbi quum solertes emersissent homines, in primis ad belli pacisque munera euaserunt eximii, & ut Eusebius scribit lib. 1. Euangeli cæ præparationis, literas & alias pené omnes artes inuenere, utpote ignem ex constrictio ne lignorum excutere, naues fabricare, piscationum & aucupationum artes inuenire, ibidẽ etiam ferrum, & ferri usus primum fuit inuentus. Hi etiam domibus porticus & cameras addidere. Hi quoq; cum quandam Theologiam exquisiuissent, rerum omnium principiũ tenebrosum, ac spiritalem aërem esse affirmare uoluerunt, aut certe aëris tenebrosi spiritũ, ac præterea chaos turbidum omni luce priuatum, & hæc dicebãt esse infinita atque inde terminata, & alia multa fabulosa, quæ hic commemorare superuacaneum puto. Hi namq; Phœnices Græcis adhuc rudibus literas tradiderunt. In hac Phœnicia regione, postea Sydon opulẽta ciuitas, ac maritimarum urbium maxima condita fuit. Est & ibidem Libanus mons altissimus à quo thura leguntur, & Carmelus mons.

Vide inuenta Phœni cum

Libanus mons

3745 Cadmus item Agenoris filius Phœnicisque frater, uir certé sapientissimus ac ingenio celebri præstãs, & ipse hac tempestate (eius fratre Phœnice in Phœnicia derelicto) mox in Græciam commigrauit, ibique secus Hippocrenem fontem sedens ac meditans. 24. litera rum caracteres exquisiuit, illásque primus Græcis contulit, eisque rudes adhuc uti docuit, unde Lucanus. Phœnices primi, famæ si creditur ulli, Mansuram rúdibus uocem signare fi guris. Propter quod confictum fuit ipsum serpentinos seminasse dentes. Ii itaque literarũ Græcarum caracteres fuerunt. 24. uidelicet, qui huic loco annotantur.

Alphabetum græcorum.

αα ββ ΓΓ ΔΔΔ εε ζζζ ηη
Alpha ἄλφα Vita βῆτα Gamma γάμμα Delta δέλτα Epsilon ἐψιλόν Zita ζῆτα Ita ἦτα
θθθ ιιι κκ λλλ μμ νν ξξ οοο
Thita θῆτα Iota ἰῶτα Cappa κάππα Lãda λάμβδα Mi μῦ Ni νῦ Xi ξῖ Omicrõ ὀμικρόν
ππ ρρρ σσσ τττ υυ φφ χχ ψψ ωω
Pi πῖ Ro ῥῶ Sygma σῖγμα Taf ταῦ Ypsilon ὑψιλόν Phi φῖ Chi χῖ Psi ψῖ Omega. i. o magnũ.

His itaque Græcis traditis, etiam simulacrorum consecrationes docuit, ac hymnos compo suit, ac alias multas cærimonias & leges eisdem constituit. Quibus ex sententia gestis, inde haud longé à Parnasso monte cum uenisset, oraculum consuluit, à quo respõsum accepit, ut bouem sequeretur indomitam, atq; ibidem ubi ipsa consisteret, sibi sedẽ deligeret. Quæ in destinatum locum cum deuenisset, ibidem conquieuit. At Cadmus, boue illic capta, diis confestim immolauit, locúmque ab ipsa boue Boetiam nominauit. Eo quoq; in loco Thebanam aliam urbem, ad antiquarum Thebarum similitudinem, quo ex Aegypto uenerat, ædificauit, in qua & sui regni sedem constituit. Ibique cum Armoniam Veneris filiam in uxorem duxisset, Semelem & sorores eius ex ea suscepit. Amore autem Semelis Ioue capto, ac exorata tanquam ad Iunonem, diuino ad eam modo accedere cum uoluisset, nec il la tulisset, ipse Iouis fulgura & tonitrua in ipsam uertit. Hunc tamen talem & tantum ui rum, Amphion tandem é regno proiecit, quo autem mortis genere obierit nusquam inue nitur.

Vide huius hominis documenta mul ta

Thebæ ciuitas in Boetia.

Thebæ

Thebæ Thebæ igitur alia ciuitas ab ipso Cadmo in Boetia ædificata est quam Amphion Mercurii filius(postquam eum é regno eiecit)muris cinxit,aliisque ædificiis exornauit. Qui cũ cementarios conduxisset,adeò ipse(ut Seruius scribit)dulciter lyra cecinit, ut etiam saxa in muros prosilirent,dicente Horatio,Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis,Saxa mouere sono,testudinis & prece blanda Ducere quo uellet &c. Hanc autem urbem magnus Alexander Macedo,uniuersis ciuibus sub corona prius uenditis,funditus postea euertit.Hæc ciuitas postmodum aliquantisper instaurata,nostra ætate exiguum existit Thebarum castellum à Turcis,proximis annis,cum tota prouincia occupatum.

Vide amphionis dulcissimos cãtus.

Boetia Boetia autem Europæ regio à boue per Cadmum denominata,in Achaia sita est,& in confinio Atheniensi constituta,quam nonnulli sub Attica prouincia comprehendi uolũt, ubi & mons Cytheron est,fabulis & carminibus celebratus,hac in regione(ut Plinius lib. 31.refert)est fons & flumen Erinum duobus fontibus auctum,quorum alter memoriam,alter obliuionem affert. Fuit autem Boetia duorum numinum uidelicet Liberi patris atque Herculis patria,ut Pli.lib.31refert. Deuenit postmodum hæc insignis prouincia sub Macedoniæ regibus,post Christum autem à Vandalis occupata,Vandalia est dicta.

Europam autem Agenoris filiam,prædictorúmque germanam,per hoc tempus quadã incredibili pulchritudine floruisse constat. Quam quidem adolescentulam,ut etiam Ouid. in.3.Meta.narrat,Iupiter eius nominis tertius rex,ob eius immensam formositatem adeò adamauit,ut dementatus post eam mugire taurorum more coactus fuerit. Verum quũ ad eius concubitum peruenire non posset,Mercurium ex Creta in Phœniciam misit, cui & imperauit ut armenta quæque,quæ in Phœnicum montanis cerneret,in litt9 perduceret, ubi,scilicet Europa cum multis puellis ludere consueuerat. Quod Mercurius quum effecisset,confestim Iupiter(ut erat magicæ artis peritissimus)sese in taurum candidissimũ transformauit,séque armentis immiscuit. Quod dum uirgo cerneret animal pulcherrimum atque mansuetissimum,eo plurimum delectata,in eius dorsum conscendit, euestigióque taurus cum ea in mare descendit,quam territam & dorso imminentem, natando in Cretam transportauit,ubi Iupiter in ueram conuersus formam uirginem uiolauit,prægnánsq; effecta Radamanthum & Sarpedonẽ filios ædidit. Iupiter uero post hac in eius sempiternã memoriam tertiam orbis partem,Europam ex eius nomine nuncupauit. Hanc tamẽ Asterus Cretensis rex postmodum in coniugem assumpsit,quo autem mortis genere obierit nusquam inuenire potui,ipsius autem imaginem peregregiam Pythagoras philosophus ex ære effigiari fecit,quam & Tarenti ad perpetuam sui memoriam collocauit. Fuit quoque & alia Europa Oceani & Thetios filia,ut Hesiodus scribit.

Europa. Europa itaque totius orbis pars tertia,ab Europa fœmina prædicta sic nũcupata, quam Plinius scribit altricem fuisse uictoris omnium gentium populi, longéque terrarum pulcherrimam,quam etiam plærique merito non tertiam portionem fecere,uerum æquam,in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, uniuerso orbe diuiso,protenditur. Incipit igitur à flumine Tanai,& per septentrionalem oceanum usque ad fines Hispaniæ uadit. Terminos habet ab oriente ipsum Tanaim & pontum, à meridie mare nostrum, à septentrione & occasu oceanum. Gẽtium prima est Scythia siue Sarmatia quam fluuius Tanais ab Asi Scythia diuidit,hanc plerique Rusiam é nostro æuo dicũt, in ea regiones sunt Alania,Daciã,Gothia,atq; aliæ plurimæ,prout suprà expressũ est à nobis libro.2.ubi de Scytis dictum est. Ad oram uerò ponti est Misia superior,nunc Seruia & inferior Misia,nunc Bosina & Bulgaria. Inde Vngaria intra Danubium.4. Alpes,post hãc Valachia regio admodum lata, deinde subsequitur Thracia ubi est Constantinopolis totius Græciæ caput. In qua sũt regiones Attica, quæ & Achaia,Boetia,& Friges, Gethæ,Lelges, & Tytanes. Macedonia autem his est proxima,in qua sunt Calcedica,Magnesia,Migdonia,Pallene,& Thessalia,has quoque subsequitur Peloponnesus seu Morea,in qua sunt Arcadia, Argia, Laconia seu Obelia,Lychaonia, Mesenia & Sparta,post has per angustias Isthmi fluminis occurrit Epirus,Albania,Illyria,Dalmatia,Croatia & Histria,ultra Danubiũ uersus septẽtrionem est Germania maxima,usque ad oceanum uariis populis & regionibus distincta, uidelicet

uidelicet superior & inferior ubi sūt regiones Carnia, Carinthia, Styria, Austria, Morauia, Slesia, Prusia, Saxonia, Phrysia, Holandia, Salandia, Vuestulia, Assia, & Bauaria, Flandria, Vindelicia, Cymbri, Sicambri, & Sueui, & Theuthoni, ultra Rhenum maximum Germaniæ amnē est Gallia quæ in pluribus discreta est regionibus & populis, in primis Andagauia, Aquitania seu delphinatus, Belgica quæ nūc Burgondia, Picardia seu Lotoringia, Normandia seu Lugdonensis, deinde etiam Auerni populi, Belloaci, Boii, Celtæ, Cenomani, Dryedæ, Duratii, Hedui, Heluetii, Nernii, Santones, Senones, Sequani, Troueri, & Sabaudienses. Vltima terrarū uersus occasum est Hispania, quæ in plures diuiditur partes, & populos, uidelicet Bethica quæ & Granata, Gallatia quæ nunc Portugallensis, Lusitania, Nauara regnum Persæ, Taraconia, & Carthaginensis, ac Celtiberi & Vascones populi. Vltimo loco est Italia nostra totius orbis celeberrima, in qua est Roma, Neapolis, Florētia, Venetia, Mediolanum, & Genua præstantiores urbes & regionum capita. Quæ quidem Italia, licet nunc in sexdecim subdiuidatur regionibus, uiginti sex tamen nominibus antiquis temporibus appellatæ sunt. Quarum nomina sunt hæc.

Aprutium	Forumiulium.	Locri populi	Patrimonium.	
Apulia	Insubres	Lombardia	Picenum	Vmbria
Brutii	Histria	Lucania	Phalysci ethrusi	Venetia
Campania	Latinum	Magna græcia	Sabini populi	Volsci
Calabria	Liguria	Marsi populi	Terra laboris.	
Aemilia	Lestrigones populi	Monsferratus.	Thuscia	

Et hæc de mediterranea Europæ terra satis superque. Insulæ Europæ celebriores.

Gades insula ultimus Europæ terminus est in fine regionis Bethicæ constituta, in qua Herculis uisuntur columnæ. Hæc à continenti angusto spacio, ueluti flumine, est abscissa, ut Pomponius libro. 3. scribit, quæ oceanum spectat, duobus promōtoriis in altum est euecta. In altero cornu eiusdem nominis urbem habet opulentam. In altero templum Herculis Aegyptii, conditoribus, religione, uetustate, & opibus illustre, ossa illius ibi sita dicūtur. Nascitur in ea arbor similis palmæ, cuius gumma infectum uitrum Ceraunium gēmā reddit, in hac Gerionem uitam duxisse probatur. Britannia quæ nunc Anglia dicitur, permaxima insula in oceano Gallico. Ibernia in oceano septētrionali contra Iberiam est sita, in qua nullus anguis. Maiorica & Minorica quæ Baleares dicuntur, in mari Iberico sunt. Stechades quinque insulæ sunt in fronte Narbonensis prouinciæ, Sardinia de qua dictum est, inter Aphrycum & Tyrrenum pelagus. Corsica in Ligustico mari, Aeoliæ seu Vulcaniæ insulæ iuxta Siciliam. Sicilia ipsa Italiæ insula in Siculo mari. Corsica & Sardinia Italiæ insulæ, & Creta nobilissima, de quibꝰ omnibus satis dictū est. Et Corcyra quæ & Corfu, in mari Ionio, Epiro adiacens, insula quidem fertilis & copiosa, in qua Alcinous diligens hortorum cultor regnauit. De quo Virgilius. 2. Georgicorum. Pomáque & Alcinoi syluæ. & cætera, id est, arbores pomiferæ, quas ille plātauerat. Corcyra nihilominus alia est quæ ad huius differentiam nigra cognominatur, Dalmatiæ adiacens de qua Ptolemæus lib. secundo scribit. Sunt & aliæ in oceano septentrionali, aliisque in locis insulæ, quas commemorare longissimum esset.

Gerion
Britannia
Ibernia
Maiorica
Corfu
Alcinous

Iudicum Historia hic incipit.

Othoniel

3759 Thoniel primus iudicum Hebræorū, hoc anno, mortuo Iosue filio Nun, principatum inter Hebræos suscipiens, iudicauit Israelem (iam in terra sua constitutum) annis, 40, Hic Caleph optimi uiri iunior frater fuit, uerum creditur quod mortuo Iosue, ipse Caleph in locum eius successerit, sed ob temporis breuitatem, nec inter duces, neque inter iudices sit annumeratus. Tribus quippe Iudæ & Simeonis, mortuo Iosue, ascenderunt Hierusalem, & uniuersam prorsus incenderunt, sed Iebuseos illius incolas eiicere nequiuerunt, inde tamen ipsa tribus profecta & Gazam & Ascalonem urbes occupauit & comprehendit, uerum quia secundum præceptum domini ipsarum habitatores non interfecerunt, quinimo ibidem libidinibus & idolis turpiter uacarūt, confestim dominus eos in manus regū Syriæ & Mesopotamiæ tradidit, qui eos octo annis

tributis, & uexationibus multis oppreſſere. Ipſis autem Iudæis, pro huiuſmodi afflictioni-
bus & tribulationibus humili prece ad dominum clamantibus, dominus pietate permotus,
hunc Othonielem excitauit eis liberatorem, qui ſecundum Ioſephum cognominatus erat
Zenes de tribu Iuda uirum utique uiribus, & ingenio ſtrenuum atq; induſtrium, nec non
& prudentia fortiſſimum. Qui reſponſo accepto, ne uidelicet populum ſuum in huiuſmo
di neceſſitate conſtitutum deſpiceret, confeſtim exercitu non modico congregato, in ho-
ſtes inſiluit, & uniuerſos ualida manu fudit atq; proſtrauit. Quam ob uictoriam eueſtigio
ab uniuerſo Iſraël princeps & iudex eſt delectus & confirmatus, cuius uirtute & induſtria
terra duobus &.30.annis quieuit. Hic Axam fratris ſui Caleph filiã duxit uxorem, cui idẽ
pater Caleph pro dote dedit irriguum ſuperius & inferius in ciuitate Cariatharim, quæ li
terarum ciuitas interpretatur, ut patet Iudicum primo.

Phinees magnus Hebræorum ſacerdos, Eleazari ſummi ſacerdotis filius, eo anno quo
Othoniel, & ipſe ſacerdotii dignitatem obtinuit, uerum quantum ſederit, nulla habetur no 3760 1439
titia, uir per omnia ſtrenuus. Qui ante pontificatum, quum ab Ioſue exercituũ imperator
eſſet conſtitutus, plurimos debellauit hoſtes, ſed & poſtquam pontificatus honorem ade-
ptus fuit, domino deo Iſraël, cum omni bonitate uitæ, reuerentia, & timore iugiter deſe-
ruiſſe compertus eſt. Ea propter dominus ipſe illi teſtamentum pacis contrà dedit. Hic e-
tiam à ſua adoleſcentia (ut ſacra eius habet hiſtoria) zelum dei plurimum zelaſſe uideri ui-
ſus eſt. Quia quum filii Iſraël, filii, ſcilicet belial, præſente Moyſe Belphehor initiaſſent, & ſa
crificia mortuorum, more gentium comediſſent, uidiſſet præterea ducem ex tribu Simeon
nomine Zãbri, præſente omni populo, acceſſiſſe ad Madianitẽ pulcherrimã ſcortũ, de me-
dio cõſurrexit, & ſuo pugione arrepto, in fremitu in lupanar introiẽs, ãbos coeũtes in ge-
nitalibꝰ perfodit atq; interfecit, propter quod dominꝰ ſtatim ad Moyſẽ dixit. Phinees ſeruꝰ
meus Eleazari filius, filii Aarõ ſacerdotis irã meã à filiis Iſraël utiq; auertit, quia zelo meo
ſuccenſus eſt contra eos, ut nõ delerẽ eos in furore meo. Eã ob rem dominus ei conſtituit
ſacerdotiũ ſẽpiternũ. Tãdẽ de deo, déq; hominibꝰ bene promeritꝰ, bona ſenectute, in pace
quieuit, ſepelitur autẽ in ſepulchris patrũ ſuorũ inter ſãctos aũt ueteris legis merito cõnu
meratꝰ. Pandion Erictonii regis filius, quintus Athenienſiũ rex, hoc ãno, qui eſt octauus
iudicis Othonielis, Atheniẽſibꝰ regnare cœpit, &.40.annis regnauit. Hic duos ex coniu-
ge ſua habuit filios, & totidem filias, magnúmque bellum diu cum rege Thracum geſſit, 3766 1433
tandemque cũ pace reuerſus unam ex filiabus nomine Prognen ipſi regi Thracum matri
monio copulauit, quæ cum Ithim illi peperiſſet filium, mox in deſiderium uidendi Philo-
menam ſororem ſuam uenit, orauítque ipſum ſuum maritum, ut aut Athenas ipſam mitte
ret, aut ab Athenis Philomena accerſeretur. Tereus itaque Athenas uadens, à Pãdione re-
ge impetrauit, ut Philomenã ae Prognẽ adducere poſſet. Quæ quũ ſpecioſa nimiũ eſſet, &
ab ipſo plurimũ amaretur, ab eo in eodẽ itinere oppreſſa fuit, minãtiq; eũ Progni ſe accuſa
turã, eidẽ mox linguã abſcidit, & ita in quadã domo illã taliter reſeruauit. Tãdẽ ad Prognẽ
uxorẽ cum ſordidatꝰ ueniſſet, dixit Philomenã nauſea maris eſſe defunctã, ſed à Progne
uxore ueritate tãdẽ cõperta, Ithim filiũ propriũ patri comedẽdũ appoſuit, quẽ quũ pater
comediſſet Philomena ſtatim adfuit, & filii caput eidẽ in mẽſa appoſuit. Pro quo in iracũdia
magna pater cõmotꝰ, dũ illas nimio furore gladio inſequeretur, factũ eſt ut miſeratiõe deo
rũ, Prognes in irũdinẽ auẽ uerteretur, Philomena ſimiliter in auẽ ſui nominis, ac Tereꝰ rex
in upupã, atq; ita omnis regia domus hoc modo trãſſormata fuit. Hæc autẽ quanquã fabu
loſa uideãtur, magnũ tamẽ ſenſum habere uidentur, quem quidẽ aliis exponẽdũ relinquo.

Dionyſius qui & Liber pater ſeu Bacchus dicitur, hiſdẽ tẽporibus, diuo patre Aug. te
ſte, ex Semela Cadmi ſuperioris naſcitur, qui adultus quum eſſet ingentis animi & ingenii
uir, primus uitis uſum atq; plantationẽ Græcos docuit, inuenit quoq; quandam coctionẽ
ex ordeo confectã, quam ceruiſiam appellauit, deinde exercitu magno non ſolum uirorũ
ſed mulierum congregato, uniuerſum penè illuſtrauit orbem, & iniuſtos atq; impios homi
nes atrociter puniuit. Erant autem eæ mulieres, & aliæ muſæ quæ ſequebãtur eum, in pri-
mis haſtis thyrſo armatæ, & plurimũ ornatæ uirginitate. ſ. & omni doctrinæ genere fulgẽ
tes, quæ ſuis tripudiis, ipſum tanquã deũ permulcebant, erátq; eidem inſignis pædagogus
nomine

nomine Silenus, cuius doctrina & consilio, uirtutem mirificè fuit complexus, ipse etiã (ut Eusebius refert) primo theatrum, & musicam, ac harmoniam inuenit, atque similiter torcularia, unde & Bacchus à baccis dictus fuit, inde etiam ordinē militarem primum inuenit, propter quod & ludi scenici illi fuerunt instituti, eam maximè ob rem Indis bellum grauissimum intulit, in quo bello multas Amazonas mulieres adiutrices habuit, multas urbes condidit, quas inter Orchas in Græcia, ac Nisibin à Nino rege conditã instaurauit quam & .50. milibus uirorum adimpleuit.

Dionysius alter qui propriè Liber pater cognominatur, in diebus Moysi fuit, quem de industria hoc in loco reseruaui, uir planè potentissimus atque splendidissimus, qui & memorabilia gessit opera, hic in Aegypto natus quum deum Aegyptios Israëlitarum persecutores uariis plagis affligere animaduerteret, ueritus Aegyptum fore perituram, inde cum multis discedens in Indiam accessit, & regionem illam cum exercitu armatus inuasit, ut Thucidides historicus Græcus refert, homines illos Indos rudes agrestésque, corticibus arborum, & crudis ferarum carnib9 utentes, in urbes legit, boues quoq; aratro iungere, frumenta serere, deos colere, nutrire comam, mitram ferre, & unctiones unguentorũ docuit. Hic etiam Indos armauit martialibus armis, & ipsos ad usum uitæ cultioris erexit, quibus ita compositis cum uellet inde abire, atque alias lustrare regiones, Bacchosissimum Spartam amicissimum regem eis dimisit, & ex suis ueteranis militibus heroas collaterales prædicto regi cõstituit. Ipse autem Bacchosissimus regnauit super Indos quinquaginta & duos annos, quo mortuo Budam filium successorem reliquit, qui regnauit annis uiginti. Ac post ipsos reges per duodecim generationes heroum soboles usque ad Herculem in India regnarunt.

3767 Epopeus decimusseptimus Sicyoniorum rex, anno nono iudicis Othonielis Sicyoniis regnare cœpit, & regnauit annis.35.

Lynceus undecimus Argiuorum rex, post Danaum regem patruum simul & socerum suum, & ipse eodem prædicto anno regnare cœpit, & uno ac quadraginta annis regnauit. Hunc Ouidius appellat Lynum, qui ex quinquaginta fratribus suis & Aegysti filius, pietate Hypermestræ sponsæ suæ, à morte solus euasit, pro quo Hypermestra in carcerem coniecta à patre fuit. Demum Danao socero & patruo rege regno pulso, pro eo Lynus hic regnauit, móxque Hypermestram coniugem suam dilectissimam è carcere educens, eam meliori homini sibi coniugio iunxit, regnique participem fecit, non solum reginam, sed & Iunonis Argiuæ sacerdotem fecit, atque Hypermestra, propter pietatem maritalem, duplici splendore semper postmodum ornata comparuit. Tādē Lynceus hic & Hypermestra tribus filiis, scilicet Abante, Isio, & Acrisio, post se relictis, diem in pace clauserunt.

3769 Beloeus decimusoctauus Assyriorum rex, decimo Othonielis iudicis Hebræorum anno post Amyntham regem patrem suum, suis regnare cœpit, & regnauit annis.25. cuius filia Athosa, quæ & Semiramis, cum eodem suo patre, septem annis regnauit.

Viri disciplinis excellentes.

Minos Iouis tertii & Europæ filius, Lynceo apud Argos regnante, ut Euse. in. 10. Præparationis Euangelicæ testatur, & ingenti sapientia, legũmque optimarum solertia, ac cæteris penè omnibus uirtutibus excelluit, qui inter cætera non solum suis Cretensibus subditis, sed & Græcis omnib9, & ad modum æquus, & iustitia seuerus fuit, quamobrem se in cunctis Ioui planetæ similem uideri uisus est. Edidit igitur primus, atque cõscripsit leges optimas, & illas Cretensibus, atque Græcis, quum nullas habuissent, tradidit atque explanauit, quæ cum optimæ essent tanquam à Iouis filio editæ, magno in precio habitæ sunt. Hic bellum durum cum Athenienſibus & Megarensibus, in ultionem filii sui quem occiderant, habuit. Tandem bona senectute confectus, relictis post se Androgeo & Glauco filiis, ac Ariadna & Phedra filiabus, in pace quieuit.

Lynus Thebeus, optimus musicus, Mercurii è Medusa urania filius, per hoc tēpus Eusebio teste in musica & aliis uirtutibus claruit, qui primus è ueteribus poetis, quadã diuinæ mentis instigatione commotus, peregrina carmina mensuris & temporibus regulata multa confinxit,

Othoniel

ta confinxit, quique, sicut Hermodorus primo disciplinarū testatur, scripsit mundi totius generationes, uidelicet solis & lunæ cursum, animaliumque, & fructuum generationes, ubi in primo sui operis uersu, cuncta simul nata fuisse dixit, quem secutus postmodum Anaxagoras, facta similiter omnia comprobauit. Occubuit autem tandem in Euboea, ab Apolline sagitta trāsfixus. Cui Virg. in Buc. dixit patrē fuisse Amphionem similiter musicum, Iouis ex Anthiopa uxore filium, licet alii dicant Mercurii, etiam hisdem temporibus floruisse dicunt qui secundum Plinium in septimo primus musicam inuenit, & lyra canendo Thebanos muros struxit, dicente Seneca in Hercule furente, Cuiusque muros natus Amphion Ioue Struxit, canoro saxa modulatu trahens. Hic (ut diximus) Thebas urbem in Boetia ampliauit, ubi & cum fratre diu regnauit. Ipse præterea cum Zeto & Chalae fratribus suis, in ultionem matris suæ Lynceum prædictum Argiuorū regem occidit, eo quod matrē suā occiderit & Cadmum regno depulerit, Niobem deinde Tantali filiam accipiēs uxorem, ex ipsa septem genuit filios & totidem filias, qui cū omnes una die defecissent, desperatus in semetipsum manum iniiciens, turpiter occubuit.

Zetum autem prædicti Amphionis fratrem, & ipsum per hoc tempus, & eloquentia, ac musica præditum floruisse ac regnasse Homerus dicit. Hic in ultionis uindictam Lynceum prædictum regem, unà cum germano Amphione tandem interfecit, quē tamē Lactantius & Seruius asserūt admodum fuisse subrusticū uirum, & si cū fratre regni gloria fuerit insignitus, duos & ipse filios, uidelicet Ithylum, & Theym, ex Aydona cōiuge post se reliquit.

Sachomato historicus natione Brutius, uir peritissimus atque curiosissimus, his temporibus floruisse, ut Eusebio placet, dicitur, qui adeò insignis fuit, ut nihil eorum quæ ab initio memoratu digna facta fuerant, ignorasse uisus fuerit: in Phœnicum etenim lingua historiam cōscripsit perpulchrā atq; exquisitissimam, eámque omnes in nouem libris cōprehendit, quam quidem historiam Philo Biblicus postea in Græcum transtulit. Eas quippe historias Porphyrius in quarto eorum, quos aduersus Christianos euomuit libros, magnis decorauit laudibus. Is etiam Sachomato aliam Phœnicum historiam, partim singularium urbium annalibus, partímque à sacris libris, qui dedicari solebant, solerti collegit ingenio, et hunc quoque librum prædictus Philo Biblicus in Græcam linguam exactissima cura traducere curauit, Porphyrius autem ueritatem & antiquitatem huius Sachomatonis historiæ, his uerbis testatur dicens. In hac quippe non creator omnium nec cœlestia corpora, sed mortales uiri nec probi quidem, quos saltem propter uirtutem admirentur, sed scelesti, nephandorúmq; morū Phœnicū, Aegyptiorúmque dii fuisse narrantur, isti scilicet ipsi qui etiam nunc apud omnes gentes, quasi dii immortales, honoribus coluntur diuinis.

Taurus natione Phœnix, Misoræ optimi uiri inter eos filius, quem Græci Mercuriū uocant, longe ante Moysen fuit, & literarum elementa lingua Phœnicia primus conscripsit, atque historias multas composuit. Huic autem Misoram patrem optimum fuisse referunt, uirum utique iustum, quem salem eiúsque usum primum inuenisse tradunt. Et huic quoque Magus nomine pater fuit, qui & ipse greges & magalia construxit. Istū etiam, ex quibusdam Tytanibus ortum traduxisse referūt, qui piscationes & uenationes primi inuenerūt. Horum præterea origo à quibusdam fuit, qui & ipsi ferrū & ferri usum primi inuenerūt, nec non & ab Vsone quodam permaximo uiro, qui primus corporibus humanis tegumenta ex pellibus ferinis confecit, primúsque cæsis arboribus & arbustis, cum eisdem in mare intrare non extimuit, ipse duo simulacra uidelicet igni & uento erexit, quæ adorās sanguine ferino perfundebat. Hi igitur omnes quum naturæ cessissent, tāquam dii ab omnibus habiti, eisdem statuas erexerunt, & celebritates statuerunt.

Salis inuentū. Magalia. Venationes Ferri usus. Tegumenta prima.

Niobes Amphionis prædicti regis uxor, & Tantali Phrygum regis filia, per hoc tēpus inter egregias mulieres, non solum regia dignitate, sed & præcipua filiorum fœcunditate, atque mirifica sapientia, plurimum illustrata fuit. Hæc teste Diodoro lib. 5. filios septem, & totidem filias uiro peperit, summo decore præstantes, de quibus multum gloriabatur, præferendo se Latonæ Apollinis & Dianæ matri. Quamobrem ferunt Latonam fuisse motā unde & Apollini ut filios, Dianæ ut filias arcu interficerent mandauit, qui mox matri obtemperauerunt

temperauerunt. Ea propter Niobes mater tot filiorum funeribus superstes, uidua mœstaque, in tam grandem & obstinatam taciturnitatem deuenit, ut potius immobile saxũ quã fœmina uideretur. Quamobrem à poetis postea fictum est, eam apud Syphilum, ubi filii fuerant sepulti, in lapideam statuam fuisse conuersam, dicente Ouidio.

Quæque superba parens saxo per corpus oborto,
Nunc quoque Mygdonia flebilis astat humo.

Mygdonia autem Niobis patria est, Macedoniæ quædam littoralis pars, ab Aenea ciuitate incipiens & usque in Termicum sinum protenditur. Mygdonia.

Caria regio minoris Asiæ, his temporibus, regni titulos à Minoe prædicto ibidem primum regnante suscepit, se quidem ultro subdidit, à quo & mirificè informata, & illustrata fuit. Ipsa nãque à Cara rege primum cognomentum habuit. Qui rex (teste Plinio lib. 7.) auguria ex auibus primus comperit. Huius regionis populi primo ut Herodotus refert, Leleges uocabantur, qui & postmodũ Halycarnasii dicti sunt, uiri quondam armorum, pugnæque amatores, adeò ut aliena etiam bella mercede agerent. In hac fuit Halycarnasea ciuitas, postea in littore maris condita, in qua Mausеoli nobilis extat opus, de quo Mar. in decimo Epigrammatum li. refert.

Marmora parua quidem, sed non cessura uiator
Mausеoli saxis pyramidũmque lege.

Est igitur Caria hæc regio nunc Turcorum opulentissima possessio, plenaque uiris opulẽtissimis, quos omnes nostro æuo (post Euboeam perditam) Petrus Mocenicus, postea Venetorum inclytus Dux, tũ classis Venetæ imperator hostiliter inuasit, diripuit, & incẽdit.

Beniamin & Gabaa destructio pro stupro mulieris.

Vir quidam Hebræus de tribu Beniamin in Ephraim habitans, hisdem tẽporibus ex Bethleem in Gabaa cum uxore ueniens in domum cuiusdam senis hospitii gratia, diuertit, à quo & comiter exceptus est, quod cum innotuisset quibusdam iuuenculis ciuitatis, confestim ardore libidinis incensi, domum senis quodam effrenato impetu circũdantes, illi uiolentiam inferre comminati sunt, nisi mulierem eis traderent abutendam, At Semor & Leuites maritus necessitate coacti, eduxerunt iuuenculam illudendam, qua quum tota nocte abusi fuissent, illa mane apud ostium hospitis sui uitam finiuit. Quod infœlicissimus marit9 cernẽs, uxorẽ ea ignominia fuisse extinctã, motus animo, eius cadauer in. 12. partes concidit, eásq; confestim in omnẽ Israël transmisit. Mandauit quoque portatoribus suis seruis, ut cunctis auctores eius mortis proderent. Quamobrem filii Israël omnes rei indignatione permoti in Sylo ante tabernaculum conuenerunt, conclamantésq; uniuersi ad arma processerunt. In ciuitatem uero irruentes, uniuersos, non solum illius ciuitatis, sed totam fere tribum Beniamin, in ultionem stupri, interemerunt. In ea nãque pugna de uiris omnis Israël ad quadraginta hominum millia ceciderunt, sed de sola Beniamin tribu uigintiquinq; millia proditum est. In ciuitate autem illa Gabaa, quum uniuersos tam paruulos quam mulieres in terem ptioni dedissent, etiam igne in urbem coniecto, illam omnino exusserunt & euerterunt, consimilia etiam aliis eiusdem tribus ciuitatibus fecerunt. Adeò nãque tribum illam exterminarunt, ut non nisi sexcenti uiri, qui fuga salutem sibi quæsierũt, euadere potuerint. Proposuerant etenim filii Israël hanc tribum omnino pro huiusmodi scelere delere, sed consilio mutato dederunt qui superfuerant uiris quadringentas uirgines de ciuitate Iabes, quam etiam euerterant, qui cum aliis in prælium accedere recusarunt, sibi autẽ alias ducentas in die festo rapere permiserunt. Atque hoc modo ipsa tribus cum penè tota perisset, Israëlitarum sapientia reparata est, floruitque repente (ut Iosephus refert) & opulẽtiæ dignitate, aliisque bonis omnibus. Hoc itaque bellum ita factum & sedatum est, ut scribitur Iudicum ultimo, & ab Ioseph. in. 5. Antiquitatum libro.

794 Bellopares decimus nonus Assyriorum rex, hoc anno qui est trigesimus sextus Othonielis iudicis annus, suis Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 30. Aioth.

800 Aioth secundus Hebræorum iudex, ex tribu natus Saræ, nobilis uiri filius, hoc anno Dux & iudex super Hebræos constitutus, iudicauit Israëlem annis. 80. uir quidẽ inclytus, & audacia

& audacia ac corpore ad opera exercenda & capessenda robustissimus, qui & in utraque manu maximam fortitudinem habebat. Hic quum uideret Eglon Moabitarum regem, multis incommodis suum populum afflixisse, multásque ciuitates eidem abstulisse, necnon & multa tributa ipsis imposuisse, misertus non minimè his quæ patiebatur, ab iniuria hoc modo (iubente domino) populum suum liberauit. Nam quædam munera ipsi Egloni Moabitarum regi, cum in Ierico obtulisset, eidem secretum mox petiit, quo audito, cõfestim uniuersos aulicos è conclaui abire præcepit, quibus ex sententia egressis, e uestigio Aioth in corde percussit, & adeò ualide ut in uulnere capulus ferrum sequeretur, gladiúmq; in uulnus derelinquens è conclaui egressus est, clausam ianuam dimittēs, eo sic interfecto, Aioth Hierecunthis Israëliticis latenter rem à se gestam indicauit, qui gaudio repleti, sumentes protinus arma cum maximo impetu in hostes irruerunt, & alios quidem peremerunt alióſque fugauerunt, & ex ipsis ad. 10. millia interfecerunt, reliquos autem extra confines suos eiecerunt, ac sic eo modo Hebræi, uirtute Aioth, ab inimicis liberati sunt. Et hāc ob causā Aioth principatus honore à plebe honoratus est, et cum hanc dignitatem. 80. annis fœliciter tenuisset, in senectute bona defunctus est, omni uirtute & laude dignus. Sangar autem quidam Anath filius, post hunc cum electus esset, uir quidem strenuus, qui uno uomere sexcentos uiros occiderat, primo anno uitam finiuit, ut habetur Iudicum. 4. cap.

Tantalus primus Phrygum rex, Iouis tertii (ut aiunt) ex Plothe nympha filius, in hoc tempus usque peruenit, qui quum immensæ procēritatis esset uir, ingentia & gessit præclara facinora, nam & bellum, ob raptum Ganymedem aduersus Troum Dardaniæ regem, & ipsius Ganymedis patrem habuit, uerum cum esset auarissimus homo, & ut rem suam domesticam augeret, popularem pecuniam nimium exhaurire semper uellet, eam ob rem finxerunt poetæ, eum aliquando deos ad solēne conuiuium inuitasse, quibus ut eorum diuinitatis experimentum faceret, inter cætera Pelopem filium eius comedendum apposuit, mentitus alias carnes fore, qui facinus cognoscentes non solum abstinuere, uerum etiam collectis in unum membris, puerum etiam ad uitam reuocarēt. Propter quod scelus Iupiter in ultionem ipsum mox in infernum detrusit, ubi & hoc damnauit supplicio, ut usque ad eius inferius labium limpidissima diuersaretur aqua, insuper & ei inclinari arbores redolentibus pomis ad eius usque os statuit, quæ dum carpere conaretur, omnia diffugiebant, ab ipsoq; extollebantur, ac sic factum est, ut inter poma, aquásque positus Tantalus, fame & siti deficeret, dicente quodam poeta.

Nec bibit inter aquas, nec poma pendentia carpit
Tantalus infœlix, quem sua facta premunt,
Diuitis hæc magni facies erit, omnia laute
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

Hunc igitur duas proles ex Taygeta uxore legimus habuisse, Nioben prædictam & Pelopem. Huius autem Tantali regis supplicium, detestabilem auari hominis uitam ostendere uidetur, qui aurum & cætera congregans, eisdem uti ad necessitatem nescit, ita ut etiam fame & siti aliquando periclitetur.

Phrygia autem huius Tantali regnum est minoris Asiæ prouincia, à Phrygia Cecropis filia sic cognominata, hæc Troadi subiecta est, quæ (ut Solino placet) ab aquilonari parte Gallatiæ est collimitata, à meridiana, Licaoniæ, Pisidiæ, Migdoniǽque contermina, à meridie uerò Ida mons, & Timolus croco florentissimus. In hac fuit Dardania, quæ postea à Troo Troia dicta fuit, ex hac originē duxit nona Sibylla, quæ Anciræ uaticinata fuit. Tuba de cœlo uocem luctuosam emittet.

Tantalus alius Corinthiorum rex fuit, quem dicunt Iouis secundi fuisse filium, uirum utique piissimum & adeò ut dicatur à poetis eum Deorum mensis accubuisse, quod ideo fictum puto, quia supremus fuit philosophus, ac eloquentissimus extitit orator, sicut diuus testatur Hieronymus ad Paulinum dicens. Et de Tantali fonte potantē. Eas ob res Corinthii sui arcem excellentissimam eidem extruxerunt, ut qui in eam ascendissent, in cœlum utique ascendere uiderentur. 3802 1397

Pelops

3803 Pelops itaque prædicti primi Tantali filius Argiuorum tertiusdecimus rex, anno tertio Aioth iudicis, Argis regnare cœpit, &c. 52. annis regnauit, uir in primis bellator insignis, qui quũ primũ apud Phrygas regnaret, aduersus Enomaum Elidis atque Pisæ regem bellum implacabile habuit, & hãc ob causam, quod Hippodamiam Enomai prædicti filiam, ab ipso nimium dilectam, in coniugium postulatam denegasset ei, nec cum eodem patre pacẽ habere unquam uoluit, donec quod postulabat impetrasset. Hunc quũ pater Tantalus diis comedendum apposuisset, miseratione ipsorũ Deorum seruatus, resuscitatus fuit. Hic quatuor ex Hippodamia dilectissima uxore genuit filios, Agamennonem, scilicet & Menelaũ, Atreum, atque Thyestẽ, Peloponnesum autem & Cheronesum prouincias à se nominauit, eo quod armis ipsas sibi uendicauerit, quinetiam & Pisas in Thuscia condidisse hunc nonnulli affirmant, Virgilium inducentes, qui in. 10. Aeneidos ait. Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ, Vrbs Hetrusca solo.

Peloponnesus autem prouincia Europæ, à prædicto Pelope rege sic cognominata, nũc à nostris Morea nuncupata, totius Græciæ arx quondam dicta fuit. Hæc Atticæ iungitur, & undique Ionio & Aegeo mari circundatur cum asperrimis & tutissimis promõtoriis, secerniturque ab Isthmo, ac reliquo continente, quem murus perpetuus Examulus appellatus, inexpugnabilis quidem, ab uno mari ad alterum sepit, hæc in forma platani est, quæ & quinque millia passuum latitudinis continet. Ea quippe prouincia adeò omnibus bonis est munita, ut nihil esse queat munitius, habet intus fœcundissimos colles & campos uberrimos, rebúsque omnibus refertissimos, quos hominum uictus cultúsque desiderat. In hac postmodum Corinthus, & aliæ urbes permultæ fuerunt, continet autem regiones Licaoniam, Arcadiam, & Sicyoniam. Hanc talem ac tantam, quum Amurates Otthomanus nostra ætate circunstantes regiones expugnasset, Examulo muro diruto, Peloponnensibus perterritis, se ultróque dedentibus, tributum annuum imperauit, postea autem Machumeto filio expugnata Constantinopoli urbe permaxima, etiam tota hæc Peloponnesus Turcorum imperio adiecta est, quorum tyrannidem, & incolarum ignauia, adeò nũc est omnibus exinanita bonis, ut in ea nihil inueniatur laude dignum, Et cum esset olim in uniuersa Græcia, & uiris doctissimis & opibus pollens, nunc iis uacua est prorsus, accidit etiam quod lingua ipsa, adeò propter Turciam facta est deprauata, ut nihil omnino sapiat priscæ illius & eloquentissimæ Græciæ, mores uerò barbariores omni barbaria. Huius autem mali, paleologi principes inopia pressi, primi causa fuere.

Cheronesus autem ab eodem Pelope occupata, & tali nomine appellata est, terra undique mari ferè cincta, quæ nisi paruo contineretur, insula dici posset.

Erichteus sextus Atheniensium rex, Pandionis regis filius, post patrem octauo Aioth
3807 iudicis anno regnum suscipiens, regnauit annis. 50. Hunc Homerus in lib. 2. Iliados scribit fuisse magnanimum regem, & à Minerua à principio susceptum atque educatum, huic populo demum rex præfectus est, propter quod Athenienses annua Mineruæ solennia taurorum scilicet & agnorum sacrificiis, sua in urbe, ab illo & deinceps agere cœperunt. Hic Orythiam pulcherrimam genuit filiam, quam quum Boreas adamasset, & sibi in coniugiũ expostulasset, nec impetrare potuisset, eam ui sibi rapuit, & in Thraciam transtulit, ubi ex ea Zetum & Calaym procreauit, quem fabula uentum fuisse confingit.

Laomedon decimusoctauus Sicyoniorum rex, anno sextodecimo Aioth iudicis Israël, suis regnare cœpit, & quadraginta annis regnauit. Hic cum Ilionis regis filius esset, & Troianæ seu Ilionis urbis muros extruere cœpisset, ei pecunia deficere cœpit. Verum quum audisset apud Troianos esse multam pecuniam, in sacrario Apollinis & Neptuni reseruatam, à ciuibus mutuo eam expostulat, quámque & iureiurando promisit se fore restituturũ, & non solum eandem, sed & de propria in prædictis locis multo plura fore largiturum, atque ita dicta pecunia recepta, in ædificationem murorum ipsius urbis omnem expendit, nec tamen exinde repetẽtibus ciuibus unquã restituere uoluit, pauloque post aduenientibus aquarum maxima inundatione atq; peste, adiudicatũ est, ea aduenisse ob periuriũ & deorũ deceptionẽ, Poetæ autẽ finxerunt, quod quũ Laomedõ ipse

ciuitatē muris circundare statuisset,cum Apolline & Neptuno conuenit,ut muros ipsi conficerent,mercede in primis iuramento promissa,quos cum perfecissent,Laomedō rex promissa seruare recusauit.Quamobrem Dii ipsi indignati,aquis & peste urbē strauerūt. Huic itáque multi filii ac filiæ fuere,quos inter Priamus magnus eius successor unus fuit, atque Hesione,quam cum magno Herculi matrimonio promisisset,& eidem postea denegasset,iratus Hercules,tandem urbem captā euertit,& ipsum Laomedōtē regē interfecit.

Abbas Lyncei regis ex Hypermestra coniuge filius.12. Argiuorum rex, uigesimo secundo Aioth iudicis Israël anno,suis regnare cœpit,& regnauit annis.23.Hunc autem bellicosissimum & acerrimi ingenii hominem fuisse dicunt, qui cum multa strenuè gessisset facinora,Prithum & Acrisium duos post se reliquit filios. 3822 1377

Perseus uir nobilissimus,ac totiꝰ nobilitatis Græcanæ pater, Iouis & Danaes Acrisii Argiuorū regis filiæ,ex adulterio(ut aiunt)progenitus,his temporibus unà cum matre Danaë mulierum prudentissima in Italiā ad Rutilorum regem se contulisset,eidémque mater ipsa matrimonio coniuncta fuisset,ibidem Ardeam urbem condidit,quam Hannibal Pœnus postea exussit,qua quidem cōdita in Græciam rursus rediens,suum auum Acrisium(licet non sponte)interemit,pro quo timore perculsus,suos Argolicos dimisit,ac in Mycenas se repente transtulit,atque ibidem primum principatum obtinuit. Inde etiam traiiciens tandem in Asiam deuenit.Vbi & Persis à se domitis,illi patriæ æternum sui nominis cognomentū dedit. Ibidémque Persipolim urbem postea totius regni caput cōdidit,& à se id nomen urbi imposuit,atque Atlantem Maurorum regem in Apollodoro obsidens, demum superatum inde fugauit.Post hæc etiam Medusam Sardiniæ insulæ reginam locupletissimam,Gorgonem dictam,artificio mirabili interficiens,suas infinitas propè diuitias rapiens, in Persiam deuexit.Vnde confictum fuit Gorgonis caput fuisse serpētibus crinitū,quod pro diuitiis accipitur. Fertur quoque ipsum & alios quosdam superasse,scilicet Phyneum & eius socios,id est,uitia in nuptiis perpetranda,item Protheum uatem magnúmque philosophum, qui relicta paterna patria,prius in Carpato insula regnauit, Aegyptiisque imperauit.Qui tanquam eruditissimus philosophus primus scripsit hominis naturam fore duplicem ,terrenam,uidelicet & cælestem.Polidetem præterea Magnetis filium,suúmq; nutritorem superauit,qui uidelicet,uitiorum pluralitatem significat. Deniq; & Dionysium, qui liber pater nuncupatur,in Persia interfecit.Alia quoque permulta Perseus hic uiuendo peregit facinora clara.Demum astruunt eum unà cum coniuge,atque aliis multis in cœlum fuisse assumptum,& inter cœli sydera collocatum.

Danaë autem prædicti Persei illustrissimi uiri mater, Acrisii Argiuorum regis fuit filia,quam quum mater edidisset,ipse pater in responsis habuit,quod sibi caueret, quia futurum erat,ut ex manu eius qui ex ipsa filia nasceretur,occidendus foret,qui responso accepto,mox ad euitandum periculum,ipsam filiam in turrim quandam includere fecit,& ingressum cuiuscunque prohibuit,quod Iupiter ubi & formositatem puellæ audisset,ad eā tandem per tegulas tecti intrare procurauit,atque uitiatam demum prægnantem dimisit. Quod quum pater didicisset,confestim iratus eam in mare proiici mandauit, quæ tandem in Apuliam impulsa cum uenisset,Piluuio Apulo regi cōfestim nupsit,& filium ex ea natum Perseum appellauit, quem & diligenti cura enutriri mandauit. Ipsi Piluuius & Danaë inde recedentes,in Latium ad Rutilos uenere,ubi Ardea oppido constructo,Danaum filium ibidem genuere. Fictio hic perpulchra à poetis de Danaë ista ac Ioue confingitur, quod ea fluxione auri fuerit imprægnata,quæ sic intelligitur, quòd uirgines persæpe auro & aliis donis se uitiari patiuntur.

Tamaritæ populi qui in Asia non longè à Caspio mari sunt,hoc tempore(Dionysio teste)Bacchum ab Indorum uictoria redeuntem,non solum hospitio exceperunt, sed & illi etiam solennia sacra constituerunt,agentes choros circa torcularia, quo ad magis magisq; spumarent mustum.

Dynastia decimanona,hoc anno qui est trigesimus Aioth iudicis Israël, apud Aegyptios cœpta est , quæ & annis.144. perdurauit sub imperatoribus quinque. Quia hac in dynastia Aegyptii ipsi suo imperatore uti cœperunt, quorum primus Sethus nomine 3830 1369

imperauit

imperauit.55.annis,secundus Ramesses,annis.66.tertius Amenophis annis.40.quartus Amennonies.26.annis,Thuoris quintus annis.7.quibus consumptis Dyapolitanorum Dynastia subsecuta est.

3840 Tros Erictonii regis filius,à quo Troia,qui Dardani filius fuit,filii Iouis,hoc anno qui est quadragesimus Aioth iudicis Israël,iam ueteranus,Dardaniam ueniens,prouinciam mutato nomine à se Troiam nominauit.Hic cum esset armorum peritissimus,ac bellator strenuus aduersus Tantalum Phrygiæ regem,bellum suscepit,& id maxime ob raptum sibi ab eodem Ganymedem dilectissimum filium,quem præter Ilionem, & Assaracum genuerat, quibus superstitibus relictis, diem obiit.

Troia igitur à Troe prædicto sic dicta,Liuio teste,libro de bello Macedonico .7. non est ciuitas,sed minoris Asiæ regio fuit,in qua Ilion cantatissima ciuitas extitit,quæ & nõnunquam pro ipsa urbe Troia ponitur,ut Ouidius primo Epistolarum ait,Troia iacet certè,& alibi in eadem Epistola.Iam seges est ubi Troia erat.Quæ teste Homero lib.4,omniũ quæ sub sole ac stellifero cælo sunt,urbium quidem insignissima est Troia. Quo tamen in loco hæc ciuitas fuerit,nullibi nunc compertum habetur,quia ea exusta,lapides,& quæcũque alia inde ablata sunt.Ex quo satis edocemur ut nemo in rebus humanis spẽ ponat,aut constituat,aut se perpetuo in hoc sæculo mansurum putet, quando ingẽs Troia & totius Asiæ columen ita extincta sit,ut neque cadauer,neque uestigium aliquod appareat.

3842 Fesulana insignis olim Hetruriæ ciuitas & ipsa eisdem temporibus ab Asio Dardani fratre condita fuit,quæ haud longè à Florentia nunc celeberrima totius regionis urbe sita erat,ab ipsis Florentinis anno salutis nostræ.1024.primo accepta,& in se populariter traductis ipsius antiquæ urbis ciuibus,protinus euersa fuit,adeò ut nunc uicus modici precii habita sit,quamuis Episcopalem sedem nunc retineat.Hanc tantæ potentiæ aliquãdo fuisse legimus,ut persæpe sola cladibus grauissimis Gothos attriuerit,& fuderit,ac ad centum millia uno prælio obtruncauerit.Quæ res potentiã & huiusce ciuitatis magnitudinem præ se ferre uidentur.Hæc duobus passuum millibus à Florentia distans,arduo & minutissimo in colle sita,raro habitatur colono.

Ganymedes Trois prædicti filius,tempestate hac,nimia corporis formositate claruit, cuius rei gratia,à Tantalo rege Phrygum raptus fuit,propter quod ingens bellum atque prælium inter patrem istius,ac Tantalum excitatum est. Aiunt nanque Tantalum ipsum, ad promerendam Iouis Orthẽsis gratiam,quem sciebat uirum impudicissimum, sub signis aquilæ uenantem hunc adolescentulum speciosissimum patri rapuisse,& Ioui dono dedisse, Propter quod fictum est,eum deorum pincernam constitutum fuisse, & idcirco inter cœli imagines eum Græci figurarunt. Cuius quidem cælestem imaginem, ad suorum solatium dicunt esse,quam Aquarium uocamus,in quo sole existente terra maximis imbribus irrigatur,de cuius pulchritudinis elegantia Virg. hos cecinit uersus.

Intextúsque puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat,
Acer anhelanti similis,quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.
Longeui palmas nequicquam ad sydera tendunt
Custodes,sæuitque canum latratus ad auras &c.

3843 Samia seu Samothracia Sibylla inter decem uates fœminas prima, hisdem temporibus prout Eusebius refert,& prosa,& exametris uersibus,de domino nostro Iesu Christo,déque beata Virgine Maria,plurima apertè prophetasse dicitur.Hanc quippe de Christo dixisse ferunt,tu enim stulta Iudæa Deum tuum non cognouisti,ludentem mortalium mentibus,sed & spinis coronasti,horridúmque fel miscuisti,hanc tamen sextam fuisse Lactantius scribit,de qua Nicanor mentionem fecit,qui Alexandri Macedonis res gestas scripsit, eam fuisse iuuenem pulcherrimam plurimi tradunt.

3844 Prohetus seu Prythus tertiusdecimus Argiuorum rex,hoc anno qui est.44 iudicis Hebræorum

Aioth

bræorum Aioth suis regnare cœpit,& regnauit annis post patrem Abãtem.17.huic Anthyope coniunx fuit , ex qua tres speciosissimas suscepit filias, quæ quum in admirabilem euasissent formam,uino etiam in ipsa earum adolescentia,ultra quam deceat mulieres,uti cœperunt,& aliquando inebriatæ non nunquam se ultro patri regi proferre audebant. Quamobrem fingunt poetæ,quod sic elatæ templum Iunonis intrare præsumpserunt,atque eidem Iunoni deæ se præferre uoluerunt.Ex quo turbata Iuno illis talem immisit furorem ut se uaccas arbitrarentur & aratra extimentes,syluas summopere optarent, pater autẽ ægrè ferẽs earũ superbiã,eas Melampo cuidam physico curandas tradidit, qui cũ eas aqua potasset,protinus in pristinam reuocauit naturam.Ex qua quidem talis elicitur expositio,quod qui luxuriam ebriosam à se expellere cupit,aquam bibat frigidam.

Hercules gigas supradicto illo posterior,per hoc tempus,diuo patre Aug.li.19. de Ci. dei testante,floruit,& duodecim insignes & inhumanos labores confecit, hic Iouis ex Alcumena cum esset filius,dictus est Alcides ex proprio nomine seu Tirynthius,ut Macrobio placet, qui postea Iunonis inuidia factus gloriosior, Hercules est cognominatus. Is enim in adolescentia constitutus ubi sese in solitudinem recepisset,duas sibi matronas offerri coram uisus est uidere,quarum alteram ut ad ultimum cognouit esse Hedonam,quã uoluptatem uocamus ,alteram uero Areten quæ uirtutem significat.Cúmque Herculem hunc prima blandius adisset,stimulassétque lenociniorum illecebris,se ut sequeretur,euestigio uirtus ei adfuit contra eandem uoluptatem,quæ ab eadem illum auocaret,monuítq; eum,ut omnino sua uestigia sequeretur,quia ex homine mortali immortalem atque deum quẽdam faceret.Quibus monitis Hercules permotus animi uirtutem quàm corporis uoluptatem sequi maluit.Quo sano consilio factum est,ut & uiuus omnibus charus iucundúsque fieret,& mortuus diuinos honores ab uniuersa gentilitate meruerit.Nam ut uoluptatem omnem à se abdicaret,in primis per nemora in hispido habitu tanquã acerrimus iuuenis incedere uoluit,in quo & clauam maximam sibi fecit,qua & monstra postmodum ingentia domuit.Inde populeum sertum sibi in caput imponens,pharetras & sagittas iugiter deferebat, ac Nemei leonis spolio armatus sic incedebatur , erátque illi asperum crinibus caput,quos nunquam nec barbam quidem discriminabat.His quidem laborib9 & indumentis armatus Hercules hic,duodecim inauditos & incredibiles perfecit labores,quorum primus fuit quod semitaurum deuicit,secundus interfectio & excoriatio leonis,tertius fugatio Harpiarum,quart9 ablatio pomorũ aureorũ de horto filiarũ Atlãtis,quintus catenatio Cerberi deuorantis Perithoum,sextus oppressio Diomedis regis Thraciæ,qui equos suos humana carne pascebat,septimus extinctio Hydræ serpẽtis in Lerna palude,octauus deuictio Acheloi in uarias formas se mutantis, nonus prostratio Anthei gigantis Libyæ, qui terram tangendo semper maiores uires resumebat,decimus occisio Caci qui ignem euomere dicebatur,undecim9 interfectio Apri Arcadiæ regis,duodecimus supportatio cœli donec Atlas respiraret. Alios his superaddidit Oui.9.Met.dicens.Atheum Libyæ gigantem uicit,Gerionem gigantem Hispaniæ regem occidit,cuius armenta in signum uictoriæ abduxit.Ex filia Faunum Latinum regem procreauit,leonem,Hydram serpentem in Lerna palude extinxit,stadium itineris uno anhelitu percurrit, agonem olympicum instaurauit,Centauros contriuit,in insula Gades columnas posuit,Ilionem ciuitatem euertit, & Laomedontem Phrygiæ regẽ interfecit.Huic & quum Iouis filius haberetur,omnes poetæ sine aliquorum differentia,has uniuersas tribuunt laudes. De cuius laudibus ac diris laboribus,Martialis in nono Epigrammatum sic prosequitur dicens.

Alcides

Duodecim Herculis inauditi labores

Si cupis Alcidæ cognoscere facta prioris,
Disce,Libyn domuit,aurea poma tulit,
Peltatam Scythico discussit Amazona nodo,
Addidit Arcadico terga leonis apro,
Aeripidem syluis ceruam,Stymphalidas undis
Abstulit,à stygia cum cane uenit aqua,
Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram,
Hesperias Thusco lauit in amnẽ boues.

Virg. quoque hos duros labores in. 8. Aeneid. describit dicens.
Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas & facta ferant, ut prima nouercæ
Monstra &c. Hic tamen aduertendum est, quod non unus, & idem uidetur Hercules, cui tot tantaque ingentia contribuunt facta. Nam quum Varro quadraginta tres Hercules numerasset, postea adiecit, quod omnes qui aliquid fortiter fecissent, Hercules uelut appellatiuo nomine dicti fuerunt. Quod & diuus pater Aug in. 18. de Ciui. Dei confirmare uidetur dicens. Multos fuisse Hercules quod & Samson propter mirabilem ipsius fortitudinē putatus est Hercules. Hic itaque Hercules quum orbem uniuersum pené domuisset, captꝰ speciositate Iolis Euriti Aetholi regis filiæ uirginis à patre in cōiugium eam expostulauit, cuius cum nuptias pater illi spopondisset, deinde negasset, iratus Hercules illum tandem acie interemit, & ipsam Iolem in uxorem surripuit, quæ quidem magis paternæ cædis affecta, quam sponsi dilectione auida, tandem mirabili astutia, quem gereret animū, ficto amore ostendit, quia perpetua enim ignominiæ nota, patris mortem, non armis sed dolis ulta fuit. Hic plures post se reliquit filios, quos inter Agathyrsus et Cyrnus singulares fuere, ipse Cyrnus Corsicam insulam inhabitans, eam primum Cyrnam à se nominauit. Iolis uxor

Agathyrsus autem in Scythiam properans eos populos Agathyrsos à se nominari uoluit. Hi autem ut Pomponius refert, cum sint deformes nimium, ora artúsque pingunt, & sic ut ablui nequeāt, unde Virg. 4. Aenei. Cretésq; Driopésq; fremunt pictiq; Agathyrsi. Agathyrsi populi

Gelonus alter Herculi prædicto fuit filius, qui & ipse cum Agathyrso germano in Scythiam uadens haud longé ab Agathyrsis consedens, populos & incolas à se Gelones appellauit, qui & illi ut Agathyrsi coloribus se pingūt, dicente Virg. 2. Georg. Eoásque domos Arabum pictósque Gelonos. Hi ut suprá lib. 2. dictum est, per deserta Scythiæ discurrētes cum sitiunt equorum suorum uenas pertundunt, ac sanguinem potant.

4 3855 Sicyon decimusoctauus Sicyoniorum rex, à quo ob uiri præstantiam Sicyonii dicti sūt, qui prius Egialei dicebantur, hoc anno, qui est quinquagesimusquintus iudicis Aioth, Laomedonte patre defuncto, suis regnare cœpit, &c. 45. annis regnauit. Nullibi tamen inuenire potui, hunc à Laomedonte rege fuisse generatum.

Fabularum inuentio.

Fabulæ etiam tempestate hac secundum Eusebium, primo inuentæ sunt, licet sint qui dicant Aesopum primum earum inuentorem ad ueritatem naturalem exornandam, ne scilicet uilescerent naturæ secreta. Vnde secūdum diuersas rerum naturas & qualitates deorum nomina & actiones cōfinxerunt. Diuus autem pater Aug. 18. de Ciui. dei dicit, à diebus Iosue usque ad Troianum bellum has fabulas in Græcia fuisse confictas. Vt quod impetuosa libidine Vulcani cum Minerua Erictonium cum pedibus draconis fuisse progenitum, fabulosum & poeticum dicit. Sed reuera in templo Vulcani & Mineruæ, quod ambo Athenis commune habebant, inuentus fuit puer dracone inuolutus, quod magistrum eum significabat futurum. Vnde & propter commune amborum templum, utriusque diceba-tur filius, quum etiam eius parentes forent ignoti.

Item de Triptolemo quod iubente Cerere, alitibus unguibus portatus, indigētibus terris frumenta distribuit. Item de Minotauro quod fuerit bestia labyrinto inclusa, quo cū intrasset homo, inextricabili errore nō poterat exire. Itē de Cētauro, quod equi hominisq; natura cōiunctus fuisset. Item de Cerbero quod sit triceps infernorū canis. Item de Phryxo & Helle eius sorore quod ab ariete uecti natauerint. Item de Gorgone, quod fuerit crinita serpentibus, & aspicientes eā in lapides conuertebat. Itē de Bellerophōte, quod equo pennis uolādo fuerit uectus, qui Pegasus equus dictus est. Itē de Amphione musico, quod suauitate citharæ lapides mulxerit, & in muros Thebarū attraxerit. Itē de Dædalo & Icaro eius filio, quod coaptatis pennis uolauerint. Item de Oedipo quod mōstrum quoddā quæ Sphynx dicebatur, humana facie quadrupedē soluta, quæ ab illo proponi solet, uelut insolubili quæstione, suo præcipitio perire cōpulerit. Item de Antheo quē necauit Hercules, quod filiꝰ terræ fuerit, propter quod cadēs in terrā fortior euadebat.

Fabula unde dicatur.

Delbora

Fabulæ autem secundum Isy. à fando dicuntur, quod non sint res factæ, sed fictæ loquẽdo, quas poetæ primo induxerunt triplici de causa, quales sunt apud Plautum, & Terentium, & illæ quæ à uulgo narrantur, aut ad rerũ naturã narrandam seu exornandã, ut quod Vulcanus sit claudus, quia ignis nunquam sua natura fuerit rectus, & quod chimera hominis cito proueniens sit bestia triformis, cuius prima pars, adolescẽtia ferox est ut leo, secunda iuuentus quam uidit ut capram, quia sicut luxuria fœtida est ut capra, tertia senectus, canus & inflexus, sic fabula hippocentauri ex equo & homine confecti, humanæ uitæ uelocitatem exprimit. Tertio ad mores componendos confinguntur quæcunque res, siue animantia inter se loquentia, ut per narrationem fictam, ad id quod agitur, uerax significatio referatur, ut apud Horatium de mure & mustella, apud etiam Aesopum & Amianum de uulpe & lupo, & in lib. Iudicum ca. 9. de lignis Libani, Et denique apud Demosthenẽ de lupis & canibus ad liberationem hortorum confectis.

Viri disciplinis excellentes.

Manetus quidam Aegyptius insignis historicus, his temporibus clarus existens omnem Aegyptiorum historiam Græca lingua exquisitissimè edidit, scripsitque & ipsorum theologiam seorsum in libro quem sacrum inscripsit, à quo postmodum Diodorus Siculus in sua historia, quam scripsit, ab ipsa Maneti huius theologia, totius negocii fecit initium.

Melampus Argiuus medicus Amithaonis filius, tempestate hac, Euseb. teste, floruit, qui ut Virg. in. 3. Geor. & Vitruuius in li. de Architectura tradunt, medicus admodum fuit illustris, quisque inter cætera suæ experientiæ indicia, tres Preti Argiuorum regis filias, elatione permaxima inflatas suo helleboro sanauit morbo. Erat quoque peregregius Mantes, id est totus uates atque diuinus, ut ipse Eusebius atque Statius testantur.

Delbora Delbora prophetes Hebræorum, de tribúque Effraim progenita, post Aioth iudicem unà cum Barach uiro suo de tribu Neptalim, iudicauit Israẽlem annis. 40. ubi & . 20. connumerantur anni, quibus Iabin Cananeorum rex oppressit eos. Mortuo itaq; Aioth priore iudice filii Israẽl iterato addiderunt contra præcepta domini uiuere uidelicet, nõ colere ipsum dominum Deum patrum suorum, ac eius mandata per omnia contemnere, propter quod dominus ipse, iustitia sic exigente, tradidit eos sub manu Iabin Cananeorum regis, qui regnabat in ciuitate Asseroth, qui habebat armatorum. 300. millia, equitum. 10. millia, & curruum tria millia possidebat, cuius exercitus dux erat uir quidam nomine Sisara, qui ad Israẽlitas ueniens, eos uehementer afflixit atque tributa permulta eis imposuit, quæ & per annos. 20. persoluere compulit. Qui cum nimium hac uexatione tribularentur, uniuersi lachrymis perfusi, clamantes ad dominum eius misericordiam expostularunt. Deinde hanc propheten Delboram rogarunt, ut pro eis dominum ipsa deprecaretur, neque eos à Cananeis nimium oppressos despiceret. Cuius preces cum dominus exaudisset, confestim uirum suum nomine Barach principem populi ipsa delegit. Cuius exhortatione mox exercitum. 10 milium armatorum iuuenum, & armati contra hostes processerunt, factóque magno congressu, uniuersum confestim hostium exercitum fudit, & alios quidem gladio ceciderunt, aliósque inter currus & equites cõculcauerunt. Sisara uero imperator exercitus timore perculsus, de curru exiliens, fugiens in domum cuiusdam mulieris se abscondit, qui siti nimium fatigatus, lactis potum ab ipsa recepit, & quum nimium ebibisset in profundissimum soporem statim obdormiuit. Illa uero dormienti clauum protinus ferreum per tẽpus infigens, malleo cum terra confixit, uenientibus paulo post Barach armatis, eis ipsum in terra confossum ostendit, ac sic uictoria & triumphus, unà cum liberatione per hãc mulierem sanctam Hebræis accessit. Deinde Barach exercitum super Assur mouens eorum regem nomine Iabin superatum demum interfecit, quo mortuo etiam eius ciuitatem captam ad fundamenta usque euertit, atque ita Barach unà cum Delbora sua coniuge sancta iudicauit Israẽlem cum omni gloria annis quadraginta. Quibus in omni laudis genere defunctis, Madianitæ eos etiam non mediocriter afflixerunt annis septem, uide hæc Iudicum quarto & quinto cap. 3879 1329

Laurentorum regni exordium.

Picus augur & Ausoniæ rex Saturníque regis (ut aiunt) filius, hoc anno qui est sextus Delboræ 3885 1314

Delboræ iudicis annus, Eutropio teste, patri in regno Latii succedens, regnauit annis. 31. Egregius sane uir, augúrque atq; fortissimus bellator. Qui ideo Picus & augur dictus fuit, quòd domi picum auem enutriebat, per quem futura augurando prænoscebat, & hanc ob rem quum etiam eloquentissimus euasisset, qua quidem eloquentia multos agrestes uiros in suum pertraxit commodum, quos demum in omnibus fecit obsequiosos, et propterea à poëtis confictum fuit, eum in auem sui nominis fuisse conuersum. Nam sicut picus auis lingua formicas ad se trahere consueuit, sic & hic rex sua ingenti eloquentia, id est, lingua agrestes qui formicis sunt consimiles. Hic inter cætera cum esset industrius uir, lusoriam pilam primus inuenit (& ut Plinius testatur) hoc ludendi exercitium primum docuit, suo autem in regno Laurentum urbem condidit, ubi & regni sedem constituit, quæ postmodū Sabinorum ciuitas nuncupata fuit. Quæ ab urbe Roma. 30. passuum millibus distare dicitur. Ideo eam Laurentum appellauit, quia in eius arce (ut Papias refert) laurus arbor reperta fuit. Et quum prius Nechaba diceretur, eam ob rem Laurentū appellari mandauit. Hoc itaque regnum Laurentorum, primum omnium regnorum in Italia celebre dictum fuit. Hic autē uxorē duxit nomine Fatuā seu Faunā, mulierē sane speciosissimam atq; eloquentissimam, cuius tanta erat eloquentia, ut homines persæpe suis carminibus dementasse uideri uisa sit. A qua demum Faunum regni successorem filium suscepit. Hic autem regni sui possessione non contentus, ultro procedens regionem non paruam occupans, eam a se Picenum nominauit, quam nunc Anconitanam Marchiam nominamus. Adiecit & huic regioni etiam postea Emiliam, de quibus nunc dicendum est. Pilæ ludi primus inuentor

Picenum itaque Italiæ regio, à pico aue seu à Pico rege sic dicta. Marchia Anchonitana hodie nuncupatur, quum tamen aliquando prius Marchia Firmana fuerit appellata, cuius fines à septentrione Apenninus qui eam à ducatu Spoletano diuidit, ab oriente Isaurus fluuius nunc Folia uocatus, à meridie superum mare, post fluuius Troentus Asculum præterlabens. Est autem hæc regio, ut Liuius lib. 22. refert, non copia solum omnis generis frugum abundans, sed & præda referta. Vnde ad explicandam regionis magnitudinem idem Pli. scribit, quondam Picentes fuisse uberrimæ multitudinis, adeò ut trecenta millia in reipublicæ Ro. deditionem uenissent. Huius autem nunc clarissimæ ciuitates, ut ab oriētali ipsius Piceni parte incipiam, Pisaurum à Romanis condita, quæ portum habet tenuē, quæ percelebris nostro æuo est, duobus uiris præsentissimis, uidelicet. P. Principe Sfortiano uiro splendido, ac Pandulpho mihi integerrima germanitate coniuncto, literis tā Græcis quam latinis apprime eruditissimo, ac ingenuis moribus ornato, Fanum fortunæ, & Senogallica, Vrbinum uetusti nominis ciuitas percelebris, & ipsa Guidone duce filio Frederici ducis, uiri utique summis laudibus celebrandi, Eugubium etiam ciuitas prædicto subdita, Anchona urbs uetusta, uini ac frugum uberrima, Camerinum uetustissima, Firmum Romanorum colonia, & Asculum & ipsa uetustissima ciuitas, aliquando huiusce regionis primaria. Est autem hæc regio situ & natura prævalida, cui montes omnes circunstantes supereminent, nullis penetrabiles exercitibus, hac in regione est Fabrianum nobilissimum totius ferē Italiæ oppidum, Sentianæ olim urbis excidio ædificatum, opificibus omnis generis frequentatissimum. Est & Recanatum ciuitas à principio Ricinetum appellata, ubi haud longē ab urbe in quodam colle celeberrimum totius Italiæ templum, cū paruo sacello gloriosissimæ Virginis Mariæ in laureto est appellatum. Et hic est finis situs Piceni totius seu Marchiæ Anchonitanæ. Sed & hoc loco Flamminiæ seu Romandiolæ sitū adire operæprecium existimaui. Pisaurū Vrbinū Firmū Asculū Fabrianum Recanatum Laurentum

Flaminia seu Romandiola Piceno proxima, & ipsa à Pico occupata, Italiæ per se regio est. Hæc etiam Emiliam regionem continere uidetur. Huius autē fines fuerunt, ab Isauro fluuio usque ad uaternum Foricornelii, nunc Imolæ amnem, sed postea assignato Rauēnati Ecclesiæ exarchatu, tota deinceps Romandiolæ prouinciæ nomen obtinuit. Sed nūc eius fines dicimus intra Foliam & Scultenam fluuios, Apenninúmque montem, ac mare Adriaticum, Padusamque paludem, citra Padum, & ultra quicquid ager noster Ferrariensis ad Veronensium Patauinorúmque paludes, & ultima usque Padi ostia Fornaces appellata, mare inter Adriaticū & Padum esse. In hac regione plures fuerūt ciuitates, Ariminum

sed nunc extantes sunt, Ariminum uetusti clarique nominis Romanorum Colonia, Cesena factionum & discordiarum nunc mater, in qua optimum, ut etiam Plinius testatur, oritur uinum, Saffina uetustissima ciuitas, olim in Bois nobilissima computata, quæ solo postmodum æquata, adhuc in ipsius urbis ruinis episcopium est, cuius dioecesos & dominii sunt oppida & castella ad uiginti, habétque in præsentiarum episcopatus iste Antonium natione Ariminensem, optimum pontificem, nobis plané notissimum, amicissimúmque, uirum non solum iuris pontificii, sed & bonarum literarum eruditissimum, ac optimarum uirtutum & celebri sanctimonia insignem, qui sua prudentia, non modo Episcopi muros, sed & sacerdotum suorum ac sæcularium mores labefactatos, quo ad potuit, mirificé resarciuit. Hæc autem ciuitas Plautum comicum habuit ciuem. Est & Rauenna uetustissima omnium Italiæ urbium ciuitas, apud quam classis erat mari propinqua, ubi portus fuerat omnium celeberrimus, in quo sicut plærique uetustiores scripserunt, Octauius Augustus classem permaximam tenebat, quæ Adriaticum sinum & omnem Mediterranei maris orã tueretur. Ea nũc ciuitas penitus sublata uidetur, adeó ut nullum uestigium ipsi⁹ appareat, præter sancti Apollinaris ipsius classensis urbis celeberrima Basilica. Est præterea supra Rauennã in eminenti colle, Bretenorium haud grandis ciuitas apud quam est Forolíuium, Fauentia, & Forumcornelii, nunc Imola, postea Bononia studiorum mater uetustissima & opulenta. Demum Ferraria, ueteri Pado apposita nobilissima ciuitas, Hercule Estẽsi diuino principe ac innumerabilibus præsentissimis exornata uiris, in hac quoque regione olim fuit Adria clarissima ciuitas quæ mari Adriatico nomen dedit æternum, quæ etiam nunc ciuitatis titulũ & dioecesim retinet, in præsentiarum decorata est Nicolao Maria Estẽsi episcopo, uiro tũ corporis pulchritudine, tũ studiis eloquentiæ ac humanitate plurimum decorato.

Saffina Antonius episcop⁹ | Rauenna. | Bretenoriũ | Ferraria | Adria | Mare Adriaticum.

Lydus Athis seu Herculis filius ex Iole Eurithi regis filia susceptus, his temporibus in Asia minore una cum Lamyro fratre ueniens, regionem occupans, Lydiam (cum antea Meonia diceretur) á se mutato nomine nuncupauit. Ipsa namque regio (ut Dionysius refert) sub altissima Tinoli montis rupe sita est, ex qua rupe Pactolum amnem fluere dicunt, qui aureas arenas habet, in cuius ripis ueris tempore cygni aues tanta cum modulatione cantant, ut nil iucundius possit audiri. Hæc regio inter cæteras mundi regiones, pulcherrimas mulieres parere dicitur.

Tyrrhenus autem prædicti Lydi regis frater, hac tempestate ipso fratre eo in regno dimisso, ex Meonia seu Lydia secedens, tandem in Cisalpinam Galliam cum multis deuenit. 3884 1315
Inde quum perambulando ad Thusciæ maritima deuenisset, eam regionem & ipse occupãs Tyrrhenam á se nominauit, ac deinde superum mare eam ob rem Tyrrhenum appellatum est. Qui ibidem prædis & latrociniis insistens ad prædones conuocandos, tubarũ usum primus inuenit.

Hethruria igitur quæ & Thuscia seu Tyrrhena á dicto rege sic nũcupata, Italiæ nobilissima regio est, quæ postmodum subsequentibus annis á sacrifico ritu & deorum frequẽtia Thuscia & Hethruria fuit appellata, cuius terminus nunc á Macra fluuio usque ad Tyberim est, qui inter se centum septuagintaquatuor millia passuum distare dicuntur. Apenninus equidem mons & inferum mare, eiúsque pars maris, quæ ad dictorum duorum amniũ ostia longitudine, & ad Sardiniam insulam usque latitudine terminata est. Ipse autẽ Tyrrhenus statim rebus aliis implicatus pro ædificandis urbibus, Tarconem quendam uirũ insignem præfecit, qui ciuitates .12. condidit, quæ autem eæ fuerint non inuenimus, in præsentiarum uero undecim extare uidemus celeberrimas in Thuscia ciuitates, uidelicet Perusium, Cornetum, Volatera, Pisæ, Luca, Sarzana, Pistorium, Aretium, Scena, Massa atque Florentia. Fuere & antiquis temporibus aliæ non ignobiles huius inclytæ regionis ciuitates, iam solo æquatæ, uidelicet Luna, Populonia, Agilina, Fesulæ, Rusale, Clusium, Faleria, & Vulsinum. Huius itaque nobilissimæ regionis laudibus noui & ueteres pleni sunt libri, quod omnium uirtutum tam diuinarum quam humanarum magistra sit habita.

Ducat⁹ spoletanus

Vmbriæ regionis descriptionẽ cũ sit Hethruriæ prædictæ cõtermina, nõ ab re hic ponẽdã cẽsuimus, est & ipsa Italiæ regio non ignobilis. Eã itaq; quã prisci Vmbriã dixerũt, nostri nũc Spoletanũ ducatũ appellãt, & id ducat⁹ nomẽ primo ab Exarchis sedẽ Rauẽnæ

tenentibus

tenentibus eidem inditũ fuit. Maximas huius regionis uires fuisse, Liuius in nono lib. scribit, quum dicat eos urbem Romam oppugnaturos, minatos fuisse. Huius autem regionis fines habẽtur, à Tyberis fonte usque ad Anienis fluuii sinistram ripam, ubi uidelicet Anio Tyberim illabitur, fuerunt autem Vmbri Arcadũ genus à principio à Palante profectum. Eius regionis urbes insignes in primis sunt, Spoletum totius regionis caput Romana colonia, Nursia ciuitas uetusta, ornata diuo Benedicto ciue monachorum regulatore, Reate quæ Vespasianum genuit, Menania Propertii patria, Ameria uetustissima, Tifernum nunc Castelli ciuitas dicta, Nuceria uetusti nominis, Fulgineum ciuitas, quæ ornata fuit Gentili medico insigni, Assisiũ uetustissima arduo in colle sita, ornata & ipsa Frãcisco, & Clara, sanctitate & miraculis insignib9. Interamne uetusta ciuitas cuius prata quater in anno cũ sint irrigua siccãtur, Turdetũ & ipsa uetusta, tertio Martino põtifice maximo ornata, Narnia arduo in colle sita quæ Gatamelatã genuit clarissimũ belli ductorem. In ea quoq; est Ceretum oppidum infamia quæstus frequentatum, cuius incolæ per omnem pene Europam superioribus annis peragrabant, diuersis coloribus suæ miseriæ prætensis, stipem mendicãdo expostulantes. Hi nãq; quum eam ob rem infames Ceretani ubique diuulgati fuissent, publico edicto Ro. Ponti. inhibitum est eis, ne ultra mensem domo absint.

S. Benedictus. Tiferlinum Assisiũ S. Franciscus. Turdetum. Narnia Cereta ni.

Sabina etiam ciuitas, à qua Sabini populi hac in regione sita fuerat, cuius populi à deorum cultu, & religione, sic nominati fuerunt. Hi tamen, ut Plutarchus dicit, ciuitates sine mœnibus incolebant, & ob raptas uirgines diu cum Romanis bella gessere. Ex ciuitatibus autem huius populi Amiternum, & Interocrea uicus Reatæ finitimus habetur. Sabini.

Prænestina, Latii inexpugnabilis ciuitas hisdem temporibus, à Cæculo Vulcani filio quodam, arduo in monte condita fuit. Quem quidem Cæculum, sorores eius iuxta ignem fortuitu inuenerunt, dicente Virgilio.

Nec Prænestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum pecora inter agrestia regem,
Inuentũmque focis omnis quem credit ætas Cæculus.

Hanc tamen Solinus, ubi de mirabilibus mundi, à Præneste Latini regis filio conditam potius fuisse dixit. Ipse igitur Cæculus postea multitudine sceleratorum collecta, quum diu latrocinatus fuisset, hanc in mõtibus condidit urbem, dictãq; Præneste fuisse dicunt à multitudine eius generis arborum, quæ in ea frequenter nascũtur, hæc quippe ciuitas sæpius, & à Romanis, ac etiam sua ciuili diuisione lacerata fuit, quæ inter cæteros diuum Agapitum martyrem habuit ciuem, cuius reliquiis plurimum decorata habetur.

Mydas Gordii Phrygiæ regis filius, per hoc tempus secũdũ Euse. post patrem in Phrygia fœlicissimè regnauit, qui tantarum diuitiarum locuples habitus fuit, ut cunctos pene reges sui sæculi, diuitiarum opulentia superauerit. Verum quũ ignaui & gelidi animi esset homo, existimans fœlicitatem perfectam fore, si infinitas diuitias posset augere, usu earum tandem ex auaritia carere commeruit. Hic ideo, ut Ouidius refert, cum inter Marsiam seu Panem & Apollinem delectus fuisset iudex, & ex hebeti suo ingenio pro Marsia sententiam tulisset, tandem ab ipso Apolline asininis auribus deformatus est. Asserunt hunc à diis tanta gratia fuisse illustratũ, ut omnia quæ tangeret in aurum uerterẽtur ad uotum.

4108 3891 Acrisius Abantis regis filius, proiectíque regis frater, ultimus Argiuorũ rex, hoc anno qui est duodecimus Delboræ iudicis Hebræorum annus, cum uno & triginta regnasset annis, à Perseo nepote suo, licet non sponte, occiditur. Verum cum non nisi Danaen unicam filiam post se reliquisset hæredem, id regnum transiuit in Micenis. Nam ut Lactantius scribit, cum solã Danaen haberet filiam, aliquando in responsis accepit, se omnino moriturum fore per manum futuri nepotis filii scilicet filiæ suæ, qui ad hoc euitandum mox ipsam suam filiam in quadam turri includi mandauit, inhibuítque ne aliquis ad eam accedere posset. Sed Iupiter, qui ipsius incredibilem formositatem audierat, quum ad eam accedere non ualeret, se (ut aiunt) in auri guttã conuertit, pérque tegulas illius turris in eius gremium se cadere permisit, eóque modo tandem prægnans facta fuit. Quo audito, pater eius iratus mox eam unà cum filio, quem enixa fuerat, ad Pilumnium regem trãsmisit, qui mulieris pulchritudinem atque genus recognoscens, illam libẽter excepit, ac tandem matrimonio

trimonio sibi copulauit, filiúmque eius nutriēs Perseum appellauit, qui cum excreuisset, Argos aliquando ueniens, Acrisium suum auum, non sponte sed casu quodam, interfecit, quo interfecto, timore perculsus Argos relinquens, regni titulos in Mycenas transtulit, ibidem etiam quū parum imperasset, dimisso eo in loco Euristheo, ipse unà cum Stenelo filio inde discessit, ac sic Argiuorum regnum hoc modo defecit.

Argiuorum regum epilogus.

Argiuorum itaque regnum, quum ab Inacho primo rege, usq; ad istum Acrisium ultimum. 544. annis porrectum fuerit, hoc anno qui est ultimus Delboræ iudicis defecit, sub regibus quatuordecim gubernatum, quorum primus. 3891 1308

Inachus regnauit annis	50.	Crotopus octauus annis	21.
Phoroneus secundus annis	60.	Stenelus nonus annis	11.
Apis tertius annis	35.	Danaus decimus annis	50.
Argus quartus annis	70.	Linceus undecimus annis	40.
Criassus quintus annis	54.	Abbas duodecimus annis	23.
Phorbas sextus annis	25.	Prohetus tertiusdecimus annis	17.
Triopas septimus annis	64.	Acrisius ultimus annis	31.

Quibus annis in unum supputatis fiunt anni quingenti & quadraginta quatuor, & ex tūc trāslatum est id regnum in Mycenas. Vnde fuit Agamennon, sicut patet in. 18. lib. de Ciuitate dei, capi. 15.

Mycenarum regni principium.

Argiuorū itaque regno post Acrisium regem in Mycenas translato, in eodem hi præfuere reges, Perseus ipse primus, Stenelus eius nominis secūdus, Euristheus, Atreus, Thyestes, Agamennon, Aegistus, Horestes, Crisamenes, Penthillus, & Cometes usque ad Heraclitarum descensum.

Mycenæ Achaiæ ciuitas.

Mycenæ autem non prouincia sed ciuitas fuit in Argolica Achaiæ prouincia cōstituta, sic primum cognominata à quadā nomine Mycena nympha muliere cōdita. Hæc quippe Agamennonis regno plurimum illustrata fuit, quum eius esset patria, dicēte Virgilio. Eruet ille Argos, Agamennoniásque Mycenas. Argos similiter, ut præmissum est, erat in Achaia, quæ prius Hyppum cognominabatur, ut Pli. 4. lib. testatur, distans ab ipsa Mycena nouem passuum milibus, ubi ipsa Argos regnuncula erat, à qua Græci Argiui dicebantur. In Pelasgia aliud etiam Argos fuit, quod Pelasgicum dicitur.

Perseus itaque prædictus Iouis & Danaes filius, auo interfecto, his Mycenis primū regnare cœpit, ubi quū haud multum regnasset, dimisso tandem eo regno Euristheo sibi ex Stenelo filio nepoti, inde cum filio Stenelo discedens, in Asiā profectus est, ubi aliqua occupans loca ex ea nomine suo Persiam nuncupauit, ubi primum inuenta fuit ars magica. Ipse enim Perseus in Seripha Aegei maris insula, una ex cycladibus educatus fuit. 3892 1307

Euristheus item Steneli filius filii Persei tertius Mycenarum rex, decimoseptimo Delboræ iudicis anno, Mycenis regnare cœpit, regnauit, Eusebio teste, annis. 45. Hic Herculē quendam habebat obsequentē, cui & Iunonis astu imperauit, quotidie uaria aggredi monstra quibus perire posset. Hic omnibus circunquáque dominatus est. Tandem cum aliquo tempore imperasset, moriens Atreum filium reliquit successorem. 3896 1303

Pandion eius nominis secundus, octauus Atheniēsium rex, eo ipso anno quo & Euristheus suis regnare cœpit, & regnauit annis. 25. Hic ponti regem, Tyrreo Thracum rege adiuuante, profligauit, quod Athenas obsederat, pro cuius merito ipse hic Pandion Prognen filiā illi matrimonio copulauit, sicut Ouidius. 6. metamor. libro dicit. Quem sibi Pandion opibúsque uirisque potentem, Et genus à magno ducentem forte gradiuo, Connubio Progne iunxit.

Polybus uigesimus Sicyoniorum rex, post Sicyonem patrem, uigesimo Delboræ iudicis anno, suis regnare cœpit, & regnauit annis. 40. 3899 1300

Pannias uigesimustertius Assyriorū rex, hoc anno, qui est. 27. Delboræ iudicis annus, Assyriis post Lamparem regnare cœpit, & regnauit annis. 15. 3906 1293

Ilion

Ilion Troianorum ciuitas.

1293 3906 Ilion Trois regis Troianorū filius, hoc anno, ut dicit Eusebius, Ilionem illam inclytam ciuitatem Homeri carmine decantatā ampliauit, & ex suo nomine illā nuncupauit, quum prius & nomine patris Troia fuerit dicta. Eam namque ut Plini. lib. 5. scribit amplissimam instaurauit. Mille etenim ac quingentis passibus à mari remota fuerat, ubi omnium rerum ad uitæ humanæ usum erat ubertas. Ipsa quippe illa est, quæ decēnalem Græcorum obsidionem passa fuit, & ab eisdem tandem deleta.

Viri disciplinis excellentes.

1289 3910 Mercurius Lyricus, posterior illo medico de quo etiam supradiximus, tempestate hac secundum Eusebium, floruit, quem ferunt lyram & syringas, id est fistulas à Syringa Arcadiæ nympha inuenisse. Ipsas autē hoc modo inuenisse, Isydorus tertio Etymologiarum libro scribit, dicens. Cum Nilus fluuius post inundationem maximam ad proprios redisset meatus, uaria animalia, & serpētes in aruis reliquit, quæ quum Mercurius haud paulopost putrefacta inueniret, arentes neruulos in ore conchæ eorum extendit, quæ ita extensa ad auram, quendam tenuem sibilū reddere cœperunt, ad cuius imitationem, cum esset perspicacis ingenii uir, & ipse lyram fabricauit, nec solum hunc lyræ inuentorem extitisse aiūt, sed & eloquētiæ & palestræ ac præstigiorum, huic autem Apollo Caduceum donauit in manu gestandum, quem ipse Apollo primum inuenerat. Vnde ab eodem Caduceo, caduceatores pacis auctores dicti sunt. Lyræ primus inuētor

Sibylla Erythrea seu Heriphylla quinta inter Sibyllas computata, hisdem temporibus quum esset apud Babylonios suos multū insignis, immēsa sanctitate & doctrina clarissima effulsit, quam Apollodorus philosophus Erythreus affirmat suam fuisse ciuem, hæc quippe ut Lactantius scribit, inter cæteras sibyllas præstantior & nobilior habetur, quæ quū magni meriti apud deum optimum habita esset, tāta claritate de Christo futura descripsit, ut Euangelium potius quam uaticiniū sua scripta uideantur. Nam de Christi domini nostri incarnatione passioneque, ac beata uirgine, necnon & de Iudæorum regni processu, atq; interitu, plurima uaticinata est. Deinde, percūctātibus Græcis, de expeditione Troiæ, confestim tanta claritate suos labores, & urbis excidium carminibus descripsit, ut nil post factum nosceretur clarius, quàm antè ab ipsa prolatū fuerat, longè quoque ante Romanum imperium, & Romanorum uarios casus, etiam quibusdam carminibus complexa fuit. Romani autem in flore (ut Fenestella scribit) legatos Erythreas miserant, qui carmina huius Sibyllæ conquirerent, & inuenta Romam deportarent. Quæ quidem Sibylla, cum perpetua uirginitate floruisset, tandem fœlici dormitione in pace quieuit.

Martem autem Iouis & Iunonis filium, deorúmque omniū ferocissimum, bellatorem quoque feruentissimum, ad hæc quoque tempora peruenisse creditur. Qui cum ferocissimus in cunctis habitus sit, ob id à poetis bello & armis præficitur. Cui Statius poeta, domum in Thebaide atque ministros fuisse describit. Et licet eum referant hominē, ac deum dirum cruentúmque, ac immanem, amantem tamen fuisse describunt. Et inter alia Venerem Vulcani coniugem mirificè dilexit, pro quo & eius concubitum habuit, ex quo multa confabulantur poetæ, & quam maximè Homerus in Odyssea. Hic apud Thraces & Bisthonas habitasse ut plurimum fertur, quæ est regio frigidissima, ibique quum admodum ferox & immanis esset, omnem uitam latrocinando consumpsit. Erat nanque uorator & sanguinolentus homo, ferunt præterea eum immoderatissimū, consilio segnem, fraudibus copiosum, & in præcipitiis facilem, clamorosum denique atque furiosum, nil nisi per certamina optantem, atque alia permulta. Quæ certè omnia planetæ Marti (ut Astrologi referunt) cōuenire dicunt. Hæc enim stella, sub Arctoo cardine in aquilone est, à qua ut plurimum tempestates, grandines, fulgura, tonitrua, nimbi, & stridentes aquilones procedere uidemus. Hic sicut inter deos tertius est habitus, sic & stella eius in ordine planetarū est tertia. Et cum sit planeta siccus & calidus, qui præest coleræ & igneæ complexioni, quæ hominem ad fortitudinē disponit, ideo Martem uirilitati hominis per. 15. annos dominari dicunt. Huic igitur deo Marti currus attribuitur, & lupum ei in tutelam assignant ac picum auem. Et ideo quum Romani aliquod bellum pertractare decreuissent, huic Marti primum Mars stella.

pri num aram, ex gramine confestim construebant, super quam sacrificia Diis libabant. Huic plures filios assignare uidētur, quos inter Romulum & Remum, primos urbis fundatores finxerunt, Etholum, à quo Etholia regio nomen sortita fuit.

Etholia autem ipsa, ab Etholo rege prædicto Martis filio nuncupata est, quædam regio Acarnaniæ contigua, quæ quidem Corinthiaco sinu, à Peloponneso diuiditur, cuius per medium (ut Dionysio placet) Achelous amnis, qui apud poetas famosissimus est fluuius, & de eo ab eisdem narrantur multa, fluens in Trinacriæ usque fretum argenteis arenis dilabitur.

Gedeō Gedeon siue Ierobaal quartus Hebræorum iudex, post Delboram iudicem, & ipse iudicauit Israëlem annis. 40. in quibus computantur septem anni, quibus Hebræi Madianitis, & Amalechitis seruierunt. Hic cum ex tribu Manasses esset, Iamsi habuit patrem, uir per omnia humilis, sed ingenti uirtute summus, qui cernens populum dei cùm alienigenis diis fornicari, & aram Baal extruxisse animaduerteret, zelo dei & legis succensus, aram & Baal magno impetu destruxit, pro quo Ierobaal uocari meruit, quod nomen latinè iudicium dei, uel iudicans frater interpretatur. Suscepto deinde principatu, congregatis trecentis florētissimis uiris, nocte quadā de mandato domini se certamini dedit, in quo quidem uirili animo quatuor reges, uidelicet Oreb, Zebeæ, & Salmanam percussit, quibus superatis ac interfectis, omnis Madiam uirtute istius humiliatus est coram filiis Israël. In ea nanque pugna de hostibus ad centum uiginti millia cæsa referūtur, pro quo multam prædam filii Israël assecuti sunt, nec quo ad Gedeon iste princeps uixit, potuerunt Madianitæ ceruices erigere, sed uniuersa terra per quadraginta annos in maximo ocio quieuit. Genuit autem Gedeon hic septuaginta filios ex multis uxoribus, quas habebat. Quos omnes demum Abimelech ipsius spurius, post mortem patris interemit. Mortuus est tandem Gedeon hic senex & plenus dierum, & in regione Effrem, in sepulchro patris sui cum maximis lachrymis sepultus est, ut patet Iudicum octauo capitulo. 3919 1280

Aegeus Pandionis regis filius, sextus Atheniensium rex, secūdo huius Gedeonis iudicis anno post patrem, suis regnare cœpit, & regnauit annis. 48. Hic duas habuit uxores & ex prima Theseum suscepit, ex secunda uero Medeam, à Iasone postmodum profugam. Quo sanè imperante multa incommoda Atheniensibus euenere. Bellū imprimis cum Minoë Cretensium rege diu pertulere, cum quo etiam tandem succubuere, quibus & has leges Minos imposuit, ut singulis annis septem nobiles uirgines ad Minotaurū suum in Cretam mitterent. Cūq; tandem sors super Theseum filium regis cecidisset, illum hic Aegeus genitor cum naui, ubi omnia nauigii ornamenta nigra aderant, transmisit: mandauitq; eidem filio pater, quòd si contingeret in agendis eum fœlicem obtinere exitum, in redeūdo album suæ naui imponeret uelum, nigro amoto, ut à longè fortunam suam deprehendere posset. Theseus autem in redeundo, mandatorum patris immemor, nō amoto nigro uelo redibat. Verum cum Aegeus hic ex excelsa turri quotidie à longè prospectaret, uidēs uelum nigrum à se dimissum, credens filium fore mortuum, desperatus illico ex turri illa in mare se præcipitem dedit, pro quo & mortuus est. Sed Atheniensibus à Minoë liberatis, ipsum Aegeum tali morte sublatum, in filii solatium, marinum deum publico decreto nuncuparunt, atque ut multorum est opinio, ille mari Aegeo nomen dedit æternum. 3921 1278

Aegeum itaq; mare, à casu huius Aegei regis sic denominatū, ipsum moderni Agios pelagus uocitant. Incipit autem apud Eleum Helespontiaci maris finem, & in occiduum ueniens, Massussianum iundat sinum, inde Thraciā alluens, ad littus usque Macedonicum procedit, cūque & per austrum & currum circumeat, tandem in Aquilonem se uoluēs, & Icarium, Ionium, Eoliūmq; cōtingens maria, tandem finem facit ad Eleum unde inceperat. Hoc quippe mare, quamquam his temporibus turpi seruitio obnoxiū torpeat, tamen rerum mirādarum, uirorūmque illustrium, ac regnorum, necnon & insularum multarum plenum fuisse legimus, nec uspiam inuenimus, ubi tot insulæ, quæ sunt ad summam. 18. sicut in isto mari sint constitutæ. Quarum prima est.

Prima. Amatus Veneri sacra dicēte Venere apud Virgilium. Est Amatus celsa mihi Paphos, atque Cythera. Estque insula metallorum maximè fœcundissima.

Anticera secunda huius maris insula est,in qua Eleborum nascitur,quod est genus herbæ medicinalis, habétque amplum portum. 2

Cæa,tertia huius maris est insula,in qua Cæus Titanis filius habitauit,& sepultus fuit. 3

Chius,quarta est huius maris insula Genuēsibus subdita ubi mastix solum nascitur,habens etiam Aruisium promontorium,à quo Aruisia uina optima. 4

Cous,quinta est huius maris insula,à Coo Meropis filia sic cognominata, multorū uirorum illustriū patria,quæ & ipsa optimi uini est fertilissima,in ea Homerus sepultus fuit, quo quidem sepulchro percelebris diu admodum fuit. 5

Delos, sexta est huius maris insula, una ex Cycladibus clarissima, in qua Apollo & Diana nati sunt,ibi primum, ut Plinius libro.4.refert,ignis inuentus fuit,ibi quoque coturnices aues primum uisæ fuerunt, ut suprà diximus. 6

Hellene, septima est huius maris insula, solum nota Hellenæ Menelai regis uxoris stupris. 7

Lemnos,octaua est huius maris insula, in quam(ut præmissum est)Iuno Vulcanum filium,cum eum turpem conspiceret,è cœlo deiecit. 8

Lesbos,quæ & Mytilena,nona est huius maris insula, de qua suprà diffuse dictum est. 9

Melos,decima est huius maris insula,quam tradunt insularum fore rotundissimam. 10

Hysirus, undecima huius maris est insula, optimi uini & ipsa ferax, éstque Coo propinqua. 11

Pathmos.12.huius maris est insula,in qua diuus Ioannes Euangelista exilium pertulit, ac Apocalypsim conscripsit. 12

Samos,quæ & Samothracia,tertia decima huius Aegei maris est insula Thraciæ cōtigua,de qua suprà in principio quasi huius quarti libri diffusè locuti sumus. 13

Sicyonia.14.huius maris est insula,quæ est ex opposito ad Epidaurum urbem, Argiæ regionis Peloponnesi. 14

Scyrus quintadecima huius maris insula est, Lycomedis patria,in qua Achilles adoleuit,& regis ipsius insulæ filiam nomine Deidamiam grauidauit. 15

Strongile,sextadecima est huius maris insula,quæ uinearum admodum fertilis est,cuius ambitus(ut Plini.scribit).75.passuum milibus patet. 16

Tyrus in Syria ciuitas.

3922 Tyrus insignis Syriæ ciuitas, & uetustate originis, magnitudinéque ac claritate, ante omnes penè eiusdem scilicet Syriæ, ac etiam Phœnicis regionum urbes,præponenda,tertio Gedeonis iudicis anno,secundum Eusebium,condita fuit.Eius autem ædificationis auctor Aegenor Beli prisci filius,in quadam insula primus extitit,quæ quidem insula à terra 70.passuum milibus erat diuisa. Sed postmodum Alexādri magni oppugnantis industria, terra firma facta fuit,ut Ouid.15.Meta.libro testatus est.Hæc,ut Iosephus in tertio Antiquitatum libro scribit,ante Hierosolymitanum templum,annis ducentis.40.condita fuit.

3940 Inachus, eius nominis secundus primus & uigesimus Sicyoniorum rex, hoc anno qui est uigesimusprimus Gedeonis iudicis,post Polybum patrem,suis regnare cœpit,&.41.annis regnauit.

3943 Atreus & Thyestes,Euristhei regis filii.24.Gedeonis iudicis anno,post patrem Mycenis pariter regnare cœperūt,& nunc unus,nunc alter regnarunt in totū annis.65. Atreus autē cum esset Astronomus nō ignobilis,primus Solis eclypsim inuenit. At cōtrà Thyestes uir lubricus existens,nulli parcens,etiam cum Europa fratris uxore concumbere non extimuit,quod scelus impatienter ferens Atreus,eius filios occidens,comedendos patri in mensa apposuit. Cuius facinoris ultionem cum Thyestes à diis expostularet, ab Apolline ei respōsum est,posse altero facinore scelestiore nasci eius mali uindicem, si uidelicet cum Pelopia filia propria concumberet. Quo facto natus est Aegisthus, qui Atreum hunc patruum tandem interfecit, atque Agamennonem regem à Troiano bello redeuntem similiter obtruncauit. De quorum dissensionibus atque sæuitia,multa à poetis cōficta sunt,& à Statio præsertim multis in locis.

3944 Argonautarum nauigatio, quæ Troiani belli occasio extitit uigesimoquinto Gedeonis

nis Hebræorum iudicis anno, secundum Eusebium incepit; quæ sic à plerisque introducitur. Post Neptunum Erictonii successorem, Atheniēsiū regnum(ut Iustinus lib.2.refert)ad Aegeum descenderat, cui Theseus filius(ut præmissum est)ex priore uxore erat, qua defuncta Medeam Colchorum regis filiam suscepit uxorem, ex qua Medum tātummodo habuit filium. At Medea sibi timens propter adultā Thesei priuigni ætatem,ad patrem suum unà cum filio suo Colchos redut. Pelias autem Peloponnensis rex, timens ne Iason illustris Esionis filius, fratris sui regnum inuaderet,suasit ipsi Iasoni quærere uellus aureum preciosissimum, quod apud Colchos erat, sperans per hoc, aut ex longa nauigatione, aut certè ex bello barbarico interitum iuuenis prouenire. Fecitque sibi Iason construi nauem pulcherrimā ab Argo eius architecto, quam ab eodem auctore Argonem nominauit. Ad cuius magnitudinē,stupētibus cunctis,quū eius rei diffusa esset fama,multos egregios iuuenes Iason ipse ad certamen allexit. E quibus clarissimi fuere, Castor, Pollux,Hercules, Thelamō,Orpheus,Zetus,Calais,aliíque cōplures splendidissimi,& genere,& uirtute iuuenes,quos ob nobilitatem semideos appellabant. Nauigantes itaque maxima pompa tandem Phrygiam applicuere,ibidem Laomedonte regnante. Verum,sicut Iustinus lib.4.refert,Iasone Phrygia pulsus,Colchos uenit,ubi regem superans eius etiam filium nomine Egilaum interfecit,ac uellus aureum abstulit, Medeáque regis filiam abducens sibi uxorem fecit,quam tamen haud multo post repudiauit. Sed cum postmodum à Pelia regis filio è Thessalia pulsus fuisset,Medea sibi reconciliata,cū filio Medo ingentem iuuenū multitudinem collegit,& Colchos denuo repetiit,ubi socero suo rege pulso uiriliter,nonnullas etiam ciuitates in recōpensationem prioris iniuriæ suo regno adiecit.Hāc autem præclaram Argonautarum historiā,multi tam Latini quam Græci suis scriptis cōmendauere.E quibus Orpheus qui negocio interfuit,& Apollonius Græcus,qui præ cæteris materiam hanc latè prosecutus est.Ex latinis uero Ouidius libro Meta. Valeriúsque Flaccus poeta, Diodorus Siculus historicus, ac Iustinus noster, à quo penè hæc scripta elicuimus.

Viri doctrinis excellentes.

Sibylla Delphica uates insignissima, his temporibus(ut Eusebius refert)multo in precio fuit,quæ inter cætera, à sancto spiritu edocta,multis carminibus seriem omnem incarnationis uerbi dei peroptimè descripsit,eius quoq; uerbi uitam omnem,& miracula proditionémque,capturam,illusiones, ac denique turpissimam mortem, præterea & resurrectionem,ac eius ascensionem,ita perlucidè scripsit,ut historiam magis dictasse, quam uenturos actus uisa sit.Vnde ferunt eam hæc pauca dixisse,scilicet,ipsum tuum cognosce dominum,qui uerè dei filius est. Hæc inter Sibyllas tertia computatur, de qua Crisippus locutus est,in eo libro quem de diuinatione composuit.

Orpheus. Orpheus magnus Theologus atque poeta natione Thrax seu Græcus,hisdem temporibus non in doctrina modo & modulatione, sed & ingenio atque eloquentia fuit perfulgidus,atque in bellis pertractādis multo in precio est habitus, quippe qui(Diodoro Siculo teste)omnes quorum extat aliqua memoria in doctrina, & melodia,poesique excessit. Ipsum enim affirmant omnes tanta elegantia, tanta dicendi suauitate, tanta denique uerborum concinnitate ac copia floruisse, ut sua facundia audientium animos ad se raperet. Nam maria stetisse,stagnasse fluēta,arbores flexisse,aperuisséque inferorū portas, ac quod his omnibus longè creditu est difficilius, Cerberi inclemētiam sua uerborū neruorúmque suauissima modulatione temperasse atque uicisse, plurimi poetarum prodiderūt, unde de hoc ipso Ouidius dixit.

Saxa ferásque lyra mouit Rhodopeius Orpheus,
Tartareósque lacus,trigeminúmque canem.

Augurādi primus inuētor. Huius autem inuentum fuisse auguria ex certis animalibus sumi, Pli. scribit, quæ primo ex auibus sumebantur. Hic homines irrationabiliter uiuentes, ex feris & immanibus bestiis fecit mansuetos,mitésque & moribus compositos,unde fictum est ipsum bestias quasque & uolucres,& fluuios,& saxa,& arbores,sono citharæ mouisse, & Euridicē formosissimam nympham eodem demulcens sono obtinuit coniugem. Iste in numerum deorum aggregatus

gatus est, unde pingebatur in habitu philosophico, citharã manu pulsans. Aiũt enim hũc, quum sacra Libero patri in Græcia introducere tentasset, à mulieribus ligonibus fuisse interfectum, & in Hiberum fluuium proiectum.

Museus insignis poeta Orpheo amicissimus, & ipse tempestate hac clarus effulsit, hũc cuiusdam Emolphi uiri præclarissimi filium fuisse affirmant, & qui hoc astruere uolunt, inducũt testimoniũ illius epitaphii his uerbis traducti, Eumolphi dilecti filium habet Phalericum solum museum corruptum corpore, sub hoc tumulo. Hic unus ex tribus inuentoribus poësis fuit. Quædam de isto reperiuntur poemata, & quam maximè de amore Leandri.

Dædalus Atheniensis artis fabricæ peritissimus, maximi ae diuini prope ingenii uir, per hoc tempus floruit, qui ut Pli. refert, primus parietum & tectorũ domorũ inuentor fuit, ceráque fabricæ artis etiam primus ferram, asciam, perpendiculũ, & terebram adinuẽit, atq; in nauigando malum & antẽnam, aues quoq; metalinas artificioso quodam artificio uolare faciebat. Simulachra præterea composuit, quæ & eadem arte mouebãtur, pedésque statuarum seiunctos primus fecit. Mensam quoque & sellam primus extruxit, labyrinthum memorabile opus in Creta fabricauit, famosum quidem, & à poetis decantatum. Vnde Ouid. 8. Metamor. Inuentor ferræ, asciæ, perpendiculi, terebræ, antẽnæ, mali, mensæ, & sellæ

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus, turbátque notas & limina flexu,
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.

In eo itaque labyrintho, propter nepotis necẽ, una cum Icaro filio inclusus fuit, ubi quum aliquãdiu fuisset, tandem uxoris Minois auxilio euasit, assumptóque nauigandi cõsilio, & remedio, una cum Icaro filio fugam petiit. Quãobrem sumpta est fabula, quod ambo alis sibi impositis ad fugam uolandi officium susceperint. Sed Icarus, patri non obtemperans defecit. Quæ omnia, apud Ouid. 8. Meta. plenius habentur. Ipse item Dædalus ingeniosus primum longas naues quas triremes seu galleas uulgo appellant cõfecit, quæ quidem remigio maximè ualent, & ideo in eis conscendens & abiens, eum uolasse dicitur, quia tam celeriter abiit, ac si pennis uolasset.

Icarus autem dicti Dædali filius, & ipse magni ingenii uir fuit, & ideo patri admodum charus, isque cum Dædalo patre è Creta fugiẽs, alarum fiducia fretus, ultra parentis iussa altius euolauit, & solis ardore cera, qua pennæ contingebãtur, liquefacta, in mare decidit, pro quo ipsum mare ubi decidit de suo nomine Icareum postmodũ est dictũ, & per consequens etiam insula, quæ est inter Sardum & Siculũ mare, Icaria est nuncupata. De quibus Ouid. de Tristibus. Icaria insula.

Icarus immensas nomine signat aquas.

Perdix etiam Dædali ipsius ex sorore nepos, & ipse ingenii acutissimi adolescens, tempestate hac ferram in modũ spinæ piscis, ad ligna secãda primus fabricauit. Propter quod Dædalus qui eundem Perdicem nepotem suum in lignaria arte erudiendũ susceperat, inuidia permotus, ab aree quadã præcipitem dedit, unde Perdix hic à poëtis postea in auem sui nominis fingitur. Serræ inuentio.

3951 Sosarinus. 24. Assyriorũ rex, Pannia patre rege defuncto, hoc anno qui est. 32, Gedeonis iudicis, suis regnare cœpit & annis. 19. regnauit.

Labyrinthũ opus admirandũ, his temporibus Dædalus præstantissimus artifex, in Creta ad similitudinem Aegyptii labyrinthi extruxit, in quo domos mille & regias duodecim posuit, intúsque penè innumerabiles uias multis ambagibus huc & illuc remeantibus, sed porticibus sæpe reuocatis ancipites, qui subinde alium super alios orbem agebant, & tantum redeunte flexu, quãtum processerat, magno tamen & inexplicabili errore perplexus erat, hunc autem ab illo Aegypti labyrintho centesimam partem tantum fuisse Pli. lib. 36. scribit, hoc quippe opere quũ ingenii admirabilis Dædalus uisus fuerit, ab Aegyptiis atque Cretensibus suis statua lignea donatus est, quæ diu in Vulcani templo stetit, & diuinis honoribus propter eius inuenta ab Aegyptiis honoratus est.

1240 3959 Abimelech, quintus Hebræorum iudex post Gedeonem supradictum, iudicauit Israelem Abimelech.

lem annis.3. Hic Gedeonis ex Pellice filius fuit,uir quidem uiribus fortis,& insignis propugnator, qui mortuo patre, ut solus regnaret,septuaginta fratres suos interemit, uno dũtaxat excepto, nomine Ioathan. Quamobrem dominus illum mala morte perire fecit. Nam quum oppidum obsideret, illúdque tandem ui comprehendisset, & in prædam exposuisset, uniuersus populus timore perculsus, in turrim celsissimam se conclusit, quam cum idem expugnare tentasset, mulier quædam fragmẽ mole proiiciens, ipsum in caput letaliter percussit, sauciúsque in terram cadens, ne à muliere occisus diceretur, rogauit suum armigerum ut ipsum interficeret, quod & factum est. Ac sic dominus ei malum quod fecerat fratribus suis, in decuplum reddidit, ac etiam in Sichimitas quos omnes ad unum deleuerat. Hanc nãque calamitatem,prius eius frater Ioathan diuinando prædixerat, solus hic ambitiosissimus homo, ex cunctis iudicibus Israël, se regem nominari fecit. Et idcirco nomen eius de Catalogo sanctorum iudicum propter tyrannidem & fratricidium deletum est, hæc ex Iudicum lib.cap.9.

Iason illustrissimus Esonis Thessaliæ regis filius,Peliæque regis nepos,hisdem temporibus quum magni animi & uirtutis esset homo, plurima per Asiam permagnifica egit facinora, & ea quidem tanta, ut etiam ibidem ritu diuino coleretur,suóque nomini plurima construerentur templa. Ipse enim(ut Plinius ait)primus fuit,qui longa naui, quam triremẽ dicimus, usus fuit, ipse nãque ab Argo suo architecto,in Pegaso sinu extruere fecit, ut suprà in Argonautis dictum est. Ex Pegaso igitur sinu Iason hic triremẽ soluens, mox in Lemnum insulam incolumis deuenit, ibique mulieribus quæ suos interfecerãt uiros superatis, Isiphylem Thoantis regis olim filiam, duxit uxorem,prægnantẽque ibidem eam relinquens,cum eadem naui in Colchos deuenit,ubi & ob eius formositatẽ,à Medea Colchorum regis filia,cum ingenti gaudio exceptus est,cui cum se maritum futurum spopõdisset,statim ab eadem edoctus est,quomodo æripides tauros habentes æneos pedes,id est, regni proceres, uiribus insuperabiles, edomare & suo subigere iugo posset. Hæc tamen poetica sunt,quæ ad historiam haud pertinere uidentur. Verum quum Iason hic eloquentissimus esset uir,apud Colchos consistens,Colchorum regni proceres,non bello tantum, sed sua oratione suaui,suísque aliis circũuentionibus,tandem superauit,illósque omnes in suam Medeæque sententiam trahens,populares ad seditionem cõcitauit, præfectóque regni cæso, Colchos aduersum seipsos armauere, qui in eodem bello diu perseuerantes, demum fatigati,ab Iasone non solum subiugati,sed etiam diuitiis suis penitus fuerunt denudati,atque aureo uellere,id est, grege habente preciosissimum uellus, sunt priuati. His ex sententia gestis,ac Laomedonte rege interfecto, in Ilium ueniens Troiam uastauit,& Esionem regis filiam rapuit,quam Thelamoni necessario suo uxorem dedit, eo quod Troiam primus intrauerit. Inde etiam cum ingenti præda abiens, ad patriam cum suis remeauit.Qualis autem huius Iasonis fuerit finis non me legisse memini.

Lapytarum & Centaurorum bellum per hoc tempus fuisse Eusebius scribit. Hi nãque populi syluestres in Thessalia erant,à quibus Centauri ipsi, qui media parte erãt uiri,mediáque reliqua equi originem duxere,ut omnes testantur poetæ. Sed Lapytæ postea cum ipsis Centauris crudelia gessere bella,unde & Virgi.2.Geor.lib.ait,

Et magno Ileum Lapytis cratere minantem.

Nam cum Pyrrithous eorum rex,uxorem duceret,Cẽtauros sibi uicinos, cæteróſq; deos (Marte dũtaxat excepto)ad nuptias uocauit. Quare numẽ iratum in illos furore immisso, permisit hanc Lapytarum gentem fugari, & cædi,ac penitus deleri, unde dicit Virgilius. Mars perdere gentem immanem Lapytum ualuit .Hi itaque Lapytæ populi(ut Rabanus asserit)à Lapytha Apollinis filia,seu uxore fuerunt denominati,quæ apud Thessalos magni momenti,& precii fuit fœmina, & quidem non nisi admodũ insignis potuit esse mulier,postquam tam egregii populi ab ea sint denominati.

Viri disciplinis excellentes.

Tamiris Amonis filius natione Thrax,musicus celeberrimus,his temporibus cantandi gratia euasit celeberrimus, qui(Homero teste)quum ex Orchalia aliquando esset ueniens in dorio,Musásque obuias habuisset, cantandi scientiam gloriabundus sibiipsi uendicauit,

atque

atq; eaſdē ad certamen muſices inuitauit, ad cuius inſolētē uocē, illæ tanquam Iouis filiæ ſtomachatæ eidē & modulationem, qua plurimū præditus erat, & pulſandæ citharæ peritiam, ac denique uiſus ſenſum, penitus abſtulerunt. Quaobrem dicebat Propertius poeta. Me licet & Tamiræ cantoris fata ſequantur, Nunquam ad formoſos inuidē cæcus ero.

Philemon, muſicus Græcus, patria Delphius, & ipſe per hoc ipſum tempus apud Græcos ſuos, quoddam inſtrumētū, quod chorus dicitur, primus inuenit. Id enim (ut Iſydorus ait) eſt quædam pellis, duas habens buccas, & per unā earū uentus inſpiratur, per aliā uero ſonus emittitur. De choro etiam diuus Hieronymus ad Dardanum ſic exponit, quod ſit ſimplex pellis, cum duabus cicutis æreis, & prima inſpiratur, & per ſecūdam uocem emittit. Id autem inſtrumentum his temporibus maximē fuit ſynagogæ Iudæorum chorus. Chori inuētio

1237 3962  Ola ſextus iudicū Hebræorū poſt Abimelech in principem aſſumptus, iudicauit Iſraēlem annis.23.ut patet Iudicum cap.10. Hic ex tribu Iſachar, patrem habuit ſuū patruū ſcilicet Abimelech prædicti tyrāni, de quo licet nil legatur memoria dignū, inter ſanctos tamen iudices cōnumeratur, moriens tādē in pace, in Sanir ſepelitur. Tola

1235 3964 Faunus Pici regis filius, ſecundus Latinorum rex, patre anno ſecūdo iudicis Tolæ defuncto, in regnum eius loco ſuccedens, regnauit annis.30. Hic (ut Pompilius ait) ſuo auo Saturno nepharia ſacra conſtituit, & ſuam ſororem, uel potius uxorem nomine Faunā illi primum cōſecrauit, eo quod cōtra mores, decūſq; regiū, clā uini ollam ebibiſſet, quo ebria effecta, turbatus rex eam myrteis uirgis ad mortem uſq; cecidit. Poſtea facti pœnitens. 4. ſacros detulit honores. Sunt tamen qui dicant quod fatidicus fuerit homo, eiúſq; cōiunx & ſoror Fauna ſimiliter fatidica, & inde Fauna appellata, quod ſe in Tyberim fluuiū præcipitauerit. Quapropter qui adhuc inſpirari ſolent, fatuari dicūtur. Hi poſt mortem etiam opinione hominum deorum cōſortio ſunt adiecti. Tunc enim populorum opinio ad deificandum facilis admodum erat, eos maximē in quibus alicuius uirtutis ſplendor, uel aliqua ſingularis induſtria enitebat. Hic autem genuit Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos, Acū, & Eurimedontem, Latinúmque ex Fauna, quæ fuerat ei coniunx & ſoror.

Deorum ſelectorum epilogus.

Et ut de ſelectis diis in Fauno iſto finem tādem faciam, dignum duxi deorum ſelectorum nomina hinc ſingulatim recenſere, quorum omnium ſelectorum.15. mares & fœminæ.10. fuere, quorum nomina ſecundum ordinem eorundem ponuntur, & primo.

Ianus primus.	10 Orcus qui & Pluto.10.	Minerua.19.
Iupiter.2.	11 Liber pater, qui & Bacchus.11.	Iuno.20.
Saturnus.3.	12 Aeſculapius.12.	Cibele.21.
Genius.4.	13 Hercules magnus.13.	Veſta.22.
Mercurius.5.	14 Perſeus.14.	Lucina.23.
Apollo.6.	15 Orpheus.15.	Ceres.24.
Mars.7.	16 Tellus.16.	Iſis.25.
Neptunus.8.	17 Venus.17.	Hi ideo præcipui habētur,
Sol.9.	18 Diana.18.	quia magis innotuerūt populis.

1224 3975 Priamus Laomedontis Troianorum regis filius.10. Tolæ Hebræorum iudicis anno, patre ab Iaſone interfecto, regnū ſuſcipiens, regnauit uſque ad Troiæ captiuitatem & euerſionem annis fermē.52. Hic inter mortales adeo extitit notus, ut uix uſque malo eo notior alter inueniatur, quod regno ſuſcepto Ilium urbē, nuper ab Iaſone eiúſque ſociis dirutā, ſtatim ingenti gloria inſtaurauit & exornauit. Erat homo omnium pulcherrimus, ſtatura ingenti, & lingua facundus, ac omnibus uiribus præſtans, ſed oculis aliquantulum ſtrabo, in ciuibus ſuis clemēs, & in hoſtibus per omnia formidabilis. Cui cum cūcta pro uoto ſuccederent proſpera, Hecubam Dimantis Thraciæ regis filiam pulcherrimā duxit uxorem. Ex qua (ut Cicero primo Thuſculanorum libro ait) decem & octo utriuſque ſexus ſuſcepit filios. Quorum omnium, primus Hector, ſecundus Deiphobus, tertius Helenus, quartus Troilus, quintus Alexander qui & Paris qui Helenam rapuit, & alios quorum nomina ſunt, Creuſa, Caſſandra, Iliona, Laodices, Lycaſthes, Medicaſthes, Polyxena, Caon, Polydorus, Lycaon, Eſacus, Anthiſus, Iſus, Theucer, Dimochontes, Echemon, Ciomenō, Gorgiton, Cebrion, & Phorbas, Dorielon, Pauimon, Aliphon, Agathon, Hippothous, Priami filii.

Aganon, Lachaontes, Mistor, Iphates, Testorius, Timoothes, & Polytes, atque alii ex aliis mulieribus numero sexaginta. Eo itaque tam grandi filiorũ numero, in tam insignem regnum suũ splendorem ampliauit, ut non solum Troiæ, sed & totius Asiæ uideretur rex. Huic etiam Aeneas consobrinus fuit. Quorum inclytam genealogiam ab Ioue originem traxisse multi asseuerant. Quia (ut supra expressum est) Iupiter ex Electra Dardanum genuit, Dardanus autem Erictonium, Erictonius uero Troem, Tros autem Assaracum, Ganymedem, & Ilum, Ilus quoque Laomedontem Priami huius genitorem, Assaracus uero Trois filius etiam genuit Capim, Capis Anchisen, Anchises uero Aeneam Ascanii patrẽ, quorum genealogiam Ouid. in. 4. Fastorum libro expressit, dicens,

Genea logia Priami

Dardanum Electra quis nescit Atlantide natum,
Scilicet Electræ concubuisse Iouem,
Huius Erictonius, Tros est generatus ab illo,
Assaracum creat hic, Assaracúsque Capin,
Proximus Anchises, cum quo commune parentis
Non dedignata est nomen habere Venus: Hinc satus Aeneas. Huius itaq; filius Paris cum didicisset Herculem rapuisse Hesionam amitam suam, & ipse Helenam Menelai cõiugem illico rapuit, & secũ in Troiam perduxit, & quũ nullis suasionibus induci posset, ut Græcis illam repetentibus restituere uellet, eos cum mille nauibus contra eum pugnantes habuit, in quorum pugna tandem Priamus hic omnes perdidit filios, quibus diuersis modis obtruncatis & cæsis, etiam ultimo Ilionem capi uidit, ac filias captiuas abduci, ignéq; cuncta cremari prospexit. Sed & cum ipse infœlix cũ Polyte filio paruulo fugeret, Neoptolemus uir quidem audacissimus eum insequens & comprehendẽs, ipsum filium in proprio sinu occidit, ac eum senem gladio confodit. De eius tamen morte uaria opinantur.

Iapyges magni Dædali filius, hoc tempore ob animi ingeniiq; maximi præstãtiam, non solum in Aegypto & Creta insula sui ortus patria, sed etiam in nostra Italia maximo fuit in precio & preconio. Nam patre defuncto, statim in Italiã adnauigans, ad Gargani montis radices applicuit, ibidémque in supercilio montis (Seruio teste) quibusdam arcibus extructis, uniuersam circũquaque regionem occupauit, & à se Iapygiam nuncupauit.

Iapygia autẽ regio, ab ipso Iaphygio, seu Iapygio Dædali filio nuncupata, Apuliæ pars est in qua Garganus mons est, quæ in Adriaticum usque porrigitur pelagus. De quo quidem Iapygio. Virg. lib. xi. Aenei. Victor Gargani cõdebat Iapygis agris. Hãc sane regionem pro tota Apulia nuncupare possumus, quũ eam & Messapiam, & Calabriam, & Salentinam, ac ipsam Iapygiam complures communi appellatione nuncupẽt. Est itaque regio hæc populosa, frumẽto quàm maximè, uino & oleo, diuersi generis fructibus fertilis & fœcunda, ex qua bellatores equi proueniũt multi. Estq; nobilissimis ciuitatibus inclyta, ac pugnacissimis castris & oppidis præmunita. Eius metropolis est Brũdusium optimo portu insignita, & Trana similiter ea in regione metropolis, quæ Petro Tellesino episcopo theologo & cõcionatore disertissimo, ac aliis literis, & insigni prudẽtia decorato, nobisq; patri singularissimo, nunc plurimũ extat illustrata. Tredecim quoque aliquando urbes habuit, nunc autem excepto Brundusio, Tarento, atq; Hydrunto, cætera oppidula sunt exigua, est nihilominus ea in regione Barleta, insigne ac frequentatum populo oppidũ, multis uetustioribus monumentis decoratum ornatúmque, non solum templis, & cæteris priuatis ædificiis, sed & uiris plærisque iurium, ac bonarum literarũ insignibus, quos inter Bonifacium sacerdotem nobis notissimũ, ac multa reuerẽtia familiarem, iuris põtificii egregiè doctum, sed quadam humanitate ac religione singularissimum. Est denique hac in regione Garganus mons, in cuius summitate præclarum obtinet sancti angeli oppidum, in quo mirificum est templum diuo archangelo Michaeli dicatũ, ab uniuerso populo Christiano per uniuersa anni tempora, maxima religione frequentatum. Hanc quidem regionem, potissimúmque oppida circa Garganum mõtem adiacẽtia, Saraceni aliquãdo ceperunt, uastauerunt & diu possederunt, quos Grimoaldus Longobardorum rex expulit. Illos etiam Carolus magnus, quum grauiter hæc loca opprimerent, fugauit, & hunc locum pacificè deinceps possedit. Hanc quippe regionem, & Galli & Itali de regno ipsius hoc anno,

Brũdusium. Trana. Barleta Sancti Michaelis.

qui est.1496.disceptantes ultrà quam credi posset, lacerauerunt, incenderunt ac diripuerunt,ita ut pristinæ suæ fœlicitatis uix ulla in ea remãserit facies,de qua in calce operis huius latius tractabimus. De hac etiam regionis descriptione,multa in.12.lib. dicemus.

Hesione speciosissima uirgo,Laomedontis regis filia,Priamíque germana,per hoc tempus ab Hercule magnanimo, à marino monstro liberatur, & patri incolumis restituitur. Verum Laomedõte patre ab Iasone interfecto,ac Ilione urbe deiecta,ipse Hercules illam in conflictu capiens,Thelamoni impigerrimo iuueni,qui primus urbis muros conscenderat, in partem prædæ concessit, quam libenter susceptam secum in Salaminam gaudens perduxit,cui haud multo post Teucrum peperit filium,uerum sæpius cum frustra à Priamo fratre,& rege repetita fuisset,maximum incẽdium omnibus excitauit, ut suprà,& infrà dicetur.

Medea sæuissimum perfidiæ documentum, Oetæ clarissimi Colchorum regis ex Persa
3973 coniuge filia, hisdem temporibus,& si formosa fuerit fœmina, longè tamen maleficiorum omnium fuit doctissima,hæc adeò herbarum pene omniũ uires nouit, ut cantatis quibusdam carminibus,quandoque uellet turbare cœlum,uentos ex antris elicere, tempestates mouere,flumina sistete,& uenena cõficere,ac elaboratos ignes ad quodcũque incendium cõponere,& huius alia innumerabilia mala perficere pro suo libito. Vnde Ouid.hæc ipsa confirmans lib. Meta.7.ait.

Cum uolui,ripis ipsis mirantibus,amnes
In fontes rediere suos,concussaq; sisto,
Stantia concutio,cantu freta,nubila pello,
Nubiláque induco,uentos abigóque uocóque,
Viuáque saxa sua conuulsáque robora terra
Et syluas moueo, iubeóque tremiscere montes,
Et mugire solum, manésque exire sepulchris,
Te quoque luna traho.

Hæc itaque Iasonem Thessalum iuuenem conspicuum, capta illius præstantia,adeò dilexit ardenter,ut etiam eius mereretur amplexus,& tandem paterna substantia subtracta, clam cum eodem Iasone fugam arripuerit,nec tam grãdi facinore contenta, nisi in peius trucem animum diuerteret, ut fratrem suum uterinum Egyaleum puerum obtruncari fecerit. Tandem post errores plurimos,in Thessaliam cum suo Iasone amasio fœlix peruenit, labẽtibus postmodũ annis,facta est Iasoni(ut fit)exosa,impatiénsque ac fremẽs, quum multa in ipsum Iasonem excogitasset, eo prorupit,ut ingenio suo uolatilem ignem in regiam mitteret,& ipsa cum Medo filio suo in Asiam fugeret. Ibidem urbe parua constructa,Mediam ex suo nomine appellauit,à qua postmodum tota regio est nuncupata.Quid uero tandem egerit,quóue sub sæculo seu mortis genere diẽ clauserit,nec me legisse memini,nec etiam audiuisse.

Media igitur regio, à Medo Medeæ prædicto filio sic appellata,est in maiori Asia, Assyriæ & Persiæ ac Hircano mari contermina, in qua memorantur quatuor fore regiones, ubi Medus ipse in honorem matris Mediam illam condidit urbem, ubi & regnum etiam ex suo nomine constituit, sub cuius quidem potestate uniuersum Orientis imperium aliquando postea fuit.Hanc regionẽ in duas partes diuisam esse Strabo lib.11.refert,quarum alteram maiorem uocant,cuius metropolis Ebathana magna ciuitas postea fuit, & imperii caput. Sunt & aliæ urbes complurimæ postmodum à Macedonibus conditæ, è quibus fuit Laodicea, Apamia,& aliæ. Est hæc regio admodũ frigida, quæ olim toti Asiæ dominata fuit,uerum & ipsa Assyriis regibus usque ad Sardanapalum regem paruit, sed Arbaces qui ipsum Sardanapalum ignauum regem occiderat, imperium denuo ad suos Medos transtulit, quod postea sub Astyage rege magno fuit in culmine, sicut ex libro Iudith, cap.primo habetur. Verum postmodũ Cyrus Persarũ rex, hoc imperiũ penitus extinxit, & ad suos Persas transtulit. Post Persas,Medi etiam Macedonibus paruerunt,deinde Parthis. Fuerunt etiam Medi Romanis confœderati,Tamberlanus nouissimus Parthorũ rex

eos subegit, & quoad uixit eisdē imperauit, ut in anno domini. 1403. uidebimus. Hodie autem eos sub magno cane degere nobis relatum est. Hoc tamen imperium propter suū in accessum, nobis incognitum, aliis inquirendum relinquimus. Hac in regione sunt montes Caspii maiori Armeniæ contermini, ubi Caspiæ sunt portæ, hoc est uia quædam ipsos intersecans montes, interruptis angusto transitu montium iugis, ita ut uix singula intrare possint plaustra, longitudine octo miliariorum, ut auctor est Plinius & Ptolemæus lib. 6.

Theseus septimus Atheniensium rex, Egeo patre defuncto, duodecimo Tolæ iudicis anno suis regnare cœpit, & decem annis regnauit, qui quidem inclytus rex, tot memoratu digna peregit facinora, ut inter Hercules magnos unus ipse numeretur, & inter cætera suæ prudentiæ opera, suos Athenienses uicatim dispersos in unū corpus collegit, & ita ciuitati faciem dedit, & ut quamprimum regnū adiuuit, Minotauro in Creta occiso, suos ciues à pœna tributaria liberauit. Erat nāque Theseus uir bellicosus, & unà cum uiribus prudentia insignitus, qui cum multa de uirtute & prudentia Herculis audiret, ad eum imitandum postea accensus est. Vnde & primum in Epidauro Perythoum claua armatum occidit, clauàque sibi arripuit, qua semper usus est, in Isthmóque Signidum se in uarias figuras uertentem interemit. Et quum paululum progrederetur, Damascum in Ermione obuiam factum coegit per multa præcipitia ruere, ut qua morte hospites afficiebat, ea quoq; & ipse afficeretur. Team deinde bellicosam fœminam & Schyronem uirum suum uiatores spoliantes, Megaram uersus, enecauit, sicque nepharios homines pro eorum sceleribus, quoscūque pœna mulctabat. Pallantidas etiā cum ipso bellum gerentes trucidauit. Egressus deinde ad Marathonium taurum capiendum, qui scilicet multas habitantibus Terapolim molestias inferebat, captum diu per urbem ducta ndo populis ostentauit, Apollinìque tandem mactauit. Primus quoq; Athenis optimates ab opificibus & agricolis segregauit. Eosdem religionem cognoscere, principatus præbere, leges interpretari, sacràque & diuina exponere mandauit, ac nummos esculpere cōcessit & iussit. Adepto deinde agro Megaro, inclytam in Isthmo columnam erexit, in qua regionis ipsius diuisionem duobus trimetris inscripsit. Tandem quum per orbem ad perdomanda monstra diu uagatus fuisset, opera Mnesthei & Atheniensium optimatū, in urbe cōtra eum seditio & tumultus exorti fuerunt, cúmque nulla amplius imperandi spes superesset, filiis in Euboëam transmissis, ipse in Schyros insulam traiecit, in qua Licomedes tunc imperabat, qui siue gloriam hominis extimescens, siue ut Mnestheo satisfaceret, illum in locum quendam excelsum adductum tanquā inde agros ostensurus, per ripam præcipitem dedit, tribus post se relictis filiis Hippolyto, Demophonte, & Antigono. 3974 1225

Mythreus uigesimusquintus Assyriorum rex, eo anno quo & prædictus Theseus post Sosarinum regem suis regnare cœpit, &. 27. annis regnauit.

Phestus uigesimussecūdus Sicyoniorum rex. 22. iudicis Tolæ anno post Inachum regem regnare cœpit, & octo annis regnauit. 3984 1215

Anchises magni Aeneæ pater, Capisq; Troiani filius, hac tempestate ante Troianū bellum, à Phrygia Sibylla præmonitus (ciuitatem Ilionem omnino esse perituram) urbe relicta in nemora secessit, eisq; delectatus, armentorum atq; gregum curā gerere cœpit, circa quæ ut plurimum tum diuitiæ eorum cōsistebāt. Cūq; apud Symoenta fluuium suis cum gregibus intenderet, ibidē à Venere dilectus est, atq; eius amicitia & concubitu usus, Aeneam genuit filium, uerum quum se plurimum iactaret, quòd tali concubitu potitus fuisset, ab ipsa confestim luminibus priuatus est, & cum ita cæcus effectus esset, Troianorum consiliis (ut Seruius scribit) interesse non potuit. Capto deniq; Ilione atq; incēso, quum Aeneas filius uellet eum secum trahere, potius quam abire uellet, ibidem mori disposuit. Verum tanta fuit Aeneæ filii instantia & preces, quòd secum recessit. Abiit itaq; hic Anchises uir bonus atq; benignus cum fugiente filio, immo ab ipso per ignes & mille uolantia tela subtractus, in Sicilia tandem in Drepanū oppidū deuectus est, ibidémq; senio cōfectus naturæ satisfecit, eóque loci (ut Virg. æstatur) in monte Ericis sepultus est. Cōiugem enim habuisse eum constat, ex qua nonnullas suscepit filias, quarum de numero Hippodamia antiquior fuit, filia sane formosissima & parentibus admodum dilectissima.

Ionius Arcadii iam dicti Arcadum regis filius, his temporibus adeò classico bello excelluit, ut Peloponnesia omnia littora, ad mare usque Siculum, suæ ditioni ferme subiiceret, & à suo nomine deinceps id mare Ionium cognominaret. Hæc nanque loca, quæ Ionius sibi subiecta fecerat, pars quarta totius Græciæ extitere. Quibus subditis Ionicis, literis atque figuris, suáque grammatica uti coegit. Fuit quippe huic Ionio unica tantū filia nomine Nicostrata, de qua mox plura dicemus.

Ionium autem mare à prædicto Ionio sic cognominatum est in Peloponnesi seu Morea prouincia, incipitque ubi Adriaticū terminatur, habens à Septentrione ipsum Adriaticum, ab Oriente Creticum, à Meridie Aphricum, & ab Occidiuo Siculum. Initium autem sumit à promōtorio Maleæ, circa quod Aegeum terminatur, inde Laconicam alluit omnem, & Malleam usque ad promontorium Tenaron. In hoc quippe mari sunt quinq; notæ insulæ uidelicet Cephalonia, Corcyra, Diomedea, Naritia, & Strophades duæ.

Cephalonia autem huius Ionii insula, contra Epirum est sita, quæ fuit Vlyssis postmodum regnum, hanc Pli. Menalam dicit fuisse uocatam.

Corcyra alia huius maris insula Epiro adiacet, in qua ut præmissum est, regnauerat Alcinous rex, diligens hortorum cultor, est nāque admodum copiosa & fertilis.

Diomedea item tertia Ionii maris est insula contra Apuliam sita, tumulo Diomedis insignis, de qua latius mox dicemus.

Naritia quarta insula fuit etiam de regno Vlyssis.

Strophades duæ insulæ sic dictæ, hoc in mari sunt contra Epirum (ut Pomponio placet) sitæ, quæ Harpiæ à Virgilio nuncupantur, cum dicit.

Virginei uolucrum uultus, fœdissima uentris
Proluuies, uncæque manus, & pallida semper Ora fame.

Homines doctrinis excellentes.

Sibylla Troiana seu Hellespōtica, ex numero earum octaua, per hæc tempora floruit, de qua Heraclitus philosophus plurima scripsit, quæ quum plurima memoratu digna conscripsisset, etiam de Christo saluatore nostro hæc uaticinata est, dicens. De excelso cœlorum habitaculo humiles prospexit deus, & nascetur in diebus nouissimis de uirgine Hebræa.

Sibylla Phrygia hisdem temporibus, teste Eusebio, studiis & diuina gratia illustris plurimum effecta, multa Anchisæ Troiano prædixit, uidelicet de flagellatione potentum, & regum terræ, & de descensu dei de olympo. Nam sparsis per humeros crinibus, uestéque rubea induta, hoc modo Anciræ uaticinata est. Tuba de cœlo uocem luctuosam emittet, tartareūque chaos ostēdet dehiscens terra, uenient ad tribunal dei reges omnes. Deus ipse iudicabit pios simul & impios, tunc demū impios in ignem & tenebras mittet, qui autem pietatem tenuerint iterum uiuent.

Sibylla autem Libyca quo tēpore floruerit non satis constat, eam tamen haud multum iuuenem uaticinatā fuisse legimus, uiridi etiam serto semper incedens, ita de Christo suum uaticinium protulit dicens. Ecce ueniet dies, & illuminabit dominus condensa tenebrarum, & nexus synagogæ soluetur, & desinent labia hominum quum uiderint regem uiuentium. Et tenebit illum in gremio uirgo domina gentium, & regnabit in misericordia. Et uterus matris eius erit statera cunctorum. Inde in manus iniquas ueniet, & dabunt deo alapas manibus incestis, miserabilis & ignominiosus erit, miserabilibúsque spem præbebit.

Sibylla Persica quo tempore fuerit non inuenimus, eam tamen aurea ueste indutam & candido uelo coopertam incessisse legimus, quæ de Christo hæc prænunciauit. Panibus simul quinque & duobus piscibus, hominum milia in eremo quinque satiabit, & reliquias tollens duodecim cophinos implebit in spem multorum. Alio quoque in loco sic ait. Ecce bestia conculcaberis, & gignetur dominus in orbem terrarum, & gremiū uirginis erit salus gentium, & pedes eius in ualitudine hominum, & inuisibile uerbum palpabitur.

Sibylla autem Europa una fuit, sed quibus temporibus claruerit ignoratur, quæ cum

esset facie admodum decora, etiam aureo uestimẽto tanquam illustris mulier induebatur, quæ suum Breue in manibus tenens, de Christo sic ait. Veniet ille & colles transibit, ac olympi latices, regnabitque in paupertate, & dominabitur in silentio, & ex utero uirginis ueniet.

Sibylla item Cumana altera fuit, & his temporibus, uidelicet Troianorum cladis floruit, & ut quidam tradunt in tam longum æuum deuenit, ut ad prisci Tarquinii Romanorum regis tempora deuenerit. Hæc quippe Deiphobum Glauci filium habuit patrem. Cui tanta inerat uirginitas, ut nulla unquam uiri contagione se fœdari passa fuerit. Hæc in Baiano littore secus Auerni lacum, insigne habuit oraculum, quod in hoc usque tempus seruatur, quod adhuc in ruinis quãdam maiestatem seruare uidetur. Hanc ferunt Romam post multa sæcula deuenisse, & Tarquinio prisco nouem optimos libros attulisse, ex quibus cum negaretur ab ipso Tarquinio precium postulatum, tres eo uidente combussit, & quum die sequenti ex sex reliquis illud idem precium quod ante nouem petierat, postulasset, asseruissetque ni darentur tres e uestigio exusturam, & die sequenti reliquos à Tarquinio petitum accepit, quos cum seruasset, compertum est eos Romanorum omnia facta continere. Hæc quippe uirgo de Christo uaticinans, hæc uerba protulisse fertur. Et mortis fatum finiet trium dierum somno suscepto, tunc à mortuis regressus in lucem ueniet, primus resurrectionis initium ostendens, & alia permulta cecinisse eam tradunt. Eam autem apud Siculos diem clausisse legimus.

Sibylla denique decima natione Italica, in Latio apud Tiburtinam urbem nata & enutrita, unde & Tiburtina dicta, tẽporibus Octauiani Augusti floruit. Cuius quidem consilio idem Augustus Christum in gremio uirginis in cœlo cõsistentis adorauit. In cuius libris scriptum inuenitur. Nascetur Christus in Bethleem & annunciabitur in Nazareth. O felix illa mater, cuius ubera illum lactabunt.

Iair  Air Galaatides ex tribu Manasse natus, septimus iudicũ Israël, hoc anno, post Tolã principatum inter Iudæos suscipiẽs, iudicauit Israëlem annis.22. uir per omnia fœlicissimus, eo quòd triginta genuerit filios, uiros utique bonos, & equitatu admodum præstãtes, quibus & principatum triginta ciuitatum in Galaatidim contradicit, & suo tẽpore omnia apud Hebræos in pace acta referuntur. Cumq; duobus & uiginti annis id dignitatis munus administrasset, senex & ualde longæuus defunctus est, & in Gamon Galadinorum ciuitate sua sepultus, ut habetur Iudicum decimo, post cuius mortem Hebræorum lex ad inhonestam uitam, & dei legũmque iniuriam delata est. Quamobrem Palestini aliique finitimi eorum prouinciam cum maximis exercitibus uastauerunt. 3985 1214

Adrasthus tertius & uigesimus Sicyoniorũ rex post Phestũ regem, anno quinto principatum Iair iudicis Israël regnare cœpit, & quatuor annis regnauit. 3989 1210

Agon primus Olympiacus, hoc anno qui est octauus principatus Iair (Eusebio teste) ab Hercule, in honorem Pelopis sui attaui, constitutus est, à quo usque ad primam olympiadem, supputantur anni.430. Is enim Agon ludus celeberrimus erat, quem ut ait Ouidius in primo Fastorum. Et prius antiquus dicebat Agonia sermo. Nam & composita dictio est, ex a quod sine & gonia anguli. Quia locus in quo huiusmodi ludi constituti sunt, sine angulo fuit. Et inde Agonalia deducitur, quod idem designat, & locus agon, ut etiam circus Flammineus Romæ hodierna die dicitur. 3992 1207

Polyphides uigesimusquartus Sicyoniorũ rex, nono principatus anno iudicis Iair post Adrasthum regnare cœpit, &.31. annis regnauit. 3993 1206

Thautanes.26. Assyriorũ rex.13. anno principatus Iair, post patrẽ regẽ regnare cœpit, & regnauit annis.31. sub quo secundum Eusebiũ Troia capta est. Hic sexdecim millia Aethiopum, & ducentos currus Priamo regi in subsidium contra Græcos misit. 3997 1202

Mnestheus ultimus Atheniensiũ rex, anno.16. principatus Iair iudidicis, post Theseum profugũ, Atheniẽsibus regnare cœpit, & regnauit annis.23. Hic cũ ex Atheniẽsiũ optimatibus unus esset, & Theseus rex per orbem uagaretur, cõtra eundem seditionẽ cõcitauit. Quapropter Theseus profugus Athenas reliquit, & Mnestheus ipse regnum obtinuit. 4000 1199

Homines

Homines doctrinis excellentes.

Nicostrata uaticinatrix ac poëtrix praeclarissima à carminibus Carmenta cognominata, tempestate hac socero eius ab Euandro casu interfecto, Arcadiam ortus sui patriam linquens, in Italiam cum multis deuenit, & ostia Tyberis intrans in Palatino consedit monte, ibidémque ubi nunc Roma est, oppidum haud magnum condens, Euandrum filium constituit regem, ipsóque rege constituto, & ipsa se Fauno Laurentorum regi matrimonio copulauit. Quae cum Graecarum literarum eruditissima haberetur, atque uersatilis ingenii esset foemina, & ibidem incolas semisyluestres rudésque omnino comperisset, eisdem inter caetera nouos literarum caracteres adinuenit, atque eos cum eorum coniunctionibus & sono edocuit, quae quidem ab initio.17.fuerunt literae, A.b.c.d.e.f.g.i.l.m.n.o.p.r.f.t.u. Syluius quidam nomine ludorum magister. K. superadiecit. q. autem superuacua habetur. h. uero non est litera sed aspirationis nota. x. temporibus diui Aurelii Augustini perhibetur inuenta, tunc quoq;. y. &. z. à Graecis Latini sunt mutuati, atq; ita his superadditis, eisdem in hodiernum usque diem nos Latini omnes utimur. Cuius certe tam eximii fulgoris, & si deo omnium bonorum datori gratias agere debeamus, multum tamen laudis, charitatis & fidei huic Carmentae debemus, quamobrem ne quoquam tanquam ingratus ipse maximè iure redargui ualeam, hoc beneficium pro uirili mea ad aeternam memoriam, hoc in loco efferre piissimum arbitratus sum. Huius itaque beneficio posteri rudes admirati, eam non humanam foeminam, sed deam quandam arbitrantes, adhuc uiuentem diuinis honoribus celebrauerunt. Ac post mortem Romani in Capitolio, ubi primum consederat, sacellum postmodum suo nomini construxerunt. Fuit igitur haec mirabilis foemina Ionii regis, à quo Ionium mare, unica filia, nec etiã alium eam nisi Euandrum habuisse filium legimus. Alphabetũ latinum.

Aragnes quaedam Asiatica foemina plebea, cuiusdam tinctoris lanarum filia, & ipsa hisdem temporibus, quibusdam meritis excelluit, maximéque lanificii usum prima inuenit, ac retia aucupatoria & piscatoria exquisiuit. Cuius filius nomine Clesther, & ipse fusos ad lanificium aptos, statim exquisiuit. Quae mulier, quum texturae principatum obtinere animaduerteret, ac non solum Ypheis, cum quibus habitabat, sed ubique ob hoc se fama celebrem audiret, adeò in elationem quandam insolentem prorupit, ut ausa fuerit aduersus Palladem ipsius texturae artis repertricem, certamen inire, & quum se superari aequo animo ferre non posset, induto laqueo uitam finiuit. Ex quo locus fingentibus datus est, de quo aliàs. Texturae usus

Dionysius autem quidam Lyncius, natione Ro. & ipse eminentissimi ingenii uir, post literas & caracteres, ab ipsa Carmẽta latius collatas, primus omnium syllabarum (ut aiunt) singulas formas apertissimas fecit. Quamobrem statua celebri in foro honoratus fuit. Quo autem tempore hic floruerit non habetur.

Tiphis quidam praestantissimus carpentarius, per hoc ipsum ea in lignaria arte apud Graecos clarissimus effulsit, qui teste Pli. lib. 7. primus gubernandi naues modũ instituit, & ut refert Seneca, & ipse argonautarum gubernator extitit, ipso in Medea dicente. Ausus es typhis pandere uasto carbasa pontho, legésque nouas scribere uentis. In qua tamen nauigatione sicut ipse testatur periit.

Euander autem ipsius Nicostratae uaticinatricis ex Mercurio (ut aiunt) filius & Pallantis Arcadum regis nepos, uir certè omni praestãtia, uidelicet fortitudine, ingenio ac eloquentia insignis, per hoc ipsum tempus postquam patrem casu occidit, Nicostrata matre suadente (quae per uaticinium eidem fugienti maxima promittebat) dimissa Arcadia cum eadem matre in Italiam adnauigauit, ibidémque Aboriginibus pulsis, loca illa tenuit, ubi postea Roma aedificata est, & in Palatino monte oppidum paruum extruens à se Pallanteum appellauit, ipso Euandro apud Virgilium in octauo ad Aeneam dicente,

Tum rex Euandrus Romanae conditor arcis,
Me patria pulsum, pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineuitabile fatum,

His posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis nymphæ monita, & deus auctor Apollo.
Hoc idem Ouid. in lib. Fastorum confirmat. Huic autem Euandro Faunius Laurētorum rex, ut Iustinus scribit, agrum in eodem loco benignè concessit, quem locum postea Pallacium appellauit, ibidémque Herculem ex Hispania cum ingenti pompa, superato Geryone, redeuntem suscepit. Inde etiam, post euersionem Troiæ, Aeneam nouas sedes quærentem recepit, quem etiam aduersus Turnum præliantem mirificè iuuit, commisso cum Pallante ipsius filio prælio, quem senex à Turno occisum miserè fleuit.

Pallas autem seu Pallantes huius Euandri filius, iuuenis certè immensæ magnitudinis atque uirtutis post Ilionis excidium, Aeneæ diuini hominis amicitiam sibi comparans, illi quo ad uixit incredibili amicitia se cōiunxit, qui etiam ex præcepto Euandri patris, auxiliis congregatis, amicum Aeneam aduersus Turnum secutus est, à quo tandem Turno hoste in certamine uulneratus occubuit, quem Euāder infœlix pater cum ingenti luctu sepeliens, tale epigramma suo sepulchro conscripsit.
Filius Euandri Pallas quem lancea Turni
Militis occidit more suo iacet hic.
Eius uero corpus, ut ex Martiniana habemus, ad Henrici eius nominis secundi tēpora, integrum & incorruptū omnino permansit, quod agricola quidam non longè ab urbe Roma comperit, ad cuius caput etiam lucernam ardentem inuenit, quæ nullo modo poterat extingui, donec in fundo foramine facto extincta fuisset. Erat autē idem corpus adeò ingentis staturæ, ut murorum altitudinem sua longitudine superaret, refértque idem uulneris illi illati hiatum quatuor pedum longitudinem excessisse. In eius quippe sepulchro prædictum Epitaphium inscriptū inuenit. Huic autem Pallantia soror pulcherrima fuit, quam dicit Seruius Herculem uiciasse, ac ex ea Latinum regem genuisse, demúmque defunctam eo in monte sepultam, qui de suo nomine deinceps Pallatinus appellatus est.

Epitaphium.

Iepte

IEpte Galaatides fortissimus propugnator, meretricis cuiusdam ex tribu Gadi filius octauus iudicum Israēl, hoc anno post Iair inter Hebræos principatum suscipiēs, iudicauit Israēlem annis sex. Nam (ut supradictum est) post mortem Iair confestim filii Israēl contra dominum ac eius præcepta iniquè agere cœperunt, propter quod deus ipse iustus iudex, eos tradidit in manibus inimicorum suorum, uidelicet Amonitarum & Palestinorum, qui eos sibi subegerūt, ac annis .18. oppresserunt, qui quidem anni cum temporibus posteriorum iudicum copulantur secundū Iudæorum traditiones. At Iudæi cum propter sua scelera afflictos se animaduerterēt, idola gentium proiicientes, in spiritu humilitatis ex toto corde, & cum lachrymis ad dominum conclamantes, petierunt sibi ignosci, ac ut ab ira quam commeruerant quiescere dignaretur. Quorum precibus permotus, suum eisdem auxilium protinus concessit, & hunc Ieptè uirum fortissimum, quem fratres à se eiecerant, transmisit, qui ex præcepto domini exercitu in Masphath congregato, in impetu magno in hostes irruēs, magnam hostium occisionem fecit, adeò quod ad quadraginta duo milia ex eis interfecit, rediénsque domum cum ingenti gloria, quum primū uouisset, si uiuus reuerteretur, quod quicquid ei primum occurreret Deo immolaret, eidem uenienti unica eius filia uirgo occurrit congratulando, quam cum immolare uellet, duorum mensium inducias cum lachrymis expostulauit, ut sic iuuentutem suam ex more suis cum ciuibus & sodalibus lamentaretur, & tunc uotū perficeret, quo tempore transacto, ipsam infœlicem gnatam pater immolauit, nec legitimum quidem sacrificium exegit, sed nec deo acceptum. Exinde apud Israēlitas inoleuit mos, ut post anni circulum filiæ eorum in unum conuenirent lamentaturæ filiam Iepte, diebus quatuor. Effrateos præterea Iepte hic seditionem apud uada Iordanis facientes inuasit, & interfecit ex eis specialiter qui pro Seboleth Chebbolech pronunciabāt, spicam exprimere non ualentes multa milia. Ipse autem quum principatum prædictum tempus inter Hebræos administrasset, defunctus est, sepultúsque in Sebasti patria sua, quæ in terra Galaadite est, ut patet Iudicum lib. cap. undecimo & duodecimo. 4007 1192

Lauinus tertius Laurentorum rex, Fauni regis ex Marica nympha coniuge filius, primo anno principatus Iepte iudicis, patre Fauno defuncto, regnare cepit, & .32. annis (Eutro pio teste) regnauit, à quo Latinorum regnum initium & nuncupationem cepit, & Laurẽ torum nomen exinde cessauit, quod per annos multos sub duobus regibus, Pico scilicet & Fauno porrectum fuisse constat, hii namque (ut diuus Aurelius. 18. de Ciui. Dei refert) inter deos relati sunt. Hic autem Latinus Amatam Dauni regis Ardeæ sororem habuit in coniugem, ut Virg. testatur. Alii Palantiam Euandri filiam, eum habuisse uxorem dicunt, ex qua Lauiniam suscepit filiam, quam iam Turno Dauni filio promissam Aeneæ profugo reuocatã tandem tradidit uxorem, pro qua ingens bellum inter ipsos, uidelicet Aeneã & Turnum exortum est, in quo quidem Latinus hic tandem cecidit.

Menelaus Helenæ maritus & Atrei regis filius, Agamennonisque magni frater & ipse primo Iepte iudicis anno in Lacedæmonia regnare cœpit, & ad Troiæ usque excidium regnauit annis fermè. 16. Hic ut prædictum est Helenam Iouis filiam duxit uxorem, quam quidem primo Agamennonis anno, absente Menelao, Paris Priami filius ad Castorem & Polucem legatus missus, rapuerat ea scilicet consentiente, existentibus fratribus apud ipsum Agamennonem. Quo audito Menelaus hic admodum tristis & conturbatus, ex con silio fratris sui Agamennonis, apud Græcorum principes plurimum conquestus est. Et cũ ultro citroque persæpe pro uxoris repetitione legationibus à Menelao isto missis, Græci frustrarentur, demum ad hoc uentum est, ut obsidione urbis Helena repeteretur, ac demũ post decennium fraude magis quàm uiribus capta Troia, reassumpta fuit, ac Menelao resti tuta. Qui cum eadẽ sibi socia, nauim patriã repetiturus intrasset, tempestate actus ad Tuo rim regem Aegypti deuectus est. Ibique cum octo annis errasset, tandem in Lacedæmoniam semiuiuus rediit, Agamennone fratre diu antè obtruncato. Quid autem postea egerit Menelaus hic restitutus in patria, uel qua morte obierit, non inueni, Ermionem tantũ filiam eum suscepisse dicitur.

Pharos autem quidam illustris uir, huic Menelao regi Nauileius fuit, qui aut tædio na uigandi, aut fortuna impulsus, dimisso in Aegypto domino & rege suo, in parua quadam Nili fluminis insula palmis referta se recepit, illamque inhabitans à se Pharos eam nuncupauit, eratque ipsa insula tunc (ut Homerus refert) à terra distans, itinere unius diei. Vnde Lucanus in. 10. lib. ait. Pharos insula quondam In medio stetit illa mari, sub tempore uatis Protheos, at nunc est Pelleis proxima terris. Huic autem insulæ, ut Pompo. scri. propinqua adeò fuit Alexandria postea ædificata, ut ponte coniungerentur. In ea quoq; insula, postmodum Ptolemæus Philadelphus (ut Pli. lib. 36. tradidit) turrim permaximam, & adeò pul cherrimam ædificauit ad exhibendum lumẽ nauigantibus, super quatuor cãcris uitreis col locatam, ut inter septem mundi spectacula connumeraretur unum.

1190 4099 Agamennon Atrei regis filius, sextus Mycenarum rex, patre interfecto, anno secundo principatus Iepte, suis regnare cœpit, & regnauit annis. 35. Huius primo anno regni Hele na fratris sui Menelai uxor à Paride Priami regis filio fuit rapta, pro quo omnis Græcia in Priamum ac filios concitata fuit, & pari omnium Græcororum consensu, congregatisque in Aulide nauibus mille, hic Agamẽnon omni exercitu designatus est imperator, pergẽsque ad bellum, quatuor filios suos, quos ex Clitẽnestra coniuge susceperat, secum abduxit, & ipsam coniugem ad regni sui custodiam dimisit. Cúmque Agamennon hic apud Troiã per aliquod tempus labores inauditos pertulisset, etiam quorũdam principum simultates passus est, pro quibus ab imperio abrogatus fuit, & Palamedes uir illustris eidem suffectus, quem cum Vlysses non multo post occidisset, ipse maiori cũ gloria imperium denuo reassumpsit, in quo etiam plurimas persecutiones & insidias sustinuit. Tandẽ capta Troia atque direpta, cum ingenti præda atque Cassandra Priami regis filia, in patriã rediturus, naues lætus conscendit. Verum & ipse tempestate actus, per annum fermè errauit. Interim autem Aegystus Thyestis filius quum tacitè omnia occupasset, positis per littus speculatoribus, atque ab eisdem audito Agamennonis reditu, triginta ex amicis suis in insidiis positis, ipse cum comitatu reliquo ficta amicitia illi obuius factus est, atque lautissimũ sibi præparauit conuiuium, in quo Clitemnestræ coniugis consensu ipsum cum sociis, dum detra-

septe here seu induere uellet uestem, interfecit, duobus filiis masculis uidelicet Aleso, & Horeste, ac Iphygenia, & Electra filiabus post se relictis.

Helena igitur Tyndari Cebaliæ regis ex Leda coniuge formosissima filia suscepta, quæ quidem ex sua admiranda pulchritudine uisa est fuisse Solis filia, quámque Theseus eã ob rem superioribus diebus rapuerat, ac intactam suis fratribus restituerat. Hoc anno iam matura uiro Menelao supradicto Lacedæmoniorum regi nupsit. Quo audito Paris Priami regis filius, Menelao absente, eam uolentem rapuit, & secum in Troiam perduxit, sed ipso Paride postea in bello defuncto, Deiphobo ipsius Paridis fratri iterũ nupsit. Propter quod Troianum bellum exortum est, de quo mox dicemus. Ipsam tamen post Troiæ excidium, Græci Menelao reddiderunt, qui gaudens nauim cum illa conscendit, patriam scilicet repetiturus. Sed uariis tempestatibus acti ad Polybum regem in Aegyptum tandem deuenere, indéque discedentes atque per octo annos iugiter errantes (teste Euse.) in patriam demum redierunt, longe antè Agamennone obtruncato. Poetæ autem omnes fingunt hanc fuisse immortalem fœminam, uerum quid post ipsius reditum egerit, aut quantum superuixerit, aut quo tempore obierit, nullibi habetur. Seruius autem Helenæ huius tempora ex longa ætate computare uolens dixit, Castorem & Pollucem fratres Helenæ, cũ Argonautis fuisse, qui fuerunt ante Troiam captam annis fermè centum, sed res utcunque se habuerit, retulit Isocrates illam senio iam confectam, & in rugas facie contracta, per specula uiros illos fortes inspicientem, longo risu ridere consueuisse, qui pro tam caduca, tãque fallaci re, tanto ardore, ac pertinacia depugnassent. Non enim ob aliud pugnasse ab Homero dicuntur, nisi ob illam in sese ablatam, quia ea restituta se recessuros semper promittebãt. Illam nihilominus fleuisse Ouidius refert, quum ait.

Hæc quoque per speculum rugas dum cernit anilles
Tyndaridis, & secum cur sit bis rapta requirit.

Hector maximus militiæ fulgor Priami regis ex Hecuba uxore filius, à poetis omnibus cantatissimus, his temporibus ob eius militiæ fulgorem, apud Troianos omnes maximo est habitus in precio. Quippe ob incredibilem ipsius pulchritudinem, fortitudinémque ac prudentiam, non solum parentes, sed & patriam omnem perenni nobilitate, atque gloria, splẽdidam fecit. Hic ante Troianum bellum Andromacham Iectionis Thebarum Ciliciæ regis filiam duxit uxorem, ex qua filium tantum suscepit nomine Astianactẽ, qui cum esset maximi animi audacia præditus, cœptóque Troiano bello, persæpe solus Græcorum turmas aggredi ausus fuit, adeò ut ipse solus esset terror omnibus Græcis. Qui & tãdem post ingentes uictorias, ab Achille occisus est, quem omnibus insignibus denudatũ, ante Troiã urbem, Priamo spectãte pertrahi fecit, deinde etiam ad naues Græcorum deuectum, super littus insepultum, per dies. xz. dimisit. Verum (ut Homerus refert) Iouis iussu, tam insigne cadauer, ne corrumperetur, ab Apolline sacris liquoribus perlitum fuit. Priamo autem denique restitutum, iuxta Ilium regio sepulchro cum ingenti pompa, comitãtibus omnibus suis non aliter flentibus, quam si tota urbs Troiana unico atque optimo rege & defensore fuisset orbata, tumulatum est. Cuius quidem sepulchrum (ut aiunt) his uersibus annotatum fuit.

Defensor patriæ, iuuenum fortissimus Hector,
Qui murus miseris ciuibus alter erat,
Occubuit telo uiolenti uictus Achillis.
Occubuere simul, spésque salúsque Phrygum.
Hunc ferus Aeacides circum sua mœnia traxit,
Quem iuuenis manibus traxerat ante suis.
O quantos Priamo lux attulit illa dolores,
Quos fletus Hecubæ, quos dedit Andromachæ.
Sed raptum pater infœlix, auróque repensum
Condidit, & moerens accumulauit humo.

Hic igitur ex Andromache coniuge complures genuit filios, è quibus Frãconus unus fuit, à quo Franci originem habuere.

Paris

Paris qui & Alex. dictus eiusdem Priami regis filius, ac Hectoris frater, hoc anno ad famam pulchritudinis Helenæ tractus, à patre Priamo sub specie legationis cum .20 nauibus in Græciam mittitur, qui & à Menelao rege Helenæ ipsius uiro perbenigne & comiter hospitio suscipitur, cuius cum uxorem aspexisset, illam uolentem tandem cum omnibus regiis thesauris in Troiam perduxit. Ex qua inhonesta rapina bellum decennale à Græcis aduersus Troianos susceptum est. Qui Paris quum speciosissimus inter omnes mortales esset uir, multis uoluptatibus se immersit, pro quibus etiam tandem turpissimam mortem consecutus est. Aiunt enim hunc non modo speciosissimum fuisse, sed & eloquentissimũ fortissimúmque, & quam maximè inter litigantes æquissimum arbitrum, pro quibus rebus in maximam iustitiæ famam euasit, & adeò magnam ut litigãtibus de formositate Pallade & Iunone ac Venere, propter aureum pomum à discordia eis in conuiuio proiectum, in quo scriptum erat, detur digniori. Quæ cum ob hoc in litigium maximum incidissent, à Ioue pro sententia promulganda, ad ipsum missæ sunt. Verum quum ob uoluptatem Veneri id deberi iudicasset, quia eidem pulchriorem orbis mulierem spoponderat, à multis iniustus adiudicatus est. Hic autem cum multa contra Græcos Troiam obsidentes strenua egisset facinora, & præsertim in agonali certamine, quod Troiæ tunc agebatur, in quo omnes superabat, postremo Achillem qui fratres occiderat, nocte in Apollinis templo per fraudem occidit, quo mortuo & ipse à Pyrrho ipsius Achillis filio, tandem interemptus est. Huius autem historia aliquibus pulcherrimis fictionibus interlita uidetur, & quàm maximè ipsius iudicium, quod significat tripartitam mortalium uitam, scilicet contemplatiuam, actiuam & uoluptuosam, quæ significãtur per tres prædictas mulieres, & quia hic Paris, uidelicet homo prælegit Venerem uoluptuosam, turpiter occidi meruit.

Deiphobus quoque prædictorum frater armis quidem uir strenuus, & ipse cum multa in hostes egisset, dum se tutum arbitraretur, tandem occubuit, quia inter tumultum capti Ilionis dormiens, Helenæ insidiis, quam post mortem Paridis coniugem duxerat, occisus & turpiter laceratus est, de quo Virgilius lib. 6. Atque hic Priamiden laniatum corpore toto &c.

Cassandra uirgo formosissima horum ex eisdem parentibus soror fuit, quæ capto Ilione in sortem Agamennonis uenit, quam quum Mycenas secum adduxisset, paulopost dolis Clytemnestræ uxoris ipsius Agamennonis interempta fuit. Hanc Apollo quum plurimum diu adamasset, & eius concubitum expeteret, ipsa de hoc munus ab eo expostulauit, quod illi idem Apollo iuramẽto se daturũ affirmauit, quæ petiit ut uates fieret, et statim facta fuit. Volens deinde Apollo quod petierat, ipsa negauit, quamobrẽ turbatus Apollo cũ auferre nequiret quod dederat, egit, ut nulla suis uaticiniis præstaretur unquã fides, & sic factum est. Nam cum ex raptu Helenæ futura patri & fratribus prædiceret, non credebãt ei, quinimo eam duris uerberibus castigabant. Et licet Migdonio iuueni clarissimo desponsata fuisset, nihilominus & ipsa infœlix captiua abducta fuit.

Polyxena quoque horum germana, & ipsa uirgo ingentis pulchritudinis atque elegantiæ, post captam Troiam à Pyrrho Achillis filio, super patris sui tumulũ iugulata fuit. Nã quum inter cæteras Priami filias formosior haberetur, ab Achille qui Hectorem fratrẽ occiderat, dilecta plurimum fuit, quo quidem amore Hecuba mater in mortem fortissimi iuuenis usa est, non existimans tamen per Achillis uulnera sanguinem filiæ suæ fore fusurã. Quippe post euersam Troiam Pyrrhus ipsius Achillis filius in piaculum manium patris, ad eius tumulum adolescentulam hanc perduxit, ubi post longas multorum lachrymas eã truculentus iuuenis iugulauit. Ferunt eam licet tenellam, tam constanti animo & intrepido uultu hanc mortem suscepisse, ut maxima eius fortitudinis admiratio omnibus fieret.

Penthesilea Amazonum secũda regina, quæ Orithiæ & Anthiopi reginis successit, his temporibus contra Græcos Troiam obsidentes, magnæ uirtutis bellicæ documenta monstrauit. Nam audita Hectoris uirtute, ipsum inuisum ardenter amauit, & desiderio suscipiẽdæ ab eo prolis cum maxima mulierum copia ex Scythia in eius auxilium descendit. Nec eam tam præclara principum Græcorum fama perterruit, quin Hectori ipso armis, & uirtute, auxilio adesse noluerit. Vnde & persæpe ipsa intrepida multas Græcorum acies profligauit,

fligauit, uerum tamen dum uirago hæc demum inter fortissimos hostes præliaretur, multísque é suis iam cæsis, & ipsa à Pyrrho Achillis filio lethali uulnere sauciata, inter medios Græcos à se interfectos, occubuit. Ferunt eam securis usum in bello primum adinuenisse, & multas Græcorum naues exussisse.

Securis inuētū

Achilles Græcorum fortissimus Pelei filius, & ipse tempestate hac, magno apud Græcos fuit in precio, qui cum didicisset Hectorem interfecisse Patroclum amicum suum, confestim in ultionem amici sui perempti, in bellum procedens, cum multos Troianos interfecisset, etiam demum Hectorem ipsum interemit, atque alia in pugna Troylum fratrem ut Erinum Hectoris similiter interfecit. Quo dolore commota Hecuba interfectorum mater superstitibus timens euestigio insidias in eius uitam tetendit. Nouerat enim eum Polyxenam filiam suam diligere, & idcirco per quendam intermedium spopondit illi nuptias suas, modo à præliis abstineretur, cui cum assensum præstitisset Achilles, in talem compositionem uenerunt, ut clam solus nocte ueniret in templum Apollinis, ubi eam cum filia solam inueniret, atque ibidem eam desponsaret, quod amans Achilles credens, iuxta compositum inermis & solus nocte in tēplum intrauit, in quem euestigio Paris ex insidiis prosiliens, cum esset sagittandi doctissimus, eum sagitta interemit, quem sui in Sigeo promontorio sepelierunt. Hic itaque cum libidinosus admodum esset, sua ipsa libido tandem eum in manus hostium obtrūcandū perduxit, huic Pyrrhus illustris iuuenis filius tantūmodo fuit.

Palamedes Naupli Euboiæ regis filius, forma elegans, tempestate ista, & magna dicendi facundia, ac ingenti uirtute, præclarus effulsit, qui contra Troianos, unà cum reliquis Græcis fuit. Vbi quum ex seditione Agamennoni imperatoriam potestatem subtraxissent, eius loco suffectus est. Et cum multas simultates contra Vlyssem habuisset, eo quod insania simulata ad Troianum bellum ire simulasset, tandem ab eo ficta accusatione, quod cū Priamo rege tractatum haberet, reliquorum lapidibus obrutus, tandem hic Palamedes mortuus est. Hic inter cætera sui eminentissimi ingenii opera, primus tabularum ludum, ad euitandas ociosi exercitus seditiones, exquisiuit.

Tabularum ludi inuētio

Vlysses Laerthæ regis ex Autholia coniuge filius, Itacúsque uocatus, ab Itaca insula in qua post patrem & ipse regnauit, quin & Dulichius, à quadam alia insula, quæ in illius regno habebatur, similiter etiam Naritius à Naritia insula, quæ & ex eius regno fuit dictus. De quo Oui. 1. de fastis ait.

Pro duce Naritio docti mala nostra poetæ.
Scribere Naritio nam mala multa tuli.

Hisdem temporibus ingenti uirtute floruit, quòd multa strenuè gessit. Hunc pulcherrimū prudentissimúmque, sed dolosum, atque fallacem, omnes fuisse affirmant, multaque aduersa quoad uixit pertulisse, quæ omnia mira fortitudine superauit. Penelopē autem Icari filiā, Dedalique neptem, uirtute & corpore speciosissimam duxit uxorē, ex qua Thelemachum solum suscepit filium, quem ad Troianum bellum pergēs paruulum cum uxore domi reliquit, quem quidem Palamedes prædictus, ad explorandam patris fraudem (qui ad bellum ire nolens, quandam simulabat infantiam) ante patris aratrū arantis opposuit, quo uiso cōfestim Vlysses aratrum dimouit, ne ipsi filio noceret, sicque Vlysses subdolus cognitus, in expeditionem ire coactus est, in qua Diomedis amicitiam sibi comparans, maxima solertia ad obtinendam uictoriam plurimum laborauit. Nam ipse Achillem nolentem in obsidionem perduxit, ipséque Herculis sagittas ad id quam maximè necessarias adinuenit, ac cum ipso Diomede amico fatale Palladium ex Troia rapuit, multáque alia ea in obsidione callidè peregit. Tegebatur etenim aliquando mendici hominis tegumento, pro quo & multa uerbera uolens perferebat, ut sic eo in habitu Troiam exploraturus intraret. Ad ultimum proditionem composuit, pro qua Troia capta & euersa fuit. Quibus ex sentētia gestis, quū nauem in patriam rediturus ascendisset, multis procellis agitatus, in longissimam peregrinationem decennalem perductus est. Nam cum in extremo Italiæ uersus Siciliam cū unica naui, ad Circen magam, diuertendæ fortunæ gratia deuenisset, Lestrygones quasdam gentes, feritate famosas expertus est. Deinde cum ad Pheacas perueniret, & in cōuiuio Alcinoi hos & cyclopas humana carne uesci intelligeret, tanquam mendacem nonnulli eum

aspernati


aspernati sunt. Hunc inter cætera Vlyxbonensem urbem in Hispania Solinus condidisse Vlyxbo
scribit, & ab eo Vlyxbonæ nomen accepisse dixit. Multásque præterea alias ciuitates, hinc na ciui-
inde peragrando extruxisse eum ferunt. Tandem post uigesimum sui discessus annum so- tas
lus & incognitus ad suam Penelopen denenit, quæ summo perfusa gaudio, diu desidera-
tum suscepit. Quem tamen demum Thelemachus proprius filius, casu senem interfecit.
De huius autem erroribus Penolopésque uxoris casibus, Homerus poeta. 24. libros diuino
carmine scripsit, quos Odyssææ uolumen appellauit.

1183 4013 ABessa seu Esebon Bethleemita homo ex tribu Iuda editus, nonus Hebræorum Abessa
iudex, hoc anno, Iepte mortuo loco eius princeps suffectus, iudicauit Israëlem
annis. 7. ut habetur Iudicum lib. cap. 12. Hunc nonnulli asserũt fuisse Bor qui
Ruth Moabitidem fœminam duxit in coniugem, Qui & triginta habuit mascu
los totidémque fœminas, quos omnes honorificè maritauit, & eiusdem numeri suis filiis ac
cepit uxores, quas omnes in domum suam cum gloria magna introduxit, tandémque mo-
riens omnes uiuos fœliciter dimisit. Qui quum nil memoria dignum gessisset in senectute
bona defunctus est, & sepulturam sua in patria promeruit.

Troianum bellum decennale, primo Esebon iudicis anno, teste Eusebio, surrexit, cuius
fuit præmium trium mulierum de pulchritudine concertantium, ut supradictum est atq;
1195 4014 infrà dicetur, sanè Priamus rex hoc anno Anthenorem necessarium suum nobilẽ quidem
& grandæuum, ad Græcanos trãsmisit principes, dicens se omnes iniurias præteritas æquo
animo laturum, si Hesionem sororem diu raptam redderent. Negantibus Græcis, Priamus
euestigio bellum instaurat, & Hectorem primogenitum copiis præficit. Itidẽ Paris qui &
Ale. Hectoris frater hortatur dicens. Dum olim in Idam insulã uenatum isset, uidisse Mer
curium in somnis, qui eidem Iunonem, Mineruam, & Venerem adduxit, ut inter illas de
pulchritudine certantes iudicaret, túmque Venerem sibi promisisse, si eius speciem præfer
ret, se ei uxorem in Græcia daturam, qua nulla esset pulchrior. Helenus autem alter frater
in contrarium uaticinatur dicens. Si Alex. de Græcia uxorem acciperet, uẽturos Græcos
& Ilionem uastaturos. Itidem & Cassandra uaticinata est, paratur nihilominus nauis, &
Alex. qui & Paris unà cum Anthenore, cæterísque proceribus, in Græciam mittitur. Vbi
dũ in insula Cythera ad fratrem Iunonis conuenisset, Helenam Menelai regis uxorẽ, ad ui-
dendam Alex. formam, sibi occurrere, & à marito susceptam, tandem rapuit, domúmq; cũ
ea gaudens rediit. Quo facto Priamus pariter appellauit, quasi Hesionem sororem propter
hoc recuperaturus esset. Menelao itaque unà cum Agamennone grauiter cõquerente, cõ
festim congregãtur fortes quique Græcorum, uidelicet Achilles, Patroclus, Vlysses, Aiax,
& Nestor, cum cæteris ualidis numero quadraginta septem, habentes præparatas naues in
portu Acheo numero mille & ducentas. Responsóque ab Apolline Delphico accepto,
quod in decimo anno Ilium foret subuertendum, Græci mare sulcant, Phrygiámque uni-
uersam prædantur, ac redeunt. Interea mittit rex Agamennon legatos ad Priamum regẽ,
si uellet cognatam raptam restituere, Priamꝰ illico argonauticam iniuriam commemorat,
patris uidelicet interitũ, & sororis raptum, & alia permulta, & idcirco pacem repudiat,
bellúmque indicit. Congregato itaque hinc inde magno exercitu, ad manus deuenere. He
ctor Patroclum & Merionem occidit, multósque alios uulnerat, usque dum Aiax Telemo
nis consobrinus cognita inter eos consanguinitate, impediret eum. Conceduntur interim
inter eos hyemales induciæ, ut unusquisq; mortuos suos sepeliat. Post biennii uero tempus
bellum repetitur, in quo Hector decem fortes duces occidit, & econtra Achilles quatuor
illustres Troianorum interemit, per triginta etenim dies acriter pugnatum est. Rursúsq;
triennales induciæ dantur, post triennium denuo certamine inito, plures utrinq; corruũt.
Et quamuis per somnium Andromachæ Hector maritus moneretur, ut se à bello abstine-
ret, in bellum tamen properat, ubi tandem insidiosè ab Achille occiditur. Quo sepulto, ite
rum induciæ dantur per annum. Dum uero anniuersaria Hectoris dies ageretur, adest A-
chilles & Polyxenæ Priami regis filiæ amore corripitur, petitq; eiꝰ nuptias, quibꝰ promis-
sis, à bello se subtrahit, asserens iniquum esse, propter raptum Helenæ unius fœminæ, totam
conturbari Europam. Tandem Græcorum rogatu procedens, à Troylo Achilles uulnera-

tur,qui iam multos occiderat. Post hæc exhortãtibus Anthenore & Aenea,ut Helena red deretur,& pax expeteretur,indignatus Priamus mortem eis intentauit,nisi conticeſceret. Qui ſtatim Polydemam ad græcos oratorem miſerunt,qui urbis traditionem Græcis polliceretur,modo eis pacem tantum concederent,qua obtenta,eiſdem urbem tradiderũt. Introgreſſi uero Græci eueſtigio Priamus rex à Pyrrho Achillis filio ante Iouis aram interficitur, Aeneas autem Polyxenam filiam paruulam apud Anchiſem patrem abſcondit,& ad inſtantiam Helenæ,libertas Andromachæ conceditur,uerum cum inuenta eſſet Polyxena ad Achillis tumulum iugulata eſt,& Aeneas propter hoc ab urbe diſcedere iubetur, Anthenori tamen ibidem habitare conceditur. Pugnatum itaque eſt apud Troiam,annis decem & menſibus ſex,ubi ex Troianis ceciderunt antequam urbs caperetur.67600.poſt captam uero(ſi credi licet)multo plures,ex Græcis autem innumerabiles deſiderati referuntur. Auguſtinus autem pater lib.18.de Ciui.dei,meminit Troiam deſtructam fuiſſe, apud Latinos Latino Fauni filio regnante.

Abilon  Bilon,quem Ioſephus Chilonem nominat,decimus iudicum Hebræorũ,poſt Eſebonem principatum ſuſcipiens,iudicauit Iſraëlem annis.10. Quem tamen ſeptuaginta interpretes inter iudices non annumerant. Et ideo, ſicut refert Euſebius,temporibus Ioſue & Samuelis aſcribuntur,quorum annos ſcriptura tacet,hic autem plures anni adduntur quàm ſint apud Ioſephum, ita ut ab egreſſu Iſraël de Aegypto,uſque ad Solomonis templum numerentur anni.480. Vnde bene quorumlibet ſupputandi ſunt anni.42.alioquin in errorem laberemur non modicum. Hic itaque de tribu Zabulon fuit,qui nec aliquam egit uirtutem præcipuam. 4020 1179

Labdõ  Abdon ſeu Abdon Hylonis filius de tribu Effraim,undecimus Hebræorum iudex,poſt Abilonem iudicem,principatum ſuſcipiens,iudicauit Iſraëlẽ annis.8. Hic ut Ioſephus ait pro ſola eruditione poterat habere memoriã,nullúmque opus propter pacem,& rerum abundantiã clarum fecit. Septuaginta namque filios & filias habuit,è quibus quadraginta fuere mares, uiri planè in armis omnes exercitatiſſimi,quos omnes ſuperſtites derelinquens,in ſenectute bona tandem defunctus eſt. Sub iſtis autem tribus iudicibus Iſraël nõ receſſit à domino. Et propterea quieuit terra temporibus ſuis,ut patet Iudicum.12. Verũ iſto amoto Paleſtini Iſraëlitis multis diebus præualuerunt. 4030 1169

Mennõ Titoni filii Laomedõtis Troiani regis filius,primo Labdonis iudicis anno,Euſebio teſte,unà cum amazonibus,Priamo regi ſubditus,non parua tulit,cum eſſet Aſſyriorum regis exercitꝰ ductor præclarus. Quem ut Diodo.3.hiſtoriarum ſuarum lib.rex ſuꝰ ac dominus,cum decem milibus Aethiopum,totidémque Suſiani,cũ ducentis curribus Troiã in auxilium miſit,quod tunc Titonus eius pater Perſarum præfectus erat acceptus maximè regi. Et Memnon hic ætate florens animi & corporis uiribus erat præſtans, quem ferunt Suſam ſeu Suſim ciuitatem regiam in loco excelſiore ædificaſſe,quæ ad Perſarum imperii uſque tempora permanſit,quam à ſe Memnoniam nuncupari uoluit. Hic itaque cũ apud Troiam multos Græcos occidiſſet,& ipſe tandem à Theſſalis per inſidias interfectus fuit. 4031

Troia igitur magna ciuitas.3. Labdon iudicis anno,à Græcis capta fuit atque deleta,à cuius euerſionis tempore,ut Euſeb.ſcri.ad primam uſque olympiadem fuerunt anni.416. Colligitur autem omne tempus uſq; in præſentem diem,ſecundum Aſſyrios à quadrageſimo in primis anno regni Nini.835.ſecundum uero Hebræos à primo natiuitatis Abrahæ anno,etiã anni ſimiliter.835.à natiuitate autem Moyſi.410.ante urbem cõditam anni.430. Hinc quoq; Græci ſuos ãnos annotare incipiẽtes dixerũt,ãno primo à captiuitate Troiæ. 4033 1166

Demophoon Theſei regis ex Phedra filius,anno.2.captiuitatis Troiæ,Mneſtheo rege mortuo,Athenienſis urbis habenas ſuſcipiens,regnauit annis.23. Hic cum Antigono fratre contra Troianos auxilia Græcis tulit. Vaſtato autem Ilione,dum ad propria rediret,tempeſtate ualida ſæuiente,in Thraciam delatus eſt,ubi à Philide Lycurgi regis filia, non ſolum hoſpitio,ſed & lecto humaniſſimè ſuſceptus eſt. Cúmque aliquandiu cum ea moratus fuiſſet, audita Mneſthei Athenarum regis morte, paterni regni cupidus, impetrata

trata ad breue tempus ab ipsa Phillide noua sponsa licentia, resarcitis nauibus suis, Athenas accessit. Vbi post uigesimumtertium annum paterni exilii, Athenarũ regnum denuo reassumpsit. Cúmque ultra promissum tempus redeundi tardaret, Phillis amoris impatiens laqueo se suspendit, & iuxta fabulam, in Amigdalam siccam conuersa est. Vide Ouidium. Itaque Demophoon hic, quum id tempus imperasset, mortuus est, cui Osynthes successit. qui utrum istius fuerit filius, incertum habemus.

Penelope Icari filia, magníque Vlyssis coniunx, hisdem temporibus ob pudicitiam suã tutandã, permultas à procuratorib9 suis pertulit insidias atq; molestias. Nã postea quã ipsi suo marito Thelemachum filium peperisset, Vlysses ipse maritus cum reliquis Troiam ire compulsus est, ipsa domi iuuencula admodum formosa relicta. Sed Troia deleta, cum diu uir suus redeundo domum errasset, plurimi eam infestantes, in maximas deduxere erumnas. Ea quippe odolescentula pulcherrima, quum domi derelicta fuisset, & eius forma atq; mores probabiles, necnon & egregium genus ad eam diligendam ac concupiscendam multos prouocaret, eas ob res multis instigationibus diu uexata fuit. Verumtamen nulla unquam molestia, à proposito fidelitatis mariti potuit diuelli. Quibus iuuantibus factum est, ut Penolope hæc illibati decoris, atque intemeratæ pudicitiæ, matronis omnibus semper exemplum fuerit sanctissimum.

Circe Solis & Persæ nymphæ (ut poetæ testantur) filia, per hoc ipsum tempus, & incãtationibus, quàm maximè, ac forma pulcherrima effulsit famosissima. Solis ideo filia fuit dicta, quia potissimum singulari floruit pulchritudine, atque omnium herbarum claruerit cognitione. Quibus ex rebus, & meretrix & magna euasit notissima, unde relictis Colchis, ad ueneficia exercenda in Italiam uenit, & Etheum Volschorum montem inhabitãs, deinceps Circæus de suo nomine in hodiernum usque diem appellatus est. Et quanquam permulta poetica de ea referãtur, uidelicet, quod suis blanditiis, & ueneficiis, homines in eius amore succensos, in beluas commũtasset, diuus tamen Augustinus li. 18. de Ciuitate dei, nõ fabulosum hoc, sed uerum utique fuisse dixit, quia quibusdam carminibus cantatis, aut poculis ueneno infectis, in feras diuersarum specierum homines conuertebat, quos inter fuere Vlyssis socii. Vnde Virgilius in Buco. Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Et Aeneidos. 7. Ex hominum facie dea sæua potẽtibus herbis Induerat Circe uultus ac terga ferarum. Vbi quum idem Vlysses eas ob res per annum permansisset, ex ea Thelegonum suscepit filium. Verum quum euaginato gladio eidem mortem minaretur, nisi socios in pristinam redigeret formam, ab eadem quod postulabat mox obtinuit, plenúsq; consiliis discessit. Hæc itaque habitauit haud longè à Caieta Campaniæ urbe, in quodam monte, olim insula, qui Circæus ab ea usque hodie dictus est, super quẽ etiam oppidum in cacumine postmodum fabricatum est, cui Circæum nomen impositum fuit, sicut testis est Virgilius. 7. Aenei. lib. circa quod adhuc aiunt in quodam colle rugire bestias diuersi generis. In eo autem postea templum permagnificum in eius laudem structum fuisse dicitur, ubi & quædã Vlyssis & Mineruæ filiæ antra olim monstrabantur, quæ nunc penitus sunt deleta. Quo in loco postmodum Roma. pontifices arcem condidere munitissimam, quæ afflictis Ro. Ecclesiæ rebus (Barbarorum quam maximè temporibus) auxilio semper fuit, quando autem, uel quo tempore, aut quo mortis genere obierit hæc Cyrce non inuenitur.

Augustinus

Virgili9

Hecuba Priami Troianorum regis præclarissima uxor, quum superioribus temporibus diu perituri splendoris extitisset fulgor eximius, hac tempestate Troia euersa, maritóque ac filiis & filiabus omnibus uiduata, miseriarum etiam omnium deuenit certissimum documentum. Hæc quippe inclyta Regina peperit marito suo regi mixtim utriusque sexus filios decem & nouem, de quibus pene omnibus singulatim dictum est. Quæ quidem mulier non tantum fœlicis regni decore, ac multiplicis prolis serena facta fuit, quin urgẽte aduersa fortuna, orbi toto longè cognita deuenit. Nam quum urbem suam incensam, filiósque omnes, atque maritum suum regem immaniter interfectos, ac se postremo captiuam conspexisset, ipsis tot malis immanibus oppressa, in rabiem demum deuenit, ut aiunt, eam per Thracios campos ritu canum ululasse, et sic mortuam in tumulo Hellespõtiaci littoris sepultam fuisse, mansitque diu Cynoseniæ eius tumulus in figura canis, in quam cõuersa tra

ditur,siue ex fortuna in quam deciderat,humili nomine accepto.

Diomedes magnus Tydei ex Deiphila uxore filius,& ipse hisdem tẽporibus(postquã in obsidione Troiana,diu cum aliis Græcis interfuisset,apud quam adeo se strenue habuit, ut nullus post Achillem & Aiacem fuerit audacior,aut fortior existimatus,dum ex eadem clade domum reuerteretur,audiens uxorem suam turpiter agere, uerecundia ductus, domum accedere recusauit,sed exilio sibi ipsi indicto,in Italiam ueniens,ad partes Apuliæ se contulit,ubi & Festo teste,cum Dauno rege loci eiusdem regni partem sortiri promeruit, ibidem quoque circa Garganum montem residens,has ciuitates,uidelicet,Beneuẽtum, Arpos,& alias condidit urbes,indéque haud longe digressus,siue in Mesapia, & Peucena, & Dantia, Apuliæ urbibus habitauit. Eius uero socii Brundusium,& Neapolim erexere ciuitates. Alii quoque ex sociis ab ipso recedentes,Diomedeam quandam insulam ab ipso sic nuncupatam,haud procul ab ipso mõte Gargano habitare cœperunt,ubi & Diomedes ipse fertur sepultus,ac templo tanquam deus ibidem honoratus.

Diomedea autem insula à Diomede prædicto sic nuncupata, in Ionio mari est contra Apuliam sita,quæ sola Diomedeas aues nutrit,quibus est color candidus,& ignei oculi,& ora dentata,congregatæ uolitant ut grues,et ut Solino placet,inter aduenas iudicant, & alia multa.Hanc insulam nunc Tremitam appellant,in qua templum celebre eminet, ubi signis,& miraculis beatissima uirgo claret,cui canonicorum regularium cenobium adiacet mirificũ. Diomedeas nihilominus quinque insulas Pto.in.6.fuisse refert. Stra.uero duas tantum posuit,ex quibus,alteram habere dixit habitatores,reliquam desertam esse, in qua Diomedem hunc disparuisse quidam fabulantur.

Anthenor — Anthenor uir nobilissimus Troianus,Priami regis affinis,hoc anno qui est secũdus Troianæ captiuitatis,ab Agamennone Græcorum imperatore,illi rex præfectus,regnauit ibidem annis uiginti quatuor, Aeneas autem licet Anthenore isto dignior,& natu maior haberetur,quia Polyxenam consobrinam suam,apud patrem suum Anchisen abscõdisse deprehensus fuerat,ab Agamẽnone non solum reprobatus,sed & Troia repulsus est.Quamobrem Aeneas indignatus,exiens,mox in Dardaniam insulam ad congregandum exercitũ profectus est,pro quo ab Anthenore clausis portis seclusus fuit. Tunc Troiani omnes qui Græcorum cædibus superfuerunt,reuertentes, Aenea sic abiecto, Anthenorem hũc suum esse regem recognouerunt. At Aeneas quũ nihil proficere cognosceret,post tertium exactum annum,suo cum patrimonio,& nauibus duabus ac uiginti susceptis,cũ Anchise patre,ac Caieta nutrice sua,uiuersáque reliqua familia,necnon & plurimis utriusq; sexus uiris,Dardania relicta,in Italiam nauigio peruenit. Anthenor uero, quum prædictum tẽpus unà cum filiis regnasset,ab Hectoris filiis regno tandem pulsus est.Quo turpiter pulso, cũ duobus milibꝫ Troianorum profugus,in Venetiam prouinciam deuenit,ibidem quibusdã locis occupatis, Patauinæ insignissimæ urbis fundamenta iecit,ubi & quoad uixit regnauit,dicente Virgilio. Hic tamen ille urbem Pataui sedésque locauit.

Diapolitanorum Dynastia uigesima,decimanona consumpta,apud Aegyptios quarto principatus Labdon iudicis anno,cœpta est. In qua suo Imperatore Aegyptii uti cœpere. Et hæc quidem potestas apud eos mille,septies centũ & septẽ annis perdurauit,ipsa quippe Dynastia generalis potestas erat,qua uniuersum regnum suo sub imperio quisque princeps designatus,seu à toto populo delectus cohibebat, ut nunc Venetorum nostrorum mos est.

Latinorum regnum exordium tempestate hac in Italia habuit, & id quippe regnum prouinciam illam fuisse dicimus,quam nunc Campaniam appellamus, seu laboris terram. Et hæc una ex decem & octo Italiæ regionibus habita est. Quæ quidem plurima habebat loca,à cæteris regionibus frequentata, quàm aliqua alia,ut Liuius & Virgilius contestati sunt. Sed cum plus iacturæ in ea quam in cæteris fuerit factum,euenit ut nunc non sit alia incultior,aut certè infrequentior habeatur. Hæc ideò Latina appellata est, quia Saturnus rex filii Iouis arma fugiens,in his ipsis locis latuit. Quod Virgilius in.8.his uersibus posuit.

Primus ab Aethereo uenit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens,& regnis exul ademptis,

Is genus

Is genus indocile,ac dispersum montibus altis Composuit,legésq; dedit,Latiúmq; uocari Maluit,his quoniam latuisset tutus in oris.

Eius tamen magnitudo à principio angustior fuit,quàm quæ nunc Campania appellatur. Seruius autem dicit,Latinos propriè appellatos fuisse eos,qui intrant uiscera Albani montis. Fines uero huius regionis Latinæ nunc Campaniæ,seu terræ laboris nuncupatæ,à maritima parte ab ostiis Tyberinis incipiunt,& in Caietam urbem terminantur, ubi sunt ciuitates extantes & dirutæ,uidelicet, Ostia,Sinuessa, Ardea,& Terracina, atque Caieta, & insulæ Pontia,& Pandana,atque Cyrcæus mons. In mediterraneis autem sunt Viletre, Anagna,Prænestina,Tyburtina,& Thusculum,ac Alba olim ciuitas,à qua Albani reges, in hac quoque regione fuere populi,qui Aborigenes,Rutuli, Volschi,Hernici, Equicoli, & Marsi dicebantur. Magnum etenim habet circuitum.

Theucer Aiacis frater Thelamonis ex Hesione filius,his temporibus cum esset armorum admodum ualens,apud Græcos,Homero teste,insignis plurimum fuit. Hic unà cum Aiace fratre in bellum Troianum iuit, & tandem peracto bello, cum sine fratre in patriā rediret,non susceptus,secessit in Galliciam Hispaniæ regionem,qui ibidem sedes ponēs, id nomen(ut Iustinus lib.44.refert)loco dedit. Est autem regio Gallicia quàm maximè æris & plumbi uberrima,tum minio auróque ditissima,adeò ut etiam aratro frequenter glebas aureas excidant. In ea regione postmodum,& in præsentiarum usq; fœminæ res domesticas,agrorúmque culturas administrant,ipsorúmque uiris armis & rapinis inseruiunt. Gallicia prouincia

Pyrrhus Achillis magni filius,qui superioribus annis,patre mortuo, pubes in Troianū bellum ductus fuerat,quum esset ad instar patris animosus,& acris ingenii iuuenis,in Ilionem per abditissimum locum intrauit,penetránsque regiam domum, Politē in sinu Priami regis patris confodit,deleto uero Ilione, Polyxenam eximiæ formositatis uirginem ad manes patrios placandos,apud patris sui sepulchrum occidit. Andromachen quoque Hectoris uxorem,quæ sibi ex præda contigerat,uxorem duxit. Ex qua Peripeleū & Molossū filios suscepit. Deinde paupertate coactus,seu animi ardore tractus, Pyraticam prædā, mare infestando,exercere cœpit. A quo postmodum infesta nauigatio,ab eo Pyratica denominata est. Hic autem habitans in Chaonia Europæ prouincia, à se mutato nomine prisco, Epyrum nuncupauit. Postremo cum Horestes,ex Taurica regione posita furia redisset in regnum,corrupto Machareo sacerdote templi Delphici, hunc Pyrrhum in tēplo suo trucidauit,ac sic talis huius finis fuit. Pyraticæ prædæ auctor

Epyrus autem prouincia Europæ est,à prædicto Pyrrho id nomen sortita. Hæc quippe ab occidua parte ab Acroceraunis montibus incipit,protenditúrque uersus orientem usque ad Abrachium sinum,per stadia mille sexcenta. Septentrionalem uero eius partem Ptolemæus Macedoniæ coniūgi tradit,orientalem usque ad ostia fluminis Acheloi. Oram huius prouinciæ maritimam,fœlicem atque uberem fuisse,& esse multi tradidere. In qua multæ urbes & oppida fuere,sed propter populorum rebelliones à Romanis uastata fuit. In hanc prouinciam tradunt Paulum Emilium, quum Persarum regem superasset. 70. urbes funditus euertisse. Ex quibus quidem ciuitatibus centum quinquaginta milia mortalium in seruitutem redacta sunt. In ea nunc Epidamnus parua ciuitas, quam nunc Dyrachium appellāt,est & Leucas promontorium,amnésque clari sunt, Achelous & Archtō, ibi Tomarus mons nobilis circa radices,centum fontibus:circa Epyrum sunt plures nobiles prouinciæ,uidelicet Albania, Illiria,Dalmatia,Crohatia, Histria, & Carnia, de quibus infrà opportuno loco tractabimus. Dyrachium

Horestes Agamennonis ex Clithemnestra uxore filius,& ipse hisdem temporibus,quā Egistum regem,& Clithemnestram matrem adulterantes occidisset,cōfestim in furiā præ horrore parricidii uersus,in Tauricam Cheronesi peninsulam prouinciā fugit, ubi cū immanes eius prouinciæ populi,eū captū immolare uellent,ad aram Dianæ,ut liberaretur ab insania,à sua sorore Iphigenia,quæ Dianæ templo præposita fuerat,etiam ab omni insania liberatus,cū ea sorore sua aufugit,& cum simulachro Dianæ sublato,in regnū sanus rediit, ubi Pyrrhū prædictū Achillis filiū,fraude Macharei sacerdotis,in tēplo Apollinis occidit. Alii uolunt eum in Italiam uenisse,& non procul à Roma apud Ariciam,Dianæ simula-

chrum furatum collocasse. Quo autem tempore diem clauserit, in dubium uertitur.

Taurica autem, ad quam prædictus Horestes post parricidium perpetratum confugerat, est Europæ prouincia, ut Ptolemæus lib. 3. ostendit. Cuius fines sunt, Isthmus, palus Meotis, pontus, & Chimericus Bossorus. In hac fuit ciuitates insignes, Eupatoria, & Theo-

Capha dosia, nunc Capha, dudū Genuensium colonia, palus ipsa hyeme glaciatur, ut Virg. refert. Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris.

Bossorus autem à boum meatibus, quod ab uno latere in aliud commode tranare possūt, Bossori nomē assūpsit. Et quia à Chimericis populis incolitur, Chimeric⁹ appellatur.

Aeneas Aeneas Anchisæ filius, secundum aliquos, parentum & patriæ proditor, à Troianis ha- 4036 1163
ctenus, quasi deus quidam habitus, hoc anno qui est sextus principatus iudicis Labdon, in Latium ueniens, ibidem regnare cœpit, & secundum Eusebium tribus annis regnauit. Hic Aeneas fuit omni corporis forma, atque elegātia inclytus, qui è Troia pulsus, cum Anchise parente, & Ascanio filio, atque Caieta nutrice fœmina, multis consociatus Troianis, primum tanquam profugus ad oraculum Apollinis in Delphos peruenit, à quo de regno Italiæ obtinendo certior factus, ex Delpho in Cretā confestim adnauigauit. Indéque in Siciliam delatus, quibusdam locis in ea occupatis, eo loci patrem Anchisem mortuum sepeliuit, deinde in Latium peruenit, responsóque accepto, eo in loco eum esse permanendum, ubi mensam ederet, quod euestigio in Latio prope Lauinium accidit. Ibidem enim ingens panis pro mensa per imprudentiam appositus, eum cum carnibus quæ super eo erant, absumpsit. Ingressus itaque Aeneas Italiam, ad Adriatici maris oram, Corciram, & Melinam, haud magnas urbes condidit, atque per ostia Tyberina intrans, non longè à Laurenta urbe consedit, ubi & quibusdam Latini regis agris occupatis, Troiam nouam cōdidit. Inde ad Euandrum regem (ut paulo ante commemoratum extitit) profectus, eo procurante, cum Latino Aborigenum rege ei infenso pacem fecit. Cuius rei firmandæ gratia, Latinus filiam Lauiniam ei tradidit uxorem, secúmque pari auctoritate conregnare fecit. Qua ex re Aeneas hic Laurentum rex appellari cœptus est. Turnus uero Ardeæ, & Rutulorum rex, grauiter ferens Aeneam externum à Latino sibi prælatum, uxoris ipsius ablatæ iniuria permotus, bello uices suas uindicare constituit. Vnde & à Diomede rege Apuliæ, atque Mezentio Thusciæ superioris seu Agiliæ, & à Ligusto Liguriæ regibus, ac à Camilla Volschorum regina, auxilium per legatos expostulauit. Qui omnes contra Latinum, Euandrúmque, ac Pallantem eius filium, pro Aenea bella producunt. Congressique post innumeras utrinque cædes Latinus à Turno interficitur, indéque Pallantem inuadēs ipsum occidit. At Aeneas in Turnum acri animo insurgens, post multos conflictus ipsum superatum interfecit. Quo mortuo, Camillam Volschorum reginam cum toto suo exercitu profligauit. Victoria igitur Aeneas obtenta, interfectísque prædictis regibus, Latium prædictum cum Campaniæ parte obtinuit, tribus quoque annis, ut præfertur, regnauit. Tādem in Numitium Laurentis agri fluuium decidens, mortem obiuit, indéque sublato corpore, & apud Laurentam urbem sepulto, fluuius idem eidem consecratus est, & deus indiges ab accolis creditus est. Hic Creusam Priami regis filiam duxerat uxorem, ex qua Ascanium suscepit filium, regnóque Latii suscepto, Lauiniam filiam Latini regis, coniugem suscipiens, prægnantem tandem moriens dereliquit.

Camilla Volschorum regina ex Metabo rege à Cassamilla uxore suscepta, per hoc tempus cum esset uirgo insignis, ac memoratu dignissima, in armatorum exercitia depugnās, ab Arunte uiro impigerrimo, sagitta sauciata expirauit. Quæ tantæ fuit dignitatis & probitatis uirgo, ut in eius laudes Virgilius longa dicacitate septimū Aeneidos librū terminauerit. Cuius mater, quum primū eā peperisset, uitā cū morte mutauit, qua defuncta, pater fu⁹ rex etiam regno pulsus est, nec de eius regno quicquam prorsus aliud arripuit, præter hāc puellulam, præ cæteris sibi chariorem, quam cum in nemore detulisset, ferino lacte educauit. Quæ quum adulta fuisset, fœmineos labores à se omnes omnino abiecit, & corpus suū multis laborib⁹ & incōmodis assuefecit, utpote fundas circumagere, arcus tendere, ceruos cursu insequi, & alia multa pertractare, ut sic uirginitatē suā, præ cæteris omnibus, inuiolatam obseruare possēt. Quibus exercitiis assuefacta, in paternū regnū aliquando peruenit.

Tandem

Tandem quum Aeneas in Italiam peruenisset,& Lauiniam uxorem sumpsisset, & ob id bellum inter Turnum & Aeneam ipsum exortum fuisset,ipsa Turni partibus fauens,quũ multos Troianos occidisset,tandem & ipsa sauciata occubuit. Volschorum autem huius reginæ inclytæ regnum fuit in regione Latii,de qua supra expressum est,ubi Terracina ci uitas,& Austria oppidum,atque Antium olim ciuitas fuit, Circæúsque mons,in quo Circen insedisse prædiximus, carminum uidelicet maleficiis, uarias imaginum facies mentientem.

Lauinia autem Latini regis ex Amata coniuge filia suscepta,fœmina sané formosissima, hisdem temporibus,cum illam Turno regi pater spopondisset uxorem, Aeneæ Troiano ob generis claritatem,eidem poscenti amicitiam,tradidit in coniugem. Quam ob rem inter Aeneam & Turnum maximum bellum suscitatum est. Sed tandem Latino patre defuncto,cum & Turnum perdidisset maritum, Aeneæ aduenæ cõiugio iuncta fuit. Ex quo quum concepisset filium,ante eius ortum,Aeneas maritus rebus humanis subtractus est. Verum cum Ascanium priuignum regnantem extimuisset,adhuc prægnans in syluas aufugit,ubi & filium peperit,quem Iulium Syluium posthumum appellauit,eo quód post patris sui funus in syluis fuerit natus. Ascanius nihilominus in nouercam mitior factus, cum Albam urbem condidisset,ultro secedens Lauiniæ huic nouercæ suæ paternum regnum dimisit,quod Lauinia cum multa honestate,& pudicitia,atque iustitia,tam diu seruauit,donec filio pubescenti resignaret, quo resignato ipsa(ut Eusebius refert)cuidam Melampodi nupsit,ex quo filium peperit quem Latinum Syluiũ nominauit,qui etiã fratri suo posthumo mortuo successit.

4036 Pelasgus Polyphidis regis filius,uigesimusquintus Sicyoniorum rex,& ipse sexto principatus Labdon iudicis anno suis regnare cœpit,& uiginti annis regnauit.

4038 Aegysthus Thyestis regis filius,ex Pelopeia ipsius Thyestis filia susceptus,ultimo Labdõ iudicis anno,Mycenis regnare cœpit,& tribus annis regnauit, hũc Seneca oraculo natum refert. Nam quum Thyestes pater Accropen Atrei fratris uxorem stuprasset,filiósque ex ea suscepisset,regno pulsus fuit, Atreus uero simulata pace,eum in regni consortium reuocauit. Cui redeunti tres filios comedendos apposuit,eorúmque sanguinem uino mixtum præbens,consũmato conuiuio ostendit manus ac capita,contestans eum residuum comedisse. Verum cum Thyestes tãti facinoris ultionem quæreret,ab oraculo edoctus est,ex se, si cum Pelopeia propria filia rem haberet,nasciturum filium,qui iniurias suas plene uindicaret,quod & factum est. Nam sicut Lactantius super quarto Thebaidos refert, mox ut natus est,propter pudorem eiectus fuit infans in syluis,ut dilaceratus à beluis,turpitudinis patris ac matris uiuens non præstaret testimonium,sed aliter effectum est. Nam permittẽte deo,à capris enutritus est,quo scito,ab æge capra nutrice dictus est Aegysthus. Tandem in regiam perductus,dum creuisset,patre(ut creditur)impellente, Atreum patruum suum occidit,cui Thyestes pater occupata regia successit. Demum patre defuncto,quum regnarent Agamennon & Menelaus eius fratrueles,& ob raptam Helenam in Troianum iuissent excidium, Aegysthus hic suasionibus Nauplii,in amplexus optantis Clithemnestræ deuenit. Et postremo redeuntem Agamennonem à Troiana desolatione, fauente Clithemnestra trucidauit,& regnum obtinuit. Et ad ultimum & ipse ab Oreste Agamennonis filio,unà cum adultera Clithemnestra(nullo remanente ex eo superstite)obtruncatus est.

Beneuentum Aprutii Italiæ ciuitas.



Eneuentum Aprutii regionis Italiæ ciuitas,his temporibus(ut Seruius scribit)à Diomedis sociis condita fuit. Hæc in campestri solo sita perhibetur, quæ & multos habet colles admodum fertiles cum multis uillulis, quam Liuius Patauinus libro quinto Maleuentum, non Beneuentum nominat, eo quod ibidem ad triginta Samnitum milia(Sulpitio,& Petilio Cõsulibus Romanis)cæsa fuerint. Colonia etiam,eo testante,à Romanis eo in loco deducta sit.

Neapolis Campaniæ nobilissima ciuitas.


Eapolis item regia olim Parthenopes, Campaniæ nobilissima ciuitas, & ipsa per id tempus à Diomede rege, in littoribus Mediterranei maris condita fuit, quæ posteaquam Romanis se subiecit, & eisdem aliisque principibus & dominis fidem inconcussam seruauit, ut autem Strabo libro quinto refert, eam primo Cumani incoluerunt, postea uerò & Calcidenses, & ex Phitecusis, Atheniſque uenientes, unde & noua ciuitas idest Neapolis appellata fuit. Quæ quidem temporibus Romanorum Consulum quàm maximè florere cœpit. Sed à trecentis annis citra ea regia dignitate, qua nũc pollet, est insignita, etiã insigni portu, magnificisque ciuium ædibus, basilicis, mœnibus quoque, arcibus, monasteriis tam fœminarum quàm uirorum superbissimis, deinde hortis, uiridariis, citris, & aliis fructibus præ cæteris Italiæ urbibus ornatur. Complures habet arces munitissimas, sed in primis castellum nouum ab Alphonso eius nominis primo rege, utique diuino extructum, opus certe memorabile, & omnibus Italiæ monimentis & structuris præferendum, in quo excelsæ turres, muri crassissimi, atque aulæ celeberrimæ esse referuntur. Est & aliud non minoris certe momenti castellum in mediis aquis constitutum, quod Ouid. castellum nuncupatur munitissimũ quidem & arte, & situ. Quæ fortilicia quidem inexpugnabilia, his nouissimis annis à Gallis primum, deinde ab Aragonibus inter se bellantibus maximam quassationem, & ruinam, ex multitudine tormentorum pertulere. In hac quippe inclyta & regia urbe, multi clarissimi emersere uiri. E quibus fuere Bonifacius pontifex, eius nominis octauus, & Ioannes uigesimustertius, ornatáque fuit clarissimorum uirorum, uidelicet Virgilii, Titi Liuii, ac Horatii sede, ac domicilio.

Caieta Latinæ regionis oppidum.


Aieta etiam Latinæ regionis oppidum celeberrimum, per hæc ipsa tempora ab Aenea Troiano, conditionis suæ initium sumpsit, & à Caietæ ipsius Aeneæ nutricis nomine ibidemsepultæ, id nomen assecuta est, dicente Virgilio in initio septimi.

Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famam Caieta dedisti,

Hæc à Terracina urbe uiginti passuũ milibꝰ distat, habẽs præ cæteris urbibꝰ optimũ portũ, eius terra & ager est fertilissimus, fontibus amœnissimis irriguus, citris, arancísque optimè & nobiliter consitus, ac aliis bonis feracissimus. Estq; quam maximè Caietana hæc ciuitas, & si admodum parua, omni splendore & decore persulgida, atque Alphõsi optimi regis, & multorum regum, & procerum, captiuitate notissima, quos Genuenses præstantissimo animo, nauali bello ceperunt, captiuósque omnes Philippo Mediolanensium tunc duci transmiserunt, ut infra libro decimosexto dicetur.

Cumæ Campaniæ ciuitas.

Cumæ item Campaniæ olim ciuitas, nunc omni prorsus habitatore destituta, hisdẽ temporibus ab Aenea prædicto Troiano construi cœpta est. Quippe (ut aiunt) quũ è naui Aeneas ipse descendisset, quædam mulier grauida ibidem uisa est. Quo quidẽ augurio soli fœcunditatem auspicatus, ciuitatem eodem loco condens, Cumas uocauit, à potu. i. à prægnãte, uel à cyna quod est unda, quia cyna dicitur unda quæ fluctibus agitatur. Liuius uero in octauo, & Solinus ubi de mirabilibꝰ, Cumanos à Calcide Euboica urbe originẽ duxisse tradũt. Illuc nãq; Tarquinius superbus, post fractas Latinorũ opes, ad Aristodemum tyrannũ se contulit, ubi & tandem mortuus est. Ex hac Sibylla quæ Cumana nuncupatur ortum habuit, ubi adhuc solum in cacumine eiusdem loci extat sacellum integrum, in quo Sibyllæ ipsius antrum inuisitur. Cuius librum ad Cornelium usque Syllam pontifices Romani cõsulebant, nam priores ipsa exusserat.

Sãson Sãson. 12. & ultimus iudicum Israël, post Labdonem seu Labdon, principatu inter Hebræos suscepto, iudicauit annis. 20. Hic inter Hebræos fortissimus extitit, cuius ingentia facta, cum Herculis factis merito comparari possunt. In primis nãque ex tribu Dan originẽ 4036 1161
ducens, Manuen patrem habuit, ex Anna coniuge generatus, qui coniugales quum prolẽ primo non haberent, deum indesinẽter pro successore habendo deprecabãtur, quibus angelus

gelus domini tandem apparuit,& masculum eis nasciturũ prænunciauit,qui foret uir optimus,& fortitudine præcipua præclarus,& ad cõprimendos inimicos Iudæos asseruit, monuitq; eos inter cætera,ne illius capillos capitis tõderent,neq; alium potũ quã simplicem aquam bibere permitterent. Concepto itaq; filio,gratias immensas deo egerunt,custodiẽtésq; mandata domini,natum filium Samsonem appellarunt, quod nomẽ robustum seu solem fortem significat. Qui ut uelociter creuit,atque per capillorum remissionẽ factus est robustissimus homo,cui dominus benedicens,suum in eum effudit spiritum. Factus autem uir uxorem ex Thamna Palestinorum ciuitate duxit,quam quum frequenter in domũ soceri sui inuiseret,occurrit ei aliquando ut leonem interficeret,quem mortuum extra uiam in syluam proiecit. Rursúmque post aliquod tempus inde progrediens,inuenit à capite illius fauũ mellis ex quo aliquãtisper percipiens comedit,atq; ex ipso tres fauos puellæ attulit,illósque cum aliis donis sibi contradidit. Ibidémque ex more in nuptiis persistens,pluribus iuuenibus regionis astantibus,problema iocando proposuit dicens. Si solueritis in septem diebus quæstionem quam proposuero, singulis uobis uestem seu stolam condonabo,illísque expetẽtibus ut diceret,ait. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa Nota est dulcedo,illis autẽ non ualentibus quæstionem soluere,rogarunt puellam ut ab ipso solutionẽ exquireret,atque postmodum ipsam eisdem indicaret. Samson tandem puellæ intimauit,quemadmodũ leonem diu ante interemerat,& quomodo apes in ore eius inueniẽs fauos mellis eidem deportasset. Illi autẽ problematis quæstione declarata,confestim suis ciuibus iuuencula indicauit. Qua intellecta septima die Sãsonẽ conuenientes,eidem dixerũt. Quid dulcius melle,& quid fortius leone? At ille audiens,confestim indignabundus ait. Si non arassetis in uitula mea,nequaquã inuenissetis propositionẽ meam. Irruítque statim in eum spiritus domini,& in Ascalonẽ descendit,ibidémque triginta uiris percussis,eorũ uestes abstulit & dedit his iuuenibus qui eius problema soluerant. Ob hoc Samson plurimũ contra uxorem indignatus,non solum eam dimisit,sed trecentis uulpibus captis, ad singularum caudas faces incensas alligauit,& in Palestinorum messes dimisit,quas ob res omnes eas consumpsit. Propter quod Palestini eius uxorem atque parentes omnes interemerũt. Samson autem quum postea ob hoc multos Palestinorum occiderat, tandẽ à Palestinis captus,duabus funibus obligatur. Cũmq; uinctus duceretur ad supplicium, uincula dirupit, & mãdibula asini arrepta,mille eorum interfecit. Cúmque ob hoc lassus siti periclitaretur, dominus ex molare dentis asini aquam eduxit,bibénsque ex ea refocillatus,uocauit nomẽ loci illius,fons de maxilla. Denique cum Dalidam meretricem impensius amaret,eidẽ perquirenti suam tantam fortitudinem,in capillis sui capitis inesse indicauit. Quod cũ cognouisset,illum tandem in sinu suo dormiẽtem totondit,& Palestinis inualidum tradidit. Quẽ comprehendentes eruerunt ei oculos,ac obcæcatum molere fecerũt. Verum post aliquod tempus,capillis sibi renascẽtibus,& fortitudo pristina similiter eidem restituta est. Qúmque die quadam ad solẽnitatem Dagon perduxissent eum,ut in fano corã primoribus Palestinis luderet,ipse duabus colũnis,in quibus eorum fanum omne imminebat,apprehẽsis, magna uoce exclamauit dicẽs. Moriatur Samson & Philistini,concussísque colũnis,euestigio tota domus super principes cadens tria millia hominũ extinxit,quos inter & ipse unà cum eis extinctus est,uenientes uero fratres eius sustulerunt corpus ipsius,& in sepulchro patris sui sepelierunt. Vt habetur Iudicum.16. Fuit enim hic Sãson non modo fortissimꝰ, sed & magnanimus atque uictoriosissimus,ac uirtute præstans. Cuius obitum diuus Aure. li.16.de Ciui.dei.excusans dicit,quòd quodã familiari cõsilio spiritꝰ sãcti id factitatũ fuit.

Ascanius magni Aeneæ,ex Creusa Priami regis filia susceptus,secũdus Latinorum rex,
4039 anno primo principatꝰ prædicti Samson,post patrem Latinis regnare cœpit, &.18. annis regnauit. Eusebius autem triginta tribus tãtummodo eum regnasse scribit. Hic namque(ut Virg.placet)non solum Aeneæ filius,sed & laborum ac fugæ, in quærendo regnum, comes extitit indefessus,ut ipse per omnes Aeneidos libros diffusè scripsit. Nã apud Troiã matrẽ perdidit,& cum patre aduersus Græcos plurima strenuè gessit, cui & plurima fuere nomina. Nã primũ Ascaniũ eũ uocauerũt ab Ascanio Phrygiæ fluuio ita dictũ,ut quidã putãt. Fuit etiã Ilꝰ appellatꝰ,ab Ilo Trois filio,& fratre Assaraci, Anchisæ aui,deinde Iulꝰ,

à prima barbæ lanugine, quo tempore Mezentium Hetruriæ regem singulari certamine uicit, quo mortuo Ascanius Iulus uocari cœptus est. Quin & ut Seruius super quarto Aeneidos refert, Dardanus, & Leodamas, ad extinctorum fratrum solatium dictus fuit, per quod ostendit Aeneam alios ex Creusa suscepisse filios. Hic itaque mortuo patre, Syluiũ posthumum fratrem ex Lauinia nouerca progenitum, summa cũ pietate educauit, cui etiã postquam octo & triginta annis regnasset, abundante Lauinii multitudine, florentem iam (ut tum res erant) urbem reliquit, & ipse aliam sibi condidit ciuitatem, quam longam Albam appellauit, illámque ex oraculo suis albæ, quam in Albano monte cum triginta pullis inuenerat, condidit, & ab situ porrectæ in dorso urbis, longam Albam appellauit, à qua deinceps Latini reges Albani dicti sunt.

Thautheus Thauthanis Assyriorum regis filius, anno. 2. Samsonis iudicis Israël, uigesimo & septimo loco Assyriis regnare cœpit, &. 40 annis regnauit. 4040

Ruth Moabitidis mulieris historia, quæ secũdum diuũ Hierony. Esaiæ explet uaticiniũ, sub Samsone isto iudice fuit, Et licet eius liber incipiat, in diebus unius iudicis quando scilicet iudices præerant, nec quo sub iudice exprimat, tamen annis à Dauid rege qui fuit nepos Obeth huius Ruth filii, retrogradiendo supputatis, pulchrè coniicere poterimus, magis his temporibus fuisse quàm superioribus. Vnde illud quod diximus, nonnullos fuisse qui Abessam Booz fuisse putent, stare non potest, cum à Samsone usq; ad Dauid tantummodo centum numerentur anni. Sunt autem hæ generationes Obeth aui Dauid regis, ab Abraham exordiendo sic, Abraham genuit Isaach, Isaach autem genuit Iacob, Iacob genuit Phares, Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab, Aminadab genuit Salmon, Salmon genuit Booz de Rab, Booz autẽ genuit Obeth ex ista Ruth. Hæc itaq; quanquam origine minus clara censeatur, quibusdam tamen uirtutibus, à diuinis scripturis extollitur, eo quòd posteris integerrimum atque præclarum coniugalis amoris testimonium perenne reliquerit, ob quod meruit regiam atq; diuinam generationem scilicet Iesu Christi ex se procreare, ut ex Euangelio Matthæi colligitur, ipsa namq; Ruth, ut sacra eius habet historia, Moabitis genere fuit, quæ uirum nomine Malion, generatione Iudæum, ex Bethleem ciuitate oriundum accepit maritum. Cuius mariti pater Elimelech fuit, mater uero Noemi, qui famẽ suæ ciuitatis ferre non ualentes, in Moabitarũ solo cum duobus filiis suis emigrarunt. Ibique dum cuncta eiusdem bene procederent, ipsis suis filiis Moabitidas dedere uxores, primo scilicet Celioni Orphani nomine, & Maliõ hãc Ruth. Transactis deinde decem & septem annis, Elimelech & duo prædicti eius filii mortui sunt. Noemi uero amarè ferens infortunium suum, in terrã regredi constituit. Sed eius nurus ab ea non se deseri tollerabat, neque ipsa sine ea proficisci poterat. Tandem ex ipsis unà remanente Ruth, hæc quum remanere non posset, Noemi socrus sociam sibi additam duxit in Iudæam. Cúmque in Bethleem introgressæ fuissent, Booz Elimelech cognatꝰ eas in domum suam suscepit. Procedente deinde tempore, Booz cũ didicisset Ruth hãc uxorem fuisse cognati sui defuncti, & ipse sine uxore esset, illam secundum legem Moysi duxit uxorem, Quo facto post annum ei peperit filium, quem Noemi socrus sumens, suo con filio uocauit Obeth, eo quòd in eius senectute ab ea nutriretur. Inde & ipse Obeth genuit Iesse, ex quo natus est Dauid rex. Et hæc quæ de Ruth ista gesta sunt dicta sufficiant. Vt rerum ordo non prætermittatur, ad declarandam dei potentiam, quòd ei facile sit ad dignitatis culmen euehere quoscunque uoluerit.

Reusippus Pelasgi regis filius, ultimꝰ Sicyoniorum rex, hoc anno qui est decimusoctauus principatus prædicti Samsonis, post patrem suis regnare cœpit, &. 31. annis regnauit. Qui tandem cum sine uirili prole obiisset, id regnum defecit. 4056 1143

Iudicum Israël magistratus hic finis habetur.

Iudices Israël mortuo Samsone finem habuere, qui quidem duodecim tantummodo extitere, quorum cor quum semper rectum coram domino extiterit, etiam eorum memoria semper in benedictione atque prosperitate nimia fuit, quorum quippe nomina, tot utique figuras repræsentabant. Eorum ita magistratus trecentos numerat annos, ut suprà monstratum est.

Regum libri historia hic incipit.

Ozi autem Hebræorum summus sacerdos, qui Booci filius fuit, qui fuit Abisuæ filii Phi uees, filii Eleazari, filii Aaron primi eorum pontificis, & ipse hoc eodem anno quarto, & Samson morte sublatus, eius pontificatus dei nutu ad lineam Ithamar prædicti Eleazari fra tris translatus est, in qua quidem linea per annos centum & uiginti perdurauit, in qua He li primus pontifex fuit, Abiathar uero ultimus, quem Salomon rex interfici iussit, & tunc sacerdotii munus ad Eleazari domum denuo rediit.



Eli autem ex Ithamar filiis, qui fuit Aaron filius, post mortem Samsonis iudicis non modo principatum, sed & summum sacerdotium Hebræorum adeptus iudi Heli
1141 4058 cauit ac rexit populum eundem. 40. annis. Veruntamen. 70. interpretes eum tan tummodo. 20. annis præfuisse asserunt. Viginti autem annis filios Israël sine iudice stetisse, faciente unoquoque quod sibi rectum uidebatur, ut habetur Iudicum lib. cap. ultimo. Huic itaque cum essent duo filii, nomine Ophni & Phinees, homines sanè pessimi, filii Belial, utpote circa homines iniuriosi, immo nulli impietati parcentes, sed pestilentes & pestiferi, quorum pater cum petulantiam remissius argueret, nec corripere auderet, à domino reprobatus est. Et idcirco tandem diuino iudicio factum est, ut Palestini castra cōtra Israëlitas mouerent, multósq; interficerēt, ac ad castra usque persequerentur, pro qua re Hebræi ipsi de ultima eorum pernicie formidantes, miserunt ex castris ad seniores & sacerdotes, ut arcam dei (tanquam ultimum eorum perfugium) in castra deferrent, qua præsente sperabant hostibus præualere. Adductáque in castris arca, ac congressione facta, Palestinis uictoria nihilominus prouenit, pro qua omnes Hebræi unà cum arca in manibus hostium turpiter deuenerunt. Cæsis. 30. milibus ex ipsis uiris, quos inter & duo prædicti sui filii ceciderunt, atque arca domini capta est. Quæ res quum in Silo pontifici nunciata fuisset, præ nimio dolore de sella statim decidit, & fractis ceruicib9 expirauit, dum. 98. uixisset annos, ut patet primo Regum ca. 4. Qua quidem die & Phinees uxor defuncta est, dum post occasum mariti & arcæ captiuitatem uiuere non tollerasset.

Hectoris filii per hoc idem tempus denuo Ilium receperunt, illúdque gloriosissimè possederunt usq; ad ciuile Romanorū bellū. Nā inde Anthenoris & Nestoris posteris expulsis, qui ibidē post urbis excidium remanserant, omnimodā urbis & regni possessionem obtinuerunt, urbémq; ipsam mirificè instaurauerunt. Verū cum longo post tempore ciuile bellum Romæ auctoribus Lucio Sylla & Mario ortū esset, & Fimbria iniquissimus Romanus ciuis, Marianarum partium imperator factus, cū exercitu in Dardaniā profectus esset, denuo Iliū urbē insignissimā tertio & ultimo deleuit excidio, concremans etiā omnes qui ibidē reperti sunt mortales, maximè illos, qui Syllæ ciuitatem integrā seruare uolebāt. Troiæ instauratio

4067 Medius Demophontis regis filius, Oxientes dictus, tertiusdecimus Atheniensium rex, nono Heli pontificatus anno, suis regnare cœpit, &. 12. annis regnauit.

4078 Syluius posthumus magni Aeneæ ex Lauinia filius, tertius Latinorum rex, hoc anno qui est uigesimus pōtificatus Heli sacerdotis prædicti, post Ascanium fratrem cœpit regnare, & nouē ac uiginti annis regnauit. Nā prædictus eius frater Ascanius, quū trigesimotertio regni sui anno, Iuliū Syluium genuisset filium, à quo Iuliorum clarissima familia originem duxit, quē propter annorū paucitatē (utpote minus idoneum) regni extorrē fecit, Syluio isto hærede relicto. Hic ideo post humus dictus est, quia post humatum patrem ei nasci contigit. Syluius uero quod Lauinia eū in syluis peperisset. Qui tandem Aenea filio superstite derelicto, diem obiit. Sunt etiam qui dicant hunc & alium genuisse filium nomine Brutū, à quo Britones, ut infrà dicemus, & à quo postmodum inaduertenter occisus est.

4079 Aphidas Medi regis filius, quartusdecimus Atheniensium rex, anno primo & uigesimo pontificatus Heli sacerdotis, suis regnare cœpit, & uno anno tātum regnauit, post quē Tymeothes quintusdecimus, annis octo.

4081 Tyneus, uigesimusoctauus Assyriorum rex, hoc anno qui est uigesimustertius sacerdotii prædicti Heli pontificis, regnare cœpit, & triginta annis regnauit.

Anthenor nobilissimus, magni Priami regis affinis, ac etiam post Ilii euersionē Troianorum rex, per hoc idem tempus, postquam aliquod tempus regnauit, à filiis Hectoris regno expulsus, cum ingenti suorum exercitu (additis secum multis Paphlagonibus) Anthenor

uniuersam Asiam lustrauit. Indéque discedens, tandem multo cum labore in Italiam peruenit, & per paludes Adriatici maris ascendens, tandem diuino oraculo præmonitus, apud Tymauum fluuium cum uniuerso exercitu suo demum consedit. Vbi ex more, solo delectatus urbis Patauinæ (testibus Solino Senecáque atque Virgilio) fundamenta iecit, ipso Virgilio de Anthenore sic dicente. Hic tamẽ ille urbẽ Patauí, sedésque locauit. Eáque aliquantisper ab eo ædificata, sui regni sedem usque ad mortem constituit. Nullibi legimus hunc aliquem post se reliquisse filium, seu hæredem. Mortuo denique eius tumulo tale dystichon inscriptum fuit.

Iohannes Tritemius dicit eũ decessisse anno ante natiuitatẽ domini 1440. relicto filio nomine Macromiro

Hic iacet Anthenor Paduanæ conditor urbis,
Proditor ipse fuit, híque sequuntur eum.

Aliud etiam Epitaphium ipsius Anthenoris sua in urbe, apud ecclesiã diuæ Iustinæ in antiquissimo lapide insculptum habet, sic dicens.

Inclytus Anthenor patriam uox nisa quietam
Transtulit huc Enetum Dardanidúmque fugas
Expulit Euganeos, Pataulam condidit urbem,
Quem tenet hic humili marmore cæsa domus.

Francorum regni principium hic initium sumitur.

Francus unus ex Hectoris filiis, à quo Francorum magnum nomen tractum est, hisdẽ temporibus (ut Vincentius Gallus historicus scribit) & ipse una cum prædicto Anthenore, aliísque nonnullis, à propriis fratribus fugatus, prius tota Asia peruagata, in Danubii ripis tandem multo labore peruenit. Vbi cum aliquãdiu consedisset, mox auctore dicto Anthenore, locum à communi hominum societate seiunctum, uidelicet ad Tanai fluenta, & paludes Meotidas inuenit. Vbi cum marinis fluctibus etiam se circũseptum uideret, ibidem Sicambriam condidit urbem. Ibidémque per multa tempora eius successores, & urbis incolæ, sub armis contra finitimos, cruentam deduxerunt uitam, donec à Valentiniano iuniore Romanorum Imperatore (cui aduersus Alanos opem tulerant) sub uetusto Franco rum nomine commeruerunt libertatis priuilegium, & eo tunc ex ducibus reges sibi constituere.

Francia

Francia autem Europæ prouincia seu regnum, à Franco prædicto Troiano cognominata, Gallia transalpina à candore populorum postea nuncupata fuit, quòd montes & rigor cœli ardorem solis ab ea parte excludant. Quo fit ut candida gentium corpora non colorentur. Est nihilominus duplex Gallia, uidelicet, Transalpina, & Cisalpina, Transalpina uero Gallia est inter alpes & mare Gallicũ, & prærupta Pirenei, sed Oceano & Rheno fluuio terminatur, & Gallia comata dicitur, cuius longitudo. 420. M. passuum, latitudo uero. 313. computatur. Et hæc (ut Pli. placet) in Belgicam, Celticam, & Aquitanicam subdiuiditur. Cisalpina autem Gallia in sex diuiditur partes, de quibus dicemus.

Brabantia Lucimburgensis Flãdria Picardia

Gallia itaque Belgica prima est quæ & à Belga insigni ciuitate nomen accepit, & hæc nunc Treueris dicitur, in hac quoque complures Ducatus & Comitatus continentur, uidelicet Brabantiæ, Lucimburgensis, Flandrensis, Picardiæ seu Atrabatensis, Barensis, atque aliæ regiones permultæ. Belgica autem (ut Cæsar in Commentariis refert) duplex est, prima uidelicet, & Secunda. Dicitur autem Belgica quasi bellum gerens, uel bellorum gens. Belgica igitur prima illa est, cuius Treueris metropolis est. Secunda uero cuius Remis sedes est. Et hæc (ut Anselmus libro de Imagine mundi testatur) à Iouis monte consurgit, & Britannico mari finitur.

Panni perpulchri

Flandria autem regio quæ (ut præmissum est) Belgicæ Galliæ annumeratur, secundum aliquos est Germaniæ regio, & ad septentrionalis oceani littora posita. Quo & ipsam uarios habere populos asseuerant, inter quos fuerunt Cymbri dicti. In hac quidem regione panni conficiuntur ex lana pulcherrimi miro artificio confecti, in quibus uariæ picturæ intexuntur, qui aulea uocantur, hi per totum orbem circunferuntur, ad exornandas aulas, & domos nobilium ac principum, atque templa. De hac etiam infrà lib. 12. in principio dicemus, quòd sit Germaniæ prouincia.

Comata Gallia.

Celtica item Gallia illa dicitur quæ ob comas longas Comata Gallia nũcupatur, & hæc etiam

etiam bipartita. Nam quædam Lugdunensis est, quædam uero Narbonensis. Lugdunensis autem item tripartita, seu triplex est. Quarum prima Lugdunum præstātissima ciuitas est caput. In secunda uero Rothomagū metropolis, quæ Normanniæ est caput. In tertia denique caput est Turo metropolis, Cotus Andagauiæ, ubi beatissimi Martini sedes fuit, & hæc Bituricensibus est finita, oceanóque proxima.

Narbonensis uero Gallia, & ipsa in duas subdiuiditur partes, scilicet in Gothiam cuius metropolis est Narbona, & Burgundiam, in qua plurimæ sunt urbes celebres, uidelicet, Arelate regionis caput, Aquis, Vienna, & Tarentasia, hæc regio longo tempore sub regibus fuit, sed nunc regia dignitate amissa Ducatus titulo admodū est insignis, cuius Duces cæterorum Christianorū duces facile præcellunt. In hac duæ præcipuæ ciuitates, Augustudunū, scilicet quam Iulius Cæsar Heduam nominat, quæ tantæ fuit potentiæ, ut Romanorum auxilio, uniuersam pene sibi subiugauerit Galliam, Senonensis item altera fuit, quæ Romam obtinuit & incēdit, ac spoliauit, cuius populi, & Mediolanum, Papiam, Bergomum, ac alias urbes, in Cisalpina Gallia condiderūt, In Transalpinis quoque Gallis, & has, scilicet Garumnam, Matronam, & Sequanam, à Sequana fluuio denominatam.

Aquitania Gallia quarta dicitur, eo quòd duabus superioribus regionibus aquis & fluminibus abundet. Et hæc, ut Ptolemæus lib.2. refert, ab occasu mari Aquitanico, ab ortu & Septentrione, Lugdunensi regione terminatur, & à Meridie Pireneis montibus, cuius insignes ciuitates, Mediolanū, & Burdigalia: populi uero Auerni, Pictones, Santones, Bitunges, & alii permulti.

Andagauiæ Ducatus insignis titulus ea in regione Galliæ etiam est, oceano proximus, ac Turonibus & Bituricensibus finitimus.

Auerni etiam populi fuerunt in Gallia Aquitanica potētissimi, qui frequenter aduersus Romanos bella gesserunt cruentissima.

Bellouaci præterea in Gallia fuerunt populi, qui belli gloria omnes Gallos præstabant, quos Cæsar nihilominus bello superauit, Corbero eorum duce interfecto.

Druydæ item Galliæ fuerunt populi, uiri religiosissimi peritissimique ac sapientes, qui heremitico more in syluis habitabant, cum maxima omnium opinione, de quibus Cæsar in sexto commentariorum suorum meminit.

Duratii populi eo in regno Francorum fuerunt, circa Ligerim fluuium, quos in amicitiam Romanorum perpetuo stetisse constat.

Beluetii alii etiam in Gallia fuerunt populi inter Celtas constituti, uiri fortissimi, quos Cæsar apud Rhodanum flumen prælio superauit, qui finitimi Constantiensibus, Basiliensibus, ac Gebennensibus, optimum agrum habebant.

Heruios alios populos habuit Gallia, nunc Tornicenses dictos, uiros maximè feros inter Belgas constitutos, quos Sabis & Scaden flumina irrigabant, ad quos nullus mercatorum erat aditus, uiri certè magnæ uirtutis habiti, apud quos Cæsar maius discrimen, quàm unquam in tota Gallia pertulerit, habuit, quoniā eius totum exercitū in fugam uerterūt, De quibus ipse Cæsar in secundo Commentariorum meminit.

Sanctonū insuper aliud populorū genus in Gallia fuit, inter Aquitaniā seu Aquitanos, innumeratum, quod Tolosatibus & Pictauis erat propinquum, de quo in Commentariis Cæsar ipse meminit.

Sequani item alii in Francia fuerūt populi inter Celtas annumerati, hodie ducatū Burgundiæ incolentes, Burgundiones & ipsi appellantur.

Treueri denique populi fuerunt in Gallia inter Belgas constituti, in confinibus Germaniæ Neruiis finitimi. Est autem uniuersa Gallia, maximè Narbonēsis, frumenti præcipue & pabuli ferax, & omnium ad usum animantium beatissima, fluminibus irrigua atque fontibus. Tribus quoque magnis fluminibus, Rheno, & Rodano, ac Sequana insignis. Vt autē Pompo. lib.3. scribit, eius gēs est superba & superstitiosa, ac etiā aliquando immanis, habent Galli facundiam sui idiomatis, cum sint sapientissimi ac Christianissimi uiri. Arduēna sylua.

In Gallia est Arduenna sylua, totius Galliæ permaxima, quæ amplius passuū. M. quingentorum occupat. Quæ per medios Treuerorum fines Rheni fluminis, finibúsque Treuirorum,

uiorum,ad Neruios usque pertinet.

Galliæ etiam Cisalpinæ descriptio.

Gallia alia quoque est quæ Cisalpina dicitur, à Gallis Celticis occupata, quæ & in sex subdiuiditur regionibus. Ipsi nãque Celtici Galli,cum eos non caperet terra,quæ eos genuerat,trecenta eorum milia,ad nouas sedes quærẽdas accessere, quorum portio nobilior in Italiam consedit,ubi masculis omnibus incolarum interfectis, eorum fœminas duxerũt uxores,è quibus liberos suscipientes,& habitu,& lingua,ac moribus paternos mores imitantes,purissimi remãsere Galli, atque ita uniuersa Cisalpina prouincia appellata est Gallia. Quæ postea diuersis nominibus appellata fuit Gallia.

Cenomanẽsis. Quarum prima Cenomanensis est nuncupata, quæ(ut Bentius Alexãdrinus historicus refert)continet Brixiam,Cremonam,Mantuam,Veronam,Vicentiam,& Patauium.

Senonensis Gallia secunda fuit,quæ eodem teste referente,continebat Senam seu Senas,Senogalliam,& Senogallias,qui Senogallensium nomen postea acceperunt. De quibus meminit Liuius, quòd cõtra Ro. multa gessere certamina. Quique & ducentos post annos,ex aduentu breui,ualde fuerunt roborati.

Boiorum Gallia tertia dicitur,à Bois Gallis è Francia Orientali egressis, hi quippe inter Padum & Trebiam siti erant,ubi Boum condiderunt urbem, de qua Liuius commemorat,cuius urbis nullum nunc extat uestigium.

Lygurum Gallia quarta dicitur, quæ continet Taurinum, Eporediam, & Augustam prætoriam,atque alias Pedemontium urbes,& oppida, & Sabaudiæ montes.

Insubrium Gallia quinta cognominatur,ubi sunt Vercellæ,Nouaria,Comum,Bergomum,Lauda,Crema,Papia,& Mediolanum.

Genuam Galliam sextam esse dicunt,quæ Genuam ipsam cõtinet,& Derdonam, Alexandriam,Ast,Saonam,Naulum,Albingam,& Vintimilium, ac alias nõ nullas de quibus omnibus Liuius lib.24.meminit.

Brutus Syluii posthumi Latinorũ regis filius, ex Lauiniæ matris suæ nepte susceptus, quam nascendo occiderat,tempestate hac,quum inaduertenter patrem uenando occidisset,timore correptus ex Italia prosiliit, atq; fuga sibi salutem comparans in Leogræciam abiit,ibidémque responsum accipiens,sibi deberi externi occidiui Regi insulam,ibi quoq; uxore suscepta,confestim inde delapsus est,& cum ea atque aliis multis in Troiam accessit,multósque exinde à seruitutis iugo eripiẽs,ad Tyrrhenum mare iterum rediit, ubi Corineum ducem cum quatuor stirpibus Troianorum exulem inuenit,quem in socium auxiliarem accipiens cõtra Gopherium Aquitanorum regem, & Turnum ipsius Bruti nepotem, ac Suardum cõsulem in pugnam processit.Quibus omnibus superatis & interfectis, statim inde aufugit,& ad mare Britannicum, quod Armonicus dicitur sinus,tandem peruenit. Exin Albionam insulam,quam Gigantes incolebant,superatam à se Britanniam appellari uoluit. Et hæc Britãnia maior est, quam Angliam nũc dicimus,ad minoris Britanniæ differentiam Gallias contingentis. Quæ quidem Corniueo postea in partem cedẽs, ab ipso Cornubiæ nomen accepit. Brutus autem cum in Britãniam, seu Angliam mãsionem sibi delegisset, e uestigio secus Ramessis fluuii ripas, Trimoãtem cõdidit urbem munitissimam,omnibus copiis ad uitæ humanæ sustentationem feracissimam,ad ueteris Troiæ memoriam recensendam. Id quippe quadragẽsimo anno ab excidio factitatum fuisse tradũt. Brutum itaque hunc tres genuisse filios ferũt, Locrinum uidelicet,& Albanetũ ac Cambrem,qui primo insulã inter se se diuidẽtes, Locrino natu maiori,media ipsius insulæ pars obuenit,quæ ab ipso Locria postea fuit cognominata. In ea adhuc Londinum ciuitas extare dicitur,urbs mercatoribus & negociatoribus maximè celebrata. In qua adhuc reges, ac senatũ populi cum mercatoribus conuenire,ut plurimũ referũt. Albaneto uero eius secundo filio quarta insulæ pars, quæque Albania ab eodem fuit dicta, & hæc Scotia nunc nuncupata,Cambri denique postremo filio Cambria, quæ nunc Lyse appellatur.

Trimoantes ciuitas. Locrinus. Albanetus. Cãber.

Angliæ insulæ descriptio.

Britannia itaque insula,à Bruto prædicto sic nuncupata,in oceano est,plurimis monumentis tam Græcis,quàm nostris clara,prius Albiona à quibusdã albis montibus sic dicta, deinde

deinde à quodam Anglo rege potentissimo Anglia in hodiernum usque diem est appellata. Quæ quidē triangularis est inter Septentrionem & Occidētem sita, quæ & ab omni continenti habetur diuisa. Nam à Germania, quæ sub Septentrione est, incipit, & iuxta Galliam & Hispaniam uersus occidentem protenditur. Et propterea dixit Solinus. Finis erat orbis ora Gallici maris, nisi Britannia insula nomen orbis alterius mereretur, unde ait Virg. in Bucoli. Virg.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Hæc quippe secundum eūdem Solinū porrigitur in longum octingentis & amplius passuum. M. metitúrque usque ad Calydonicum angulum, ad quem appulsum Vlyssem ara literis Græcis inscripta manifestat. In hac tempore solstitii æstiui fiunt dies longiores quam in Italia, & noctes breuiores. Nam ut Pli. lib. 2. refert dies longissimus, in Italia continet horas. 15. in Britannia uero. 17. Et nox nostra breuissima nouem resultat horas, & illorum septem, unde Iuuenalis satyra. 11. Et minima contentos nocte Britannos. Hanc quippe insulam diuum Cæsarem bis pertrāsisse dicitur, in qua nulla re magnificē gesta, euestigio rediit. Huius autem insulæ maxima pars plana & frugifera est, abundat pecore, abundátque auro, argento ac ferro. Vnde ex ea efferuntur pelles & mancipia atq; canes ad uenandum aptissimi, multa & magna in ea sunt flumina, ut Solinus tradit. Fontes item calidi, & salubres, Gates lapis ibi plurimus, optimúsque qui in aqua ardet, oleo uero restringitur. Hanc Gregorius magnus beatissimus pōtifex, eo missis Augustino Mileto, & Ioanne monachis, uitæ probatissimæ uiris, primum ad Christi fidem conuertit. Vnde postea multi reges in ea claruerunt miraculis, & cum multi eorum diuini honoris, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ amantissimi fuissent, statuerunt in tota ferme insula, ut unaquæque domus certum quid pia collatione singulis annis ipsi Romanæ ecclesiæ penderet. Ibidē, ut præmissum est, Londinum oppidum nunc Londra, regum sedes, & copia negociatorum, & lanificii arte celebre est. Habet Anglia hæc insula præter Hyberniam annexam & alias quasdam paruas insulas, Orchades appellatas, quæ ad. 23. numero referūtur. Habet & Tile, id est Cambriam insulam. Anglia hæc inter cætera Merlino uate, antequam sacrum Christi Euāgelium reciperet, plurimum insignita fuit, qui (ut Britonum res gestæ tradunt) ex dæmonum calliditate generatus fuit, quem ita exortū fuisse tradūt. Nobilem uirgunculam, quam piam fuisse ipsæ canonæ historiæ tradunt, eam parentes, ut honestis & bonis moribus educarēt, & ne uiolata pudicitia à uiro cognosceretur, eminenti turri properē incluserunt, statuerúntque ne præter ancillas ad eam accederet quisquam, solæque ancillæ cum ea confabularentur, quæ uirorum aspectus prorsus nesciebāt. Exacto uero puerili ætate, quum uentus medullas torrere pararet, antiquus hostis puellam admodum libidinis furore accensam aggreditur, & multis uerbis ultro citróque habitis, in uenerem sollicitauit. At puella diaboli commenta prorsus ignorans, consensum præbuit. Tūc uiro primum se subegit, egregiæ puellæ formam præ se ferenti, & suscepto semine, ipsum in uigore spiritum & qualitatibus formatiuis conseruare curauit, dæmon priori abiecta figura discessit. Tumescente uero puellæ utero, parentes stupidi eam grauidam compererunt. Nouem postremo expletis mensibus Merlinum fœlicibus auspiciis puella peperit, qui diligenti cura educatus, incredibilia egit & dixit, prout infrà suo loco latius differemus.

Iuuenalis.

Lōdra ciuitas

Merlinus uates.

Hybernia insula Britāniæ proxima, uidelicet uersus occasum, dimidio (ut existimatur) minor est quàm Anglia, spacióque terrarum est illa angustior, sed situ fœcundior. Hæc (ut Isidorus refert) ab Aphrico in boream porrigitur, cuius partes priores Hyberiam prospectant, unde & Hyberniæ nomen accepit. Huius autem accolæ lōge magis syluestres fuerūt quam Britanni, qui etiam olim humana carne uescebantur. Nunc autem gentes habent ferocissimas, & bello aptissimas, quæ cum pulchro sint corpore & elato, membrisque robustissimis ac colore candido, ingenio etiam & facilitate linguæ plurimū præstare dicuntur. Ibi Agates & Iris lapides præciosi nascūtur. Equósque parit qui à natura suauissimo incessu, & quadam modulatione, ueluti more regio deambulare uidentur. Ibi nullus anguis, auis rara, ac apis nulla. Hanc insulā Celestinus papa, eius nominis primus, per Patricium beati Martini episcopi ex sorore nepotem, ad Christi fidem conuertit.

Scotia etiam insula, est etiam Angliæ suprema portio, sed in Aquilonem uersa, quæ & fluminibus haud magnis, & monte quodã ab Anglia ipsa dirimitur. Ibidem Brumali tempore uix sol tribus horis super terram apparet. In hac quippe insula constat enatam aliquando fuisse arborem miraculosam seu prodigiosam, supra quandam fluminis ripam, quæ fructus producebat ad Anatarum auium similitudinem, qui quidem quũ maturitati proximi essent, sua sponte decidunt, & alii in terram aliique in aquam, & qui in terram, omnino putrescunt, in aquis uero demersi mox animati enatare incipiunt, atque sub aquis & in aëra pennis uolant. Scoti itaque Iberorum amicitia, societatéque plurimum gaudent, partim Anglico parent imperio. In Ibernia & Scotia plures sunt metropolitanæ ciuitates quàm in Anglia. Ex Britannia Iberiáq; ac Scotia uiri quasi innumerabiles emersere, quorũ ingenia, tum in diuinis, tum in humanis prope diuina sunt habita. Anglorũ autem & Iberorum ac Scotorũ historias & annalia uenerabilis Beda optimè descripsit, quas qui legere uoluerit, noscat ubi potissimum legere possit.

Arbor admirabilis Anatas ex arbore.

Beda.

Orcades itẽ insulæ sic appellatæ in Septẽtrionali Oceano non longe ab Anglia sunt, uidelicet ultra eandem numero.30.seu ut aliis placet.23.ut Ptolomæo placet, angustis inter se ductæ spatiis. Harum tres tantummodo habitatæ, non habent syluas, tamen uniceis herbis inhorrescunt. Cæteræ omnes nudæ arenæ & rupes tenent.

Tile quoque insula, quæ alio nomine Cambria nũcupatur, & ipsa Septentrionalis Oceani est, Græcis ac Latinis celebrata carminibus, quæ ultima fuit ex cognitis à Romanis, ut etiam Virg. testatur in Geor. Tibi seruiat ultima Tile. In ea solstitio æstiuo, nullas esse noctes Pli. tradit. Econtra ut Solinus refert, brumali solstitio, nullus pene dies. Vltra eam fertur concretum esse mare, ab Orcadibus autem prædictis, ad hanc Tilen insulam usque est, quinque dierum ac noctium nauigatio.

Virg.

Sicyoniorum Regum Epilogus.

Leusippo ultimo Sicyoniorũ rege, hoc anno, qui est nonus & uigesimus principatus 4087 mz
seu põtificatus Heli sacerdotis Hebræorum, sine liberis mortuo, regnum id consumptum est, quod per annos nongentos triginta nouem sub regibus.26. teste diuo patre Aurelio libro.18.de Ciui.dei, traditur fuisse porrectum. Quorum primus fuit.

Agialeus.1.	annos.50.	Eratus.10.	annos.46.	Sicyon.19.	annos.45.
Europs.2.	annos.45.	Plemeus.11.	annos.48.	Polybus.20.	annos.40.
Stelchin.3.	annos.20.	Ortopdis.12.	annos.45.	Inachus.21.	annos.42.
Apis.4.	annos.25.	Maratus.13.	annos.30.	Festus.22.	annos.8.
Thalesion.5.	annos.52.	Echireus.14.	annos.55.	Adrastus.23.	annos.4.
Egidius.6.	annos.34.	Marathus.15.	anno.20.	Polyphides.24.	annos.31,
Thurimaus.7.	annos.45.	Chorax.16.	annos.30.	Pelasgus.25.	annos.20.
Leucippus.8.	annos.53.	Epopeos.17.	annos.35.	Leusippus.26.	annos.31.
Mesappus.9.	annos.47.	Laomedon.18.	annos.40.		

Atque ita omnes hi sex & uiginti Sicyoniorum reges, cum nongẽtos & triginta nouem regnassent annos, penitus defecere.

Melantus sextusdecimus Atheniensium rex, anno trigesimo pontificatus & principa- 4088 mr
tus Heli sacerdotis Hebræorum, suis regnare cœpit, &c.37.annis regnauit.

Arca testamenti domini: hoc anno qui est ultimus pontificatus Heli sacerdotis He- 4097 noz
bræorum a Philisteis in conflictu prælii capta fuit: ut patet.1.&c.5.&.6.cap. Quãobrẽ Heli ex mœrore defecit. Captiuatam igitur Palestini cum maximo gaudio in Azotum eorum primariam ciuitatem cum triumpho detulerunt, ibidéq; ipsam in templo Dagoni dei sui collocarunt. Verum mox ipse Dagon ante arcam ipsam corruens, in terram iacebat, quod uidentes Palestini, non modicum de eius sorte indoluerunt. Sed & paulopost etiam dominus adüciens ipsam Azotum, cum uniuersa prouincia grauissimo Dessentoriæ morbo percussit. Neq; his contentus, infinitã murium multitudinẽ in eandem prouinciã excitauit, quæ uniuersam regionẽ deuastauit. Quibus ex malis Azoti cõfestim intellexerũt propter arcam captiuatam, eam sibi cladẽ prouenire. Mittentes aũt Azoti arcã ipsam in Ascalonẽ, similibus passionibus accolæ percussi sunt. Verũ dum per septẽ annos ipsa arca apud

Palestinos cum eorum maximis incommodis permansisset, desperati ipsam ad suos remittere constituerunt, cum animaduerterent deum cœli eam omnino uendicasse, & idcirco plaustrum nouum conficientes, duas uaccas fœtas eidem adiunxerunt, atque earum fœtus domi recluserũt, quæ recto itinere protinus in terram Iuda cum ipsa arca tandem deuenere, ubi ab accolis leuitis arca cum gaudio recepta, ipsas uaccas cum plaustro immolauerunt, atq; gratias deo immortales egerunt. Venientes autem Iudæi eam in Cariatarim eorum ciuitatem reportauerunt, & in domum Aminadab Leuitæ uiri optimi locauerũt, qui per annos.20. eius curam gessit. Postea Samuel propheta eam in Masphath trãstulit, deinde in Galgalis, postmodum à sancto Daniele rege in domum Naboth, ac demum in sanctam Sion arcem, postremo autem à Salomone in templum portata fuit, incẽso denique templo domini à Chaldæis, eam sanctus Hieremias propheta abscondit. Fertur postremo Romam fuisse delatam. Hanc igitur arcam diuus Moyses ex lignis quidem fortissimis in deserto fieri cõstituit, cuius magnitudo quinque cubitorum longitudinis & trium latitudinis perhibetur, quæ intrinsecus & extrinsecus, auro tegebatur mundissimo, atque eius tegmen cardinibus aureis compaginatum erat. Et super eius tegmen erant duo cherubin. In hac quippe arca confecta duas tabulas legis domini recondidit, suãque uirgam atque manna quod de cœlo dominus pluerat. Magni tudo Arcæ.

1101 4098 Samuel sanctissimus domini propheta, Hebræorum magnus pontifex atque iudex, post Heli sacerdotis interitum principatum assumens, rexit populum dei annis.40. Hic ex utero matris suæ optimus fuit. Helchanæ igitur leuitis, ex Anna uxore susceptus, à puero usque in senium, dignè & rectè domino deo ministrauit, cuius optimã uitam ac præclara facinora, Iesus filius Sirach in ultimo Ecclesiastici .c. breuiter his uerbis perstrinxit dicens. Samuel dilectus domini propheta imperium renouauit, & binos de gente sua inunxit reges, ac per multos annos, cum populus domini secundum eius præceptum iudicasset, ab omni munere manũ suam semper excussit, cuius sancta opera quũ dominus ipse uideret, spiritu prophetiæ repleuit illum. Et cum in expugnatione circunstantium hostium dominum omnipotentem inuocasset, eius uocem semper audiuit, & propterea duces eorum contriuit, ac principes Palestinorum subuertit. Sauli etiam regi cum esset uerus propheta domini, finem uitæ prædixit. Eidem præterea innotuit, quod dominus propter ipsius impietatẽ suam hæreditatem foret cõsumpturus. Etiam quũ nõ mediocriter eruditus haberetur, scripsit (Isydoro teste) in primis Iudicum & Ruth libros, ac regnorum librum primum edidit. Tandem cum de deo, déque hominibus bene promeritus esset, secũdo ante Saulis regis obitum anno, in senectute bona migrauit ad dominum, quem singuli ex populo Israel tanquam proprium fleuere parentem, eiúsque sanctum corpus in Ramatha honorificè sepelierunt, ut patet.1. Reg.c.25. cuius sanctissima ossa, ut diuus scribit Hieronymus, postmodũ Archadius Augustinus in Thraciam transtulit. Festum autem ipsius.13. Calẽdas Septembris celebratur. Samuel

1100 4099 Saul autem primus Hebræorũ rex, hoc anno qui est.12. põtificatus Samuelis, in regem ab ipso Samuele iussũ domini assumptus, regnauit unà cũ Samuele ipso annis.26. Hic Cis cuiusdam nobilis Iudæi, de tribu Beniamin fuit filius, à principio quidem bonus, ideóque dilectus. Qui imperio suscepto, duobus primis annis, populum sibi creditum, adeò optimè direxit & rexit, ut merito omnia ei beneplacita contra hostes concederentur auxilia. At post duorum annorum spacium magnanimitatis, quæ regibus pro dignitatis cumulo maximè conuenit expers factus, dei mandata & præcepta contemnens, ex rege tyrannus, & subditorum suorum factus est oppressor. Nam in principio regni sui, exercitu congregato, Iordanéque traiecto, in primis Naas Amonitarum regem magno impetu profligauit, ac interfecit. Indéque etiam cõtra eosdem Amonitas, Palestinos, Moabitas, & Idumæos uadens, omnes iure belli sibi subiecit. Verum cum Agag regem pinguissimum Amalechitarum, ex mandato domini interficere recusasset, mox per internuncium Samuelem prophetam à domino reprobatus est. Vnde & propter hoc & Achimelech sacerdotis iniustam occisionem, atque sacerdotis cognationis interfectionem, eius regulæ fastigium non in posteros eius transiuit, quamobrem regnum eius umbram regni in æternitate mansuri

fuisse dictum est. Tādem post multas Dauid regi genero suo illatas persecutiones in mōte Gelbor, dum contra Palestinos pugnaret, ab eisdem superatus & fusus, prius suis omnibus pene prostratis atque interfectis, Ionatha etiam cum cæteris suis filiis occisis, etiam ipse postremo grauiter uulneratus, in euaginatum suum gladium irruens occubuit. Hoc uidēs eius armiger, & ipse seipsum interfecit. Hebræi autem qui in campestribus ciuitatibus degebant, hoc audientes, cecidisse scilicet Saul & filios eius, ac omnes qui cum eisdem erant, relictis ciuitatibus fugerunt. Eo itaque mortuo, uiri quidam ciuitatis Iabes uenerunt, & tulerunt corpora Saulis ac filiorum, & sepelierunt reuerēter in nemore quodam, optimo quidem eiusdem prouinciæ loco, ut patet Regum libro primo, cap. 31. Omnia huius regis gesta habentur in primo Regnorum. li. à. c. nono usque in finem.

Lacedæmoniorum regni exordium.

Euristheus quidam nomine, patria Græcus, primus Lacedæmoniorū rex, hoc anno qui est octauus, supra nongentesimum à natiuitate sancti Abrahæ secundum Eusebium, Lacedæmoniis primum regnum constituens, regnauit annis. 42.

Lacedæmonia ciuitas Lycaoniæ.

Lacedæmonia autem, ubi primum prædictus regnauit Euristheus fuit Lycaoniæ ciuitas, non autem regio, à Lacedæmone Iouis filio cōdita, à quo postea ipsa Græciæ regio id nomen accepit, aliàs quidem Sparta nūcupata. Et indifferenter altera pro altera ab auctoribus usurpatur, sed quam ob causam Sparta fuerit dicta, Iustinus in quarto Epitomatum suorū exponit, quāquam mihi ridiculosa potius uideatur, quàm ueritas.

Corinthiorum regni principium.

Athletes quidam Græcus luctator uictoriosissimus, & ipse hisdē temporibus apud Corinthios, cum se posse plurimum in eadem urbe animaduerteret, & eius populū quo uellet, aut ui, aut persuasione perduceret, per suas munificētias, ciuitatis ipsius imperium sibi usurpauit, ubi (& Eusebio referente). 35. annis regnauit.

Dercyllus. 29. Assyriorū rex. 13. pontificatus Samuelis anno, suis regnare cœpit, & . 40. annis regnauit.

Aeneas Syluius Syluii Posthumi filius, quartus Latinorum rex, & ipse eodē anno, quo & prædictus Latinis regnare cœpit, & uno ac triginta annis regnauit. Diuus tamen pater Augustinus lib. 18. de Ciui. dei, cap. 19. ponit Latinū posthumi fratrem, quartum & quintum, qui nūc hic quarto loco ponitur. De isto autem Virg. meminit dicens. Et qui te nomine reddet Syluius Aeneas pariter pietate uel armis Egregius. Hic Latino Syluio post se hærede relicto, demum naturæ concessit. 4111 1088

Abimelech summus Hebræorum sacerdos ac pontifex hac tempestate, postquam summum sacerdotium aliquādiu fœliciter, faustéque administrasset, à Saule rege cum uniuersa sua domo iniustè obtruncatus est. Hic quippe Abimelech pontifex Achioth filius fuit, qui fuit Phinees filius, filii quidem Heli, ad hunc igitur pontificem Dauid fugiens Saulem regem in Niobe ciuitate concesserat, à quo & perbenignè exceptus, non solum uictu accepit necessaria, sed & Goliæ gigantis gladium & lāceam, quæ dona ipse Dauid iamdudum deo uouerat, habuit. Quæ res quum innotuisset Sauli regi, mittēs sacerdotem ad se accersiuit, interrogauitque, an Dauid sumptus & arma præbuisset. Cui quæ facta fuerāt nō negauit, quinimo cum fiducia se illa eidem præbuisse asseruit. Cuius quidem excusationem cum rex non susciperet, iussit circunstantibus armatis eum cum tota sua generatione perimi. Qui cum non præsumerent dei sacerdotem contingere, tanquam dei iudicium formidantes, iratus rex in furore imperauit Doech Syro, ut in eum protinus irrueret, qui armatos crudeles assumens, sacerdotem dei cum sua progenie obtruncauit, qui omnes numerati erant quadringenti & quinque. Quo facto etiam ciuitatem eorum sacerdotalem euertit & complanauit, ubi non mulieri, non infanti, non denique ulli uiuēti pepercit. Verum unus tamen Abimelech filius nomine Abiathar liberatus euasit.

Didonis pater.

Belus qui & Metres appellatur, Phœnicis cuiusdam regis Phœnicum filius, his temporibus in Phœnicia regione rex cōstitutus, adeò bello & armis insignis effulsit, ut Cyprios præpotentes

præpotentes pyratas, qui suos per Phœnicum littus pyratica infestabant præda, sibi subiecerat, ac tributarios faceret, quod Virg. in Didonis persona tetigit dicens. Genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, & uictor ditione tenebat. Hic unum tãtum filium Pigmaleonem nomine, & duas filias, scilicet Didonem & Annam post se reliquit.

Viri disciplinis excellentes.

Homerus poetarum omnium Græcorum & Latinorũ princeps, cui Melexigenes nomen fuit proprium, hisdem temporibus, Eusebio & Isidoro testibus, clarissimus extitit, qui ideo Homerus dictus fuit, quia cæcus erat. Nam iones, & alii quidam oculis captos homeros appellare consueuere, quod homeris, id est itineris ducibus egeant, ipse quippe pro Quintiliani sententia, uir per omnia eruditissimus fuit, quique & eloquẽtiæ partibus ortum dedit, atque exemplũ præbuit. Hunc enim rebus in magnis sublimitate, in paruis uero nemo proprietate superauit, idem, ut ipse Quintilianus refert, lætus, ac pressus, iucundus, & grauis, cum copia tum breuitate admirabilis. Nõ poetica mõ, sed & oratoria uirtute eminentissimus fuit. Quicquid dicere uoluit, uerius & lucidius omnibus explicauit. Hic itaq; post peragratum orbem cum extrema paupertate, tandem Arcadum littora habitauit, ubi inter aspera scopulorum & montana nemorũ, sic cæcus existens, admiranda illa uolumina melle perlita, scilicet Iliadis, & Odysseæ dictauit, Iliada etenim, id est Troiæ captiuitatẽ, iuxta numerum literarum Græcarum, uiginti quatuor libris heroicis uersibus composuit. Odysseam uero eode genere metri edidit, in quo Vlyssis errores descripsit. Quidam etiam Myomachiam & Martem libros illi asscribunt. Vixit autem Homerus hic centum & octo annis semper ut plurimum cæcus. De eius autem tempore primo, déque mortis genere, cum tam uariæ sint sententiæ, ut incertum sit quid potissimum efferri queat, satius tacendum duximus, quàm dubia explicare. Homerus.

Hesiodum etiam Græcum poetam, ex Aeolia natum, hisdem quoq; temporibus fuisse & floruisse constat, ut Gellius in epigramate testatur, qui ex pauperrimo patre natus, à principio pastor rudis agrestísque ac indoctus fuit. Verum guttula aquæ collucentis libata, mox ita ad summum poeticæ euasit, ut nobilissima dogmata ediderit. Quæ postmodum à Platone & Aristotele præstantissimis philosophis, in mediis eorum utriusque philosophiæ naturalis & moralis uoluminibus, magna cum ueneratione, ueluti oracula sæpe numero seruata sunt. Ipse enim primum inter cætera agriculturam metricè scripsit, ut Pli. 14. lib. refert. Scripsit etiã ex his quæ habentur Tegoma & Aspida, atque alia. Quo autem tempore obierit, non habemus.

Polymides Phrygius poeta celeberrimus, ad hæc usque tempora cum magno suæ doctrinæ præconio peruenit, & multa poetica edidit memoratu digna, interfuit autem bello Troiano, & uniuscuiusq; gesta præclara carmine describebat. Vnde Hector Troianorum fulgor in bello admodum exasperatus & aggrauatus, à sociis persuasus castra deserere noluit, pauens ne hic Polymides suis carminibus eius fugam in ludibrium sempiternũ caneret, scripserat enim patris Diomedis fugam, ut Græcorũ opprobrium sempiternũ faceret.

1086 4113 Codrus Melanthi regis filius, postremus Atheniensiũ rex. 27. põtificatus Samuelis anno, Atheniẽsibus regnare cœpit, & uno ac uiginti annis regnauit, post cuius mortem suæ urbis reges omnino defecere. Hic Iesu Christi domini nostri figuram gessit, quippe qui Peloponnensibus hostibus (sicut diuus refert Augu. li. 18. de Ciui. dei) non regali, sed despecto habitu quo ignotus esset, interficiendum se obiecit, ut morte sua patriã liberaret, sciebat quippe Peloponnenses responsum accepisse, quod si Atheniensiũ non occiderent regem, tum sibi Athenienses cessuros. Codrus itaque hoc cognito sarmentorum sarcinam sibi congregauit, quam per hostes deferens, sibi per iurgium mortem prouocare decernens, quendam ex militibus hostem ipso sarcinæ pondere percussit, at ille mox ira percitus, Codrum eo in abiecto habitu gladio peremit. Quo agnito, Peloponnẽses bellum euestigio soluunt, & Athenienses liberantur. Maluit autem hic pientissimus suæ Reipub. rex mori, ut sui uincerent, quàm suis superatis inglorius uiuere. Codro igitur defuncto, Atheniẽsium respu. tam diu per magistratus postea est administrata, quo usque Solon insignis legum lator, in ducem electus fuit. Reges uero Athenienses, qui à centesimo seruitutis Codrus

Hebræorum anno, usque in præsens ibidem regnarunt sunt isti.

Atheniensium regum Epilogus.

Cecrops primus	annos.50.Cecrops.7.	annos.52.Oxynthes.13.	annos.12.
Granaus.2.	annos.9.Pandion.8.	annos.15.Aphidas.14.	annos.2.
Amphitryon.3.	annos.10.Egeus.9.	annos.45.Thimoetes.15.	annos.3.
Erictonius.4.	annos.50.Theseus.10.	annos.3.Melantus.16.	annos.37.
Pandion.5.	annos.40.Mnestheus.11.	annos.23.Codrus.17.	annos.21.
Ericteus.6.	annos.50.Demophoō.12.	annos.33.	

Horum anni in unum supputati, quibus regnauerunt, sunt quadringenti & septem ac octoginta anni.

Latinus Syluius, Aeneæ Syluii filius, quintus Latinorum rex hoc anno, qui est postremus pontificatus Samuelis sacerdotis Iudæorum, suis regnare cœpit, & quinquaginta annis regnauit. Ab isto primum coloniæ sunt eorum, scilicet qui prisci Latini sunt nuncupati, cúmque prædictis annis imperasset, genuissétque Albam Syluium, quem superstitem suum reliquit, diem obiit. 4120 1079

Ancona Marchiæ ciuitas.

Anconam Picentiū, seu Marchiæ Anconitanæ insignem, ac primariam ciuitatem, hac tempestate (Carino historico teste) à Dolopibus Thessaliæ populis super Adriaticū mare conditam fuisse constat, quam idcirco ab ipsa littoris curuitate Anconam appellauere. Pli. tamen dicit eam à Siracusanis Siculis conditam, uel potius ampliatam. Hæc nāq; cum pugnacissima & celebris existat in omnibus ciuitas, etiam portū tutissimū ornatissimúmq; nauibus habet, insigni opere à Troiano Augusto fabricatum, unde & propter eius celebritatem dicitur. Vnus deus, una Roma, & unicus portus in Ancoā. Quā Istrogothi tempore Iustiniani imperatoris primi, igne ferróque pro maiori parte uastarunt. Sed & post modum temporibus Lotarii imperatoris, ac Sergii pontificis instauratam, Sarraceni uenientes denuo captam spoliauerūt, totámque incensam desolatámque cum omnibus urbibus & locis usque ad Idrūtū Apuliæ urbem dimiserunt. Verum postmodū libertate donata, quum ciuibus bene moratis, ac mercatoribus præstantissimis florere cœpisset, cito mirū immodum, & domorum amplitudine, & aliis pluribus ædificiis instaurata fuit. Eóq; libertatis beneficio ac gloria, nunc usque plurimum decoratur. Est autem optimi uini suauissimarúmque frugum inter cætera admodū uberrima. Habuit quippe hæc inclyta & celebris Anconitana ciuitas cōplures celeberrimos uiros in omni genere uirtutis insignitos, iuris cōsultos ac Theologos, quos inter, ut cæteros missos faciam, celeberrimos sacrarum literarum & aliarum bonarum artium studiis ornatos, Augustinum Anconitanū, qui plurima peregregia edidit opera, Alexandrum præconem ac concionatorem disertissimum, & Io. Augustinum superstitē acutissimum, peritissimúmque, ac certè subtilissimū Theologum. Est nāque non solum Theologus, sed & dialecticus egregius, idémque physicus atque mathematicus ante omnes ordinis nostri atque alios præstantes aliorum ordinum. Sunt etenim Anconitani temporibus nostris, ita ad bonarum artium studia accommodati, ut iam nulli hominum generi cedere uideantur

Augu. Alexā. Io. Alex.

Aquileia Furoiulii ciuitas.

Aquileia Foroiulii regionis ciuitas per hæc tempora (Carino historico teste) à quodam Troiano nomine Equilo è Troia cum aliis pulso, suæ ædificationis initiū sumpsit, & à suo conditore Aquileia denominata fuit, uel ut quibusdā aliis placet (& forte melius) Aquileiæ quasi aquis ligatæ cognomentum accepit. Quæ cum à mari semota aliquantisper esset, in potentissimam ac primariam totius Italiæ citrapadanæ urbium postmodum euasit, adeò ut totius Italiæ nauigationis portus & emporiū diceretur, postea à Gothis primum, deinde à Lōgobardis spoliata & lacerata, uix unquam coalescere potuit, & adeo nūc derelicta uidetur, ut præter pastores, & piscatores atque sacerdotes qui diuina hyemis tempore in ea celebrent, nullus eam incolere possit. Erat autem priscis temporibus hæc ciuitas insignis, ut Octauianus Augustus plersique eam præ cæteris urbibus inhabitaret. Et propterea suo tempore, omni ornatu & rerum abundantia florebat, sed Iulius Cæsar ante ipsum,

ipsum, forum orientalium atque occidentalium mercatorum in ea constituerat. Quo instituto, eam atque regionem ipsam, Forũiulium instituit appellari, cum antea Iapedia diceretur, & ideo futuri Aquileienses in ea lapidem adhuc extantem pergrandem erexerunt, in quo hæc uerba exsculpere fecerunt. Imp. Cæsar Aquileiensium restitutor & conditor. Viam Geminam à porta usque ad pontem „per tyrones iuuentutis nouæ Italiæ suæ delectos, posterioris lõgi temporis labe corruptam muniuit ac restituit. Quæ cum multo tempore eo in flore perstiterit, postremo ab Atilia Gothorum rege omnino diruta fuit. Cuius incolæ cum in Venetas paludes aduolassent, urbem Venetã in parte condiderunt. Hãc igitur celebrẽ, inclytámq; ciuitatẽ Marcus Euãgelista, quũ ex mãdato beati Petri apostoli Alexandriam peteret, ad Christi fidem conuertit. Vbi & sacrum Euangelii sui uolumen primum conscripsit. Quem planè librum manu sua exaratum, postmodum Venetias delatum, condigno honore seruauerunt, ibidémque Hermagoras optimus & eruditissimus uir ad Marci ipsius prædicationem conuersus, factus ab apostolo Petro eiusdem ciuitatis episcopus, eam omnem regionem deo nostro lucratus est. Quamobrem à Nerone impiissimo uiro postea martyrio coronatus est. Exinde emersit Syrus Papiensis doctissimus episcopus suus discipulus, & gloriosus chromatius, ad quem diuus Hierony. multa dicauit opera. Et Ruffinus præsbyter Latinis Græcisq; literis eruditissimus, ac plurimi sanctæ Romanæ ecclesiæ summi pontifices, de quibus infrà dicemus. Hermagoras.

Luna Hetruriæ Italiæ regionis olim parua ciuitas, quæ nostro sæculo penitus desolata uidetur, hisdem quoq; tẽporibus, à quodam principe Troiano, in faucibus Ligustici maris conditionis suæ initium habuit, cuius adhuc pulcherrimus & profundissimus portus ciuitatis dignitatem præ se fert. Est enim celsis circuncinctus mõtibus, ex quo quidẽ portu inter alia maxima alborum marmorum uis deuehitur, eo quia haud procul ab eo Carrariæ mons est, in quo ipsorum marmorum fodinæ adeò celeberrimæ habentur, ut unico saxo tabulæ integræ atque columnæ magnæ exhibeantur. Ipsam autem ciuitatem hac de causa ferũt euersam & penitus desolatam fuisse, quod cuiusdam imperatoris uxor admodum speciosa in adolescẽtem quendã ipsius ciuitatis principem miræ pulchritudinis oculos iniecerat, quæ cum nullo modo ad eum pertingere posset, mortuam se aliquando simulauit. At imperator de eius morte se certiorari uolens, ipsius imperatricis defunctæ pedem sude acutissimo perforari iussit, quòd cum nullum doloris signũ ostenderet, eam cum magno luctu, & regia põpa sepeliri fecit. Quæ cum sepulturæ tradita fuisset, nocte sequẽti ad principis domum explendæ suæ libidinis grátia se se contulit. Imperator autem post aliquod tempus fraudis, & malignitatis certior factus, Lunam rediit, eámque hostili animo introgressus, uniuersos cecidit, & urbem spoliatã protinus euertit. Ipsius tamen desolationem diutissimè antè factam fuisse, Lucanus indicat dicens. Lucanus.

Hoc propter placuit Thuscos de more uetusto
Acciri uates, quorum qui maximus æuo,
Aruus incoluit desertæ mœnia Lunæ.

Cuius tamen urbis retinet adhuc denominationẽ Lunensis regio sic appellata. Cuius episcopatum Nicolaus pontifex, eius nominis quintus in Sarzanam sui ortus oppidum contulit, & huius pontificatũ, ac episcopalem sedem ibidem cõstituit. Hæc quippe inter cæteros celebres uiros Euticianum pontificem maximum genuit.

Patauium urbs.

Patauium cunctarum urbium Venetiæ regionis celeberrima, atq; excellentissima, hisdem temporibus, Samuele propheta, & sacerdote magno Iudæis præsidẽte, ab Anthenore nobilissimo Troiano initium conditionis suscepit, ubi & regni sui idem cõditor, sedem & sepulchrum cõstituit. Cuius ager cum bonis omnibus refertissimus haberetur, & propter hominis summam æquitatem, confestim ipsa ciuitas plurimum creuit, ac populosissima admodum euasit. Adeóque per tempora postmodum frequens est effecta (ut Strabo commemorat) ut centum & uiginti equitum millia in ea aliquando cẽsa fuerunt. Romanorum quoque florente Repub. in ipsa quingenti equestris ordinis uiri censi referũtur. Quãobrem ipsam eorum rempub. difficilimis temporibus, & armis, & pecunia plurimum

iuuere. Quàm uero ciuitatis huius & uirorum probitate, & artium bonitate, per tempora floruerit magnitudo, cum aliarum rerum maximo apparatu Romam missarum, tum uero pannorum, & uestimẽtorũ omnifaria mercatura declarauit. Hæc etenim ciuitas, & si conditione uetustissima sit habita, ædificiis tamen extantibus, uidelicet publicis & priuatis no- Attila. uissima pene habetur, quum Attila Hũnorum rex, eam uetustam & insignem urbem, igni ferróque uastam immunitámque reliquerit, quam cum Rauennates etiam instaurassent, postmodum etiam cẽtesimo ipsius instaurationis anno exacto, Lõgobardi prorsus incenderunt, & desolatam, quoad regnarunt, per multos annos dimiserunt. Verum Longobardis à Carolo magno destructis, ab ipso rege eiúsque filiis atq; nepotibus, mirũ immodum Eccelinus. restituta fuit, sed & Eccellinus de Rumano ipsius tyrãnus omnium immanissimus ac crudelissimus eam ciuibus suis aliisque uiduatam fecit. Quo tandem mortuo in Cararienfium nobilissimorum manus deuenit, quam admirabilem certè in omnibus reddiderunt, & inter cætera triplici muro eam cinxerũt, ac Tymao fluuio in ea introducto, maiorẽ immodum exornauere. Vbi & prætorium toto orbe celeberrimum (inter alia monimẽta) extruxere, quod postmodum igni casu conflagratum Veneti instaurauere. In ea etiam Henricus imperator eius nominis quartus, & ipse Cathedralem ecclesiam nũc extantem ædificauit. Ex hac præclarissima & inclyta urbe (ut cæteros missos faciam) quatuor fama celebres prodiere uiri. Titus Liuius uidelicet historicorum princeps, qui Romanorũ res gestas lacteo sermone cõscripsit, ita ut Romanorum scriba merito appellari meruit, cuius ossa Veneti ipsi (prætorio instaurato) in illius conspicuo loco collocauere. Secundus Paulus iurisconsultus uir in ea facultate etiam philosophia præcipuus. Tertius Albertus nostri ordinis Theologus celeberrimus, qui Penthateucum ac Euangelia omnia accuratissimè explanat. Quartus Petrus Aponus summus tum mathematicus, tum politicus, cuius clarissima ad communem hominum utilitatem edita maximo in precio sunt habita. Fuere & alii complurimi excellentes Patauini uiri, uidelicet Stella, Flaccus, & Volusius poetæ, atque Musatus & Lonatus similiter poetæ, ac etiam alii nonnulli iurium consulti scientissimi, uidelicet Franciscus Zabarella & Pileus de Prata Romanæ ecclesiæ cardinales, qui urbem hãc mirum in modũ exornarunt. Habet hæc mellita ciuitas intra mœnia, munitissimam arcem, & cõiunctum illi palatium superbi operis munitissimum. Et præter parochiales ecclesias quasi innumerabiles, quatuor mendicantium loca magnifici operis, à ciuibus Patauinis diuersis temporibus ædificata, quæ ciuium Patauinorum priscam magnanimitatem & religionem atque potentiam præ se ferũt. Sed & inter ea insignis beati Antonii basilica excelluit. Est præterea in ea sanctissimæ Iustinæ martyris templum, ac monasterium amplissimum ordini diui Benedicti dicatum, ubi & ipsius beatæ Iustinæ corpus, ac Lucæ Euangelistæ, Maximi, & Fœlicitatis, ac Matthiæ apostoli, necnõ & Prodocimi sanctissimi eiusdem urbis episcopi corpora & reliquiæ habentur. In ipsa quoque & gymnasium habetur omni Italiæ celeberrimum, ubi sunt ædes amplissimæ studentium & legentiũ dicatæ. Habet & agrum certè fœcundissimum, non minus quàm urbis ædificia conspiciendum, à mari que sursum, nauigationem habet à fluuio Brinta, qui secus eam perfluit, & in extremo Adriatici maris mergitur.

Titus Liuius. Paulus iuriscõsultus. Albertus heremitarum. Petrus Aponus. Stella. Flaccus. Zabarella.

Taruisium ciuitas.

Taruisium item ciuitas ipsius Marchiæ Taruisinæ caput, & ipsa per hæc tempora (ut Sicardo Cremonensi episcopo placet) à quibusdam Troianis fundata fuit, quam Silis fluuius amœnis interfluit undis. Aliis etiam uberrimis in eæquasi scaturientibus irrigatur aquis. Hoc quippe Gottorum temporibus, suam quam etiam nunc retinet dignitatem obtinuit. Eo quia Totilæ pater ibidẽ regni sui sedẽ cõstituerit, & ipsa in urbe Totilã uirũ potentissimum genuerit, educauerit, ac nutriuerit. Hãc postmodũ Albouinus, primus Lõgobardorũ rex, quum Italiã ingressus fuisset, & cæteras ciuitates proditione cepisset, quia tardius eidẽ deditionẽ facere recusasset, diruere omnino cõstituerat, & fecisset, nisi Fœlix ipsius urbis episcopus (ut Grego. testatur) regis sæuitiã sua prudẽtia deleniisset. Quod autẽ ab hac urbe uniuersa Veneta regio Taruisina Marchia denominetur, factũ esse reor, à minori nominis absurditate, ut hæc appellatio Marchiæ Taruisinæ in ipsa mãserit. Cũ ea

Totila rex fuit Taruisinus.

in regione

in regione sint multo ampliores ciuitates atque digniores, uidelicet Verona & Patauium, quæ semper & dignitate & potentatu atque opulentia Taruisium anteierint. Est autem ciuitas hæc mœnibus, arce & aquis munitissima, ac priuatis ciuium ædibus atque templis ornatissima, uariisque mercibus insignissima, frumento, uino, & oleo, agrum abundantem & feracem habēs, insuper & fructibus diuersis suauissimis, ac piscibus atque serico præ ceteris copiosa, denique castellis & uicis plurimis insignita, ipsam quoque ornatissimam red dunt ciues cuiuscūque sexus religione, probitate & moribus, omni denique laude ornatissimi ac præstantissimi. Et hoc quoque Eccelini ac Alberti de Rumano fratrum (sicut Patauium) tyrannide non caruit, à quibus innumeras certe pertulit tyrannides.

Pisarum Hetruriæ ciuitas.

Pisarū seu Pisæ Hetruriæ regionis insignis ciuitas & inter capita eiusdē regionis merito annumerata, his tēporibus, ut Stra. refert, à Græcis ex Pisa Arcadiæ ciuitate uenientibus conditionis initium sumpsit, nam Ser. sic inquit. Quidam ex ea & Elide ciuitate uenerūt, & Pisas in Italia cōdiderūt. Quas sic ex pristina sua ciuitate uocauere. Quod Virg. tunc tetigit, cum inquit. Hos parēre iubent Alpheæ ab origine Pisæ Vrbs Hetrusca solo. Et Solinus inquit. Quis ignorat à Pelope Pisas. Hæc igitur ciuitas, quāuis nunc infœlix & conquassata admodum sit, olim potentissima, superbissimáque fuit, nullo tamen potentatu temporibus Romanorum eam floruisse inuenimus, sed postquam Populonia & Luna maritimæ illius Hetruscæ regionis ciuitates deletæ sunt, eam quā postea habuit potentiam etiam Caroli magni temporibus assumere cœpit. Quibus quidem temporibus & deinceps multos præstantissimos habuit maritimo bello uiros, quorū uirtute atque præstantia maiorem in modum aucta fuit. Quo factum est, ut inter Hetruscas urbes & belli & pacis gloria, diuitiis atque potentia principatum obtinere promeruerit. Et multas maris insulas atque ipsam sanctam Hierusalem suo subegerit imperio, sed proh dolor, sua dissidia suáq; discordia à. 90. annis citrà, quibus (prout in præsentiarū est, qui est annus salutis. 1496.) fame & bello à Florentino populo domita & subiugata fuit, infrequens populo, opibúsque ignobilis & obscura penitus est reddita, & nihilominus etiam in præsentiarum superbissimis ædificiis publicis & priuatis, atq; pontibus super Arno flumine positis, plurimū exornata. Habet inter cætera templum diuæ Virgini dicatum, & claustrum toto orbe clarissimum ac celeberrimum, quod Campus sanctus nūcupatur atq; Campanariam turrim miro ordine confectam, quæ omnia uidere & mirari incredibile profecto uidetur. Genuit hæc ciuitas inter cæteros Raynerium & Bartholomeum Theologos, ac pōtificii iuris peritissimos ordinis prædicatorum, atque Hugutionem celeberrimum grammaticū, & alios permultos disciplinarum excellētes uiros. Ornatur autem ciuitas plurimis sanctorum reliquiis, sed potissimū duabus lapideis illis metretis, in quibus aqua in uinum à domino saluatore nostro immutata est.

Virgilius. Solinus

Turo Galliarum prouinciæ ciuitas.

Turo Galliarum Bituringæ prouinciæ metropolis ciuitas, tempestate hac (ut Carinus historicus refert) à Bruto Britānorū rege cōdita fuit, quā & à Turno suo nepote, ibidem à Gualfredo Aquitanorum duce in prælio interfecto, Turonem nuncupauit. Ea quippe cum nunc celebris ciuitas habeatur ab Ligeri fluuio abluitur, qui Bituringes ab Hæduis diuidit, ac ab oceano sursum nauigationem habet, à qua nō paruā cōmoditatem ciuitas ipsa percipit. Hæc nāq; cum archiepiscopalis sedes existat, undecim continet suffraganeos, qui & pro maiori parte in Celtica Gallia sunt, atque ex maiori parte Britanniæ citerioris ducatus nomen retinens in Francorum regno sita est. Hanc enim & Andagauensem urbem sanctus Ludouicus Francorum rex, é ducatu Britāniæ detraxit, sed aliæ Britāniæ ciuitates in eadē remansere prouincia ut antè, sicut etiam Gratianus in Canone. 3. q. 6. ca. hoc quippe testatur, hæc nāq; cum multarum rerum opulentissima sit habita, etiam non ignobiles continet ædes. Habuit hæc ciuitas plures celeberrimos uiros, omni certe uirtute & sanctitate conspicuos, quos inter diuus eiusdem ciuitatis episcopus extitit Martinus, qui tantæ sanctitatis extitit pontifex, ut trium mortuorum meruerit esse suscitator, ac alium nomine Perpetuum.

LIBER QVARTVS IN SVPPLEMENTVM SVPPLEMENTI CHRONICORVM A PRIMO AVCTORE NOVISSIME CONGESTVS ET ACCVRATISSIME REPERCVSSVS HIC FOELICITER INCIPIT ET CONTINET TEMPVS ANNORVM. 485.


Etas sæculi quarta per annos quadringentos octoginta quinque, ut Isydorus ponit, duratura, quam etiam in suscepto opere librum quartum facimus, cuius quidem tempus etiam prophetarum tempora nuncupata sunt. Vbi & Regum liber secundus incipit.


Auid prophetarum omnium dignissimus princeps, Isay uidelicet de tribu Iuda filius, primus Hebræorum rex, anno à natiuitate Abrahæ nongentesimo quadragesimo primo, Hebræis regnare cœpit, & regnauit omnibus computatis, scilicet in Hierusalem & in Hebron. 40. annis, primo nãq; in Hebron super Iuda tantum. 7. annis, cum super aliam multitudinē filius Saul regnaret, mortuo deinde Hisboseth filio Saul, Dauid hic regnauit super omnem Israël. 33. annis, uir quidem ab infantia pulcherrimus rufusq; & decora facie, ingenti fortitudine, sed animo maiore, quia cum leonibus & ursis (ut sacræ tradūt historiæ) quasi cum agnis ludere nō extimuit. Atq; eos aliquando apprehendēs manu suffocabat. Et insuper optimus uir & omni uirtute plenus fuit, quas esse oporteat in regibus, fortisque qualis nō fuit alius, qui præter Philisteum gigantem uirum fortissimum, quem ante regni susceptionem funda interemerat, etiam in certaminibus, suscepto imperio, quæ pro subiectis suscipiebat, primus ad pericula semper properabat, cuius exemplo laborare & pugnare omnes incitabat, potius operando quàm imperando. Fuit præterea & ad intelligendum futura, & disponendū præsentia nimis idoneus, mansuetus quoque ac ultra modum benignissimus, iustus item, ac nimis perhumanus, & quam maximè in his quæ regibus conueniunt, in nullo penitus nisi in uxore Vriæ plenitudine potantis, deliquisse eum legimus. Ipse itaque regno adepto primum Hierosolymam obsidēs, tandem cœpit & exinde expulsis Cananæis & Iebuseis, suo regno eam adiecit, & cum antea solyma uocaretur, eam Hierosolymā appellauit, fuerat enim ipsa ciuitas semper ab Hebræis extranea, adepta autem Hierosolyma, Palestinos omnes, uniuersósque hostes omni ex parte contriuit atque deleuit, & propterea (ut Iesus filius Syrach refert) gratias agens de omni corde suo laudauit dominum, & dilexit eum qui fecit illum, propter quod & cantores multos instituit, & eos stare fecit contra altare, in quorum celebrationibus dulces ipse cecinit psalmos, sed & cum in canticis ac politicis institutionibus peroptimè esset instructus, sacerdotes domini, quo diuina celebrarent obsequia, omnem docuit modum & decorem, quem quidem ritum usque ad uitæ suæ cōsummationem, incessanter obseruari uoluit, quãobrem ut dominus exaltaret cornu eius, regnum & sedem in Israël dedit. Hic autem cælestis citharista habetur dulcedine carminis delectatus. Centum & quinquaginta lyrico carmine mellifluos cecinit psalmos, quos diuus Hieronymus in quinque distinxit libros, propter distinctiones ibidem factas ex quinque facta fuit. Vbi & prophetiam suam præter aliorum morem sine ullo exteriori adminiculo, sed solo spiritus sācti instinctu de æterna genitura, déq; extrà incarnatione, passione quoq; ac resurrectione, euidētissimè disseruit. Edidit præterea secūdū lib. Reg. Genuit autē hic in Hebron 7. filios ex. 7. uxoribus, in Hierusalem uero quatuor ex Bersabea, quorum de numero Salomon unus fuit, sed & alios. 9. (exceptis cōcubinarū filiis) genuit. Hic deniq; regno in pace adepto cōtra legē Moysi qua præcipitur nō dinumerādū esse populū, præcepit Ioab principi militiæ suæ, ut uniuersū suū dinumeraret populū. Et cēsu habito, inueuit mille milia & centum

Viginti filii Dauid.

4124 1075

centum milia uirorum educentium gladium, & de tribu Iuda solum quadringēta &.40. milia bellatorum. Displicuit autem deo hoc factum quod populum recensuisset. Quapropter percussit omnem Israël pestilētiæ plaga, ex qua ad.40.milia de omni Israël mox cecidisse referunt. Tandem cum ad ædificationem templi domini omnem præparasset inpensam, ac Salomoni eius filio ipsius tēpli descriptionem dedisset, qui rex ab eo iam constitutus fuerat.4.calendas Ianuarii, cum prædictum tempus regnasset, Dauid sanctus, plenus dierum bonorúmque operum obdormiuit in domino, cum.70. annis uixisset, sepeliuitque Salomon rex eius filius in Hierusalem decenter, cum innumerabilibus diuitiis, quas ipse reliquerat, ex quibus postmodum (ut infrà dicetur) Hyrcanus pontifex Antiocho regi Demetrii filio, ut ab obsidione Hierusalem recederet, tria milia talenta dedit. Dauid itaque sanctissimi regis & prophetæ gesta prima & nouissima scripta habentur in libris Paralipomenon primo, & Regum secundo, ac septimo Iosephi Antiquitatum. Et quum in exordio cuiuscunque regis cosmographiam terræ ipsorum describere in præsentiarum usque consueuimus, nec etiam alienum erit denuo repetendo, quæ suprà in tertio huius operis libro descripsimus, imitatus diuum Hieronymum ac Eusebium Pamphilū, qui cosmographiam terræ Iudeæ, & distinctas cubuum sortes breuissima & ipsi descriptione exposuere. Non enim intendimus, ut ipsi fecere, describere nomina omnium urbium, montium, fluminum, uiculorum & diuersorum locorum nomina & uocabula, sed summatim pertractando transire.

Vide nume rum populi Israël multū.

Iudæa itaque Dauid & successorum eius regnum in Asia maiori est constituta, quæ cunctis prouinciis mundi sublimior habetur, quæque ab oriēte atque meridie Arabia terminatur, & à septentrione Syriam habet pro termino, quam quidem Palestinam Syriæ appellare consueuerunt. Et in hac plurimæ sunt regiones, utpote Galilæa, Idumæa, Phœnicia, Iordanis fluuius, Cæsarea, Apollonia, Ioppa, Azotus, Ascalon, Gaza, Emaus, Engada, Samaria, mons Libanus, Pentapolis, & Hierusalem omnium urbiū orientis clarissima. In hac regione est lacus, qui mortuū mare dicitur, quod nullā sustineat materiam. Hæc quippe prouincia ex nomine Iudæ filii Iacob patriarchæ appellata fuit, quæ prius Cananæa à filio Cham dicta est. Terra est frugum fertilis & opum diues. Vnde existimauerūt Iudæi ob singularem eius aëris temperiem & elementorum gratiam eam principibus suis terram fluentem lac & mel promissam. In hac itaque prouincia omni cum suis regionibus Dauid rex & Salomon filius regnarunt.80.annis, uiri ambo omniū sapiētissimi, qui ipsam Hierusalem ornatissimam reddiderunt, ac Sion arcem munitissimam extruxerunt, & templum toto orbe uere celeberrimum, & regiam superbissimam prope templum ædificarūt.

Iudæa.

Galilæa item est Iudeæ regio de per se sic nuncupata, quòd cādidiores (ut aiūt) gignat homines, & est Arabiæ Syriæque & Aegypto contermina, cuius terra ferax & optima & fructibus satis abundans.

Samaria etiā alia est regio in prouincia Iudæa, & hæc est inter Galilæā & Iudæā posita, dictáq; fuit à ciuitate Samaria, regū Israël postea regio, quæ postmodū ab Augusti nomine Sebastē nomē accepit. Hæc autē in planicie tota posita est, & à uico Genaniæ incipit.

Traconitidis regio etiam ut Euangelia referunt in Iudæa est, & est Iudeæ ipsius pars, quæ quidem regio est inter montem Libani & locum Tiberiadis constituta. Iosephus autem in libro Antiquitatum dicit eam gentem Cis filium Aram constituisse.

Israël item regio de per se est in Iudæa & est Samariæ contermina, Iudæa ab Israël Isaac filio nuncupata, ut Isydorus libro.8.refert. Vnde & post regni Dauid & Salomonis diuisionem, cum duæ tribus quæ de stirpe Iuda & Beniamin reges haberent, reliquæ decem pristinum Israëlis in hac regione potissimum tenuerunt.

Idumæa item & Arabia atque Phœnicia, de quibus supradictum est, in hoc regno inde computabantur.

Abiatar pōtifex Hebræorū secūdum Euseb. an.mū di. 4110

Abiatar summus Hebræorum pontifex pontificis Achimelech sacerdotis filius, quem Saul occidi mandauerat, ultimus ex linea Ithamar filii Aaron, his temporibus in locū patris licet adolescentulus pontifex suffectus, quo ad uixit rex Dauid, maximo in precio apud eum habitus fuit. Sed eo defuncto à Salomone ab officio amotus. Sadoch sacerdos & pontifex

pontifex eius loco suffectus fuit, ut habetur tertio Regũ lib. cum ipse nollet Salomonem, sed Adoniam fratrem regnare.

Nathan & Gad & Aspha praeclarissimi prophetae domini, his temporibus floruere & Dauid regnum insigne multum reddiderunt. Quorum primus erat ex fratre Dauid nepos, quem Isay propter uirtutem & sanctitatem adoptauerat sibi in filium. 4131 1068

Medon Codri olim Atheniensium regis filius, septimo regni Dauid anno, patre in Peloponneso bello interfecto, apud Athenas non imperii, sed magistratus insignia suscepit. In quo usque ad mortem per uiginti praefuit annos. Hic nonnullas per fratres suos apud Asiam minorem condidit urbes, ut infrà mox dicetur. 4137 1062

Lupalles Decylli Assyriorũ regis filius trigesimus rex, tertiodecimo regni Dauid anno Assyriis regnare coepit, & regnauit teste Eusebio annis. 38.

Agis Euristhei Lacedaemoniorum regis filius, secundus eiusdem gẽtis rex. 18. regni Dauid anno regnare coepit, & uno anno tantum regnauit, post quem eius frater Archestratus tertius annis. 35. qui cum Atheniensibus cruentissima gessit bella. 4144 1055

Augustus secundus Atheniẽsium princeps Medone mortuo, anno regni Dauid uigesimoseptimo magistratum suscipiens praefuit annis secundum Eusebium, 36. 1047 4152

Sicheus Philisthenis sacerdotis Herculis filius & Didonis optimae reginae maritus, quẽ Seruius Sicarbam nominat, his temporibus à Pigmaleone eius cognato ob auaritiam incautus interimitur. Nam Philisthene eius patre (ut supradictum est) à Tyro recedẽte, huic sacerdotium reliquit, qui ultra quas pater reliquerat, multas sibi aliundè etiam acquisiuit diuitias, quibus copiosus factus, Didonem Beli regis filiam accepit uxorem, quam praecipuè susceptam dilexit. Verum Pigmaleon Didonis ipsius frater & rex, auri auidus, desideratis ipsius diuitiis, clam eidem insidias tetendens incautum interemit.

Pigmaleon autem huius Sichei cognatus & Didonis frater, per hoc quoque tempus, ut Iustinus refert, patre defuncto, adhuc puerulus in paternũ regnum apud Cyrium successit, qui factus uir in diuitias cognati sui Sichei (cum auarissimus esset) animum iniecit, propter quod & illum tandem dolo interemit.

Dido cui Elysa prius nomen fuerat, de qua multa in li. de Claris mulieribus descripsimus, Beli Phoenicum regis filia fuit, & Pigmaleonis fuit soror, atq; Sichei optimi uiri coniunx, his temporibus in precium uiduatis euasit exemplum. Hãc itaque puellã forma speciosissimam, post Beli genitoris mortem frater ipse Pigmaleon Sicheo uiro optimo dedit uxorem. Qui coniugati inuicem semper amauerunt. Et cum Sicheus esset ditissimus, eius cognatus Pigmaleon cupiditate tractus, eum incautum tandem interfecit. Cuius mortem Dido adeò impatienter tulit, ut uix à morte potuit se abstinere. Tandem in somnis praemonita, fugam arripuit, & cum multis sociis suis multis thesauris sumptis ex Tyro in Aphricam, inscio fratre, peruenit, ubi ab accolis mercata tantum littoris, quantum posset bo uino corio occupare, ibidem bellicosissimam futuram ciuitatem cõdidit, & Carthaginem ipsam nuncupauit. Ipsa enim astutia sua usa, cum primum datum terrae accepisset, corium bouis in cartham redactum, multo plus terrae occupauit quàm uenditores existimare potuerunt. Carthagine autem sic uocata, etiam arcem in ea conditam à bouino corio byrsam nuncupauit, socii uero Didonis uidentes urbis principium ac ipsius thesauro sincomparabiles, animati ilico surrexere, & urbis moenia templáque ac forum, necnon & aedificia publica & priuata exigere coeperunt. Dum enim ex fuga fratris primũ Cyprũ ad insulam peruenisset, plurimas uirgines quae ibidem suorum morum libamẽta Veneri in littore exoluebant, rapuit, quas in solatium iuuentutis & prolem procreãdam secum in Aphricam ducens, eisdem postea matrimonio copulauit. Quibus peractis etiam ipsa populo legem & normam uiuendi dedit. Quas ob res ciuitas repente egregia euasit, & ipsa tum pulchritudine mirabili, tùmque inauditae uirtutis, atque castimoniae, per omnem Aphricam inclyta diuulgata est. Verum cum in libidinem promptissimi sint Aphri, factum est ut in concupiscentiam Musitanorum regis, propter eius pulchritudinem sit deducta, qui (ut Iustinus ait) eam à principibus Carthaginensibus sub belli denunciatione postulauit in coniugem. Quod cum ipsa rescisset, & se ante sentẽtiam ad omnem casum pro salute patriae dãnasset,

Virgines rapiũtur.

aegrè

ægrè tulit, sed terminum impetrauit, quo se ad uirum promisit ituram, qui cum uenisset, constructo ingenti rogo in eminentiori urbis parte, quē Sichei olim mariti placatura manes illa conscendit, & astantibus ciuibus atque expectantibus quidnam factura esset, quæ cum omnia pro uotis egisset, educto cultro quem sub uestibus gesserat, dixit. O ciues charissimi, ut uultis, ad uirum uado. Vocatóque Sicheo, inquit. Ego cum te uiro meo ad inferos uenio. Et uix uerbis tam paucis finitis, in cultrum simul & ignem sese præcipitem dedit, & ita mortua est. De qua diuus Hieronymus contra Iouinianum ait. Casta Dido Carthaginem condidit, & pro castitate uitā finiuit, quia maluit ardere quàm nubere. Et quādiu, inquit, Carthago stetit, Dido pro dea habita fuit. Huius enim pudicissimæ matronæ proprium nomen (ut suprà diximus) Elysa fuit, sed propter ipsius uirile robur, postea Didonis nomen accipere promeruit, quod Latinum uirago interpretatur. Mortē Didonis recitat.

Smyrna Asiæ ciuitas (ut Eusebio placet) his temporibus in Aeolia insula à Codri filiis condita fuit, in qua diuus Ioannes apostolus ecclesiā constituit. Hæc tamen ab eisdem potius instaurata, quàm condita fuit, cum ab una ex Amazonibus fœminis id nomen accepisse legatur. De qua etiam meminit Home. in secundo lib. Iliados, quæ & portum habuit pulcherrimum.

Ephesus etiam minoris Asiæ ciuitas trigesimo secūdo regni Dauid anno, ut Eusebius ha-
1043 4156 bet, ab Androdo Codri regis filio condita fuit, ubi & regiam constituit, cuius posteri usq; ad Romanorum tempora reges dicebantur, in qua & naualia mulia erant, necnon & portus perpulcher, cuius quidem opportunitate multum creuit. Verum ut fama est, nūc pauci sunt eius incolæ, cum pene diruta a Turcis referatur. Aiunt enim aliquādo ibidem fuisse senatū, per quem omnia (sicut nunc Venetiis) administrabantur. In illa inter cætera templum toto orbe terrarum celebre dedicatum erat, quod ab Archiphrone mira arte confectum fuerat, & id urbem hanc plurimum decorabat, quod quidem quāuis Xerxes rex Persarū omnia Asiatica igni dedisset, huic uni pepercerit, nihilominus postea Herostratus uir iniquissimus, quo sibi famam acquireret, incendit, de quo suo loco infrà dicemus. In hac itaque urbe beatus Ioannes apostolus & euāgelista ecclesiam à Paulo fundatam erexit. Vbi & Drusianam eius discipulam à morte suscitat. Ex hac urbe multi nominis exiere uiri, è quibus Heraclytus & Ermodorus philosophi, & Hypponax poeta, Parasius pictor, Theodotion, qui bibliam interpretatus est. Sed nouissimis temporibus in ea quidam Marcus extitit eiusdem urbis episcopus doctissimus, & disputator uehemētissimus, qui in Florentino concilio in anno salutis nostræ .1439. sub Eugenio papa quarto interfuit, qui tantæ obstinationis & duricei uir fuit, quòd solus nunquā patrum ordinationi acquiescere uoluit, sed & nōnullo post condignas sui erroris maximi pœnas luit. Ephesus. Tēplū Dianæ Heraclitus Ermodorus. Theodotion Marcus Ephesinus episcopus.

Miletum item alia ea in prouincia ciuitas per hoc ipsum tempus non condita, sed instaurata fuit, quam nonnulli à Nileophyli rege cōditam perhibēt. Hæc (ut Plinius quinto libro naturalis historiæ scribit) eiusdem Ioniæ prouinciæ caput fuit, in qua, teste seruio, lana optimè tingebatur, à qua Milesia uellera tradūtur dicta, multos portus habuit, quam etiam Turci (licet uicus nunc paruus censeatur) cum tota prouincia occupauere. Ex hac urbe Thales Milesius è septem sapientibus primus originē duxit, & Anaximander ipsius Thaletis discipulus, necnō & Anaximenes ambo philosophi eruditissimi. Hecatæus quoque historicus & Eschines orator, aliíque quàm plures ex hac urbe Mileto originem duxere. Vrbes quoque alias in Asia Codri filii, atque aliæ nationes tempestate istac condidere, quas scripto mandare superuacuum uidetur. Thales Milesius.

Carthago inclyta ciuitas & uetustate originis, magnitudinéque & claritate, ante omnes Aphricæ & Hispaniæ prouinciarum urbes memoranda. Atque alterum post urbem Romanam terrarum decus, hisdem temporibus (Eusebio teste) à Didone regina condita fuit, in cuius medio arcem constituens eam Byrsam à corio bouis nominauit, ipsa enim Dido (ut prædictum est) tantum loci emerat ab incolis quantū corio bouis circūdari posset, dicente Virg. 1. Aeneidos. Mercatíque solum facti de nomine Byrsam, Taurino quātum Carthago.

posset circundare tergo. Corium autem illud in tenuissima fila secari fecit, quibus locum multum circundedit. Vocantes illum locum lingua Phœnicea Byrsam, id est corium seu Carthadam, quod uillam sonat, tandem mutato uocabulo Carthago est uocitata. Quæ teste Plinio libro quinto centum uiginti annis postea Romanis emula extitit, pluries enim destructa & deuastata, & pluries etiam instaurata. Primo nãque excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos, in tertio bello Punico Consul factus, sex cõtinuis diebus ac noctibus illam oppugnauit, & ultra desperationes tandem ciues ad deditionem traxit, petentes, ut quos belli clades reliquos fecerat, seruire saltem liceret. Eo in bello mulierũ uigintiquinque milia, uirorum uero triginta trucidata fuisse referuntur. Hasdrubal autem eorum rex ultro transfugiens, eius uxorem, se suósque filios in medium iecit incendium, quo sexdecim continuis diebus ciuitas arsit, quod miserum & uictoribus, ut Liuius ait, spectaculum præbuit. Atque eo tunc Carthago hæc (ut Eusebius scribit) sexcentesimo sexagesimo octauo ab eius conditione anno, omni murali lapide delata fuit. Verum postquam euersa fuit uigesimo secundo anno, Lælio Cecilio Metello, &. T. Q. Flammineo Consulibus, reparari iussa est. Qua reparata Romani ciues eo multi accesserũt. Sed ut idem Liuius inquit intra breue tempus Aetna ultra solitum flammineos ignes euomẽs calidis cineribus exusta eius tecta destruxit, cuius subleuãdæ calamitatis causa, Senatus Ro. decem annis uectigalia omnia ei remisit, multásque per tempora Gotthorum hæc ciuitas pertulit calamitates. Denique & in Maurorum manus deueniens ipsorum regum sedes & regia nunc usq; habita est. Quæ & uernacula lingua etiam Tunicium est.

Tunes

Carthagines quinque ciuitates fuisse compertum habemus, quarum primam tempore Iair iudicis appellata Israël (testibus Sicardo Cremonensi episcopo, & Eusebio, ac magistro) à Carchedone & Zeto tyronibus ciuibus, quam à suo nomine Carthaginem dixerũt, & hæc famosior habita est. Secundam autem Poeni ipsi, teste Isydoro, postea in Spartam condidere. Tertiam Cyrus Persarum rex quadragesimo & secundo anno post urbem conditam (testibus Seruio & Papia) condidit. Quarta, ut Anselmus in libro qui imago dicitur, in Hispania fuit. Quintam uero & ultimam extantem Romani condiderunt. Cato autem in senatoria oratione, hæc ipsa uerba de Carthagine retulit dicens. In Libya cum rex Lapon regno potiretur, quædam mulier Elysa dicta extruxit Daphnem quam Carthaginem dixi in primo sermone Punico nouã ciuitatem. Ex quibus uerbis infertur, quòd Carthago longè antè condita sit.

Cato de hac urbe hæc dixit.

Salomon.



Alomon rex, qui interpretatur pacificus, Dauid regis ex Bersabea filius, secundus Hebræorũ rex, anno à natiuitate Abrahæ. 980. patre adhuc uiuente, Hebræis regnare cœpit, & regnauit annis. 40. Hunc dominus ab ineunte ætate, more exundantis fluminis, tanta repleuit sapiẽtia, ut dicere ausim, quòd quicquid natura efficere potuit, in eo uidetur fuisse expertã, nihil equidem eo unquã fuit excellentius, nihil dignius, sicut è sacris eius collegimus historiis, uel in uirtutibus primo, postea in uitiis. Hunc itaque natum, cõfestim pater Nathan prophetæ uiro doctissimo atque sanctissimo, educandum, nutriẽdúmque tradidit. Quem cum suscepisset propter ipsius clarissimam indolem, mox eum amabilem appellauit, & bonarum artium disciplina, omnísque doctrinæ studiis imbuere studuit. Eo maxime quia mores suos natura graues & compositos regiis negociis excitans, ad bonum & æquum modestissimè ferri uidebatur. Factus igitur adolescens ea in iuuenili ætate florente, suas ob uirtutes, etiam domino sic iubẽte, reliquis fratribus suis abiectis, Dauid in regnũ præficitur, qui rex cõstitutus cõfestim Cananæos cæteróśq; hostes debellás, pacẽ undiq; obtinuit, unde diuino dispo nẽte cõsilio, factũ est, ut qui beneficiũ ab eo se suscepisse existimabãt, & qui eius metu fugerãt, pecunias & munera eidẽ innumera cõtribuerũt, quãobrẽ tãta auri & argẽti, uidelicet in Hierusalẽ cõgregauit, ut argẽtũ ibidẽ pro nihilo reputaretur. Erat autẽ auri põdus quod per singulos annos offerebatur sexcẽta sexaginta sex talẽta accepta sũma, quã legati diuersarũ gẽtiũ & negociatores afferre cõsueuerãt. Quibus ex rebus atq; diuitiis, tẽplũ illud toto orbe celeberrimũ extruxit, atq; intrinsecus & extrinsecus auro mũdissimo aurauit, 4164 1035

uit, in quo quidem præterea, & ipse Salomõ regiam domũ, & quidem superbissimam atq; alia innumerabilia quasi ædificia construxit, pro quibus rebus super omnes reges terræ, & sapientia & diuitiis atque familia magnificatus est, Et propterea uniuersi desiderantes uidere uultum eius, & audire sapientiam illius, deferebant ei munera, uasa aurea, uestes preciosissimas, arma bellica, aromata optima, & equos ac mulos innumerabiles, pro quibus fecit Salomon currus mille quadragintos. Et licet eidem omnis scientia concessa fuisset, diuitiæque omnes, & imperium grande, ac summa cum iustitia populos subditos semper tenuisset. Multa etiam bona composuisset, attamen tandem iam ætate maturus, tot honorũ & bonorum largitore postposito, conscenso offensionis monte Moloch Aegyptiorũ idolum, & alia gentium idola flexis genibus adorauit. Et quum factus esset senex, circa mulieres & uenercam intemperantiam turpiter egit, & non solum fœminarum prouincialiũ habere uoluit delectationẽ, sed etiã multas alienigenas habere uoluit uxores, ẽ quib9 septingẽtæ uxores, & concubinæ quadringentæ fuere, quæ auerterunt cor eius, & secutus est deos earum, & ut eis aliquid gratum efficere uideretur, phana & templa earum diis ædificauit, propter quod iratus dominus eidem aduersarium suscitauit, unde & diuus pater Augustinus li. decimoseptimo de Ciuitate dei capitulo secundo de eo sic dixit. Salomon bonis initiis malos habuit exitus. Quippe secundæ res, quæ plærũq; sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt quàm ipsa sua profuit sapientia, sic quoque Iesus filius Sirach contra eũ his uerbis inuehit dicens. Collegisti quasi oricalchum aurum, & ut plumbum complesti argentum, & denudasti femora tua mulieribus, potestatémq; in corpore tuo habuisti, & dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & cæteris stultitiam tuam, ut faceres imperium bipartitum, & ex Effraim imperare imperium durum, uerum non inquit propter Dauid sanctum suum abstulit deus misericordiã suam à te, neque omnino delere uoluit opera sua. Tandem Salomon quum quatuor & nonaginta annis uixisset, ualde longæuus mortuus est, cunctos reges fœlicitate excedens, & sepultus est in Hierusalem. Et hic quidem certissimus fuit testis imbecillitatis humanæ naturæ. Qui enim picẽ tractat persæpe coinquinatur à pice. Eius autem gesta prima & nouissima si quis perdiscere cupit, ea à capitulo primo tertii libri Regum usque ad. 12. & primo secundi Paralipomenon usque ad decimum perquirat.

Libri Salomonis.

Composuit autem Salomon hic, quum omnes homines antiquos scientia & sapientia excelleret, libros de canticis & modulationibus quinque & mille, & parabolarum atq; similitudinum (ut Iosephus scribit) fecit libros tria milia, per unũquodque enim arboris genus parabolam dixit, ab hysopo usque ad cedrum. Eodem modo & de iumentis, & de reliquis terrenis, nec non aquatilibus ac auibus cœli disputauit. De quibuscunque creatis philosophatus est. Sed ex eius libris qui nunc extant, tres libros præcipuos secũdum tria eius nomina conuenientes conscripsit. Primo nãque pacificus appellatus fuit, secundo amabilis, tertióque ecclesiastes, quod latinè concionator dicitur. Horum autem librorum prim9 prouerbiorum fuit, in quibus incipientes paruulósque mores instruit, ubi uelut pater ad filium frequenter loquitur. Secũdus Ecclesiastes fuit, quo proficientes uanarum instabiliũq; rerum naturam docet, in eo persæpe repetens, Vanitas uanitatum & omnia uanitas: & per hoc expertus ostendit, quod temporalia omnia uana sunt atque caduca. Canticum deniq; canticorum tertio cecinit, quo cõsũmantes instruit, quo pacto fideles animas Christo per unionem animorum, sanctorúmque desideriorum iungat. Instituit quoq; & hic Salomõ contra dæmones incantationes, quibus eorum ægritudines possent mitigari.

Templi Salomonis conditio.

Templum domini toto orbe celeberrimum Salomon rex quarto regni sui anno ædificare cœpit, & in octauo anno compleuit, ut etiam habetur secundo Paralipomenon secundo cap. cuius longitudo cubitorum sexaginta fuit, latitudóque uiginti, ac altitudo centum uiginti, id autem templum ex lapide albo totum constructum fuit, cuius fabrica multa arte confecta est, uidelicet de lapidibus politis, miráque arte compositis, ita ut neque mallei neque alterius instrumenti fabrilis aliquod considerantibus appareret indiciũ, totũmque ædificium

ficium interius & exterius laminis aureis inaurari fecit, & eius pauimentum precioso marmore sterni. Altare quoque æneū cubitorū.20.longitudinis in eo erexit, cuius uasa omnia ad cultum necessaria aurea, & innumerabilia esse uoluit. Et præter ea quæ pater suus deuouerat, Salomon ipse multum aurum & argentum in eo intulit, perfectisque omnibus, quæ ad templi magnitudinem spectabant, Salomon scripsit omnibus Hebræorum principibus, ac senioribus, ut iuberent omni populo ad dedicationem templi Hierosolymam conuenire, uisuri simul & templum dei, & arcā ibidem portandam, conuocatáque multitudine in Hierosolymis, rex cum ingenti hostiarum pompa & luminaribus, atque sacrificiis innumerabilibus arcā primo mense cum duabus testamenti tabulis in aditu tēpli collocauit, in qua quidem etiam urnam manna plenam, & uirgam Aaron collocauit, his optimè gestis Salomon orationem fudit ad dominum pro populo, qua completa, sese deuotissimè prostrauit in terram, & adorato domino surrexit, & in templo per septem dies obtulit hostias, uiginti duorum millium boum, & arietum cētum uiginti millium. Septimo autem die manifestè uidit deum sacrificia sua grata habuisse. Nam ignis ex aëre, omnibus uidentibꝰ, super altare descendit, & hostias uniuersas arripuit & absumpsit. Cúmque sacrificia celebrasset rex, cum benedictione dimisit populum in pace. Post trecentos autem & septuaginta ædificationis suæ annos, ut in calce huius quarti libri apparebit, hoc tantum, támque mirabile templum, Babyloniorum rex penitus concremauit & euertit, ac eius uasa aurea argenteáque per Nabuzardam principem suum inde tulit. Insuper & aureas mensas, & candelabra, ac quæcunque preciosa in eo oblata fuerant, omnia auferri præcepit.

Argilaus tertius Corinthiorum rex, octauo regni Salomonis anno, Corinthiis regnare cœpit, & regnauit annis septem & triginta.

Alba Syluius sextus Latinorum rex, nono regni Salomonis anno, Latinis regnare cœpit, & regnauit annis.39. hūc diuus pater Aug.18. lib. de Ciui. dei capi.2. dicit Albam urbē in Latio instaurasse, & ibidem regni sui sedem constituisse, à qua deinceps successores eius Albanorum reges, omisso Latinorum nomine, appellari cœpti sunt. Quam quidem ciuitatem postea Tullius Hostilius, licet frequenter eam inhabitaret, euertere denique fecit, eius autem populi inde emigrantes, in longinquam prouinciam profecti, Albaniam regionem à se appellauere. Et nota quod Albani ab Albensibus differunt, eo quod albani ab Alba urbe Latii ab isto appellata, Albēses uero ab Alba alia ciuitate, quæ fuit in Hetruria ad Fucinū lacum, quāquā etiā hi apud Lucanū Albani quādoq; nominentur, hic itaque Alba postquā prædictū tēpus regnasset, Athi filio suo superstite relicto, rebus humanis subtractꝰ est.

Albania igitur ab Albanis populis ab Alba prædicta urbe progressis dicta, regio est inter Iberos, & mare Caspium constituta, habet ab ortu solis mare, ab occasu Iberam, & à boreali montes Caucasos, in qua primum prædicti populi uiri pastorales incolæ fuerunt. Hi si quidem simplices admodum erant, qui pecunias, & ultra centenarium numerum non nouerunt, commertia mercibus inter se facientes, ponderum, mensurarum, & agriculturæ penitus ignari, in bellis uero omnino expediti, solem & lunam colētes. Ea quippe regio serpentes maximos gignit, & scorpiones, ac araneas letiferas. Strabo refert apud eos. 26. linguas fuisse, hæc primo Persis, deinde Macedonibus, postremo Romanis fuit subiecta, cuius Traianus imperator primum regem constituit, sed quomodo nunc se habeat incertum habemus. Feruntur etiā ab his Albanis orti, qui Pelopōnesum habitant, quorū princeps Scāderbeus uir fortissimus fuit, qui multa facinora nostris temporibus in Turcos gessit. Ea tamen pro maiori parte postmodum ad Turcos eosdem peruenit.

Laustenes Lupanis regis filius trigesimus primus Assyriorū rex.11. regni Salomonis anno Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis.45. 4175 1024

Labotes quartus Lacedæmoniorum rex, quartodecimo regni Salomonis anno Lacedæmoniis regnare cœpit, & regnauit annis.37. Viri doctrinis excellentes. 4178 1021

Sameas propheta uir sanctus, tempestate hac prophetizando & docendo magno in precio apud Hierosolymam fuit, qui post mortem Salomonis, Roboam ipsius Salomonis filium, & filios Iuda compescuit, ne contra Hieroboam regem Israël pugnarent. Hic inter cætera horum duorum regum gesta scripto mandare curauit, ut habetur.3. Reg.12. 4179 1020

Abdo uir dei quē Iosephus Ladā nominat Nathan prophetæ filius, & ipse tempestate ista & prophetiæ dono, ac doctrina multa in Hierosolymis claruit. Qui tandem quum ex præcepto domini ad Hieroboam regem Israël in Bethel stantem super altare excelsorum perexisset, & ei filiisque suis mortem interminatus esset, & eidē regi minitanti manū arescere fecisset, quia contra præceptum domini panem comedit in domo falsi prophetæ dū reuerteretur in Hierosolymam, in uia à leone interfectus est, & patria caruit sepultura, ut habetur. 3. Reg. 13. Eius tamē corpus falsus ille propheta qui deceperat eum, in ciuitatem deuehere fecit, & splendida pompa sepeliuit.

Sabba regina cui proprium nomen Nichaula fuit, Meroes Nili insulæ apud Aethiopiā seu Arabiam regina his temporibus, quum omni doctrina & sapientia plena esset, audiēs crebro Salomonis sapientiam, uirtutémque atque prudentiam, eius desiderio capta & mirata ad uidendum eum Hierosolymam uenire disposuit, & suscepto splendido comitatu ac magnifico sumptu suo, insigni relicto regno, per Aethiopes Aegyptiósque & rubri maris littora, atque Arabum solitudines, tandem multo labore uenit Hierusalem illum auditura, à quo & summo cum honore suscepta fuit. Cui cum multas quæstiones & enygmata proposuisset, & eorum solutiones uelocissimè ab eo audiisset, ultro confessa est, ipsius sapientiam longe famam excessisse, uidens quoque culmen eius regale, & cunctum eius regimen dixit, ô rex, quis non benedicat deum? et hanc tuam prouinciam, & eius habitatores, ut te tam insignem uirum ad regni culmen euexerit. Et ad ostendendū suæ mentis affectum, statim apertis thesauris suis uiginti auri talenta regi obtulit, & aromatum innumeram multitudinem, ac lapides præciosissimos multos, & inter cætera etiā quasdam arbusculas seu radices balsama sudantes, quas Salomon non longe Hierosolymis in monte Engadi plantari iussit & coli, uersáque uice à Salomonis maioribus susceptis muneribus summa cum lautitia dein patriam rediit. Hanc eandem Sibyllam uatem fuisse Comestor dicit, deique ueri cultricem, quæ eidem multa prædixit, inter quæ lignum quoddam ostendit, quo uir affigēdus esset, pro cuius morte eius regnum foret consumendum, quod & factum est. Id quippe lignum, ut aiunt, in probatica piscina tempore passionis domini nostri Iesu Christi inuentū fuisse perhibetur, quo eius crux confecta fuit. Hanc nonnulli à Pharaonibus descēdisse ferunt, & in Meroe Nili insula permaximum habuisse regnum, ubi & tam grandi diuitiarū copia abundasse, ut credatur in hac uita fere mortales omnes excessisse, nec in congruum est, quia cum insula illa permaxima sit, etiam in ea effodiuntur aurum, argentum, æs, ferrū, & lapides præciosi reperiuntur multiplices, fert quoque hebenum lignum odoriferum. In ea itaque diuitiarum abundantia hæc Nichaula regina præstantissima non delitiis, nō ocio & molliciei fœminæ dedita fuit, sed uirtuti inhærens, omnes scientias perdiscere uoluit.

Sabba regina

Balsami plantatio


Sibylla

Lignū crucis

De meroe insula & quid producat

De uirtutibus huius reginæ

Sadoch summus Hebræorum rex octogesimo in principio regni Salomonis sedere cœpit, sed quantum sederit ignoramus, hic octauus in numero pontificum fuit, qui patrē habuit nomine Chiob, qui fuit filius Ambri, qui fuit Mereoth, qui fuit Iotham, qui fuit Ioseph summi sacerdotis. In hoc itaque summi sacerdotii dignitas per Salomonem in filiis Eleazari filii Aaron restituta est, & domus Ithamar secundi filii Aaron eo honore priuata est, & dei uolūtatem, ut prædictum fuit Heli sacerdoti: hic igitur primum à rege sacerdos factus fuit, eo quia quum Nathan propheta eidem Salomoni regnum procurauerit, qui quoad uixit à rege maximis honoribus prosecutus est, ut habetur tertio Regum secundo capitulo.



Oboam Salomonis filius, tertius Hebræorum rex octogesimo regni Dauid anno Hebræis regnare cœpit, & regnauit annis. 17. uir certe superbus & fatuus, ac paruidi cordis, qui quum uoluisset paternis amicis credere, perdidit principatum, nam Salomone eius patre defuncto, omnes populi eum adeūtes rogarunt dicentes, ut aliquid de seruitiis & onere paterno relaxare dignaretur, & ipse melior esset patre suo, quia & ipsi deuotiores essent erga eum, ille autem in hoc relicto senum consilio iuuenibus adhæsit, & dura populo respondit, & dixit minimum digitum suum uastiorem esse lumbis patris sui, & seueritatem quā fuerant in illo experti, in se multo potiorē agnoscerent. Hæc quippe dei uoluntate ab eo gesta sunt, ut quæ prædixerat

Roboā

prædixerat Achias propheta,producerentur ad effectum,ad cuius quidem responsionem omnes indignati una uoce clamauerunt. Nihil sibi deinceps commune esse cum filiis Dauid,eo autem tumultu metuens Roboam ne lapidaretur à populo,relicta Sicyoniorũ ciuitate,Hierosolymam fugit,et à tribu Iuda simul & Beniamin solum constitutus fuit rex,reliquæ uero decem tribus ab eo recedentes constituerunt regem Hieroboam.Quúmq; Roboam reliquas tribus rebellantes oppugnare statuisset,à domino per prophetam prohibitus est dicentem,id domini uoluntate gestum esse,pacéque cum Hieroboam & decem tribubus inita,ipse Bethleem & alias plures in Iuda munitissimas & magnas erexit ciuitates, & muris eas cinxit. Duxit deinde Roboam hic uxores decem & octo,& concubinas sexaginta,è quibus una Absolonis filia fuit,quam super omnes amabat,de qua natus est ei filius masculus quem Abiam appellauit,genuit quoque ex omnibus uiginti octo filios,& sexaginta filias. Cuncti uero sacerdotes Israël pariter & leuitæ,qui deum ex toto corde quærebant ad eum in Hierusalem conuenerunt ad immolandum uictimas domino deo patrum suorum,qui & regnum Iuda per tres annos optimè roborauerunt. Quo roborato & confirmato,ipse cum toto eius regno ad impias & iniustas conuersus est actiones, & spreuit dei religionem,qua propter uindicem super eum misit deus Sisach regem Aegyptiorum, qui ascendens cũ multo exercitu Hierosolymam,primo multas Iudææ cepit urbes, & uniuersa igne ferróque uastans,tandem non longe bellica manu,sed pactis præcedentibus, urbem regiam ingressus,uniuersos regios thesauros exhausit,ac domini templum expoliauit,abstulit quoque & aureas lanceas & scuta aurea quæ rex Salomon deo dicauerat,cum quibus omnibus Sisach rex ad propria remeauit,pro quibus Roboam rex ærea scuta & lãceas eiusdem numeri fecit. Fuit autem Sisach cunctis diebus Roboam inimicus,quadraginta unius anni erat Roboam hic quum regnare cœpisset,& ut præfertur, regnauit decẽ & septem annis,cuius opera prima & nouissima habentur scripta. lib.3. Reg. cap.12. & secundo Paralipomenon.10.cap. usque ad duodecimum, qui mortuus sepultus est Hierosolymis in sepulchris regum.

Israëlitarum regni principium.

Hieroboã itaque Nabath filius genere Ephrateus, Salomone rege defuncto,& bifariã regno eius ex seditione diuiso,rex hoc anno contra Roboam à decem tribub9 constitut9, regnauit in Samaria annis duobus & uiginti. Is nãque quum ab ipsa adolescentia robustissimus ac nimium strenuus esset. Salomon eum principem super tribum Ioseph constituit. Et quum aliquando Hierosolymam proficisceretur,occurrit ei propheta & dixit, quomodo Salomon ob amorem mulierum alienigenarum peccasset in deum,& quod post eius obitũ scindendum esset eius regnum,& ei à domino conferendum esset regnũ super decem tribus,quibus sermonibus elatus factus,confestim studuit populo suadere,ut à Salomone recederet,& regnum ei contraderet,quod ut Salomoni innotuit, quæsiuit eum comprehendere,sed Hieroboam ad Sisach Aegypti regem fugit,& usque ad obitũ Salomonis ibi moratus est. Mortuo autem Salomone,repente miserũt in Aegyptum principes populi,& reuocauerunt eum,qui uenit ad eos in ciuitate Sicyoniorum, & cum populo Roboam filiũ Salomonis adiit,rogauítque,ut aliquid de seruitio relaxaret,sed quum dura eidem respondisset Roboam,in seditionem uersus populus regnum Salomonis diuisit. Institutus igitur Hieroboam in ciuitate Sicyoniorum rex,ut sectatores suos à tribu Iuda seiungeret,confestim nouos colendi ritus conscripsit,ne populus pergens Hierosolymam & festiuitatem illic solenniter agens,pœnitentia duceretur,& eum derelinqueret,& ad regem pristinũ remearet,unde & duos uitulos aureos,& totidem templa construxit,& unum quidem in ciuitate Bethel,& aliud in Dan. Ac sic seducit populum & præuaricare eum leges patrias suasit,quod Hebræis malorum initium fuit. Nam & phana in excelsis ædificans etiam sacerdotes constituit,ac primum se pontificem faciens,cum cæteris sacerdotibus altare conscendit,& hostias & sacrificia de uitulis obtulit. Ad quem propheta ueniens coram populo eum durissimè redarguit,sed indignatus rex dum esset super altare manum extendit & præcepit,ut continuo caperetur propheta,cuius manus continuo arefacta & marcida non ualuit eam reuocare,donec propheta eidẽ per orationem restituere fecisset, uerũ quum ad deum

4201 994

deum reuerti statuisset, quidā malignus propheta eius mentem penitus auertit, & ad actus impios euocauit, ut deinceps omnem contumeliam diuinitati facere curauerit, propter cu ius impietates non multo post in eum & eius generationem dominus supplicia multa intulit, & eum unà cum eius domo penitus euertit. Ac tādem omnis Israël ea pertinacia eo deductus est, ut unà cum religione & secta imperium omnino amiserit, & in turpissimam seruitutem redactus sit. Mortuus est autem Hieroboam quum regnasset prædictum tempus, relicto regno eius filio Nadab.

992 4207 Tersippus quartus Atheniensium dux, tertio regni Roboam anno, apud Athenienses magistratum sumens, regnauit annis unum & quadraginta.

990 4209 Primas quartus Corinthiorum rex quinto regni Roboam anno, apud Corinthum regnum iniens, regnauit annis quinque & triginta.

986 4213 Athis Albæ filius, septimus Latinorum rex, nono regni Roboam anno, Latinis regnare cœpit, & regnauit annis quatuor & uiginti. Hūc Eusebius Aegyptum Syluium uocat, qui quum prædictum tempus regnasset, Capi filio derelicto, diem clausit extremum.

984 4215 Deristhus quintus Lacedæmoniorum rex, undecimo regni Roboam anno Lacedæmoniis regnare cœpit, & regnauit annis nouem & uiginti.

981 4218 Pyrithiades trigesimus secundus Assyriorum rex, sextodecimo regni Roboam anno Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis triginta.

Achimaas Sadoch filius, nonus summus Hebræorum sacerdos, his temporibus clarus & inclytus fuit, & maxima in ueneratione apud Iudæos habitus est.

975 4224 Bias Roboam ex Macha uxore Absalonis filia susceptꝰ, quartus Iudæorū rex post patrem, anno nonagesimo septimo regni Dauid, quum Hieroboam decimumoctauum annum haberet in regno, regnare cœpit, & regnauit annis tribus. Vir quidem cunctis suis fratribus sapientia & fortitudine clarior, qui quū iustus & rei militaris scientissimus esset, Hieroboam regem Israël ad se cū ingenti exercitu uenientem facilè compescuit atque superauit. Ex cuius quidem exercitu ad quinquaginta hominum millia uno prælio interfecit, ut habetur. 3. Reg. 15. & secundo Paralipomenon cap. 13. hic quatuordecim duxit uxores, è quibus uigintiduos genuit filios, & sexdecim filias, dormiuítque Abias cum patribꝰ suis, & sepultus est in Hierosolymis in monumentis paternis. Abias

973 4226 Asa Abiæ ex Macha uxore natus, quintus Iudæorum rex, anno centesimo regni Dauid, post patrem regnare cœpit, & regnauit annis. xli. In isto autem rege qui ad diuinitatē semper respexit, Iudæi ab Israël aliísque nationibus aliquandiu oppressi paulisper, respirare cœperunt, quippe qui corporis & animi dotibus cum rege Dauid cōparari potuit. Hic nonnullas in Iudæa urbes condidit, idola quæque destruxit, templum domini mundauit, bellóque fortunatus, Aethiopiæ regem cum innumerabili multitudine interfecit, & omnē legem Moysi pro uiribus complexus est, regnum quoque omne composuit, cunctam ab eo abscindens nequitiam, & ab omni macula emundans. Verūtamen excelsa omnino non abstulit. Tandem cum fœdus pepigisset, cum Benadab rege Syriæ, & thesauros omnes domꝰ domini, domúsque regiæ renitentis, Anani propheta ei ostendisset, pedum morbo percussus, bona tamen & fœlici morte defunctus est, ut patet. 3. Reg. 15. & secundo Paralipomenon. 14. 15. & 16. capitulis, quo moriente successit ei eius filius Iosaphat. Asa

Azarias propheta filius Obeth his tēporibus ut plurimū floruit, & multæ auctoritatis apud Asa regem Iuda extitit, quem & doctrina prædicationéque erga dei cultum benè animatum, promptiorem ad bene de deo promerendum se reddidit, ut patet. 2. Paralipomenon cap. 15. Hic inter cætera prædixit Hierusalem à Chaldæis fore capiendam.

Anani prophetes & ipse per hoc tempus claruit. Qui quum Asa regem prædictum durius obiurgaret, quod Benadab regem Syriæ contra Basa regem Israël uocasset, ab eodem captus, in neruo cunctis diebus uitæ suæ poni iussus est, sic habetur. 2. Paralipomenon capite. 16.

Nadab Hieroboā regis filius, secundus Israëlitarum rex secundo regni Asæ anno Israëlitis regnare cœpit, & regnauit annis duobus. Hic sicut habetur. 3. Reg. cap. 15. patris im-
[pietati

pietati malitiæque concordans, malum fecit in conspectu domini. Sed superueniente diuina ultione, dum Gebeton ciuitatem Palestinorum obsideret, dolum passus à quodam amico suo nomine Basa Meheli filio, mortuus est, qui post eius obitum imperio potitus, omne genus Hieroboam interemit, & euenit ut secundum prophetiā Achiæ prophetæ, alii quidem cognatorum Hieroboam in ciuitate mortui à canibus lacerarentur, & alii à uolucribus deuorarentur, ac sic domus Hieroboam pro impietate & iniquitate sua pertulit ultionem condignam.

Basa igitur de tribu Isachar tertius Israëlitarum rex, anno quarto Asæ regis Iudæ obtruncato, Nadab regnare cœpit, & regnauit super decem tribubus annis. 23. hic suscepto imperio, omnem domum Hieroboam euertit. Verūtamen & ipse tanquam impius & mali gnus in uiis Hieroboam atque eius peccatis, quibus peccare fecit Israël, ambulās, populum suum multis malis afflixit, & deo multā iniuriā intulit, ad quem dominꝰ prophetā misit dicens, se omne eius genus exterminaturum, sicut perdidit domum Hieroboam. Habuit autē hic grauissimum bellum cunctis diebus uitæ suæ, cum Asa rege Iuda, & tandē Iehu propheta iugulato, & ipse à Creone quodā peremptus, in ciuitate Thersa sepultus est, cui successit eius filius Hellan, ut patet. 3. Reg. 16, & secundo Paralipomenon cap. 16.

Capis Athis regis filius, octauus Latinorum rex, anno. 13. regni Asæ regis Iuda, Latinis regnare cœpit, & regnauit annis. 28. tandem Carpento filio regnū relinquens, diem clausit. Sunt qui dicant ab ipso Capuam Campaniæ ciuitatem conditam fuisse.

Capua in Laboriis ciuitas.



Capua igitur Campaniæ ciuitas ab isto condita id nomen ab eodem accepisse credendum est, dicente Virgilio. 10. lib. Aeneid. Et Capis hinc nomen Campanæ dicitur urbi. Verum Liuius lib. 4. ab urbe condita, & noster Isydorus in. 15. Ethic. capi. primo, ac Strabo in quinto, uolunt eam à locis campestribus in quibus sita est, Capuam fuisse appellatam. Idémque Liuius eodem lib. ait. Vulturnum Hetruscorum urbem, quæ nunc Capua est, à Samnitibus captam, Capuāq; ab duce eorum Capua dictam, unde & Seruio teste, constat eam à Thuscis conditam, uiso falconis augurio. Ea quippe ciuitas insignis & permaxima fuit, & totius regionis Campaniæ caput, & inter maximas ciuitates uidelicet Romam & Carthaginem numeratam. Dicuntur adhuc extare longè à noua Capua duo milia passuū huius uetustæ urbis aliqua fundamenta portarum, templorum, theatrorum, & cæterorum ædificiorum, quæ urbis dignitatem præ se ferunt. Illā enim Hannibal, deinde Romani quum præualidam propinquāq; inimicam haberent, primo eidem magistratus, concilium, & senatum, ac denique omnia insignia reipub. substulerunt, postmodum Hiensericus Vandalorum rex, omnino igne ferróque destitutam reliquit. Quis autem postea extantem Capuam ab antiqua duobus milibus passuum distantem condiderit, inuenire nequiuimus. Fuerunt autem Capuani, ut Cicero refert, propter agrorum bonitatem, & urbis magnitudinem superbissimi uiri, nec etiā modernis temporibus meliores seu humiliores referuntur.

Agesilaus sextus Lacedæmoniorum rex uigesimo regni Asæ anno Lacedæmoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 44. hic uir immortalitate merito dignus fuit, qui ab Hercu 4246 958
le originem ducens, quū iuuenili adhuc ætate floreret, regnū hoc adeptus est. Et inter cætera, quoad uixit semper fidei obseruator fuit, qui quum aliquando cum Tisapherne Persarum regis imperatore iureiurado inducias fecisset, ac ipse Tisaphernes ementitus esset fœdera, tamen ipsa apud se inuiolata esse uoluit. Ex quo factum est, ut nec Græci nec Barbari quocunque iure secum fœdus inire uererentur. Quo factum est, ut ad tantum gloriæ euectus fuerit, ut infinitas propemodum urbes & insulas multas suo subdiderit imperio. Indéque contra Thebanos & Argiuos bellum gerens, eos omnes profligauit & uicit, de qua uictoria aliísque facinoribus suis Plutarchus historicus diffusè pertractauit. De eius autem uirtutibus admirandis paucis dicēdum est. Quum enim à ciuitate iudicatū fuisset, ut omnia quæ Agidis fuerant in eius manus peruenirent, quos sciebat & uidebat pauperrimos, ei omnia ex æquo diuidere curauit. Ab ebrietate autem & gulæ improbitate, cibísque intem-

pestiuis,

pestiuis,non secus quàm ab ingenti flagitio abstinebat.. In conuiuiis quoque quum duplo maiores acciperet epulas,eas destribuebat. Eius insuper lectus omnium uilissimus erat,arbitrans principem oportere non mollicie,sed temperantia priuatis superiorem esse. Ipsius praeterea continentia permaxima fuit,quia nunquam in domo priuata cum muliere loqui uoluit,sed uel in templo,ubi talia fieri impossibile erat,uel in propatulo,ubi cunctos modestiae suae testes habiturus esset. Sed ut paucis me expediam Agesilaus iure beatus dici potest,qui quum statim à puero gloriosus fieri cupierit,id supra caeteros aetatis suae homines assecutus est,& apud eos quorum dux erat,& erga hostes absque omni crimine ad extremum usque spiritum uixit,putans eos qui bene uiuant nondum fortunatos, qui uero gloriosè interierint,eos iam beatos esse. De eius continentia

Iehu prophetam Anani prophetae filium tempestate hac spiritu prophetiae plurimum floruisse constat,eo quod uerbum domini contra Basam regem Israël,& eius domum, in ore eius sanctum ad eundem regem accesserit,& dixit Dominum eius genus fore exterminaturum,sicut perdidit domum Hieroboam,& imitatus esset pessimum ipsius uiri idolatriae scelus,& ipso scelere quàm maximè iritasset dominum deum patrum suorum. Propter quod indignatus rex in eum insurrexit,& trucidans,martyrium constanti animo usque ad mortem pertulit,ut patet tertio Reg.cap.16.

949 4250 Phorbas sextus Atheniensium dux,quarto & uigesimo regni Asae anno, apud Athenienses regnare coepit,& regnauit annis.31.

947 4252 Helam Basae regis filius,quartꝰ regum Israël anno uigesimosexto regni Asae in Israël regnare coepit,& regnauit annis duobus,Hic quoque flagitiosus temulentúsque ac maximus manduco fuit,& omnium uirtutum prorsus immunis,propter quod Zambri eius seruus,in sermone domini quod locutus fuerat in manu Iehu praedicti prophetae, qui eū temulentum in Tharsa urbe uidisset,super eum irruēs,interfecit,& ipse regnum occupauit, quo obtento,omne Basae genꝰ secūdū prophetiā Iehu usq; mingētē ad parietē interemit, ac sic eodē modo domꝰ Basae propter impietatē radicitus euulsa est. Eo itaque mortuo, praedictus zābri septem diebus regnauit. Exercitus autem audiens quae gesserat zābri,confestim Ambri principem suum,& ipsi constituerunt regem,qui cum exercitu multo uenit in Thersam ciuitatē,& bellica manu cepit eam. Zambri autem uidens ciuitatem in qua erat,fuisse captam,ad arcem confugiens semetipsum unà cum arce concremauit. Móxque in Israël contentione suborta, pars quaedā sequebatur Ambri,pars uero Tobin, quúmq; uicisset pars Ambri,interēptꝰ fuit Thobin,& in toto exercitu & Israël regnauit Ambri.

943 4256 Ambri itaque princeps militiae Israël quintus Israëlitarum rex, trigesimo anno regis Asa suscipiens imperium,tenuit illud annis.12.primo quidem cum Thobin quatuor annis,posteàque in Samaria octo annis,hic super omnes qui ante eum fuerant,nequius contra dominum operatus est,& dominum deum in uanitatibus iritare studuit,quia quoad uixit,quaesiuit suis impietatibus populum à deo recedere facere,propter quod & hunc dominus cum genere suo extinxit. Denique & ipse in Samaria defunctus, Achab filium regni successorem reliquit,ut habetur.3,Regum cap.16.

932 4267 Nempher Chēcres Pharao anno quadragesimo regni Asa,Aegyptiis regnare coepit, & regnauit annis,4.

Carpentus Syluius Capis filius,nonus Latinorum rex anno ultimo Asa regis, Latinis regnare coepit,& regnauit.13.annis,& Tyberino filio successore derelicto,decessit.

931 4268 IOsaphath Asa regis filiꝰ,sextus regum Iuda,anno.141.regni Dauid in Hierusalem regnare coepit,& regnauit annis.25.hic matrem habuit nomine Abidam qui & proaui sui Dauid pietate & religione ac fortitudine imitator fuit, omnes enim effoeminatos è terra Iuda extinxit,idola quaeque deleuit, patrúmque decreta obseruauit,ac flagitia omnia praesertim emendauit, unum dūtaxat in eo reprehendendum fuit,quod impiis Israël regibus auxilium praestitit. His enim uirtutibus hic Iosaphath beniuolētiam omnium confinium principum sibi comparauit,& Palestini ei tributa multa reddere coeperunt,& Arabes in signum beniuolentiae singulis annis agnorum duo milia & totidem arietes ministrabant. Quibus auxiliis muniuit maximas ciuitates,& exercitus

citus & arma contra hostes in eisdē præparauit. Habuit enim in exercitu suo, ut Iosephus libro octauo meminit. 12600. bellatores, quorum auxilio Amonitas & Moabitas atque Aethiopes quasi deleuit. Reuersus autem hic Hierosolymam post multas uictorias, post paucum tempus defunctus est, quum uixisset annis sexaginta. Eius quippe corpus ingenti pōpa in Hierosolymis sepultum fuit. Reliquit autem filios multos, inter quos successorem habuit seniorem filium nomine Ioran, ut patet secundo Paralipomenon cap. 17. 18. 19. ac. 20.

Acab Ambri regis filius, sextus Israelitarū rex, anno primo regni Iosaphath in Israël regnare cœpit, & regnauit annis. 22. Hic super omnes qui ante eum fuerāt pessimus fuit, & magnitudine malorum intendit ad maiora super omnem eorum nequitiam. Ipse enim Iezabel Tyri regis filiam ex genere Didonis duxit uxorem, per quam etiam eius didicit adorare deos, cuius quidem consilio & opera omnibus in rebus usus est, eo quod mulier acerrima & nimis audax esset, quæ eum ad tantam perduxit uesaniam, ut etiam præter uitulos quos fecerat Baal deo Tyri & Sidonis templum ædificaret, & plantaret omnium arborum lucos, cui & sacerdotes & falsos prophetas eidem deseruituros constituit. Insuper & consilio Iezabel uxoris suæ innumeros domini interfecit prophetas, & Micheam prophetam uirum sanctissimum trusit in carcerē, atque Naboth uirum optimum propter denegatam sibi uineam lapidibus obrui fecit. In Iudæa tamen multas erexit ciuitates, atque in Samaria eburneam domum, & quidem superbissimam magna impensa ædificauit. Genuit hic septuaginta filios, inter quos fuere Ochozias eius in regno successor, atque Athalia Hierosolymorum postea regina, quos omnes Iehu rex Israël postea interfecit. Tandē uero Michea propheta aliter sentiente & reclamante, quum in Ramoth Galaath contra regem Syriæ in prælium perrexisset, à sagittariis solus in curru uulneratus interiit, cuius sanguinem iuxta uerbum Heliæ prophetæ canes linxere. Quod certe ei non accidisset, si bene monenti prophetæ obtemperare uoluisset. Hæc ex. 3. Regum lib. cap. ultimo habentur, & secundo Paralipomenon cap. 18. 4269 930

Amenophis Pharao quarto regni Iosaphath anno apud Aegyptios regnare cœpit, & regnauit annis nouem, post quem Oschor eius filius annis sex. 4272 627

Tyberinus Syluius Carpēti regis filius decimus Latinorum rex, tertiodecimo anno regni Iosaphath Latinis regnare cœpit, & regnauit annis nouem. Tandem Agrippa filio successore derelicto, in Tyberim amnem decidens, fluuio illi nomen æternum dedit, qui prius Albula dicebatur, quod Ouidius in secundo Fastorum testatur dicens. Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in undis Reddidit, hybernis forte timebat aquis. Verūtamen & ante hunc Tyberinum appellatum fuisse inuenimus. Quippe quum Euander ad Aeneam regem loqueretur, dixit apud Virgilium libro octauo. Tum reges asperque immani corpore Tybris, A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus, & cætera. Alii uero eū Tyberim appellatum fuisse à quodam Thuscorum rege ibi latrocinante. 4278 921

Agelas sextus Corinthiorum rex, quartodecimo regni Iosaphath anno, Corinthiis regnare cœpit, & regnauit annis triginta. 4287 912

Agriga seu Agrippa Syluius, undecimus Latinorum rex anno. 22, regni Iosaphath, patre eius rebus humanis exempto, Latinis regnare cœpit, & regnauit annis. 40. Qui quum prædictum tempus regnasset, moriens Aremulum filium regni reliquit hæredem. 4288 911

Ochozias Ochozias Achab regis ex Iezabel filius septimus regum Israël anno. 23. regni Iosaphath in Samaria regnare cœpit, & regnauit annis duobus. Hic ut tertius regum habet, homo malignus fuit, & per omnia utrique parenti similis, atque Hieroboam qui prius populum decipere inchoauerat. Nam quum in uiis eorū ambularet, dominum deum Israël ad iracundiam concitauit, & regem Moabitarum sibi rebellare fecit, & tributa, quæ patri suo reddere consueuerat, ministrare cessauit, & demum quum sederet super quoddam cancellum domus suæ, dei nutu, è cancello decidens, in pessimum languorem decidit, & quū uehemētissimo dolore premeretur, misit ad Muscam deum Acharon consulere de salute sua. Occurritque Helias propheta in uerbo domini nunciis à rege missis, & dixit eis, ad regem uestrum regrediamini, & dicite ei quod non euadet hunc languorem. Ac sic paruo tempore trāsacto, sicut prædixerat Helias, extinctus est sine filio, cui successit in regno frater eius Ioram

Ioram,ut patet quarto Regum primo.

Helias Thesbites maximus prophetarum sui temporis,per hoc tempus ab hominib9 est ablatus,cuius finem nemo cognouit.Hic multis miraculis quoad uixit claruit, atque sicut ignis ardens totus erat,ita quod uerba eius quasi facula ardebant.Hic primum ad regẽ Achab,qui dereliquerat mandata domini,& secutus fuerat Baal,in uerbo domini accessit,& siccitatem trium annorum atque uehementem famem futuram in Samaria prædixit,quibus prænunciatis statim ab eo aufugit,& abscondit se in torrente tribus annis, ubi per id tempus quotidie coruus ales eidem cibum detulit.Inde siccato fluuio in Sareptam ciuitatem secessit.Vbi à quadam muliere uidua paupercula,donec siccitas defecit,enutrit9 est.Indéque quum mulieri,quæ sibi pabulum præbebat,filius unicus ex morte defecisset, precibus prophetæ dominus illum matri uiuum restituit,& hunc Ionam prophetam fuisse dicunt. Rursúsque eo post tertium annum in conspectu Achab orante,cœli pluuias & grandines dedêre plurimas.Quúmque Helias quadringentos & quinquaginta excelsorum sacerdotes qui Achab regem & populum seducebant,interfecisset, ab Iezabel regina in ultionem ipsorum ibíque persecutus est.Sed ipse tandem in montem dei Oreb accedens, inde in Damascum peruenit,ubi & Azaëlem in regem Syriæ,& Iehu regẽ Samariæ ex præcepto domini inunxit.Inde reuersus ad regionem Hebræorum,inueniens Helisæum bubulcum arãtem cum.12.aliis,proiecit pallium suum super eum,& prophetare cœpit sicut habetur.3. Regum cap.18.&.19.postmodum exustis duobus Ochoziæ regis quinquagenariis cũ quinquaginta uiris suis à domino,Helisæo uidente,per turbinem in cœlum uectus est, ut quartus Regum habet liber capitulo secundo,relicto in eius loco Helisæo propheta.

909 4290 IOram Iosaphath regis filius septimus regum Iuda anno.166.regni Dauid,post patrem regnare cœpit,& regnauit annis.8.Quadraginta quippe annorum erat quũ regnare cœpisset & Athaliam Achab regis Samariæ filiam duxit uxorem. Cuius imperium,uxoris seductione pernitiosum patrum suorum nomini admodum fuit,nam inito imperio mox ad necẽ fratrum suorum & paternorum amicorum pariter & principum est conuersus,omnes deinde patrum suorum ritus dereliquit,& excelsa more Hieroboam regis Samariæ in omni Iudæa extruxit,cunctósque habitatores Iuda fornicari & præuaricari docuit,& per Athaliam uxorem nihil prætermisit,quominus aliquid quotidie nouæ impietatis efficeret,& quod ad uastationem paternæ traditionis attenderet.Propter quod Palestinos & Aethiopes in eum dominus iuxta uerbum Heliæ prophetæ cõcitauit, qui cũ exercitu hostili animo in Hierusalem usque ascendẽtes,cuncta ferro flammáque uastarũt, & regis domum,insuper & eius filios & uxores pariter occiderunt,& unus solummodo filiorum eius nomine Ochozias hostes effugiens,derelictus est.Insuper & post calamitatem hanc dominus languore alui insanabili eum percussit,quo egestis cunctis uisceribus uitam cũ morte mutauit.Quẽ etiã mortuũ popul9 multis cõtumelus affecit,nec exequiis regalib9 eũ fecere dignũ,sed ueluti priuatũ tumulo tradiderũt,ut habetur.2.Paralipomenõ cap.21. Ioram

Ioram alius Ochoziæ regis Israël frater,octauus regũ Israël ante Iorã prædictũ regnũ suscipiens,regnauit in Samaria annis.12.Hic quũ aliquot annis obseruatione præceptorum dei & moderatione in suos usus fuisset, & Helisæum prophetam in ueneratione & precio habuisset,Moabitarũ regẽ fudit,& eius ciuitates subuertit.Et quũ ab Assyriorũ rege in Samaria diu obsessus fuisset,ubi tãta fuit necessariorum inopia,ut ibidem caput asini octoginta nũmismatibus argenteis præ magnitudine famis uenderetur & quinque nũmismatibus sextarium simi colũbarum,pro salute cõparabãt Hebræi,etiã intercessionibus Helisæi sine ullo bello liberatus est,& omnia inimicorum spolia consecutus est, ut habetur ex quarto Regum cap.6.&.7.&.2.Paralipomenon cap.22.Verum quũ postmodum in peccatis Hieroboam præuaricatus fuisset,ab Iehu seruo suo,& militiæ suæ principe,cum omni domo sua interfectus est,ut ex eodem libro capitulo undecimo & decimo habetur.

900 4299 Ioiada summus Hebræorum sacerdos his temporib9 ob sanctitatem & rerum experiẽtiam,apud Iudæos summo in honore habitus est.Hic post mortẽ Iorã & filii eius Ochoziæ regum Iuda,cum cerneret Athaliam reginam mulierem pernitiosissimam indies desæuire in populo,paci & quieti intendens,eam à regno amouẽs,exẽplo obtrũcari præcepit.

Ioas Ioram regis huius filium,cunctis lætantibus Iudæis,regem pro ea in Hierusalē cōstituit.Hic Iosabeth sororem Ioram regis uxorem duxit,ex qua Zachariam eius successorem filium suscepit.Qui tandem de deo déque hominibus bene meritus, anno ætatis suæ, 130.obdormiuit in domino,ut habetur quarto Regum capitulo undecimo,& secundo Paralipomenon capitulo uigesimosecundo.

Ionadab filius Rechab ex Ietro cognati Moysi sacerdotis Madiam familia natus, uir religione & moribus insignis,per hoc tempus,ut habetur ex quarto Regum cap.10.apud Iudæos clarus fuit,à quo quædā stirps admodum religiosa initium sumpsit, quæ perpetuo tanquam peregrina,sine rerum temporalium copia,uitam primo agere cœpit. Hic Iehu Samariæ regis postea amicissimus fuit.

Zacharias Ioiade ipsius summi sacerdotis filius,uir utiq; magnus,tempestate hac, propter patris dignitatem,eiúsque præcipuas uirtutes,apud Hebræos maximo in precio haberi cœptus est,& Ioiade patri postea successit.Hic quum didicisset principes Iuda templū domini propter lucos & uitulas deseruisse,ad eos prophetas domini factos, quoad potuit, mittere nō destitit,eos cōmonefaciēs,ut ad deū patrū suorū reuerterentur,quos audire cōtēnentes,ipse cōgregata multitudine corā Ioas rege in spiritu domini dixit. Vos principes & populi Iudæorum dereliquistis dominū deū patrū nostrorū,animaduertite,quia paulo-post & ipse derelinquet uos,& eritis in opprobrium omnibus per circuitum. Qui indigna būdi irruētes in eū ipsum inter templū & altare,mittentes lapides,interfecerūt,ut patet.2. Paralipo. cap.24.Et ex tūc populus manifestē responsum ullum accipere nō promeruit.

Ochozias — Ochozias uel Azarias Ioram regis filius,octauus regum Iuda septuagesimoquarto supra cētesimum regni Dauid anno in Hierusalem regnare cœpit,& uno tātummodo anno regnauit,hic unà cum matre Athalia,& patre uiro pernitiosissimo,omnibus prope contaminatus fuit,& multo plus quā eius pater malignus extitit,propter quod nec ipsum nec Iosiam filium, atque Amasiam nepotem Matthæus Euangelista in Christi genealogia ponere uoluit,hunc itaque Iehu princeps militiæ Ioram regis Samariæ,apud Iezraël ciuitatem,unà cū omni domo Achab obtrūcare fecit. Cuius corpus ex ciuitate Magedō portatum fuit in ciuitatem Hierosolymorum, ibiq; sepultum. 4298 901

Athalia — Athalia eius mater Acab regis & Iezabel reginæ nequissimæ filia,mulier siquidem efferata,mortuis uiro & filio, tumultu concitato,per tyrannidē imperium occupans,regnauit in Hierusalem annis.7.hæc enim quum audisset Ochoziam filium sagittæ ictu fuisse extinctum,& Ioram fratrē suum cum uniuersa domo sua fuisse occisum,& ipsa atrocissima mulier in desideriū regnandi accensa,pulsa pietate fœminea,statuit,ut omnem Dauiticæ prolis posteritatem extingueret,ut nullus ex ea ad regni ulterius perueniret successionem. Sed diuina clemētia solus immanitati suæ Ioas Ochoziæ filii sui filius paruulus ea nesciente subtractus est. Nam Iosabeth eiusdem filia & Ochoziæ soror furtiuē subtractum paruulum in domum Ioiade pontificis uiri sui abscondit,& sex annos eum enutrire fecit, postremo ne sanguinolenta mulier pertransiret impunē,quum.7.annos regnasset,opera Ioiade pontificis,eleuato Ioas nepote suo in regem,quem ipsa arbitrabatur occisum,ē regno suo iuuidē trahi uidit, & clamante ea in populo à militibus dedecorose ad portam mulariam perducta, ibidem trucidata & interfecta est,hæc ex quarto Regum libro cap.11.& secundo Paralipomenon cap.22.& nono Iosephi cap.7. 4299 900

Iehu Nansi filius nonus Israëlitarum rex,anno tertio Athaliæ reginæ regni,in Samaria regnare cœpit,& regnauit annis.28.hunc iam diu dominus per Heliam prophetā inunxerat regem, ut domum Achab regis pessimi deleret.Qui cum Ioram regē & uniuersam eius domum euerteret,& sanguinem prophetarum & seruorum domini de manu Iezabel ulcisceretur,etiam Ochoziam regem Iuda,qui ad Ioram cognatum suum uisendi gratia uenerat,unà cum eodem cognato suo interfecit.Sed & Iezabelem regis matrem ornatam ē turri celsissima deiecit,cuius cadauer & sanguinem iuxta uerbum domini canes comederunt.Septuaginta insuper alios Achab filios in ore gladii interfecit, & eorum capita palis insigi mandauit,ac cæteros quoscunque cognatos cōfodit,nec unus quidem euadere potuit 4302 897

potuit, quin eiusdem percussoris ferro confoderetur. Ac sic facta est domus Achab, sicut domus Hieroboam filii Nabath, & domus Basa filii Achaiæ, quæ ad quartam usque generationem non peruenere. Sed & insuper quadraginta duos Ochoziæ filios iugulari fecit. Omnes præterea sacerdotes Baal deceptione quadam & dolo comprehendit, & uniuersos interfecit, & domum Baal igne concremauit, eóque loco latrinas fecit, & uniuersam Samariam á peregrinis solẽnitatib9 liberauit. Aureos tamen uitulos Israëlitas adorare hic permisit. Hæc omnia dum fecisset Iehu, deus ei per prophetam prædixit, quòd in quartam generationem super Israël eius filii essent regnaturi. Tandem ab Azaël rege Syriæ aliquãdiu uexatus Iehu dormiuit cum patribus suis, & in Samaria sepelitur, ut quartus Regum habet liber cap.10. & secundus Paralipomenon cap.22.

Azaël Adadezer regis Syriæ famulus per hoc tempus ab Helia propheta pridem rex Syriæ inunctus, regnum Syriæ suscipiens, regnauit in Syria annis multis, qui suscepto regno Iudæos acerrimé persecutus, hic quum esset Adadezer seu Benadab regis necessariꝰ, dominum suum lectulo decubantem laqueo strangulauit, & ipsæ regiæ potestatis apicẽ in Damasco obtinuit. Erat enim uir efficax, & in re militari ualde strenuus, & multa populi deuotione florebat, ita ut unà cũ domino suo Adadezer rege quasi deus coleretur, & hoc propter beneficia & templorum ædificia, quibus Damascenorum exornauit ciuitatem. Hic itaque imperio suscepto, congregauit exercitũ multum, & contra Israëlitas in Geth ascẽdit, eósque in breui subiugauit, & in ea optimates quosque interfecit, urbem quoque incẽdit, & paruulos lapidibus allisit, ac mulieres prægnantes excidit, ac quæcunque bona diripuit, & uniuersas prouincias eorum uastauit. Post hæc cum Hierosolymam deducturus esset exercitum, Ioas rex metuens obsidionem, omnes thesauros templi domini & domus regiæ eidem obtulit, ut ab eo discedere dignaretur, quod & factum est. Hec enim mala Heliseus propheta præuiderat, & ei flendo denunciarat, ut habetur quarto Regum capitulo decimo, & secundo Paralipomenon cap.24.

893 4306 Oas Ochoziæ regis filius, decimus regum Iuda octuagesimosecundo supra cẽtesimum regni Dauid anno, post Athaliã regnare cœpit, & regnauit in Hierusalem annis.40. septẽ quippe annorũ erat cũ regnare cœpisset, cuiꝰ mater fuit nomine Iosabeth ex Berbasea regione, qui quoad uixit Ioiada pontifex, optimé de deo, déque patriis legibus meritus fuit. Nam dei cultum & regum dignitatem, priorum seditionibus & negligẽtia labefactam breui restituit, & templum domini quod ab Ioram & Athalia ac eorum filiis uidebatur destructum, renouare fecit. Quo reparato etiam multa uasa aurea atque argentea pro sacrificus adolendis fieri mandauit. Sed mortuo Ioiada pontifice maximo, Ioas hic curam perdidit diuinæ religionis. Cuius etiam exemplo primates Iudæ omnes pariter corrupti sunt, propter quod & summi dei indignationẽ in Iudæos concitauit. Veruntamen deus misit eis prophetas, qui contestarentur eos ut ab huiusmodi gestorum malignitate recederent, illi uero non modo pœnitentiam de iniquitate agere noluerunt, sed & Zachariæ pontificis Ioiade filium lapidibus in templo occiderunt. Rex autem qui huiusmodi sceleris auctor fuit, non multo post iustissimas pœnas horum, in quibus præuaricatus fuit, exoluit. Qui Azaël Syrorum rex prædictus in uerbo domini in Geth uenit, & uniuersam prouinciam deuastauit, & suburbana Hierosolymorum diripiens & succẽdens, quum eius obsidionem extimesceret, euacuatis omnibus templi thesauris atque regalibus misit Azaëli, ut ab eo recederet. Tandem quum diuinos honores sibi à populo uoluisset impendi, in languorem pessimum decidit. Instantésque multi qui mortem Zachariæ prædicti defendebant, ei insidias facientes, interfecerunt eum. Quo mortuo sepelierunt eum in Hierosolymis, sed non in sepulchris regum, tanquam indignus, qui inimicus fuerat diuini cultus, sicut ex quarto Regum libro capitulo duodecimo, & ex secundo Paralipomenon capitulo uigesimoquarto habetur, in eius autem imperio successit Amasias. Ioas

891 4308 Diogenetus septimus Atheniensium dux, anno secũdo regni Ioas magistratum sumẽs regnauit annis.28.

Eudemus.7.Corinthiorũ rex eodem anno & ipse regnare cœpit,& regnauit annis.25.

Acrazappes trigesimusquintus Assyriorum rex.13.anno regni Ioas regnare cœpit & regnauit annis.42. 4309 890

Aremulus Syluius Agrippæ regis filius.12.Latinorum rex.20.regni Ioas anno,regnum suscipiens regnauit annis. 19. Hic suscepto regno primum Albanorum præsidia inter montes posuit,ubi Roma postea condita fuit,quod ea tempestate impiè factum existimatum est,& ob id existimare illius tẽporis homines cum fulminis ictu iustè exanimatos. Ex eo Iulius & Auentinus filii superstites fuere.Qui Iulius Proculi proauus postea cum Romulo fuit,& Iuliam gentem fundauit. 4326 873

Sesoncoris Pharao & ipse in Aegypto eo ipso anno Dynastiam uigesimamsecundam incepit , ubi regnauit annis uiginti & uno.

Ioachab Iehu regis filius decimus regum Israël anno.24.regni Ioas, in Samaria regnare cœpit,& regnauit annis.17.Vir quidem fortis & animo præstans,qui & ipse nec imitator patris sui extitit,& impiè in omnibus se habuit,derelinquens deum ambulauit in uiis Heroboam,& quouis modo ab eisdem declinare noluit.Propter quod iratus dominus humiliauit illum,& eum tradidit in manus Azaëlis & Benadab regum Syriæ, & eidem ciuitates multas & maximas abstulit,& eum profligauit,ac uniuersum eius exercitum trucidauit.Cúmque in his anxietatibus teneretur,ad supplicationes domini confugit ut eũ liberare dignaretur. Ad cuius pœnitẽtiam permotus deus,concessit ei pacem,& prouinciam rursus eidem in pristinum statum & copiam restituere fecit. Nec propterea omnino à luxuriis & idolis recessere Iudæi.Tandem & hic cum patribus suis dormiens in Samaria sepelitur,relicto post Ioas filio successore,sicut quartus Regum liber cap.13.testatur. 4330 869

Aristhemides octauus Corinthiorum rex,octauo & uigesimo regni Ioas anno,Corinthiis regnare cœpit,& regnauit annis.35. 4334 865

Phered9 similiter sequẽti anno apud Atheniẽses magistratũ sumens,regnauit annis.19. 4344 855

Auentinus Syluius Aremuli regis filius,tertiusdecimus Latinorum rex,anno trigesimo octauo regni Ioas,Latinis regnare cœpit,& regnauit annis.37.Hic(ut diuo Augu.placet) scilicet lib.18.de Ciui.dei cap.21.quum fuisset in bello prostratus,& in Auentino mõte sepultus,loco illi sui nominis nomen æternum dedit.Quod etiam Oui.lib.14.Meta.testatur dicens,Tradit Auentino,qui quo regnarat eodem Monte iacet positus, tribuítque uocabula monti. Alii uero uolunt eum in prælio fuisse occisum,sed non apparuisse,nec eius uocabulo appellatum montem,sed ex auium aduentu illuc frequentantium, sicut refert Varro,dictum Auentinum. Relatus est autem à Latinis in deorum numerum.Hic post se successorem reliquit Phocam filium.

Amasias Masias Ioas regis filius undecimus regum Iuda,anno ducentesimo uigesimo octauo regni Dauid in Hierusalem regnare cœpit,& regnauit annis.29.Hic matrẽ habuit nomine Iodã,uir quidem eloquentissimus,& à principio singulari in omnes humanitate insignitus,ac præceptorũ dei aliqua ex parte obseruator, ueruntamen excelsa omnino non abstulit.Suscepto itaque regno inimicos,qui patrem suum occiderant,comprehendens omnes interemit,filiis autem eorum pepercit. Inde cõparatis maximis copiis de Iuda & Beniamin in Amalechitas & Idumæos duxit,& facta pugnandi copia ex hostibus ad decem milia interfecit,& totidem cepit, ac prædam & diuitias ex hostibus infinitas abstulit.Cúmque deos,quos ex Amalechitis tulerat, in contemptum dei adorasset, eo quòd eos responsa dedisse intellexerat,à domino per prophetam durissimè corripitur.Dũ uero hic Amasias in superbiam & contemptum elatus,se in rebus fœlicibus abstinere non posset,ad regem Israëlitarum scripsit,ut ei obediret & populus,sicut antea fecerant Dauid & Salomon,aliter bellum sibi inferret.Cui quum Israëlitarũ rex literas rescripsisset contemptibiles,Amasias ad bellũ incitatus(deo impellẽte ut pœnas eoiũ exolueret,quæ ab eo turpiter cõmissa fuerãt)produxit exercitũ contra regẽ Israël.Cúmq; iã esset prælium cõmissurus,eius milites repẽtinus terror & stupor inuasit,& antequam ad manus cõuenirẽt, in fugam animi pauore conuersi sunt. Quibus dispersis, Amasias in fugam conuersus ab inimicis capitur,cui Ioas mortem interminatus est, nisi urbem Hierosolymam ei aperiri præciperet, 4346 853

præciperet. Et aperientes Hierosolymitæ ei portas, Ioas quadringentos cubitos muri destruere fecit, & curru ingressus est urbem, ducens secum Amasiam captiuum. Factúsque Ioas hoc modo Hierosolymorum dominus, omnes thesauros domꝰ dei & regalis aulæ exhausit, & in Samariam transtulit, propter quod facta est paulopost cõtra eum coniuratio, & fugit quidem in ciuitatem Lachis, & à suis insepultus ibidem interfectus est. Et hoc modo Amasias propter superbiam & contemptum dei finiuit uitam suam, eius tamen corpus in Hierosolymam referentes, regiis exequiis tumulauerunt, ut quarto Regum libro cap. 14. & secundo Paralipomenon cap. 25. referunt.

852 4347 Ioas Ioacham regis filius. 11. Israëlitarum rex, primo anno regni Amasiæ, post mortem patris suscipiens regnum, regnauit in Samaria annis sexdecim. Qui & ipse praeuaricationibꝰ Hieroboam filii Nabat coinquinatus, malum fecit coram domino, sed non quantum pater eius, eo quòd prophetarum conuersatione plurimum oblectatus fuerit, & præsertim Helisei prophetæ uiri sanctissimi, cuius consilio cum Benadab rege Syriæ tribus congressionibus cõflixit, quem & fudit & profligauit, & ciuitates omnes & uiros quos Azael pater suus ab eo & patre suo subtraxerat, liberauit. Et hoc idem Heliseus prædixerat. Cúmque & hic mortuus fuisset, in Samaria sepultus est, regno filio suo Hieroboam hærede derelicto, sicut quartus Regum liber cap. 12. narrat.

845 4354 Theleucus octauus Lacedæmoniorũ rex, & ipse primo regni Amasiæ regis anno Lacedæmoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 40.

Ariphon Atheniensis dux nono Amasiæ regni anno apud Athenienses magistratum sumens, regnauit annis. 20. Sub quo secundum Euse. Assyriorũ regnum consumptum est.

837 4392 Sardanapalus ultimus Assyriorũ rex. 16. regni Amasiæ regis anno Assyriis regnare cœpit, & regnauit annis. 20. De quo quidem Diodo. Siculus in histo. Græcorum multa disseruit. Sed & Iustinus in hæc uerba tetigit dicens. Sardanapalus rex, ut uir omnibus mulieribus corruptior, repertus est ab Arbace præfecto suo inter scortorum greges purpuram colo trahens, sub muliebri habitu eius fila partiens. Vnde indignatus Arbaces in eum milites in coniurationem excitauit, & pugna commissa, uincitur rex, qui regiam suam ingressus, pyram quam ipsemet construxerat, incendit, & semetipsum cum innumerabilibus diuitiis concremauit. Iussitque, ut Tullius libro. 5. Tusculanarum quæstionum refert, hec uerba busto suo inscribi. Hæc habeo siue edi, quæque exaturata libido Hausit, at illa iacẽt multa & præclara relicta. Ac sic illud maximum omnium regnorum finem suæ tantæ diuturnitatis accipiens, ad Medos per ipsum Arbacẽ translatum est, post annos, ut diuus pater Aug. li. 18. de Ciui. dei cap. 12. mille trecentos & quinque, ut etiam Beli, qui primus rex fuit, tempora computentur.

Assyriorum regum epilogus.

Assyriorũ itaq; regũ nomina & tempora singulorum distincta, ut morem suscepimus. ad supradictorum corroborationem hic sub epilogo describimus. Quorum primus.

Belus primus	ann. 65.	Manchale. 13.	ann. 30.	Mitreus. 25.	ann. 19.
Ninus magnus. 2.	ann. 52.	Iphereus. 14.	ann. 20.	Thautanes. 26	ann. 27.
Semiramis. 3.	ann. 42.	Manullus. 15.	ann. 30.	Thautes. 27.	ann. 32.
Ninus secundus. 4.	ann. 38.	Sparetus. 16.	ann. 90.	Tineus. 28	ann. 40.
Arius. 5.	ann. 30.	Ascades. 17.	ann. 40.	Dercylus. 29.	ann. 30.
Aralius. 6	ann. 40.	Amintes. 18.	ann. 45.	Eupales. 30.	ann. 40.
Xerxes. 7.	ann. 30.	Belochus. 19.	ann. 25.	Loasthenes. 31.	ann. 38.
Armamitres. 8.	ann. 38.	Belopares. 20.	ann. 30.	Pyriciades. 32.	ann. 45.
Bellocus. 9	ann. 35.	Sosates. 21.	ann. 32.	Ophrateus. 33.	ann. 30.
Baleus. 10.	ann. 52.	Lampades. 22.	ann. 20.	Ophratanes. 34.	ann. 50.
Altadas. 11.	ann. 32.	Pannias. 23.	ann. 30.	Acrazapes. 35.	ann. 42.
Manitus. 12.	ann. 30.	Sosarius. 24.	ann. 45.	Sardanapalus. 36.	ann. 20.

Viri disciplinis excellentes.

Heliseus propheta sanctissimꝰ, Heliæq; præcipuus discipulus, per hoc tempus postea quã Heliseꝰ ecclesiam dei non solum opere, exemplóq; ac prædicatione, sed etiam frequentissimis & inauditis confirmasset miraculis, iam senex & plenus dierum migrauit ad dominum. Cuius

l iii quidem

quidem corpus, ut testatur Hiero. apud Samariam Palestinæ ciuitatem tumulatū est. Quo in loco etiam Abdias propheta quieuit. In cuius quidem sepulchro ad comprobandā uiri sanctitatem, quum quoddam hominis cadauer paulopost proiectum fuisset, & ossa Helisei tetigisset, confestim reuixit, & super pedes erectum stetit. Cui9 postea anniuersalis diei celebritas octauo calendas Iulii celebrari statuta fuit. Cuius quidem gesta & miracula grādia quartus liber Regum refert, uidelicet à capitulo secundo usque ad decimum.

Ionam prophetam quem Hebræi uirum sanctum nominant, hac eadem tēpestate fuisse & miraculis plurimis claruisse constat. Hunc mulieris uiduæ Sareptanæ filium, quē Helias propheta mortuum suscitauerat, diuus Hiero. fuisse dicit, matre ad eūdem prophetam postea dicente. In hoc enim cognoui quòd uir dei es tu, & uerbum ipsius in ore tuo uerax est. Et ob hanc causam ipsum puerum mater uocauit Amathi, quod lingua nostra ueritatem sonat. Et ex eo quòd Helias uerum locutus fuerat, filium ueritatis fuisse dixerunt. Ionas enim columba sonat, & quidem columba pulcherrima fuit. Is enim, prophetia illuminante, peccatores ciuitatis Niniue dei misericordiam cum uideret consecuturos, ne uideretur falsa prædicare, ad denunciandum eiusdem ciuitatis interitum ire omnino recusabat, ideo à conspectu dei se fugere posse putauit, propter quod in mare demersus & à ceto deglutitus, passionem Christi in naufragio præfigurauit.

Amos propheta ex oppido Theme natus, per hoc tempus de numero pastorum ablatus à domino in Samariam prophetare missus est, & quum ibidē cōtrà decem tribus prophetaret, etiam pauca de duabus inseruit, quem Amasias rex multis plagis affligere quoad uixit fecit. Tandem quum spiritui sancto cōtradicere non posset, Ozias rex eius filius per tempora uecte transfixit, ac sic semiuiuus in terram suam ex Samaria seu Hierusalem in patriam suam translatus est, ubi post aliquot dies dolore uulneris deficiens, cum patribus suis sepultus est. Qui cū sanctus habitus esset, eius festiuitas secundo calēdas Aprilis celebratur.

Amos Amos alius propheta qui fuit Isaiæ prophetæ pater, qui aliis literis apud Hebræos scribitur, quæ differentia apud nos non habetur, hisdem etiam temporibus floruit, & apud reges multa intrepidè dicens, robustus uel fortis interpretatum est.

Hieroboam huius nominis secundus Ioas regis Israël filius duodecimus regum Israëlitarum, decimoseptimo anno regno Amasiæ, imperium suscipiens, regnauit in Samaria annis. 41. Vir sane rei bellicæ insignis, qui imperio suscepto de mandato domini contra Benadab Azalis regis filium, regem scilicet Syriæ regnum suscipiens, admirabili uirtute & fœlicitate confecit, déque eo triumphauit, ac uniuersa à patre suo per Azalem ablata ab Antiochia usque ad mare mortuum, iuxta uerbum domini, quod locutus fuerat per Ionam prophetam, Israëli & regno suo restituere coegit. Qua uictoria elatus, nō deo gratias egit, sed idolis hostias obtulit, & malum coram domino sicut Hieroboā filius Nabat fecit, propter quod & dominus indignatus, ad eū Amos prophetā misit, qui ei9 interitū & populi calamitatē prædixit. Quamobrem rex hic prophetam comprehendens, cum tempora uecte ferreo transfigi iussit. Tandem Zacharia filio superstite relicto, dormiuit cum patribus suis, & in Samaria in sepulchris regum sepultus est. Cuius gesta prima ac nouissima cap. 14. quarti lib. Regum continentur. 4363 836

Egemon nonus Corinthiorum rex, anno secundo & uigesimo regni Amasiæ Corinthiis regnare cœpit, & regnauit annis. 16. 4368 831

Tespleus Ariphronis ducis Atheniēsium filius, anno ultimo Amasiæ regis Iuda, apud Athenienses regnum iniens, regnauit annis uigintiseptem, sub quo ut Euseb. scri. Assyriorum regnum deletum est.

Ozias OZias qui & Azarias Amasiæ regis filius, duodecimus regum Iuda. 251. regni Dauid anno, regni uero Hieroboam prædicti regis Israël. 12. regnare cœpit, & regnauit annis. 52. Hic multæ mansuetudinis & dignitatis uir fuit, cuius ob uirtutes & religionis cultū, deo hominibúsq; plurimū grat9 fuit, eo quòd omnib9 in rebus quod gratū & rectū corā domino deo nostro fuerat, iuxta omnia quæ fecerāt patres ei9, fecit, uno excepto, quòd excelsa nō abstulit. Inito itáq; regno & imperio, & cōtractis undiq; copiis trecētorū miliū pugnatorū, oēs hostes per circuitū prostrauit & tributarios sibi fecit. 4375 824

sibi fecit. Quibus superatis & prostratis, ad exornandam quam maxime Hierusalem ciuitatem animum adiecit, & muros quos Ioas Israël rex destruxerat, restituit, ac turres multas & altissimas per circuitum murorum erexit, atque alia multa bona urbi contulit. Deinde (ut quartꝰ Regum liber habet) agriculturæ & plantationibus operam dans, multas sibi cõflauit diuitias. Quibus elatus, aut forte nimio religionis amore permotus, contra fas thuribulo arrepto, sacerdotale officium exercere præsumpsit, quamobrem confestim terræ motus quam maximus in dei templo exortus, ipse lepræ plaga percussus est. De qua & Zacharias propheta meminit. Leprosus igitur effectus Zacharias summus pontifex & reliqui sacerdotes secundum legem Moysi expulerunt eum extra ciuitatem, & fuit leprosus Ozias usque ad diem mortis suæ, Ioathan autem eius filius, pro eo rexit domum regiam & iudicauit populum duarum tribuum. Verum quum obiisset, transtulerunt eum in Hierusalem & sepelierunt in sepulchris regum, cuius gesta prima & nouissima, quartus Regum liber cap. 15. & secundus Paralipomenon cap. 26. continent.

Hoc tamen in loco aduertendum est quod mortuo Amasia patre, huius regnum Iuda tredecim annis sine rege fuerat, quod ex regum Iudæ Israëlque facile cõicere possumus, quia secundum regum historias Amasias proiectus rex anno secundo Ioas regis Israël regnare cœpit, cuius tempus in quadragesimum primum annũ protrahitur, á quo si Amasiæ annos amouere uolueris, remanebunt anni. 13. quibus Ozias iste nec dum ad regẽdum erat idoneus. Hoc quidem Eusebius noster cuius ordinem seruamus non habet. Et ideo ne error eueniat cæteris postpositis illum imitari curauimus.

Medorum regni principium.

818 4381 Arbaces igitur natione Medus Sardanapali Assyriorum olim regis præfectus, anno sexto Oziæ regis, domino & rege suo interfecto, regnóque Assyriorum in Medos translato, ibidem regnauit annis centum & uigintiocto. Ipsam enim orientis monarchiam, ut Iustinus scribit, spe non re quidem ad Medos suos transtulit, quod postea Darius rex perfecit. Veruntamen post Sardanapalum etiam Assyriorum fuere reges, sed hoc non monarchæ usque ad Niniuæ ciuitatis subuersionem. De ipsius autem Mediæ regionis descriptione supradictum est, ubi agitur de Medo Medeæ filio.

Phul quidam genere Assyrius Sardanapalo regi successit in regno Assyriorum, qui suscepto regno Monarchiam deperditam recuperare annixus, bella innumera cõmisit, idque eius fecere posteri, nam ut quarti Regum continet histo. primum in Tharsa ciuitate cõtra regem Israël, magno fragore cuncta ferro ignéque uastans conscendit, quod ubi Manahẽ, id est Israëlitarum rex intellexit, cõfestim legatos pro pace impetranda misit, á quo ea fœdera obtinuit, ut si ab eo discedere deberet, mille talenta argenti quotannis eidem persolui uolebat, atque ei per singulos annos foret auxilio. Cúmque ipse Manahen haud multo post Phul regi sophisticam transmisisset pecuniã, indignatus rex contra Israëlitas ueniẽs, multa eis intulit damna ut infrá patebit, & quartus Regũ liber cap. 15. refert.

Procas Syluius Auentini regis filius quartusdecimus Latinorum rex, sexto Oziæ regis anno, Latinis regnare cœpit, & regnauit annis uigintitribus. De quo Virgilius meminit dicens. Proximus ille Procas. Hic duos post se reliquit filios, uidelicet Amulium & Numitorem patrem Rheæ Romuli & Remi matris, de quibus infrá.

817 4382 Lycurgus Lacedæmoniorũ princeps & legislator, uir plane clarissimus, & inter philosophos admirandus, his temporibus (ut Eusebio placet) inclytus & in precio habitus est. Quãuis Plutarchus & alii uarias de eius tempore protulerunt sententias. Quum alii Hiphiti, alii ante primam olympiadem, alii Homeri, alii Heraclidarum temporibꝰ fuisse & floruisse dixerint. Hic patre Spartiatarum rege, necnon & eius fratre natu maiore mortuis, quũ regnare potuisset, certior factus quod fratris defuncti uxor prægnans esset, e uestigio declarauit regnum pueri esse debere, si mas foret. Sed quum mulier uerba fecisset de perdendo puero, quo illi nubere posset, & Spartiatis imperaret, eius opinionẽ detestatus est, natóque puero, quum aliquando ipse cum principibus cœnaret, eũ Lycurgo detulerũt, quẽ ille suscipiẽs, ad discũbentes dixisse fertur. O Spartiatæ rex nobis est natus, impositóque in regio solio, omnes tum eius animi magnitudinẽ, tum iustitiam admirati sunt, regnauitq;

hic menses octo. Deinde quum cedere dominatui statuisset, primum in Cretā, postmodū in Asiam nauigauit. Dehinc ad Spartiatas reuersus, leges eis instituit, quæ quid contineāt ex Plutarcho haberi potest. Quum autem in legibus suis nullam diuitiarum uellet haberi curam, fertur locupletes aduersus Lycurgum exarsisse, à quibus multis iniuriis pulsatus, etiam oculum amisit. Cupiens itaque eam suam institutionem reddere immortalem, ad concionem omnibus conuocatis, iuramentum exegit, ut nil uel remouerent uel immutarent, donec ex Delphis reuerteretur. Quúmque oraculum consuluisset an piè leges & satis ād fœlicitatem latæ essent, responsum habuit, & leges piè latas esse & ciuitatem illam clarissimam fore, ubi ipsius Lycurgi uterentur legibus. Quo audito uaticinium mox scripsit & Spartam transmisit, & se ilico interemit, quo Spartiatæ legibus uterētur suis. De hoc Plutar. & Vale. lib. de Ingratis, & Iustinus in tertio Epitomatum, ac Aristoteles in Politicis multa scripsere.

Alexāder decimus Corinthiorum rex, decimo regni Oziæ regis anno Corinthiis regnare cœpit, & regnauit ānis. 25. 4385 814

Alchmenes nonꝰ Lacedæmoniorum rex. 13. Oziæ anno Lacedæmoniis regnare cœpit, & regnauit annis. 37. Alchmenes tamē alius quidā in Græcia fuit statuarius celeberrimus, de quo Quintil. lib. 12. de Insti. oratoria meminit.

Macedonum regni principium.

Carnaus quidam Macedo uir ingenio & manu promptissimus, post innumera prælia cū finitimis regibus strenuè gesta, Macedoniam ortus sui prouinciam sibi subiiciens, in ea regni sedem sibi primus cōstituit, atque duodecimo regni Oziæ regnare incipiens, teste Eusebio, regnauit annis. 28.

Macedoniam autem huius Carnai regnum, Europæ prouinciam esse dicunt, & à Macedone Osyridis filio primo cognominatā fuisse inuenimus, quam Solino teste Thracius limes ab oriente præcingit, à meridie Epirothe Thessaliæ, ab occidente Dardania & Illyricus, & in septentrione Paphlagonia fuit, tamen in isto principio angustis terminis, sed postea regum suorum uirtute, & gentis industria subactis finitimis, ita ampliata, quòd eā Pli. in. 4. cap. 50. populos aliquando tenuisse scribat. De qua Solinus etiam sic dicit. Qui Edonii olim populi, quáque Migdonia erat terra, aut Emathium Thessalicúmque erat solum, nunc omne uniformi uocabulo Macedonica res est, factum corpus unum. Regnum itaq; Macedonicum illustre poténsque fuit, & quàm maxime Alexandri magni temporibus. Sed Oziæ pontificis Iudæorum temporibus destructum fuit, in quo quidem regno memorabile quoddam factum legimus contigisse, quod quum Illyrici & Thraces coadunati finitimos hos Macedones atterere conati essent, cogerentúrque Macedones commissa pugna fugere, tulerunt in cunis infantem defuncti regis filium, quo iuxta aciem posito, acrius repetiere certamen, quasi ideo uicti essent, quod bellantibus defuerint auspicia regis sui uictoris futuri. Tandémque Illyricos magna cæde fuderunt, ostendentes hostibus priore pugna regem non uirtutem Macedonibus defuisse. Cuius quidem regis nomen ignoratur.

Nota amorē gentis uersus regem suum

Prophetæ uiri excellentes.

Osee Beeri filius primus duodecim prophetarum, his temporibus, ipsomet referente, ad prophetiam dicendam spiritu sancto repletus est. Et ad Oziam regem nunc regnantem, eiúsque filium Ioathan & Ezechiam regem Iuda, ac Hieroboam regem Israël, alióśque eius successores, qui dominum deum patrum suorum dereliquerant, & populum idolatriæ crimen admittere coegerant, iram dei in eos processuram denunciare cœpit. Et dixit dominum deum ad se in hæc uerba locutū fuisse. O Osee accipe tibi uxorem fornicariam & fac filios fornicationis, fornicariam autem dicit non meretricem corporis, sed gentilem deum ignorantem appellat, quæ dei creatoris sui amore contempto simulachrorum se subiiciebant desideriis. De isto autem propheta Isydorus in octauo Etymolo. lib. sic ait. Osee interpretatur saluator, eo quod dum iram dei in populum Israël prophetasset processuram, domui Iuda salutem pronunciauit, propter quod eo tunc Ezechias rex Iuda idolis sublatis, quæ præcedentes reges consecrauerant, templum dei purgasse monstratur, denique mortuus & inter sanctos relatus, eius diei festum quarto nonas Iulii celebratur. 4389 810

Ioel Phatuel filius, secũdus duodecim prophetarum, & ipse secundum Hiero. per hec ipsum tempus hisdem regibus, quibus & Osee prophetauit, librum propheticum scribit, in quo quidem terram duodecim tribuum describit. Eruca, bruco, locusta, rubiginéque so re delendam, & post reuersionem prioris populi effusum iri spiritum sanctũ super seruos dei & ancillas, id est, super centum & uiginti credẽtes homines, qui tempore resurrectionis in cœnaculo fuere Sion, qui centum ab uno usque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerũ efficiunt, qui in Psalterio mystice continentur. Quo autem hic genere mortis obierit non habemus. Sed cum sanctissimẽ uixerit, etiam post mortem inter sanctos relatus est. Eius festum tertio idus Iulii à Christianis celebratur.

Abdiam prophetã qui domini seruus interpretatur, quartum duodecim prophetarũ, hisdem quoq; temporibus diuus Hiero. cõmemorat fuisse, etiam temporibus Hieroboam regis Israël, capitulum.11. historiæ tertii libri Regum testatur, quem & Hebræi sub Achab rege & impiissima Iezabel fuisse dicunt, qui & cẽtum prophetas in specu quodam pauit, qui scilicet non incuruauerant genua ante Baal, & propterea prophetiæ gratiam accipere promeruit, & de duce exercitus ecclesiæ dux factus fuit. Vnde & librũ prophetiæ suo nomine prænotatum edidit, in quo personam domini nostri Iesu Christi cõtra Edom repræsentat, qui sanguineum terrenúmque fratrem semper fratris sui Iacob emulũ spirituali percutit hasta. Ea propter Abdias, sicut olim prophetarum gregem in Samaria pauerat, sic & nunc sua prophetia in toto orbe Christi pascit ecclesiam. Ac sic tandem antiquissimus moriens, inter sanctos dignissimẽ refertur, cuius diei celebritas octauo calendas Iulii celebrari statutum est, eius uero sanctissimum corpus apud Samariam ciuitatem in mausoleo Helisei prophetæ fertur fuisse sepultum. Abdias propheta. Secũdũ Eusebium. Anno mundi 4260.

Esaias propheta sanctissimus Amos prophetæ filius, natione Hierosolymitanus, familia nobilissima natus, & ipse hac tempestate in Hierusalem prophetare orsus est, & librum nominis sui prænotatum suæ prophetiæ ibidem disertissimẽ componere uoluit, in quo (ut diuus refert Hiero.) non tam prophetiam quàm euãgelium componere uidetur, ubi licet ad duas tantummodo tribus prophetasse uideatur. Eius tamen omnis cura de uocatione gentium & Christi aduentu principalis habetur. Et quum tandem Manassen regem Hierusalem affinem suũ persæpe corriperet, eum in duas partes serra lignea scindi fecit. Quo mortuo, sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum sepelierunt. Et eius diei festum secundo nonas Iulii celebratur. Esaias.

Osorthon Aegypti rex, quem Herculem dixerunt. 25. regni Oziæ anno Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis. 9.

800 4399 Agamestor quidam Græcus, eo ipso anno & ipse apud Athenienses magistratum sumens regnauit annis. 20.

796 4303 Zacharias Hieroboam regis filius, tertiusdecimus Israëlitarum rex, anno nono & uigesimo regni Oziæ in Samaria post patrem imperium suscipiens, sex tantummodo mẽsibus regnauit. Qui imperio suscepto, more Hieroboam filii Nabath, confestim in idolis lasciuire & luxuriari cœpit, propter quod iuxta uerbum domini quod locutus fuerat ad Iehu proauum suũ, uidelicet quod usq; ad quartam generationem filii sui sederent super thronum Israël, à Sellum Iabes seditioso uiro cunctis uidentibus percussus & interfectus est, sicut histo. 4. Regum lib. cap. 15. habetur. Et regno per tyrannidem occupato, & ipse post .30. dies à Manahẽ Gadi filio obtruncatus est, ut eodem lib. & cap. cõtinetur. Hic tamen aduertendum est, sicut magistro historiarum placet, quòd secundum ueram annorũ supputationem Israël regnum post prædicti Hieroboam regis mortem, tribus & uiginti annis sine rege fuit. Vel potius Zacharias iste quintodecimo regni Oziæ anno regnare cœpit, & sic per illos tres & uiginti annos, quos ob eius nefandissima gesta nõ computamus, sed sex tantummodo illos menses quibus correctius uixit.

Amulius Syluius Procæ regis iunior filius, quintusdecimus Latinorum rex, & ipse eodem anno quo & Zacharias prædictus regnare cœpit, & regnauit annis .44. Hic patre defuncto per uim & nefas Numitorem fratrem, cui regnum debebatur, regno depulit, &

Lausum filium eius interfecit, & Rheam eiusdem filiam ad subtrahendam spem prolis sub specie honoris, Vestæ perpetuæ uirginitati dicauit. Sed quum iam septem regnasset annis, Rhea geminos peperit filios, scilicet Remum & Romulum, qui quum adoleuissent, Amulium hunc interfecerunt, & Numitori auo regnum reddiderunt.

Rhea. Rhea autem quæ & Ilia dicebatur, Numitoris ipsius filia tẽpestate hac adhuc uirgũcula, patre eius ui regno priuato, ab Amulio patruo Vestalibus uirginibus addita, perpetuã uirginitatem profiteri compulsa est, quæ quum in pleniorem deuenisset ætatem, stimulis acta uenereis, in amplexus incogniti uiri deuenit, & prægnans effecta Romulum atque Remum eodem partu enixa est. Quos dum peperisset, iussu regis Amulii uiua defossa est. Qua mortua etiam geminos in Tyberim deiici iussit. Verum nequeuntibus ministris ad ripam fluminis propter aquarũ multitudinem deuenire, illos in ripa posuere, qui à Faustulo pastore comperti, eos ad Acham meretricem uxorem suam alendos educãdósque attulit. Sunt tamen qui dicant, quum expositi uagientes iacerent, primum à quadam nescio lupa collectos, & primas eius suxisse mãmas, meretrices enim lupas uocare consueuerant, unde & earum loca lupanaria dicuntur. Vtrum tamen à lupa bestia, uel à meretrice fuerint lactati, uariæ sunt opiniones. Veruntamen adhuc per urbem antiquæ cernuntur picturæ, quibus uidentur à lupa bestia fuisse lactatos. Quũ autem adoleuissent, non parua pastorum & Latinorum manu collecta, Amulium patruum regem interfecerunt, & Numitorem autm in regnum restituerunt.

Manahẽ Gadi filius, quintusdecimus Israëlitarum rex, Oziæ trigesimo regis anno, regnum per seditionem occupans, regnauit in Samaria annis.10. Vir certe seditiosus & tyrãnidis auctor, qui in uita nil omnino admisit, quod ad honorem dei pertinere uideretur. Sed ut sacra quarti Reg. libri habet historia, in peccatis & luxuriis Hieroboã filii Nabath ambulauit. Hic itaque regno in pace adepto, ingẽtem exercitum statim comparauit, & in Thapsam urbem hostili animo ascendit, ubi primum omnia circũquaq; depopulans, etiam agros igne ferróque uastauit, & cum Thapsenses ei aperire nollent, ut ciuitatem capiens prægnantes scidit, & uniuersos cecidit, ac sic ingentem cædem egit. Hic etiam, ut Hebræi tradunt, Phul Assyriorum regi uitulos aureos, qui erant in Bethel Dan pro munere trãsmittere spopondit, sed sacerdotes æneos similes conflatiles ei transmittere fecere, fraudéq; à principibus Assyriorum postea deprehensa, eorum reges quàm plurimum in Israëlitas exardescere cœperũt, post hæc Manahẽ defunctus, in Samaria sepultus est. Reliqua uero eius gesta, prima scilicet & nouissima scripta sunt in quarto Regum.15. 4405 | 794

Sosaramus secundus Medorum rex, anno.4. & trigesimo regni Oziæ, Medorum rex factus, regnauit annis.30.

Thelestes Corinthiorũ.11.rex & ipse eodem anno regnũ suscipiẽs, regnauit annis.12. 4409 | 790

Psammus Egyptiorum rex, eo ipso anno regnans præfuit annis.10.

Cenus.2. Macedonum rex.40.regni Oziæ anno Macedonum regnum accipiens, regnauit annis.12. 4413 | 786

Phacea Manahe regis filius sextusdecimus Israëlitarum rex.40.anno regni Oziæ, paternum regnum suscipiens, regnauit in Samaria annis decem, sed secundum Hebræos tantummodo annis duobus. Hic quoque paternam crudelitatem sequens in uiis Hieroboam filii Nabath ambulauit, & pessimus fuit coram domino, contra quem (ut quartus Regum habet liber) Phaceas millenarius filius Romeliæ cõiurauit, & dolo cum quinquaginta uiris amicis suis in conuiuio peremit, ut patet.4. Reg.15.

Bobochorus Aegyptiorum rex, quarto & quadragesimo regni Oziæ anno, in Dynastia uigesimaquarta Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis.43. uir certe bellator, iustúsque ac prudens, quibus ex rebus maris imperiũ primus post Phœnices Aegyptiis obtinuit, quibúsque & iura ac leges dedit, sub quo, ut Euse. habet, agnus in regno locutus est. 4417 | 782

Antomenes duodecimus Corinthiorum rex Thelestis regis filius, anno sexto & quadragesimo regni Oziæ ultimo loco, Corinthiis regnare cœpit, & tantummodo uno anno regnauit, de quo nil me legisse memini. Sed eo mortuo Corinthiorum respublica per annuos magistratus gubernari cœpta est. Regnatúmque itaque est in Corintho, sub regibus duodecim, 4419 | 780

duodecim,annis.323.quorum etiam nomina & tempora epilogando hic repetimus.

Corinthiorum regum epilogus.

Aletes.1.	annos.35.Bachis.5.	annos.35.Egemon.9.	annos.16.
Ixion.2.	annos.37.Agelas.6.	annos.30.Alexander.10.	annos.25.
Agesilaus.3.	annos.37.Eudemus.7.	annos.35.Thelestes.11.	annos.12.
Prymmas.4.	annos.35.Aristomedes.8.	annos.35.Antomenes.12.	annos.1.

779 4420 Eschylus Atheniensium iudex.47.regni Oziæ anno, apud Athenięses magistratum sumens,imperauit annis uigintiduobus.Cuius secundo anno secundum Eusebium & Isydorum prima olympias instituta est.

Lydorum regni principium.

778 4421 Ardisius,siue Ardis quidam Græcus uir genere & animi magnitudine insignis,octauo & quadragesimo regni Oziæ anno Lydis primus regnare cœpit, & regnauit, Eusebio teste,annis uigintisex. De cuius gestis autenticum nihil inuenire potui.

Lydia uero minoris Asiæ regio fuit, quam in partem nūc Moream appellare dicimus. Et ut Plinio placet lib.scilicet quinto Naturalis historiæ,prius Meonia dicebatur, de qua dictum est,sed postea à Lydo Athis regis filio,fratréque Tyrrhi Lydia dicta fuit.Qui duo fratres cum propter regni breuitatem se simul ferre non possent, Tyrrhenus forte discedens in Italiam uenit, eámque partem quæ ad mare inferum uersa est,tenuit, quam etiam Tyrrhenum à se nominauit,Lydus uero illic remanens,Meoniam à se Lydiam uocauit. In qua fuerunt urbes Ephesus, Colophon, Clazomene & Phocea. Id tamen regnum haud multum insigne fuit,quod postea à Persis sub Crœso rege, qui Chaldæis cōtra Persas auxilium tulit,subuersum fuit.

774 4425 Olympias prima apud Græcos quinquagesimo regni Oziæ anno, ut Eusebio & Isydoro in quinto Ety.lib.cap.x.placet,ex agone gymnico instituta est.Hercules enim ut præmissum est octauo Iair iudicis Israël anno Olympiam, quū Agonem apud Græcos ad honorem Iouis in Olympo monte primus instituit,quod de quinquennio in quinquennium (quatuor in medio annis expletis fieri uoluit)à quo usque in tempus præsens, supputantur anni quadringenti triginta. Græci autē quinquēnale certamen celebrare assueti,etiam quatuor annuos principes in ludo & certamine illo constituentes, tempus illud quatuor annorum Olympiadem appellauerunt , quadriēnio scilicet in una olympiade supputato. Hæ nāque festiuitates & ludi in quinquennio semelfiebant, ne si ulterius protraherentur, obliuioni darentur,aut si citra fierent,expensarū nimietas grauaret. Olympias igitur quatuor plenos continebat annos. Et quidem sub centesima nonagesima tertia olympiade, ut Martyrologium habet, Iesus Christus dominus noster nasci uoluit, ex qua fiūt anni septingenti septuagintaquatuor, Beda tamen & Aphricanus dicunt olympiadem primam anno primo Ioathan regis Iuda post annos quadringentosfex Troianæ cladis ab Elidensibus,id est, Græcis fuisse institutam.

Spartanorum origo.

Spartanorum genus & ipsum tempestate hac, hoc est quinquagesimo regni Oziæ anno, Alcumene Lacedæmoniorum rege mortuo,eorúmque regno consumpto, hoc modo principium habuisse, Iustinus in.3. Epi. suorum refert. Lacedæmones contra Vesanos decennale bellum sumpsere, qui post aliquot annos querelis uxorū, quas ut uirgines eorum cum iuuenibus domi relictis promiscue concūberent, arbitrantes per hoc sobolem maturiorem prouenire,si singulæ mulieres plures experirentur uiros,ex quibus genitos ob notam materni pudoris Spartanos uocauerunt. Qui quum trigesimum postea attigissent annum,inopiæ metu ueriti,quum nullum certum cognoscerent patrem, duce Phalanco Arasii filio,matribus insalutatis,per uarios casus acti,tandem Italiam deuenerunt,ubi expulsis ueteribus incolis,sedem apud Tarentum posuerūt. Quorum postmodū amicitiam Aegyptii reges ac Iudæi summopere quæsierunt,ut libri Machabe. testātur. Iosephus autem historicus , de Spartanis in quarto Antiquitatum libro aliter sentit , & quidem rectius. Dicit enim eos ex Abraham filiis originem habuisse , & propterea semper eisdem amātissimos fuisse.

Ioathã 4426 773

IOathan Oziæ regis filius tertiusdecimus Iuda.303.regni Dauid anno, in Hierusalem regnare cœpit, & regnauit annis sexdecim. Hic cum regnare cœpisset, uigintiquinque annorum ætatem habebat, optimus quidem filius, ex bono patre natus, nihil prætermisit, quod ad bonũ principem pertinere uideretur, hoc uno duntaxat excepto, quòd nec ipse excelsa abstulit. Verũ cætera iustè & integrè ex animi sui sententia bene quidem à natura, deique dono instituti, semper gubernauit, & dei templum quoad uixit frequentauit. Quibus ex uirtutibus & dei auxilio propriũ auxit regnum, Amonitas quàm maximè bello uincens, & ad exornãdam ciuitatem Hierusalem animum adiecit, & post innumera præclarè gesta, porticum etiam in templo ac portã domus domini superbissimã ædificauit, quam sicut in Actibus apostolorum legitur, Speciosam nuncupauit, quæ in euersione tantæ urbis à Chaldæis facta, dei nutu sola remãsit. Muros quoque urbis uetustate collapsos restituit, & turres proceres & fortissimas ædificauit. Quibus gestis factum est, ut omnibus hostibus terribilis esset atque formidabilis, suis uero præcipuè fœlix. Tãdem magna cum laude defunctus in ciuitate Dauid cum patribus suis sepelitur, relicto post se Achaz filio successore. Huius itaq; gesta prima & nouissima scripta habentur in quarto Regum capitulo.15. & secundo Paralipomenon.27.

Phaces, aliàs Phacea Romuliæ filius, decimusseptimus Israelitarum rex, eodem anno quo & Ioathã regnare cœpit, & regnauit in Samaria annis uiginti, uir sanè seditiosus, impius ac iniquus, qui quum millenarius esset, dominum suum in seditione interfecit, & regnum per tyrãnidem obtinuit. Quo adepto, prædecessorum suorum flagitia secutus est, & in peccatis Hieroboã cunctis diebus uitæ suæ ambulauit, propter quod dei iudicio quarto ipsius regni anno, Teglatphalassar rex in Samariam maximo conscendit impetu, ubi fusis profligatisque Iudæis, eidem obuiam factus, trans Iordanem omnia longè latèque populatus est, & duabus tribubus captis, in Assyrios inde transtulit, quæ res quidem captiuitatis initium fuit, licet & ipse tandem perfidiæ suæ meritas dedit pœnas, quia ut histo.4.Reg. libri.c.15.habet. Oseæ Hela filius per insidias eum percutiens interfecit, ut patet Ety.2.Paralipo.27.

Viri disciplinis excellentes.

Micheã Demorasthitẽ sextum duodecim prophetarũ, cohæredẽ quidem Christi, hisdẽ etiam temporibus floruisse lectio sua demonstrat, qui præter sanctitatem maximam etiam prophetiæ suæ libellum edidit, in quo contra Samariæ & Hierusalem præuaricatores, qui populum fallaci persuasione ad colenda idola impulerant, prophetat, in qua prophetia uastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem cõtra eam ponit, quia maxillam iudicis Israël percussit. Floruit autem usque ad Ezechiæ regis Iudæ tempora, attamen an unus & idem fuit cum illo, qui Achab regi Israël mortem & captiuitatem à rege Syriorum accipiendam prædixerat, ignoro, ille quidem longè ante istum fuit, & duos potius fuisse prophetas huius nominis, denique & hic Micheas propheta deficiẽs, miraculis claruit multis, & ut sanctus ab omnibus habitus, eius festum.18.calendas Februari celebratur.

Naum septimus duodecim prophetarum, qui uniuersi orbis consolator interpretatur, per hæc tempora in precio fuit, & librum prophetiæ suæ nomine suo prænotatũ scripsit, in quo increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur dicẽs. Ecce super montes euangelizantis & annunciantis pacem.

Emulius poëta Græcus per hoc ipsum tempus ob eius eloquẽtiã agnoscitur, qui postmodum inter cætera suæ uirtutis opera Bugoniam & Europiam uersibus conscripsit.

Archimus similiter Græcus poëta, & ipse temporibus his clarus fuit, qui & Aethiopicam composuit, & Iliacam uastationem metro pulcherrimo exarauit.

Cynethon Lacedæmonius poëta his temporibus floruit, & Tegloniam conscripsit, nã Teglonus aliàs Thelegonus Vlyssis filius fuit, qui patrem ipsum postea incognitũ interfecit. Ideo eius infortunium composuit.



Chaz Ioathan regis filius.14. Regum Iuda.319.regni Dauid anno.&.6. olympiade.20.ætatis suæ regnum suscipiens, regnauit in Hierusalem annis.16. uir per omnia pessimus,qui non ambulauit in uiis domini sicut pater suus,sed relicto patrum suorum deo uero,idola Samariæ coluit,ac eisdem sacrificauit,& quod detestabile plurimum erat,filios quosdam suos igni cõcremandos in sacrificium obtulit,quibus malis ita iram & indignationem dei in se populúmque suum cõcitauit,ut Rasim Syriæ regẽ & Phacea Israël cõtra Iudæos suscitauerit,qui magno exercitu cõgregato,Hierusalem ueniẽtes hostilem in modũ urbem obsederunt, & circũquaq; omnia euerterunt, quòd dum Achaz hic cum exercitu suo eisdem obsistere tentasset, ab ipsis uictus & profligatus est,& ea clades uniuerso Hierosolymorum regno quasi exitium fuit,in ea quippe pugna Zacharias eius filius cum innumerabili Iudæorũ multitudine obtruncatus fuit. Indéque,ut sacra secundi Paralipomenon libri habet historia,Phaceas Samariæ rex cum ducentis mulierum,puerorumque,ac puellarum milibus,ex Iuda & Beniamin nudos captiuos abduceret in Samariam, ei Obeth tum clarissimus dei propheta occurrit, & obiurgans eum quod contribulos suos ignominiosẽ captiuos traheret. Quibus uerbis commotus rex uniuersos comites suscepit,lauaréque eos præcepit pedes,& itineris expensas dans,omnes innoxios ad propria remisit. Rex autẽ hic Achaz hæc passus ab rege Samariæ,statim ad regem Assyriorum pro solatio belli contra eundem Samariæ regem & Syriorum ac Damascenorũ reges misit, & ab eo auxilium postulauit,cui & multas pecunias se daturum spopondit,qui Assyriorum rex in auxilium huius regionis cum multo exercitu ueniens,castra metatus est primum aduersus Syrios, & eorum regionem depopulatus est,ac Damascũ urbem eorum ui cepit. Ibíque Rasim regem occidit. Indéque in Israëlitas exercitum ducens, eorum terras nimium afflixit, & multos ipsorum captiuos abduxit. Dum hæc in Syrios agerentur,rex hic Achaz omnes templi thesauros ac regiæ domus deuehens ad retributionis gratiam Assyriorum regi obtulit, eíque gratias referens ex Damasco in Hierosolymam reuocauit, ubi tanquam stultus & à ratione alienus,postposito deo uero, Assyriorum deos denuo colere cœpit,& ad tantam infamiam cõtemptúmq; dei peruenit,ut omnino clauserit templum, & eius ornamenta auferre præceperit, atque cum ista iniuria hic mortuus est anno ætatis suæ trigesimosexto,nullo de se relicto desiderio.Cuius corpus sepultum fuit non in sepulchris regum, sicut habetur lib.4. Reg.ca.16. & secundo Paralipomenon capi.28.

752 4447 Numitor Procæ regis filius ultimus Latinorũ rex tertio regni Achaz regis anno Latinis regnare cœpit,& uno tãtum anno regnauit.Hic autem,sicut iam dictum est,è regno ab Amulio fratre iuniore proiectus,in rure priuatus consenuit. Verum homo anno à nepotibus Remo & Romulo occiso Amulio,restitutus est. Sed & Romulus hoc eodẽ anno dominandi cupiditate incensus, quo sibi & fratri uendicare posset, ipsum auum suum interfecit,quo extincto,domum reuersus regnum occupauit,& aliam urbem in locis non quidem arbitrio delectis,sed timoris necessitate oblatis,unà cum fratre cõdidit, & ibidem regni sedem,ut mox dicemus,constituit,ac sic Latinorum,seu Albanorum regum defecere nomina, ubi sub uno &.20.regibus.600.&.23.annis regnatum est, quorum & nomina & tempora epilogando recensenda esse existimo.

Latinorum Regum epilogus.

Ianus.1.		Syluius.8.	annos.29.	Tyberinus.15.	annos.8.
Saturnus.2.	isti quinq;.	Aeneas Syluius.9.	annos.31.	Agrippa.16.	annos.40.
Picus.3.	annos.200.	Latinus.10.	annos.50.	Aremulus.17.	annos.19.
Faunus.4.		Alba Syluius.11.	annos.39.	Auentinus.18.	annos.38.
Latinus.5.		Aegyptus Syluius.12.	annos.24.	Procas.19.	annos.23.
Aeneas.6.	annos.3.	Capis.13.	annos.28.	Amulius.20.	annos.44.
Ascanius.7.	annos.38.	Cerpentus.14.	annos.13.	Numitor.21.	annũ.1.

Remus Rheæ uestalis uirginis ex incognito patre filius & Romuli frater hoc anno unà cum fratre,auo suo Numitore in regno Latinorũ restituto, deinde interfecto,urbem ubi nunc est Roma sibi constituerunt ac condiderunt. Et dum uterque nouæ urbi de se nomen

nomen uellet imponere, in hac concordiam ex composito deuenerunt, ut si quis faustius sumpsisset augurium ex diuersis montibus, is nomen imponeret urbi. Ex quo secutũ fuit, ut sex uulures uideret Remus hic, & duodecim Romulus, & quum plures uidisset Romulus, Romam à se nuncupauit urbem. Remus autem postea, quia sulcum loco muri signatum, contra edictum Romuli superasset, seu aliam ob causam, à Romulo iussum fecisset, à Fabio Romuli duce Remus hic cultro pastorali occisus est. Et in eodem loco ubi futuri muri uestigium transgressus est, sepultus fuit.

Romanorum regni principium.

Romulus igitur seu Romua, ut ueteres asseruere Romani, primus Romanorũ rex uigesimoquarto supra trecentesimũ regni Dauid anno, olympiade autem septima, ætatisq; suæ anno primo & uigesimo, parricidio prius perpetrato, regnóque Latinorũ in confuso posito, pastorum nõ parua manu collecta, unà cum fratre Remo iam dicto, statim urbem paruam in solo nequaquam munito conditam, quam à se Romam nominauit, ibidem primum hoc anno regnare incipiens, teste Eusebio, regnauit annis. 38. Aderant cum eo seorsum & alia loca prius urbis ipsius ædificia de mœnibus propinqua, uidelicet Collatia Antenne, Fidene, Lauinium, Camessa, Ianiculum, & aliæ huius generis urbes, atq; alia quorundam ædificia priuata, quæ postea in unũ collecta Romam effecere magnam, hic itaque ut iam bis dictum est, unà cum Remo germano suo ex Rhea uestali uirgine à Marte, seu ut aliis placet, ab Amulio patruo suo compressa, natus est. Qui ideo Romus seu Romulus, & Remus dicti sunt, quòd rumas, id est, lupæ mammas emungere comperti sunt. Romulus autẽ hic licet turpiter natus esset, eius tamẽ indoles ut Plutarchus ait, nequaquam seruilis erat, sed quandam regiam magnitudinem ac probitatem præ se ferebat. Eminebat in eo natura facilis, & ad cõsilium, ciuilémque probitatem aptissimum ingenium, & inter communia pecorum pabula & uenationes, ea maximè cuique de se præstabat, quæ potius imperatorio uiro quàm seruo aptiora uidebantur. Et propterea contribulos suos, & quẽcũque ex finito loco natum ad se contrahebat, quia uictu & consuetudine quadam liberali præ cæteris utebatur, id in primis nequaquam ingenui hominis officium esse ratus, si ocio aut ignauia torpescere animum fineret, cursando, uenando, prædones profligando, fures capiendo, & uiolentissimis quibuscunque manus inferendo, gloriam sibi parare posse putabat. Quapropter euenit, ut ad magnum dignitatis culmen peruenerit. Amulio siquidem armis oppresso, quum multam prædam acquisisset, domum intactus rediit. Mortuo etiam auo suo Numitore, Romam unà cum fratre Remo ædificauit. Qua cõdita primum eos, quibus ætatis uigor inerat, in militares legiones distribuit, cæteram uero multitudinem populum appellauit. Centum deinde senatores creãs, eos patres dixit, ut ea nominis mansuetudine magistratus austeritatem, & priuato formidinem succideret, uoluitque ut qui ex eis nascerentur patricios dici. Quarto deinde mense post urbem cõditam, quum uideret ciuitatem noua indies incolarum frequentia conualescere, atque ob inopiam mulierum minimè duraturam, cum à uicinorum connubio depellerentur, simulauit se ludos & spectacula facturum, propter inuentam aram, concitisque plurimis ex ciuitatibus finitimis, in Sabinas uirgines iussit irruere, remissis sine iniuria patribus. Quod quidem actũ, non ut Sabinis iniuriam inferret, sed ut firmam amicitiam ex cõnubio sanciret. Sabini uero hac accepta iniuria cõfestim legatos pro redimẽdis uirginibus suis Romam misere, sed Romulus eas se nolle reddere respondit. Interea Acron Ceninẽsium rex, accerrimi animi uir, comparata plurima militum manu, bellum intulit Romulo. Cui Romulus occurrens infesto telo Acronem traiecit. Deletóque exercitu urbem eius primo impetu cepit, effecitque ex duabus ciuitatibus unum corpus, ut ex hoc deesset uoluntas, propterea euenit ut adiecta undique multitudine, statim Roma magnitudine concresceret. Post captam Ceninensium ciuitatem Sabini accitis Crustumiis, Antennatibus uicinis, contra Romanos bellum suscipiunt, quibus deuictis oppressisque, Romulus iussit ut se Romam traducerent. Reliqui uero Sabini, qui grauiter id ferentes sunt, Tatio sibi imperatore delecto, contra Romanos iterum cum exercitu erumpunt. Tandem cum diu ac uariè pugnatum esset, Sabinorũ precibus ambo duces ad percutiẽdum fœdus concesserũt.

4448 751

Quare mitigati hostes fœdus hac cōditione inter se uinxerunt, ut mulieres liberæ ab omni seruitute essent, ambóque eandem ciuitatem Romanam colerent, paritérque imperarent. Aucta igitur ciuitate illico centum alios ex Sabinis creauit senatores, & duplicauit legionum numerum, populúmque diuisit in curias, & equitum tres centurias descripsit, & alia multa fecit bellica potiusquam pacis tempora prospectantia. Anno deinde quinto Tacii imperii cum idem Tacius unà cum Romulo sacrificaret, Laurentes Tacio interfecto, Romulum illæsum remittunt, quasi ipse æquitatis & iustitiæ fautor extitisset insignis. Camerii uero paulopost aduersum Romanos impetum facientes à Romulo superantur, & sex millibus ex eis cæsis, ciuitas eorum capitur. Cūq; Romulus Fidennas cepisset, Veiētes qui res amplas in Tyrrhenia habebant, missis legatis, qui Fidennas tanquam ciuitatem sibi attinentem petierunt, qui condignū petitioni retulere respōsum. Quare indignati copias contra Romulum ducūt, sed Veiētes ab eo uicti, octo millia eo in prælio amisere. Fractis itaq; Veiētium rebus, quique fugiebant dimissis ciuitatibus suis, quas Romulus repēte inuasit. Oppidani uero ob acceptam cladem perterriti, pacem in cētum annos petierunt, qua impetrata, septima agrorum parte mulctati sunt. Pace itaque undique parta, annum primus apud Romanos in decem menses ordinauit, quorum primū à Marte patre suo Martium appellauit. Indéque multarum uictoriarum insignis, dum apud Capreas paludes ad recensendum exercitum accessisset, è mediis ciuium oculis euanuit, & nullum suæ mortis uestigium penitus reliquit.

Senatores primi. Centuriæ primæ. Annus in decē mensses diuiditur.

Vrbs Roma.

862 4437 Romam igitur urbem toto orbe celebrandam, à Romulo eius conditore sic nominatam. II. Ezechiæ regis Iuda anno, secundóq;. 8. olympiadis anno ab ipso conditam fuisse omnes affirmant. Quo tamen in loco prima huius tantæ urbis iacta fuerint fundamenta, nullibi clarè legimus, quia ea in urbe septem habentur montes, in quibus septem fuerunt ciuitates tales quales. Inter collē tamen Auentinum & Capitolium eam primo ab eodem conditam fuisse, Straboni placet. Sed alii in Palatino monte primo fundatam dixerunt, ubi & Euander primo consedit, & urbem siue palatium cōdidit. Ibi etiam Camesem Nembroth gigantis filium, post linguarū confusionem, Gothifredus Viterbiēsis historicus consedisse, & Camessam urbem ex suo nomine condidisse dicit. Ea propter & diuus pater Aug. lib. de Ciui. dei, etiam comprobans dixit, Romā ueluti alteram Babyloniam, ac ipsius Babyloniæ filiam fuisse conditam, ibidem etiam Saturnum latuisse proditum est. Cornelius uero Tacitus de ea sic inquit. Super Palatino mōte primo urbs ædificata fuit, & idcirco in eo reges primo, deinde consules, postea imperatores maiori ex parte sedem ibidem habuere. Eius autem ambitum uarium fuisse credendum est, cum & Plinius in tertio Naturalis historiæ, à principio paruum extitisse dicat, & suo tempore. 20. millia passuum continuisse. Et Flauius Vopiscus historicus scribit Aurelium imperatorem ambitum urbis ad. 30. passuum millia ampliasse, uerum cum sæpe diruta fuerit, de singulis eius locis scribere impossibile uidetur. Cuius urbis magnificentiam splēdorémque ac ornatum cum infiniti sit operis, & multorum defatigarint ingenia, etiam hoc in loco ad scribēdum idoneum me non satis inuenio. Sed si quis eius potentiam immensósque apparatus aliqua ex parte scire uoluerit, uideat cauernas, fornices, fundamenta, sub uineis, sub ecclesiis, sub multorum ciuium domibus, in multis tum foris, tum in urbe locis, uidebit certè grādes ruinas, quæ sūt per uias portæ Aureliæ, Latinæ, Flāmineæ, Appiæq;: uidimus nāq; & nos aliquando pauimenta uermiculata mira pulchritudine insignita, uidentúrque & piscinæ ferarum uel claustra, ex his certè conicere poterit, qualia olim eius fuerint ædificia præclara, quanta insuper fuerit Romani populi potentia, ubi & penè totius orbis fuerunt redactæ diuitiæ. Cuius nimirum urbis ciues dictatores, imperatores, consules adeò fuerunt potentes, ut in ea amplissimas domos, atq; extra complures uillas sumptuosissimè paratas haberēt, cum etiam liberti magnificis ædibus fuerint adornati. Verum nec tunc quidem diues apud Romanos habebatur, qui exercitum non poterat ex propiis alere sumptibus, prout. M. Crassus aluit. Præterea ut hoc etiam ad Romanorū potentiam addam. Quis inquam in Italia princeps tam potens uisus sit, & tanta præditus est supellectili,

lectili, ut Lucullus, quem Cicero Xerxem appellat, qui ad.25.hominum millia honorifice suscipere poterat. Nec tamen Lucullus solus ea in urbe diues habebatur, cum etiam uiginti ciuium millia & eo amplius in ea essent, qui cum Lucullo de omni diuitiarum splendore apparatuque sine iniuria contendere potuissent. Attulit insuper hæc imperiosissima ciuitas innumerabiles uiros, cum rei militaris peritia, tum omni uirtutum genere ac scientia præclaros, quos quidem enumerare operosissimum & quasi impossibile esset. Verum aliquos etiam hoc in loco afferre non indignum putamus, & ut à militaribus incipiamus, & Pyrrum genuit dictatorem qui de Samnitibus triumphauit, Q. Fabium qui de Gallis Hetruscisque, Scipionem Africanum, qui de Afris, M. Catonem qui de Hispanis, L. Quintiũ, qui de Lacedæmoniis, L. Cornelium qui de Bois, M. Fuluiũ qui de Gotthis, C. Manilium qui de Gallis Asiam incolentibus, P. Aemilium, qui de Persis, C. Pompeium, qui de Mitridate aliisque cõplurimis regulis, ac. C. Cæsarem, qui de Gallis, Hispanis, Germanis, Alexandrinis, Ponticis, & Africanis triumphum gessit pulcherrimum. Fuere & alii imperatores inuictissimi, de quibus omnibus infrà suis locis explicabimus, ad literatos autem descendendum est, è quibus præcipuos habuit, M. Catonem, M. Varronem, Ciceronem, Nigidium Figulũ, Scipionem consulẽ, Panecium, Simachũ patriciũ, Boëtiũ philosophũ, Salustium historicum, Plautum comicum, Tibullum & Aratonem, Dyaconum poëtas. Et ut etiam de nostris loquamur, infiniti propè sanctissimi atq; doctissimi ex ea prodierũt præsules, è quibus duo doctrina & sanctimonia insigniores fuere, uidelicet, Ambrosius Mediolanensis archiepiscopus, & Greg. magnus ambo sanctissimi, amboque ecclesiæ sanctæ doctores præcipui. Octuaginta & eo amplius ex ea etiam emersere summi pontifices uiri doctissimi, de quibus infrà tractabitur. Hæc ipsa ciuitas.30.quoque habuit portas, quarum prima Flumentana, postea Flaminea, nunc autem populi porta, secunda Collatina, tertia nunc Salaria dicta, antiquitus Quirinalis dicebatur, quarta Numẽtana, nunc sanctæ Agnetis, quinta Exquilina, nunc sancti Laurentii porta, sexta dicebatur Neuia, septima quæ à priscis Asinaria dicebatur, nunc sancti Ioannis, octaua quæ in loco abdito nunc clausa cernitur Gabiusa fuit, nona Neuia nunc maior porta dicitur, decima & cæ. Aliæ quoq; fuerunt portæ, quæ ubi sitæ fuerint nũc ignoratur, quarum nomina hæc fuere, uidelicet Carmentalis Pandana, Mugonia, Querquetulana, Ianerualis, Rudusculana, Rhutumena, Carthularia, & Triumphalis omnium celeberrima. Fuerunt & sex Leoninæ extantes portæ. Habuitque (ut diximus) Roma septem montes siue potius colles, & in capitolio fuerunt ædificia toto orbe celeberrima, & potissimum Iouis templum uulgatissimum, Iunonis ædes, atque alia innumera, ubi omnium simulachra deorum constituta erant. Denique ut ad compendium ueniam, quanta fuerit Roma ipsa sua ruina docet.

Osee — Prophetæ domini omnes his tẽporibus dum conderetur Roma quàm
Ioel — maximè floruere, quos ideo dominus tempestate ista erumpere uoluit, ut
Amos — queadmodum primo Assyriorum regni tempore Abraham extitit, cui sci
Ionas — licet apertè promissiones fiebant, quod de eius semine omnium gentium
Abdas — benedictio esset nascitura, ita & in exordio Romanæ urbis, qua imperante
Naum — Christus dominus noster erat uenturus, in quo implerentur illa promissa
Esaias — oracula prophetarum, non solum loquentiũ, sed etiam scibentium, in tan-
Obeth — tæ rei futuræ testimonio soluerentur. Cum enim prophetæ (ut diuus pater

Augu. refert) & postquam reges esse cœperunt, populo nũquam defuerint, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium. Quando autem ea scriptura prophetica manifestius probabatur, quæ gentibus etiam aliquando prodesset, tunc incipere oportebat, quando hæc ciuitas condebatur, quæ gentibus imperaret, cum etiam in filiis Abrahæ gentium populus esse noscatur.

Captiuitas decem tribuum Iudæorum.

Osee Hela filius, ultimus Israëlitarum, duodecimo Achaz regni anno, per tyrannidem regno occupato, regnauit in Samaria an.9. hic & si dei contemptor fuerit, & in peccatis regum Israël ambulauerit, & gentium idola adorauerit, eisque in contemptum dei Israël immolauerit, ut sacra quarti Regum libri habet historia, inter malos tamen reges omnino 4453 746
censendus

censendus non est, quia nec auaritia aut sæuitia rempu. ostendit. Verum cum ipsius præteritorúmque regum peccata coram deo inereuissent, eorum regnum de sub cœlo dominus exterminare discernens, Salmanasar Assyriorum regem aduersus eum suscitauit, qui magno milite in regnum ipso conducto, uniuersum maximis attriuit cladibus, captáque Samaria, cum utiq; hic deum non haberet propitiũ nec adiutorem, eum Salmanasar comprehendit & uinctũ abduxit, & uniuersa eius bona diripuit, & sibi subditum fecit. Verum postea multa pecunia redemptus, & eidem tributarius factus, in regnum redire permisit. Sed post aliquod tempus, cum Salmanasar prædictus rex didicisset, quod Osee latenter misisset ad Susam regem Aegyptiorum petens solatia, contra eum iratus uehementer, rursus cum grandi exercitu Samariam conscendit, quã & tribus annis durissimé obsedit, nonóque regni sui illam cepit, & regem cum toto populo in seruitutem rapuit, ac illum in Mediam & Persidem transmigrauit, illos quoque ultra montes Caspios iuxta fluuium Gozaim habitare fecit, ac sic cum decem tribubus Israël legitima quæque domini dei sui & patrum suorum abiecissent, dominus à facie sua eos abiecit, & quum uané egissent, ad nihilum redacti sunt. Translatio itaque Israël de terra sua à rege Salmanasar, alias gentes, ex quodam loco nomine Antiqui ex flumine Persico ita uocantur, in Samaria & in Israëlitica regione constituit, qui quum ibidem habitare cœpissent, non sapientes quæ dei sunt, dominus statim inter eos leones ferocissimos suscitauit, qui unũquẽque lacerabant. Quæ res quum regi Salmanasar renunciatæ fuissent, supplicarunt ut sacerdotes eis ex captiuis Israëlitarum, quos abduxerat, destinare dignaretur. Quo mittente sacerdotes leges & dei culturam eos edocuerunt. Et quum cœpissent deum in summa deuotione uenerari, leonum pestilentia repente cessauit. At illi propter hoc Iudaicæ legis æmulatores effecti, Samaritæ nũcupati sunt, quod Latina lingua custodes exprimũtur, eo quód Iudæam suo habitatore uacuatam custodierint. Ac si Israëlitarum regnum ab Assyriis consumptũ est, ubi post seditionem factam circa nepotem Dauid Roboã, ab Hieroboam eius seruo, quem fecerant regem, regnatum est annis.258.sub regibus.18. quorum nomina & tempora sub epilogo hic recensentur.

Israëlitarum regum epilogus.

Hieroboam primus	annos.22.	Ochozias.7.	annos.2.	Zacharias.13.	an.6.
Nadab.2.	annos.2.	Ioram.8.	annos.12.	Sellum.14.	dies.3.
Baasa.3.	annos.24.	Iehu.9.	annos.28.	Manahen.15.	an.10.
Hela.4.	annos.2.	Ioachab.10.	annos.14.	Phaceas.16.	an.10.
Ambri.5.	annos.12.	Ioas.11.	annos.16.	Phacee.17.	an.20.
Achab.6.	annos.22.	Hieroboam.12.	annos.41.	Osee.18.	an.9.

742 4458 Aliactes secundus Lydorum rex, quintodecimo regni Achaz anno, Lydis regnare cœpit, & regnauit annis.14.

741 4457 EZechias Achaz regis filius, quintusdecimus regum Iuda.335. regni Dauid anno, secundo nonæ olympiadis regnare cœpit, & regnauit in Hierusalem annis.28. optimus sané uir de pessimo patre natus, qui confestim intermissa sacrificia restituit, idoláque destruxit, & urbem semidirutam restituit atque muniuit. Fuit quippe tãto regno dignus, qui ut sacra eius habet historia, sapientia, prudentia, consilio plurimum ualebat, ac ita manu promptus, ut nemo ueteranorum eo pugnatior fuerit. Vnde de eo capitulo decimooctauo quarti libri Regum dicitur, quód post eum non fuit similis de cunctis regibus Iuda. Sed neque in his qui ante eum fuerunt, adhæsit enim domino omnibus diebus uitæ suæ, & ab eius uestigiis non recessit. Fecit enim mandata, quæ dominus præceperat Moysi. Et propterea quum dominus esset cum eo in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se habebat. Ea quippe domini gratia confisus, Assyriorum regi rebellauit, nec ei seruire uoluit, ac uniuersos Palestinos debellauit, & eorum ditionem sibi armis uendicauit. Quo audito Senacherib Assyriorum rex, capta Samaria, & filiis Israël in Assyrios translatis, ascendit, qui ob Ezechias.

astutiam & ingenii sui ferocitatem omnibus arma intentabat, & sua potentia elatus, per Rapsacem seruum suum, manum cõtra populū Iuda sustulit, & uerbis impurissimis deum Israël blasphemauit. Quæ quum Ezechias hic audiuisset, confestim uestimenta sua scidit, & opertus sacco domū dei sui introiuit, ac unà cum Esaia propheta uiro sanctissimo dominum exorauit, ut aspicere dignaretur uerba exprobrantis Senacherib. Illo siquidem orante, deus exaudiens maximā plagam sequenti nocte misit in blasphemum, quia angelus domini percussit ex castris eius. 185. milia uirorum. Quod quum rex diluculo surrexisset, & mortuorum suorū corpora conspexisset, timore perterritus obsidionem soluit, & in Niniuen fugit. Et dum modicum tempus ibidem commoratus fuisset, dolo à senioribus filiis Adramelech & Salnstro in templo Nesrach peremptus est. Ezechias autem inopinabiliter à terroribus liberatus, quum gratificas hostias non persoluisset, graui morbo percussus, in languorem mortis decidit. Cui Esaias in uoce domini dixit. Dispone domui tuæ, quia pro hac noxa morieris, & non uiues. Dúmque nimis pro hac re se affligeret, rogauit dominum, ut ei ignoscere dignaretur, ac paruo tempore ei uitam cõcederet, donec filios haberet, ad cuius orationē cõmotus dominus, pepercit homini, & diebus suis quindecim annos adiecit, & cunctis diebus uitæ suæ ab Assyriorum bellis ipsum liberum fecit. In cuius rei signum, dies decem gradibus retro reuersus est. Rex uero Babyloniorum audiens eum ægrotasse, eidem confestim uisitationis gratia legatos cū muneribus misit, quorum aduentu mirum in modum (& fortassis plus debito) lætatus est Ezechias. Eósque libenter excipiens, lautè, splendidéque nimium fouit, & thesauros eis ostendit, ac armorum instructionem, & alia omnia quæ in auro & gemmis habebat, ostendit, & multis muneribus donatos eos dimisit. Quæ res quum displicuisset domino, misit ad eum statim Esaiam prophetam dicēs, scito (inquit) quòd non post multum tempus ad Babyloniam filios tuos & diuitias tuas fore transmigrandas, insuper & nepotes tuos eunuchos esse faciēdos, & regi Babyloniorum seruituros. Quo audito dixit Ezechias. Bonus est sermo domini, fiat tamen pax in diebus meis. Ezechias itaque ab externo hoste securus factus, ad exornandam Hierusalem tãtum animum adiecit, ubi & mirificè ac splendidè multis in locis ædificauit, & multos aquæductus in eam introduxit, ac piscinas celebres extruxit. Eius denique uita omni ex parte laudata, anno uitæ suæ. 54. moritur, & apud arcem Sion, magno sui desiderio apud omnes relicto, sepelitur. Cuius quidem gesta prima ac nouissima historia quarti Reg. lib. capitulo decimonono & uigesimo continet, ac ipsa eadem secundus Paralipo. lib. ca. 29. 30. 31. ac. 32. commemorat.

Ciuitas Syracusana.

Syracusana ciuitas cõditur. Syracusanam Siciliæ insulæ urbem celebrem diuæ Luciæ uirginis & martyris patriam atque sepulchrum, per hoc idem tempus sub Pachino promontorio à quodam Corinthio nomine Archio conditam fuisse Euse. noster Cæsariensis contestatus est. Hæc ut Strabo inquit, à principio tum agri fertilitate, tum portus commoditate, non paruum incrementum habuit. Quam etiam Cicero in sexto Verrinarū descripsit, & Florus de Syracusis breuiter scribens, sic inquit. Illis triplex murus totidémque arces, marmoreus portus, fons celebratus Aretusæ, quæ hactenus eis profuere, ut pulchritudini uictæ urbis parceretur. Hanc Carthaginenses aliique tyranni durissimo quodam affecerūt iugo. Sed quum etiam Pompeius eam deuastasset, ab Augusto Cæsare postmodum instaurata fuit. Hinc multi insignes prodière uiri, in quibus Stephanus tertius summus pontifex unus fuit, uir sanè sanctitate scientiáque atque iustitia eminentissimus. Atque alii plures literatissimi uiri.

Cathaniam eiusdem insulæ urbem Agathæ sanctissimæ patriā atq; sepulchrum à Naxis iuxta etiam montem, per hæc tempora conditā fuisse, Eusebius noster affirmat. Naxos à qua insula Naxos nomen accepit, hac ipsa tempestate non procul à Sicilia insula condita fuit, cuius insulæ ager, ut Virg. placet, uini potissimum feracissimus est. Vnde & idem poëta in. 3. Aenidos ait.

Bacchatam iugis Naxon.

Scabon genere Aethiops Aegyptiorum rex, quinto Ezechiæ regni anno in. 25. Dynastia 4462 737

stia Aegyptiis regnare cœpit,& regnauit annis.12.Qui contra Bochorū alium Aegyptiorum regem,dira gerens certamina,tandem uicit, quo superato & interfecto,regnū omne sibi desumpsit,& loco eius regnauit.

736 4463 Perdica quartus Macedonum rex,& ipse sexto regni Ezechiæ anno Macedonibus regnare cœpit,& regnauit annis.15.

729 4470 Meles tertius Lydorū rex tertiodecimo regni Ezechiæ regis anno,Lydis regnare cœpit,& regnauit annis.12.

722 4477 Cardiceas quartus Medorū rex uigesimo regni Ezechiæ anno,Medis regnare cœpit, & regnauit annis.13.

716 4483 Candaules quartus Lydorum rex , hoc anno qui est quintus & uigesimus regni Ezechiæ annus,Lydis regnare cœpit,& regnauit annis.17.Vir quidem ignauus & libidini plurimum deditus,qui nil egregium de se reliquit. Huic quum esset uxor elegantissimæ formæ mulier,ut Iustinus in primo Epito.habet,eius pulchritudinē omnibus prædicare consueuerat, non contentúsque uoluptatum suarum tacita conscientia , nisi etiam matrimonii secreta publicaret,ad extremum ut assertioni suæ fidem faceret, nudam illam aliquando sodali suo gigni ostendit. Quo facto & amicum in adulteriis solicitauit, & hostem sibi illum constituit, & uxorem ueluti tradito alii amore à se alienauit . Porróque breui post tempore,cædes Candauli nuptiarum præmium fuit,uxor mariti sanguine dotata, regnum uiri & se pariter adultero tradidit.

714 4485 Numa Pompilius secundus Romanorū rex.27.regni Ezechiæ anno,id est,secūdo sextædecimæ olympiadis,post Romulum regnare cœpit,& regnauit annis.41. Verū mortuo Romulo,centum senatores rempublicam aliquandiu rexere, ita ut quilibet eorum quinos regnaret dies, quod per annum ferè & dimidium durauit, quod quidem tempus interregnum nominatur, & Numæ regno applicatur. Mortuo namque Romulo inter Ro. & Sabinos de creando rege altercatio non minima esse cœpit . Tandem in Numam hunc à Pomponio spectato uiro natum,unanimiter conuenerunt.Qui ut Plutarchus ait,cum esset ingenio ad omnem uirtutem accommodatus,seipsum magis per disciplinam laborémq; ac philosophiam coluit,non ad detestādas perturbationes modo, sed & laudatam quoque inter barbaros uim & habendi cupiditatem à se amoueret . Hic itaque à domo delitias simul ac magnificos apparatus pellens,& omnibus se cum ciuibus, tum peregrinis integerrimum iudicem & consultorem præstabat . Per ocium autem non ad uoluptates ac delitias,non ad quæstus, sed ad deorum immortalium cultum,& ad ipsorum naturam, quantum ratione poterat,cognoscendam, semetipso utens,magnum adeò nomen adeptus est, ut Tatius ex unica Tatia filia sibi generum fecerit,neq; is eo connubio elatus,migrauit ad socerum,sed patrem seniorem fouens in Sabinis mansit. Qui etiam deserens urbis consilia in agris frequentius morabatur, solúsque ibidem libenter peragrabat , & in deorum lucis & desertis locis uitam degebat. Anno igitur quadragesimo ætatis suæ,quum legati uenissent pro eo rege assumendo, ipsóque non acquiescente ac dicente, quòd omnis uitæ humanæ mutatio sit periculosa, tandem instantibus legatis atq; rogantibus, ne populus iterum in seditionem ueniret,regnum lacessitus suscepit.Eóque suscepto,cōfestim populum elatum, aspérumque ad pacem & ad religionem traduxit. Mox quoq; prohibuit Romanos imaginem dei existimare speciem hominis,aut animalis habere formam. Vnde nec fuit
apud eos picta neque ficta dei species , ac si nephas esset deterioribus meliora assimilare, Docu-
quum neque aliter quàm intelligentia percipi deus possit. Mutauit quippe mensium or- mentū
dines & Martiū,quē Romulus primū fecerat,tertiū posuit,incipiens à Ianuario,qui.11.erat,duodecimus uero Februarius. optimū
Et quū annus.300.&.60.cōtineret dies,instituit ut.300. de deo
ac.65.haberet. Multi tamen sunt qui Ianuariū ac Februariū à Numa additos dicāt,quum Annū
ante decem tātū essent menses. Ouidius.Sed Numa nec Janū,nec auitas præterit umbras, in.12.
Mensibus antiquis præposuítque duos. Huius tempore neq; bellum neq; seditio, neq; tumultus in repu.fuisse traditur, menses
sed neque aduersus eum ullæ inimicitiæ uel inuidia, seu ob regnādi cupiditatē insidiæ,uirorúmue cōspiratio. distin-
Obiitq; deniq; octogenarius leui morbo.Cuius gloriam regum posteriorū calamitates illustriorem fecere.Nam quum quinque xit.

post illũ regnauerunt reges,postremus ex imperio decidens,in exilio consenuit, e reliquis uero quatuor nemo naturali morte defunctus est.

Assyriorum regni finis.

Assaradon aliàs Assaracodas iunior filiorum Senacherib,tempestate hac,patre in templo à senioribus filiis obtruncato,& parricidis in Armeniam effugatis,in regnum successit. Quo suscepto confestim in Samariam colonias deduxit. Cuius tempore Merodach Chaldæorum rex,ab Assyriorum monarchia penitus defecit. Quamobrem & Assyriorum regnum ita debilitatum est,ut de eo deinceps nullum omnino extiterit monumentum.

Chaldæorum regni principium.

Merodach igitur Chaldæum per hoc tempus in Babylone regnasse constat, quantum autem regnauerit nec dum compertum est. Qui & ab Assyriis deficiens Chaldæorum regnum sibi constituit. Sic quoque & Medorum rex fecerat, hic ipse Merodach fuit qui Ezechiæ ægrotanti legatos uisitationis gratia cum muneribus misit, ut patet quarto Regum cap.20.

Chaldæa itaque (ut iam semel dictum est) Asiæ maioris regio est, Arabiæ contermina, longè plana,sed fontium quàm maximè indigua,in qua Babylon maxima ciuitas regni caput erat. Ex hac nãque regione Zigari populi exierunt, qui tempestate nostra cum liberis & uxoribus omnem pene peruagantur Europam, qui quum fures subtilissimi sint, in oppidis permanere nisi tres tantum dies permittũtur. Hos Veneti nostri ab omni suo excluserunt regno,tum maximè propter furta,tum etiam propter explorationes,quibus suspecti habentur. Nos ipsorum quẽdam aliquando sciscitati fuimus,qua nam ex patria esset, respondit se Chaldæum cum omnibus suis esse, linguáque Chaldæa eos uti semper consueuisse.

Zigari populi.

Thobias Iudæus propheta sanctissimus ex tribu & ciuitate Neptalim oriundus mitissimi ingenii uir, miræque suauitatis,ac omnis gratiæ spiritualis præstans, qui superioribus annis à Salmanasar Assyriorum rege in captiuitatem abductus fuerat,tempestate hac pietate ac religione insignis habitus est. Hic quum apud Niniuen cõstitutus, præceptorum patrum suorum non immemor,ægros uisitaret,eósque ad patientiam quàm maximè hortaretur,& indigentibus eleemosynas præberet,desperatos quoque consolaretur,atque errantes ad ueritatis uiam prædicationibus & admonitionibus deducere niteretur,cæcitatis plaga tentatus est, pro qua etiam omnem eius deperdidit substantiã, ac omnium pauperrimus euasit,cuius patientiam quum dominus diu cognouisset, statim Raphaëlem angelum ad eum misit, qui eidem uisum restituit, substantiamque omnem in decuplum multiplicauit,ac cæteris Iudæis omnibus in rebus eum antetulit. Et quum in eo statu usque ad annos duos & centum uixisset, cõfectus senectute bona,primo interitum Niniues,ac instaurationem Hierusalem,& templi domini,ac Christi domini nostri aduentum prædicẽs, spiritum domino reddidit. Quo mortuo collachrymãtibus Thobia filio ac nepotibus omnibus, in Niniue sepelitur,ut eius sacra habet historia, quæ ab omnibus summa cum uoluptate & deuotione legi & audiri consueuit.

Viri disciplinis excellentes.

Thaletem Milesium è septem Græciæ sapientibus primum, his temporibus floruisse diuus pater Augu.lib.17.de Ciuitate dei cap.24.dicit,hic ex Thasidarum familia,patre Examio,matre Cleobolina natus fuit,qui Phœnicum nobilissimi fuerũt, & à Cadmo Agenore originem duxerunt. Hic itaque adultus factus, post reipu.negocia ad rerum naturam contemplandam,ut Isydorus in.11.Ethic.capi.3.scribit,se transtulit, & ut Cicero de Natura deorum ait, primus de natura rerum disputauit. Quãuis ut Laërtius scribit, nullum ingenii reliquerit monumentum. Callimachus autem dicit hunc fuisse inuentorem minoris ursæ,ac stellas notasse,quibus Phœnices nauigant,putántque plærique hunc primum Astrologiæ secreta rimatum, solísque defectus ac conuersiones prædixisse,sunt etiam qui affirment illum primo immortales animos dixisse. Hic præterea ab Aegyptiis Geometriæ præcepta suscepit,& quum esset cœlo astrísque familiarissimus,dixit aquam primum fuisse rerum omnium causam, eámque in se diuinam habere mentem,& omnia producẽtem.

Et Rhodio (ut diuus refert Hierony.) ostendit philosophum posse ditari si uellet, quum olei penuriam præuidisset. Obiit deniq;.78.ætatis suæ anno, quum gymnicum certamen spectaret, æstu scilicet ac siti defatigatus. Cuius inter cætera præclara hæc ab eo dicta referuntur, sicut Laertius ait. Antiquissimũ entium est deus, ingẽitum etenim, optimum entium est mundus, nam opus dei est. Maximum entium est locus, omnia nãque capit. Velocissimum entium est intellectus, passim etenim currit. Validissimum entium est necessitas, dominatur enim cunctis. Prudentissimum entium est tempus, adinuenit enim omnia. Sentẽtiæ notabiles.

Solon philosophus é septem sapientibus Græciæ secundus, patria Atheniensis, siue Salaminus, his temporibus Gellio teste lib. scilicet. 14. Noctium Atticarum, Athenis floruit, & ibi leges multas atq; optimas instituit, quas sicut Valerius libro de Ingratis ait, si Athenienses perpetuó seruare uoluissent, sempiternum habituri fuissent imperium. Constat nãque ut Laërtius scribit, ipsum leges & conciones scripsisse, & in semetipsum monita elegia, qui quum hominum omnium ac oraculi iudicio sapientissimus haberetur, uino indulsisse fertur. De Solone autem isto Plato in Thimæo, & Aristoteles in.2. Politicorum multa scripsere. Tandem in Cypro insula obiit, octogesimo ætatis suæ anno, quum mandasset suis ut ossa sua Salaminã transferrent, atq; ea in cinerem dissoluta per omnem prouinciam disseminarent, sed eius iussis obtemperatum non fuit, quum ipsius sepulchro tale epigramma inscriptum sit. Qua dudum rabidas Medorum protulit iras Legiferum Solonẽ pulchra tenet Salamis. Ex sententiis autem eius plurimis hanc solam hic habeamus. Satietatem ex diuitiis nasci, & ex facietate contumelias gigni: quæ non posuisti non tollas: mentiri noli &c. Epitaphium. Sẽtẽtia pulchra.

Chilon philosophus patria Lacedæmonius tertius é septem sapiẽtibus, & ipse per hæc quoque tempora, teste Augu. ubi suprà, apud Atheniẽses in precio fuit. Qui ob eius profundissimam sapientiam inter cæteros breuiloquus dictus est. Vnde & Aristagoras hunc dicendi modum seu morem postea Chilonicum uocauit. Multa enim notabilia in ducentis carminibus, ut Laërtius testatur, scripsit, quorum hæc præcipua fuit sententia. Discere primo bene sibi præesse, indéq; domui suæ, atq; in aduersis iræ suæ dominari, uixit autem .56. annis, quo defuncto, iuxta eius sepulchrum confestim erecta fuit statua, defunctũ uero afferũt nimia lætitia, filium scilicet deosculans qui in olympico certamine fuit coronatus.

Pittacus Mityleneus philosophus quartus é septem Græciæ sapientibus, his temporibus, cum supradictis non doctrina solum, sed etiam in re militari præstantissimus habitus est, quia & decem annis patriæ suæ imperium illustrissimé tenuit, quam quum optimis legibus institutísque per prædictum tempus constituisset, sponte seipsum magistratui abdicauit. Cuius hæc notanda fuit sententia. Principatus uirum ostẽdit. Scripsit autem hic de moribus & politica sexcentos uersus, multa quoque alia prosa. Vixitque usque ad Crœsi Lydorum regis tempora, ad quem eius extabat epistola. 70. annis. Sẽtẽtia notabilis.

Biantẽ Prhienẽ philosophum quintum é septem Græciæ sapientibus, cum superioribus floruisse constat, qui ob regiam eius præsentiam, & ciuium suorum præcipuã beniuolentiam, ut Laërtius testatur, maximo in precio semper ab omnibus habitus est, eo quód multis periculis eos in aduersis tutatus fuerit, multáq; præterea duobus milibus uersuum utilia cõscripsit, cuius inter cætera memoratu digna, hæc singularis fuit sententia. Vitã sic esse mẽsurandã, quasi homines breui & multo tẽpore uicturi sint, tãdem quũ aliquãdo ex aduocatione fessus, caput in nepotis filiæ gremio declinasset, præ senectute expirauit, cui mortuo Prhienẽses ei templũ dedicauerũt. De hoc multa Valerius & Laërtius scripsere. Sẽtẽtia singularis.

Cleobolus Lyndus é septem Græciæ sapientibus sextus, & ipse per idem tempus insignis & clarus fuit, cui natam filiam nomine Cleobolinã fuisse ferunt, quã hexametrorum enygmatum uatẽ dixere, qui & librũ de Enygmaticis quæstionibus in tribus milibus uersuum excripsit, ex quibus hæc memorandã excerpitur sententia. Vxorem de paribus ducito, quia si ex maioribus duxeris, cognatos habebis dominos, uixítque annis septuaginta, cuius præclarissima gesta scripsit Laërtius. Sẽtẽtia optima

Periander Corinthius é septẽ Græciæ sapientibus philosophis septimus, hac etiam tempestate, ut dicto Augu. placet, floruit, quem Aristoteles tyrannũ fuisse dixit, & annis. 40.

apud Corinthios eandem exercuit, quod tamen Plato negat, sed alium philosohum & alium tyrannum fuisse affirmat. Hic itaque in duobus milibus uersuum multa & utilia con scripsit documenta. Ex quibus hanc præcipuam elicimus sententiam. Prosperans modestus esto, infortunatus uero prudens, amicis fœlicibus & infœlicibus idem sis. Obiit deniq; octogenarius, ut Laërtius habet.

Sẽtẽtia pulchra.

Manasses.



Manasses Ezechiæ regis optimi uiri filius.16. Regũ Iuda.364. regni Dauid anno, decimáque septima olympiade, quum.12. annorum esset ætatis, regnare cœpit, & regnauit annis.55. uir quidẽ à paternis uoluptatibus abscissus, & ad omnia malignitatis genera conuersus, qui nihil impium prætermisit, sed in impietatibus regum Israël omnino ambulauit. Nam suscepto imperio prophanauit templum ac illud claudere fecit, sacerdotiúmque sustulit, confudit ordinem, temerauit regnum, corrupítque quicquid erat religionis, quid legis, quid uitæ, quid morum, quid fidei, quid patris & maiorum suorum disciplinæ perdidit atq; confudit. Abominationes enim pessimas in Iuda fecit, & quidem maiores quàm antea Amorrei fecerũt, & uniuersum Iuda suo exemplo, suóque errore, atque hortatu in immũdiciis Amorreorum, aliarúmque gentium, peccare fecit, multos etiam Iudæorũ nobiles proscripsit, multósque interfecit, & magnis suppliciis sacerdotes iustos, & Esaiam prophetam uirum sanctissimum trucidauit, ac sic & ipse homo sceleratissimus, quũ nil domi forisue strenuè gereret, sed omnia auaritia sua explicaret, diuinam tandem in se expertus est ultionem. Nam ut sacra secundi Parali. lib. ca.33. continet historia, in his iratus dominus exercitum Babyloniorũ & Chaldæorũ super eum intulit, & uniuersam Iudææ regionẽ depopulás, etiam ipsum Manassem regem dolo cepit, & captum pedibus manibúsque cathenis uinctum in Babylonem rex eorũ ad se deduci fecit, ubi & eum ad ea quæ uoluit tormenta subiectum habuit. Manasses uero ad se reuersus, arbitránsque se malorum quæ patiebatur fuisse auctorem, pœnitẽtia ductus, dominum deum patrum suorum humili prece exorauit, ut hostem suum ei clementem faceret, cuius orationẽ exaudiens, hoc ei cõcessit, & ut à Babyloniorum rege relaxatus, ad sua regna reuertitur. Cúmque Hierosolymam uenisset, cognouit dominum esse deum, & priorum quidem delictorum, quæ gesserat pœnitens, studuit omnibus uiribus ad cultum diuinæ religionis se conferre, templúmque purgare, & ciuitatem semicollapsam resarcire, & de alio aliquo nil aliud cogitare, nisi gratias deo pro dono salutis sibi præstito exoluere, hæc quoque ipsa populum suum agere docuit, agnoscẽs in quibus calamitatibus incidisset propter peccata sua, destruénsque aras Baal, rursus altare ædificauit, & solennes hostias immolauit, & sicut Moyses diuinam culturam exposuit, & post hæc omnino beatissimã, ut Iosephus scribit, habuit uitã, & multos ad eius exemplum traxit, tandem ubi ea quæ ad sui sceleris emendam peregisset.67. uitæ suæ anno defunctus est, & sepultus in hortis suis, sicut quartus Regum liber capitulo.33. habet. 4487 | 712

Vide emẽdationem & pœnitẽtiã regis.

Thracus Aethiops Aegyptiorum rex, Sibecho rege interfecto, primo anno regni Manassæ Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis.20.

Deocles quintus Medorum rex quarto regni Manassæ anno Medis regnare cœpit, & regnauit annis.45. Hic ut Apollodorus Adriamitinus historicus tradit, Ebatanam ciuitatem ipsius regni caput in montibus condidit, quam postea Arphasath ipsorum rex, ut habetur Iudith primo, amplians turribus celsissimis ac mœnibus exornauit. 4490 | 709

Gigius quintus Lydorũ rex hoc anno qui est.12. regni Manassæ annus, Cãdaule prædecessore (ut dictũ est) interfecto, regináque uxore deducta, eius loco regnum suscipiens, regnauit annis.36. 4499 | 700

Merres Aethiops Aegypti rex.21. regni Manassæ anno, in Dynastia.26. post Thracum regnum suscepit, & regnauit annis.12. post hunc Stephinatis regnauit annis.38. 4515 | 684

Argeus.5. Macedonum rex.8. &.20. regni Manassæ anno, Macedonum regnum accipiens, regnauit annis.38. 4526 | 673

Tullus Hostilius tertius Ro. rex.39. regni Manassæ anno tertióque.27. olympiadis anno post Numã pontifi. regem à Romanis rex suffectus, regnauit annis.32. huius cunabula, ut Eutropius scribit, tugurium agreste cepit, & postea adolescentia in pecoribus pascẽdis

occupata fuit, ualidior deinde factus Ro. rexit populum. Et primus quidē Romanorum regum fascibus & purpura uti cœpit, ac urbem adiecto Cælio monte ampliauit, post longam deinde pacē in Albanos bella tulit, quos tam metu quàm pudore deuictos prostratósque in urbem postea admisit, & illorū urbem penitus euertit, præter templa à quibus & iussu ipsius temperatum est, cúmque ipsius populi adiectione Romana res plurimum aucta fuisset. Tullus Sabinis nouum indixit bellum, prouocatósque fudit atque fugauit, tandem quū uno & triginta annis cum magna belli gloria regnasset, cum tota domo ictu fulminis conflagratus est.

664 4545 Ardas sextus Lydorum rex, hoc anno qui est nonus & quadragesimus regni Manassæ regis annus, post Gigium regem Lydis regnare cœpit, & regnauit annis.37.

Græcanæ ciuitates.

Nicomedia Asiæ ciuitas per hoc tempus, ut Euse. scribit, à quodam Nicomede Bythinio rege, in Bythinia prouincia condita fuit. Quæ quū postea Christianissima facta fuisset, in ea tempore Diocletiani imperatoris sæuissima Christianorum persecutio fuit, indéque quum magno esset in precio, apud eam diuus Constantinus cognomento Magnus suum diem clausit extremum.

Calcedon similiter Asiæ ciuitas hac ipsa tēpestate in eadē Bythiniæ prouincia ex opposito Constantinopolis, in ore Pontici maris à Megarensibus condita perhibetur, ubi & Martiani principis temporibus magna illa synodus celebrata fuit. Cui & inter cæteras synodos ecclesia Romana præcipuum defert honorem, ut Gratianus in canone cōtestatus est.di.15.c.Sanctorum canones, scilicet quarta synodus.

Constantinopolis Thraciæ urbs.

663 4546 Bizantium quæ & Constantinopolis imperialis ciuitas, à magno Constantino sic appellata, per id tempus, ut Euse. pla. in Græcia ex opposito Calcidonensis agri, loco quidem optimo & munitissimo à Pausania Spartanorū rege conditionis suæ initium habuit, & quum parua admodum esset, eam postmodum Constantinus Magnus Roma. pontifici Syluestro relictam sibi diligens, structuris, fortissimis mœnibus, celsisq; ac crassissimis turribus à se Constantinopolim nominari uoluit, quam etiam eius successores imperatores passim plurimis tum publicis ædibus, tum priuatis ciuium palatiis exornare curarunt, & adeò ut exteri eo uenientes, urbis splendorem admirati, non tam mortalium quàm cœlestium eam domicilium dixerint. Extant enim in ea præter cætera magnificentissima ædificia, & sanctæ Sophiæ templum Iustiniani opus toto orbe memorabile. Habet præterea hæc ciuitas undecim portas dignitatem ipsius præ se ferentes, quarum nomina hæc sunt, Aurea, Pagea, sancti Romani Carchasea, Regia, Caligaria, Xyllina, Hacinagona, Phara, Theodosa, & Sylaca. Ipsam enim propter ipsius pulchritudinis splendorē prisci nouam appellauere Romam, quòd patriarchali sede, ac imperiali throno ab ipso Constantino redimita fuerit. Hæc profecto tāto splēdore ac dignitate insignita est, quòd, ut ita dixerim, totius oriētis columen, & unicum Græciæ sapientiæ domicilium habita fuerit, ubi magna concilia, Gratiano testante, celebrata fuerunt, uidelicet sub Theodosio seniore, sub Agathone papa, & sub Iustiniano principe, ut habetur in canone.15.di.c.Sexta synodus. Eam quum Turci diu exosam, propter eius dignitatem habuissent, anno salutis nostræ.1093. à Belzeto quodam eorum principe cum ingenti Turcorum manu obsessa & capta fuit, ubi imperatore capto eum pro uili mancipio diu captum tenuit, indéque Galli cum Venetis expulsis imperatoribus, per.55.annos possedēre, postmodum Paleologorum clarissima familia Genuensium opera Gallis ademit, & usque in annum domini nostri IESV CHRISTI. 1453. gloriosissimè possedit. Quo anno Machumetus Octomanus Turcorum princeps eam cepit, diripuítque, ac de ipsa tam præclara ciuitate quæ toti orienti leges dabat, triumphauit, ubi & eius sacratissima templa spurcitiæ Machumeteæ dedicauit. Innumerabiles autē ex hac celeberrima urbe in omni scientia atq; uirtute præclarissimi exiēre uiri, inter quos ut ex multis paucos recenseā, fuerūt Ioannes cognomēto Chrysostomus ipsius urbis episcopus, uir planè sciētia ac uirtute singularis, qui multa ad cōmunē fidelīū utilitatē edidit, Atticúsq; etiā ipsius episcopus, cuius inter cætera ad reginas

Archadii filias extat de uirginitate liber, Genadius quoq; alter episcopus eius, uir lingua nitidus, Ioannes Cassianus diaconus, qui præcipuos confecit libellos. Nouissimus omnium Emanuel Chrisoloras philosophus & orator eminentissimus extitit, qui literas Græcas in Italiam cum ingenti utilitate retulit, quæ iam per septingentos annos apud nostros non fuerāt in usu. Ex quo multi euasere clarissimi, de quibus locis suis infrà accuratè dicemus.

Viri disciplinis excellentes.

Archilogus poëta natione Lacedæmonius, tempestate hac pro Cornelii Nepotis sententia floruit. In quo ut Quin. in lib. de Arte oratoria refert, summa uis elocutionis fuit, tum breues uibrantésque sententiæ, plurimum sanguinis ac neruorum. Hic iambicum uersum in soceri sui uindictā primus adinuenit, dicente Hora. in Arte poëtica. Archilochum proprio rabies armauit iambo, Hunc socci cepere pedem grādésque cothurni. Et propter impudicam eius lectionem, à Lacedæmoniis exilio damnatus est, dicente Ouidio in Ibin. Vtque repertori nocuit pugnantis iambi, Sic sit in exiliū lingua proterua tuum. Tandem eius exigentibus meritis interfectus est.

Aristodemus musicus his temporibus, ut Eusebius scribit, clarus fuit, uir secundū Gellium in quarto Nocti. Atti. literarum ueterū diligentissimus, qui teste Cicerone dixit animam nil aliud esse quam harmoniam.

Alcæus poëta lyricus per hæc etiā tempora secundū Eusebium in precio fuit, hic patria Mityleneus fuit, dicēte Sappho poëtrice, nec plus Alcæus consors patriǽque lyrǽque Laudis habet, quāuis grandius ille sonet, & Hora. in secundo Car. Et te sonante plenius aure Alcæe plectro. De isto etiam Herodotus in lib. 5. histo. meminit.

Alcidamus orator Græcus per hoc quoq; tempus, ut Cicero in primo Tusculanarum quæstionum scribit, clarus fuit, qui inter cætera mortis laudationem pulcherrimè scripsit.

Lelches quidam Lesbius poëta hisdem quoque temporibus floruit, qui post Homerum primus Iliada fecit.

Anthemenides similiter Mityleneus poëta & Alcæi prædicti frater, & ipse cum eodem fratre floruit, quem Babyloniorum socium Alcæus fuisse dixit, & magna certamina pro eis suscepisse, atque eos magnis laboribus eripuisse, uiro pugnacissimo, & ut inquit, regum luctatore perempto.

Nicepsus Græcus medicus, magicǽque artis peritissimus, & ipse hoc tempore floruit, cuius multa medicinalia ab eodem habentur scripta.

Amon



Mon Manassæ regis prædicti filius. 17. regum Iuda. 419. regni Dauid, & tertio trigesimæ olympiadis anno post patrem suum, quum ætatis esset duorum & uiginti annorum, regnare cœpit, & regnauit in Hierusalem secundum Eusebium & interpretes, duodecim annis. Sed secundum Hebræos & Iosephum duobus tantum. Hic dum patris eius opera imitaretur, quæ scilicet in iuuentute sua præsumpserat, dolum à suis in domo propria passus, peremptus est, quo mortuo populus eius peremit interfectores, & eum cum patre suo sepelierunt. Eius autem gesta prima & nouissima scribuntur quarto Regum, capitulo uigesimoprimo, & secundo Paralipomenon. 33. 4542 657

Phraortes sextus Medorum rex, anno. 3. regni Amon Medis regnare cœpit, & regnauit annis. 24.

Iosias.



Osias Amon prædicti regis filius. 18. regni Iuda. 1431. regni Dauid, & tertio trigesimæ tertiæ olympiadis anno regnum accipiens regnauit in Hierusalem annis duobus & triginta, hic octo annorū habebat ætatē, quando regnū adeptus est, qui etiam ea in tenella ætatæ tantæ uirtutis & sanctitatis extitit, ut omnibus ante eum regibus & claris uiris, tanto excellere uisus est, quanto uel syderibus cæteris sol, uel mare fluminibus cunctis. Quúmque ad duodecimum ætatis peruenisset annum, ut Iosephus scribit, non laudibus, non iocis, aut uoluptatibus intētus, ut superiores adolescētes reges facere consueuerant, sed doctrinam, pietatem, iustitiam, & beatè uiuēdi normam 4554 645

 Iosias

ex lectione legis Moysi, atque exemplo bonorum regum sumens, omnia superiorum regũ mala opera ueluti iam senior emendauit. Octauo si quidem regni sui anno, ut sacra quarti Regum & secundi Paralipomenon habet historia, omnes ipsius regni ciuitates multis erroribus labefactatas, ab idolorũ cultu ita purgauit, ut nullum idolatriæ uestigium in toto Serpẽs superesset regno. Et ne quid insuper latenter remaneret, uniuersas domos scrutari manda æneus à uit, sed & serpentem æneum à Moyse factum, cui populus superstitione idolorum ductus Moyse immolabat, comminuit. Atque in unaquaque causa adeò iustitiam semper coluit tanquam fact⁹ de animæ suæ medicinam, & omnibus aliis in rebus ita gloriosus extitit, ut cum eo Iudæorum struitur gloria ferè orta simul & extincta uisa fuerit, nam testãte Iosepho, erat modestus, prudẽs, grauis, continens, clemens, diuinæ legis scientissimus, manúque fortis, ac animo maximo. Et adeò religionis amator & legis æmulator fuit, ut omnia sacerdotum, falsorúmque prophetarum ossa, è sepulchris erui & exuri mandauerit, hócque modo purgata omni prouincia, ad Hierosolymam omnem populum conuocauit, & ad Azymorum festiuitatem, quæ pascha dicitur, eos adduxit, ubi & phaze maximũ celebrauit, & adeò celebratissimum, ut à diebus iudicum tale in Hierusalem nõ sit factitatum, & propterea Iesus filius Sirach laudando eum, sic protulit dicẽs. Memoria Iosiæ in cõpositione odoris est facta, & opus pigmentarii in omnium ore quasi mel indulcoratum, & uelut musica in cõuiuio uini. Ipse diuinitus in pœnitentiam populi sui directus fuit, & cunctas impietatis abhominationes abstulit, præter Dauid, inquit, & Ezechiam atque Iosiam, omnes reges Iudæ peccatum commiserunt. Reliqui uero reges Iuda legem dei altissimi reliquerunt, deique timorem contẽpserunt, suum quoque regnum aliis dederunt, & gloriam suam alienæ genti. Hæc ille. Hic denique optimus rex nullo religionis, pietatis, humanitatis, benignitatísque exemplo prætermisso, cum rege Aegypti in campo Magedon congressus, ab ipso iaculatus, in Hierusalem remeans, ex eodem uulnere defunctus est, sepultúsque magnificè, collachrymantibus omnibus, suámque uicem dolentibus, in mausoleo patrum suorum. Sed & Hieremias Lamentatio propheta ciuitatis uicem potius quam optimi regis mortem dolens, carmen trenorum lamentabili modulatione composuit, dicens. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo &c. Quibus lamentationibus postea cantores & cantatrices in exequiis mortuorum uti consueuerunt. Tres autem filios post se reliquit, quorum prim⁹ Eliachim qui & Ieconias fuit, secundus Achaz qui & Sellum, tertius Mathaman qui & Sedechias. Hæc omnia ex quarto Regum libro, cap. 22. & 23. & secundo Paralipomenon cap. 34. & 35. habentur. prophetæ fuperi mortẽ hui⁹ regis.

642 4557 Ancus Martius Numæ regis ex filia nepos quartus Romanorum rex, quarto Iosiæ regni anno post Tullum Hostilium regnum accipiens, regnauit annis. 25. Nã defuncto prædicto eius antecessore rege, Romanorum res ad interregnum rediit, quod quidem tẽpus huic etiam applicatur. Hic itaque nulli superiorum regum belli pacisque artibus ac gloria Carceris primus inuentor unquam inferior fuit. Sed & Auentinum Ianiculúmque montes urbi addidit, & pontem primus Tyberi adiecit. Carcerem quoque primo ad terrorem crescentis audaciæ in media urbe loco publico construxit, Politorium etiam Latinorũ urbem ui cepit & diripuit, omnem eius populũ in Romanã urbẽ introduxit. Ostiam deniq; ciuitatẽ sextodecimo ab urbe miliario supra mare construxit, ubi & beata Monica diui patris Augu. mater uita decessit, tandem morbo correptus uitam cum morte mutauit.

Arsaces siue Bricates Medorum. 7. rex hoc anno qui est quintusdecimus regni Iosiæ annus, Medis regnare cœpit, & regnauit annis. 32. uir sanè bello & pace clarissimus, qua uirtute Niniuem maximam ciuitatem omnino subuertit & deleuit, iuxta uerbum Naum & Thobiæ prophetarum, ut patet Tobiæ. 14. cap. qua deleta Assyriorum regnum penitus cessauit.

630 4569 Helchias maximus Hebræorum pontifex per hoc ipsum tempus, ut sacra quarti Regũ libri habet historia apud Hierusalem maximo in precio fuit, qui patrem habuit Sellum, qui fuit Sadoch, qui fuit Azariæ, qui fuit Ioiadæ, qui fuit alterius Sachariæ, qui fuit Achimaas filii Sadoch summi pontificis, quem Salomon rex abiecto altero, pontificem fecerat.

Phaleris Agrigẽtinus tyrannus orator & declamator ornatissimus, tempestate hac, ut Eusebio placet, floruit, cui cum quidam Perillus æris ingeniosus artifex amicissimus esset

ex Athenis

ex Athenis Agrigentum ad eum uenit,ubi cognita hominis sæuitia ut eidem placeret, ex ære taurum artificiosissimum fabricauit,& in eius latere ianuam posuit,ut reus in eo inclusus subiectis ignibus torqueretur,atque ita sonus uocis hominis exclamantis, non gemitus hominis,sed bouis mugitus uideretur,pro quo inuento quũ nimis ab eodem qui nouis tormentis delectabatur,postulasset,illum intercludi iussit,& suppositis ignibus primus artificii sui uerum præbuit experimentum,dicente Ouidio primo de Arte amandi. Et Phaleris tauro uiolenti membra Perilli Torruit,infœlix imbuit auctor opus. Et postea sequitur. Nec enim lex æquior ulla est,Quàm necis artifices arte perire sua.Hæc ipse Phaleris Atheniensibus de se pro illo conquestis rescripsit. Alii tamen eum ante urbem conditam.64.annis fuisse dicunt. Extant enim huius Phaleris adhuc celebres & graues epistolæ.

Ostiam maritimam urbem inter mare & Tyberim constitutam,his temporibus Ancus Martius Romanorum rex in Latio prouincia condidit,loco scilicet ubi Aeneas è Troia profugus primum castra constituit.Quæ cum diu propter limum quē Tyberis fluuius congregabat,importuosa stetisset,Claudius imperator eidem portum maxima impensa construxit,ubi deinde Aurelianus imperator propter ipsius portus commoditatem forum nominis sui publicum constituit,& ingentia ædificia ibidem erexit. Quæ cum postmodum à Saracenis funditus fuisset euersa,Leo quartus pontifex instauratã corsis repleuit. Et quicquid ædificiorum ueterum in ea fuerat,præter quandam turrim,deletũ est. Ea quippe multorum sanctorũ reliquiis illustrata diu fuit,atque diu etiam Monicæ matris sanctissimi doctoris Augustini,usque ad Martini quinti pontificis tempora,sepulchrum extitit.

Sadiates Ardæ regis filius filii Gigii septimus Lydorum rex, decimonono regni Iosiæ anno,Lydis regnare cœpit,& regnauit annis quindecim. De quo Herodotus in primo historiarum meminit. Hic filium nomine Alyatem genuit,qui eidē in regno postea successit. 4573 626

Tarquinius Priscus quintus Romanorũ rex, hoc anno qui est.27.regni Iosiæ post Ancum Martium rex delectus,regnauit annis.37.Hic Demarathum Corinthium habuit patrem,à quo Lucumon primo uocatus fuit,sed imperio suscepto mutatũ est nomen, & L. Tarquinius dictus est,qui non minus regni sui firmandi,quàm augēdæ reipublicæ memor, centũ patres & ipse elegit,quos etiam Senatores uocauit. Firmatóq; regno Appiolas Latinorum oppidum ui cepit,& in signum lætitiæ Romanis confestim ludos instituit. Indéque urbem muris ampliauit,& Capitolium erexit. Sabinos rebellantes uicit,eisque Collatiã ademit,Belloque in Sabinos perfecto,omne Latinorũ nomen domuit,& cloacas postea in urbe fecit,primus nãque cum patre suo Thusciam omnem magnis insigniuit ornamentis, & inde triumphalia ornamenta,insigniáque consularia,& simpliciter magistratuũ decora in Romanam transtulit urbem. Necnõ & uirgas & secures,tubas,sacrorũmque ritus, & Muscam,qua Romani postmodum ad bellicas artes utebantur, ex Tarquiniis Thuscis Romam detulit,qui post multa strenuē gesta ab Anci filiis interfectus est.

Pherecides Syrus natione, philosophus egregius Pittaci philosophi auditor, tempestate ista ingenio singulari præditus agnoscitur,qui primus apud Græcos de Natura & de Diis scripsit,primúsq; Cicerone teste lib.scilicet Thusculanarũ quæstionum,hominum animos sempiternos esse affirmauit. Quin & teste Laer.multa prædixit,quæ mirabilia uidebantur. Hic etiam Plinio teste libro.12.prosam orationem primus condidit. Fuitque præterea Pythagoræ philosophi præceptor,& literas multas Thaleti philosopho scripsit,& ab eodem multas suscepit. 4574 625

Symonides Græcus poëta,his temporibus,ut Eusebio placet,inclytus & clarus fuit, qui quum ad octogesimum peruenisset annum, multa composuit, & carmina docuit. In eaque ætate gloriabatur in hæc descendisse certamina. Qui aliquãdo interrogatus quid inter homines facilè consenescat,ait,beneficium. Huius cum multæ fuerint sententiæ, hanc præcipuam existimo. Fortuna innocentem sæpe deserit,spes autem bona nunquam. 4574 624

Stesicorus poëta Lyricus eximius per hoc ipsum tēpus in Græcia floruit,de quo Quinti.decimo lib.de Insti.orato.meminit. & Hora.in.4.carminum,Circéque & Alcæi minaces Stesicorique graues camœnæ.

Arion Methineus citharœdus optimus quidem hisdem temporibus in Lesbo insula claruit,

ruit, cuius historiam Herodotus Pliniúsque nono li, Natu. histo, & Gellius. 16. Noc. Atticis late retulerunt. Sed breuiter à nobis comprehensa talis fuit. Hic cum arte sua multas diuitias in Italia & Sicilia congregasset, Corinthum remeans, & in mari à nautis præcipitatus est, sed à delphino pisce exceptus, in Laconiam ante nautas ipsos deportatus, Corinthum adiit, ubi re sua cognita, & illis supplicio traditis, omnia bona sua recuperauit.

623 4576 Sappho Erixea diuini ingenii poëtrix per hæc tempora claruit, & plectrum primo inuenit. Hæc uiro ditissimo nupsit, ex quo Didan filium suscepit, habuítque discipulas Anagoram, Milesiam, Congyllā, Colophoniā, Euthemā, & Salaminā, quas etiam Lyricos quosdam uersus docuit, scripsit autē hæc modulos Lyricos, Epigrammata, Elegiam, Iambos & Monades. Fuit quoque uates nobilissima.

Olda prophetissa Sellum summi sacerdotis Hebræorum uxor, & Helchiæ maximi Hebræorum pontificis mater his temporibus fuit, & Iosiæ regi uaticinando multa prædixit, & præsertim Hierosolymorum euersionem ac populi ipsius captiuitatem, ut patet, 4. Regum capitulo. 22.

Sophonias propheta nonus. 12. prophetarum, Chus pater, nobilissimus Hebræorum uir filius Godoliæ, qui fuit Amasiæ, qui & Ezechiæ per hoc ipsum tempus prophetauit, & librum nominis sui titulo prænotatum composuit, in quo tanquam speculator & arcanorū dei cognitor, imminentem duabus tribubus captiuitatem prænunciat, ubi indicit ululatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaam, dispierierúntque uniuersi qui inuoluti erant argento.

622 4577 Hieremias propheta sanctissimus, & ab ipso matris utero sanctificatus, ex uiculo Anatotites, qui non longè ab Hierosolymis distabat, sacerdos ex sacerdotibus natus, his temporibus adhuc puerulus uaticinari orsus est, & deinde futuram ciuitatis cladem, totiúsque populi captiuitatem, non solum spiritu, sed etiam oculis carnis intuitus & expertus est. Vnde & in Iuda & Beniamin tantum prophetauit, & ciuitatis suæ omnes futuras ruinas quadrupli alphabeto. Quod diuus Hiero. & Isydo. in sexto Ethi. mensuræ metri uersibus reddiderunt. Hic itaque post captam euersamque Hierosolymorum ciuitatem, à populo suo in Aegyptum uiolenter tractus, ibidem post multas iniurias sibi illatas apud Taphnas ab eodem populo lapidibus obrutus occubuit, eóque in loco sepultus, ubi olim Pharao rex habitauerat. Et quoniam sua oratione multos serpentes infestos ab eodē loco fugauerat, & Aegyptios tactu & morsu eorum serpentū liberos fecerat, ipsum magna religione post mortem uenerati sunt. Et cum sanctus habitus sit, eius festum prima die Maii celebratur. Hieremias

Baruch autem eiusdem Hieremiæ prophetæ notarius, uir eloquentissimus ac celeberrimus uates, & ipse unà cum domino suo alium propheticum librū nominis sui titulo prænotatum edidit, in quo post ciuitatis calamitates & ruinas ab Hieremia prophetatas, cōsolationem eidem ciuitati de reditu à captiuitate prænunciat. Ipsius tamen liber ab Hebræis nec habetur nec legitur. Quem quidem librum diuus Hiero. de Græco in Latinum iuxta uulgatam editionem transtulit. Hic cum librum magistri sui scripsisset, & regi Ioachin legendum obtulisset, quia in eodem scripserat, quod imminebat ciuitati Hierusalem, ut à rege Babyloniorum uastaretur, & ipse rex ab eo subderetur, iratus rex librum disrupit, & igne concremauit, & Hieremiam ac Baruch duris suppliciis affecit.

913 4586 IOacham secūdus Iosiæ regis filius, decimusnonus regum Iuda. 463. regni Dauid, & primo quadragesimæ olympiadis anno, patri in regnū succedens, regnauit mēsibus tantummodo tribus. Hunc populus seniore fratre eius spreto, post patrem, cum trium & uiginti ætatis esset annorum, regem constituit, sed quoniam (ut sacra eius habet historia) impius & scelestus erat, & in uiis patris tenuit ambulare, à Nechao rege iudicio dei capitur, & uinctus in Aegyptum perducitur, & eius seniori fratri ex eodem patre primogenito nomine Eliachim tradidit regnū, mutans ei nomen Ioachim, prouinciæ quoque omni tributum posuit, centum talenta argenti, & unum auri, ut patet. 4. Regum ultimo, & secundo Paralipomenon similiter ultimo. Ioachā

Ioachin

Ioachim




IOachim primogenitus Iosiæ regis,qui alio nomine Heliachim appellatur, uigesimus Regum Iuda eodem anno loco fratris à Nechao Pharaone suffectus, regnauit in Hierusalem.11.annis,homo quidē flagitiosus,infidúsq; ad idolatra, de quo in hoc loco nescio quid dicere ausim,ut tantus pater tot flagitiosos genuerit filios,qui non homines certè,sed teterrima monstra merito nominari possunt,quos etiam perscribere piget.Hic igitur principatu inito,in omnem turpitudinē idolorū prolapsus,Vriam etiā sacerdotem uirum iustū obiurgantem interfecit, & omnes tēpli ministros depulit atq; fugauit,necnon & omnia auaritia expilauit,propter quod & iusto dei iudicio Nabuchodonosor rex Babyloniæ, ut Iosephus lib.10.habet,cum magno apparatu ad Euphratē uenit,& contra Nechao regē Aegypti pugnauit,& eo superato,fluuium transiens omnem Syriam præter Iudæam usque Pelusium cepit, indéque post quartum annum,qui erat octauus regni Ioachim,idem Babyloniæ rex cum magno exercitu contra Iudæos castra metatus,tributa ab Ioachim exacturus,aut certè dimicaturus,sed ille eius minas metuens,tributa quæ petebat per tres annos præbere spopondit.Tertio uero anno audiens Aegyptios denuo contra Babylonios pugnaturos,tributa soluere recusauit,propheta autem Hieremias monebat & prædicabat,quòd frustra Aegyptiorum spe teneretur,quod & uerum fuit,quia Aegyptii contra Babylonios pugnare non præsumpserunt,sed statim uenientē Babyloniorum regem cum exercitu magno,iure fœderis susceptit. Dúmque Nabuchodonosor Hierosolymā intrasset,fidē nequaquā seruans,post innumeros iuuenes fortissimos unà cū Ioachim rege interfecit,eiúsq; cadauer ignominiosè extra muros urbis,iuxta uerbū Hieremiæ prophetæ,proiici præcepit,& Iechoniā prioris infecti filiū pro eo regē cōstituit. 4599 609

Nabuchodonosor Nabuchodonosor Chaldæorū seu Babyloniæ rex,cui res bene gestæ magni cognomē dedere,anno quarto regni Ioachim apud Babyloniam regnare cœpit,sed quantum regnauerit compertum non habemus,qui suscepto regno,ut Iosephus ait,multa cū finitimis bella summa uirtute cōfecit,& quàm maximè cum Agyptiis prosperè dimicauit, & Nechao eorum regem ac Psameticū eius filium regni successorem,ut quartus Regum liber habet, ad extremum deuicit.Iudæā deinde & Syriā durissimo sibi subiugauit iugo, Ioachim prædictum interfecit,ac eius successorem bis uictum unà cum matre,omnique familia ac cunctis principibus & aliis cōplurimis,qui sese tradiderant,& uasa domini in Babylonem trāstulit,& Sedechiā patruum suum suo loco suffecit,qui cum & ipse iusiurādum transgressus fuisset,& tributum promissum denegasset,ad eum cū ingenti exercitu uenit & diu obsedit,& tandem fame coactum,cum ad deditionem compulisset ciues,ipsum captum & in conspectu suo adductum cōfestim execrari fecit,& eius uniuersam familiam trucidari mādauit,innumeros quoque ciuitatis in Babyloniam traxit in seruos,ac totam urbem unà cū templo euerti & incendi præcepit,sed et Assyriorum regnum à Medis destructum tandē obtinuit,propter quod Babyloniorum regnum factum est omnium monarchia,sed cum sui ipsius opinione se nimium extulisset,dominus eum insania circūuenit, &.7.annis fœnū ut bos comedere compulit,sicut habetur Danielis.4.post annos uero septem idē eleuās oculos ad cœlum,supplicauit deo,ut regnū recipere ei concederet,quod eidem unà cum sensu restitutum est.Quo recepto benedicēs altissimo gratias egit,quod potestas eius sit æterna, eiúsq; regnū in generatione & generationē,& cūcta regna terræ apud eū in nihilū reputata sint,unde regnū ei restitutū,amplior etiā gloria addita est,propter quod idē Nabucho. dixit.Ego laudo & magnifico ac glorifico regē cœli,quia omnia opera eius uera sūt,& uiæ eius iudicia,& in superbia gradiētes humiliare scit & potest,ut habetur Danielis.4. Porro dum uixisset annis.40.defunctus est Baby.relicto eius filio Nabuch.regni successore.

Ioachin Ioachin cognomento Ieconias prædicti Ioachim nepos,immo potius filius,ut Iosephus testatur,primus,&.20.regum Iuda.474.regni Dauid,&.344.olympiadis anno à Nabuchodonosor rex constitutus,regnauit in Hierusalem menses.3.& dies.10. hic autem Ioachin superioris Ioachim filius,scribi debet,ut Hiero.ait,cū extrema syllaba chin,pater uero per chim,& ob hāc causā in Euang.Matt.una uidetur deesse generatio,quia secunda tesseradecas in patre huius Ioachim desinit,& tertia ab isto incipit.Cūq; primū hic regnare cœpisset,repēte timor Babyloniorū regē inuasit,timēsq; ne mali memoria pro nece paterna pro uinciā inuaderet,cōfestim exercitū in Hierusa.misit,& eū in urbe obsedit, ipse autem cum 4597 602

esset uir bonus nolens ciuitatem perdere, consilio Hieremiæ prophetæ usus, se cum matre omnique domo ac reliquis eius principibus ultro Nabuchodonosor tradidit. Cúmq; iusiu randum Ioachin ab eis qui à rege Babyloniæ decreti fuerãt, accepisset, quod nihil mali qui remansuri erant in urbe paterentur, eorum fides nequaquã inuiolata remansit. Sed cũ Ioa chin prædictus in Babylonẽ accessisset, rex Babyloniæ præcepit principibus suis, ut omnes qui erant in Hierusalem iuuenes captiuos sumerẽt, pariter & artifices, eósque ad se ligatos adducerent, qui omnes, ut Iose. scribit, fuerunt. 10. millia, & .832. inter quos etiã fuére Mar docheus, Ezechiel & Daniel: mansit autem Ioachin iste in carcere apud Chaldæos. 37. annis, donec Nabuchodonosor filius, patre defuncto, leuaret eum, & hæc Babylonis transmi gratio appellata est, hunc itaque Nabuchodonosor iunior post mortem patris à uinculis soluit, eúmque quoad uixit inter amicos habuit, & multa ei dona concessit, fecitque in Ba by. inter reges haberi, acceptáque uxore genuit Salathiel, qui genuit Zorobabel, qui genuit Abiuth.

601 | 4598 Edechias Iosiæ regis filius & prædicti Ioachin patruus, ultimus regum Iuda & Hierusalem, anno ut suprà à Nabuchodonosor loco superioris in Hierusalem constitutus regnauit annis. 11. Huic Nabuchodonosor in subiectionis signum nomen permutauit, & tributarium sub iuramento sibi cõstituit, mandauitq; ut nihil ei hostiliter agere præsumeret, nec Aegyptiis faueret. Verum cum in omni turpitudine & auaritia atque segnitie, tam sacerdotum principes quã ipse, ac uniuersus populus deum offendisset, & nullum sibi ueniæ locum reliquisset, è regno tandem turpissimè cum omni populo eiectus ac interfectus est. Nam nono sui regni anno, subornantibus Aegyptiis, tributum Chaldæis promissum denegare, & in libertatem se uendicare tentauit. Quamobrem Nabuchodonosor ira percitus, maximo coacto exercitu, in Hierusalem tumultuario conscendit, & primo omnes Iudææ urbes in fidem recepit. Indéque direptis incensisque circũquaque uicis & suburbanis, anno. 9. Sedechiæ huius regis, decima die mensis Decembris, Nabuchodonosor circa Hierosolymam castra metatus est, quam cum. 18. mensibus durissima fame & peste obsedisset, tandem in potestatem suam redegit, regéque cum filiis ac principibus capto, ad regem Nabuchodonosor milites perduxerunt, uenientem quoque ad se regem Nabuchodonosor, ipsum impium & infidum, ac infœlicem uocare cœpit, & iurisiurandi immemorem, quod præbuerat ei ut prouinciã custodiret, super hæc etiam eum ingratum obiurgauit, quia dũ ab eo percepisset imperiũ, quod ab eis pater tulerat & illi cõtulerat, contra munificum largitorem egisse uidebatur, hostiliter his uerbis aduersus Sedechiam dictis, statim eius filios in conspectu suo iussit perimi. Deinde eius oculos eruens, eum uinctum perduxit in Babyloniam. Hæc quippe Hieremias & Ezechiel eidem prophetauerant, quod uinctus duceretur ad Babylonicũ regẽ. Capto igitur rege uniuersum populum Chaldæi trucidauerunt, qui gladium euaserant ad seruiendum Chaldæis adducti sunt. Ac sic Iudæi iuxta uerbum Salomonis, quum prophetarum exosam habuissent disciplinam, & timorẽ domini non suscepissent, sed uniuersæ benedictioni domini detraxissent, tãdem fructus uiæ suæ comederunt, & suis consiliis saturati sunt. Hanc igitur cõuersationem qui de genere Dauid regnauerunt habuisse noscũtur. Sedechias

Massilia Transalpinæ Galliæ ciuitas.

600 | 4600 . Massilia Transalpinæ Galliæ ciuitas primo anno regni Sedechiæ. 45. olym. Soli. test. à Phocensibus Persarum aduentu profugis condita fuit, hæc olim clarissima ciuitas fuit, & in Narbonensi prouincia, in Galliarum sinu iuxta Rhodanum fluuium in loco petroso sita, magnitudinis eximiæ extitit. Huic portus subiacet pulcherrimus, qui arcem pugnacissimam loco edito etiam habet, in qua quidem olim Apollinis Delphici pulcherrimum templum structum erat. Cuius urbis ciues postea quàm à principio per multa tempora in bellis se exercuerant, pacatis omnibus rebus ad ciuiles institutiones, terrǽque cultum cõuerterunt. Quinimmo primores urbis ad eloquentiæ & philosophiæ artes ita se transtulere, ut doctrina Græcis comparari potuissent, ad quam planè urbem cõplurimi ex nobilioribus Roma. adolescentes, pro acquirendis doctrinis transmittebantur, nam eorũ uictus frugalis & modestus semper fuerat, propter quod Cæsar eiúsque successores Ro. etiam cum

eisdem

eisdem bellis temperantius se habuere, & Galli aliæque nationes uidentes eos in tanta pace uiuere, ad eorum uiuendi normam se contulere. Cúmque uarios sortita fuisset uel dominos uel tyrannos, prout se tempora offerebant, nunquam tamen aut legem aut ab alienigenis dispendia pertulit, præterquam à Cathelanis, qui anno salutis nostræ. 1940. multa instructa classe eam inuaserunt, & quasque diuitias auferentes, bonis omnibus uacuam reliquerant, propter quod ullas deinceps uisa fuit reassumere uires, huic Lazarus quem dominus à mortuis suscitauit, primus ab apostolis destinatus fuit episcopus. Cuius quidē reliquiæ nunc usque magno in honore apud eam habitæ sunt. Fertur quoque & beatæ Mariæ Magdalenæ ipsius Lazari sororis corpus ibidem quiescere. Apud hanc multi clarissimi floruere uiri, inter quos fuit Saluianus eiusdem ecclesiæ præsbyter, diuina humanáque literatura admodum doctus. Et Muscus in diuinis scripturis præsbyter, Græca Latináque lingua eruditissimus, qui de Viris illustribus more diui Hiero. librum edidit, hinc etiam Coruinus orator & Victorinus rhetor claris. qui multa in diuinis edidere, originē duxēre, atq; alii complurimi, de quibus infrà dicetur.

Astyages Arsacis regis filius octauus & ultimꝰ Medorum rex, tertio Sedechiæ regis anno Medis regnare cœpit, & regnauit annis. 38. Hic, ut Hiero. in primo Hist. placet, & Iusti. in Epitomate suo, unam tantum nomine Mandanā genuit filiam, quam tantum aliquando in somniis minxisse uidit, ut totum orbē eius urina replere uideretur. Iusti. uero noster aliter de sōno sentit, quia non mictum, sed uitem ē filiæ genitalibus oriri Astyagē uidisse dicit, quæ totam occupauit prouinciam, hanc igitur pater eo somnii portento perterritus, ex ariolorum suorum consilio, Cambisi cuidam Persarum mediocri uiro dedit uxorem, ne paterna maternáue nobilitas animos nascentium nepotum extolleret, ac nec sic quidē metum deposuit, sed cum natus esset ei primus infans, illum Harpago arcanorum suorum participi dedit occidendum, sed ille prudentia usus, existimans imperium aliquando ad filiam fore deuoluendum, cum. s. Astyagi nulli essent masculi, ipsum occidere timuit, ne aliquando necati infantis pœnam subiret. Quamobrem uni ex pastoribus regis exponēdum dedit. Quod audiens pastoris uxor quæ etiam eodem tempore filium pepererat, rogauit uirū sibi puerum regium alendū afferri. Cuius precibus uir morem gerens in syluam rediit, uidénsque puerum iuxta canem fœminam eius ubera sugētem, quæ à feris auibúsque defendebat, misericordia motus puerum suscipiens, uxori detulit, cane eum persequente, quem ubi in manum mulier accepit, mox uelut ad notam puerulus allusit, propter quod proprio partu exposito, regium educarunt infantem. At puerulus adultus, cū inter ludentes rex delectus fuisset, & contumaces aliquando cecidisset, delata est regi querela, quod à seruo ingenui uerberarentur. Ille acccersito puero & interrogato, & cum immutato uultu se id fecisse ut regem respondisset, admiratus eius constantiam in memoriam somnii reuocatur. Cognitóque quòd nepos esset, iratus Harpagi filium interfecit, & patri epulandū dedit, quod Harpagus ægrè ferens, dolore in tempus aliud dissimulato, uindictā distulit, nam quū puer, quem Cyrum uocauerat, etiam adoleuisset, & ipse omnem Astyagis duceret exercitū, Harpagus hortatus est Cyrum, ut arma contra auum Astyagem sumat, séque ei omnem exercitum dediturum pollicetur, quod ubi Cyrus audiuit, collectis Persis contra Astyagem auum ducit exercitum, & Harpagus confestim cum exercitu ad eum defecit. Astyages autem cōtractis undique auxiliaribus copiis, in Cyrum proficiscitur, eúmque superat. Verum fugientibus Persis, matres eorúmque uxores eisdem obuiam fiunt, & nates atque pudenda ostendentes dicunt. Nunquid iterato tanquam paruuli in uterum refugere uultis. Qui pudore repressi rursus in prælium redierunt, & facto impetu Astyagem superarunt, eóque capto, nil aliud quàm regnum abstulit. Verum eidem se magis nepotem quàm uictorem exhibēs, Hircanis eum præfecit. Regnóque suscepto, in Persas transtulit, & sic Medorum regnum defecit, quod per annos ducentos & quinquaginta nouem sub regibus octo porrectū fuit. Quorū etiā nomina & tēpora hic epilogando recensemus. Medorū regum epilogus. 4602 597

Arbaces. 1.	annos. 28.	Cardiceas. 4.	annos. 13.	Cyaxares. 7.	annos. 3.
Sosiranus. 2.	annos. 30.	Diocles. 5.	annos. 54.	Astyages. 8.	annos. 38.
Medidus. 3.	annos. 4.	Phraortes. 6.	ann. 54.	Hi in unū supputati fiūt ann. 259.	

Vaphres Pharao Psametici regis filius,hoc anno qui est quartus Sedechiæ regis annus, Aegyptiorum regnum accipiēs,regnauit annis triginta. Adhuc capta à Chaldæis Hierosolyma,Iudæi qui remanserant,Codolia Chaldæorum regis præfecto ab eis interfecto,ueriti confugerunt,Hieremia propheta secum tracto. De quo idem Hieremias meminit.

Viri doctrinis excellentes.

Abacuch propheta in numero.12.prophetarum decimus, his temporibus spiritu prophetiæ plenus,apud Iudæam in precio fuit.Qui ex præcepto domini Danieli in lacum leonum existenti prandium attulit.Hic librum prophetiæ suæ titulo nominis sui prænotatum in Iudæa edidit,ubi Christi domini nostri natiuitatem atque passionem prophetat dicēs. Operuit cœlos gloria eius,& plena est terra.Splendor eius ut lux erit,cornua in manibus eius.Ibi abscondita est fortitudo eius.Et propterea diuus Hiero. eum luctatorem fortem ac rigidum uirum appellat.Tandem mortuus uir sanctus habitus est.Eius festum decimooctauo calendas Februarii celebratur.Corp9 uero eius cum diu occuluisset, sub Archadio principe diuina reuelatione repertum fuit.

Ezechiel autem propheta & sacerdos domini,uir sanctus atque pulcherrimus, qui superioribus annis cum Ioachin rege captiuus adductus fuerat in Babylonē,tempestate hac ibidem existēs prophetauit futuras populi Iudæorum calamitates, & hæc ex Babylonia in Hierusalem ad Sedechiam regem misit.Cui tamē idem rex non credidit,sed nec hi qui cum eo captiui fuerant,uidentes adhuc Hierusalem urbem stare, quam Hieremias & ipse casuram esse prædixerant.Tricesimo deinde ætatis suæ anno & captiuitatis suæ quinto librum prophetiæ suæ componere cœpit.Cuius quidem libri sermo,ut diuus scribit Hiero. nec satis disertus,nec admodum rusticus est,sed ex utroque medio tēperatus Cuius sanè principia & finis magnis inuoluuntur obscuritatibus.Et sunt qui dicant eundem à quibusdam sapientissimis uiris,non ab Ezechiele scriptum.Et propterea apud Hebræos non nisi à uiris doctissimis legi permittitur.Hunc tandem quædam reliquiæ Iudæorū,scilicet Dan, & Gad,quibus prædixerat eos in Hierusalem non regressuros,apud Babyloniam interfecerunt,& tanquam martyr habitus est,& in sepulchro Sem filii Noë, & Arphaxath eius filii sepultus.Cuius quidem diei festum.4.idus Aprilis celebramus.

Daniel desideriorum uir,& propheta celeberrimus ex regum Iudæorum familia nat9, à Nabuchodonosor Chaldæorum rege in Babylonem cum Ioachin rege captiuus duct9, & ab eodem enutritus,anno nono Sedechiæ regis Hierusalem, postquam paruulus insontē Susannam à morte liberasset,diuino spiritu illustratus, primam regi Nabuchodo.in Chaldæa soluit uisionem.Quamobrem rex eius obstupescens ingenium,procidens in faciem suam eum salutauit,& gratias egit ei,ac ei quasi deo sacrificari præcepit. Ciuēmque proprii dei nomen imponens,curatorem constituit,& eum in honore præcipuo habere cœpit, eo etiam quod eum forma decorum & omni sapientia præcipuum fuisse deprehenderat, & quàm maximè,quia omnium uisionum & somniorum intelligentiam in eo cerneret. Nam cum in conspectu eius staret,omne uerbum & sapientiæ intellectus,quod ab eo rex sciscitatus fuisset,in decuplum super ariolos suos in eo inuenit.Eum tamen idem rex Nabuchodonosor,cum statuam suam quam erexerat,adorare recusasset,cum cognatis suis in fornacèm ignis ardentis mitti iussit,quos diuina prouidentia liberauit,nec eos omnino ignis cō tigit,& propterea in maiori precio haberi cœptus est. Mortuo deinde Nabuchodonosor, qui mutatus fuit in bestiam,eius filio Balthasar etiam pronunciauit,qui termin9 sibi erat futurus,cum literas in pariete scriptas exposuisset. Destructo deinde Babyloniorum principatu à Dario Astyagis filio in Mediam ab eodem Daniel perductus fuit, ubi cum omni honore celebrauit,& super omnes satrapas præposuit.Sed ibidem inuidia præualente, illum in lacum leonum rex Darius inire coegit,sed nihil mali ab eis passus, cognoscens diuinitatem eum saluasse,deinceps in præcelsiori honore habuit Danielem, & cum excelsus & clarus haberetur,eo quod religiosus & sanctus esset,in Ebathenis ciuitate Mediæ mausoleum sibi ædificauit præclarissimum,ubi & tandem sepultus est.Hic itaq; prophetauit non solum futura,sicut alii prophetæ,sed etiam tempus diffiniuit, quo suæ prophetiæ necesse erant adimpleri,scripsit autem librū prophetiæ in.10.uisiones diuisum, quas se uidisse refert.

fert, tres sub Nabuchodonosor, trésque sub Balthasar eius filio, septimam & octauam sub Dario rege, & duas ultimas sub Cyro. Liber tamen eius apud Hebræos nec Susanæ historiam habet, nec hymnum trium puerorum, nec Bel draconisq; fabulas, quas quidem diuus Hiero. dispersas in unum collegit. Hunc itaque Hiero. totius mundi philostoricum uocat, eo quòd lapidem in monte sine manibus præcisum & alia multa descripserit. Nec tamen eius liber inter prophetas apud Hebræos computatur, sed inter hagiographas, id est, qui sacram descripserunt historiam. Mortuus denique & inter sanctos habitus, eius festum duodecimo calendas Augusti celebratur.

Ponderum & mẽsuræ primus inuẽtor philosophꝰ primus appellatꝰ Nota sententiã pulchram.

Pythagoras præclarissimus natione Samus, & ipse tempestate hac toto orbe terrarum clarissimus fuit. Hic & à primæuo eximiæ pulchritudinis ac uenustissimæ formæ insignis fuit, qui cum Musicæ plurimum doctus esset, eius principia apud Græcos primus ad artem perduxit, & Geometriam omnem perfecit, atque pondera & mensuras inueniens, etiam Græcis primus Pythagoras cõtulit. Imprimis namq; circa Arithmeticam uacauit, nec etiã Medicinam neglexit, animásq; hominum de corpore in corpus transire opinatus est. Quippe & illius generis philosophorum auctor extitit, quod Italicum uocant, quia apud Corthonã Hetruriæ urbem è Græcia uenit, ibique cum discipulis multis clarus esset, Italis nostris legem dedit, & licet eis ætas illa nullum sibi peperisset æqualem, se tamen sapientẽ appellari erubuit, sed cum interrogaretur cuius professionis esset, primus se philosophum, idest, sapientiæ amatorem, dixit. Huius autem institutum fuit, ne quis scholas eius intrans, locutus de philosophicis os aperire præsumeret, antequã per quinquennium audiret. De ipso autem uariæ feruntur sententiæ, quas si quis cognoscere cupit, legat Laërtium, qui longo decursu illas explanauit. Eius libri ab Atheniensibus fuerunt concremati. Verum complurimæ memoratu dignæ ei attribuuntur sententiæ, è quibus unã dũtaxat hic apponimꝰ. Fugienda in modis omnibus & abscindenda sunt hæc omnia, scilicet languor à corpore, imperitia ab anima, luxuria à uentre, à ciuitate seditio, à domo discordia, & à cunctis rebus intemperantia.

Anacharsis patria Scyticus, philosophus sciẽtissimus, per hoc tempus floruit, cuius admirandam extitisse sapiẽtiam Cice. in lib. Thusculanarum scribit, qui cum à quodam uitu peraretur, quòd Scytha esset. Cui idem Anacharsis sic inquit, nemo enim tum ex Scythis sapiens arbitrabatur, respondit, mihi inquit dedecus patria est, tu uero patriæ, interrogatus quid sit in homine bonum & malum, ait lingua. Fuit hic Anacharsis Cadnidi Scytharum regis frater, à quo & demum sagitta occisus fuit, eo quòd Græcorum leges Scythis inducere tentauerit.

Mison Cheneus philosophus his temporibus Athenis plurimum enituit, qui cum patrem tyrannum haberet, ut sapientiæ considerationi liberius uacaret, in deserto apud Lacedæmones habitare elegit, ubi & usque ad nonagesimumseptimum uitæ annum uixit.

Alcineon Crotoniates philosophus, Pyrrhi cuiusdam filius & Pythagoræ auditor, per id tempus, ut Euse. placet, multo ingenio præditus agnoscitur. Qui primꝰ, ut Laërtius habet, de naturæ ratione scripsit, & animam dixit immortalem, atque ad instar solis moueri.

Epimenides Cretensis philosophus his contemporaneus fuit, qui aliquando, ut Laërtius scribit, dũ adhuc iuuenis esset, & à patre pro deducenda ex rure oue missus foret, meridiano æstu ex itinere diuertit in antrum, ubi & per septem & .50. annos continuo sopore quieuit. Excitatus deinde ouem quæsiuit, putans se parum obdormisse, quam cum non inueniret, in agrum reuersus est. Cum uero agrum paternum in alterius potestatem deuenisse intelligeret, & cuncta mutata cerneret, in oppidũ rediit, ubi à iuniore fratre iam uetulo cognitus, omnem ab illo didicit rei ueritatem. Deinde cum philosophiæ operam dedisset, de Genesi scripsit, ortúque diuino in quinque milibus uersuum. De diuersis rerum naturis in nouem milibus & quingentis uersibꝰ, scripsit etiam, ut Laërtius ait, prosa de uictoriis, & de politica Cretensium, primus præterea fertur agros & domos expiasse. Fundauit quoque templum uenerandorum deorum, & ad Solonem philosophum ueteranum epistolas scripsit. Vixit autem ut Laërtius testatur annis .179. sed secundum alios .194.

Hierosolymorum prima euersio.

Nabuchodono sor

590 4609 Nabuchodonosor itaque Chaldæorũ rex hoc anno qui est.9.annus,& mensis.6. regni Sedechiæ,ut dictum est,propter iusiurandum uiolatum & tributum ab ipso Sedechia denegatum, cum ingenti exercitu in Iudæam uenit,ibique magnis cladibus cunctas eius ciuitates affecit,ac etiam ipsam Hierosolymã obsedit. Quo audito, Vaphres Pharao Aegyptiorum rex,confestim cum exercitu magno aduersus eam proficiscitur,soluendæ Hierosolymitanæ obsidionis causa.Sed Nabuchodonosor omissa obsidione eidem occurrit,quem & post multos utrinque conflictus,innumerásq; cædes,tandem superauit,propter quod pseudoprophetæ illudentes Hieremiæ prophetæ dicebant . Babylonii, sicut tu prophetas, amplius non reuertentur,sed cum propheta eadem iterum atque iterum affirmaret,à principibus captus,in quendam lacum lutosum usque ad guttur deposuerunt,ut morte propria suffocatus extingueretur. Verum eodem anno,decimo mense,Pharaone à Nabuchodonosor fuso atque fugato,Nabursardam sui exercitus principem ad obsidendam Hierosolymã rursum misit,ibidémque decem & octo mensibus statione firmata,adeò grauiter urbẽ obsedit,ut præualente fame mulieres præ angustia natos suos comederint. Quamobrem Iudæi se & urbem Chaldæis ignominiosè tradiderũt. Qui urbem ingressi capto prius rege cũ filiis & interfecto, muros & turres euerterunt, templum incenderunt, eiúsque uasa omnia sustulerunt,& uniuersum populum in ore gladii ceciderunt,nõ parcentes,ut sacra secundi Paralipomenon libri cõtinet historia,neque adolescentibus,neque uirginibus,neq; senibus aut decrepitis,sed omnes cæde durissima interfecerunt. Et siquis gladiũ euasisset, captiuus abductus sub corona uenditus est,ac sic rege interfecto,templóque ab eius constructione quadringentesimo quadragesimosecundo anno incenso, finitũ est regnum Iudæorum,sub regibus duobus & uiginti,qui regnauerunt annis quadringentis & octogintaquinque & mensibus sex,quorum nomina & tempora ista fuerunt.

Regum Iudæorum epilogus.

Dauid.1.	ann.40.	Ioram.7.	ann.8.	Ioathan.13.	ann.16.	Iosias.18.	ann.32.
Salomon.2.	ann.40.	Athalia.8.	ann.7.	Acham.14.	ann.29.	Ioachan.19.	men.3.
Roboam.3.	ann.17.	Ochozias.9.	ann.1.	Ezechias.15.	ann.29.	Ioachim.20.	ann.11.
Abias.4.	ann.3.	Ioas.10.	ann.40.	Manasses.16.	ann.5.	Ioachin.21.	men.3.
Asa.5.	ann.41.	Amasias.11.	ann.29.	Amon.17.	ann.12.	Sedechias.22.	ann.11.
Iosaphah.6.	ann.25.	Ozias.12.	ann.51.	Horũ anni in unũ supputati fiũt anni. 484.& mensés sex.			

Pontificum Iudæorum epilogus.

Igitur quia genus regum explicatum est,etiam nomina pontificum,qui fuerunt in tẽplo temporibus prædictorum regum,referare huic loco necessarium iudico,à primo scilicet Sadoch,quem Salomon abiecto Abiathar instituerat,usque ad Iosedech ultimum sacerdotem,quorum tempora prætermittuntur, eo quod de iis non constet. Nomina uero eorum hæc fuerũt, uidelicet Sadoch primus templi fuit sacerdos, Achimas secundus, Azarias.3. Ioiada.4. Azarias.5. Ama.6. Achitob.7. Sadoch.8. Selumus.9. Helechias.10. Azarias 11. Sarias.12.& Iosedech ultimus. Qui captiuus in Babylonem ductus,atque ibidem occisus fuit,ut patet Paralipomenon cap.6. Et Ioseph lib.10.hoc affirmat. Ac sic ea quæ ego uidi & diligenter legi,hæc ita conscripsi. Et sic lib.4.hic explicit.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER QVINTVS.



VINTA Sæculi ætas, quam in suscepto opere librum quintum facimus, hic incipit, durátque usque ad natiuitatem Domini nostri Iesu Christi per annos .590. tametsi sint qui in huius ætatis supputatione aliter sentire uelint. Vnde & qui recte captiuitatis annos numerare uoluerit, ab undecimo Sedechiæ regni anno, sicut Euseb. incipiat & tunc .70. captiuitatis annos in secundum Darii annum terminabit. Iosephus autem & diuus Hiero. super Ezechielem, illos .7. annos numerare uidentur ab anno .13. Iosiæ regis usque ad tertium Cyri regis annum, nōnulli etiam illos .70. annos ab ultimo regis Ioachin anno computant usque ad ultimum Cyri annum, at sané sentiendo .70. illi anni qui tertio uel ultimo Cyri anno terminantur, proprie captiuitatis Iudaicæ anni dicuntur, illi uero qui in secundo Darii terminantur proprié cōpletæ trāsmigrationis sunt. Et hæc principalior & præcipua sacræ scripturæ Aetas habetur, quæ scilicet facta est anno ab exordio mundi .4610. A diluuio autem .2369. Olympiadéque quadragesima septima, ac uigesimooctauo regni Tarquinii Romanorum regis, regnantibus etiam apud Medos Astyage, apud Macedones Europe, apúdque Lydos Alyacte, & apud Aegyptios Vaphre, ac apud Chaldæos Nabuchodonosor primo.

Captiuitas.



Aptiuitas igitur Hebræorum quæ fuit exterminium populi Hierusalem hic incipit, & per ānos .70. perdurat. Hieremias enim propheta, ut præmissū est, ob causam periurii Sedechiæ regis qui fidē promissā Nabuchodonosor regi non seruauerat, populum Israël refert cum memorato rege, expugnata Hierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductū, sed cū populus Israël iam multis temporibus idolis seruiendo, etiam effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset, uolens deus generationem huius populi totam propter memoratas causas penitus deperdere .70. annorum captiuitatem eundem populum in regno Chaldæorum statuit sustinere hac ratione, ut completo annorum numero, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationem Hierusalem perueniret. Sexagesimo itaque & secūdo captiuitatis anno, subuerso Chaldæorum regno, ubi adhuc octo restabant anni ad regnandum, quod etiam sexta Danielis uisio ostendit, cum propter causam sacrilegii quod in eadem uisione continetur suisset extinctum, Darius qui Medis imperabat, ut septima Danielis uisio ostendit, memoratus in regno successit. Cuius primo regni anno, ut etiam decima Danielis uisio ostendit, Daniel supputatis annis uidens appropinquare tēpus reuersionis, quæ per Hieremiam fuerat promissa, orans tam pro se quàm pro populo, eandem promissionem à deo postulabat impleri, cui per Gabrielem archangelum in eadem uisione iuxta preces eiusdem uniuersa esse completa dixit deus. Nam moriente Dario Medorum rege, & in regno Cyro Persarum rege succedente, promissione dei completa, per eundem regem populum Israëlem in Hierusalem reductum historia secundi libri Paralipomenon, & initium Esdræ prophetæ confirmant, 4610 589

Godolias genere Chaldæus hoc anno Nabuzardæ principi militiæ post captam & desolatam Hierusalem prouinciæ præficitur, uir quidē iustus & mansuetus, qui suscepto principatu confestim ex regis mandato Hieremiam prophetam & Baruch eius discipulum de carcere soluit, atque illi per omnia quæ beneplacita erant ministrauit. Mansit autem Hieremias cum Godolia in ciuitate Masphat. Ipse autem Godolias cum esset uir iustus, & præfectus esset tantummodo pauperibus & agricolis Iudæis, qui tributa regi Chaldæorū persoluerent. Audientes autem Iudæi qui dispersi fuerant per certa loca, recessisse Babylonios è terra Iuda, confisi uiri bonitate uenerunt ad ipsum Godoliam in Masphat, inter quos erat quidam Ismaël de semine regio, uir quidem prauus atque malignus, qui dum obsideretur Hierosolyma ad regem euasit Amonitarum, & ibi illo tempore moratus est, hos autem Godolias perbenigne suscepit, & ibidem permanere concessit, suasitque ut in quacunque uellent ciuitate singuli morarētur, iuramentóq; firmat, quòd nihil mali paterētur, quinimo obtulit se eis habitacula reparaturum, ut uinum & oleum atque triticum cum ipsis recondere possent, quatenus hyemis tempore necessariis nō indigerēt. Famáque discurrēte per prouincias, quod Godolias clementissime ad se de fuga ueniens susciperet, & terram excolendam promittens, multi ad eum concurrerunt, & ibidem habitauerunt, confidetantes prouinciam in pace regi, & Godoliæ bonitate atque clementia. Omnes enim hanc urbem Iudæi diligebant & Godoliam: post aliquod uero tempus uenit ad Godoliam in Masphat etiam Ismaël prædictus cum decem uiris, quos Godolias splendide suscepit. Et cum essent in conuiuio Godolias inebriatus est, quem Ismaël uidens uinó repletum, surgens cum decem uiris eum occidit, & qui cum eo erant, post cuius mortem surgēs, cunctos pariter trucidauit Iudæos & militres qui erant in ciuitate, qui à Babyloniis fuerant derelicti. Indéque post multas cædes fugit ad regem Amonitarum. Iudæi autem propter Godoliæ mortem, metuentes sibi, deliberauerūt fugere in Aegyptū, sed dissuadente Hieremia atq; dicente, quod Aegyptus uentura esset in manibus Babyloniorum, ubi omnes deperirent, si illo accederent, populus eius consilio obedire noluit, sed discedens in Aegyptum duxerunt secum Hieremiam pariter & Baruch. Dúmque illic essēnt, post quintum annum uenit Nabuchodonosor in Aegyptum & uniuersam subuertit, & Iudæos omnes qui ibidem erant captiuos duxit in Babyloniam, iuxta prophetiam Hieremiæ, & Hebræorum quidē huiusmodi terminum habuit, & deinceps uniuersa Iudæa & Hierosolyma per septuaginta annos omnino desolata permansit, ut patet quarto Regum ultimo.

581 4618 Alcetas octauns Macedonum rex octauo captiuitatis anno, Macedonibus regnare cœpit, & regnauit annis uigintinouem.

540 4619 Seruius Tullius sextus Romanorum rex, post Tarquinium Priscum nono Iudaicæ captiuitatis anno regnum suscipiens, regnauit annis. 34. Hic Vulcani ex Cresa Corniculana, ut Ouid. in lib. Fasto. fabulatur, filius fuit. Nam ut Liuius ait. Dum Tarquinius Priscus Latinos expugnasset, inter alias captiuas Cresam Corniculam Latinorum præfecti filiā prægnantem cepit, quam quum in domum prægnantem perduxisset, filium peperit quē Tullium Seruium nominauit. Cui puerulo in cunis dormienti, rege & regina uidentibus, igniculus ab alto descendit, & capiti infantuli insedit nullam inferens læsionem, quem cum ui disset regina augurorum præscia, suasit marito regi puerum cum diligentia seruandum, dicens magnum futurum familiæ suæ commodum. Hinc Seruius cū strenuus euasisset, Tarquinii postea filiam sumpsit in cōiugem, & uulnerato Tarquinio à filiis Anci Martii, & à regina socera sua, mortuo clam Tarquinio, ea iubente paruulis adhuc existētibus filiis suis, Seruius illi occupauit regiam. Qua occupata, & morte regis patefacta, Seruius illi suffectus est rex. Cui cum duæ essent ex coniuge filiæ, illas filiis Tarquinii Prisci dedit uxores. Cæterum eo in officio tantæ modestiæ fuit, ut bono etiam moderatóque successori difficilis esset æmulatio. Insuper id quoque ad eius gloriam accessit, quod cum illo iusta simul & legitima regna occiderunt: primus namq; censum in urbe instituit, & omnē urbis lustrauit exercitū, ubi inuenta fuerūt. 80. hominū milia, propter quā multitudinē tres colles. s. Quirinalem, Viminalem, & Exquilias urbi adiecit, eáq; aggere fossisq; ac muro circūdedit. Hæc

Seruius Tullius sextus Ro. rex.

Census primus Romæ habitus

itaque & alia bona cum fecisset Romanis, à Tarquinio Superbo genero suo, filiæ suæ impulsu occisus est. Quod autem Vulcani filius fuerit, ostendit Ouid. ubi suprà dicens. Signa dedit genitor tunc cum caput igne corusco Cōtigit, hincque omnis flammeus egit apex. Pli. tamen in lib. Virorum illustrium, dicit hunc Publii Corniculam & Ocreaciæ captiuæ fuisse filium.

Nabuchodonosor huius nominis secūdus magni Nabuchodonosor filius, tertius Chaldæorum rex, decimooctauo captiuitatis anno, patri in regno succedens, regnauit annis. 10. uir quidem præstantissimi animi & ingentis potentiæ, qui ut Iosephus lib. 10. cap. 13. testatur, paternis regalibus multa superaddidit. Et propterea ferunt eum & fortitudine & gestorum magnitudine Herculem transcendisse. Libyam enim & Hiberiam uastauit, & alia multa & plurima facinora gessit, quæ dicere superuacuum puto. Inque Babylonia multa ædificauit, & urbem uetustate collapsam restituit. Templum permagnificum belli extruxit, & multa ei donaria contulit. Sed & uiridarium celeberrimum multis consitū arborib9 construxit, quē instar montis ex lapidibus composuit, quod suspēsibile dicebatur, eo quòd uxor eius positionē regionis suæ uidere ex eo desiderabat, quæ Medorum regis filia erat. 4628 571

Crœsus Alyactis regis filius, nonus & ultimus Lydorum rex. 27. Iudaicæ captiuitatis anno, Lydis regnare incipiens, regnauit annis. 15. hic primo fœlicissimus fuit, infinitissimásq; diuitias aggregauit, quarum multitudine elatus factus, cum Cyro rege cōgredi præsumēs, superatus est, amissóque regno miseram uitam subire coactus est. De quo Iusti. primo Epito. lib. multa prosequitur. Et Ouidius de eo sic inquit. Diuitis audita est cui non opulentia Crœsi, Nempe tamen uita captus ab hoste tulit. 4637 562

Euilmerodach. 4. Chaldæorum rex, magni Nabuchodo. regis filius, anno. 28. captiuitatis Iudicæ, fratre prædicto sine liberis defuncto, regnum suscipiens regnauit annis. 18. Hic suscepto regno mox eodem anno, ut sacra quarti lib. Regum habet historia, Hierosolymitarum regem Ieconiam, qui & Ioachin à uinculis soluit, & eum inter amicos charissimos habuit, & multa ei donaria concessit, fecitque eum in Babylonia inter reges haberi. Nam pater eius fidem non seruauerat ei, qui se utique cum uxorib9 & filiis & omni cognatione sponte tradiderat pro ciuitate, hanc ideo illi fecisse dicitur misericordiam, quod frater suus Nabuchodo. in diebus paternæ eiectionis multa impiè in eum exercuerat, patréq; restituto, ipsum accusando carceri mancipatus est, ubi idem Ioachin incarceratus erat. Idcirco quum regnare cœpisset, ipsum eleuauit. Et hic quarti libri regum finis est. Genuit autē hic tres filios, inter quos Balthasar ultimus rex fuit. 4638 561

Viris disciplinis excellentes.

Anaximander philosophus & medicus celeberrimus, patria Milesius & Thaletis auditor ac in eius schola successor, his temporibus, ut Euse. placet, floruit. Qui cum primus cœlestia docuisset, etiam primus horoscopia fabricauit, ac maris & terræ circuitum prim9 descripsit, nec non & materialem sphærā construxit. Et propterea Plinius lib. 2. eum peritissimum astrologum dixit. Obiit deniq; sexagesimoquarto uitæ suæ anno. Fuit & alius Anaximander Milesius historicus non ignobilis, de quo Laërtius scribit.

Aesop9 fabulator — Anaximeneum philosophum pariter atq; physicum Anaximander hic habuit discipulum & quidem clarissimum, qui principium aëra dixit, & in infinitum moueri sydera non supra terram, sed circa ipsam, obiit uero, ut Laërtius ait, ea die qua & Sardis capta fuit.

Aesopus natione Phrygius seu Græcus, fortuna seruus, fabulator clarissimus hisdem tēporibus ob ingenii magnitudinem, admirabilem sapientiam atque grauitatem, apud uniuersam sui temporis uetustatem maximo in precio habitus est. Qui fabulas multas animalium brutorum inter se eloquentium scripsit, ex quibus non uoluptatem solum, sed quod maximē quærēdum est, utilitatē non mediocrē quisq; lector excerpere potest. Cum nihil æquè (ut aiunt) sit utile uitæ mortalium, nilue oppositum prosperis aduersisq; rebus, quam eius dicta ac gesta, quibus non solum ciuile uulgus, sed etiam agrestes cupidissimē utuntur. Harum fabularum nonnullas cum Romulus quidam ad eruditionem filii Tyburtini uersas in Latinum iamdiu transtulerit, nouissimè eas omnes unà cum ipsius Aesopi uita, Ramutius quidā erudit9 uir ad Antoniū tituli sācti Crisogoni cardinalē Latinas accuratissimè fecit.

Persarum regni principium.

Cyrus primus Persarum rex potentissimus quidem, hoc anno qui est trigesimus captiuitatis Iudaicæ annus, & quinquagesimaquinta olympias, Persis regnum & imperium instituens, regnauit an.30. Hic Astyagis Medorum regis ex Mădana filia (ut dictum est) nepos fuit, qui (ut Herodo. & Iusti. tradunt) Astyagem auum deuicit, & regnū eius in Persas trāstulit, domitisq; multis ciuitatibus rebellantibus, aduersus Balthasar Chaldæorum & Babyloniorum regem bellum intulit atque deuicit, quo deuicto, eius regiam Babyloniam superbissimam urbem statim subuertit. Postmodum aduersus Crœsum Lydorum regem, qui Babyloniis auxilium tulerat, profectus est, quem sine ullo negocio fudit, & cepit, ablatisq; ei omnibus sui regni rebus, uitam miseram ducere coëgit, licet sint qui dicant quod ad degēdam uitā eidem concesserit proximā regiæ maiestati urbē. Cūmq; Cyrus Asiam totúmq; pene orientem in suam redegisset potestatē, Scythas etiā bello adortus est, quibus tū Tamiris regina præerat, ac primo quidē prælio cū Cyrus reginæ filium omnémq; eius obtrūcasset exercitum. Haud multo post & ipse ab regina, compositis in montibus insidiis, cum omni exercitu deletus est. Nam Tamiris cum audisset suorum cædem & filii unici mortem, non fœmineo more se dedit in lachrymas, sed cū residuo exercitu in montibus, simulata diffidentia propter acceptum uulnus, cum insidiis refugit, ac Cyrum ad montium angustias perduxit, ibidémq; eum cum ducentis milibus obtruncari fecit, ita ut ne unus quidem tantæ cladi superfuerit. Quibus gestis Tamiris statim inter cadauera corpus Cyri exquiri mandauit, cui comperto auferri caput & in utrem sanguine suorum plenum immitti præcepit, & quasi superbo regi dignum exhibuisset tumulū, dixit. Sume Cyre sanguinē quem semper sitisti. Eius tamen truncū in Pasardagas urbem delatum, in hortis sepelierūt. In cuius tumulo tale epigramma fertur fuisse inscriptum. O homo ego Cyrus sum Asiæ rex, qui Persis imperium constituit. De Cyro isto inter cætera etiam legitur quod gloriari se plurimū solebat, cū uenientibus ad se hortū ostenderet suis manib9 cōfectū, & arbores in ordinē positas, in quo quidē exercitio uitam quietā liberámq; ac honestā certē exigebat. Persia

Persia autem Asiæ maioris regio est, quæ à Perseo Acrisii Argiuorum regis nepote, ut dictum est, nomen accepit, in quam Persipolim ipsius regionis & regni caput cōdidit, quā postea Græci regiis concrematis uastauerunt. Hæc itaque regio Caramanis Bactrianísque ac Medis contermina est, & in multos diuiditur sinus, de quibus modo dicendum non est, cum ad utilitatem non pertineant. Curtius tamen in quarto de gestis Alexădri magni eā optimē describit. Ipsa quippe montuosa permaximē est, & propter æstum ac uētos, fructuū inops esse perhibetur. In ipsa tamen celeberrimæ urbes referuntur, & præsertim ipsa Persipolis & Pasargadas, ac plurimæ aliæ quæ sunt in Gabiis superioribus partibus eiusdē regionis. Inter Persiam autem & Susam, quæ ab Arphaxath Medorum rege magnis structuris ædificata fuerat, quædam montana prærupta interiacebāt, quæ postea Cābyses Cyri regis filius suo adiecit imperio. Eius autem imperium & si aliquādo permaximum fuerit, postea tamen à Macedonibus Parthísq; diminutum & dilaceratum fuit. Persæ uero à Nembroth gigante primum edocti, pro deo solem & ignem coluerunt, & lunæ Mineruæque sacrificauerunt, sed nunc relictis idolis illis, Machumeteā legem sequuntur. Persica autem poma, teste Plinio lib.15. ab hac aduecta ferūtur. Illustratur adhuc Persipolis regio seu ciuitas beatissimi Georgii martyris triumpho. Persica poma uenerunt.

552 4647 Aminthas nonus Macedonum rex.37. Iudaicæ captiuitatis anno Macedonib9 regnare cœpit, & regnauit annis.50.

Lydorum regni finis.

Crœsus itaque Lydorum rex hoc anno qui est.39. Iudaicæ captiuitatis ann9 postquam apud Lydos.15. regnasset annos, à Cyro rege superatus, regnum amittens, in Persas translatum est, quod ducentis & triginta annis sub nouem regibus steterat, quorum nomina & tempora etiam epilogando hic apponimus.

Ardisius primus	annos.36.	Candaules.4.	annos.17.	Saliates.7.	annos.15.
Alyates.2.	annos.14.	Gigius.5.	annos.15.	Alyates.8.	ann.49.
Meles.3.	annos.12.	Ardis.6.	annos.37.	Crœsus.9.	annos.15.

Lucius Tarqui nius.7. Rom. rex. Lucius Tarquinius Prisci Tarquinii regis filiꝰ & Tullii Seruii gener, cui superba facta cognomen indiderũt, anno.4.&.40. Iudaicæ captiuitatis, mortuo socero suo rege Romanorum.7. rex factus, regnauit annis.35. Qui suscepto regno mox primores ciuitatis, quos rebus soceri Tullii Seruii fauisse putabat, unà cum Tarquinio Tarquiniæ sororis suæ filio interfici iussit. Sciénsq; præterea quòd male sibi regnum quæsiuisset, corpus suũ primũ armatis circũsepsit. Vnde nec ad ius regni quicquã præter uim sibi persuasit, adeò ut neque populi iussu nec auctoribus patribus regnaret. Eóq; actꝰ est ut in charitate ciuium nihil spei reponens, iudicarit metu regnum esse tutandum. Vnde testibus Aug. Tul. atque Eutropio ad id perficiendum uaria excogitauit tormẽtorum genera, uincula. s. & thaureas, fustes, laminas, carceres, compedes, exilia, & metalla. Hic quum filiam genuisset, eam Latinorum principi, ut eius amicitiam sibi cõciliaret, uxorem dedit. Quo facto statim Volschis bellum intulit, & Sinuessam, Pomeciã ui cepit. Inde ad urbana negocia se conuertens, Iouis templum in Tarquinio mõte, forúmque in Circo, atq; cloacã maximam extruxit, quã omnium purgamentorum urbis receptaculum fecit, tandem propter tyrãnidem quã in ciues exercuerat, dum Ardeam expugnaret, ac Tarquinii eiꝰ filii qui Lucretiam uiolauerat, nec non & propter nepotis fratris Lucii Bruti cædẽ, eodem Bruto conspirãte, regno expulsus est, qui in Gabios ad Porsenam tanquam in regnum suum profectus, ab eisdem propter illatas aliquando iniurias interfectus est. 4649 550

Tormẽtorum multorum inuentum

Cloacæ truitur

Aggæus propheta in numero.12. prophetarum undecimus, quẽ diuus Hiero. festiuũ & lectum nominat, his temporibus librum prophetiæ scripsit, in quo reuersionem populi & templi ædificationem conscribit, ac renouationem ciuitatis, nec non sacerdotalem conseruationem comprehendit, ut sicut in lachrymis seminauit, in gaudio quoque meteret. Deũ patrem loquentem inducit dicens. Adhuc unum modicum est & ego commouebo cœlũ & terram, maréq; & aridam, & mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Cõpleto deniq; tẽplo, statim obiit, & iuxta sacerdotũ sepulchra ut sãctꝰ sepultꝰ est.

Zachariam quoque prophetam. 12. prophetarum extremum, hisdem temporibus fuisse lectio ipsius declarat. Qui memor domini dei sui librum suæ prophetiæ edidit perpulchrũ, in quo multipliciter Iesum cum sordidis uestibus & lampadẽ oculorum septem, candelabrúmq; aureum, cum totidem lucernis quot oculis, duas quoq; oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris, & post equos ruffos, uarios, albos, & dissipatas quadrigas ex Effraim, & equum de Hierusalem, pauperem regem uaticinatur sedentem super pullum filium asinæ subiugalis. Hic unà cum Aggæo Zorobabeli & Iesui principi sacerdotum in ædificationẽ templi & Hierusalem ad exhortandum populum, auxilio plurimum fuit. Tãdem post multa bona opera, completo templo, & ipse obiit, & iuxta Aggæum prophetam sepultus fuit, quo mortuo eius dies natalitius octauo idus Septembris agi cœptus est.

Amalthea sibylla Cumana Amalthea Sibylla uirgo clarissima ex Cumis Campaniæ urbe originem ducens, hisdẽ temporibus floruit, & libros.9. conscripsit, quos cum ad Tarquinium regem Romanũ detulisset, & pro eis trecentos philippæos postulasset, denegato à rege precio postulato, mulier tres eo uidente combussit, & cum die sequenti pro sex reliquis illud idem preciũ quod ante ex nouem petiuerat, postulasset, asseruissetque ni daretur, tres euestigio exusturam, die sequenti Tarquinius pro tribus reliquis petitum precium ei contulit. Quos quum feruasset rex, à posteris postea compertum est eos Romanorum facta omnia continere. Quam ob causam maxima cum diligẽtia post hæc Romani seruauere, & iuxta opportunitatis exigentiam, de futuris consulturi, ad eosdem quasi ad oraculum recurrebant. Hic itaque postea apud Siculos diem clausit, ubi & diu eius tumulum ab accolis demonstratum fuisse legitur.

Sibylla Hellespontia Sibyllam Hellespontiam in agro Troiano uico Marmesso, circa oppidum Gergiteum natam, hisdem etiam temporibus fuisse Solinus scribit. Quæ de Christo uaticinãs dixit. Nascetur Iesus Christus de casta.

Balthasar Euilmerodach regis filius seu nepos, quintus Chaldæorum rex, hoc anno post patrem regnare cœpit, & teste Iosepho, regnauit annis.17. Cuius regni anno primo, Daniel propheta quartam uisionem uidit, qua quatuor in mari angelos, ac quatuor bestias uidit, 4655 544

dit,leonem,scilicet ursum,pardum, & aprum,pro quibus quatuor principalia designantur regna,nec non &.10.cornua quæ alia sunt.10.subalterna regna. Viditque præterea sub eodem rege quintam uisionem,cum arietem cornua excelsa habentem uideret, & hircum in prædicto ariete effrenatum,ut patet Danielis.8.Sexta autem non multo post ei contigit uisio,quod dum Cyrus Persarum rex,& Darius Medorum rex castra metati contra eum in Babyloniam obsiderent,dum sacrilegus in conuiuio cum principibus suis & concubinis recumberet,& de uasis domini biberet,quæ auus Nabuchodo.de Hierusalem tulerat, eue stigio uidit de muro manum uenientem & in pariete has literas scribentem,scilicet Mane thechel,phares,quæ Latine ut exposuit Daniel sonant,Numerus,appensio,diuisio.Quod Daniel regi exponens dixit.Deus ô rex ob sacrilegium tuum dinumerauit,id est,uitæ tuæ & regni tui tempus,quia tibi parum superesse decreuit,quia illud franget,& Persis ac Medis distribuet,ac sic non multo post & ipse Balthasar captus est, & ciuitas à Cyrò Persarum rege aduersus eum fortissimè dimicante,tradita est,& funditus euersa,& adeò ut nullum tantæ urbis remanserit uestigium,sed eam quæ modo stat Cambyses Cyri filius alio in loco condidit. Verba in pariete scripta. Babylō capitur

543 4656 Darius autem Astyagis Medorum regis frater,qui Babyloniorum regnum cum Cyro cognato suo destruxit,tunc quidem quando Babylonem inuasit annum habebat.62. Hic Danielem prophetam ex Babylonia sumens,uisis eius miraculis,secum in Mediam duxit, & eum omni honore celebrauit,ita ut quasi soli cuncta uiderentur commissa.Nam unus & præcipuus inter omnes satrapas habebatur,pro qua re apud cæteros crimine inuidiæ plurimum laborabat.Et dum aduersus eum aliquam quærerent occasionem,nullam probabilē inuenire poterant causam,tandem uidentes eum frequenter orantem, accusauerunt eum regi,& compulerunt eum in lacum leonum recludi, ut deuoraretur ab eisdē,& quū per triduum ibidem fuisset,nihil mali ab eis passus est,sed intromissis inimicis satrapis in momento deuorati sunt,quibus deuoratis,rex quod actum fuerat in omni regno diuulgauit,laudans deum Danielis,quem colebat,asserens eum uerum & omnipotentem esse solū. Verum mortuo Dario regnum Medorum omnino in Persarum monarchiam cessit.

529 4670 Cambyses Cyri regis filius,secundus Persarum rex.60.captiuitatis anno,post patrē regnum accipiens,regnauit annis.8.hunc Cyrus pater Assyriorum regno primo præficiēs Nabuchodo.cognominauit,qui & apud Esdrā Artaxerxes,& apud Iudith Assuerus dicitur,qui imperium suscipiens militari gloria atq; iustitia cum quadam crudelitate mixta,in suos deseuiens,etiā patrē superauit,unde & imperii fines,ut ex Iudith historia habetur,lōgè latéq; diffudit,nec per se bella,sed per Holophernē impigerrimū imperatorē gessit, & Arphaxat Medū,qui in Ebathanis ciuitate surrexerat,quámq; & muris turribúsq; inexpugnabilem reddiderat,primo regni sui anno,superauit & interfecit,indéq; Aethiopes non multo post non incruenta pugna subegit,ac multas alias prouincias & regna suo adiecit imperio.Et ut solus haberetur deus,omnes prouinciarum deos exterminari mandauit. At Holophernes imperator ipsius,cum Iudæos in Betulia existentes incredibili multitudine ex mandato regis obsideret,deniq; à Iudith Hebræa muliere formosissima,deo sic uolēte, somno uinóq; sepultus,in cubiculo papilionis sui occisus est,& omnis eius exercitus,relictis innumerabilibus spoliis,à Iudæis fusus & fugatus est. Quam ob cladem Cambyses toto tempore uitæ suæ Iudæis infestissimus & inimicus existens instaurationem urbis & tēpli interdixit. Adeò etiam crudelis extitit,ut non modo in extraneos, uerū etiam in proprios cædes cruentissimas exercuerit,& Smerdim germanum paruulum,suspitione regni per Praxarpē amicum suum occultè interfecit,postea quoque in Aegyptum accedēs eius cunctos uastauit fines,& ibidem Babylonem condidit aliam,indéque regrediens(ut Herodotus in.3.testatur)cum regum ceruicibus in Syriam portaretur,in Achatana urbe debitū naturale persoluit.De Cābyse isto Vale.in.6.sic refert.Quod iudicis male iudicātis pellem detrahi fecisset,sellæ iudiciariæ,ubi filiū suū iudicem constituerat, apponi præcepit dicens. Iudiciū seuerū
Sedens sede istam iudex inflexibilis ista Et manibus reuoces munus ab aure preces. uide
Sit tibi lucerna,lux,lex,pellisque paterna. uersus.

Aegyptiorum regni defectio.

Aegyptus quinto Cābysis regni anno in monarchiā Persarū per Cābysem transfertur, in qua depositis primū uniuersis deorum tēplis, etiā uniuersam religionē uastauit, cuius reges libentissime, ut moris est, sub epilogo cōmemorarem nisi eorum gesta uetustas obliterasset. Neq; cōgruū uidetur singulos reges absq; temporibus uel eorū gestis dinumerare.

Iudith Iudith uidua castitatisq; exēplum Merari cuiusdā nobilis Iudæi ex filiis Symeon filia, Manassæque quondā uxor, mulier siquidem præstantissima, & incredibili aspectu speciosa, his tēporibus, postquam Holophernē principē obtruncasset, tanto in precio apud Iudæos habita est, ut cunctis diebus uitæ suæ omnibus Iudæis præferretur, & triūphali laude perpetuisq; præconiis celebraretur, quā nō solū fœminis prætulerūt, sed etiā uiris imitabilem exhibuerunt, quia castitatis eius remunerator uirtutem talem contulit, ut inuictū omnibus uinceret, & insuperabilem superaret. Nā Holopherne interfecto, ciuitateq; liberata, apud Iudæos tanquā regina uixit. Et quum centū & quinque annos cōplesset, moriens apud uirum in Betulia ingenti luctu & pōpa sepelitur, cuius liber quū apud Hebræos inter Hagiographa haberetur, in Nicena synodo, in sanctarum scripturarum numero fuit computatus. Eius omnimodam historiam in lib. de Claris mulieribus descripsimus.

Smerdis tertius Persarū rex .8. & .60. Iudaicæ captiuitatis anno, Cābyse in Syria mortuo regnum suscepit, & regnauit mēsibus .7. Cābyse enim sine liberis defuncto, Patizetes quidam magus Smerdis huius frater, quem rebus suis Cambyses præfecerat, & domus suæ præfectum reliquerat, sciens Smerdi Cambysis fratrem esse sublatum, hunc fratrem suum nomine & facie Smerdi similimum regem declarauit. Sed post menses sex Paraxaspe nobili Persa superueniente, qui (ut Herodotus in .3. scrib.) Smerdi Cābysis fratrē iussu ipsius regis occiderat, fraudē omnē aperuit, propter quod Darius Histapsis filius, cōfestim cōiuratione cum nonnullis Persarū nobilibus facta, Smerdi & eius fratrē Patizetē Cābysis cognatū trucidauit, & ipse post triduū Persarum rex constitutus est, sicut in tertio Herodotus scribit. 4670 521

Darius itaque Histapsis filius .4. Persarum rex anno .70. captiuitatis, Persis regnare cœpit, & regnauit .36. ānis, hic Herodoto lib. histo. quarto teste, quum cognouisset Smerdim Patizetis fratrem Persarum regnum occupasse, facta coniuratione cum sex aliis nobilibus, Smerdim iam regem & Patizetem magum eius fratrem (ut diximus) trucidauit, quo mortuo, ita inter eos de Persarum regno cōuenerunt, ut cuius eorum equus sequenti die prius in ortu solis hinnitum ante regiam emitteret, ille Persarū rex haberetur. Quod Dario huic qui uotum ob hoc deo uouerat, & Oebaris stabularii sui solertia contigit. Nam Darius, ut secundi libri Hesdræ habet historia, dū priuatus esset, deum orauit, quod si fieret rex, omnia dei uasa quanta Babyloniæ inuenirētur, ad templum Hierosolymorum mittere se promisit, quod & factum est. Ea quippe nocte Oebaris stabularius equā ante fores regias Darii equo supposuit, atque manum in genitiuam equæ partem dimisit. Cūmq; mane factum fuisset, ad determinatum locum magni uenientes, Oebaris statim manum ad equi Darii nares admouit, quo odore ad uoluptatem equus incitatus, ilico ante omnes hinnitum dedit. Quo facto, euestigio Darius rex creatus est. Qui suscepto regno Atosam Cambysis filiam (uiro suo Patizete mago interfecto) duxit uxorem, ex qua præter Xerxem etiam alios suscepit filios. Móxque explendi uoti sui causa, Zorobabel Salathiel filium Iudæorum principem constituens, dedit ei epistolas & auctoritatem, ut Iudæos qui in Chaldæa erant, in Hierusalem reducere posset, insuper & uasa quæque reddi iussit, mandauitq; præterea omnibus per circuitum, ne Iudæis ædificantibus molestias inferrent, sed ut in structura templi per singulos annos .20. argenti talenta darent, eos quoq; Iudæos, qui e Babylonia ad cōdendam Hierusalem uenerant, uoluit esse liberos. Acceptis itaque Zorobabel epistolis e Babylonia in Iudæā profectus est, & nunciauit fratribus suis qui omnes deum benedicētes ascēderunt & tēplū ædificauerūt. Crudelis tamē Darius habitus fuit, qui quū aliquādo Scythis bellū inferre uellet, & multos in exercitū redigeret, ab Arbace nobili uiro & sene rogatus ut e tribus eius liberis in militiā ascitis, uel unū ad senectutis suæ solatiū sibi relinquere dignaretur, duorum uero opera uteretur, respondítque se omnes permissurū, & nō ita multo post, eos occisos corā patre proiecit. Multa quoque alia huiusmodi recēseri possent, quæ breuitati studentes omittimus, uerum antequā e uita discederet, Aegyptus ab eo defecit. 4679 520

Vide astutiam magnā.

Zorobabel princeps Iudæorū constituitur.

Zorobabel

Zorobabel autem filius Salathiel filii Ioachim regis Iuda, his temporibus apud Iudæos maximo in precio habitus, à Dario etiam rege princeps populi designatus, primū ex Chaldæa Iudæos ad propriam prouinciam reducere cœpit, & templum reædificare, concedēte Cyro, incœpit. Nam Cyrus idem rex cum legisset Esaiam, qui ante annos centum prædixerat nomen suum, & quòd populum dei remitteret ad propriam terram templum reædificare deo, admirans, quodam impetu impulsus magnificam scripturam implere decreuit. Et conuocans Zorobabel & alios clarissimos Iudæorum, qui erant in Babylone, dixit se concedere, ut ad propriam terram remearent: at Zorobabel susceptis epistolis cōfestim conuocatis Iudæis & Iesu principe sacerdotū cum Leuitis cum quinquaginta milibus Iudæorum in Iudæam profectus est. Scripserat autem rex Cyrus epistolas Syriæ satrapis, ut eos non impedirent ciuitatem & templum reponere, sed dum Iudæi templi fundamenta mitterent, & minus, ut Iosephus scribit, circa ædificia festinarent, à satrapis pecunia corruptis impediti sunt, quod Cyrus ad bella occupatus ignorabat. Mortuóq; Cyro Cambyses eius filius, qui erat natura maliuolus, uetuit ne in structura procederetur, & sic per.9.annos opus fuit impeditum usque ad secūdum annū Darii regis, uerum Zorobabel hic cum Dario charissimus esset, & inter aulicos, præcipuus corporis Darii custos haberetur, ac etiā sapientior in problemate cunctis apud ipsum iudicatus fuisset, ab eodem complendæ domus domini & licētiam & auxiliū obtinuit, & regressus cum ingenti gloria omnia perfecit, hic autem genuit filium nomine Abiud qui genuit Eliachim, qui Azor, qui Sadoch & cætera, ut Matth. in princi. Euangelii testatus est.

Iesus Iosedech summi sacerdotis Iudæorū filius, & ipse summus pontifex, anno.2. Darii regis quum iam sedisset annis.8. ueniēs iteratò cum Zorobabel & innumera multitudine Iudæorum in Hierusalem ad reponēdum templum, quum septimus uenisset mensis, ex quo ibidem applicuerunt, congregans uniuersam prouinciam cōstruxit altare in loco quo prius ædificatum fuerat, legitimas hostias secundum legem Moysi obtulit, insuper & dies tabernaculorum celebrauit, & ritus omnes instaurare conatus est, hísque gestis cœpit renouare templum, sed paulopost defunctus est.

519 4680 Ioachim autem ipsius filius post patrem in pontificatu succedens, sedit annis sex & uiginti, sub quo Zorobabel, prophetantibus & adiuuantibus Aggæo & Zacharia, templū & ciuitatem reposuit, ac libertatis immunitatem obtinuit. Aedificato autem templo & ianitoribus per singulas templi portas constitutis; ac pascha cum innumerabilibus holocaustis celebrata, quum optimam gubernationem Iudæi habere cœpissent, deinceps libero existente Iudæorum populo, curam gerendarum rerum cōmitteret sacerdotibus, usque quo regnare contigit nepotes Asmonei, id est, Machabei seu Aristobolus, qui sibiipsi diadema imposuit, quum ante (ut dictum est) captiuitatem & transmigrationem reges & iudices fuissent, ac sic pontificatu & gubernatione suscepta, legum paternarū calamitate permotus, ædificato templo & sacrificiis celebratis, etiam ad componendos mores, & ad exornandam urbem ita animum adiecit, ut breui conualescens, meliorem faciem præ se tulerit. Et hanc ob rem non modo pontificem, sed patriæ patrem eum omnes appellauere.

515 4684 Templo itaque domini in modum castri sexto regni Darii anno perfecto, qui fuit secundus annus sexagesimæsextæ olympiadis, mensēq;.8. præsulante Ioachim prædicto pontifice, à Zorobabel principe tribuū Iudæ & Bēiamin cum munitissimo muro, qui fuit.46. annus regni Persarū, primo scilicet anno regni Cyri regis, quo permissi fuerant Iudæi templum reædificare, ita ut illud euangelicum uerificetur. Quadraginta & sex annis ædificatū est templum hoc, quo perfecto, Ioachim pontifex cum sacerdotibus surgens cum tubis & ornatu solenni laudauerunt deum laudibus, quas Dauid prius eis ostenderat. Clemens autem in primo Stromate, his cōuenit dicens. Et perseuerauit captiuitas annis.70. usque ad secūdum annū Darii filii Histapsis, qui regnabat Persis, Assyriis, atque Aegyptiis, sub quo Aggæus & Zacharias prophetarūt, sacerdotióq; functus Iosedech, & cōsummato tēplo, illud.12. mense cum omni apparatu dedicauerūt. Et hæc secūda templi dedicatio fuit, quo dedicato, ut secundus Machabæorum habet liber, ignis qui in puteo ex altari sublatus & absconditus fuerat, quum omnino extinctus esset, confestim reuixit.

Viri doctrinis excellentes.

Xenophanes Colophonius philosophus his tẽporibus, ut Eusebio placet, clarus fuit. Hic Orthomenis cuiusdã Græci filius fuit, qui cum uiginti esset annorum à patria pulsus, quinque & sexaginta annis relegatus stetit, sicut ipsemet testatus est. Et sunt qui dicant eum neminem audiuisse, scripsit autem contra Hesiodum & Homerũ elegias. Fuit quoq; eiusdem nominis uir patria Lesbius poëta iambicus, de quo nihil nobis constat.

Theogonus etiam poëta Græcus, hoc eodem tempore, teste Eusebio floruit, de quo Plato in libro de Legibus sæpe meminit.

Sapphos Lesbia ex Mitylena urbe oriunda, altera poëtrix, hac etiam tempestate inclyta fuit. Quæ adeò generosæ mentis extitit, ut ætate florens & forma, non contenta solum literas iungere plurimas, sed ampliore feruore animi ingeniique sua uiuacitate, consenso studio uigili per abrupta Parnasi mõtis se fœlici ausu musis immiscuit, à quibus gratia accepta, modulos lyricos exprimere non dubitauit, à qua id genus uersuum Sapphici ab ea dicti sunt. De qua Ouid. in secundo de Tristibus sic meminit dicens. Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas. Et de Remediis lib. 2. Me certe Sappho meliorẽ fecit amicæ. Et propterea illi erecta fuit statua ænea & suo nomini dicata, eo quod inter celebres poëtas fuerit numerata. Eius tamen opera maiorum negligentia amissa sunt, uerũ si danda sit omnibus fides, infœlici corrupta amore fuit, quia Phaonem Cretẽsem nimiũ amauit. Quæ demum spe frustrata, ex Leucano saxo se præcipitem dedit atque interiit.

Sapphici uersus primi.

Rhodope meretrix miræ pulchritudinis mulier, hoc etiam tẽpore floruit, & cum Aesopo fabulatore (sicut Herodotus tradit) captiua fuit, hæc in Aegyptũ deportata à Crasso Sapphonis fratre (qui forte uenale uinũ eo ex Lesbo deuexerat) maxima pecunia redẽpta fuit. Cuius rei meminit Sapphos soror in epistola ad Phaonem cum ait. Arsit inops frater uictus meretricis amore, Multáque cum multo dãna pudore tulit. Tãtas nãque hæc meretrix suo commercio conflauit opes (sicut docet Pli. lib. 36. histo.) ut apud Mẽphim pyramidem laudatissimam extrui fecerit, sũtque qui putent quod cum aliquãdo lauaretur, ab aquila calceum sibi fuisse ablatum, & in caput cuiusdam regis fuisse delatum, cuius augurio cõmotus rex, sciscitãs cuius is calceus fuisset, & re cognita, Rhodopẽ duxisse uxorem. Hæc Strabo. Plini. uero asserit Aesopi cõseruam & contubernalẽ fuisse.

Pindarus poëta.

Pindarum Thebanũ poëtam hisdem etiã temporibus floruisse Eusebius dicit, qui teste Quintiliano in 10. de Institutione orato. omnium Lyricorum princeps fuit, scilicet spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum uerborúmque copia, uelut quodam eloquentiæ flumine. Vnde Horatius in. 4. Carminum eum nemini merito credidit imitabilẽ, & ideo propter eius clarissimas uirtutes à Macedoniæ regibus plurimũ fuit dilectus, mors tamen eius non uulgaris extitit, quũ à diuersis & maxime à Valerio maximo describitur, quod quum in gymnasio super gremio pueri, quo unice delectabatur, deposito capite se quieti dedisset, decessit incognitus.

Romanorum regum occasus.

Lucretia.

Lucretia matrona Romana omnium Roma. mulierum pudicissima, formáque ac elegantia clarissima Lucretii Spurii Romani uiri filia, & coniunx Tarquinii Collatini olim egregii fratris Tarquinii Prisci filii, hoc anno, qui est nonus regni Darii Persarum regis à Sexto Tarquinio Tarquinii Superbi filio per uim stuprata, semetipsam interfecit, nam cum Tarquinius Superbus Ardeam obsideret ciuitatem, apud Collatii oppidum quidam regii iuuenes simul cœnare cœperunt, inter quos Collatinus Lucretiæ maritus erat, & cum cœnassent, ut moris est, confabulantibus iuuenibus sermo de honestate coniugum inter eos incidit, & cum suam unusquisque aliis præferret, in hoc consilium uẽtum est, ut conscensis equis ad domum mulierũ accederent, & cum domos uniuscuiusq; inuisissent, etiam Collatium deuenientes, Lucretiam lanificio uacantem sine ullo ornatu inuenerunt, quæ omnibus prælata fuit. Collatinus autem omnes iuuenes benigne in domo suscepit, in qua dum honorarentur, Sextus Tarquinii Superbi filius impudicos oculos in honestatem Lucretiæ iniecit, unde & post paucos dies insanus iuuenis relictis castris ad domum Lucretiæ, uiro inscio, peruenit, ubi à Lucretia tanquam uiri consanguineus comiter 4686 513

susceptus

susceptus est, sed postquam in nocte domum omnem tacitam sensit, extracto gladio cubiculum Lucretiæ intrauit, & illam per uim uiolauit, & inde statim recessit. Lucretia autem mane facto, confestim ad Lucretium patrem & Brutum mariti patruum, ac alios necessarios & affines misit, illósq; omnes una cum uiro suo accersiri fecit. Quibus aduenientibus quæ in nocte illa à Sexto passa fuerat, cum lachrymis enarrauit. Et cum illam flentem consolarentur, acceptis primum à patre aliísque omnibus dextris in fidem adulterũ ulciscēdi, cultrum, quem sub ueste cælauerat, educēs dixit. Ego me, & si peccato absoluo, supplicio non libero, & sine mora (ut Ouid. ait). Cælato fixit sua pectora ferro, Et cecidit in patrios sanguinolenta pedes. Tunc quoque iam moriēs, nec etiam procumberet inhoneste, respexit, & hoc etiam cura cadentis erat. Eáque mortua, cum pater maritúsque in luctu occuparentur, Brutus eius auunculus, confestim cultrum ex Lucretiæ uulnere extractum sumens, cruorem præ se ferentem, magna uoce dixit. Per hunc castissimũ sanguinem iuro me deinceps quacunque ui potero Tarquinium persequi Superbum, & nec illum, neque alium Romæ regnare passurum, traditóque cultro Collatino uiro, mox qui aderant omnes iurarunt Bruti seruare præceptum, sumptis armis confestim ad expugnãdum regem, Brutum ducem secuti sunt, facto itaque impetu Tarquinium regem cum liberis & uxore urbe excludentes, eidem imperiũ abolerunt, quo pulso ex Senatus populíque Romani sententia, perpetuo exilio relegari cum uxore & liberis iubetur. Lucretia igitur uiolenter compressa, & si nullo adulterio fuerit maculata cõsensu, quia in præclaris eius laudibus dictum est, duo fuerunt, & adulterium unus admisit, tamen ut diuus pater Aug. primo lib. de Ciui. dei ca. decimonono ait, quia in se ulta fuit crimen alienum, alterius sceleri addidit suum. Tarquinio igitur expulso, Romani reges defecere, cum ibidem regnatum fuisset ab urbe condita usque in præsens tēpus sub septem regibus, annis ducētis quadraginta, quorum nomina & tempora hic sub epilogo iterato traduntur.

Romanorum regum epilogus.

Romulus. 1	annos. 38.	Ancus Martius. 4.	ann. 23.	Tarquinius. 7. an. 35.
Numa Pompi. 2.	annos. 41.	Tarquinius Priscus. 5.	ann. 37.	Quibus in unũ suppu
Tullus Hostilius. 3.	annos. 32.	Seruius. 6.	ann. 34.	tatis fiunt anni. 240.

Consules Romanis instituuntur.

511 4688 Lucius Iunius cognomento Brutus, & Lucius Collatinus Lucretiæ olim maritus, hoc anno qui est decimus regni Darii Persarum regis, & primus. 61. olympiadis annus, post exactos reges, Romæ à præfecto urbis ex commentariis Seruii Tullii primi Romani consules creantur. Et hii primi consules omnia iura omniáque insignia regalia per annũ tenuere, nisi quòd fasces ambo non habebant, ne Romanis duplicatus terror uideretur, uerum Brutus tantummodo collega concedēte, fasces habuit. Hac quippe de causa apud Romanos annui consules constituti sunt, ne per diuturnitatem temporis amplius insolescerent, sed alter per alterum coërceretur. Brutus itaq; uidens populũ Romanum nouæ libertatis esse cupidũ, ne regiis donis deinceps flecteretur, iureiurãdo omnes astrinxit, quatenus neminē Romæ unquam regnare permitterent. Inde haud multo post Collatinum Tarquinium, quòd Romanis Tarquiniorum nomen graue esset, à consulatu abrogarunt, qui sumptis omnibus rebus suis, cum suis Tarquiniis apud Collatinum reliquam uitam duxit. Brutus uero ex comitiis Publium Valerium sibi collegã creauit, quo etiam adiutore reges eiecerat, sed cum Tarquinii rursus per proditionem ad imperiũ aspirarent, & multi (& eorum subordinatione) cum ipsius Bruti filiis aduersus communem libertatem cõiurassent, fraude deprehensa, cõfestim Brutus de filiis primum, reliquisque proditoribus supplicium sumpsit, propter quod quidam egregius poëta sic inquit.

Natósque pater sua bella mouentes,
Ad pœnam pulchra pro libertate uocauit,
Infœlix, utcũque ferent ea fata minores.
Vincit amor patriæ laudũque immensa cupido.

Sumpta igitur de proditoribus pœna, Brutus cum collega ad bellum Tarquiniis inferendum statim se præparat, atque in expeditionem uadens, cum in certamen uentũ esset, Ar-

Brutus filium propter libertatē interfici iussit

nus Tarquinii filius concitato equo aduersus Brutum telum direxit, nec minus Brutus ardenti animo fit obuiā ei, & ita cōcertātes adeò se mutuis cōfodēre uulneribus, ut transfixis hastis ambo mortui decederent. Brutus autem adeò pauper obiit, ut publico sumptu ad eum sepeliendum opus esset, quòd postea eius exemplo multi Romanorum (ut Liuius ait) laudis auidi, pecuniæ cupiditatem penitus à se abiecerint. Et tunc domi industria fuit, foris iustum bellum animúsque in consulendo liber, quibus rebus ciuitas libertatem concisecuta & modico tempore admodū excreuit, mortuo itáq; Bruto eodē anno Sp. Tercipitinus in eius locū sufficitur, quo etiam intra paucos dies emortuo, Hora. Pollulus in locum eius subrogatur, qui quū postea pontifex factus fuisset, ut Valerius Maximus inquit, dum aliquando deorum ædem dedicaret, & in solēnium uerborum nuncupatione postem teneret, mortuum filium audiuit. Sed eam ob rem nec manū à poste amouit, nec uultum à publica religione ad priuatum dolorem deflexit, ne patris potius quàm pontificis partes egisse uideretur. Hæc igitur anno primo consulū Romæ gesta sunt, quo anno populo Romano quinque consules contigit habere.

Triumphator primus

Publicola Romanus patricius cui Publio Vale. proprium nomen ante fuerat, & ipse per hoc tempus, expulsis Tarquiniis, unà cum Bruto in loco Collatini cōsul est suffectus, qui commissā pugna in qua Brutus occubuit, ipse de Tarquinii exercitu quindecim millia & trecētos uiros interfecit, qua uictoria primus ex cōsulibus in curru quadriiugo inuectus triumphauit, quæ res ut Liui. ait, pulcherrimum spectaculum plebi sine ulla inuidia præbuit. Fuit itaque hic Publicola magnæ iustitiæ & æquitatis uir. Qui aliquando ut Plutarchus scribit, audiēs ab amicis se à populo improbari, quòd domum habitarit sublimem, non ægre tulit, sed nocte eadem adhibitis fabris domum suam demoliri, & funditus euerti fecit, quod aspicientes Romani eius animi magnitudinem admirantes, dilexerunt eum, domúmque multo illa ampliorem & excelsiorem ædificauerūt, tantúmque eam ob rem amorem à populo promeruit, ut potestatem quā uellet subrogādi sibi collegæ, sit consecutus. Qui statim Lucretium Lucretiæ patrem sibi subrogauit, cui eo quòd esset senior fasces tradidit. Quo paulopost mortuo, Horatius (ut dictū est) substituitur. Tunc Tarquinius unà cum Porsena rege, magno cum exercitu iterum Romam uenit, Publicola secundo & Tito Lucretio cōsulibus designatis, & pugna cū Romanis conserta, ubi cū suos Publicola in fugā uersos uidisset, repente cum subsidio pro portis occurrit, ac iuxta fluuium, prælio commisso, tam diu hostium impetum sustinuit, quoad multis acceptis uulneribus, in urbē reportatus est. Attamen auxilio Horatii ciuitas defensa est, nam stans ante pōtem acriter arcebat hostem, quoad socii post se pontem interrumpunt, sicque armatus in Tyberim desiliēs Tyrrheno telo saucius ad alteram fluminis ripā tranatauit, imminens deinde urbi alius Porsenæ exercitus, separatim in agrum Romanum impetum fecit, contra quem iterum Publicola tertio cōsul factus pugnans, quinque millia Thuscorum peremit, tādem ob mirabile Mutii Sceuolæ facinus Porsena pacē cum Romanis cōposuit, posteriori etiā tempore quarto iam consul factus, bellum contra Sabinos gessit, quos euestigio etiam oppressit. Ex quo populus Romanus ex hostium spoliis mirabiliter ditatus est, quibus optime gestis, post se aliis designatis consulibus, cum in omnibus eius uitæ partibus optime uixisset, paulopost è uita discessit, in cuius quidem funere, ut Plutarchus refert, quisque substantiarum quartam partem contribuit.

Porsena rex.

Dictaturæ dignitatis institutio.

Nono autem post exactos reges anno, ut Euse. habet, Romæ noua dignitas scilicet dictatura creata est, & equitū magister qui dictatori in omnibus obsequeretur, sed quo anno, aut quis primus dictator, uel sub quibus consulibus creatus fuit, parū constat, licet Euseb. in prædicto anno & Largum dictatorem primū, & Sp. Cassium magistrum equitum scripserit. Institutus itaque est dictator, ut auctoritate & potentia contra hostes, consules præcederet, eo maxime, quia Porsena Clusii rex, ea ciuitas Thusca erat, armis Tarquinium Superbum reducere conatus esset. Quod ne fieret, dictator obstitit, uerum pace confecta, in amicitiam populi Romani Porsena summis honoribus ac donis magnificentissimis discessit. Eo autem tunc Romæ censu habito, inuenta fuerunt hominū centū uiginti millia. 4695 504

Alexander

Alexander decimus Macedonũ rex, uigesimooctauo Darii regni post Amyntham regem, Macedonibus regnare cœpit, & regnauit annis. 43.

4700 499 Coriolanus patricius Romanus cui G. Martius antea nomen fuit, egregius bellator ac strenuæ uirtutis adolescens, his temporibus propter uirtutis suæ præstantiam, à Romanis summo in honore habitus est, qui ut Plutarchus ait, ab ineunte pueritia ita corpus ad omne genus pugnæ exercuit, ut cursu peragilis in capiendo pugnandóque ineluctabile pondus habuerit, hic itaq; paulo superius, exacto Tarquinio, iam pubescente adolescentia prima meruit stipendia, qui statim cum Romanum in bello succumbentem uideret, inspiciente dictatore, eo prius profecto irruentem confodit hostem, quãobrem illum dictator querna donauit corona, quo honore stimulatus ipse sibi fortitudinis æmulationem proposuit, cúmque multa Romani decertarent bella, e nullo sine corona aut præmio discessit. Cæteris enim uirtutis finis erat gloria, huic uero gloriæ finis materna erit lætitia. Nec sibi honori magis aliquid ducebat, quàm ut eum coronis ornatũ aspiceret mater. Pauloq; post id tempus bellantibus Ro. aduersus Volschos pugna ad Coriolanorum oppidũ com missa est, ubi cum Ro. retrocederent, ipse cum paucorũ manu in pugnam peruolans, prostrauit omnes qui secum conserere ausi sunt, repressóque illorũ impetu illos palantes usq; ad portas fugat, & paucis eum consectantibus portas irrumpit, ubi incredibile confecisse certamẽn traditur, redacto etiam in potestatẽ oppido cum pecunias oblatas pro parta uictoria spreuisset, Coriolani cognomen ei decretum est, paulóque post petente eo consulatum, ac ostendente cicatrices quas per tredecim annos bellando exceperat, licet à cũctis eius uirtus uneneraretur, tamen non eidem statim quod postulabat concessum est, instante autem in comitiorum die, ob maliuolentiam plebeæ multitudinis denegatus fuit ei consulatus, qu iniuria lacessitus ac plebi infensus discessit. Et post non multum tempus etiam à Tribunis accusatus, perpetuo mulctatur exilio, at ipse statim cũ Tullo Volschorũ principe se coniungẽs dux belli efficitur, móxque cõtra Romanos bello suscepto eorũ agrum inuadens, maximam prædam exportauit, deinde Circeum Romanorum coloniam capit, & depopulatis Latinorum finibus, multos contra se arma ferentes ui cepit. Postremo lata de eius reditu rogatione, cum intellexisset plebem denuo sibi fuisse aduersatam, stimulatus castra ad Celias fossas quadraginta ab urbe stadiis distantes, collocauit, propter quod Romani timore perterriti primo legatos, secundo pontifices cum insulis & suis insignibus uelatos supplices miserunt, qui frustrati rediere, tertio cum iam undique desperatio Romanorum animos intrasset, Veturiam eius matrem, & Volumniã coniugem mittunt, promittentes liberum in ciuitate reditum, modo ab urbe castra submoueret, at ille cum dura legatis & pontificibus respondisset, matris precibus permotus, Volschos ab obsidione remouit, propter quod Tullus odio inuidiáque stimulatus, tandem Coriolanum neci dedit.

Veturia itaque Coriolani prædicti mater, & ipsa per hoc tempus iam senex, laudabili opere annos suos in uiriditatem traxit perpetuam, quia filiũ suum, qui infensissime urbem obsidebat, quem legatorum maiestas & pontificum reuerentia nequiuerant, ipsa ab ira retraxit durissima, & eius propositum uertit in bonum, nam relinquens obsidionem ciuitatem liberam dimisit. Ob cuius mulieris beneficium, ne ciuitas ingratitudine argueretur, ex Senatusconsulto ad perpetuam rei memoriam, eo in loco quo hæc Veturia filii iram molliuit, templum & ara fortunæ constructa sunt, insuper cum nullus usque in id tempus uel modicus à uiris mulieribus præstaretur honor, sancitum est, ut mulieribus homines semper assurgerent, & in uia eis cederent, quod nunc usque apud nobiles seruatur, & quod eis liceret uti auro & purpurea ueste, aureisque fibulis & armillis, insuper etiam ex eodem senatuscõsulto eisdem adiectum fuit, quod antea non licebat, nec etiam in ciuitate nostra ex statuto licet, possent hæreditates consequi quorũcũque parentum, nec immerito quidem, cum suis precibus steterit Romana libertas. Veturiæ igitur mulieres gratias referãt, & eius collaudant perpetuum nomen quæ tot bona contulit.

Vetu- ria.

Priuilegia mulieribus cõcessa uide.

Tribunatus officii institutio.

4705 494 Romæ decimooctauo anno post exactos reges seditione facta, populus à patribus decessit, montémque Auentinum armis obtinuit, ubi & multis diebus sedit, cúmque liberta-

tem

tem obstinato clamore peteret, oratione Memmii Agrippæ præstantis eloquentiæ uiri & populi animi mitigati sunt, & Tribuni plebis ac alia iura à patribus concessa sunt. Erant autem Tribuni plebis quasi proprii iudices ac defensores, quibus populus à Consulis senatúque protegebatur, sed Dictator, ut dictum est, omnibus his maior erat, cuius dignitas & potestas non annualis, sed quinquennalis erat. Memmius uero Agrippa, eo ipso anno quo inter patres populúmq; pacem cōposuit, cum omnibus gratus charúsque haberetur, ex peste defecit, eo enim tempore ea pestis & fames adeò Romanos attriuit, tam in hominibus quàm in iumentis, ut Volschi qui ad tertium usque lapidem ab urbe pabulatum uenerant, neminem (ut Liuius scribit) obuium haberent.

Fabiorum clarissima familia tempestate hac inter cæteras urbis Romanæ familias cum potētissima & primaria haberetur G. Horatio & L. Memmio consulibus, elatione ducta, propriis sumptibus bellum contra Veientes sumens, in uno conflictu sex supra trecentos eiusdem familiæ milites patricii ordinis uiros amisit, quæ quidem clades, ut Liuius inquit, Fabiorum familiæ quasi exitium fuit. Nam unus dūtaxat adolescētulus superstes relictus, ex eadem familia fuit. Qui postea bello domíque reipublicæ maximo fuit adiumēto, & hic genus & nomen plurimum auxit. 4706 493

Quintius Cincinatus præstantissimus Romanorum dictator, de quo diuus pater Aug. lib. 5. de Ciui. dei, cap. 10. meminit, his temporibus cum agriculturæ operam daret, à senatu rogatus, puluere ac sudore abstersо, dictaturæ dignitatem inuitus suscepit, qua suscepta, ut erat ingentis animi uir, statim exercitum colligens, unà cum L. Tarquinio equitum magistro, non modo Romanos hostibus obsessos liberauit, sed & hostium quoque exercitum superatum, captum, uinctúque cum innumerabili præda Romam perduxit, quam quidam prædam ex hostibus ablatā, non sibi, sed militibus concessit, quibus optime gestis ipse sexto & decimo die, sponte dictatura à se abdicata, ad agriculturam rediit. 4707 492

Viri disciplinis excellentes.

Democritus Abderites philosophus per hoc tempus, Eusebio teste, floruit. Qui, ut Herodoto in. 6. lib. placet, primo quosdam magos Chaldæos audiēs adhuc puer Theologiam atque Astrologiam optime didicit. Deinde ut & Geometriam perciperet in Persidem & ad mare perexit. Pôstque etiam ad cognoscēdas res diuinas in Chaldæam Athenásque se transtulit, ubi à nullo cognitus, ipse Socratem cognouit. Tandem doctissimus in patriam reuersus, patrios agros & innumerabiles opes reipublicæ suæ concessit, satius ducens cum paupertate studiorū libertate lætari, quàm opum seruili cura uexari. Nam in hortulo suo iuxta urbis muros ad contemplandas rerum naturas se contraxit, ubi & ut naturæ secreta subtilius rimari posset, sicut Cice. in. 5. Thusculanarum quæstionum refert, oculos sibiipsi effodit. Vixit autem annos centum & nouem, de cuius morte uariæ auctorum sunt opiniones. Scripsit autem Democritus hic, ut Laërtius tradit, hæc quæ subiecta sunt, de Medicina, de Naturalibus, de Carmine, de Homeri uersibus, de Poësi, de Venustate carminis, de Agricultura, de Moralibus, de multis aliis quæ à Laërtio traduntur. Vnde & legēdum

Sētēta pulchra Democriti. | Democriti sex.

præ cæteris nonnulli putant. Ex cuius sententiis hanc optimam habemus. Conuenientius est ut parcitatē in tuo serues, quàm luxū in alieno, parcitas enim necessitatis remediū est, ut medicina dānorū. Sex uero Democritos fuisse Laërtius dixit, quorū primus hic, secundus Chius, qui fuit musicus, & huic cōtemporaneus, tertius sculptor, quartus qui de templo Dianæ Ephesinæ scripsit, quintus poëta qui epigrāma edidit, sextus Pergameus orator insignis.

Heraclitus philosophus Asianus cognomento Scotinus hoc ipso tempore, ut Eusebio placet, in precio fuit. Cuius libri adeò obscuri fuere, ut à philosophis uix intelligerentur. Vnde & propter eorum obscuritatem Heraclitus dictus fuit tenebrosus. Qui cum in ultimo uitæ à discipulis quæreretur, ut notabile quid in mediū proferret, nihil respondit, sed digitum uoluens, significabat omnia inferiora in continuo motu esse.

Eschilum poëtam tragicū superioribus floruisse Eusebius dicit, qui ut Horatius in Arte poëtica ostendit, plurimum tragœdiam exornauit, & propterea Quintilianus de eo sic ait. Eschilus tragœdias primus in lucem protulit, sublimisq; & grauis ac grandiloquus sæpe usque

 Xerxes

pe usque ad uitium, sed rudis in plærisque & incompositus est habitus. Eius mortem Vale. ait non uulgatã extitisse, qui cum in aprico loco soporatus esset, & aquila testudinem in aëra leuasset, quo super lapidem quẽpiam dimissa frãgeretur, super Eschili caput, quod propter caluiciẽ lapis aquilæ uidebatur, eam cadere permisit, quo uulnere uitam amisit.

485 4714 Erxes Darii regis ex Atosa filius, quintus Persarum rex, ceutesimoquarto Iudaicæ captiuitatis anno, & primo septuagesimæquartæ olympiadis, post patrẽ Persis regnare cœpit, & regnauit annis. 20. Hic, ut Iosephus scribit, uoluntatis paternæ colendi & honorandi deum Israël hæres apparuit. Omnia nãq; sciens quæ religionis erant, patrémque secutus, & Iudæis liberaliter utens, & quàm maxime Esdræ sacerdoti amicissimus erat. Verũtamen in aliis rebus paternæ crudelitatis & seuitiæ successor extitit, qui cum graue bellum aliquãdo acturus esset, Pithio uiro nobili petenti unum ex quinque filiis sibi relinqui, respondit ut quem uellet eligeret, móxque à patre electum in duas partes scindi fecit, partes in utroq; uiæ latere posuit, atq; ita cum hac uictima lustrauit exercitũ. Hic itaq; suscepto imperio illud multis bellis etiam non lacessitus fortissime quidem gestis, & rẽpublicam quasi usq; in finem gubernauit. Sed tandem recepta Aegypto, quæ à patre defecerat, refertis omnibus copiis donísque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauibus plurimis, non infinito auri pondere contẽtus fuit, nisi & delitiis acquisitis frueretur, adeóque eisdem abundabat, ut præmium proposuerit, qui nouam uoluptatem inuenisset. Cúmque uniuersæ Asiæ potiretur, quod ei parum esset, nisi & Græciæ bellum inferret. Et ad hoc perficiendum (ut Herodotus historicus scribit) congregatis quinquies mille millibus & ducentis octoginta duobus millibus uiris, quæ incredibilia uidentur, terra maríque totam inuasit Græciam, & cum mille ducentis sex nauibus pontem in Hellesponto mari struxit, quod Luca. in secundo tetigit dicens.

Tales fama canit tumidum super equora Xerxem
Construxisse uias, multum cum pontibus ausus,
Europámque Asiæ, Sestúmque admouit Abydo:
Incessitque fretum rapidi super Hellesponti:
Non Eurum Zephirúmque timens, cum uela ratésque
In medium deferret Athon.

Xerxes igitur tanto fultus exercitu Græciam iutrauit, Athenásque incendit, & infinitas strages dedit, sed non ita multo post Leonidæ Spartanorum ducis solertia, quantum eius introitus Græciæ terribilis extitit, tantum discessus turpis & fædus fuit. Nam ipse Leonida cum sexcentis uiris terrestri prælio castra quingẽtorum millium hominũ rupit, in quo & ipse Xerxes rex duobus acceptis uulneribus fugiens, maris fortunã experiri statuit, ubi & cum Themistocle Atheniensiũ duce pugna nauali conserta, multis nauibus captis, multisque demersis, eius exercitus in fugam turpissimam uersus, ipse rex, qui prius mare nauibus strauerat, in piscatoria scapha uix trepidus aufugit, & in regnum suum se coactum recepit. Quo bello infœliciter gesto, suis contemptui esse cœpit. Et non multo post ab Artabano eius præfecto, spe regni potiundi adducto, interfectus est.

Viri disciplinis excellentes.

479 4720 Themistocles Atheniẽsis philosophus, & naualis belli clarissimus ac sapiẽtissimus dux, his temporibus tam scientia quàm rei militaris gloria inclytus & clarus habitus est. Cuius quidem consilio, prudentiáue illa celeberrima parta est uictoria, qua Athenienses superato Xerxe, superiores in maritimo prælio extitere, qui cum centum triremibus, mille & ducentas sex naues Xerxis superauere. Hic nãque (ut Plutarchus scribit) cum adhuc puerulus esset, animi spiritus plenus, ac natura prudens, magna semper atque eximia cogitabat, quia cum ei à disciplinis percipiendis animum relaxare licebat, non ludis aut inertiæ, sed cogitandis componendísque orationibus sese dederat, Gloriæque cupiditate incẽsus, cupiens sibi urbis principatum uendicare, citharistam quendam præclarissimum, qui tũc plurimum colebatur, summo studio rogauit, ut apud se artem exerceret, qua domũ suã multi frequentarent, Atque eo modo suaque eloquentia & liberalitate principatum obtinuit. Themistocles.

Susceptóque

Susceptóq; principatu adeò mirandis uirtutibus floruit, ut nemo par ei inuentus sit. Nam de instantibus quibuscunque uerissime iudicabat, de futuris uero callidissime coniiciebat. Et propterea Xerxem qui terra marique bellũ uniuersæ Græciæ cum innumerabilibus copiis intulerat, debellauit, & ex Europa discedere, suo. ingenio, suáque uirtute & artificio curauit. De eius autẽ magnanimitate scribitur, quod cum aliquando superato, fugatóque Xerxe, ad uisenda interfectorum Persarum corpora consensisset, ut armillas & torques abiectos aspexit, præteriens ipse amico qui eum sequebatur, collige tibi, inquit, tu enim nequaquã Themistocles es. Alia quoque præclara facinora hic gessit, quæ à multis historicis tractantur. Verum quũ totius Græciæ, totiúsque patriæ in rebus prædictis salus fuerit, denique proditionis falsò accusatus, é ciuitate turpiter eiectus est, qui ad Persarum regem fugiens, summo in honore exceptus est. Demũ post multas persecutiones, dum quintum & sexagesimum absoluisset annum, ueneno epoto uitam finiuit.

Leonida nobilis Spartanorum dux, & ipse hoc tempore multis uirtutibus admirandus fuit, qui non modo miranda contra Xerxem egit, eius exercitum multum cum sexcentis uiris perfringendo, sed etiam pene incredibilia apud Græcos secundum Herodotum operatus est. Eius autem genealogiam ab Hercule descendisse, Herodotus in septimo libro histo. tradit.

Aristidem philosophum Athenienſem uirum utique discretissimum per hæc tempora floruisse, Cice. in. 3. de Of. tradidit. In quo quidem libro de eodem Aristide sic ait. Quod 4725 474 quum Themistocles in cõcione Atheniensi dixisset se habere consiliũ salutare reipublicæ, sed illud scire non opus esse, postulauit ut aliquem é populo darent, cui tale consiliũ communicaret. Datus est autem Aristides, cui ille dixit, posse Lacedæmoniorum classem clam incendi. Quo facto eorum opes frangerentur. Quod audiens Aristides in concionem magna expectatione uenit, dixitque utile esse Themistoclis cõsilium, sed minime honestum, Athenienses uero quod honestum non esset, nec utile quidem id esse putarũt. Erat enim Aristides tum omnis uirtutis, tum iustitiæ, in his quæ ad cõmunem referuntur utilitatem. Ex quibus iusti nomen assecutus est. Huic Plato tãtum tribuit, ùt præ cæteris clarissimis, qui Athenis claruerunt, eum solum laude dignum censuerit, quòd solida & expressa uirtute ad rempublicam se contulerit. Ferunt hunc ita inopem mortuum fuisse, ut suo sumptu efferri ad tumulum nequiuerit.

Diagoras philosophus cognominatus Atheos, id est, negans deos, hisdem temporibus, referente Eusebio, agnoscitur. Qui sicut Cice. refert lib. 3. de Natura deorum, quum Samothraciam uenisset, atque ibi quidam ei dixisset. Tu qui putas deos humana negligere, nonne aduertis ex tot tabulis pictis, quàm multi uotis uim tempestatis effugerint, in portúmque salui peruenerint. Ita, hic inquit, illi enim nequaquam picti sunt, qui naufragia fecerunt, in maríque perierunt.

Sophocles. Sophocles Athenienſis poëta tragicus, & ipse per hæc tempora ingenii sui opera publicando, illustriora reddidit. Et propterea Cice. in primo de Diuinatione, ob ingenii magnitudinem ipsum diuinũ poëtam appellauit. De quo Virgilius Augusto alludens in Buco, ait. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Et ut scribit Valerius lib. 9. Vltimis uitæ suæ diebus, quum iam propé centesimum attigisset annum, tragœdiam quandam miserat in certamine, ad iudicium peritorum, dúmque ancipitis certaminis sententiam expeteret, intellexit iudicatum fuisse, quod ipse una cum sententia uictor esset. Quo audito præ gaudio expirauit.

Zeusis Heracleotes maximus pictor, & ipse ætate hac, ut Eusebius habet, inclytus fuit. Ex cuius imaginibus, quas plurimas inuitatus fecerat, lauacrum Bizantiorum appellatum alii arbitrabantur. Qui Pli. teste lib. 35. Natu histo. peniculum ad magnam gloriam perduxit, opésque tantas acquisiuit, ut instituerit donare opera sua, eo quod nullo precio satis digno permutari posse diceret. Pinxit autem, ut idem Pli. ait, puerum uuas ferentem, ad quas quum aduolarent aues, processit iratus operi, & dixit, uuas melius pinxi quàm puerum. Nam & si hunc consummassem, aues ipsæ timuissent. Idem etiam, secundum Quintilianum, umbrarum inuentor magnus perhibetur.

Parrasius pictor Ephesius, ut attestatur Pli. hac quidem tempestate summus & clarus fuit, qui ut idem auctor prosequitur, primus symmetria picturæ dedit, primúsque argutias ac uultus elegantia capilli uetusto more confusi, in lineis quidē extraneis, palmā adeptus, quod rarum & in successu artis compertum est. Idem descendisse cum prædicto Zeuside in certamen, ab eodem auctore traditur. Et quum Zeusis detulisset uuas tanto successu pictas, ut scenam aues aduolarent, ipse detulisse linteum auibus pictum traditur, ita ueritatem repræsentans, ut Zeusis alitum iudicium efflagitaret, sed tandem remoto linteo, & ostensa pictura atque errore intellecto, palmam ingenuo pudore cōcesserit Parrasio, quoniam ipse aues fefellisset.

Helizaphat Hebræorū summus pontifex, hoc tempore Ioachim patre defuncto, in eius loco ad pontificatus apicem promotus, sedit annis trigintaduobus. Vir certe tanto honore & principatu dignus. Qui sua diligentia, suáque prudentia ab Artaxerxe Persarum rege absolutionem ab annonis, uectigalibus, ac tributis, pro ministris & templi sacerdotibus obtinuit. Potestatémque præterea ab eodem impetrauit amouendi, & iudices constituendi trans flumen, atque contumaces puniendi. Ibidem quoque postea quàm ieiunium & dei legem filiis Israël qui ad eum uisitationis & eruditionis gratia conuenerant, prædicasset, cum bona eorum gratia discedens, Hierosolymam tandem peruenit, ubi diuino intentus cultui, duodecim sacerdotes uiros probatissimos delegit, qui uasa domini ac munera, quæ rex honoris gratia templo offerebat, summa cum diligentia conseruarent, ueritus in uia à rege ducatum expetere, eo quòd manū domini super illos esse, qui eum publice quærunt, prædicasset.



465 4734 Rtabanus sextus Persarum rex, hoc anno qui est centesimus uigesimusquartus Iudaicæ captiuitatis, & tertius septuagesimæoctauæ olympiadis annus, Persis regnare incipiens, regnauit mensibus septem, qui pro anno computantur. Hic Xerxe rege trucidato, quum essent ei duo filii nomine Darius & Artaxerxes, iuniorem in maioris necem sollicitauit, affirmans illum propriū obtruncasse patrem, Vagabusus autē huius sceleris conscius, Artaxerxi filio rem postea prodidit omnem. Quo audito, mox populum conuocat, & omnes armatos coram se uenire iubet, tanquam numerum militum recensurus. Vbi quum Artabanus hic inter cæteros armatos extitisset, Artaxerxes se breuiorem simulat habere loricam, quàm deceret, idcirco iubet Artabanum secum commutare. Quo nudato, euestigio cum septem filiis transfodi ipsum iussit, atque ita Artaxerxes egregius iuuenis cædem patris, necémque fratris & seipsum ab insidiis uindicauit iniqui. Hic itaque Artabanus, ut Herodotus tradit, Histapsis filius & Darii frater atque Xerxis patruus fuit, qui graui oratione eidem bellum dissuaserat contra Græcos arripere. De quo Iustinus in tertio libro, & Herodotus in septimo tractauerunt. Artabanus.



464 4735 Rtaxerxes qui & Longimanus cognominatus, septimus Persarum rex. 125. Iudaicæ captiuitatis anno, Artabano prædicto obtruncato, regnum suscipiens, regnauit Persis annis. 40. Hic omnium hominum pulcherrimus fuit, sed tanta ei erat brachiorū longitudo, ut genua contingerent, & propterea Longimanus dictus est. Qui tributa Persis primus instituit, eo quòd maximam impensam auri atque argenti in ædificiis constituisset, ubi tributa & quæ exigebat recondere posset, ad bene rei administrandæ monumentum. Et quum pacis auctor & cōseruator haberetur, idcirco ab omnibus amari promeruit. De quo Iustinus in tertio, & Herodotus in septimo mentionem faciunt. Artaxerxes

Decem uirorum Romæ electio.

452 4747 Duodecimo Artaxerxis regni anno .C. Meneuio & .P. Sextilio Capitolino Consulibus Romanis placuit, quod consulare imperium cessaret, & eo loco decem uiri deligerētur, per quos sine prouocatione omnis regeretur ciuitas. Læto eius magistratus tempore, ut Liuius ait, nimium luxuriari incipiens, citius eius res lapsa est, quia post annum exacti sunt. Quippe quū primū creati fuissent, imposito fine Tribunitiæ potestati, & omni plebis præsidio sublato, totius magistratus regimē penes Appiū Claudiū summū inter eos cōstitutū

fuerat. Decreuerat enim inter se, ut unus tantum fasces deferret, & hoc insigne regium
in orbem sua quaque uice per omnes iret. Sed subito consilio mutato, cum duodenis omnes
prodiere fascibus. Decem quippe regum species erant, qui quidem fastus magnam patrum
& plebis in se concitauit indignationem. Vnde & nimium luxuriantes, nefandáque
facinora indies magis ac magis properátes, ab uniuerso cœtu tandẽ magistratu pulsi sunt,
& quammaxime ob scelus gestum ab Appio Claudio, dignitatem sicut reges amiserunt.
Appius Claudius Virginea puella — Ipse enim Claudius Appius sociis militantibus, solus ad urbem tutandam domi aliquando
remanserat. Qui uidens uirgineam quandam nomine, & facto Auli Lucii Virginei plebei
hominis optimi & honesti filiam, insigni decore cõspicuam, eam stuprare animum induxit,
ad quam quum nec blandiciis, nec donis plurimis, neq; precibus pertingere posset,
ad crudelem uim animum conuertit. Vnde & cuidam clienti suo negocium imposuit, ut
aliquando uirginem transeuntem secus forum obseruaret, & eam tanquã mancipiũ suum
fugientem arriperet, & in domum suam perduceret. Et si quid forsan obstaret, confestim
se coram eo in causam traheret. At ille paulopost puellæ in forum uenienti mox manus
iniecit, dicens eam suam esse seruam ac illum sequi iubet. Pauida uero puella clamando eo,
liberata est. Sed assertor die sequẽti puellam ad tribunal amantis Appii in ius uocat, contestatus
suam omnino esse seruam, at puellæ pater uidẽs ab Appio sibi uim inferri, ab eodem
tandem obtinuit, ut sibi in conspectu nutricis loqui fas esset, ut forte erroris ueteris
ueritate comperta, mancipium cum minori noxa sui concederet. Cúmque aliquantulum,
Pater filiã occidit ne pollueretur — in cõspectu tamen curiæ, ab eo quasisset pater, sumpto cultro, inquit, dilectissima filia, qua
possum uia, libertatem tuam uindico, & statim illum spectantibus omnibus in filiæ pectus
infixit, & statim expirauit, ac sic libidinis Appii per innocentis cædem spes exinanita est;
cuius rei causa populus uniuersus in furorem uersus, decem uiros ab officio deiecit, & Appius
in carcerem coniectus, mortem sibi ipsi consciuit.

Leges decem tabularum.

Romani quum hucusque legem non haberent, magna inter Tribunos & Consules de 4748 451
legislatore orta est disceptatio .13. regni Artaxerxis anno, legatos Athenas miserunt, qui
non solum ab Atheniensibus Solonis leges obtinerent, uerumetiam ex aliis Græciæ ciuitatibus,
mores institutáue Romam perferrent. Athenienses uero (ut in .ff. de origine iuris
in glossa ad uerbum habetur) cupiẽtes experiri an Romani eorũ legibus digni haberẽtur,
confestim legisperitum cum lege duodecim tabularum Romam misere, qui Romanorum
sapientiæ periculum faceret. Quod quum animaduertissent Romani quendam insanũ delegerunt,
hac ratione ducti, ut si forte Atheniensis sapientior esset, etiam cum Romanis,
qui insanũ uicisset, cõsulibus certare uideretur. Quum ergo Atheniensis legatus insanum
Romanum perbenigne suscepisset, philosophorum more unum dũtaxat digitum erexit,
quo plane significaret, unam esse diuinitatis rationem, Romanus autem existimans Atheniensem
ad eruendum sibi oculum digitum erexisse, illico duos ipse erexit digitos, quibus
indicabat duos eidem effossurus oculos, at quum Atheniensis Romanum melius illo intellexisse
arbitraretur, ut omnia scilicet nuda & aperta diuino conspectui declararet, uolã ei
manus ostendit: ubi uero Romanus palmam conspexit, suspicans eum uelle alapa cædere,
statim manum in pugnum contraxit, quasi grauiori ipsum ictu repercussurus esset. Idque
quum Atheniensis Romanũ significare uoluisset, quod deus omnia quasi sub pugillo cõtineat,
adiudicauit Romanos eorum legibus satis esse dignos, ac sic ab eodem legibus traditis,
scilicet decem tabularum, Romani postea duas addiderunt. Vnde & postmodum illa
decem tabularum famosissima emanauit lex, ut habetur in corpore iuris .ff. de origine iuris
in glossa.

Tribuni & Aediles Romæ creantur.

Tribuni plebis & Aediles sextodecimo regni Artaxerxis anno, Cõsulibus eiectis, Romæ 4751 448
creati sunt, quod quidem tribunatus officium, & si magistratus dignitatem non haberet,
maximi tamen momenti in republica fuit. Quia sicut Plutarchus in Problematibus refert,
Tribuni sicut cæteri magistratus purpura non utebantur. Quia ipse non magistratus
erat, & lictores habebant, uel ius dicturi in sella curruli sedebant. Aedilis autem alium habebat

bebat gradum, quia sicut Cicero testatur, idem fuit quod urbis curator.

Viri disciplinis excellentes.

447 4752 Neemiam Hebræum Artaxerxis temporibus floruisse constat, qui præter doctrinã singularem etiam ob sanctitatem maximam apud eũdem regem, multam laudem & gratiam consecutus est. Nam & Darii, ipsiúsque Artaxerxis regũ pincerna fuit, à quibus unà cum reliquis desolationem Hierusalem & templi lamentatus, epistolas ad transflumen principes obtinere promeruit, quod ei tanquam legato ex latere misso omnimodã obedientiam & honorem deferrẽt, mandauitque ut pro ædificanda urbe sibi de impendiis prouiderẽt. Qua auctoritate fultus, à multis principibus auditus, sacerdotibus etiam, aliísque complurimis in impensis suffragantibus, intra duos annos & quatuor menses portas extruxit, & urbem omnem mœnibus sepsit, operariísque (ut sacra eius habet historia) una manu lapides ponentibus, & alia contra infestos hostes gladium & lanceã tenentibus. Expleto tandem opere, ad regem pro gratiis exoluendis rediit, à quo quum mirifice laudatus fuisset, cum bona eius gratia ad componendos mores labefactatos, in Hierusalem iterum rediit, ubi admodum senex legem dei intermissam & sabbatum obliteratum, ita accurate feruẽtérque doctrina & exẽplo resarcire & renouare curauit, ut breui ciuitas meliorem faciem prætulerit. Ipse uero ubi à regiis negociis uacuus fuit, aliquid semper quod ingenium saperet, edidit. Vnde & librum nominis sui titulo prænotatum scripsit, ac bibliothecam pulcherrimam extruxit, qua perfecta spiritum emisit.

Esdras quoque sacerdos & dei propheta clarissimus elegantis ingenii, & memoriæ incomparabilis uir, huius regis Artaxerxis imperium insigne reddidit. Hic Sarcei cuiusdam Iudæi filiũ Azarei ex tribu Leui & Aarõ filius fuit, qui unà cum reliquis, ut prælatum est, ad instaurationem Hierusalem & templi, auxilio fuit, & propterea adiutor interpretatus est. Hic nempe omnem legem deperditam, sola memoria instaurauit, & reparatam in gradu ligneo populo recitauit. Quo quidem exemplo etiam Christi ecclesia Euangelium super gradus legi, & declamationes fieri constituit. Hic etiam præter legem reparatam, quatuor libros docte ac copiose edidit. Quos diuus Hieronymus transferendo in unum coarctauit uolumen, dicens tertium & quartum inter apocriphos codices esse connumerandos. Quíque propheta circa finem imperii Artaxerxis, ubi ea peregisset, quæ ad optimum doctorem & sacerdotem pertinebant, in extruendo ornandóq; templo, tum etiam in docendo, admonendo, castigandóque, eodem anno, quo & Neemias migrauit ad dominum. Qui quidem postea, ut sanctus habitus, eius diei festum tertio idus Iulii celebrari mandatum est. Esdras

Hucusque Hebræorum scripturæ annales temporum continent, ea uero quæ post hæc apud eos gesta sunt, de libris Machabæorũ & Iosephi exhibebimus, qui omnem historiam deinceps usque ad Romana tempora prosecuti sunt.

446 4753 Anaxagoras philosophus, etiã hac ætate in Clazomeno Asiæ oppido inclytus fuit, qui quum diues admodum esset, studendi desiderio ductus, patrimonium omne suis concessit, & in longinquas partes secessit, ubi cuidam dicenti, nonne tibi patriæ cura est ulla? respondit, mihi patriæ cura est, & summa quidem, atque ita dicens digitũ cœlum uersus extendit. Post multa uero tempora, ut Valerius libro octauo scribit, reuersus, quũ suas possessiones desertas uidisset, ait, non essem ego saluus, nisi istæ periissent, interrogatúsque aliquando, ad quid factus fuisset, ad contemplandum inquit Solem, & Lunam, & cœlum. Scripsit autem Anaxagoras hic multa, uidelicet de motu cœli, de cursu syderum, & de Natura rerum. Quúmque annis. 72. uixisset, ab Atheniẽsibus in carcere positus, quũ multa squalidus fuisset perpessus media, denique epoto ueneno interiit, quia solem lapidem ignitum dicebat, quem illi pro deo colebant. Anaxagoras.

439 4760 Empedocles philosophus Atheniẽsis & ipse his temporibus laudatur, qui adeò canẽdi peritia edoctus erat, quod quũ hospitem eius iuuenis furibúdus quidã inuaderet, eo quod patrem eius accusatione damnasset, ita dulciter canendi modum inflexisse dicitur, ut iu- Empedocles.

Sẽtẽtia pulchra uenis iracundiam temperarit. Huius autem hæc fuit sententia. Tria sunt (inquit) in tota rerum uarietate, scilicet affluentiæ mobilis contemptus, futuræ fœlicitatis appetitus, & mentis illustratio. Quorum primo nihil honestius, secundo nihil efficacius, tertio nihil de amborum compendiosa adeptione efficacius. Descripsit autem hic deum sic. Deus est sphæra, cuius centrum est ubique, & circunferentia nusquam. Arbitratus denique animas immortales, se incendiis dedit, ut habetur. ff. de iniusto rupto testamento, lege siquis filio, par. 4. quòd si quis tædio uitæ.

Logicæ primus inuentor Parmenides Philosophus Atheniensis cum his floruit, qui hominum cõsortia fugiens, in rupe Caucasi montis consedit, ubi & Logicam primus inuenit, quæ postmodũ Parmenidis rupes dicta fuit. Hic Zenonis philosophi præceptor extitit.

Cratinum Atheniẽsem poëtam Comicum apud Græcos in ea antiqua comœdia, quæ quasi nostræ Satyræ assimilatur, his temporibus in precio fuisse Eusebius est testis, dicente Persio, Audaci quicunque afflate Cratino Iratum Eupolidem præ grãdi cum sene palles. Similiter Horatius scribit. Eupolis atque Cratinus, Aristophanésque poëtæ.

Plato quoque Comœdiarum scriptor, eodem Eusebio testante, his temporibus floruit.

Herodotus. Herodotus Græcus historicus omnibus Græcis præferendus, hac tempestate historiarum libros edidit, quos cum Athenis in concilio legisset, plurimum honoratus est, qui ut Quintilianus ait, dulcis & candidus, ac fusus est. Plinius autem libro duodecimo Naturalis historiæ dicit eum suam scripsisse historiam, anno ab urbe condita trecentesimodecimo.

Tucidides. Tucidides historicus & philosophus Græcus, natione Atheniensis, hisdem temporibus unà cum prædicto Herodoto floruit, uir plane non solum bonarum literarum, sed & nauali militia admodum insignis, quippe qui inter historicos Græcos talis est habitus, quale aut inter marmora porphyriticum, aut inter metalla aurum. In quo tãta est grauitas, tantáque dicendi uis, atque tanta fides, quod est in historico præcipuum, ut sua scripta qui legunt, uera prorsus fuisse non dubitent. Scripsit itaque hic in exilium iniuste actus, libros octo, & historiarum Peloponnẽsium & Atheniẽsium alios libros, quos nec absoluere potuit, ut statuerat, morte præuentus. Ipsis autem bellis non solum interfuit, sed & præfuit. Hic igitur sine controuersia, atque Herodotus prædictus ita inter Græcos historicos habiti fuerunt principes, ut inter nostros Sallustius & Liuius. Huius autem historiam Laurentius Valla ex Græco Latinam fecit, similiter & Herodoti.

Melisius physicus & philosophus ex Samo insula originem ducens, tempestate ista, ut Eusebio placet, ibidem floruit, quémque Aristoteles persæpe nominat. Fuit hic Parmenidis auditor, postea factus uir, præfectus classis delectus, magna suæ uirtutis documenta edidit.

Prothagoras sophista, & ipse Athenis hac ætate in precio fuit, quem nonnulli cum primis Rhetoricæ inuentoribus perfacundum dicunt, & propterea à Fauorino, aliisque doctissimis uiris, sapientia cognominatus est. Hic dixit de diis non posse statuere, an sint, uel non sint, propter quod ab Atheniensibus pulsus fuit, & eius libri exusti. Multas leges hic populis tulit. Denique quum iam nonagenarius in Siciliã nauigasset, obiit. Fuerunt & alii duo eiusdem nominis, quorum unus Astrologus, alter uero Stoicus philosophus fuit.

Phidas statuarius clarissimus, hisdem temporibus eburneam Mineruam Athenis (sicut testatur Eusebius) fecit, quémque Plinius libro tertio Naturalis historiæ, clarissimum super omnes gentes fuisse dixit. Nam quæ de Iouis olympii fama intelligunt, nemo dubitat, sed ut merito laudari sciant, etiam qui eius opera non uiderunt, perferimus inquit argumenta parua & ingenii tantum. Neque ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur, non Mineruæ Athenis factæ amplitudine, quum ea sit cubitorũ uigintisex, ebore hæc & auro constet, sed in scuto eius in quo Amazonum prælium cælauit, ambitu eiusdem concaua parte, & gigantum dimicationem. In soleis uero Laphitarum & Centaurorum adeò illi monumẽta fuere. In basi autẽ quod cælatũ est, dii sunt triginta numero noscentes uictoriam mirabili & præcipuo precio. Miramur & serpentem, & sub ipsa cuspide æream Sphyngẽ. Hæc ille. Huius ingenii mirabiliter gesta, Cice. in primo Thusculana. & Valerius, ac idem Pli. in lib. 7. & 34. ac. 36. Naturalis histo. pulchre prosecuti sunt. 4762 437

Hippocrates

436 4763 Hippocrates omnium medicorũ princeps & philosophus celeberrimus in insula Coo natus,per hoc tempus clarissimus habitus est,eo quòd Medicinam longo tempore deperditam(ut Isydo.in.4.Eth.libro testatur)in lucem reuocauerit, qui quum uoluptates omnes admodum detestaretur, etiam quum discipulos suscipiebat, ut diuus scribit Hierony. Epistola scilicet .24. antequam doceret adiurabat, & ab eis iuramentum extorquebat, ut silentium seruarent inconcussum,ac mansuetudinem in moribus,habitúmque ostenderẽt, prout eos diligẽtia magna docebat. Fuit autem hic Hippocrates corpore paruus,pulcher forma,grãdis capitis,tardiq; motus,multæ cogitationis,ac tardæ locutionis. Et licet modici cibi semper fuerit, tamen quum quiescebat terram aspiciebat, & propterea uixit annis nonagintaquinque. Cuius hæc fuit pulcherrima sententia. Qui uult liber esse,non cupiat quod habere nõ potest. Qui uult habere quod cupit,cupiat quod habere potest. Qui uult in hac uita pacifice uiuere, similis fiat illi qui ad conuiuium inuitatur,qui de omni ap posito gratias agit, & de defectu rerum non murmurat. Scripsit autem Hippocrates hic uariis de rebus perutiles libros,quorum tituli sunt isti. Hippocrates. Sẽtẽtiæ notabiles.

De Lege liber	De Epidimia pharmaci	De Aegritudinibus uolucrũ.
De Introductione	De Signis uitæ & mortis	De Conseruatione sanitatis.
De Dogmatibus	De Signis egritudinum	De Regimine acutorum
De Humana natura	De Signis ualitudinum	De Cura ossium capitis
De Natura fœtus	De Iudiciis ægritudinum.	De Secretis secretorum
De Anatomia	De Signis diei & mortis sepulturæ.	De Augmento humorum
De Iuuamentis	De Signis subitæ mortis	De Flobotomia.
De Regionibus	De Operatione medicinæ	De Isagogis

Item de Flatibus lib.1. De passionibus corporis lib.1. quos Philelphus noster in Latinum uertit,uidelicet in Petro medici,in anno.1457.
Prognosticorum. De Aphorismis. Ad Articlinium regem Epistola. Et alia multa.

Gorgias philosophus natione Siculus, Empedoclis discipulus,his tẽporib9,Eusebio teste,floruit,qui secundum Plinium in lib.34. Naturalis histo.primus hominum auream statuam & solidam, Delphis in templo statuit,octogesimam circiter olympiadem,tantus erat tradendæ oratoriæ artis quæstus.

435 4764 Zeno Citheus philosophus,hac tempestate insignis fuit,quẽ Laërtius dicit adhuc paruulum,oraculum consuluisse, quo pacto optime uiuere posset, responsúmque accepisse, quòd magno studio oporteret legere antiquorum libros. Quãobrem ut Cratini philosophi familiaritatem mereretur,hoc modo usus est,purpurã ex Phœnice mercatus est,quam Epyrea aduectans naufragiũ fecit. Qua iactura tristis effectus Athenas ascendit,ubi & penes uenditorem librorum sedit. Legente autem illo tertium Xenophontis cõmentarium, illo delectatus est, & iam lætior sciscitari pergit, ubinam eiusmodi uiri morarentur. Opportune tunc Cratinus præteribat,digito illum ostendens,hunc inquit sequere, atque ita ex eo Cratini auditor factus est,& aliquãdiu illum audiuit,quo tempore quum scrip sisset de Republica,quidam iocantes dicebant,in cauda canis illum scripsisse.

433 4766 Zeno alius Stoicus fuit, qui.124.olympiade floruit, hoc est Ptolemæi Philadelphi tempore,quem dicunt gracili corpore,statura procera, & acri cute fuisse. Et propterea Crisippus illum Aegyptium palmitem uocat,qui etiam crura habuit turgida & imbecilla,atque infirma. Fuit unà cum Citheo philosopho Stoicæ sectæ auctor, quorum sententia fuit,posse omnes perturbationes è mentibus hominum eradicari. Et hoc quidem ueteres Academici senserunt. Horum itaque Stoicorum sententiæ hæ præcipuæ fuerunt. Id summum bonũ est quod honestũ est. Nihil deest ad recte uiuẽdũ ei in quo uirtus est. Stultus secundum eosdem omnia uitia habet,sed nõ in omnia natura pronus est. Hic igitur apud Atheniẽses summo in honore habitus fuit, adeò ut urbis claues apud illum deponerẽtur, & post mortẽ ab eisdẽ & corona aurea,æreáque imagine honoratus sit. Scripsit autẽ hic (ut Laërtius ait)multa & uaria,quæ non habẽtur. Fuerũt autẽ.8. Zenones. Primus hic.2. de quo supra dictũ est, tertius Rhodius, quartus historicus qui Pyrrhi res in Italia gestas Zeno. Sẽtẽtiæ notabiles.

scripsit, Epitomáque Romanorum & Carthaginensiũ rerum, quintus Crisippi discipulus, sextus medicus acutæ intelligentiæ, septimus grammaticus, cuius Epigrammata fuerunt, octauus Sydonius philosophus Epicureus, qui de Regno scripsit & de Republica, de nuptiis, de impietate Thiestæ, de Amoribus, & commentarios in Leges Platonis, qui sunt septem libri.

Socrates Ethicæ primus inuentor. Socrates Atheniensis philosophus Achelai discipulus, magistérque Platonis, & primus Ethicæ inuentor, hisdem temporibus secundum Eusebium floruit, qui ad acquirendam sapientiam usque ad senectutem ultimas terræ regiones perlustrauit. Et quia ad discendum semper se pauperem credidit, ad docendũ se locupletem fecit. Et licet sapiẽtissimus esset, se tamen nihil scire reputauit. Vnde sæpe illud dicebat, ut Hierony. ad Paulinum ait. Hoc unum scio quod nescio. Adeò autem studiosus fuit, ut Seneca ad Lucilium inquit, quòd ad componendos, corrigendósque mores uniuersam dicatur inflexisse philosophiam, & hanc summam philosophiam dixit, bona scilicet à malis scire distinguere. Et ideo Tullius in Thusculanis quæstionibus dixit, quòd Socrates philosophiam è cœlo uocauit, & eam in urbibus collocauit, coẽgítque de uita & moribus, rebúsq; bonis & malis quærere. Isydorus uero in.2. Eth. lib. de eo sic inquit. Ethicam Socrates primus ad corrigendos componendósque mores instituit, atque omne eius studiũ ad bene uiuẽdi disputationem perduxit, diuidens eam in quatuor animæ uirtutes, prudentiam scilicet, iustitiã, temperantiam & fortiudinem. Aristoteles quoq; in Metaphysica de eo sic inquit. Quod quum philosophatus esset circa rerum naturas, uidens circa naturalem scientiam magnam esse difficultatem, ad mores se conuertit. Quem Plato eius discipulus in multis est secutus, qui ab Aristotele secũdus Socrates est dictus. Fuit insuper Socrates mirabilis castitate, iustitia, aliisq; uirtutibus, ita ut propter uirtutum heroicarum eminentiam, eum ultra hominem etiã philosophi pronunciarent. In cuius quidem sigillo, ut dicit, sic scriptum erat. Amicus hominis est sapientia eius, inimicus uero hominis est stultitia eius. Huius quippe multæ fuere sententiæ, quarum hæc prima censetur. Age sic alienum, ut tuum non obliuiscaris negocium, & qualis uis uideri, talis esto. Demum accusatus quòd derideret, quercum, canes & hircos esse deos, quos Athenienses colebant, in carcerem est cõiectus, ubi mirabilem cordis constantiam se habere ostendit. Quia neque carcer aut mors eius uultum seu animum mutare potuerunt. Tandem ueneni poculo defunctus est. Cuius mortem Ouidius in Ibin pulchre describit. Post mortem autem eius, ut octauo de Ciuitate dei capi.3. Aug. Athenienses pœnitentia ducti, eius criminatores morti adiudicantes, imaginem auream in eius memoriam in templo collocauerunt. 4771 428

Sẽtẽtia optima

Vide cõstãtiã hominis.

Socrates alius fuit Thebanus, uir diues & nobilis, qui paupertatis amore, quam multũ dilexit, rem familiarem largã & uberem populo donauit. Alius quoque fuit historicus, qui Argos diligenter descripsit. Alius item Epigrammatũ poẽta, atque alius Cous, qui Interpretationes & Inuocationes scripsit,

Xerxes  Erxes eius nominis secundus, octauus Persarum rex, centesimo sexagesimosexto Iudaicæ captiuitatis anno, post patrem Persis regnare cœpit, & regnauit duobus tantum mensibus, post quem Sogdianus nonus regnauit mensibus septem. De quibus ob temporis breuitatem nil memoria dignum habemus. 4775 424

Darius  Arius cognomento Notus, decimus Persarum rex, centesimo sexagesimosexto Iudaicæ captiuitatis anno, hoc est octogesimanona olympiade, Persis regnare cœpit, & regnauit annis.29. Hic inito imperio mox contra Atheniẽses in liuorem pristinæ iniuriæ seu cladis, grauissima mouit bella, & innumerabilia intulit dãna. Quãobrem sibi timentes in fugam conuersi sunt, nec ultra Persis occurrere sunt ausi. Eius tamen regnum anno.10. Aegyptus ab eo discessit, & regem Amantheum Sayethem sibi constituit, qui annis sexdecim regnauit. 4776 423

Alcybiades inuictissimus Atheniensium imperator & clarissimus philosophus, tempestate hac maximo in precio & honore apud suos habitus est. Qui (ut testatur Plutarchus) genus

genus ab Euryace Aiacis Thelamonii filio ducēs, in amplissima ciuitate Athenienſi, summo genere natus est. Vir per omne ætatis suæ tēpus formosissimus, & ad omnes res aptissimus, consilijsque plenus: & non solum in pueritia, aut adolescentia, sed in omni ætatis gradu maximū semper tenuit decorem. Imperator deinde factus ferox & audax fuit, sed maximis cupiditatibus subiectus. Verūtamen quū in dicendo multum ualeret, & eius eloquentiæ multa esset commendatio, nemo in dicendo aliquis poterat resistere diues. Insuper quum tempus poscebat, laboriosus erat, patiens, liberalis, splendidus, non minus in uita quam in uictu, affabilisque, blandus, temporibus callidissime seruiens. Idem simul ac se remittebat, neque causa suberat, quare animi laborem perferret. Verūtamen ita luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperatus reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam esse dissimilitudinem, támque diuersam naturā. Idem educatus in domo Periclis patris sui (ut dixit Iustinus) & à Socrate eruditus: à quo etiam, teste Platone, amatus plurimum fuit, & cum eo sæpe pernoctasset, non aliter ab eo surrexit, quàm ut filius à patre debuerit. Bella autem quæ ipse imperator gessit, Plutarchus in descriptione uitæ illius late narrat. Et Iustinus in. 5. Epito. compendiose cōcludit. Deinde ab Atheniensibus expulsus, Thebas uenit, ubi adeó eorum studiis inseruisse dicitur, ut nemo ei æquari posset. Tandem ad Persas profectus, effecit, ut etiam apud eos & quoscūque alios principes poneretur, haberetúrque omniū charissimus. Verum eorum qui tyrannidem apud Athenas exercebant, consilio, & Lysandri Lacedæmonii artificio in Phrygia interfectus, quum iam domus incendium euasisset, quod ad illum interficiendum fuerat paratū, & eius caput ad Pharnabazum tulerunt, eiusqúe corpus concrematum est.

419 4780 Eudoxius Gnidius Astrologus & Geometra, medicúsque ac legifer clarissimus, hac ætate (ut Laërtius scribit) Græcanas leges ultimas conscripsit. Edidit quoque de Astrologia, Geometriáque ac aliis quibusdam monumēta laude digna. Cōmentaria insuper nonnulla eruditione plena post se reliquit. Tandem in Aegypto anno ætatis. 53. decessit. Fuere etiam duo alii Eudoxii. Vnus Rhodius historiarum scriptor, & alter comicus poëta. Eudoxius astrologus.

418 4781 Horestes tertius Macedonū rex. 15. regni Darii anno Macedonibus regnare cœpit, & regnauit annis tribus, post quem quartusdecimus nomine Archelaus annis nouem.

416 4783 Dionysius Syracusanus tyrannus. 27. regni Darii anno, in Sicilia tyrannidem exercere cœpit, cuius originem incognitam habemus. Hunc autem Cornelius Tacitus dicit belli scientissimum & manu fortem fuisse, & id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosum, nec auri aut ullius rei cupidum, nisi singularem perpetuíque imperii appetētissimum, & ob eam rem crudelem fuisse, & in ea tyrannide nouem annis regnasse.

Iudas. 4. Hebræorum pontifex Elysaphat pontificis filius patri in pontificatu his temporibus succedens, sedit annis. 25. hunc pontificem multi ingeniū, multáq; doctrinæ ac sanctitatis uirum fuisse constat, ad quem Mardocheus Iudæus ex Susis Persarum urbe, literas de obseruatione furum dedit, ut patet Hester cap. 8. Eius autem pontificatus multis seditionibus & perturbationibus agitatus, tandem liberatus fuit.



397 4805 Rtaxerxes eius nominis secūdus, cognomento Mēnon, quem Hebræi Assuerum nominant, undecimus Persarū rex. 194. Iudaicæ captiuitatis anno, olympiade autem nonagesimaquarta, Persis regnare cœpit, & regnauit annis. 40. Hic prædicti Darii regis filius fuit, potētissimus quidem super omnes qui ante eum fuerūt. Cuius regnum (ut Hester liber habet) ab India usque Aethiopiam super centū & uigintiseptē prouincias fuit, & Susa ciuitas non lōge à Persipoli eius regni caput fuit. Hic Cyrum habuit germanum, cum quo de regno sæuissima gessit bella, & cædes innumerabiles utrinq; fuere. Tandem eo perempto solus regnauit, & tertio regni sui (ut sacra libri Hester continet historia cap. 1.) grande conuiuiū præparauit, & amicos suos & gentes ipsis Persis subiectas cum earum ducibus magnifice pauit, sicut decebat regem, qui diuitiarum ostentationem per centum & octoginta dies parauerat. Quorum conuiuium huiusmodi erat instructū. Tabernaculū enim fixerat ex aureis argēteisq; colūnis sustentatum, uela purpurea super eas sparsa ut discumbētes cooperiret. Ministrabatur Artaxerxes.

quoque omnibus poculis aureis & lapidibus preciosis ad hoc præparatis. Præcepit insuper ministris ne cogerent bibere eos, potionem eis offerentes, quod apud Persas fieri solebat. Misitque præterea ad omnem prouinciam denuncians, ut opera relinquerent, multisque diebus & pro huiusmodi festo lætarentur. Regina quoque nomine Vasti & ipsa similiter mulierum conuiuium in aula sua collegit. Quam rex ad conuiuium suum uocãs, quum uenire recusasset, eam proiecit, & honorem eius alii mulieri, id est, Hester præbuit, & in locum eius pro regina subrogauit. Hic triginta genuit filios, quos tandem cum .40. principibus suis, qui contra eum insidias parauerant, interfecit. Idem autem propter potentiam & animi magnitudinem, omnem pene terram, & cũctas maris insulas sibi tributarias fecit. Ego hunc non puto illum fuisse qui Hester reginam duxit uxorem, sed nec Iosephus in .11. approbare uidetur, sed potius primũ Artaxerxem, quia legitur, Mardocheum Iudæum in captiuitate Iudæorum fuisse abductum.

Hester — Hester Hebræa Abiachil Mardochei fratris filia ex tribu Beniamin, mulier siquidẽ formosissima & omnium oculis gratiosissima, anno regni Artaxerxis .12. ob eius pulchritudinem & dignitatis suæ splendorem, cum eodem rege pro Vasti regina nuptiali matrimonio coniũcta est, & regnauit pro ea annis .28. Hæc cum rege habitans, minime eidem prodidit ex qua natione esset. Patruus autem suus Mardocheus, ea regina facta, ex Babylone in Susin Persicã ciuitatẽ transiit, & quotidie in palacio cõmorabatur, cupiẽs audire, quomodo puella, quam tanquam filiam unicam educauerat, conseruaretur. Hæc quum didicisset Aman quendam Macedonicum uirum potentissimũ, quem rex propter eius dignitatem patrem etiam appellabat, uelle omne Iudæorum genus in regno Persarum exterminare, sese mori pro eiusdem populi liberatione dedit. Aman Amadathi eiusdem filius, genere Amalechitarum, hostis & aduersarius erat Iudæorum, qui erant in Susis, & hoc propter reuerentiã sibi à Mardocheo denegatã. Hic eam ob rem omne malũ excogitauerat aduersus Iudæos, ut illos occideret, atque penitus deleret. Quo audito Hester regina confestim ad regem ingressa rogauit eum, ut eius conatus irritos faceret, & malum quod contra Iudæos excogitauerat, in caput eius reuerteretur. Cuius supplicationi rex annuẽs concessit, ut Aman ipsum cum decem filiis cruci affigeret. Mortuóque eo rex omnem substantiam eius reginæ dedit. Mardocheum uocans dedit ei annulum quem Aman præstiterat, quia iam Hester ad eius notitiam perduxerat cognationem statim. Regina autem & ipsa Mardocheo auunculo suo Aman possessionem donauit, & supplicauit regi liberari à mortis metu gentem Iudæorum, eo quòd scripsisset Aman ad omnes prouincias, eos esse delendos. Post autem rex Mardocheum primum in regno suo constituit, qui regia indutus stola & corona aurea cum torque ad collum semper procedebat. Quem uidentes Iudæi à rege sic honorificatum, communem existimauerũt eorum fœlicitatem. Et propterea Persarum Satrapæ & tyranni atque omnes potentes, Iudæos deinceps magno habuerunt in honore & timore, & tunc Iudæi in uniuerso mundo super omnes libertatis licentia fruebãtur, eo quòd Mardocheus magnus & clarissimus apud regem esset, hæc quidem de Hester & Mardocheo dicta sufficiant (ut habentur in lib. tituli Hester prænotato scripta) quæ quidem Hester, ut Hiero. ait, ecclesiæ typum præfigurat, quæ populum de periculo liberat, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, panes conuiuii & diẽ celebrem mittit in posteros. 4817 382

Amynthas quintusdecimus Macedonũ rex .4. regni Artaxerxis anno, regnare cœpit, & regnauit anno uno, post quem .16. Pausania anno uno, post hunc iterato, fratre restituto, annis sex, post quem decimusseptimus Argeus pulso Amyntha annis duobus, Amynthas .18. iterum & .19. Cuius primo anno Galli duce Breno Romam inuaserũt, & omnem, excepto Capitolio, incenderunt, de quibus librum sextum faciemus.

Viri disciplinis excellentes.

Isocrates. — Isocrates natione Græcus eximius & clarissimus orator, Gorgiæ philosophi auditor, ac multorum philosophorũ præceptor, tempestate hac, ut Eusebio placet, clarissimus fuit, qui secundum Quintilianum in diuerso dicẽdi genere nitidus fuit & comptus, ac palestræ magis quàm pugnæ accommodatus, omnésque dicendi ueneres sectatus, in intentione facilis, 4820 379

cilis, & honesti studiosus, ac in compositione adeò diligens, ut cura eius reprehendatur. Scripsit autem librum ardentis spiritus qui Tananeos inscribitur, alium quoque ad quendam exhortatorium libellum edidit. Ex quo præ cæteris hanc notabilem excerpsimus sententiam. Talis sias parentibus, quales erga te natos fieri peroptas. Serua magis uerborum quàm rerum deposita. Vixitque annis. 94.

375 4824 Xenophon philosophus & Atheniensium exercitus insignis imperator, uir quidē speciosissimus ultra quàm credi posset, hac etiam tempestate floruit. Is Socratis discipulus, & postea Platonis plurimum æmulus fuit. Qui secundum Gellium in. 18. de diuersis rerū naturis quadringentos edidit libros, quā maxime de militari arte, in qua exercitatissimus fuit, quippe qui ex ultimis Babyloniæ finibus exercitum incolumem in patriam reduxit. Scripsitque de Arte uenatica, & de equorum regimine. Primúsq; philosophorum historias cō scripsit. Multa quoque commentatus est. Quapropter ex lepore sermonis & eloquētiæ dignitate Musa dictus fuit. Vixit autem annis octogintanouem. Fuere & alii sex Xenophontes, quorum primus Atheniensis Philostrati illius frater, qui Epaminondæ descripsit uitā, secundus Cous medicus, tertius qui Hannibalis scripsit historiam, quartus qui fabulosa cōmentatus est prodigia, quintus parius sculptor egregius, sextus antiquæ comediæ poëta. Xenophon

Archita Tarentinus philosophus Pythagoricus his tēporibus apud multos in omni uirtutis genere maximè admirationi habitus est, qui Platonem philosophum à Dionysio Syracusano necandum ex eius manibus eripuit. Multáq; cōposuit, ex quibus hāc præcipuā sententiam habemus. Nulla pestis capitalior est quàm uoluptas corporis, cuius auidæ libidines temere & effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerū peruersiones. Nullum denique scelus, nullum facinus est, ad quod suscipiēdum non libido uoluptatis impellat, præter hunc, Laër. teste, alii tres fuere. Vnus Mitylenęus, alter qui de Agricultura scripsit, tertius epigrammatum poëta, plærique addunt quartum architectum, cuius proferunt lib de Machina.

Democedes medicus Crotoniata illustris his temporibus floruit, qui inter Darii captiuos existens, & Darius ipse cum ob inuersum pedem acriter doleret, ita ut per. 7. dies dormire non posset, nec medicis suis iuuari posset, ipse Democedes ad Darium in compedibus adductus, ipsum regem prorsus liberauit, propter quod apud regem & Persas deinceps maximo in honore habitus est.

369 4830 Plato philosophus clarissimus, per hoc tempus, id est, olympiade. 101. Eusebio referente, omnium philosophorum clarissimus fuit, qui paternum genus à Codro rege, maternū uero à Solone philosopho duxit, duos fratres habuit & unicam sororem, de qua Speusippus philosophus ortum habuit. Hic primum literas apud Dionem grammaticum didicit. Sed in palestra apud Aristonem exercitatus, Platonem pro egregio corporis habitu cognominauit, quum antea Aristoteles diceretur. Primum namque picturæ studuit, & poëmata atque tragœdias edidit, Vicennis audiuit Socratem, quo mortuo, Cratylum & Hermogenē audiuit, factus deinde annorum. 29. ad Euclidem se Megaram contulit. De hinc Cyrenen profectus Theodorum audiuit, postea in Aegypto à plærisque creditus didicisse etiam ibi prophetarum oracula, sed supputatio temporum non patitur. Refert tamen diuus pater Aug. in lib. 10. de Ciui. dei. cap. 2. quod in eius libris inuentum sit Euange. beati Ioan. uidelicet à principio usque ad illud. Et tenebræ eum non comprehenderunt. Ex Aegypto postmodum Athenas regressus in Academia morabatur. Terque in Siciliam nauigauit, ubi quum mortis periculum euasisset, uēditus est. Hic quum doctissimus esset, philosophiā in tres diuisit partes, Ethicam scilicet, physicā, & Logicam, id est, moralem, naturalem & rationalem. In prima quidem causam quærendi, in secunda uero ordinem dat uiuendi, & in tertia ratio intelligendi uersatur. Et ut diuus Aug. 8. de Ciui. dei testatur, cæteris gētiū philosophis longe prælatus est, quod & acutius & ueracius omnia intellexerit. Nā de uero deo dixit, & erat causa subsistendi, & ratio intelligendi, ac ordo uiuendi. Dixitq; præterea sapientem ueri dei cognitorem, imitatorémque ac amatorem esse, unde merito cæteris philosophis fama & gloria præfertur. Scripsit autem Plato Timæum opus diuinum, ubi de rerum creatione optime disseruit. De quo Hiero. super Esaiam inquit, Timæum de Plato

harmonia mundi, aſtrorúmque curſu, & numeris diſputantem, ipſe qui interpretatus eſt
Tullius, ſe non intelligere profitetur. Scripſit quoq; ad Parmenidem de rerum principiis
opus mirabile. Item de Immortalitate animæ ad Phedronem diſcipulum ſuum lib. unum.
De legibus decem uolumina, & de Repub. librum unum, & alia multa quæ non habentur.
Interrogatus aliquando Plato, in quo ſapientiam quis adiſpiſci poſſet, reſpondit, in non ex
pectãdo, quæ euenire nõ poſſunt, nec de præteritis recordari. Obiit denique Plato in nup
tiis diſcumbens, anno ætatis ſuæ. 81. in cuius poſtmodum tumba inuenta fuit lamina ſuper
pectus eius aurea, ut habetur in commento ſuper illo uerbo Boëtii de diſciplina ſcholarium,
Platonis probata diuinitas, in qua ſcriptũ erat. Credo in Chriſtum naſciturum de uirgine,
paſſurum pro humano genere, & tertia die reſurrecturum.

Antiſthenes Athenienſis philoſophus & orator his temporibus ſecũdum Euſeb. agno 4833 366
ſcitur, de quo ſic ſcribit Hiero. contra Iouinianum, quod quum Rhetoricam glorioſe do-
ceret, audiens Socratem, diſcipulis dixit. Abite & magiſtrum uobis quærite, quia ego in re
perii. Hic ſummũ bonum in uirtute poſuit, ut teſtatur Aug. 18. lib. de Ciui. dei. Cuius hæc
Sẽtẽtia pulchra fuit ſententia, inſcientia eſt multa diſcere, & quod ſatis eſt neſcire.

Ariſtippus philoſophus Cyrenæus Socratis diſcipulus, per hoc tẽpus Athenis floruit,
qui teſte diuo Aug. lib. 18. de Ciuitate dei cap. 41. ſummum bonũ in uoluptate poſuit, un-
de præter alios etiam librum de Voluptate edidit.

Epicurus Athenienſis philoſophus, Socratiſq; auditor, hac tempeſtate clarus fuit, quẽ
licet diuus Hiero. dicat literas non didiciſſe, eius tamen referuntur ſentẽtiæ multæ, & qui-
dem digniſſimæ, hic nunquam uoluptatis aſſertor exiſtens, dicebat uoluptatem ſummum
Epicu- eſſe bonum, animáſque cum corporibus interire, unde & præ cæteris errauit, nam putauit
rea ſe- deum res humanas non curare, ſed ocioſum eſſe, nihilque agere, fuitque auctor Epicureæ
cta ſectæ, cuius errores plurimos apud. Augu. lib. 18. de Ciui. dei legere potes.

Polyſtratus & Ippodides philoſophi Epicuri diſcipuli hiſdem temporibus mundo in-
notuere, quos ambos uno die natos, unáque die mortuos fuiſſe legimus.

Pedicu Speuſippus Platonis ex ſorore nepos, & ipſe hac tempeſtate ſecundum Euſe. Athenis 4840 359
li inter uiguit, qui cum Platonicæ ſcholæ poſtea octo annis præfuiſſet, Epicureæ ſectæ manum de
fecerũt dit. Vnde Diogenes philoſophus propter hoc eũ dure redarguit. Hic multa cõmẽtaria, mul
homi- tóſque dialogos poſt ſe reliquit, quos omnes Ari. tribus talentis emit. Obiitque denique
nem (ut plu. ſcri.) à pediculis ſuffocatus.

Ermias eunuchus philoſophus, ex Aſia quadam urbe natus, Trapezitæ cuiuſdam uiri fa
mulus, ſuperioribus diebus Athenas profectus, quum Platonem audiuiſſet, doctiſſimus eua
ſit, & domum ſic eruditus regrediens, unà cum domino ſuo Aſſenenſes aggreditur, quos
omnes ſibi ſubegit, ac ipſis unà cum domino ſuo imperauit, Mortuóque domino ſuo, ſolus
dominium adeptus, Ariſtotelem & Xenocratem ad ſe accerſitos diligenter curauit, & A-
riſtoteli fratris filiam uxorem dedit. Sed & ipſi philoſophi diſſuadebant ei tyrannidem ex-
ercere.

Dionyſius ſuperioris Diony. filius. 38. regni Artaxerxis anno, patre defuncto, Syracuſa 356
num regnum occupans, etiam ſimiliter tyrannidem exercuit, uir certe omnium turpitudi 4843
num plenus, qui tandem Cice. teſte. 4. ſcilicet Tuſculanarum lib. à Syracuſis pulſus, Corin
thi pueros docuit, ac ſic imperio carere noluit, pro quo Oui. lib. 4. de Ponto ait. Ille Sy-
racuſia modo formidatus in urbe, Vix humili duram reppulit arte famem. De hoc etiam Iu
ſtinus lib. 19. & Vale. lib. 9. plura ſcripſere.

Lyſander Lacedæmonius, uir quidem ſeditioſus, hoc anno Alcybiadem philoſophum,
bellique ſcientiſſimus ſuis ſeditionibus, ac proditione interficere fecit. Quo facinore à Pe-
loponnenſibus dux belli aduerſus Athenienſes conſtitutus eſt, quod quidem bellum iam
per ſex & uiginti annos durauerat. Qui cum imperium ſuſcepiſſet, non ſua uirtute, ſed ad-
uerſariorum modeſtia, omnem Athenienſium claſſem apud Egon flumen cepit, & bellum
confecit. Quo facto Athenienſes Lacedæmoniis ſe dedidere, & Lyſander mirum in modũ
elatus eſt, unde factum eſt ut Lacedæmonii in maximum Græciæ odium peruenerint. Nã
quum ſemper factioſus eſſet, nil aliud moliebatur, quam ut ciuitates omnes in ſuam tene-

ret potestatem,quod se Lacedæmoniorum causa facere simulabat,propter quod fœlicitate magis quàm re gloriosus apparebat. Tandem & ipse Athenis,ut Plutar. ait,occisus est.

255 4484 Cymon Atheniensium futurus dux,& Melciade quodam patre natus,à quo generosorum morum gratiam affluentem habuit,his temporibus licet iuuenis uirtutē militari florere incipiens,maximo in honore haberi cœptus est.Et post pauca ab ipso Atheniensi populo contra Persas dux declaratus,haud paulopost prælio conserto,fusum fugatúmque deleuit hostem,atque Scyrum insulam,in qua Dolopes habitabant,sibi subiecit. Verum quum spoliis hostium opulentissimus euasisset,ipsas diuitias,ut Plutarchus refert,in ciues partiri iussit.Insuper ad pietatis suæ indicem etiam agrorum suorum,amotis septis,fruges omnes egenis & peregrinis impune absumere permisit.Ingénsque præterea conuiuium in domo sua quotidie parauit,quod multos homines pascere posset.Vnde & eo pauperes quicunq; uellent conueniebant,& educationem pro libito sibi uendicabant.Itē intra priuatos lares, perinde ac in publicum quoddam urbis diuersorium ciues excipiens,frugibus agrorū suorum per annum ultro oblatis,indulgebat,ut uisus fuerit fabulosa Saturni tempora excitasse.Quum igitur Artaxerxem Persarum regem è Græciæ finibus eiecisset, omnem Asiam ab Ionio usque ad Pamphyliam Persis præsidiis desolatam fecit,ac denique nauali terrestrique pugna cum Persis congressus,omnes superauit,captis eorum ducentis nauibus. Vnde etiam regem ipsum coēgit pacis conditiones accipere.Hoc itáque mortuo nihil deinceps ab ullo Græcorum imperatore magnifice gestum est,sed ad factiones & discordias omnes sunt conuersi.De eo autem præter Plutarchum,Herodo.lib.histo.6.& Iustinus lib.2.multa scripsere.Hic post se duos reliquit filios,Stesagoram uidelicet,& Mylciadem.

Timoleon natione Corinthus,ex claris quidē parentibus natus,uir omniū iudicio clarissimus,per hæc tempora Corinthiorum imperator delectus,mox cum pauca militum manu ad defensionem Syracusanorum profectus,intra.40.dies Syracusanam arcem,quā Dionysius prædictus tyrannus occupauerat,in suam potestatem redegit. Ibique Dionysio superato & pulso,omnem tyrannidem deleuit.Indéque contra Carthaginenses,qui cum septuaginta milibus militum & ducentis triremibus,ac mille nauibus in Libyam contra Corinthios traiecerant,cum tribus milibus congressus,decem milia eorum interfecit, quæ res magnam adeò urbi illi inflixit calamitatem,,ut nunquam antea una in pugna ex Carthaginensibus tot occubuisse traditum sit.Quamobrem,ut Cornelius nepos ait,huic uni contigit,quod nescio an ulli,ut & patriam,in qua erat natus,oppressam à tyranno liberaret,& à Syracusis quibus auxilio erat missus,inueteratam depelleret seruitutem,totámque Siciliā multos annos bello uexatam,à Barbarisque oppressam,suo aduētu in pristinum restituerit statum,ut omnia late posuit Plutarchus in illius uita,à quo & gymnasiū in quo sepultus fuit, Timoleontem cognominatum fuit.

M.Curtius ciuis Romanus,uir quidem præclarissimus hoc anno qui est.37.regni Assueri,ob amorem & patriæ liberationem,in altissimum hiatum seu baratrum se præcipitē dedit.Nam & Romæ(ut Liui.ait)siue terræ motu,seu alia aliqua ui,forum fermè specu uasta collapsum, in immensam se aperuit altitudinem. Quæ quidem uorago, nulla uidebatur posse oppleri materia.Quo portento uates permoti canere cœperunt. Tum.M. Curtius bello egregius(ut idem Liui.in.4.habet)eo audito,templa deorum quæ foro illi imminebant,capitoliumque intuens,tanquam effrenis,nunc manus in cœlum,nunc in patētes ipsius terræ hiatus porrigens,equo maximo ornatu insidens,zelo patriæ,armatus se in hiatum misit,quo mortuo statim hiatus obturatus est.

Ludi scenici Romæ ultimo Assueri regis anno Opi seu Berecinthiæ uel Cybelæ(quæ deorum mater uocabatur)à Romanis propter ingluuiem pestis instituti sunt. Qui adeò turpiter exerceri cœpti sunt,ut honesti uiri ne dum fœminæ interesse noluerint,sed nec uel de longe intueri,de quibus diuus pater Aug.2.lib.de Ciui.dei cap.8. multa diligenter pertractat,deorum falsitatem improbans,qui talibus ludis placari poscebant.Nam ipsa Ops quæ Berecinthia uocabatur,Saturni,ut dictum est,uxor,deorum mater appellata fuit,& eius sacra primitus in Cybele Phrygiæ monte instituta fuerunt & successiue honorata.Cuius simulachrum postea(ut Liui.in.2.lib.de bello Macedonico ait)Romæ trāslatum, eidē

hæc sacra

hæc sacra,& ædes pulcherrima in Capitolio constructa fuit.

Arta-xerxes tertius



Rtaxerxes tertius qui & Ochus Assueri ex Hester filius.12. Persarum rex. 234. Iudaicæ captiuitatis anno, olympiade autem.104. Persis regnare cœpit, & regnauit annis.26. uir certe ætate sæuus atque immanis, qui occisa sorore, socrúque uiua desossa, patruum etiam cum cētum filiis atque nepotib9, ut aliis, nulla prius lacessitus iniuria, uacua area destitutum, iaculis configi iussit, ut huiusmodi facinoribus æternam sibi apud Persas compararet memoriam, hic Nectanabo Aegypti rege in Aethiopiam pulso, ad suum reuocauit regnum, & Apodasmo Iudæorum urbe capta, accolas omnes in Hyrcaniam transtulit, & iuxta mare Caspium collocauit. Indéque bello Cadomanum hostem uicit, ac per hoc suis gloriam prope amissam restituit, propter quam uictoriam etiam Armeniis præfectus est. Hic suorum coniuratione ueritus cognatorum cæde, principúmque strage, totam impleuit regiam, nullo sanguinis aut sexus ætatísue habito respectu. Verūtamen diuinam non euasit ultionem, quia a suis obtruncatus fuit. 4845 354

Cariæ regni principium.

Aurigæ primū inuentū

Caria namque minoris Asiæ regio est inter Lyciam & Ioniam constituta, quæ primo à Cara rege quodam sic cognominata fuit, qui aurigam primus ex auibus ibidem comperit, ut dixit Pli.7. Natu. histo. hanc Strabo partiens à borea Meandri flumine claudit, ab occidente Icario & Myrthoo pelago, à meridie Rodiensi, & ab ortu Lyciis atque aliis gētibus. Pius uero eius nominis secundus pon. maximus, in sua Asia, eam inter Meandrum & Thaurum montem collocat. Ibique Halicarnassus regia urbs fuit. Cuius urbis uarii fuerūt casus. Hanc prouinciam existimo Anatholiā Turcorum Othomanorum regnum esse.

Hechatonius autem quidam nomine, huic Halicarnasseorum urbi primus regnare cœpit, qui hac tempestate.3. filios genuit, scilicet Mausoleum, Idreum, & Pyxaclarum, ac etiā duas filias, é quibus Arthemisia natu maior fuit, quæ Mausoleo maiori filio nupsit, qui & post mortem patris tenuit imperium, quo mortuo etiam Arthemisia regnum habuit, quæ uiro ita magnificum construxit sepulchrum, ut é septem orbis spectaculis hoc unum censeatur: post Arthemisiam uero Idreus eius cognatus Mausolei frater cum eius coniuge & sorore Ada imperauit, cui ex morbo assumpto pariter successit uxor Ada. Pyxaclarus autem, qui reliquus erat ex filiis Hechatonii, hanc eiecit sororem, & Persicarum partium satrapē ad communicationem imperii uocauit, qui eo defuncto Halicarnassum tenuit ciuitatem, & aduentantis Alexandri magni sustinuit obsidionem. Huic Ada Pyxaclari filia cō iunx fuerat. Altera uero Ada Hechatonii filia à Pyxaclaro fratre eiecta, ad Alexandrum confugit, opémque ei ad capiendam urbem præstitit, propter quod regina ab eo declarata est, quæ ad obsidendam arcem dimissa, eam paulopost obtinuit, sed quis huic in regno successerit non inuenimus. 4847 352

Arthemisia regina

Arthemisiam autem huius imperii reginam mulierem magnanimam, & uiduitatis integerrimum exemplum, per se ponere dignum duximus, quum fuerit fœmina sanctissimi amoris, quæ adeò maritum suum dilexit, ut eo mortuo, obliuisci nunquam potuerit. Nam ut Vale. Maximus tradit, quàm primum Mausoleus maritus suus amātissim9 clausisset diē, celebratis eius ex more exequiis regiis, cineres suos cum diligentia colligens, non in urna aurea illos cōdi uoluit, existimans tam amantē uirū non posse alio in uase congrue reponi, quàm in pectus suum, in quo ueteris amoris flammæ longe plus solito eo defuncto flagrabant. Quamobrem omnes cineres collectos ipsa bibere uoluit, & residuum uitæ suæ temp9 in lachrymis consumpsit, donec læta in mortem ad uirum deuenit. Verum uidua facta ingentia peregit facinora, & inter cætera ex more egregio & amabili, uiro insigne sepulchrū erexit, quod quidem opus nimis admirabile & sumptuosum fuit, eo quòd tam artę quàm impensa, omnia ferè orbis ædificia excesserit, & inter septem mundi miracula unū diu extiterit. Quod quidem opus de mariti nomine Mausoleum appellauit. Et non solum in hoc Arthemisia extollenda fuit, sed & uirili robore & audacia ac militari disciplina plurimum ualuit, & multis triumphis maiestatem sui nominis exornauit, quia ut legimus post uiri mortem (ad tempus sepositis lachrymis) bis arma suscepit, primo ut patriæ salutem tutaretur,

secundo

secundo ut socialem fidem requisita seruaret. Rhodios nauali prælio superauit, & Rhodū ipsam sibi uendicauit. Iustinus etiam in lib.3. Epitomatum dicit Arthemisiam in auxilium Xerxi contra Græcos uenisse,& inter primores duces acerrime bellasse. Incertū tamē an hæc ipsa Mausolei coniunx fuerit, sed ex consequētibus illam fuisse affirmare nō audemus.

F. Camillus patritius Ro. uir quidem præstantissimus,& in omni bellandi genere scientissimus, à Romanis superioribus diebus exilio damnatus, hoc anno qui est secundus regni Ochi annus cum Roma à Gallis præter Capitolium, duce Breno capta fuisset, & eorum acies ab ipsis Gallis fusa fuisset, ex totius senatusconsulto, ab exilio reuocatus, dictator delectus fuit, & contra Gallos tanquam ualitudinario corpori additus est. Qui magistratu sumpto, statim undique copias colligens in aciem uenit,& omnes hostes prorsus fugauit. Romāque direptam atque exustam in pristinum statum reduxit, ac innumerabilibus eorū captis de eis triumphauit. Quibus strenue gestis, dictaturam dimisit. Postea uero cum Sicani, Volschique ac Latini in agrum Romanum impetum fecissent,& etiam Tyrrheni circa Sutrium castra posuissent, ipse tertio dictaturam induens, acie instructa omnes uicit, quibus fugatis Sutriorum ciuitas, eius opera à Romanis recuperata est. Sequēti deinde tempore, Prenestinis ac Volschis sociorū agros depopulantibus, cum iam senex Camillꝰ esset, & mala corporis ualitudine premeretur (cum L. Furius male pugnasset) é lecto consurgens, hostem statim insequitur & uincit. Nec multo post etiam Thusculanos qui à Romanis defecerant, in fidem uenire coēgit, contra Veientes quoque dictator electus, licet octogesimū attingeret annū, etiā uictor euasit. Postremo quū dictaturæ quinquies, triūphóq; quater potitus esset, peste periit. Quibus ex causis secundus Romanæ urbis cōditor est habitus.

351 4848 Philippus Perdicæ regis filius.23. Macedonum rex.3. regni Ochi anno, regnum suscipiens, regnauit annis.27. uir utique bellator, qui sua uirtute, Armeniæ, Bithyniæ, Thraciæque, ac Thessaliæ regna simul obtinuit, cautúsque fuit, malens amari quàm timeri, sed & moribus grauis ac patiens, qui iram dissimulare plærunque & uincere nouerat. Blandus quoque pariter & alloquio insidiosus, qui plura promittebat, quàm præstare uellet. Nouerat etiam gratiam in odio fingere, & inter concordes struere discordias,& apud utrunque gratiam quærere, solennis illi consuetudo erat. Et inter hæc eloquentia & insignis oratio acuminis,& solertia plena, ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inuentionis deesset ornatus. Vini nunquam nimis cupidus & auidus fuit, sed ebrietate digesta in suis actibus moderatus erat. Quumq; aliquando hic pro imperii sui finibus tuendis, procul ab urbe regia exiuisset, Nectanabo olim Aegypti rex, in mathematica peritissimus, qui ad eum timore regis Persarum confugerat, uidēs Olympiadem ipsius Philippi coniugem pulcherrimam, eā arte magica deludens compressit. Quæ ex ipso concipiens, post reditum Philippi Alexandrum peperit filium. Quem Philippus rex (licet rei ueritatem compertam haberet) ueluti filium educauit charissimum. Nam eadem arte deceptoria eo Philippus adductus erat, ut Alexandrum ex Ammone deo procreatum fuisse diceret. In cuius spem Nectanabo fuerat concubitu reginæ potitus. Nato autem Alexandro Philippus confestim his uerbis Aristoteli scripsit dicens. Philippus Aristoteli salutem. Filium mihi genitum scito, quo quidem diis gratias ago, non tam perinde quòd natus sit, quàm pro eo quod nasci contigit temporibus uitæ tuæ. Spero etenim fore, ut educatus, eruditúsque abs te, dignus existet & nobis & rerum istarum susceptione. Aristo. igitur Alexandrum disciplinandum assumpsit, & in septem artibus ipsum optime erudiuit, qui quum factus esset annorum.15. Bucephalum equum indomitum, damnatorum carnibus enutritum, quem Cappadociæ rex Philippo donauerat, sibi mansuetum fecit, eúmque per urbem intrepidus equitauit. Quem cum Philippus conspexisset, eidem dixit se in ipso deorum responsa cognoscere,& quòd post eum regnaturus esset. Vnde & statim currum regium,& centum equos eidem cum maxima auri summa concessit, ut auxilio foret, quam in reliquam Græciæ partem facere statuerat. Qui mox ad patris imperium contra Nicholaum Peloponensium regem castra mouit, cū quo pugna conserta, ipsum propria manu interfecit, de quo uictoriæ coronam cum gaudio patri reportauit. Dehinc quum Philippus Alexandrum in Armeniam rebellantem misisset, Pausanias Spartanorum rex, qui Olympiadem Philippi uxorem dudum exarserat, sentiēs

Olympias regina cō primitur

Philippus Aristo. literas dat

Alexandrum abesse coniuratione facta, Philippum hostiliter inuasit, multísque uulnerib9 eum confodit, arbitránsque eum mortuum, ipsius urbe potitus est, qui quum regiam conscendisset, ut inde Olympiadem uxorem reportaret, Alexander eo statim cum triumpho ex Armenia applicuit, qui reclamãtis patris uociferatione permotus, in Pausaniam ipsum irruens, ipsum uita priuauit. Quo mortuo e uestigio Philippum semiuiuum iacẽtem in cã po inuenit. Verum quum Philippus de inimici ultione gratias egisset, quasi lætus spiritũ emisit, qui suis artibus quum imperii orbis fundamenta iecisset, Alexander tanti operis glo riam consummauit.

Olympias autem Philippi prædicti uxor, cui ab infantia Mustulis nomen fuerat, & ipsa hisdem temporibus regina facta, multorum titulorum illustris euasit, eo quòd Neoptolemum Molossorum regem habuerit patrem, qui ex Aeacidarum sanguine traxerat originem, & Alexandrum Epyri regem habuerit fratrem, ac etiam Alexandrum Magnũ peperit filium, licet adulterii illecebra notata fuerit, quia ab omnibus historicis suspicatum fuit, quòd Alexandrum ex adulterio genuerit, quæ quidem suspitio adeò Philippum regem cõ mouit, ut eam repudii ignominia notauerit, & Cleopatram Alexandri ipsius Olympiadis fratris filiam in uxorem duxerit. Quod Olympias quidem moleste ferens, tanquam despe rata multis enormitatibus se fecit notiorem. Nam Pausaniam splendidum iuuenem (ut dictum est) cuius contubernio utebatur in.7. necẽ impulit, & eum obtruncari fecit, quo mor tuo etiam Cleopatram sibi superinductam (post illisam saxo filiam) in tantum exasperauit uerbis & ignominia, ut miseram ad suspendendum sese compulerit. Denique mortuo Alexandro eius filio, cum hæc passim in cruorem tam nobiliorum, quàm plebeiorum Macedonum ueluti belua baccharetur, à Cassandro in Epidua ciuitate tandem post longam obsidionem capta, ab ipso interfecta est, ad quam quum idẽ Cassander ministros misisset, & ea cerneret se morituram, ad lictores cum ancillis imperterrita surrexit, & uestimentis crinibúsque compositis, ne quid cadens uideretur inhonestum, non uoces nec ululatus fœmineos emisit, sed corpus suum intrepide percussoribus obtulit, quasi paruipenderet mortis imperium, quod etiam robustissimi homines facere consueuere. 4849 350

Vide in trepidũ mulieris animum.

Ioannes Iudæ pontificis filius.5. Hebræorum pontifex, his quasi diebus patre pontifice defuncto, pontificium munus obiuit, seditque.43. annis, quo pontificãte, Ochus Persarum rex, Vagosum quendam uniuersis transflumen regionibus, ducem præfecit, cuius familiaritate Iesus Ioannis frater confisus, ad pontificatum ardentissime aspirans, aduersus hũc fra trem pontificem seditionem in templo concitauit, qua contumelia permotus pontifex in eum irruens interfecit, quo audito, Vagosus non modica militum manu collecta, in Hierusalem hostili animo conscendit, ubi ad direptionem conuersus, omnia ciuium & sacerdotũ bona distrahere cœpit, sed quum à templi ingressu prohiberetur, respondit, ego mundior sum peremptore illo, quo templum uestrum prophanastis, & hæc uerba faciens, in templũ ui ingressus, omnia ornamenta illius decentiora sustulit, & tributa ac annonas ministris tẽ pli rursus imposuit, à quibus usque in hunc diem interuentu Esdræ fuerãt exempti. Vagosus autem paulopost pro nece Iesu Ioannem puniuit. Viri disciplinis excellentes.

Demosthenes

Demosthenes summus orator, atq; philosophus tẽpestate hac Euse. testãte, maximo in precio fuit, hic à Platone facũdiã hauriẽs, ab Ebullide argumẽtationẽ, summus orator effe ctus est. Cuius eloquentiam Eschines philosophus cõmendans dixit, qui quum in ipso cõ siderasset acerrimũ oculorũ rigorẽ, terribilémq; uultũ, pódus accõmodatũ singulis uerbis, sonum uocis, efficacissimos corporis motus profecto cognosceret, quod & si operi eius ni hil addi potest, tamen Demostheni magna pars operis Demosthenis abest, quum loquitur potius, quam quum auditur. De isto Demosthene Valerius sic refert, quòd quum Philipp9 Macedonum rex Athenas obsideret ab Atheniensibus postulauit sibi decẽ oratores dari, si ab obsidione recedere deberet. Demosthenes hoc audito in conciliũ ueniens, hanc fabulam recitauit dicens. Lupi suaserũt pastorib9, aliquando ut secũ amicitiã cõtraherẽt. Quod quum pastoribus placuisset, petierunt lupi, ut pro uice securitatis, traderent eis canes, in quibus uidebatur occasio iurgii, annuerunt pastores, & tradiderũt canes ouiũ suarum peruigiles custodes, tũc lupi formidine dẽpta, gregẽ nõ solũ pro satietate, sed etiã pro libidine lacerauerunt, 4850 349

Fabula Demosthenis.

lacerauerunt,sic & Philippus,inquit,sublatis oratoribus à populo Atheniensi facturus est, quod audientes Athenienses Demosthenis consilio acquieuerunt,& sic ciuitas à periculo liberata est,inquirenti cuidam quo modo posset benedicere,ait,si non dixeris nisi quod bene scieris,hæc eius præcipua fuit sententia. Liberi seruique personam ueritas superat,ser ui liberique mendacium miscet.

343 4856 Aristoteles philosophorum omnium princeps atque monarcha,his temporibus maxime claruit.Qui gente Macedo natus,Socratem atque Platonem habuit præceptores,quod diuus pater Aug.8.lib.de Ciui.dei testatur,dicens. Aristoteles Platonis discipulus uir excellentus ingenii,Platoni quidem eloquio impar,sed multo facile superans.Quum Peripateticam sectam condidisset,uiuo adhuc præceptore suo,in suam hæresim multos congregauit discipulos.Inter quos ob eius uenerationem,Alexandrum etiam habuit discipulum, superuixit autem post Platonis mortem.23.annis,in quibus partim Alexandrum docuit, partimque libros componens,ac partim doctrinis inhians,in cuius quidem sigillo (ut dicitur)hoc inscribi fecit. Sapientior est,qui quod nouit abscondit, quam qui propalat quod nescit:fuit autem Ari.facundus eloquio, et ut Hiero.ad Eustochium inquit, sine dubitatione prodigium grandéque miraculum in tota natura fuit.Tandem quum in Lycio multis annis flotentissime docuisset,inuidia communi accusatus,quod de diis non recte sentiret,metuens ne ut quondam Socrati,sic etiam sibi iudicio pereundum foret,deserta sui defensione in Calcidē abiit,ubi & quoad uixit in optimo mentis uigore fuit, uixitque annis 62.ibidem diem obiit,ut Leonardus Aretinus in eius uita copiose descripsit, tractauit autem hic omnes philosophiæ partes,& præcepta dedit singulis,sed præ cæteris rationale in suum sic redegit ius,ut à passione sua omnea alios exclusisse uideatur,ita ut per Antonomasiam philosoph9 appelletur.Sane Laërtio teste octo fuere Aristoteles.Prim9 hic.Secūdus qui Athenis rempu.administrauit,cuius extant elegātissimæ orationes. Tertius qui in Iliadē Homeri scripsit.Quartus orator Siculus.Quintus qui dictus est Myntheus Eschinis Socratici necessarius.Sext9 Cyrenaicus,qui poëtica scripsit.Septimus pedotriba,cuius meminit Aristoxemus in uita Platonis.Octauus grammaticus obscurus & ignobilis. Ferunt autem Aristotelem philosophum multa scripsisse opera,qui profecto si reuiuisceret,multa sua esse negaret,quæ nos illi attribuimus, & melius cum eo actum est quàm cum aliis, quorum opera funditus exterminata sunt,& ipse causa extitit,cur multa perierint, qui aliorum gloriam ad se traxit.

Aristoteles Peripathetica secta Aristoteles octo fuere

359 4860 Dion autem Syracusanus nobilis philosophua his temporibus postquam utraque Dionysii tyrannide complicatus diu fuit,apud Syracusanam urbem interimitur. Nam superior ille Dionysius Aristomacē Dionis sororem in matrimonio duxit,ex qua duos filios Hipparium & Nyseum procreauit,totidémque filias,Sophrosinen & Aretē.Quarum primam teste Aemilio Probo eius filio Dionysio,cui regnum reliquerat,nuptā dedit. Alterā ipsi Dioni paruo.Qui præter nobilem propinquitatem & generosam maiorum famam, multa etiam alia bona à natura recepit,utpote ingenium bonum & docile,& ad omnes artes idoneum,magnámque corporis dignitatem,magnas item diuitias à patre relictas, quas ipse tyranni muneribus auxit.Et ideo tantum Platonem amauit,ut eidem se traderet,nec minus eo Plato delectabatur.Dion alter Pruseus orator eximius fuit,cui ob eloquentiā Chrysostomus cognomen fuit. Dion

Carneydes philosoph9 Diogenis auditor,his temporibus dicitur floruisse,eo quod Athenienfibus cum eodem Diogene ad senatum Romanum missus fuerit, hic adeo studiosus extitit,ut quum ad mensam sederet,cogitationibus inhærens,manum ori apponere obliuisceretur.Sed Melissa quam uxoris loco habebat,dexterā suam necessariis usibus coaptabat. Animo enim uita fruebatur,corpore uero quasi alieno circundatus uidebatur. Cētesimo denique uitæ suæ anno,sicut Vale.in.4.ait,philosophando finem fecit.

336 4863 Eschines philosophus & orator Atheniensis,hoc etiam tempore cognoscitur, qui à iuuentute sua studiosus & librorum Socratis amator fuit,hic cum aliquando cæteri discipuli Socrati magistro suo multa offerrent,Eschines ipse pauper se ipsum obtulit,dicēs,quod quicquid habebat se illi obtulisse. Tradit autem Laërtius præter hunc septem fuisse Eschines Eschines septem

nes, quorum primus qui artem oratoriam scripsit. Secundus orator quem arbitramur iustũ fuisse Demosthenis æmulum, de quo Pli.7.de Natu.histo.& Quintilianus lib.9. de Instit. ora.plura dixere. Tertius Acchas Isocratis discipulus. Quartus Mityleneus, quẽ teste Laërtio oratorum flagellum uocabant. Quintus Neapolitanus Academicus philosophus. Sextus Milesius ciuilis scriptor. Septimus statuarius.

Xenophilus Pythagoricus philosophus, patria Calcidonẽsis, hoc etiam tempore magno habetur in precio, qui omnes humani incommodi (ut aiunt) expers fuit, cum etiam uixisset annis.105. inde summo doctrinæ perfectionis splendore mortuus est.

Phædron quoque Elidensis philosophus, per hoc idem tempus clarus habetur, qui & Socrati ac Platoni perfamiliaris fuit, eiusque nomine Plato librum de Immortalitate animæ prænotauit. 4864 335

Herina poëtrix his temporibus claret, & multa laude digna conscribit, quæ Nectanabo regi Aegypti usque in Aethiopiam expulso, reditum suum prædixit.

Xenocrates Chalcidonensis philosophus & Platonis auditor, per hæc tempora clarissimus inuentus est, qui & Laërtio teste, adeò ingenio tardus erat, ut cum Plato illum Aristoteli compararet, alterum freno, alterúmque calcaribus indigere diceret. Alioquin seuero semper ac serio habitu & ore perdurabat, in academia uixit ut plurimum. Si quãdo ad urbem proficiscebatur, turba omnis impudicorum eius transitum obseruabat, inquietandi eius gratia, Philene nobile scortum dedita opera à quibusdam intra eius cellã missa est, quæ ab eo orans lectuli partem accepit, demum quum multa nequicquam orasset, imperfecto opere discedens, dixit se non à uiro sed à statua uenisse. Porro licet multum frugi fuerit, tamen & fastus contemptor extitit. Et cum sæpe meditationi inseruiret, unam in silentio horam distribuebat, successitque in academia Speusippo, ut patet.8.de Ciui. dei. cap. 12. scholámque tenuit annis.25. Moritúrque noctu quum in sartaginem forte impegisset anno ætatis suæ.82. Fuere autem quinque Xenocrates, primus huius propinquus. Alter etiam philosophus, & Elegiæ scriptor non satis probatus. Tertius statuarius, Quartus qui Odas scripsit. Quintus hic, qui, ut Laertius ait, multa uersu ac prosa scripsit.

Xenocrates quinque

Herostratus quidam natione Græcus homo satis scelestus atque ignauus, & ipse.20.regni Ochi anno, famæ gratia, templum Dianæ Ephesiæ turpiter incendit. Quo audito, senatus Ephesius decretum tulit, ne quis unquam eius nomen literis demandaret, dignum plane supplicium, sed minime obseruatum, quando usque ad nostram ætatem huius sacrilegi nomen peruenit. Verum Ephesii aliud illo præstantius extruxerunt mulierum præcipue ornamentis, & aliis opibus ad id collatis.

Torquatus insignis patricius Ro. cui Titus Manilius proprium nomen fuit, Lælii Manilii filius, quem idem filius à Tribunitia uexatione liberauerat, temporibus istis apud Romanos, ob eius incredibilem fortitudinem atq; magnanimitatem, maximo in precio & honore habitus est, qui contra Gallum quendam eximia corporis magnitudine uirum, certamen suscepit singulare, cui licet uisu à specie impar esset, ipsum tamen superauit atque interfecit, à quo quum auream torquem abstulisset, suóque collo imposuisset, Torquati cognomen sibi ac posteris suis obtinuit. Hic autem ex ea familia ortum habuit, quæ Gallorũ exercitum ex Tarpeia eiecerat, tanti nãque eius dimicatio momenti fuit, ut Gallorũ exercitus, suis relictis castris, proxima nocte ex eo loco in Tyburtinum agrum transmigrauerint, & inde cum Tyburtinis in Campaniam transierint, ea quippe pugna ad Anienẽ fluuium, qui est inter Sabinos & Romanos commissa est. Vbi etiam aliàs Tulli Hostilii regis insignis extitit uictoria, qua Romanorum hostes fudit, hic nãque Torquatus quum aliquãdo dictator esset, ut testatur Augu.lib.5.de Ciui.dei.cap.18. filium pro patria pugnantem & uincentem occidit, eo quod contra imperium suum pugnauerat, ne plus scilicet mali esset in exemplo imperii contempti, quàm boni in gloria occisi. 4865 334

Pater filiũ occidit propter inobediẽtiam

M. Pompilius Romanus anno.22.regni Ochi à Romanis unà cum Lælio Cornelio cõsul electus, cõtra Gallos ingẽti uirtute statim bellũ sumpsit, & in agro Latino adeò acriter collatis signis pugnarũt, ut fusis direptisque hostiũ castris, suum exercitum spoliis opulentum, cum gloria atque triumpho Romam reduxerit, propter quod à senatu sibi triumpho decreto 4867 332

decreto de ipsis Gallis triumphauit.

M. Valerius cognomento Coruinus Romanus adolescens præstantis quidem animi & singularis uirtutis, per hoc quoque tempus (Liuio teste) & ipse Camillo nō indignior fuit, qui licet adolescens, & ipse contra alium Gallum uirum magnitudine & armis insignem, singularem assumpsit pugnam, qui dum armatus in medium processisset, & nondum manum conseruisset, eius galeæ repente coruus ales insedit, qui certamine inito e Valerii galea nunquā discessit, imò & rostro & unguibus oculos Galli uulnerare non destitit, quoad Vale. hostem tali prodigio territum obtruncauit. Quo mortuo, statim coruus è conspectu euanuit, & Valerius deinceps Coruini nomine appellatus est. Prodigium corui

328 4871 Rsanus prædicti Ochi regis filius.13. Persarū rex.260. Iudaicæ captiuitatis, olympiade centesimadecima, Persis regnare cœpit, & regnauit annis.4. De quo nil memoriæ dignum habemus. Genuit autem filios multos, de quibus Herodotus meminit. Cuius autem primo regni anno, descriptione Romæ facta, inuenta sunt ciuium.160. milia. Arsanus

Iadus autem.6. Iudæorum pontifex, hoc ipso anno, in mortui Ioannis pontificis patris pontificatu succedens, sedit annis.50. uir certe bonus & pacis amator, qui cum mores labe factos componere decreuisset, multos & quàm maxime Manassem fratrem inuenit aduersarios, qui cornua in eum erexere, quod Saraballā quendam ex Scytharum genere transflumen præfectum haberet amicum. Nam idem Manasses huius Iadi pontificis germanus ad pontificatum contra ius fasque anhelans, Saraballæ ipsius præfecti fauorē sibi procurauit, cuius rei gratia, filiā eius duxit uxorē. Sed Iudæi indignati, quod contra leges incircūcisorum uxorē duxisset, ipsum à sacerdotio summouerūt. At Manasses ira percitus, quòd eum propter uxorē nō admisissent, & præfecto non obtēperassent, ad ipsum præfectū socerum suum cū multis sacerdotibus atq; uxore se transtulit, à quo benigne susceptus, pontificatū scindere studuit. Cui & confestim Albigsam mediterraneum uicum Tiriorum quidē insignem ad uictū cōcessit, quibus etiā simul omnes habitationes & prædia contulit, atq; pecunias multas subministrauit. Sed & insuper tēplū ad Hierosolymorū instar, super mōtē Garizin, qui erat altior omnibus Samariæ montibus, ædificare spopondit, sed hoc facere cū regis Darii licētia promisit. Dario deinde Persarū rege ab Alex. superato, Saraballa cū nōdū tēplum ædificasset, ad Alexan. defecit, à quo mox ædificandi tēpli licētiā obtinuit. Qui tēplo ædificato Manassen generū suū contra Iadū optimū pōtificē cōstituit, & maximū scisma inter Iudæos excitauit, quod quidē usq; ad destructionē ipsius tēpli à Romanis editā, perdurauit. Mortuo deniq; Saraballa, Alex. Iudæis iratus, quòd requisiti opē ferre & tributa cōsueta persoluere recusassent, oppugnādæ ac destruēdæ urbis causa cū exercitu Hierosolymam uenit. Quod Iadus sacerdotū princeps audiens, in timorē & pauorē maximum peruenit, & urbis ac Iudæorū calamitatē misertus, cū infulis & pōtificalibus indumētis cū reliquis sacerdotibus Alex. fit obuiā, quem quum Alex. conspexisset pontificalibus indumentis insignitū, habentémq; laminā, in qua dei magni nomen inscriptū erat, confestim ex equo descendit, & solus pontificē adiens, dei nomen seu numē adorauit, & pontificē uenератus est, omnibus qui aderāt pōtificibus obstupentibus. Quū autē quidā princeps ab Alex. causam impensi honoris pontifici quæsiuisset, respondit Alexander, non se hominem adorasse sed deum, cuius sacerdotii principatum gerebat. Nam, inquit, per somnium in huiusmodi habitu eum conspexi. Ingressus Alexander urbem, monitis pontificis sanctissimi obtemperans, postquam deo in templo sacrificasset, multa dona ipsi principi sacerdoti, & reliquis sacerdotibus donauit. Deinde conuocatis Iudæis iussit eos petere, quas uellent donationes & gratias. Princeps autem sacerdotum expostulauit, ut liceret patriis uti legibus, & septimum usque in annum sine tributis esse, cui omnia cōcessit. Defuncto deinde Alexandro, & Iadus hic illo tempore defunctus est, relicto post se Onia filio, ut Iosephus lib. 10. cap. ultimo testatur. Pontificatus scinditur Tēplum aliud ædificatur Scisma Iudæorum Alex. timore perterritus pōtificē adorat Alexander deū adorat & templo multum offert

326 4873 Lucius Papyrius patritius Romanus bellator clarissimus, hoc ipso anno à senatu Romano Dictator electus, Quintum Fabium magistrum equitum sibi constituit, qui statim contra Samnites ex senatus decreto expeditionem suscipiens, in eos acies dirigit.

Sed paulopost quum dictatore Romæ opus esset ,Quinto Fabio equitum magistro præce pit,ne se absente,cum hoste pugnare præsumeret. Fabius autem adolescens,ut erat animo strenuus post Dictatoris profectionem aliquādo per exploratores didicit omnia apud ho stes soluta esse.Qui animo accensus,euestigio cum Samnitibus incredibili feruore cōflixit, atque ut acrius pugnaret equis omnibus frenos detraxit, atq; ita calcaribus concitatos in hostium agmen permisit,ut nulla eos uis sustinere posset.Quāobrem ad uiginti hostiū milia in ea die cæsa fuisse Liuius scribit,parta itáque uictoria de re bene gesta,literas non ad Dictatorem,sed ad senatum mittere curauit.Quamobrem iratus Dictator Fabium adiudi cauit capitali pœna esse reum,quòd se absente pugnasset.Qui quum ad mortē duceretur, ingenti militum & populi fauore liberatus est. Tantámque ob eam rem seditionem in Papyrium milites commouerunt,ut ipse uix mortis imperium potuerit euadere, postea Sam nites Romanos apud Caudinas furculas angustiis locorum cōclusos,ingenti deditione uicerunt,ut uiuos ignominiæ seruare maluerint,quàm clausos occidere. Nam armis depositis, Romanos uiliter uestitos,sub iugo longum agere ordinem fecerunt,talem pacis condi tionem Romanis imponētes,quam si seruassent,hodie omnino nō essent,aut(ut Eutropius ait)Samnitibus seruirent. Verū sequenti anno iubēte senatu Ro. duce Papyrio Dictatore Samnites deuicerunt.Qua uictoria Dictator ex senatusconsulto triumphum duxit, cuius triūpho maximi animi spem arma potissimum captiua præbuere, tātum magnificentiæ in his uisum(sicut Liuius in.9.scribit)ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornā dum diuiderentur. Indéque initium natum fuisse dicitur fori ornandi.

Dictator de Samnitibus triumphat

Porus Magnus Iudæorum rex,hisdem temporib9 ab Alexā. Magno in bello super Ele phante sedens,saucius superatus est.Qui cum plurimis iaculis eo in prælio se sauciatum sen sit,ne omnino occideretur sensim humi se proiecit, & genibus prouolutus se ante Alexā drum submisit.Capto itaque Poro rege, Alexander ipsum interrogauit,quonam modo ip sum pertractare deberet,respondit,pro regia dignitate,nihil aliud expostulans. Quāobrē (ut Plutarchus scribit) Alexander eum non modo solitis imperare permisit,uerumetiam ipsius auxit imperium,unde & plurimas nationes à se superatas,suis legibus subiecit, quin que milia oppida,& alios complurimos uicos suo imperio adiiciēs. Erat autem Porus hic statura admodum procerus,quatuor uidelicet cubitis,& palmo altus, in quo quidem erat quædam prudentia atque indulgentia perfecta.Quod propter suam corporis magnitudinem semper Elephanto insidere uolebat.Huius itaq; uirtutem admiratus Alexander,adeò eum diligere præ se tulit,ut uictor uicto(ut præmissum est)regnum & dignitatē omnimo dam restituere uoluerit.Hic ex Hercule magno ortum duxit,& ex suis successoribus cēte simus &.39.rex extitit.Ipse autem Hercules domitis terrarum monstris, in Indiam mox penetrauit,& regnum heroum à Libero patre institutum in se recipiens. Rex in primis plurimi facere demonstrans,priuilegia à Libero patre concessa,non solum non ademit,sed & ampliauit. Verum cum Hercules in Indiā uenisset ad montem,unicam filiam Pandeam nomine regni hæredem dimisit. Et ut ostenderet,heroas à Libero patre ut à se institutos, quanti faceret,unum ex his nomine Labarem maritum filiæ dedit, qui regnum gubernaret,quod Labares rex quingentos elephantes,& quatuor milia equites,& centum milia pe dites suo in exercitu habere consueuerat,qui regnum tuerentur. Ex horum autem successione Porus hic unus fuit.



Alexander

Lexander cognomento Magnus Philippi ex Olympiade filius.4.&.20.Macedonum rex,ultimo Arsani Persarum regis anno, Macedonibus regnare cœpit, & omnibus supputatis regnauit annis duodecim, & mensibus sex, uiginti quippe annorum erat cum regnare cœpisset,& patrem non usquequaque æmulatus esset,sed ab ipso diuersus moribus,quibus tamen uitiis aut moribus superauerit,non satis constat, quia erat utrique uincendi ratio diuersa.Hic namque aperta ui,ille artibus bella tractabat. Deceptis ille gaudebat hostibus,hic palam fusis,prudentior ille consilio, hic animo, magnificentia. Iram Philippus dissimulare, plærunque etiam uincere nouerat, Alexander autem ubi exarsisset, nec erat dilatio ultionis nec modus , uini uterque auidus, 4874 325

sed ebrietatis

sed ebrietatis uitia diuersa, Regnare ille cum amicis uolebat, hic in amicos regna exercebat. Nam amicissimos suos, & præsertim Lysimachũ leoni obiecit, Dictum hasta traiecit, & Calisthenẽ mori iussit, literarum cultus utrique similis. Frugalitati Philippus, Alex. luxuriæ magis deditus erat. Huius uitam & ingẽtia facta Plutarchus, & Iustinus historici ac curatissime descripsere. Philippo igitur rege uita functo, Alex. hic mox Ilyrium, quã nunc Sclauoniam dicimus, ardenti animo subegit, & Romanorum insulas obtinuit. Statimq; cũ in Aphricam transfretasset, eam totam superauit. Deinde Syriam rebellãtem ingressus, multorum sibi occurrentium alios elegit, aliósque deposuit, ac alios interemit. Depopulatáq; Syria, Damascum expugnauit, Sidonem subegit, Tyrũ & plærasque alias ciuitates funditus dissipauit. Indéque Hierusalem uersus properans, cum Iudæorum pontificẽ (sicut præmissum est) ueneratus est, urbem ingressus, & Iudæis immunitates cõcessit, & uictimas immolauit. Sulcato postmodum mari Aegyptum introiuit, in cuius finibus mirificam cõdidit ciuitatem, quam ex suo nomine Alexandriam appellauit, de qua infrà dicemus. Inchoata uero Alexandria, cum in Persidem processisset, & à Dario Persarum rege, uilipendi pueritiam suam accepisset, sibique multas misisset & remisisset epistolas, audita Olympiadis matris legatione, quæ grauiter infirmabatur, domum rediit, in quo quidem reditu Ammonitã militiæ Darii principem sibi obuiam factum fudit, maxima edita cæde, qui ad Darium reuersus, Alexandri potentiam retulit, sed dum Alexander ex Asia in minorem Asiam per Hellespontum traiiceret, nonnullas regiones & Phrygiam superauit. Tãdem Macedoniã perueniens matrem ibidem iam conualescentem inuenit.

4 4875 DArius Arsani prædicti regis filius, ultimꝰ Persarum rex, & ipse anno regni Alexandri primo, ducentesimo septuagesimo Iudaicæ captiuitatis, Persarum regnum accipiens, regnauit annis sex. Hic cum potentissimꝰ esset, ne quid regiæ maiestatis honoratius deceret, bellũ cum Alexandro magno (ut infrà dicetur) uaria fortuna gessit. Tandem ab eodem uictꝰ & superatus, & à cognatis turpiter occisus, uitam pariter cum Persarum regno finiuit. Darius

Alexander itaque prædictus rex anno.2.regni Darii exercitu reintegrato, reliquã Græ
z 4877 ciam peragrauit, & Thebas rebellantes mox incendit, protinúsq; Athenas perrexit, ubi ab Anaximene philosopho placatus, immunitatem pariter & pacẽ eisdẽ Atheniẽsibus dedit, móxque Lacedæmones subiugauit, sulcatóq; mari Calcedones domuit. Et quũ omnes regiones circa Euphratẽ suo adiecisset imperio, põte facto Euphratẽ trãsiuit & Persipolim appropinquauit, in qua Darius Persarũ rex morabatur. Quod cũ audisset Darius ad resistendũ ei exercitũ cõgregauit. At Alex. cõditiones hostiũ scrutari desiderãs, unà cũ quodã ex principibus suis ad Stragam fluuiũ accessit, qui fluuius hyemali ac uernali tẽpore noctu congelatur, & hic solis calore dissoluitur. Inde relicto socio solus humili habitu, trãsmeato fluuio, in locum unde uenerat, peruenit. Cuius figurã multi ex Persis mirantes, eũ deum crediderunt. Tandẽ omnibus diligenter exploratis, ad exercitũ suum rediit. Factáque exhortatione & dispendio, timore sublato, cum exercitu.32.milium peditum, & quatuor milium equitum, Persipolim uersus cum indubitata uincendi fiducia processit. Econtra Darius exercitum.60.miliũ hominũ eduxit. Dũque utræque acies in cãpum conuenissent, diu acriter pugnatũ est, antequã ulla pars cedere cogeretur. Tandem Alexandri exercitu præualente, Darius fusus est, amissis eo in conflictu quadraginta milibus ex suis, & ex Alexandri parte centũ & uiginti equitibus, & nouẽ peditibus tantũ interfectis. Darius uero iterũ maiori exercitu congregato, ad occupandas Thauri mõtis Ciliciæ angustias, per quas Alexander transiturus erat, conscendere cõnabatur. Verum Alexãder cognito Darii aduẽtu, subitò mira celeritate Thaurũ transcendit, & ad Tharsum urbẽ peruenit, ubi aliquot diebus infirmitate detentus quieuit. Interea Dario cum trecentis peditum milibus & centum equitum milibus sibi occurrente, Alexander conualescens exercitum in hostem duxit, ibíque acri conserta pugna, triginta milia peditum & decem milia equitum ex parte Darii, de Alexandri uero exercitu centum & quinquaginta peditibus cæsis periere. Sed & Darius ipse saucius cum exercitu terga uertit, & inter quadraginta milia captiuorum, quos illa uictoria conclusit, manibus Alexandri fuerunt, mater Darii, uxórque & duæ

sorores ac totidem filiæ, sicut Iustinus noster in. 11. Epito. lib. scribit. Ad quas uisendas, hortandasque in communi positas, cum Alexander uenisset, conspectis armatis, inuicem uelu ti statim morituræ se amplexauere, luctum implacabilẽ edentes, prouolutæque Alexandri pedibus, non mortem, sed ut Darii corpus sepeliant, mortis dilationem precatur. Motus autem Alexander tanta mulierum pietate, & Darium uiuere dixit, & timentibus mortis metum depressit, eásque & haberi & salutari, ut reginas præcepit. Filias quoque non sordidius dignitate patre in matrimonium sperare iussit. Post hæc Darii opes cõtemplatus, in admirationẽ tantarum rerum capitur, & tunc Barsanẽ captiuam in luxuriosis cõuiuiis propter formæ pulchritudinem diligere cœpit, ex qua suscipiẽs filium Herculem nominauit. Darius uero cum Babyloniam profugisset, per epistolas Alexandrum precatur, ut redimendarum captiuarum sibi potestatem faciat, pro quibus multam pollicetur pecuniã. Sed Alexander pro captiuorum precio non pecuniam, sed regnum omne petit. Quibus responsis, Dari9 amissa pacis spe iterum bellum reparat, & cum quatuor cẽtum peditum milibus & centum equitum milibus ex Babylonia Alexandro obuiam uadit. Congressi autem prælium committitur. Vbi & Macedones in ferrum cum cõtemptu toties a se uicti hostis ruebant, econtra Persæ mori quam uinci malebant, raro in illo prælio tantum sanguinis est fusum, quàm in isto. Darius uero cũ uinci suos uideret, mori & ipse uoluit, sed à proximis fugere compulsus est. Hoc itaque prælio Alex. à se imperium obtinuit, sexto scilicet anno post acceptum à patre imperium. Cuius tanta fuit fœlicitas, ut post hæc nemo sit ausus rebellare, patientérque Persæ imperium tot annorum seruitutis iugum susceperunt. Donatis uero refectísque militibus, triginta quatuor diebus prædã recognouit. In Tharso deinde. 40. talenta milia clausa inuenit. Expugnata denique & capta Persipoli regni caput, Darius à cognatis suis captus, in gratiam uictoris aureis compedibus cathenísque uincitur, à quibus etiam multis confossus uulneribus interiit. Quod audiens Alex. indignans scilicet tanto fastigio mortem lachrymatus est, & eius corp9 regio more sepeliri iussit. Et sic Persarum regnum suæ diuturnitatis finem accepit, ubi sub. 14. regibus. 254. annis regnatũ est, quorum iterum nomina & tempora ista sunt.

Persarum regum epilogus.

Cyrus. 1.	annos. 30.	Arthabanus. 6.	annos. 7.	Artaxer. Mẽnõ. 11.	ann. 40
Cambyses. 2.	annos. 9.	Artaxerxes. 7.	annos. 40.	Artaxer. Ochus. 12.	ann. 4.
Tresmagi. 3.	annos. 7.	Xerxes. 8.	annos. 8.	Arsanus. 13.	ann. 4.
Darius. 4.	annos. 36.	Sogdianus. 9.	annos. 8.	Darius. 14.	ann. 6.
Xerxes. 5.	annos. 20.	Darius Notus. 10. annos. 19.			

Alexander Magnus

ALexander itaq; Magnus, mortuo Dario rege prædicto, quinque annis totam obtinuit Asiam. Nam septem primi anni cum Persarum regibus supputantur. Accepto igitur Persarum regno, se terrarum regem, & quasi mundi principem appellari iussit. Interea non regio more, sed hostili odio in suos sæuire cœpit. Maxime enim indignabatur, si suorum sermonib9 carpi se, mores Philippi patris patriæq; subuenisse, propter quæ crimina Parmenionẽ regni proximiorem, unà cũ filio interficere fecit, propter quod omnes in castris in eum fremere cœpere, miserantes inoxii senis, & filii casum, interdum se quoq; nõ debere melius dicentes. Quæ cũ nunciata essent Alexãdro, à sæuitia animũ reuocauit. Reuocato itaq; ad bella animo, mox Carasmos & Clas in deditionem accepit, post hæc Indiam petit, ut oceano ultimóque oriente suum finiret imperium. Cum autẽ ad Nisam uenisset urbem, oppidanis non regnãtibus fiducia religionis Liberi patris, à quo urbs ipsa fuerat condita, potiri iussit. Veruntamen ad spectaculum sacri montis exercitum duxit omnibus naturalibus bonis decorari, inde montes Dædalos Cleopidis reginæ petit, quæ cum se ei concubitum dedisset, redemptum regnum ab Alexandro recepit, filiúmq; ab eo genitum Alexandrum nominauit, qui postea Indorum regno potitus est, peragrataq; India, ad sexum miræ asperitatis & altitudinis peruenit, & quem Hercules obtinere non potuit, ipse cum summo labore atque periculo potitus est. Eiúsq; loci gentes in deditionẽ accepit. Vnus autem ex Indorum regibus Porus fuit, qui uiribus corporis & animi magnitudine pariter insignis extitit, quique & bellum iampridem, audita Alexãdri opinione, in aduentum

Mõtes Dædali Cleopes regina

Porus rex Indorum

uentum eius parabat. Commissóq; cum eo prælio in prima congressione Alexādri equus uulneratur, & cum ad terram cecidisset, satellitū manu Alexander seruatus est, Porus uero multis obrutus uulneribus capitur, sed Alexander ob honorem uirtutis incolumem eū in regnū misit, ubi & duas urbes condidit, indéque Restas, Gestanos, Persideas, Gangaridásq; cæsis eorum exercitibus expugnauit. Cúmq; ad Guffites uenisset, quem hostium.200.milia equitum operiebantur, etiam illos deuicit, inde ad amnem Agisinæ perrexit, & per illū ad oceanum deuehitur, ubi Iacensenas, Sibeósque quos Hercules condidit, in deditionem accepit. Hinc in Ambros & Sicambros nauigat, quæ gentes cum octoginta armatorū peditum, & sexaginta equitum milibus illum exceperunt. Inde quoque Hircaniam Mardósque subegit, ibi ei occurrit, ut Iustinus refert, Talestris siue Minothea Amazonum regina cum trecentis mulierum milibus, trigintaquinque dierum itinere confecto, ex rege liberos quæ situra. Cuius quidem aspectus aduentúsque omnibus admirationi fuit, & propter insolitum fœminis habitum, & propter expetitum concubitum, ob quod.13.diebus ocio à rege datis, ut uisa est uterum implesse, discessit. Post hæc cum Alexander in Babyloniam redisset, statim Darii filiam uxorem accepit, sed & optimatibus suis lectas ex omnibus gentibus nobilissimas uirgines tradidit, ut communi facto crimen regis leuaretur. Ibi etiam multis diebus ocio datis, in lætitiam effusus, conuiuia instituit, ubi per Cassandrum Antipatri filium, qui regi ministrare solebat, à patre ueneno dato, intoxicatus est. Quo hausto nolens idem Alexander monarchiam suam in quempiam transfire, ne quis in potentia ei par apud posteros legeretur, statim ultimam suam uoluntatem in duodecim, quos ab adolescētia comites habuerat, sui amplissimi regni successores constituit, diuidens eis regnū. Et huiusmodi testamētaria partitione facta, Alex.12.regni sui anno, ætatísq; suæ.33. debitum naturale persoluit in Alexandria, ubi & sepulchrum eligens à Ptolemæo Lagi filio in alueo aureo sepultus est. Hic itaq; Alex. ut loquaces Græci affirmāt, supra humanam potentiam tā magnitudine præditus fuit, tantámq; militibus suis fecerat fiduciam, ut illo præsente, nullius hostis arma etiā inermes timuerint. Cū nullo enim hoste unquā cōgressus est, quē nō semper uicerit. Nullam urbē obsedit, quā non expugnauerit. Nullam gentem adiit, quam nō calcauerit. Huius tamen maxima fuit reprehensio, quòd potius se uoluit draconis filium & spurium nuncupari, quàm regis Philippi. Magnæ nāque ipse gloriæ cupidꝰ fuit, quia quocunque ibat, multos scriptores habere uolebat, qui sua gesta describerent. Alex. habēs sepulchrum Scriptores multos Alexā. habuit

Viri Romani in bello Alexandro comparandi.

Marcus Vale. Corui. iā dictus, & .C. Martius. C. Sulpitius. T. Mālius Torquatus. Q. Publius Filio. L. Papyrius. Q. Fabius Maximus. L. Volūnius, ac. M. Curius Cōsules & Dictatores Ro. hisdē etiā tēporibus Ro floruere. Horū quippe, ut Liuius ait, in quolibet indoles eadē quæ in Magno Alex. erat, atq; animꝰ & ingenium fuit, atq; disciplina militaris. Si cū quouis istorū Alex. dimicandum fuisset, nō cū Dario certe rem habuisse dixisset. Nam si hominem cū homine, ducē cum duce, formā cū forma compararent, inuictū Alex cū inuictis ducibus bellatū esse diceret, & Ro. isti aliiq; cōplures inuenirētur, & gloria & rerum magnitudine pares, quorū suo quisq; siue publico discrimine & uiueret & moreretur.

Pyrrhus Epyrotarum rex ex Aeacide Troade natꝰ, his quidem tēporibus fuit. De quo sic habetur, quòd adhuc infans patre exacto, amicísq; interfectis, in Ilyrium, id est, Sclauoniam ad Glauciam regem deductus est, quem unà cū pueris suis educauit. Eúmq; duodecim annorum factum, in regnum paternum restituit. Hunc legimus, non plures habuisse dentes, sed unū, atq; integrum oa desuper, quasi leuibus quibusdā tumulis in dentiū figuram distinctū. Qui aliquando à quodā enim Demetrii Antigoni regis præfecto, uiro quidē audacia, robore, & arte pugnandi præstātissimo, ad singulare certamen prouocatus, ipsum superauit, & multis de eius exercitu cæsis, quinque hominum milia Macedonum uiua cepit à Tarentinis: deinde imperator electus contra Romanos Albino consule ipse eorum castra cepit. Secundóque prælio gesto etiam uictor Pyrrhus extitit, sed non sine magna suorum cæde, unde ab eo dictum fuit. Si alia pugna iterum Ro. uicerimus, omnino peribimus. Victus deinde à Siculis contra quos Carthaginenses bella gerebant, in Siciliam nauigauit, ubi & Carthaginensium potentiam euertit, ibi in oppugnatione Ericis munitissimi Pyrrhꝰ Dētem unū solum habet

 oppidi

oppidi primus omnium mœnia conscendit, ubi & alios é muro deiecit, alios que circa necatos coaceruauit, ipso illæso existente, quibus gestis etiā Mamertinos omnes superauit. Redeunte uero Tarentum in ipso recessu, impetu contra regem facto, Mamertini totum exercitum turbauerunt, é quibus unum quum Pyrrhus in capite accepisset uulnus, regē prouocauit ad certamen. Ob hoc rex prouocatus & sanguine fœdatus, ita caput barbari percussit, ut usque ad inferiores partes plaga descenderet, cederentque hinc inde partes diuisæ. Quo facto, cōtra Roma. bellum aggreditur pro Tarentinis. Sed á M. Curio superatus, in Epyrum reuertitur cum octo peditum milibus & quingentis equitibus, ubi cum Antigono Demetrii filio pugna commissa uictor euasit, & multas eius ciuitates obtinuit. Quum autem contra Spartas pugnans, accepisset Ptolemæum filium fuisse interfectum, ita et dolore incensus ipse ante omnes prouectus, cæde ac sanguine Lacedæmoniorum cuncta repleuit. Semper itaque hic Pyrrhus in bello summus ac inuictus uir fuit, sed tūc priora omnia fortitudinis opera longé supergressus est. Demum apud Argos pugnās, per manus cuiusdam aniculæ, tegula occiditur.

Cyneas celeberrimus orator natione Epyrota magni Pyrrhi regis Epyrotarum legatus, his temporibus & dicendi copia, incredibili que doctrina ac ingenii memoria, supra humanam æstimationem nominatissimus ac clarissimus effulsit. De quo historiæ inter cætera referunt, quód tantæ fuerit memoriæ, ut altera die quam Romam intrauit legatus, quód uniuersum Senatum, & equestrem ordinem propriis salutauerit nominibus. Atque alia memoratu dignissima de isto Plutarchus in uita Pyrrhi commemorat.

Viri disciplinis excellentes.

Hermes, Aegyptius — Hermes Aegyptius, qui & Trimegistus, philosophus, Platonis olim discipulus, Mercurius dictꝰ, hoc quidem tempore clarus habetur, qui inter cætera de uerbo perfecto librum edidit & dixit, ut patet octauo lib. de Ciui. dei, deos gentilium fuisse homines mortuos. Huius libros Ambrosius abbas Florentinus Latinos fecit.

Apuleius — Apuleius Apher Platonis etiam discipulus hisdem temporibus Athenis claruit, & ibidem libros multos edidit, uidelicet de Moribus & uita Platonis lib. unum, de Deo sacratis librum unum, de quo diuus pater Augu. octauo lib. de Ciui. dei mentionem facit, de Cosmographia librum unum, item alium, quem in libros duodecim distinxit, & Asinum aureū intitulauit. Scripsit etiam Hortatorium ad paupertatem cōtra Emilianum, cuius hæc fuit sententia. Nihil est deo similius, quàm uir animo perfecte bonus.

Plotinꝰ philosophus — Plotinus philosophus Platonis quoque discipulus & Porphyrii præceptor, per hoc idē tempus Athenis floruit, qui ad omnia uirtutis ornamenta compositus, omnium etiam diuitiarum studio firmatus fuit, iustus, fortis, temperatus, & prudens extitit, qui prudentiæ ratione fortunæ impetus superare posse crederetur. Et propterea librum de uirtutibus pulcherrimum edidit. Dixitque præterea, sicut habetur. 10. de Ciuita. dei cap. 2. animam rationalem, quam in cœlestibus habitare sedibus non dubitabat, non habere supra naturam, nisi deum, quám sicut sol lunam illuminat, ita deus animam illustrat.

Demas Atheniensis philosophus, hac etiam tempestate cognoscitur, qui Alexādro Magno uolenti Athenas obtinere restitit, persuadens Atheniensibus, ut omnino ei non traderent ciuitatem, sed tandem ab Alexandro obtenta ciuitate ei adhæsit. Verum Atheniēsibꝰ Alexandro sacrificare uolentibus dixit, uidete ne dum cœlum custoditis, terram amittatis.

Callisthenem insignem philosophum Aristotelis discipulum per hoc idem tempus floruisse constat, eo quod contra Alexandrum multis rationibus seriose differuerit, eum increpando, dicens. Si deus es, beneficia mortalibus largiri, non sua eripere debes, si homo, id quod es, semper esse cogita, propter quod iratus Alexander eum trucidari mandauit, & sic deforme in foueam cum cane includi iussus est. 4882 97

Dinocrates Magni Alexandri insignis architectus per hæc tēpora in precio fuit, de cuius forma corporis & ingenio, Vitruuius in procemio secundi libri de Architectura multa differuit. Hic teste eodem Vitruuio cum Alexandro in Aegypto Alexandriā metatus est, & instaurationi templi Ephesiæ Dianæ præfuit.

Explicit liber quintus præsentis operis.

CHRONICORVM

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER SEXTVS:

Anglorum regum usque ad Breni Gallorum ducis tempora.



Niuersorum regum tempora gestáq; ac nomina à primis mundi regi-
bus usq; nunc, locis suis a nobis pro uiribus diligenter percussa, ad par
tem Breni Gallorum ducis conditoris nostri quã iãdiu in manibus ha
bere desiderauimus, dei gratia uentũ est. Is plane ut omnes histo. testã
tur, omnium ferè Cisalpinarum urbium aut auctor aut conditor fuit.
Idcirco quum ex industria Anglicos reges omiserimus, consonum ad
lectoris uoluptatem uidetur, à primo Bruto rege usque nunc, eorũ no
mina repetere, ut Longobardi nostri suæ originis initiũ & procursum perdiscant. Primus
igitur Anglorũ rex Brutus Aeneæ pronepos fuit, à quo (ut diximus) Britãnia insula dicta
est, post quẽ secundus Lochrinus eius filius, qui tandẽ in bello sagitta percussus occubuit.
Medaneius filius. 3. rex successit. Inde. 4. Mẽpricius eius filius uir pessimus imperauit, qui
tyrannides & cædes multas exercuit, post quẽ. 5. Embracius, qui multas urbes cõdidit. 25. fi
lios ac. 30. filias genuit, quas omnes Syluio. 4. Albanorũ regi trãsmisit, Albanis in matrimo
nio iungendas, cũ Latini à Sabinis aspernati essent. Hic quoq; post Brutum primus in Gal
lias classem perduxit. Brutus autem. 2. eius filius, hic sextus successit. Reliqui uero. 19. fra-
tres, Syluio prædicto auxiliante, Germaniã omnẽ conquisiere. Post hunc Brutum, 7. impe
rauit Lælius, qui urbẽ ex suo nomine condidit. Octauus Bladuol imperauit, qui Necromã
tiam primus Anglos docuit, post quẽ nonus Leir rex eius filius regnauit, qui & ipse nõnul
las extruxit urbes, trésq; filias genuit, quibus matrimonio copulatis, à duobus ex ipsis gene
ribus regno pulsus est. Verum tunc Agãpi regis Galliæ, cui tertiã ei9 filiã indotatã tradide
rat, auxilio in regnũ restitut9 est. Ideo indotatã dico, quia patri filias interrogãti, quæ illa-
rum ipsum diligeret, respõderat. Quantum habes, tantum uales, & tantũ te diligo. Quibus
uerbis cõmotus pater illã regno paterno exhæredauerat, & sorores adulãtes regi hæredes
omnino constituerat, à quibus postea deiectus est. Mortuo autẽ patre, ultima earũ decimo
loco successit. Post quã sororum filii regnum adepti sunt. Vnus autẽ cui Nodagius nomen
erat, germano pulso, undecimo loco. 33. annis regnauit, cuius tẽpore Roma cõdita est. La-
ualla eius filius huic. 12. rex successit, quo regnante. 3. diebus in regno sanguinẽ pluit. Post
hunc Garganus filius. 13. successit, deinde. 14. Syluius, post quem. 15. Iago Gargani nepos.
Cui successit. 16. Carminarcus Syluii filius, post quem. 17. Godoburcho. 18. Protex, qui Fe-
rente patre suo perempto, & Suardo Francorum rege fratris sui auxiliario superato, ipse
quoque demum peremptus est. Regno deinde per multa tempora uacante, & per quinq;
reges mirum immodum lacerato, tandem Monucrius Eleotisis filius regnum pacifice obti
nuit, qui etiam confestim corona aurea sibi imposita leges mulctitias edidit, & celeberri-
mum templum Concordiæ struxit, in quo postmodum, anno. 40. regni sui, mortuus sepeli
ri se fecit. Hic autem duos Belgium & Brenum post se reliquit filios, cui Belgius primo-
genitus uigesimus rex successit, & leges celebres composuit, quas iam Aloredus rex edi-
derat, urbem ac turrim perpulcham condidit. Brenus autem natu minor, uir bello stre-
nuus ac ferox, sed liberalis, Norchaumbriam usque Cathenesiam regionẽ, ingenti uirtute

obtinuit. Sed haud multopost inde pulsus, ad Segitium auxilium postulaturus accessit. Et quia indigenis munificentissimum se exhibuit, mortuo Legino, Alogobrus rex in regnum successit, ducta eius filia uxore. Et quoniā Alogobrus comitem, ac munificentissimū præcipuéque in dandis lautissimis cibis, profusissimum se exhibuit, nulli aditum denegans, Brenus innumeros bello sibi ademit populos, quorū auxilio finitimos regulos debellās, regnū omne in suam redegit potestatem, ac non multopost contra Belgiū germanū regem expeditionem fecit. Sed interuentu matris inter se statim composuere. Et firmata pace Bartrudum filium Belgius loco suo regnare fecit. Quibus ex sententia gestis, Brenus & Belgius cū innumerabili multitudine (quia etiam terra illos quos genuerat capere non poterat, præ multitudine) ad nouas quærendas sedes, siue gloriæ cupiditate pellecti, siue ut alii uolunt, ad intestina bella uitanda ducti, siue (ut alii affirmant) uini dulcedine ab Italia allecti, aut alio quouis modo ducti, in Italiam cum uxoribus & liberis & trecentis hominum milibus, ut Iustinus. in. 34. Epito. lib. habet, se transtulerunt. Et primo circa Eridani oram, ubi Insubres Galli & Thusci uicatim habitant, sese infundentes, urbes nonnullas, de quibus & aliis multis mox dicemus, condere aut instaurare seu ampliare (pulsis inde ueteribus incolis) cœperunt.

Brenus — Brenus igitur conditor noster maximus & excellentissimus rei bellicæ ductor, & Senonensium Gallorū dux, Monuchri Anglorū regis filius. 13. Assueri Persarum regis anno, & olympiade. 97. ac Iudaicæ captiuitatis, septimo supra. 200. anno, cū exercitu. 300. miliū Gallorū relicto proprio solo in Italiā uenit, & expulsis ueterib9 Thuscis, eorūq; urbib9 occupatis, multarū urbiū (Policrate, ac Iustino testibus) fundamenta iecit. Quarū de numero Papia, Bergomū & aliæ, ut mox dicemus, fuere. Ibique præsidio & operariis relictis, Ro. uersus cum exercitu tendens, omnia sibi formidine & ferro aperuit. In Hetruriam autem perueniens contra Thuscos ac Ro. Senensem urbem pro senibus ualitudinariisque & armentis, ut Policrates in. 6. habet, extruxit. Inde ad Ro. experiēdā uirtutem. Ro. profectus est. Ad quam peruenientes incredibili furore urbem ceperunt, & crudelem in modū direptā, igniq; exustā, ad Capitoliū peruenerūt, ipsūmq; etiam cepissent, nisi. M. Manlii uirtus obstitisset. Verum soluta obsidione Galli inde cum ingēti pecunia recedentes, Camillus eos insecutus, & pecuniam abstulit, & fusis fugatisq;, patriam ab hostibus deperditam recuperauit. Qua uictoria in urbem cum triumpho rediēs, secundus Romulus inter iocos militares appellatus est. Verūtamē post recuperatam á Camillo urbem, etiam Galli in regione eadē non incruēta cum Ro. habuere certamina, & tamen Liuio teste, breuiori temporis spatio præ cæteris Ro. confecta referuntur, quum firma intercesserit inter ipsos pax. Brenus autem, multis in Italia ad condēdas & instaurandas ciuitates dimissis, cum multo milite Asiā intrauit, illámque uelut examē apum repleuit, tantúsq; terror Gallici nominis ibi fuit, ut lacessiti reges pacem ingenti pecunia mercarentur. Ptolemæus uero Macedoniæ rex aus9 illis occurrere, uictus, & multis uulneribus saucius capt9 est. Tandem eius caput amputatum, ac ad terrorem hostium circūlatum fuit, tota acie lanceæ affixū, nec multopost nemine prohibente uniuersam Macedoniam uastauere, & spoliatis hominibus, etiam deorum templa spoliare aggressi sunt. Sed dum Apollinis ædem apud Delphos spoliare cœpissent, partim terremotu obruti, partim grandine & fragore dissipati, reliqui ab accolis usque ad internitionem cæsi sunt. Brenus autem eo in prælio uulneratus, quum dolorem ferre non posset, pugione uitam finiuit. Quo mortuo Gallorum reliquiæ nonnulla Asianorum loca postmodum occuparunt, & ibidem permanserunt, unde ab ipsis Gallis Gallacia, & Gallogræcia dictæ fuere, ad quos postmodum illa extat Pauli apostoli epistola ad Galatas.

Galli propter tēplorum spoliationem dissipantur & Brenus inuict9 interficitur

Mediolanū cōditur — Mediolanum igitur ciuitas potētissima totius Cisalpinæ Galliæ metropolis, & urbium cæterarū mater, imperante Assuero Persarum rege, anno mundi. 4840. & ante Christi aduentum. 359. à Gallis Senonensibus non condita, ut multi astruere uolunt, sed aucta & instaurata fuit. 4882 97 Eam enim Iosue iudicis tēpore à dignissimis auctoribus primo condita fuisse, memoriæ proditū est. Nec certe credēdū est, ut tam ferax, támq; opulēta regio, usq; ad Senonensiū Gallorū tēpora, sine urbe extiterit, cū Gotifred9 Viterbiēsis epis. & Decius Auxonius uir illustris in catalago nobiliū ciuitatū, uelint ipsā etiā Troianorū tēporib9 clarissimā fuisse.

fuisse. Nam & Sicambri Germaniæ populi à Sicambria Priami sorore dicti, Troia euersa, Samsonis iudicis tẽporibus, occupatis Vngariæ & Sueuiæ ac Bauariæ prouinciis, Italiam tandem maximo impetu intrantes, Aquilegiam & reliquas urbes comprehenderũt. Mediolanum autem uersus hostili animo aciem dirigentes, Iulium Insubrum regem obuiam habuerunt, cum quo pace confecta, adeò pacis fœdera percussere, ut Sicambri & Mediolanenses, sicut Carinus in Chronicis habet, unus populus & unum efficeretur regnum. Hanc itaque regiam urbem multis uicibus euersam, multisque nominibus appellatam inuenimus. Tempore enim Tolæ iudicis Israël maximo arsit incendio, indéque ante Troiæ destructionem, quando Laomedon rex fuit interfectus, à quodam Pallade Troiano capta ac dissipata fuit, & Belonensi Abigati Britorionẽsis Galliarum principis usque tempora, deserta ferme & inhabitata extitit, qui eo cum Insubribus, aliisque gẽtibus ex Gallia perueniens sedem locauit, & Seprium uicum cõdidit. Instaurata aliquãtisp. 200. ferme annis, usque ad Brenum hunc, haud ciuitas magna fuit. Eius uero aduentu murum in modũ auctam & instauratam fuisse constat, & cum antea Subria & Mesopia & Paucentia atq; Alba dicta fuerit, nunc omissis antiquis nominibus, Mediolanum appellata est, quòd multis amnibus circũdata sit: hæc autem ciuitas, ut Liui. lib. 20. tradit, ante Christi natiuitatẽ. 232. ab urbe autem condita. 460. anno, in deditionem Ro. primum uenit, ubi postmodum Magonem Anni. fratrem eam occupantem superatum uulnerauerunt. Sed postea Hamilcaris Pœni suasione ducta, Ro. rebellauit, ad quam quum cum exercitu Ro. uenissent, Hamilcarem cum. 36. milibus Pœnis & Mediolanensibus interfecerũt. Capta deinde ut Oro. & Liui. 31. lib. habet, à Claudio. M. & de ea triumphato, per annos ferme. 500. pacata adeò creuit, ut secunda Ro. cognominata sit, & ibi principes Ro. quoad per occupationes licuit, inhabitarent, propterea nulli unquam subesse didicit. Hactenus autem nec ex modernis temporibus secus. 50. milia equestris ordinis uirorum in bello emisisse constat. Emporium cretæ totius Lombardiæ semper fuit, & agrum uniuersum in omni bonitate feracissimũ habet, eam Herculeus Maximianus inter cæteros principes mœnibus & templo exornauit, nam eidem murum secundum adiecit, & urbem amplificauit, & ex suo nomine Herculeam appellauit, in honorem Herculis phanum celeberrimum struxit, quod nunc diuo Laurẽ. extat dedicatum. In huius uero urbis laude, diuus Berna. apostolus, ut ex eius historia habemus inquit. Perueni cum. 2. discipulis meis Gaio scilicet & Anathalone ad ciuitatem Mediolani, quæ post Romanam arcẽ famosissima habebatur, parique decore sublimis. Post eam uero tam diuturnam fœlicitatẽ, primas molestias tempore Ambro. episcopi ab Arrianis pertulerunt, inde paulopost Attilla Gothorum rex illam diruit, & paulopost instaurata parum quieuit. Longobardi uero etiam multis molestiis & oppressionibus eam agitauere, priuatis deniq; regno Longobardis, Mediolanum per annos. 360. sub Italiæ regibus & uicecomitibus, ut suo loco dicemus, plurimũ floruit, nec ullas molestias sustinuit, donec Federicus Barbarossa eam solo æquauit, quam tamen Mediolanenses ab Alex. põti. Ro. & ab imperatore Græcorum, atque à Permensibus, Placentinis, & aliis ciuitatibus adiuti, repetitam patriam tanto reædificauerunt animorum ardore, ut intra triennium ditior, populóque frequẽtior, necnon & potentior solito facta uideretur. Dominabatur tũc Gualuagnus uicecomes uir insignis, & patriæ pater appellatus. Porrò ciuitas hæc quantũ templorum magnitudine, regalium domorum amplitudine, clarissimarum ædium nobilitate, necnon & omnium artium bonitate floruerit, nostráque ætate floreat, quum potentissimorum dominorum ducali maiestati obsequentiũ, tum utriusque sexus contubernium religiosorum inhabitantium, ac cætera huius urbis equestris ordinis uirorũ ac doctorum, necnon & armorum, pannorũmque & omnifariam uestimentorum fabrica & mercatura ipsa declarant. Hinc robur militare & equitum multitudo educitur, hi eximii in quacũq; re artifices sunt, cuius quidem urbis adornandæ dignissimus princeps Francis. Sphor. qui in ea annis. 14. principatum tenuit, accuratissimam diligentiã egit. Is nãque princeps pulcherrimum nauile, per quod ex mediterraneis in urbem necessaria deuehantur, adduxit ex Abdua, ex quo ciuitas nõ modicã suscipit utilitatem. Aliud antea Philippi ducis opere ex Ticino simile deducebatur, castellũ superbissimũ in ea à fundamentis extruxit, quod fortitudine

fortitudine inter mundi mirabilia connumerari potest, hospitale quoque toto orbe celeberrimum in ea ædificauit, & templum beatæ Virgini dicatum indicibili impensa, anno salutis nostræ.1388.inchoatum, magnum accepit incrementum, urbis uias omnes, cum antea cenosæ forent, diligentissime strauit, & aliis innumerabilibus ornamentis, & præclarissimis insignibus regiis, idem princeps exornauit, utpote pulcherrimis templis, monasteriis, palaciis, porticibus, nemoribus, & aquæductibus, & aliis quæ enumerare longum esset, unde & præ multitudine populorum & diuitiarũ copia, secũda Roma iure uocari potest. In Mediolanẽsi agro restat Modoecia oppidum sane urbis magnitudinem præ se ferens, antiqua Longobardorum principum sedes, ubi est basilica beati Ioannis Baptistæ, ac palacium superbissimum, quod Theodolina regina extruxit, habet & idem ager præter reliquos duos lacus, Verbanũ scilicet, ex quo Ticinus procedit, & Vpilum, ex quo Labrus effluit, haud longe ab urbe defluens, qui totum in circuitu irrigat agrum. Mediolanenses à Barnaba apostolo Euangelium Christi primo susceperunt, cui paulopost successit diuus Ambro. irrefragabilis doctor, à quo sanctus Aug. doctor & ipse excellẽtissimus in hac urbe ad Christi fidem conuersus est. In Mediolanẽsi urbe Nazarius & Celsus, Geruasius & Protasius, aliique nõnulli glorioso martyrio coronati sunt. Complures deinde sanctissimi ac doctissimi confessores, necnon & uirgines in ea claruere, Alexander secundus, Vrbanus tertius ex nobili Cribellorum gente, ac Celestinus.4.pontifices Romani, & Carus.13. Romanorum imperator, qui Dioclecianum præcesserat, ut Firmus Saturninus dicit, Mediolanẽses fuere. Genuit præterea hæc urbs Helyprandũ, Ottum, Gualuagnũ uice comites, qui præclara gessere facinora. In disciplinis autem inquirere operosissimũ est. Ex clarioribus uero Statius Cecilius comœdiarum scriptor hinc emersit. Ex nostris autem habet Dacium episcopum sanctissimum ac scientia præditum, de quo Gregorius in dialogorũ libris meminit, & Beltrandum Turrianum ordinis minorum generalem doctorem, Antonium Radenensem, quorum nonnulla extant opera, Andream de Bilis nostri ordinis uirum scientia & opere diuinum, qui & ipse multa scripsit, sed & Signorolum & Obertum, & Otto, ac Christophorum Casteloneum iurisconsultorum sua ætate principes: ornauit & ciuitatem Ioãnes de Morliano præcipuus medicus, & Ioseph Briprius secularibus literis apprime eruditus, de quibus omnibus locis suis dicemus.

Papia Cisalpinæ Galliæ ciuitas.

Papia ciuitas conditur.

Papiæ Cisalpinæ Galliæ ciuitatis Assueri Persarum regis temporibus, à Gallis Senonẽsibus, Paulo Longobardorum histo. in secundo testante, fundamenta iacta sunt, uerũ lõge ante Insubres Galli uicatim locum illum habitauere. Hæc enim in marginibus Ticini fluminis ex Verbano lacu effluentis, per quem lapideo ponte pulcherrimo traiicitur, sita est, & à Ticino flumine Ticinum appellatur, ubi insignis Scipionis de Annibale uictoria extitit. Eam postea ob situm & aëris salubritatem, amœnitatémque, Ostrogothorũ, deinde Longobardorum reges libenter incoluerunt, apud quam & multa præclare gesta, ut infrà dicemus, eam illustrauerũt. Et propterea cum Mediolano magnitudine faciei, antiquitate ac dignitate diu contendit. Verum nunc Mediolanum plurimũ excellit, ambæ tamen nunc & olim claræ illustrésque fuere, hanc aliquãdo Attilla Hunnorum rex cum reliquis urbibus cepit, diripuit, ac uastauit, & paulopost instauratã etiam Odoacer Erulorum rex crudeliter cum multa hominum cæde spoliauit, ibi tunc tanta fuit ciuium Romanorũ cædes, quanta unquam alibi post commissa fuit, post exactos Longobardorum reges, Vngari, Salado duce, ciuitatem hanc diu obsessam & captam, denuo ferro, ignique penitus uastarunt. Eius postea exornandæ ciuitatis, præ cæteris Ioannes Galeacius Maria uicecomes primus Mediolanensium dux, multam adhibuit diligentiam. Nam post multa ibidem accuratissime fabrefacta castellum magnificentissimum, regio apparatu, cum amplissima bibliotheca ueluti doctissimus struxit, ciuitatisque gymnasium dedicauit, & iuxta castellum ingentem lucum muris cinxit, in quo ferarum uiuaria & pulcherrimas uenationes constituit, in cuius medio superbissimum monasterium ordini Carthusiensium, cum eius sepulchro, ingenti inpensa fabrefecit. Luci autem ipsius ambitus est centum & uiginti stadiorum. In hanc ciuitatem multa sanctorum corpora ab Astulfo rege à Roma delata, quibus

&

& sacella ædificauerat, & monasteria uirginum, ubi & filias dedicauit, summa cum deuotione uenerãtur, sed præcipuo honore sanctissimi doctoris Augustini reliquiæ à Luitprãdo è Sardinia allatæ, cultu & religione uenerantur. Nam & sepulchrum ex candidissimo marmore eisdẽ sanctissimis reliquus, ab ordine nostro mira celebritate structum est, quod etiam aspectum quendam pulcherrimum præbet. Genuit autem hæc ciuitas multos præclaros uiros, sed qui sanctitate & disciplinis præcipue excelluerunt, Syrus eius ciuitatis episcopus doctrina & sanctitate laudatissimus, Enodius poëta eloquentissimus, Damianus etiam ipsius ciuitatis episcopus, cuius literæ in sexta synodo plurimum ualuere. Habuit & Ioannem decimumnonum põtificem Romanũ. Habuit & ætate quasi nostra Antonium Guaynerum medicum sua ætate celeberrimum, qui in curis medicinalibus multa composuit. Et Catonem Saccum & Sylanum Nigrum ciuili deditos iuri, & bonarum artium studiis ornatos. Hinc etiam Ioãnes Rocchus nostri ordinis instaurator & doctor emersit, uir acris ingenii, & declamator sua ætate præcipuus. Quum autem propter huius ciuitatis episcopatum magna & diuturna inter episcopũ Papiẽsem & archiepiscopũ Mediolanensem fuisset cõtentio, tempore Cõstantini pontificis Romani declaratum fuit, ut tantummodo Romanæ sedi, & non archiepiscopo obtemperaret, eique pallio & cruce uti liceret, quo postmodum Alexander tertius tempore Federici Barbarossæ priuauit.

Comum ciuitas Lombardiæ.

Comum urbem uetustam, à qua Comenses populi, à Gallis Senonensibus in margine Larii laci conditam Iusti. affirmat. Pli. autem eiusdem urbis ciuis dicit Comum & Bergomum Orobiorum stirpis fuisse, quam gentem à Catone ignoratam, Cornelius Alex. dixit fuisse montanam. Hæc urbs quam nunc habemus instar cancri ædificata est. Vrbis corpus in similitudinem corporis cancri est, & hæc muris circũcingitur. Cauda uero cancri suburbium portæ turris dicitur. Duo autem suburbia alia, uidelicet de uico, & de Curignolia, brachia cancri referuntur. Hanc huiusmodi formæ Helyprandus uicecomes, tempore Cõradi primi imperatoris, cum antiquam penitus euertisset, ædificauit. Eam antiquissimam conditam Rhetii incumbentes postmodũ (ut Strabo inquit) uastauerunt. Sed Pomp. Magni Pompei pater ibidem colonus restituit. Et deinde. C. Scipio tria milia superadiecit, è quibus nõnulli fuere Græci, qui licet ibi domicilium nõ habuerint, oppidum tamen non reliquerunt, Nouum Comum appellantes, quam postea Gothi uastauerunt. Deinde Helyprandus uicecomes, siue Anselmus archiepiscopus de Pusterla familia nobili, anno. 1124. adeò funditus euertit, ut uix hac ætate pristinæ urbis uestigiũ seruet. Huic urbi diuus Ambro. episcopum dedit, eúmque spiritualium ac temporalium episcopum dominum ac comitẽ instituit, quæ plane ciuitas, tametsi propter agri malignitatem parũ suscipiat alimẽtorum, uirorum tantum solertia, qui mercaturam exercent, & domorum pulchritudine, artificúmque abundantia, inter insignes urbes merito connumerari potest. Eius ager magnus, sed ubique mõtuosus & uallibus plenus est, uerum uinetis & oliuetis natura cultus, lebetũ ad decoquendos cibos pulcherrimas habet fodinas, qui nec alibi effodiuntur. Longobardorum præterea tradunt histo. in lacu Lario insulam esse, in qua Comacina ciuitas erat, & ab ipsa insula appellata, ubi Asprandus Longobar. rex speciale præsidium habuit, & multas ibidem diuitias conseruauit, ad quam etiam Condipertus ipsius gentis rex confugit, quæ urbs anno salutis nostræ. 700. uastata fuit, postea aliquãtisper instaurata à Comensibus demum anno. 1159. penitus euersa & nunquam instaurata. Ea insula à Como. 18. mil. pass. distare dicitur, de qua Cassio. in epistola meminit. In hac urbe nobilis ciuis Iulia uirgo pro Christi nomine, post uaria tormenta & prælia, quibus cum diabolo cõflixerat, capitis obtruncatione martyrium sumpsit. Hic excellentes uiri fuere, Abundius ipsius urbis episcopus doctrina & sanctitate clarissimus, Pli. 2. Histo. qui Naturales scripsit histo. Cæcilius poëta, sicut Catullus uidetur innuere. Bonus Stupa ordinis Eremitarum sancti Aug. qui in diuinis nonnulla composuit, & Raphaël legũ doctus interpres, qui Digestum & Codicem explanauit.

Comũ ciuitas

Iulia martyr

Plinius secũdus hysto.

Raphaël legũ doctor

Bergomum Cisalpinæ Galliæ ciuitas.

Bergomum Cisalpinæ Galliæ urbs, ex qua & nos duximus originem, testibus Iustino &

Bergomū Cisalpinæ Galliæ ciuitas

& Policra.& Paulo in.2.Longobar.histo.lib.à Breni militibus ante Christi aduentū.350. anno,conditionis suæ sumpsit initium,à qua Bergomenses nūcupati sunt. Est etiam aliud oppidum in minori Asia quod Pergamum dicitur, cum.p.in principio &.a.post.g.quæ fuit Attali regis,à qua Pergameni non Pergamēses dicti sunt,& Pergamenæ chartæ quod ibi chartarum fuerit multitudo. Bergomum igitur ciuitas saluberrimo adiecta fuit monti, totáque ad austrum uergit,quæ & situ artéque inexpugnabilis est,quòd & colles multos habeat,& tota cum suburbanis fortissimis circūsepta sit mœnibus,in supercilio montis ha bens intra & extra inexpugnabiles arces. Eius sane ambitus magnus est, qui .40. stadiis continetur. Sergius fluuius urbis suburbana præterfluit, omnémque agri irrigat planiciē, qui & terram fœcundissimam reddit, & ciuitati multam confert utilitatem. In ea ciuium ædes non ignobiles sunt, sed & templa multa plurimo quidem exornata apparatu. Nam in medio urbis foro permagnificum extat templum beatæ Mariæ dicatum, atque aliis excolitur ornamentis. Ager totus opulentus est, præter septentrionalem qui montanus est & asper ac frigidus,ubi facile uitis,neque aliqua alia nascuntur,uerum ibi ferrum & cotes ad acuendum ferrum idonei effodiuntur,& sunt qui dicant nullibi tales effodi lapides,multæ ibi sunt ualles, quarum aliquæ uini optimi, suauissimarúmque frugum & olei feracissimæ sunt,aliquæ uero modicæ,sed multis in locis ferrarias officinas habent & lanificas. Eapropter accolæ ut plurimū commerciis,magisque agriculturæ operam dant. Bergomenses enim ac Mediolanēses mulieres præ cæteris ad fœcunditatem & liberorum educationem ualent, uiri autem literarum studiis ac mercimoniis inuigilant, Italiam reliquásque prouincias percurrentes, unde fit ut præ cæteris pecuniis abundent, & diuitiis & honoribus clarissimi habeantur, & adeò philosophiæ studiis, cæterarúmque facultatum generi se dedunt, ut discendi studio totum orbem percurrant. Dudum uero hæc ciuitas multis claruit strenuis militibus, quorum præclara gesta, regalia eorum monumenta ferunt testimonium, quorum quidem uirtutem per multos annos mirabile fortita est incrementum. Verum superuenientibus dissidiis & ciuilibus bellis maximum perpessa detrimētum. Multis etiam annis ab Vngaris, potissimum Sueuis & Alemanis incursiones,direptiones, uastationes, incendiáque sustinuit; ita ut diruptis mœnibus, uix quis turribus ad hoc potissimum extructis contineri posset, ac sic per multos annos destructa, & sine habitatore permansit. Id enim factitatum quàm maxime fuit tempore Berengarii secundi, ut habetur infra lib.11.uidelicet post mortem Ambrosii ipsius urbis comitis. Demū lacessiti Bergomenses hostium potentia,Bohemo regi sese dedere, qui urbem in protectionem susci-

Alexāder martyr

piens,arcem munitissimam extrui imprimis curauit. In hac urbe Alex.unus ex Thebeorum legione sub Maximiano imperatore capitis obtruncatione martyrium promeruit.Cu ius corpus sanctissima Grata Lupi urbis eiusdem ducis filia sepeliuit, post cuius passionem & ipsa miraculis clara quieuit in domino, & amborum reliquiæ ibidem præcipuo in honore habentur. Genuit hæc ipsa nostra ciuitas uiros sanctitate, scientia & armis præclaros,inter quos floruit Ioā.ipsius urbis episcopus,tēpore Ioannis Papæ quinti, cui ob sanctitatem & doctrinam, ut Paulus Longobardorum histo.habet,reges & principes honoris gratia assurgere consueuerant. Genuit & Gerardum Sauonensem episcopū nostri ordinis,& Paganinū ordinis prædicatorū,qui multos tractatus ediderūt. Albericū præterea Rosatū cōsultissimū iuriū doctorē,qui totū ciuile ius acutissime explanauit, Gasparinum Barzizā ornatissimum oratorem qui sua industria & ingenio Latinas literas semimortuas quasi ab inferis resuscitauit. Guidonē Caratiū physicū,cui in medendis lāguoribus nostro æuo nullus extitit secūdus, qui etiam genuit Michaelē medicū & philosophū clarissimū, ac in omni doctrinæ genere scientissimū, qui adhuc iuuenis,tāta est eius ingenii uis ac dicendi copia,ut in omni sciētia libros ediderit. Hinc Bartholo. Acoleus ortum habuit,uir rei bellicæ peritia insignis, qui propter res fortiter gestas à senatu Veneto ad imperatoriæ dignitatis fastigiū euectus fuit. Fuerūt alij nostra ætate audacissimi,qui arma summa cum laude tractarunt. Hæc autem urbs quum diu Mediolanēsium principibus paruisset, & ab ipsis anno domini.1345.arce,quæ Capella nūcupatur,& murorum mole instaurata fuisset, tandem in Venetorum manus anno domini.1429.peruenit.

Brixia urbs Cisalpinæ Galliæ.

Brixia præpotens urbs, quam Iustinus & Paulus Longobardorum historicus dicit con ditam fuisse simul cum Mediolano, & aliis prædictis urbibus à Gallis Senonẽsibus. Liuius uero in.5. uelle uidetur à Germanis trãseũtibus ad Italiam duce Ciconio conditã, & eam Galliæ Cenomanorum, à quibus condita sit, caput esse. Temporibus tamen Gedeonis iudicis Israël à quodam Troiano nomine Thracie, teste Bẽcio Alexandrino historico, condita fuit, & ex suo nomine primo Thraciam appellauit, quæ etiam toti prouinciæ nomen dedit, unde in historia sanctorũ Faustini & Iouitæ habetur, quod Aurelianus imperator uenit Brixiam in prouinciam Thraciarum. Verum postea per Mediolanenses, Gotifredo Viterbiensi episcopo in Chronicis testante, Sicambriensiũ auxilio capta.35.anno ante urbem conditam, euersa & dissipata, per Brenum instauratam fuisse potius quam conditam, dicere possumus. Est itaq; uetusto nomine & rebus apud eam clarissime gestis, clarissima, quam Liui.lib.21.fuisse Romanis auxilio his uerbis scribit. L. Aemilius imperator effusum agmẽ ad Mutinã ducit, & in syluis quæ tũc circa Mutinam erant cæsi sunt Romanorum. 800. Cæterum Canetum petierunt sex signa militaria adepta. Fuere tunc auxilio Ro. Brixiani Galli aduersus alios Gallos & Boios. Hanc etiam potentissimam uetustissimámque fuisse, antiquæ eius ruinæ, nunc in ea inuentæ perpulchræ, ostendũt. Sed omissis antiquis, noua prosequentes eam quam maxime nostro æuo pulcherrimam, populosissimam, feracissimam uidemus. Cuius conditio talis est, ut nullius rei ad humanæ uitæ sustentationem egeat. Quam urbem unà cum eius agro commendare uolentibus, in omni bonitatis genere, nulla ratio abesse finit. Nam & qui eam laudant, ipsam gallinæ lac ferre dicunt. In austrum itaque tota uergitur, & ad collis cuiusdã radices posita est, in cuius sublimi cumulo extat arx munitissima, totáque urbs nouo & inexpugnabili, duplicíque nunc circũcingitur muro, quam & Garza fluuius præterfluit, qui ad molendum etiam plurimum conferre solet. Fontes ibi exundant, qui non solum in foro, sed etiam per regiones, per monasteria, per hospitalia, per carceres, & per priuatas ciuium ædes ubertim effundũtur. Templa uero nõ uulgaria, & amplissima religiosorũ monasteria, & cætera pia loca urbanissima, necnon & nobilissimæ ciuium ædes urbis magnificentiam præ se ferunt. Habet hæc urbs præ cæteris amplissimum agrum, qui ad octingenta stadia in longum extenditur, cuius nulla pars inculta iacet, excepto dũtaxat, si quid lacus, aut mõtes, aut syluæ prohibeant, ubi etiã sunt oppida complurima uetusti nominis, & populo frequentatissima, quæ urbium magnitudinẽ habent. Sunt præterea in eo agro duo lacus, Sebinus ex quo Olius, & Esdrensis ex quo Chisius fluuiũ egrediũtur. At Olius per totum diffunditur agrum, cuius cursus non parum commoditatis accolis affert. Brixianus ager frumentum, milium, legumina, uinum cuiuscũque generis, oleúmque ubertim producit. Lanæ quoque lini, fœni, carinũ, casei, butyri, piscium optimorum, omnis generis pecorum, pomorum, ficuũ, castanearum, nucum, amigdalarum, corilorum abũdantissimus est. Abietes præterea cædri, & cuiuscũq; generis legumina, sed & ferrum, & calybs in maxima habetur copia, adeò inter cæteras urbes in omni bonitate opulentissima est, ut merito dici possit, Brixia magnipotẽs. Hæc autem ab anno salutis.1428. Venetis parere cœpit, à quibus etiam maximum suscepit incrementum. Brixiani sacramenta Christiana ab Anthalone Barnabæ discipulo susceperunt, apud quos episcopatũ etiam primus tenuit. Fuerunt deinde duo &.30.eius urbis episcopi in sanctorum catalogo relati. In ea sanctissimi Faustinus & Iouita ipsius urbis ciues, sub Adriano principe, martyriũ capitis obtruncatione promeruere, necnon & alii multi, quos enumerare longum esset. Habuit & hæc ciuitas plures uiros egregie literatos, inter quos fuit præcipuus Bartholomæus sacerdos canonum professor. De quibus omnibus infra dicemus. Ornatur uero nostra ætate multis clarissimis uiris legum & bonarum artium studiis decoratis, necnon ciuibus belli peritia, morúmque compositione notissimis.

Brixia condi-tur.

Faustinus & Iouita

Bartholomæus canonista

Verona Venetiæ ciuitas.

Veronam pulchram ac præclaram Venetiæ urbem, Alpibus finitimam, Iustinus & Polycrates historici à Gallis Senonensibus conditam ferunt. Sed nos Sicardi Cremonensis episcopi sententiæ inhærentes, post Troiæ excidium cõstructã asserimus, & Senonẽsibus

Verona Venetiæ ciuitas

Gallis potius instauratam, uel ampliatam quàm conditam, quam Athisis fluuius diuidit & quatuor pōtibus pulcherrimis tranciitur. Hæc ciuitas ita Romanis principibus grata extitit, ut in ea amphitheatrum Romano more, nōnullaque alia cōstruxerint ædificia. Ibique deinde à Gothis Longobardisque regibus, necnon & ab aliis principibus ac tyrannis, domus excelsæ, alta palacia, pulcherrima templa, inexpugnabiles arces, & castella fuerūt con structa. Eius accolæ quum multi sint, diuitiisque affluāt, modestia etiam & urbanitate præ cæteris ciuibus redolent. Ager Veronēsis præter uinum optimum & oleum, quo refertissimus est, ad alendas etiam oues plurimum confert, ubi saluberrima pascua sic ouium lanas molles efficiunt, ut ex eis delicatissimi efficiantur panni. In eo igitur agro est Benacus lacus, ex quo Mincius fluuius egreditur. Vrbis huius gesta sub uario fuerunt euentu. Attilla enim Gothorum rex, eam euertit & incendit, Albuinus primus Longobardorum rex ibidem Rosimundæ uxoris insidiis occisus fuit. Ibi Rhodulphus imperator Berengarium imperatorem superauit & occidit. Sed deinde quum in Alemanos translatum fuisset imperium, hæc ciuitas uarios pertulit dominos. Primo nāque Monticulorū familia in ea dominium sumpsit, deinde à comitibus sancti Bonifacii pulsa, Azo Estensis eius dominio potitus est, ipse uero anno domini.1212. ab Ezelino de Rumano per arma pulsus, Mātuanorum armis restitutus est. Mortuo postea Azone, Ezelinus post annos.13. Veronam rursus obtinuit, qui immanissimus tyrannus.200. Veronenses in carcere positos, unà cum carcere quo detinebantur, exussit. Defuncto autem apud Sōcinum tyrāno, Veronēses uerò comitibus sancti Bonifacii in libertatem deductis, aliquādiu fœliciter permansere. Deinde nobilissima Scaligerorum familia & ipsa Veronensis surgens, per tyrannidem ipsam occupauit, & per.70. annos cum maximo splendore Veronæ dominata est. Postmodum propter uarias bellorū dissensiones subortas, à Galeatio Maria uicecomite primo Mediolanensium Duce pulsa est. Demum etiam Galeatio duce mortuo, & annuente eiusdem Galeatii uxore, urbs in Venetorū manus deuenit, & iam.70. & amplius annis, eius domino potiti sunt. Genuit hæc clarissima ciuitas uiros disciplinis excellentes, Zenonē primum ipsius episcopum uirum sanctitate & doctrina clarissimū, qui multa in ueteri & nouo testamento edidit commentaria. Aemilium Macrum poëtam. Paulopost Catullū poëtam, atque Pli. Nepotem historicum & philosophum egregium, ac alios plures, postremo ut Francisco Petrarchæ placet, in ea fuere Raynaldus insignis grammaticus, & Ioan. Madius iureconsultus non incelebris. Genuit etiam Guarinum oratorem ornatissimum & philosophum insignē. Petrum quoque martyrem ordinis prædicatorum uirum sanctitate ac doctrina clarissimum. Habuit & uiros belli scientia præclaros & familias clarissimas, Mōticulorum & sancti Bonifacii comites, quorum gesta præclara habentur. Sed & Scaligerorum potentissimam familiam genuit, in qua Canis Grandis uir bello egregius fuit, qui.50. & uno anno eiusdem urbis dominatum tenuit, & sua uirtute, armisq; Cremonā, Parmā, Lucā, Rhegium, Vincētiā, Patauium, ac Taruisium suo adiecit imperio. Floruit in ea Luchinus Vermes Veronensis, qui magnanimitate Cretā à Venetis perditam recuperauit. Genuitq; Iacobum ei nequaquā dissimilem, qui rem Galeatii primi Mediolanensiū ducis contra Arminiacum comitem, & Ioannem acutum Anglicū, suo cōsilio ac fortitudine tutatus fuit, propter quæ merita Bobio urbe ac Vogeria ab eodem duce donatus est.

Mōticelli sācti Bonifacii

Catullus poëta Plinius nepos.

Guarinus orator Petrus martyr

Vincētia Vincentia insignis & memoria digna urbs inter Veronam & Patauium sita, ab utraq; stadiis ducentis distans à Gallis Senonēsibus cum antedictis urbibus, teste Polycrate in.6. cōdita fuit, quam etiam Medoacus fluuius pene mediam diuidit, & mœnibus, magnificisq; ciuium ædibus ac templis non mediocriter decorata, etiam uirorū probitate iādiu floruit, quum ex ea magnum robur militare, & uiri in omni doctrinæ genere defluxerit, de quorum numero Palæmō insignis grammaticus fuit, & Gaietanus præsbyter philosophus singularis, Anto. Luscus uir eloquentissimus, qui primus orationes commentatus est. Omnibonus rhetor ornatissimus, Græcæ Latinæque linguæ peritissimus, & Matthæus Bissarius iurisconsultus & eloquentia & doctrina præstātissimus. Hæc ciuitas mortuo Galeatio primo Mediolanensium duce, quum à Carrariēsibus, Scaligerisque principibus urgeretur, ac duris infestationibus premeretur, adhortante Catharina ipsius ducis uxore, sese prima Ve-

Palæmon grāmaticus Gaieta nus philosophus

netorum

netorum imperio subdidit, cuius auxilio & exemplo etiam Senatus Venetus Patauium & reliquas Italiæ urbes postea obtinuit.

Cremonam pulchram ac egregiam Cisalpinæ Galliæ urbem Asconii Pediani auctoritate fultus, à Gallis Senonensibus etiam conditam, uel potius auctam affirmare possumus. Nam Pedianus inquit, quum Romani principio colonias deducerent, Placentiã sex millia deduxere colonos. Causam autem deducendi fuisse ait, ut Gallis opponeretur, ea tunc loca quæ circũstãt obtinentibus. Et Strabo inquit Gallos à principio Padum fluuium incoluisse, expulsis uteribus Thuscis. Ex quo plane inferre illos etiam pulchram instaurasse urbem. Sed ab historicis fide dignis, utpote Sicardo ipsius Cremonæ episcopo uiro doctissimo, & Becio Alexãdrino in Chronicis eam temporibus Delboræ iudicis Israël à Brimonio Troiano Palladis socio conditã inuenimus, & à se Brimoniam primo appellante. Nã Brimoniã secundum Becium idem est quod Cremona. Eam autem, ut idem auctor habet, gigantes latrones subterraneos specus ibidem habitantes, persæpe deuastantes, ab Hercule superueniẽte liberata fuit. Hæc deinde mirũ in modũ aucta & bonarum artium gymnasio ornata, multas incurrit calamitates. Primo enim propter susceptos. M. Antonii exercitus, ab Augusto Octauiano penitus euersa fuit. Indéque rursus instaurata post. 400. annos, à Gilulpho. 4. Longobar. rege fuit derelicta. Sed postquã per annos multos dignissime instaurata, multos conflictus cum Mediolanensibus gessisset, in ipsorum fidem deuenit, eisq; nunc usque paruit, & maximum incrementum accepit. Sed hæc, quam nunc habemus urbem, plana est, & spatiosa ac concaua, & Pado abluitur, à quo magnam habet commoditatem, quia Padus multã habet nauigationem aduersam, adeò ut cum magnis oneribus ad multas regiones nauigari possit. Nouissimis fere temporibus cum infinitimis ciuitatibus propter Guelforum & Gibellinorũ factiones dum durissima bella certaret, quædã eorum factio celsissimam turrim & toto orbi admirandã in medio urbis foro erexit, quã & duobus annis perfecit. Hæc urbs ætate nostra lateritiis domibus pulcherrimis, monasteriis, templisque magnificẽtissimis, hospitalibus amplissimis, aliisque urbiũ necessariis, cum maximo ambitu, & mœnibus fossisque profundis exornatur. Habet & agrum amplissimum in plano constitutum, in quo nonnulla oppida sunt opulentissima & populo frequẽtata, qui & frumenti, uini, crocique optimi feracissimus est. Olius insuper flu. ut plurimũ per agrum Cremonensem præterfluit, qui terram fœcundam in fœno maxime exhibet. In ea sanctissimi confessores Babilla urbis ipsius episcopus, & Hõbonus præcipuò habentur honore. Ex hac uiri doctrinis excellentes prodiere ex uetustis, Quintilius poëta Virgilii familiaris. M. Furius poëta cognomẽto Bibaculus, Euseb. eloquẽtissimus diui Hiero. discipulus. Habuit præterea Gerardum Sablonetium excellentem physicum & astronomum, qui Chaldæas sicut Latinas sciuit literas, & multos Auicennæ & Rasis libros, ex Arabico Latinos fecit, habuit & Guilelmum episcopum Nouariensem, & Nicolinum theologum insignẽ, qui multa memoratu digna cõposuere, sed & Apollinarem medicũ præcipuum qui Aristotelis animam commẽtatus est, & alios multos medicinæ deditos. Ornatur quoque Rizardo Malumbræ legum doctore, qui codicem dignissime explanauit, & Ioanne Balistario oratore luculentissimo, & nuper habuit Baptistam cognomento Platina, uirum clarissimum, & in dicendo facundissimum, necnon & Baptistam Blasium medicum & astrologiæ scientissimum ac alios plurimos.

Cremona ciuitas

Quintilius poëta

M. Furius poëta

Euse. doctor

Platina

Baptis. astro.

Mantua Galliæ Cenomanorum memorabilis urbs, Maronis Virgilii, unde originẽ duxit, diuino carmine decantata, ut quibusdã placet, à Mantho Tyresiæ uatis filio, post Thebanorum interitum ab Alex. illatum, condita fuit. Sunt tamen qui dicant Tyresiam Thesei temporibus fuisse, & in eius seruitutem deuenisse, quæ post patris interitum in Italiam cum multis uenit, & cum sociis Græcis Mantuã cõdidit. Sed quum interim ex Tyberino Thusco rege Oenus natus esset, & ad ipsum oppidum Thusci & Veneti cõfluerent, Oenus muris oppidum circundedit, & in aliam formam redegit, quam & à matre Mãtuã appellauit, dicente Virg. 10. lib. Aenei.

Mãtua urbs

Virgil. poëta

Ille etiam patriis agmẽ ciet Oenus ab oris
Fatidicæ Manthus & Thusci filius amnis,

Qui

Qui muros matrísque dedit tibi Mantua nomen.

Hæc montibus qui Galliam & Germaniam ab Italia diuidũt,uicina est, haud procul à Benaco lacu, ex quo Mincius effluit,qui exundans Mantuã usque labitur, ibíque lacu facto urbem circuit. Inde etiam progrediens breui cursu Padum influit. De hac Liui.lib.22.sic dicit. Ita diuisæ copiæ,Boisque in agrum suum Tãnetũ profectis,Insubres,Cenomanique super amnis Mincii ripam consederunt infra mille passuum millia. Et Cornelius eos eiusdem fluuii castra applicuit. Et lib.23.prodigia enumerãs,quæ annos.5.secundi belli Punici fuerũt,dicit Mãtuæ stagnũ effusum Mincio amni cruentũ uisum. Passa est autem Mantua superioribus temporibus maximas calamitates,præter illas quæ Virgiliano uersu sunt notissimæ. Mãtua uæ miseræ nimiũ uicina Cremonæ. Nã ab Attilla Gothis,& Gilulpho Lõgob.rege.4.& à Cacano Bauarorũ rege aliquãdo dirutã, aliquãdo spoliatã,quãdoq; muris apertis derelictã & spoliatã fuisse constat, quam etiam Vngari ad solũ usque euertere. Vnde & locus ubi tũc fuerat,ad rei memoriã nunc Vngaria nuncupatur. Mathildis postmodum nobilissima comitissa eam diu tenuit, mirificéque ampliauit, sub qua Nicolaus secundus pon. Ro. concilium celebrauit, in quo constitutio de pon. Ro. electione à cardinalibus facienda confirmata est. Hãc per multa tempora post Mathildim multi possederunt, in qua clarissimæ familiæ Dellaripa, & Passeriorum aliquando præfuere. Demum post uarios casus inclyta Gũggiagorum familia Magni Canis auxilio, pulsis Passerinis, ea usque in præsens cum maxima laude potiti sunt. Quorum & præteritorũ dominorũ cura, diligentiaque tum pulcherrimis põtibus super lacum iactis, tum superbissimis templis, regiis palaciis,& nobilibus ciuium ædibus plurimum illustrata est. Vnde & nunc ampla ciuitas habita est,& rerũ abundans, quæ ad usum humanum necessariæ sunt. Hãc preciosus Christi sanguis, qui tempore Caroli Magni miraculosus apparuit, plurimum illustrat, ad quem uisendum Leo secundus Papa, propter frequentissima miracula ibidem gesta, se contulit. In ea Anselmus Lucensis episcopus uir sanctus, & eruditione moribusque insignis requiescit, & beatissimus Ioan. Bonus, Mantuæ ciuis, ordinis eremitarum diui Aug. miraculis clarissimus. Genuit etiam hæc urbs Albertinum ordinis eremitarum diui Aug. sacrarum literarum interpretem, qui inter cætera memoratu digna tractatum de Corpore Christi edidit. Matthæum etiam medicum clarissimum, qui ad Siciliæ regem de medicinis opus egregium perscripsit. Habuit & Galeatium Caprianũ episcopũ ciuem præstantissimum, honestate ac prudentia ornatissimum. Ibidem reliquiæ corporis sancti Longini martyris, qui latus domini lancea aperuit, magno habentur honore.

Anselmus episcopus

Ioãnes Bonus comes

Placẽtia urbs

Placentiam uetustissimam Aemiliæ urbem à quodã Placentulo nomine Troiano, iuxta Padi & Trebiæ flu. tempore Delboræ iudicis Israel cõditam, Bencius Alexandrinus in Chronicis affirmat. Deinde per tempora captiuitatis Iudaicæ à Bellonẽso Gallo mirũ in modum auctam dicit. Hæc & Cremonæ circũquaque Pado sitæ in media regione propinqua est, in qua (ut Pedianus Asconius ait) Romani coloniam, ut Gallis alia loca occupantibus opponerent, deduxere. Vnde & emporium maximum, teste Liui. lib.21. Ro. magna ope extruxerunt, magnóque præsidio firmauerũt, quod Annibal expugnare nequiuit. Et propter locum accolæ frequentare cœperunt, mixtis undique ex finitimis populis, quos p ælio superatos Annibal crudelissime diripuit. Hæc ciuitas quum nulli unquã paruerit, ad annũ.1149. Palauicinis nobilibus subiecta fuit, deinde per multas manus deuoluta, tandẽ in Galeatii primi ducis Mediolani manus deuenit, post cuius mortẽ inter duos annos per Parcellatorum, Rubeorum, aliorũque tyrannidem, octies in prædam fuit exposita, & ad eam calamitatem deduxerũt, ut omni prorsus habitatore destituta fuerit. Post annũ deinde.40.uel.50. Philippo duce.3.defuncto, quum se Placentia Venetis subdidisset, Mediolanenses in eam arma uertentes, post duram obsidionem à Francisco Sfortia Mediolanensis exercitus ductore capta fuit, & tota militibus in prædam data. Quorũ tanta in diripiendo effrenis libido extitit, ut nil diuini, nil sit humani seruatum. Huius urbis ager optimus est, & multis in locis olẽis & uinetis abũdãs, syluæ & materia plenæ circuniacentes, per cuius arua Trebia fluuius & alia flumina præterfluũt, regionẽ ubertim irrigantes, propter quod & omnium pecorum pascuis abũdat, & caseus ibidem efficitur optimus, ex quo etiã Placentinus

centinus caseus dictus est. Placentia profundissimos habet puteos pro sale excoquendo. Ornata fuit hæc ciuitas Gregorio.10.pōtifi.Ro.ac lōge,teste Cicerone,Tit.Tincha oratore, & sancto Cassio urbis episcopo, & Placentino iurisconsultissimo, qui glossam legibus primus apposuit.

Grego rius Pa pa
T.Tin cha o- rator

Dertonā uetustissimā Galliæ Cisalpinæ urbem à Liguribus cōditā ferunt, sed quo tempore non satis constat, quæ olim,ut Strabo habet,magna fuit, pulchra ac optimis legibus instituta,& paci simul & bello aptissima,licet nūc modica ac tenuis sit. Habet hæc unicū uerticē in quo uetustissimū diuæ Mariæ dicatū extat templum,ubi & castellum urbis custodem cōstructum est.Hanc in Mediolanensiū uindictam Federicus Barbarossa diripuit, incendit, & uastauit, & quam nunc in plano habemus uicecomites Mediolanenses reposuere. Eius ager optimus ac uini optimi, & gualdi pro tingendis pānis feracissimus. Cur autem à tanta gloria in tantam deuenerit miseriam, temporúmue culpa, quæ omnia uorant,an incolarum discordia,non satis clārum habetur. Sæpe enim fit,ut propriis urbibus ciues magis quàm hostes noceant. Ferunt Dertonēses extruxisse Bobium urbem,habetur clara beati Galli abbatis monasterio, quod ipse Gallus Thodelindæ Lōgobardorū reginæ impensa extruxit,in hac etiam urbe multæ sunt sanctorum reliquiæ,& potissimum sancti Martini urbis episcopi ac martyris,ac sanctæ Apoloniæ martyris.

Placē- tinus consul tus
Bobiū ciuitas
Sancti Marti- ni
Sanctæ Apolo niæ

Albā Pedemontium regionis urbem, quam Plinius Pompeianam nominat à Troiano quodā Troilo Bencius Alexandrinus cōditam dicit,& ab ipso Troiæ nomine appellasse, quàm quum Federicus Barbarossa Papiensium auxilio & suggestione obsideret, Inaurora dici, quam horā nos albam dicimus,obtinuit,& deinceps Albam urbem ab ea hora nominauit.Hæc iamdiu nobilissimis Monsferrati marchionibus paruit.

Thaurinum Cisalpinæ Galliæ ciuitas, & totius Pedemontanæ regionis caput tempore Moysi à Phaëtonte Solis filio conditionis suæ initium sumpsit. Nam ut Paulus Perusinus histo. ait , regnante apud Assyrios Spareto rege(ut supra libro tertio expressum est)Erydanus,qui & Phaëtō Solis filius cum copia suorum, duce Nilo,nauigio ex Aegypto deuenit in mare , & uentis adiuti in finem , quem Ligusticum seu Ligustinum dicimus,uenit. Ibíque cum suis longa fatigatus nauigatione descendit,& cum suasionibus suorum in mediterranea pergeret, Genuinū unum ex sociis suis nausea maris debilitatum,cum parte suarum nauium , custodem reliquit in littore . Ipse autem Erydanus superatis montibus, quum in amplissimam atque fertilem deuenisset planitiem, hominésque rudes,agrestes,ferocésque comperisset, ratus ingenio eorum ferocitatem superaturum, secus Padum consedit,& Thaurinum oppidum condidit,& primo Erydanum à se nuncupauit.Ibidémque quum aliquandiu regnasset,Ligure filio relicto,ipse Phaëton in Pado periit,à quo Padus Erydanus postmodū appellatus est. Plinius autem in tertio Naturalis historiæ dicit Thaurinum initium habuisse à Liguribus,cuius opinio superiora approbare uidetur.Hæc quippe nostro sæculo ad Alpium radices constitit. Cuius mons omnium altissimus est, & eius cacumina semper niue albescunt,& eius scopulum Annibal Pœnus igne & aceto ex inuio peruium fecit, per hanc nāque urbem, ut Liuius libro uigesimoprimo ostendit, Annibal primum in Italiam ingressum habuit . Ait enim Liui. Thaurini proxime gentis aduersus Insubres motum bellum erat. Inde ex statiuis mouerat Annibal,Thaurinorúmque unam urbem caput eius gentis,quia uolentis in amicitiā non uenerat,ui expugnauit. Ea quippe urbs in figura quadrata structa.4.portas habet, quæ ex turri in foro surgēte iuxta gymnasium posita,à speculatore omnes cernūtur,Padúsq; fluuius illā quasi abluit, & Duriæ amnis riuulus mediā præterfluit,cuius quidē cōmoditate tota ciuitas purgatur,& plurimū decoratur.Nostra enim ætate & diuitiis ac aliis multis ciuium ædibus, ac monasteriorum,& ecclesiarū ornamētis mirifice creuit . Lōgobardorū enim principū & ducū olim celeberrima sedes fuit,eo quòd totius regionis media sit, & lignis aquisq; ac aliis necessariis copiosissima habeatur,Fuit deinde Marchionū Mōtisferrati subdita,qui ipsā & regionē uniuersam & oppidis & ecclesiis celeberrimis plurimū auxerūt. Deniq; Subaudiēsibus principibus seu ducibus ſādiu paruit, qui in ea gymnasiū bonarū literarū primū cōstituere,deinde alias dignitates & beneficia eidem contulere, quorum auxilio plurimum decorata est,

Tauri- nū Gal liæ Cisalpinæ ciuitas

In huius itaque regione præ cæteris plurima atq; præclara cernũtur oppida, adeò ut præ magnitudine, populorúmque frequentia urbẽ ipsam antecedãt, in quibus nõnullæ clarissimæ ac præstãtissimæ extant familiæ, omnem in eisdẽ iurisdictionem exercẽtes. Cõualles quoque plurimæ, lõgitudine ac magnitudine adsunt, quæ quidẽ à fluuiis ubertim irrigantur, & ferri multas habent fodinas. Thaurinenses omnes nostro sæculo molles ac delicati sunt, & in uictu plurimũ frugales, eo quòd tyrannidis expertes, ex agro omnia ad uictum necessaria, præter oleũ, abundantissime habeant. Multi enim Thebeorũ legionis in ea glorioso marty. coronati sunt, quorum corpora etiã nunc præcipuo uenerãtur honore. Genuit hæc ipsa ciuitas Maximũ ipsius episcopũ, uirũ utique scientia & sanctitate præcipuũ, qui in suis codicibus, ut lib. 9. loco suo dicetur, multa edidit. In huius agro ad Cinisii mõtis radices Secusia fuit ciuitas, quam Federicus Barbarossa, per mõtem illum trãsiens, dolo captam diruit, & nunquam in eodem statu coaluit, cuius episcopatus sedes, postquam & ipsi ciues episcopum suum trucidarunt, in alterius ditione cessit.

Thebeorũ reliquiæ — *Sãctus Maximus* — *Secusa ciuitas*

Eporedia Cisalpinæ Galliæ haud magna urbs à Ro. populo contra Gallos infestos, ut Pli. placet, Sibyllinis libris admoniti, condita fuit, quæ ut idẽ Pli. affirmat, à bonis equorum domitoribus, lingua Gallica Eporedia appellata fuit. Hæc in australiore parte, Italiǽque finibus incolæ quasi, faucibúsque uallis Augustæ Prætoriæ sita est, & loci cõmoditate satis munita, in sinistro habens arcẽ, in qua & maius templũ beatæ Virgini dicatum peruetustũ habet, ubi eas reliquias diui Bessi urbis ipsius episcopi præcipuo accolæ uenerãtur honore. Duria flu. ex ualle descẽdẽs hãc interfecat, ex quo maxima lignorũ uis perducitur. In hac urbe Augu. Cæsar deletis funditus Salassis populis, omnes sub corona uendidit, quæ (ut Strab. ait) fuerat Romanorũ colonia. Eius ager à meridiana plaga frugibus satis abundat. A septentrionali uero uix ullam præter castaneas fructiferã arborem producit, sed optima pro pecoribus alendis habet pascua. E quibus caseus etiam Salassus nunc usque antiquũ nomen retinẽs, ibidem abũdat & pãnus asper. Hæc urbs regionẽ habet inter duas Durias Canepetũ nomine appellatã, in qua tres nobilissimæ familiæ oppida possidẽt, uidelicet Valperãgi sancti Marti. & Georgii comites uiri præpotẽtes & multarũ uirtutum, rerũque experiẽtia celebres, & munificentissimi, necnon ad omnes perhumani.

Sãctus Bessus

Augusta Prætoria ciuitas & ultimus Italiæ terminus à Cæsare Aug. Prætoria nuncupata, quòd ibidem prætorium prius posuerat, ann. 30. ante Christi aduẽ. perhibetur instaurata. Et sunt qui dicant eam Octauiã Augusti iussu, eo in loco quo Terẽ. Var. tũc imperator cõtra Salassos castra habuerat, fuisse cõditam, & ibidẽ primũ Prætorẽ Ro. posuisse. Hæc nõ ignobilis habetur ciuitas, & iuxta geminas Alpiũ fores sita, Graias atq; Pœninas, quibus Hercules & Pœnos transisse Plini. asserit, Graios opinari, & apud eam incisus fuit marmore titulus ille pergrãdis populos enumerans, quos Cæsar Augu. in hisdem Alpibus subegit Graias atque Pœninas nũc appellãt, alterã Iouis mõtis partem, ubi monasteriũ nobilissimũ est sancto Bernardo dicatum. Alterã colũnam Iouis, qua itur ad uallẽ Trãtasiæ Subaudiensiũ. Nam quũ Terẽ. Var. ea in ualle. 36. millia cecidisset, & reliquos captos sub hasta uẽdidisset, Cæsar Augu. tribus millibus Ro. eo missis, urbẽ hanc habitãdam tradidit. Eius cõualles profundissimæ sunt, & dudũ auri fodinas habuere, quas Salassi possidebãt, propter quæ assidua prælia gentes illæ cõferebãt, donec à Romanis penitus deletæ sunt. Hæc autem ciuitas dudum Subaudiensium duci paruit.

Vercellas Cisalpinæ Galliæ urbẽ ante Troianũ excidiũ, ut Sicardo Cremonẽsi placet, cõditionis haud magnũ sumpsisse principiũ cõstat. Nam auctor idẽ refert, quãdã nobilissimam Troianã Venerẽ nomine, cum Elicio filio ante ultimã Troiæ captiuitatẽ, in Italiam uenisse, quæ per deuia quæque discurrens nõ lõge à mõtibus in torrẽte Cesia cõsedit, & paruã ibi domũ sibi extruẽs, cellã appellauit. Quã quidem Vercellensem ciuitatẽ autumati sunt, dicẽtes Vercella quasi Veneris cella. Ea enim à Martiale poëta Apollinea appellata est, quam Plini. in. 3. à Saluiis Libycis ortã tradidit. Tenuerũt autem Saluii populi mõtes Niceæ superueniẽtes. De hac urbe in gestis beati Eusebii eiusdem episcopi habetur, quòd Liguriæ ciuitatum primatũ tenuerit. Ex quibus uerbis multi intulerunt, quod metropolis fuerit, & archiepiscopalis sedes, quòd nõ de iure aut antiqua cõsuetudine fuit, sed casu urgente

Apollinea ciuitas

urgēte & ad tempus. Nam quum Arriana pestis inualuisset, & quidā archiepiscopus Arrianus Auxētius nomine, tūc Mediolanēsi ecclesiæ præesset. Syricius papa Euseb. Vercellēsē episcopū super omnē prouinciā legatū generalē instituit, sed Auxētio mortuo, Amb. archiepiscopus cōstitutus est, & Eusebii iurisdictio cessauit. De hac urbe Pli. ait. Erat lex cēsoria uigintimiliarū auri fodinæ, quæ in Vercellēsi agro cauabatur, ne plus quinque ho minū in opere aurū faciēdi publicā haberēt. Magno autē decori Vercellarū, ubi fuit cōcilium celebratū cōtra Berēgariū Turonēsem archidiaconū sub Leone. 9. pō. Ro. de quo loco suo dicemus. Hæc ciuitas post uarios casus uariásque disceptationes, ab annis. 200. circa adeò lacerata fuit, ut duobus in castellis diuisa fuerit. Nunc autem instaurata, maximis mœnibus ambitur, & monasteriorū, templorū, ædiū, & arcis regiæ ædificiis exornatur. Forúmque nō uulgare habet. Multis præterea sanctorū excolitur reliquiis, præcipue diui Eusebii Sardi episcopi. Eius ager præter oleū omnia fœcūdissime gignit, sed uinū præcipue, ea(ut ita dixerim) totius Pedemōtanæ regionis & Liguriæ emporiū est. Genuit quoq; cō plurimos uiros clarissimos, qui bellorum studiosi fuere, sed hac ætate depositis armis agriculturam & mercaturam dicuntur amplecti, Subaudiensium duci iamdiu hæc ciuitas paruit, cuius dominio admodum creuit. Sāctus Eusebius

Nouariæ autē urbis post Vercellas, Gedeonis iudicis Israēl tēporibus Elicius Veneris Troianæ filius, in mōticulo quodā nō lōge à Ticino fluuio fundamenta iecit, à quo postmodū mōs ille Elicius dictus est, quē quidā dicere audēt Nouariā esse, id est, quasi nouam arā, quia eo loci Elicius unà cum matre Venere, post multos uiarū anfractus, ibidem cōfidentes, structa ara diis primo sacrificauerunt. Eam deinde Insubres Galli, Ptolemæo teste, auxere. Plini. quoque temporibus ut ipse habet pagus erat, sed paucorum postea ciuiū solertia ob agri bonitatē facta est ampla, cuius ager satis ferax est, parte tamen aliqua excepta, quæ deserta est, & mōtibus uallibúsque abundat. Huic diuus Simplicianus Mediolan. archiepiscopus Gaudētiū uirum sanctissimū primo dedit episcopū, cuius exēplo & doctrina ecclesia dei ibidē mirifice creuit. Hæc etiā Albutio filio claro oratore, sicut noster tradit Euseb. per Octauiani imperatoris tempora ornata fuit. Et tēporibus Clementis. 5. pō. Ro. habuit Dulcinū hæresiarchā, cuius pestis uarie agitata fuit. In diuinis autē Ioā. theologum ordinis nostri, uirum satis doctum, & in diuinarū scripturarū sensibus subtilissima exercitatione limatū, quē pro merito uirtutum laudare & extollere tenemur, quū nostræ religionis iamdiu à patrū institutis collapsæ, unà cum Ioāne Rocho Papiensi & Georgio uiro optimo, primus reformator extiterit, nobísque sacræ religionis habitū dederit. Nouaria urbs Sāctus Gaudētius

Sauona insignis urbis maritima, à Genua. 30. passuū milibus distās, antiqua perhibetur, eo quòd Liui. Magonis aduētū referēs, ipsam Sauonam nominauerit, sicut nostra ætas facit, & tamen Plini. Sabbatiū, & Pō. Mela Sabbatiam eam appellauit, quæ certè hisdē nominibus sic nō eo loco fuit, quo eā quā habemus noua extitit. Nā Mago Pœnus, quū nec dum Genua ab hisdem Aphricanis euersa, instaurata fuisset, hāc etiam delere curauit, quæ tunc in Sabbatiis uadis collocata erat, à qua quinque milibus nūc distat, & nūc usq; etiam locus uadorū portus appellatur. Quo autē tēpore uel à quibus urbs extructa sit, nec dum inuenire potuimus. Hæc uero multorū populorū cōmercio iamdiu nobilis extitit, & undique mœnibus, portu, palaciis, ciuiúmq; ædibus celeberrima extat. Cuius uiri quū maritimis bellis ac mercaturæ semper insistere cōsueuerint, literis caruerunt. Vnus autē Sixtus, 4. pō. Ro. repertus est, qui præter dignitatē maximam, qua Christianos omnes antecellit, etiam philosophia ac theologia nō solum ætatis suæ, sed priorū quoq; temporū homines superat, ornatissimā hanc reddidit urbem, huius autem urbis dignitatē ipse auxit, qui multos Sauonēses affines suos, ut fit, cardinalatus, episcopatus dignitate ornauit. Et quū nepotes suos ad urbis præfecturā assumpserit, Hier. Riariū comitē Forliuii, & Imolæ creauit, qui & ipse ob excellentissimi ingenii uirtutem, præter quam literarū gloria ornatissimam fecit, de quibus locis suis dicemus. Eam licet superioribus annis diuersi tenuerūt domini, nunc Ludouicus Francorum rex cum cæteris urbibus Liguribus possidet. Sauona cōditur Sixtus Papa Hiero. comes

Naulū modici precii maritima urbs, cui Alexan. tertius Papa episcopū dederat, à Genuēsibus & Sauonēsibus cōdita fuit, quæ superioribus annis armorū potētia, & nauigiorum

rum frequētia, portu, turribus inclyta fuit, sed ab annis.50.citra, ob Genuensiū dissensiones, tum à factione Fregosia, tum ab Alphonso Neapolitano rege multoties in prædam data est, & adeò direpta, ut uix urbis faciem retineat.

Albinga similiter maritima urbs à Naulo occidentē uersus.20. passuū milibus distans, uetustate & opibus nobilis, à Liguribus tēpore Pōpeii superatis, in cāpestri loco quingētis passibus à mari recedēs, cōdita fuit. Huius urbis primi incolæ, sicut Straboni placet, Ligures Ingauni appellabātur. Et propterea primo Albū Ingaunū dicta fuit. Eā Merula fluuius abluit, cuius aquæ ex canepo infectæ, æstiuo tēpore morbidā ciuitatē faciunt, hæc ciuitas Proculo imperatore Ro. alūno & ciue extitit ornata. De quo Eutropius sic scribit. Proculo prima Albinga tum in Alpibus maritimis domi fuit nobilis, sed maioribus latrocinātibus ipse urbis dominiū obtinuit, hāc, quū diuitiis & mercatoribus refertissima esset, Pisani ad annum domini.1165.cū.25.triremibus inuadētes, spoliauerunt, & multis interfectis, multisq; captiuatis, igne totā incēderunt, sed Genuēsium auxilio, aliarūmq; ciuitatū cōfestim pulchrius refecta est. Ad hāc Philippus Mediolanēsiū dux, perdita Genua, Bernardinū Vbaldinū uirū fortissimū, cū ingēti exercitu misit, qui eā.4.mēsibus obsedit, & multis oppugnationibus, mala quæ in bello inferri solēt, eam pati coēgit, qui tādē cōstātia & populi fortitudine fatigatus, re infecta obsidionē soluit, hāc Innocētius.3.Ro.pō. Genuensi archiepiscopo supposuit, quum diu anteà Mediolanensi archiepiscopo paruisset.

Proculus imperator

Agrippina quæ nunc Colonia dicitur inferioris Germaniæ Vbiorū urbs, ad citeriores Rheni ripas sita, temporibus Aeneæ Troiani à quodā Troiano Colono nomine, ut Sicardus Cremonēsis habet, initiū sumpsit, sed postmodū Claudii Imperatoris iussu, qui Agrippinæ maritus fuerat, ex Vbiorum populis à Sueuis fugatis, instaurata extitit, & ab Agrippina uxore ex eorum progenie ducta, appellata est, quā urbē sic cōditā Vbii populi habitare cœperūt. Quæ ciuitas paulopost quū Romanorū socia esset, fatali igne cōsumpta est, in qua Capitolium, & ædificia & ritus Roma. instar fuere, & adhuc nōnulla extant. Hæc metropolis est, cuius archiepiscopus Ro. elegit imperatorem. In ea multi scientia & sanctitate claruere uiri, quorū de numero Seuerinus ipsius urbis episcopus fuit, atque ibi.50. ex Thebeorū legione cursum sui agonis compleuerunt. Vrsula quoque cum.11.uirginum milibus, & alii nōnulli in ea martyrium promeruerunt.

Colonia cōditur

Sāctus Seuerinus

Sancta Vrsula

Lugdunū trāsalpinæ Galliæ urbs Viēnæ finitima, Octauiani Aug. tēporibus, Euseb. teste, Plāco Cicer. discipulo, oratore claris. in colle quodā ubi Arar Rheno comiscetur, condita fuit, quæ supra reliquas Galliæ ciuitates, Narbona excepta, uirorū clarissi. ordine diu claruit. Nā usui magno illis semper ac etiā in præsentiarū emporiū fuit, in ea bellorū duces, ut Strab. habet, monetā aureā & argētea Augusti iussu signabāt, atque ibidē uniuersi Galli pulcherrimū tēplū cōmunium impēsa extruxerūt, & Plāci suasione Augusto Cæsari dedicarūt, quod unà cum tota regione, sicut Seneca ad Luciliū refert, fatali igne eo tēpore quo & Agrippina, uidelicet tempore Senecæ, exustum est, hāc inter Celtas ascribere quibusdā placet, quoniā omnes eius suffraganei, & pars urbis ecclesiáq; ipsa matrix, in Celtis (ut aiūt) sitæ sūt, hinc Plotinus qui primus Ro. Latinā Rhetoricā docuit, duxit originē, à quo Cice. se Romæ puerū cum. Q. fratre Latine primū doctū retulit, hinc sanctus Augēdus uita & miraculis clarus, hinc sanctus Desiderius episcopus, & sanctus Baldomerius, cuius miracula crebra ciuitatem reddunt illustrē, hinc Ro. abbas qui prius ibidē uitā Eremiticā duxit, & multorū extitit pater monachorū. Ornatur & hæc ciuitas sancto Nicetio episcopo, & sancto Aureliano Arelatēsi episcopo, & Hyreneo episcopo Polycarpi discipulo, qui ibi martyrio coronatus est. In ea Domitianus abbas, Lupus episcopus, & Anachorita, Anthiochúsq; episcopus quidā in domino quiescūt. Iustus præterea Angel. proximus ibi uitam finiuit, hæc Ludouico Frācorū regi iādiu paruit, qui ibi solēnes nundinas instituit, ubi & Pilatus & Herodes à Ro. principibus relegati, uitam infamem finiere.

Lugdunū ciuitas conditur

Plotinus rhetor

Sāctus Desiderius

Sāctus Romanus

Narbonā autē Galliarū urbē in Narbonēsi prouincia cōstitutā, tēpore iudicis Sāsō ab Aeneæ sociis cōditā, Carinus in Chronicis refert. Hæc Tholosacibus finitima est, & in Aquitania haud lōge à Sōciatibus populis. Est autē metropolis, cuius primus episcopus fuit Paulus apostoli Pauli discipulus, qui quum prædicandi gratia cum eodē apostolo ad Hispaniam

Narbona Galliarum urbs

paniam pergeret, ibidem relictus est, ubi prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis quieuit in pace.

Paulus Pauli apostoli discipulus

Tholosæ eiusdem prouinciæ urbis, uno & eodem tempore à quodã Tholo. Troiano iacta sunt fundamẽta, quã quũ Ro. cepissent, illuc colo. deduxere, & amphi. capito. aliisq; ædificiis, è quibus aliqua adhuc extant, ornatã reddiderũt, hæc Narbonẽsi ciuitati finitima est, & sanctionibus nec lõge à Sõciatibus populis abest: metropolis ciuitas est, eiq; Ioã. 22. põ. archiepiscopũ primo cõcessit, & ex eius castellis sex in ciuitate erexit, & eidẽ archiepiscopatui subiecit, ut haberet Tholosanus archiepiscopus, quibus cũ dignitate præesset Frãcorũ regi subdita, qui in ea bonarũ literarũ gymnasiũ etiã cõstituit. Hæc sanctũ Saturninũ primũ episcopũ habuit, qui in Capitolio eiusdẽ urbis à paganis tentus, atq; è summa capitolii arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliso, excussóq; cerebro, & omni corpore dilaniato, dignam ibi Christo exhalauit animam, cuius corpus ab eisdem summo ueneratur honore.

Tholosa cõditur

Sãctus Saturninus

Parisius insignis urbs.

Parisius regia & inclyta Galliarum urbs, in Senonensi prouincia post Troianum excidium, ut Carinus in Chronicis habet, initium sumpsit. Nam quidam Parides cum Aenea è Troia secedens, unà cum Francone Hectoris filio in Galliã proficiscens, iuxta Sequanæ flu. cõsedit, & ibi populũ cõstituens, à se Parisios nominauit, qui bello natis Senonibus attributi Lutetiã oppidũ postea cõdiderũt, & ab ipsis Parisiensibus cõditoribus Parisios appellauerũt, quæ per tẽpora à regibus habitatã in maximã & potẽtissimã euasit ciuitatem. Cui postmodũ Carolus cognomẽto Magnus ob loci cõmoditatẽ, imperiali diademate suscepto, Ro. uniuersale gymnasiũ cõdidit. Hæc in insula Sequanæ flu. quòd perpetua salus influat, posita est, & à Dionysio Ariopagita episcopo ab apostolis eo unà cum Rustico & Eleuterio diacono prædicationis gratia directo, sacrum Christi euangeliũ suscepit, quo ibi martyrio coronato, paulopost in pago eiusdẽ Eugenius eius discipulus, beatæ passionis & ipse coronã percepit. Habuit deinde per hæc tẽpora diuũ Marcellũ episcopũ, cuius uitam uirtutibus ac miraculis illustrẽ, Fortunatus episcopus egregie descripsit. Germanus quoque episcopus hinc originẽ duxit, qui quantæ sanctitatis, quãtiq; fuerit meriti, quibus etiã claruerit miraculis, præfatus Fortunatus stilo digessit. Habuit etiam germanus discipulum Drotheueũ abbatẽ uirũ scientia & sanctitate clarissimũ, & Genouesam uirginem Christo dedicauit, quæ postea admirandis uirtutibus & miraculis claruit. Ornatur præterea hæc clarissima ciuitas reliquiis Baltildis reginæ, & Aureæ uirginis, aliorúmque plurimorũ martyrum. Verum excellẽtes in disciplinis uiros cõmemorare, quos ipsa genuit, lõgum esset.

Parisius inclyta Galliarũ urbs conditur

Sãctus Dionysius & Rusticus Eleuterius

Sãctus Marcellus episcopus

Sãctus Germanus

Vesuntio maxima & imperialis ac metropolis in Guasconia comitatus Burgũdiæ urbs loco & natura munitissima, quam Sequana flu. intersecat, à Troianis, ut prædicto auctori placet, cõdita fuit, hanc Cæsar, ut in Cõmẽtariis habet, cepit & in ædificiis Ro. ut Pãteon, campus Martius, cãpúsq; Mineruæ habent, & ipse & reliqui Ro. postea illustrare curarũt, qui semper Latine eo modo dicta fuerunt, multáque alia priscæ uetustatis monumenta (ut aiunt) in ea consistunt.

Sancta Genouesa uirgo

Magũtiam metropolitanã Germaniæ urbẽ à Magãtio quodam Troiano initium & nomen tẽpore Troianæ cladis habuisse, Carinus in Chronicis tradit. Hæc inter Belgas Germaniæ ciuitates est, & citeriores Rheni ripas attingit. De qua Cæsar in Cõmentariis nullam facit mentionem, sed Tacitus qui etiam molem à Druso ad remorãdum Rhenum, facit referri, & à Paulino Põpe. Ro. legionum in Germania duce sub Nerone imperatore perfectam. Huius archiepiscopus ad imperatorẽ Ro. eligendum præstat suffragia. Genuit hæc ciuitas Albanum uirum sanctissimum, ubi & martyriũ sumpsit. Sed iam omissis exteris urbibus, ad Italicas sermo deducendus est.

Maguntia conditur

Sãctus Albanus

Parma Aemiliæ prouinciæ urbs peruetusta, à quodã Troiano Palladis socio, teste Sicardo Cremonensi episcopo, temporibus iudicum Israël, initiũ cõditionis suæ suscepit, & Chrysopolim, id est, auream urbem ex suo nomine appellauit, Chrysos enim Græce Latine aurum sonat, & polis ciuitatem. Iulius uero Cæsar eo coloniis deductis, Iuliam ex suo nomine postea nũcupauit, unde & in templi foribus hæc uerba adhuc cernũtur. Iulia ciuitas Chrysopolis à corpore sancti Domini mili. 15. distat passibus. Postremo à Parma flu,

Parma urbs cõditur

eam diuidente, Parmæ nomen accepit. Vrbs siquidem ampla & bonis omnibus referta, à qua Tarus torrens haud procul præterfluit, qui & accolis multa quandoque infert dãna. Hæc Cadolũ papã adulterinum aliquãdo habuit, qui lõgo tempore põti. Ro. uexatus est. Hæc propter toleratam biẽnio obsidionẽ, qua Federicus secũdus eam premebat, & propter uictoriã, quã de eo adepta est, notissima habetur, in qua clade idẽ Federicus coronam maximi precij, & uasa maximi põderis plurima amisit. Ea deinde corona anno salutis nostræ.1321. Hẽrico Brixiã obsidẽti fuit restituta. In ea potẽtissimæ, ac clarissimæ quatuor familiæ fuere, Corrigianorum, Rossiorum, Palauicinorum, & Vitallensium, à quibus multas pertulit tyrãnides. Hæc ciuitas uiros disciplinis præstantes habuit, Macro. cuius extant de Saturnalibus libri, in cuius sepulchro Blasius Parmensis philosophus clarissimus sepultus

Cassius poëta est, Cassium poëtã, & alterum Cassiũ centurionẽ, uirum belli scientissimũ. Ornatur quoq; legum doctore Iacobo Arena uiro doctissimo, qui multa scripsit.

Iacob9 Arena Mutina uetusta Aemiliæ prouinciæ urbs, ad quã Liui. dicit fuisse deductam à Ro. coloniam, & in qua Octauianus annum.17. agens. M. Ant. superauit, de qua etiam Liui. plures meminit, quo tempore condita, & à quibus demolita fuerit, uel qui nouam, quã habe-

S. Geminianus mus, ædificauerit, non inuenimus, ornatur etiam hæc ciuitas Geminiani episcopi sanctissimi uiri corpore. Ad cuius tũbã frequentia in dies demoniacorum liberatione fiunt miracula. Hic est Geminianus, qui Totillæ Hũnorum regi formidabili & hostili animo aduenienti, urbis portas, sicut Helisæus aperuit, ac per eam nemini infenso cæcitate percussus pertransiit. Habuit & Nicolaum Matarellum iurisconsul. & bonarum literarum ornatum, cuius clara extant doctrinæ monumenta. Ferraria insignis urbs.

Ferraria unde dicta Ferraria nunc insignis urbs Pado ueteri apposita, tempore Gothorum quando & Venetiæ ciuitas initium sumpsit. Id tamen Ferrariæ nomen à ferro sortita est, quod singulis annis Rauennati ecclesiæ, cuius ditionis erat, pendere consueuerat. Ferunt enim tria loca iuris ecclesiæ Rauennatis fuisse, quæ tria metalla ipsi ecclesiæ offerre solebãt, à quibus & nomina sortita sunt Aureolũ oppidum in Forliuiẽsi agro positum, ab auro: Argentam castel. Pado oppositã, ab argẽto: & Ferraria à ferro, hãc tamen primũ muris circundatam à quodam Rauẽnati Exarcho nomine Smargdo, circa annũ domini.700. inuenimus, quæ ab conditionis initio nũquã ab ipsa Rauenna, aut à Ro. etiam lacessita, à Lõgob. deuiauit, sed etiam post deuictis à Carolo Lõgob. post donationem de exarchatu Rauẽnatæ ecclesiæ Ro. factam, ab ipso Carolo semper in eius obedientia perseuerauit, uerũtamen aduersantibus Germanis imperatoribus põ. Ro. & hæc ciuitas modo sub uno, modo sub alio uacillauit, quam tandẽ anno domini.1100. Mathildis comitissa Venetorum & Rauennatum auxilio ab Hẽrico imperatore occupatam, sibi uẽdicauit, sed ab inde.100. &.21. anno cum Estenses Marchiones in ea potẽtissimi euasissent, Sallingueram quẽdã Ferrariẽsem subornarũt, qui eorũ instigationibus & imperatoris auxilio, Ferrariæ dominium cõtra ecclesiæ libertatem & auctoritatem occupauit, in cáque regnauit annis.10. &.9. quẽ tãdẽ Inno.4. põ. Ro. auxilio Venetorũ expulit, & Estẽses paulopost sibi subigere eam cœpere, ubi Oldrãdinus Estẽsis primus præfuit, sed ab anno.68. præsulãte Clemẽte.5. cũ Azo Estẽsis Marchio Beatricem Caroli secundi Neapo. regis duxisset uxorem, à Frisco eius filio propter nouercã superinductã, pater in carcere cõiectus est, & à Venetis impetrato auxilio, Ferraria potitus est, qui cum uidisset Ferrariẽ. se ecclesiæ subdere uelle, in uindictã mediã Ferrariã incẽdit, propter quã iniuriã pulso Frisco, ciues sese Venetis dedere, eo quòd se egregie ab his defendi posse sperabãt. Veneti autẽ sic ex ciuium deditione Ferraria potiti, nequaquã adduci potuerũt ut eã dimitterẽt, licet. põ. ipse Venetos ecclesiastico supposuerit interdicto, unde & omnia eorũ bona per Gallias aliasq; prouincias direpta fuerũt, neç paruissent iussioni põti. Veneti, nisi Palaguria ecclesiasticus legatus Florentinorũ in Caroli regis auxilio fretus, Venetos armis Ferraria primũ, post castello Thedaldo quod ad pontẽ retinebãt, magnis cædibus deturbasset. Fuitq; postea Ferraria Estẽsibus per successorẽ Io..22. cõcessa, hac tamẽ lege ut quotannis.10. mil. nũmũ aureo. Romanæ ecclesiæ persoluerẽt, & quasdã cõuẽtiones cũ Venetis percussere, quæ omnia usq; ad hũc Hercu. qui nunc regnat, fideliter seruata fuere, quorũ obediẽtia, & pace opibus, potentiáq; plurimũ creuit,

sed & ab Euge.4.pô.Ro.citra,qui ibidẽ generale cõciliũ celebrauit, ubi etiã adfuit Græcorũ imperator,mirabile suscepit incremẽtũ, in ea enim superbissima principũ ac ciuium palacia erecta fuerũt, ubi quũ gymnasiũ cõstitutũ sit nostris tẽporibus, multi humanitate, philosophia ac legum peritia excelluere uiri. Bononia Cisalpinæ Galliæ ciuitas. Bononia Cisalpinæ condi-

Bononia primũ Felsina,ut Pli.habet in.3.post Boionia,deinde Bononia dicta,quo fuerit tẽpore cõdita nõ inuenimus,eã Pli.omniũ urbiũ quas Hetrusci circa Apenninũ habebãt,uetustissimã & primã fuisse scribit,nã(ut diximus)Galliæ Cisal. & Boiorũ caput fuit, & est,uerũ auctis Ro.rebus,& expulsis Hetruscis,Ro.colonias.3.mil.uirorum in eam deduxere,quorũ auxilio aucta & ampliata fuit,ita ut per tempora Augusti trium opulẽtissimarum Italiæ ciuitatũ una fuerit,hãc Lotharius imperator anno domini.840.quũ Ludonicum eius filiũ Bonon.multis affecissent contumeliis, uastatis uillulis & agris,post innumeras ciuiũ aliorúmque multorũ cædes,direptã & imminutã reliquit, inde ad ann.domini.1271.tãtæ potẽtiæ fuisse legimus,ut aduersus Venetos.3.annis bello cõtẽderit,qui liberã nauigationẽ in mari Adriatico eis prohibebãt,eósque cõpulerunt,ut liberã cõducendi sal,& frumenta sine uectigale facultatẽ haberẽt, his fœlicissime gestis,cõfestim inter Bonon.ipsos orta est dissẽsio,quæ ciuitatem plurimũ attriuit,propter quod & post in manus Ro.ecclesiæ deuenire opus fuit,cuius magistratus, anno salutis nostræ.1365.ei quẽ habet circundedit murũ, unde & postea opibus ac reliquis ornamẽtis plurimum amplificata fuit,& adeó,ut ætate nostra cæteras Romãdiolæ & Venetiæ urbes,magnitudine,aspectu, uirtute,ædificiis excelluerit. Optimum enim uinũ,frumẽtũ,legumina, & alia quæque ad uictũ necessaria abũdãter producit,propter quæ Bononia pinguis merito dicta est. Est(ut ita dixerim)libera,musarũmq; mater appellata, quòd ibi canonũ ciuiliũ, liberaliũ artium, sacrarũq; literarũ disciplinæ tradãtur. Ex ea quidẽ uiri sanctitate,doctrináque cõplurimi emersere,sed qui maxime præstitere,diuus Petronius urbis episcopus,sciẽtia ac sanctimonia illustris, qui Vitas patrũ cõposuit, Põpo.satyrarum scriptor. C. Rusticellus orator nõ cõtẽnẽdus,ornatáq; fuit Lucio.2.pô.Ro.& Ruffo,ut Martia.ait. Genuit quoq; hæc urbs Guido.archidiaconũ sua ætate,& post principẽ, Io. An. & Ro. Calderinũ celeberrimos iurecõ.Ornatur etiã Macagno,& Gaspare Calderino,qui monumenta memoratu digna post se reliquere.Tulit etiã paulo ante ætatẽ nostrã Nico. Albergatũ cartusiẽsem monachum primo Bono.episcopũ, & postea ecclesiæ Ro. cardinalẽ uirũ sapiẽtia & sanctimonia singularẽ. Fuere & alii præstãtissimi uiri in hac studiorũ & sapientiæ matre,quos com memorare lõgum esset,superest & nũc Ioã. Bentiuolus,nobiliũ sua ætate in ea potẽtissimus & munificentissimus,multisque uirtutibus ornatissimus. Multæ sunt ibi sanctorũ reliquiæ,sed præcipue diui Dominici prædicatorum fundatoris. tur S. Petronius episcopus Lucius papa

Rauẽnã urbem plane uetustissimã Hostrogothorũ regũ quõdã regiã, & Exarchorum Ro.sedẽ,nunc autẽ senatui Veneto subditã,temporibus Noẽ post linguarũ cõfusionem, alii autem post Troiæ euersionem in littore maris Adriatici,quibusdã eo ratibus ueniẽtibus,fundatã nõnulli affirmãt.Strabo tamẽ lib.5. à Thessal.cõditã cõmemorat,qui quum Thuscorum iniurias ferre nequirent, Vmbros quosdã secum assumpserunt, Vmbrorumq; Colonia habita fuit, hactenus enim inter paludes fuerat tota ligneis cõpacta ædificiis, & aquis diffusa,põtibúsq; ac lembis,ut nunc Venetiæ,peragrata,uerũ superuenientibus Ro. Octauia. Augu.ut Liui.tradit, illam muris nunc extãtibus cinxit, indéque Valentinianus cum.30.annis quibus imperauerat,in ea plurimũ egisset,eius mœnia ampliauit, & eius episcopo.12.ciuitatũ subiecit episcopos,uidelicet, Arimini,Cesenæ,Forliuii,Fori Põpilii,Fauentiæ,Fori Cornelii,quæ Imola dicitur,Bricii,Bononiæ,Mutinæ,Rhegii,Parmæ,& Placẽtiæ,quæ ciuitates sub exarchatu postea fuere, & eius episcopũ Ioannem tunc appellatum,pallio ex cãdida lana uti uoluit, quo tũc solus utebatur imperator, unde postea cum Ro.pô. Rauẽnates cõtendere præsumpserũt, postea Alaricus Hostrogothorũ rex, & reliqui eius successores etiã mœnibus, aliisq; ædificiis superbissimis celeberrimã reddiderũt. Theodoricus uero illam.8.&.30.annis incoluit, in qua ipse superbas ædes & basilicas extruxit. Indéque per multas manus acta calamitatibus & direptionibus non caruit, in ea quãdoque Polẽtanorum clarissima familia præfuit,quæ & post uarios casus,& ipsa à Ve- Rauẽna urbs

S. Vitalis .S. Apolinaris .S. Geruasius & Protasius Io. papa.7. Cassiodorus senator Imola

netis extincta est. Dudũ & in hac celeberrima urbe uiri clarissimi, tum sanctitate, tũ scientia claruere multi, è quibus fuere Apollinaris eiusdẽ primus episcopus, Vitalis uir sanctissimus, & Geruasius, Protasiúsque, ipsiúsque Vitalis filii, & alii multi omnes martyrio coronati. Hinc & Ioan. huius nominis. 17. Ro. põ. fuit. Sed & Petrus cognomento Rauennas Fori Cornelii episcopus, qui multas scripturas eloquentissime dilucidauit, ac Cassiodorus senator Ro. qui celebres epistolas & lib. de Anima conscripsit. Fuerẽ & nouissimis temporibus clarissimi Rauennates Guliel. physicus, & Ioã. grammaticus, rhetórque doctissimus qui unà cũ Gasparino Bergomate nostro primũ eloquẽtiæ studia in Italia illustrauit.

Imola enim Romãdiolæ prouinciæ ciuitas à priscis Forũ Cornelii appellata, eo quòd Aemiliæ regionis olim initium esset, post Troianæ urbis excidium (licet incerto auctore) initium sumpsit, quam ciuitatem Narses eunuchus, circa annũ domini. 550. destruxit. Sed breui post a Daphone secundo Longo. rege, sub nouo hoc nomine Imolæ, ut Rauennatibus opponeretur, ædificata fuit, demum iterato destructa. In ea quidem Martialis Cocus poëta habitasse dicitur, sicut ipsemet his uersibus innuit dicens.

Si quis in terris qua si[...]us in urbe rogabit,
Cornelii referas me licet esse foro.

Martialis Cocus.

Hanc autem quũ diu Mãfredorũ clarissima, & regalis familia sub titulo uicariatus possedisset, denique nostris temporibus, anno salutis nostræ. 1473. in manibus Hiero. Riarii Sauonensis, annuente Sixto. 4. pon. maximo deuenit. Thadeus enim Mansre. & Guidacius eius filius inter sese dissidentes, cum illam diu obtinuissent, ab Galea. medio duce, ut ita dixerim, pulsi sunt. Et cum eidem Thadeo castrum nouum in Alexãdrino agro tradidisset, urbis dominium suscipiens, eam Hiero. ipsi genero suo, susceptis tamen prius. 14. mili. aureis, transtulit, cuius dominio potitus eam quasi liberam reddidit, & mœnibus aliísque innumerabilibus ædificiis clarissimis celeberrimam fecit, habuit hæc ciuitas Beneuentanum gramma. & ludorum magistrum clarissi. qui quum multas nouisset histori. aliqua memoratu digna scripsit, & Ioan. Imolensem uirum põtificii & ciuilis iurium peritissimum, de quibus locis suis infrà dicemus, hanc autem urbem cum cæteris Romãdiolæ urbibus omnibus, hoc anno qui est primus supra millesimum quingentesimum Alex. 6. papa, pulsis comitis Hiero. filiis ac aliis regulis, antiquis possessoribus Valentino suo tradidit possidẽdas.

Ioan. legista

Fauẽtia ciuitas.

Fauentiam etiam ciuitatem haud procul ab Imola constitutã, uno eodémque tempore initiũ sumpsisse tradunt, de qua Liui. lib. 89. meminit dicens. Sylla Carbone cum exercitu ad Clusium, ad Fauentiam, Fidẽtiolámque cæso, Italia expulit, & Helyus Spartianus histori. in uita Hadriani imperatoris interfecti, dicit Nigrinum Fauentinum unum ex insidiariis fuisse, eam quippe Totilla Gothorum rex cum aliis ciuitatibus destruxit, & postea iterum reædificata Fede. Barba. male habitatam, immunitã reddidit, inde quoq; & Britonum milites diripuerunt & incenderunt, denique unà cum Imola in Manfredorum familiam deueniens, eam uicariatus titulo ecclesiæ usque ad hoc tempus, summa cum laude, gubernauere, quam quidem ciuitatem, cum muro careret, Guidacius Manfredus, & Astorgius eius frater uiri in bellis præstantissimi, mœnibus præualidissimis, aliísque superbissimis ædificiis muniuere, ornata superioribus diebus fuit Fauentia Martino præstanti rei milita. ductore, eius autem ager cum frumenti uiníque optimi feracissimus sit, lini tamen inter Italiæ loca obtinet principatum, quem Pli. miris effert laudibus, hanc pugnacissimam urbem Alex. 6. papa. capta Imola per Valẽtinũ suum in anno domini. 1501. cum magna suorum mili. cæde, expugnauit ac deuicit & sibi dominatum uendicauit.

Forum Liuii Flamineæ uetusti nominis ciuitas ab Ro. conditionis suæ initium sumpsit, quæ inter. 4. Romanorum fora ea in regione ab eisdem constituta, tertium obtinuit locum, hæc autẽ ciuitas cum uniuersa Romandiolæ prouincia diu sub Bononiensi dominio fuit, sed quũ Bononi. Lãbertazios & Asinellos cum multis familiis Gibellinis urbe pepulissent, & Forliuienses eos benigne suscepissent, Bonon. indignati in eos exercitu ducto, ab Forliuiensibus eruptione facta. 8. mil. Bononien. trucidarunt & ab eorum ditione ciuitatem penitus subtraxerunt, sed postquam Bononiẽ. potentia immunita fuit, hæc ciuitas cum uniuersa Romandiola se põ. Ro. obtulit, sed quum etiam ab ecclesiæ fide recessisset,

Martinus pon. huius nominis. 4. misso Guidone Gallico, urbem obsedit, & suburbia incendit, indéque ab Forliuiẽ. anno salutis. 1281. 2. cal. Maii, idem Guido cum omnibus suis inter fectus fuisset, pontifex in ultionem Guidonis interfecti, misso exercitu, urbem mœnibus expoliauit, inde quoque in Manfredorum familia, ac postmodum Ordelaphorum dominũ accepit, qui & illam muro nouo cinxerunt, denique & ipsi post Pini mortem inter se discedentes, in comitis Hiero. Rinarũ Sauonẽ. etiam manus deuenit, hæc enim ciuitas innumerabilium propemodum uirorum illustrium, & præsertim literarum fœcundissima fuit, quæ præter Gallum poëtam. de quo Virg. sæpe meminit, etiam Guido. astrolo. & Raynerium celebrem iurecõ. Iacobúmque philosophum & medicum clarissimum habuit. Et supra cæteros Blondum histo. clariss. cum. 5. filiis genuit. In re autem bellica gnaros & clarissimos. Ioan. Ordela. urbis pro ecclesia uicarium, & Brandul. & Ti. ac Moscar, conciues Brandulos. Hæc enim ciuitas solum habet optimum quæ & præter communes Italicarum urbium fruges, uidelicet, frumenti, uini, olei, & fructuum suauissimorum, etiam aromaticis abundat, uidelicet, annisso, cardamomo, fœnograeco, cimino, coriandróque. Gallus poëta Guido astrolo. Blond9 Brandulinus

Ariminum uetusta ciuitas clarissimáque Ro. colonia, anno ante Christi natiui. 270. Ptolemæo Lagi filio apud Aegyptum regnante. P. Sempronio & Apio Clau. cõsulibus, in Flamina siue Romandiola, testibus Euse. & Liui. 14. li. à Ro. condita fuit, nam idem Sempronius consul (ut Liui. li. 21. tradit) compositis Siciliæ regibus. 10. nauibus orã Siciliæ legentẽ Ariminum uisendam peruenit, indéque cum exercitu suo ad Trebiam amnẽ profectus, eã deinde Octauia. Augu. auxit, atque suburbium cum illo ponte maximo extructo opere cõiunxit, & tam ciuitatem uniuersam quàm pontem silicibus strauit, quod solus adhuc extat, indéque à Liburnorum regibus excisa, Diocle. imperator instaurauit, & ibidem fusis Liburnis arcũ triumphalem superbissimum, qui sancti Genesii dicitur, in eius rei monumẽtum erexit, postmodum etiam duram à Vitigete Gothorum rege pertulit obsidionem, Io. Vitelliani imperatoris Iusti. partium uiriliter defensante. Fede. autẽ secundus eã postea ampliauit, hæc enim portum habet & eiusdem nominis flu. in quo nauigia tute à flucti. maris conseruantur, habétq; Rubiconem flu. propinquum, qui flu. cum paruulus sit ab accolis Pisciatello appellatur, qui Galliæ Cisal. prouinciam diuidit, in ea siquidem synodus, mediante Tauro præfecto à Constantino Cæsare Constanti. Aug. filio congregata fuit, in qua diuus Hiero. interfuit, quam postea patres reprobarunt, & eius gesta nulla esse cẽsuerunt, ut habem9 in cano. 15. di. c. sanc. Ro. ecclesia, hæc ab anno domini millesi. fermè Malatestis clarissimis principibus, uicariatus ecclesiæ titulo subiecta fuit, qui illa & regiis palaciis, aliísque plurimis insignibus decoraret, ex qua quidem clarissima filia plurimi literarum & rei militaris peritia emersere clarissimi, in ea Robertus Malate. Sigis. filius clarissi. rei milita. imperator Venetorum, pro uicariatus titulo ecclesiæ potestatem habuit, de quo suo loco dicemus, ornatur autem hæc ipsa ciuitas sancti Gaudentii ipsius episcopi, & sancti Victo. marty. sãctæq; Coronæ uirg. & marty. ac sãctissimæ Innocẽtiæ uirg. In ea passa est etiã sancta Marina, & Theodo. eiusdem uirg. pater, emersit quoque in hac urbe beat9 Tho. & Greg. theo. acutiss. ordinis nostri, quorum alter miraculis claruit, alter quoque in li. sententiarum optime scripsit. Claruit præterea in ea Robertus Malate. qui licet paternam hæreditatem iustissime diu administrauerit, res tamen mundanas tanto spiritu contempsit, ut postquam carnis sarcina solutus fuit, beatitudinis famam, signáque sanctitatis in terris reliquerit, habuítque Ariminum, & alios uiros, & quàm maxime Petrum & Iaco. Perleones Latinis, ac Græcis literis eruditissimos, dictum autem fuit Ariminum, quasi armorum armarium, quia eo in loco Roma. armamentorum suorum munitiones collocauerant. Ariminum ciuitas S. Victor. & Corona Sancta Marina Beatus Thomas

Florentia ciuitas

Florentia Hetruriæ ciuitas.

Florentia nobilissima & inclyta ac primaria Hetruriæ urbium nunc ciuitas, ante Christi aduentum. 90. anno à Syllanis militibus condita fuit, nam cum Sylla militibus suis agrũ illum inhabitandum assignasset, uenientes primas sedes ad Arnum flumen posuere, & constructo oppido Fluentiam appellauerunt, de qua Pli. meminisse uidetur, quum dixit, Fluẽtinos præfluẽti Arno appositos. Eam cũ Totilla Gothorum rex Pistorium & reliquas urbes ui & armis occupasset, per fraudẽ sub specie pacis cepit, & captã penitus euertit, licet sint qui Florentini primus Fluẽtini dicti

sint qui dicant nunquam destructam fuisse. Ioan, autem Villanus Florenti. in sua Chroni. idipsum uerissimum etiam affirmat quod Totilla rex cum ingenti hominum cæde eam im minutam & desolatam fecerit, quam Carolus magnus in memoriã dignitatis susceptæ instaurare fecit, maioréque ambitu & mœnibus circundedit, nam eo ueniens primum nobili tatem omnem per uicina oppida, pérque uicinas urbes diu dispersam in ciuitatem ipsam reduci summo cum gaudio uoluit, eáque loci bis in eundo & redeundo sanctum domini pascha celebrauit, & eam dignissimis priuilegiis liberam esse uoluit, leges & magistratus ei concedens: nec propterea arbitrandum est istiusmodi pulchritudinis ac amplitudinis siue regiminis à primo instaurationis fuisse, ad annum autem Domini millesimum quartum & uicesimum, plurimum ex aduentu Fesulanorum aucta fuit, qui ad ipsam ui & populariter astricti (destructa Fesulana eorum ciuitate) accesserant, inde anno salutis. 1071. eiusdem urbis pomeria & ripis fluminis Arni, ultra sacras diui Laurentii ædes, perpetuo ambitu dedu cta fuisse ferunt, mortuo postmodum Fede. secundo, eiusdem urbis hoste infensissimo ciues Rodul. imperatori. 6. nummûm auri mili. persolutis, in libertatem omnimodã sese reddiderunt, & rempu. reformantes. IX. Antianos creauerunt, & paulopost artium pores audi to uexillifero iustitiæ creauere, & publicis ædibus inclusere, nec aliud quicquam quàm de rep. cogitare iussi sunt, & hic quidem magistratus ad nostram usque ætatem peruenit & perdurat, quibus & palatiũ eximiæ pulchritudinis ciues extruxere, hanc etiam Arnus flu. præterfluit, qui ob rapacitatem aduersa aqua innauigabilis est, ibi præcursoris index maxima in ueneratione habetur, ob cuius honorem ædes præclarissima in celebriore urbis loco dicata habetur, quã baptisterium domini dicunt, cuius quidẽ ualuæ ex solido ære existunt, ubi noui & ueteris testamenti historiæ inenarrabili opere sculptæ habentur: éstque præterea ea in urbe, præter reliqua ornamenta incredibilia, templum permagnificũ & stupendi operis fornice ornatum, gloriosæ Virgini reparatæ dicatum, iuxta quod turrim marmoreã singulari præstantia constructam habet, arsit tamen duobus incendiis in paruo tẽporis spa tio, ad annum domini. 1176. maxima ex parte, multos enim & innumerabiles hæc ciuitas ha buit aduersarios, qui eius libertatem subuertere annixi sunt, Pisanos & Senẽses ac alios He truscos, qui communi conuentu habito, eam destruendam esse censuerunt, inde Henri. 7. Cæsar, paulopost Castrucius, postmodum Ladislaus Apu. rex, post eum Galea. Maria dux primus Medio. & ante ipsum Ioan. archie. Medio. & Phili. Medio. dux, ac denique Alph. & Ferdi. qui omnes ingenti uirtute restitere, nec ab ea non sine ignominia recessere. Florentia autem cum omnium Italiæ ciuitatum flos nuncupatur, etiam præter pulchritudinẽ & ciuium urbanitatem uiros quoque in omni genere uirtutis præstantiores habuit, in primis quidem theolo. & philosophos, ac poëtas Fran. Petrar. & Dantẽ, & Accur. iuriscon. principem, qui ius ciuile primus explanauit, & Ioctũ pictorem celeberrimum, qui antiquã pingendi artem nobilissimam reddidit, & Thadeũ medicum omniũ clarissimũ, ac Phili. Sco larium equitem apud Sigis. imperatorem ob belli peritiam & honore & dignitate primũ habitum, qui eius copiarum dux factus, Turcos & Sarmatas. 23. præliis superauit. Ornata quoque fuit Cosmo medico, & eius nunc extante Lauren. ex filio nepote, uiris utique pru dentia, humanitate, ac pia liberalitate præcipuis ac insignibus, quorum certe tanta est eorũ opum affluentia, ut omnes Europæ ciues superare dicantur, qui urbem cũ monasteriis plurimis & ecclesiis, tum priuatis ædibus præter omnium opinionem exornauere. Fuit quoque in ea Strozarum nobilissima familia, in qua emersit Pallas Stroza clarissimus equestris ordinis, & philosophus doctissimus, ac utriusque linguæ eruditus, & Ange. Acciolus simi liter equestris ordinis, uir certe præter dignitatem & clarissimam progeniem prudentissimus, atque literarum studiis ornatissimus, qui multas Græcas histo. Latinas fecit, inter quas Alcybiadis Annibalis & Scipio. Aphricani, ac Demetrii fuere: habuit quoque Lapum literarum Græcarum eruditissimum, qui & ipse multa transtulit. Huius autem florẽtissimæ ur bis originem & res gestas Leonar. Aretinus in isto pulcherrime abundéque describit.

Franciscus petrarcha. Dantes poëta Accur. legista. Cosmus medicus Stroza Lapus orator.

Sena Hetruriæ ciuitas.

Sena


Ena autem secunda Hetruriæ urbium opibus & uiribus ciuitas, ut Polycramus in.6. tradit, ante aduentum Christi.382. annû à Gallis Senonensibus pro uitas cô sensibus & armentariis eorum condita fuit, sed re uera inter nouas nunc numerari potest, cum nulla antiquitatis in ea uestigia appareant. Sunt autē qui dicant eam à Caio Marcello conditam. Blondus uero noster Foroliuiēsis dicit Ioannem decimum octauum eam ædificasse, & ex sex plebatibus à Perusina urbe dem ptis, uidelicet Clusiensi, Aretina, Fesulana, Florentina, & Volaterana eidem assignatis, ab ipsis sex plebatibus eam Senam appellasse, hæc quippe ciuitas nunc super colle cuiusdam peninsulæ iacet, undique quasi ripas fugosas habens, in superiore tamen urbis parte solum aliquantulum habet multis hortis uiridariisque ornatum, in qua quidem celeberrima & superba extant ædificia, uidelidet gymnasium perpulchrum & forum & porticus & regia palatia, hospitaléque sumptuosissimum pientissime gubernatû. Ampla quoq; & libera est cum turribus & propugnaculis, ac optimis instituta moribus. Eius ager maximus & herbidus, insuper boum bubalorum, ouiúmque multarum nutritor, frumenti quoque uini & olei ferax, ac fructuum omnis generis abundans. Maritima eius autûno & æstate aërem habēt grauem propter æstum & pomorum copiam, adeò ut eius incolæ uiridis coloris efficiantur, de quibus merito illud poëticum dici potest. Tale quidem est gen9 hominum quale & solum, hæc à Roma stadiis.800. distat, cuius uiri inter Hetruscos religione, moribus, ac lingua præstare noscuntur. Hic nonnullæ religiones approbatissimæ initium & instaurationem sumpsisse constat, utpote Montis olìueti, Albi monachi, Scopeti inter regulares canonicos beati Augustini connumerati & insinuati religione, ac Minorum (ut ita dixerim) ordo à beato Bernardino conciue Senensi nouum quasi principium eduxit. Ornatáque fuit Senensis ciuitas concilio ibidem celebrato, in quo Nicolaus eius nominis secundus creatus fuit, ac etiam prælio fœlicissime contra Florentinos gesto, quo quidem (ut suo loco dicemus) fuso Florētinorum exercitu.3. millia eorum occiderunt, &.4. mil. cum eorum carotio cōprehenderunt & cum ingenti triumpho Senas perduxerunt, pro quo tantus pauor Florentinos incessit, ut urbem quasi derelictam fugientes dimiserint, ex hac urbe memoratu digni fuere, Alexan. pon. Ro. qui à Fede. Barbarosso multas perturbationes pertulit. Pius secundus pon. eximie eruditus, qui urbem, tum dignitate, tum literarum elegantia plurimum exornauere, sed & Bernardinus & Catharina ordinis tertii prædicatorû eam cumulatius illustrauere. Ornatáque fuit Sena Gerardo summo theologo ordinis fratrum Eremitarum sancti Augustini, qui librum sententiarum quàm accuratissime explanauit, ac Hugone medico & philosopho præstantissimo, quia in philosophia plurima scripsit, necnon & Federico iurium consultissimo, qui & ea in doctrina consilia plurima dereliquit.

Sena

Alexā. papa

Pius papa

Sācta Catharina

Hugo medic9

Perusium siue Perusia nobilissima ac uetustissima Hetru. ciuitas olim primaria, sed nûc tertia inter Hetruscas ciuitates annumerata ab Athen. seu Achæis, pro Varronis, Papiæ, Bēziúque ac Iustini sententia ante urbem conditam initium sumpsit, alii autem Troianû quēdam principem nomine Perusium, eius urbis conditorem affirmant, & ex suo nomine Perusium siue Perusiam nominauit, quam Romani post mortem Alexandri magni, qui fuit annus.24. supra trecentesimû ante Christi aduen. L. posthumii consul. uirtute post ingentes clades acceptas, in deditionem acceperunt, qui incolis modoadductis mirifice ædificarût, & Iulio Cæsare deinde mortuo, Octauian. Augus. & Luci. Anto. & Marc. Anto. fratrem adeò in ea obsedit, quámque post intolerabilem famē à Perusinis perlatam tandē cepit & destruxit, sed factus monarcha eam & mœnibus & portis nunc extantibus statim refecit & communiuit, & à suo nomine Perusiam Augustam appellari uoluit. Eius autem direptionis causam. Liui. lib.125. scribit, est itaque Perusia omni ex parte tota montuosa, siue agrum siue urbis situm inspicias, cuius loci conditio ea est, ut nec quicquam munitius, nec certe amœnius inueniri possit, nam præruptis undique rupibus aucta, ita inexpugnabilis est, ut nullus quasi egeat defensionib9, & licet plurimæ apud Perusinos olim extiterint intestinæ seditiones, & tyranni nonnunquam eos oppresserint, nûc tamē libera est, & optimis eruditissimisque uiris ac legibus instituta, in ea sunt templa permagnifica, ornatissima religiosorum

religiosorum monasteria,excelsa ciuium palatia,amplissima pauperum hospitalia, gymnasiũ celeberrimum. Forum cum insigni fonte amplum & porticus ac uiridaria optime arboribus consita,eius ager olei,uini,croci,& suauissimorum omnifariam fructuum feracissimus est,in eo Transimenus lacus est optimorum piscium abũdantissimus,ex quo singulis annis ponti.maximo prouentus magni proueniunt,celebris plane locus Flaminii Romanorum Consulis clade & Annibalis Pœni uictoria,hanc Gothi per septem annos durissima obsidione prementes,tandem non sine maxima suorum cæde obtinuerunt, & quum funestissimas occisiones edidissent,eam maxima cum sæuitia incenderunt,in qua quidem strage beatus Herculanus huius inclytæ urbis episcopus,& ipse mortẽ pro Christi nomine quã humilimẽ pertulit,cuius quidem corpus post abscisionem capitis,post quadragesimum autẽ diem ita unitum atque sanum inuentum est,ut beatus Grego.papa scribit,ac si nulla ferri incisio eum tetigisset. Perusini patrum nostrorum temporibus, legibus & equestribus certaminibus adeò mirifice claruere,ut futuram uictoriam cuncti inde sperarẽt,unde Perusinus pugnaret equitatus,& in prouerbiis iam deductum fuerat, Perusinum siue brachium abdidit,quum operi manus imponebatur,in legibus uero hi clarissimi extitere,Baldus,Angelus,& Petrus germani iurium ciuilis,& pontificii principatum obtinentes. Sed & Cynꝰ consultissimus ante eos Perusinus extitit. Nostris uero tẽporibus in ea floruere Benedictꝰ cognomento Capra,Bargius,& Ioannes Petrucius,& Sallustius,ac alii complures. Et inter cæteros iureconsultos dominus Philippus,qui de appellationibꝰ accuratissime scripsit.

Aretiũ ciuitas Aretium Thusciæ ciuitas uetustissima quidem & olim inter primas Hetruriæ ciuitates annumerata,à Græcis temporibus iudicum Israël condita fuit,à Perusia quidẽ urbe.cccc. stadiis distare uidetur,quæ temporibus Romanorum adeò opibꝰ uiribúsque magnifica & opulenta euasit,ut eam solam quondam.P.Sci.ad bellum proficiscenti.30. mil. scutorum pollicitam esse,galeas totidem,Pilagesa hastas longas mil. 50. summámque parem cuiusq; generis numero expleturam,& alia multa quantum in.50.longas naues ad alendos milites opus esset,ea quippe tantam ad id punicum bellum expeditionem contulit,quantum uniuersa nedũ Hetruria,sed quasi Italia uix hodie posset efficere,hoc enim Liui.in.z.lib.belli Punici contestatus est. Fuerúntque Aretini præter potentiam maximam,etiã duabus rebus,quibus præcipue honor & fama acquiritur.s.militari gloria & literarũ studiis semper insignes,multos enim ipsa ciuitas nobiles & egregios in re militari habuit,uerum nunc tyrannide pressi,segnitiẽ cum paupertate complexi sunt. Aretinus enim ager multos habet lacus,qui propter piscium abundantiam non parum emolumenti urbi afferunt,frugũ quoque feracissimus est,& saxorum opibus non ignobilis reputatur, multas enim calamitates & uastationes & direptiones per Gothorum & Longob.tempora passa fuit, & murorum apertione immunitam per annos multos stetit,sed anno domini.1330.Guido Petramalensis eiusdem ciuis episcopus ac dominus,quem Io.zz.papa ob occupationem ciuitatis castelli, episcopali dignitate exauctorauerat,ipsam urbem muro cinxit,quem nunc habere dicitur,eiúsque uias dilatari & sterni fecit,eáque urbs cum nouissimis quasi temporibus uariis bellorum turribus quassaretur, tãdem Florentino populo parere compulsa est. In ea quippe persecutionum Christiani nominis tempestatibus,multi pro Christo martyrio coronati

S.Donatus sunt,inter quos gloriosus urbis antistes Donatus, sub Iuliano apostata,martyrii palmã accepit,qui inter cætera suæ sanctitatis opera,ut beatus Grego.lib.Dia.memi.fractum à paganis calicem ad missam orando restituit:plures enim hæc Aretina ciuitas literarũ studiis in omni genere præclaros protulit uiros,quibus ingeniis plurimum debemus. Leonar.uidelicet,Carolum doctissimos & sapientissimos,necnon & utriusque linguæ peritissimos, Benedictum,Franciscúmque fratres iureconsultissimos, quorum auxiliis ipsa Aretina ciuitas uidetur musarum domicilium patrum nostrorum temporibus extitisse,à quibus potissimum humanitatis & sapientiæ studia culta & amplificata fuere.

Beneuentum Aprucii uetustissima ciuitas,eodem tempore quo Ariminum colonia à Romanis,tes.Liui.14.deducta fuit,hanc enim Seruius à Diome.post Troiæ euersionẽ cõditam fuisse dicit,de qua Liui.lib.9. Ad Beneuentum,quod tunc Maleuentum.30.mi.Samnitum cæsa aut capta,Sulpitio & Petilio consulibus,hanc postmodum Totillas Ostrogotho

cho.rex destruxit, sed postquam Lõgobardorum duces eam instaurassent, & per ducentos annos cum summa gloria possedissent, Saracẽ montem Garganum tenentes illam spoliantes & eruentes, solo æquarunt. Fuerat enim hæc ciuitas in campestri loco condita, cui colles proximi erant fertiles, illis longe lateque frequentati.

Niceã etiam Græciæ Bithyniæ urbem primo ab Antigone rege cõditam, & à se Antigoniam cognominatam, eisdem temporibus cum Arimino à Lysimacho Macedonum rege ampliatam, ex uxoris nomine Niceam appellauit, cuius ambitus, ut Ptolemæus refert, stadiorum.15.fuit, in qua maxima synodus Constanti.magni temporibus fertur celebrata, eam enim Gotifre.à Turcis multis annis possessam abstulit, & postmodum male defensam Turci ætate nostra occupauerunt, ubi & nunc Christi nomen penitus deletum est, in ea enim Annibal Pœnus mortem obiuit, ex qua prodiere Xenocra.philosophus, Diony. dialecticus & Hipparchus ac Theodosius eius filii Mathematici, necnon & Cleophanes orator, Asclepius medicus, ac denique Dion philosophus egregius.

Xenocrates philosophus Cleophanes orator. Asclepius medicus Dion philosophus

Alexandria ciuitas Aegypti.

Alexandria autem Aegypti maxima ciuitas ante Christi aduentum. 20. supra. 300.ab Alexandro Magno, Iusti.lib.11.testante, intra spatium.17. dierum cũ.6. milibus murorum passibus condita fuit, cuius situs, ut Stra.scribit, chlamydis formam habuit, cuiusque latera, quæ in longum tendebant, circũscrebantur stadiis ferme.30. hanc uniuersam uiis distinctam ferunt, quibus equi & currus conduci possint, scilicet duabus latissimis, quæ plus iugero expanduntur, & sese medias ad rectos angulos secant: munitur, ut Iose.tradidit undique, aut incommeabili solitudine, aut importuoso mari, aut fluminibus, aut syluosis paludibus, pulcherrima quippe olim fuit, celeberrimáq; idolorum phana habuit, necnon & Christianorum templa adhuc extãtia celebrata sunt, multas quoque habuit regias, quæ & multam urbis partem occupabant, nam quilibet regum illam pro libito uoluntatis aliquo ornamento decorabat, & alii potentes atque alii excolebant insignibus, in ea siquidem Alexan.Magni corpus alueolo aureo sepultum fuit, quod postmodum Cochas Syriæ rex ex Syria profectus rapuit, quamobrem cito excidit. Hanc quum Romani lacerassent ac destruxissent, Traianus imperator instaurare fecit, & denique anno salutis nostræ.1230. Petrus quidam Cypri regis frater, natione Gallicus, classe instructa, cum Cathelanis & Gallicis suis inuasisset, urbem ingressus mediam diripuit, & incendit, & quãuis occurrentibus maximis Aegyptiorum copiis, fugæ se commiserunt, ingentem tamen prædam ditissima spolia reportauit, nec postea unquam coaluit, Aegyptiorum deinde reges sedem in Cariam posuere. Marcus enim euangelista huic urbi primo Christum prædicauit, & quum ibidẽ ab apostolis episcopus fuisset ordinatus, ecclesias ordinauit multas, quo mortuo, Amanus insignissimus eidem successit. Hinc in diuinis eruditissimi multi emersere uiri, quorũ de numero Philo.natione Iudæus fuit, qui multa utiliter scripsit. Clemens præsbyter, de quo insignia ferũtur scripta, Origenes præsbyter omnium excellentissimus, Antonius disertissimus uir, Dion.eiusdem episcopus insignissimus Origenis auditor, qui in synodis Cypriana & Aphricana epistola scripsit, Anatholius episcopus miræ doctrinæ uir, Pyrius præsbyter qui ob eius elegantiam nouus Origenes diceba tur, Athanasius etiam urbis episcopus, cuius libri aduersus gentes extant multi, Didymus cæcus qui plurima commentatus est, Maximus philosophus qui pro fide insignia edidit uolumina, Theophilus quoque ipsius episcopus qui aduersus Origenem scripsit, Timotheus præterea episcopus, qui ad Leonem imperatorem librum ualde utilem scripsit, ac demum Cyrus medicus ex philosopho monachus, uir dicendi copia peritus & alii innumerabiles.

Alexandria

S. Marcus euã. Philo Iudæus Clemẽs Orige. Athanasius episcopus Didymus philosophus Theophilus Timotheus episcopus

Antiochia Syriæ ciuitas olim Epiphane siue Beblata, ut Pli.lib.6.placet, appellata, post conditam Alexandriam anno.330.ante Christi aduentum à Seleuco Antiochi filio uno ex Alexan.principibus instaurata & ampliata, Antiochiam ab Antiocho patre appellari mandauit, quam & Orentes flu.diuidebat, hactenus etiam maximi precii quũ ciuitas esset, Nabuchodonosor rex Sedechiam Iudæorũ regem diu captum tenuit, in hac enim beatus Petrus apostolorum princeps.7.annis sedem tenuit, & Lucas euãgelista post Petrum.7.fuit episcopus, ubi etiam Actus apostolorum scripsisse dicitur, in ea quoque prima synodus celebrata

S. Petrus apostolus S. Lucas euãge. Synodus prima

lebrata fuit,ubi post fideles Christiani dicti sunt,patriarchalis quippe sedes fuerat.153. suffraganeos habuit,e quibus.14.metropolitani extitere. Verum Soldanus Babyloniorũ rex anno salutis nostræ.1267.nobis abstulit,& habitatoribus expulsis,colonias adduxit.

Laodicia quoque maxima olim Phrygiarum urbium ciuitas,& ipsa uno eodémq; tempore cum Antiochia à Seleucho rege condita fuit,quæ ex Mitridatis obsidione plurimum postea labefacta est, sed postmodum & loci bonitate,& quorũdam ciuium fortunatorum solertia ualde magnificata fuit,nam Hyro.quidam supra duobus milibus talentorum & aliis pluribus donis ciuitatem exornauit,postea Zeno orator,& Polemo eius filius multum incremento profuere, uerum quum eius regio multum cauernosa sit,terræ motibus concussa demum decidit.

Apamiam præterea minoris Asiæ urbem ab Nicanoris Selenei prædicti matre cognominata,per id tempus in ostiis Marsiæ conditam fuisse tradunt,quam etiam Marsiæ amnis intersecabat,hæc antiquitus insigne emporium fuit,secundas post Ephesum ferens laudes, & commune Italicorum Græcorúmque diu fuit hospitium.

Cornetum autem Hetruriæ ciuitas super paruo colle eiusdem nominis posita,& Tyrrheno mari ad tria pas.mi.propinqua.uiuente Iacob patriarcha, à Corintho rege Dardani & Isai patre condita,ex suo nomine Corinthus primum appellata fuit,dicente Virg.7. Aenei.lib.His ortus ut agris Dardanꝰ,Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes.Et subdit.Hinc illum Coriti Tyrrhena à sede profectum.Vnde Corynthi filius putatur Dardanus, hanc enim turrium frequentia,mœniũmq; superbia uetustissimã ostẽdunt,auctam uero traditur Tarquiniæ urbis uetustæ ruinis fuisse,qua ex Tarquinia Tarquinius rex superbꝰ natus est.

Luca ciuitas

Luca præterea Thusciæ uetustissima ciuitas à Græcis condita fuit,sed quando,comperttum non habemus,Romanorum enim coloniam fuisse constat,hanc autem inclytã fuisse ciuitatem,sicut & nũc memoriæ proditũ est,de qua Stra.li.10.sic habet.Luca urbs est quæ unà cũ regione uirorũ probitate floret.Et robur militare hinc magnum educitur & equitum multitudo,ex quibus senatus militares cepit ordines,de qua etiã Liui.lib.21.meminit dicens, Annibal in Ligures,Sempronius Lucã concessit.Hanc quoque Gothi,postquam à Narsete eunucho in Italia deleti fuerant, & eorum nomen exterminauerat, qui superfuerant,instaurauerat,& præsidium imposuerunt,ad quam quum Narses cum ingenti exercitu uenisset,septem mensibus oppugnauit,antequam ea potiri potuisset, multas enim calamitates,multósq; patronos per tẽpora hæc ciuitas pertulit,de quibus primo dicemus, sed à.50.annis citra,postquam in libertatem se uẽdicare studuit,uariis & multiplicibꝰ motibus per.20.annos magnas passa fuit calamitates,quæ tamen & ipsa Florentinum populũ eius ambientem principatum pariter afflixit.Hæc autem semper honestis uiris & præcipue mercatoribus ornata fuit.Genuit quippe Lucium tertium ponti.maximum,uirum quidẽ optimum,qui eam multis muneribus,tum diuinis,tum humanis ornauit,ab imperatore enim Fede.obtinuit,ut Hetrusci alia quàm Lucensi moneta nõ uterẽtur, imperatoria nota signata,uoluítq; idem ponti.canonicos sancti Martini eiusdem urbis, mitra episcoporum more uti posse. Alexandrum præterea secundum genuit,aduersus quẽ Lombardi episcopi Caudolum Parmensem autem papam erexerant.Hæc enim ciuitas Luca à luce dicitur, quòd longe relucebant propter inauratos clypeos,quibus eorum exornatæ erant turres. Diu enim mœnibus & turribus inclyta hæc ciuitas fuit.

Lucius papa

Alexã. papa

Treueris

Treueris metropolis denique Belgiæ prouinciæ ciuitas temporibus Abrahæ,anno uidelicet ante Christi aduentum.1947.Gotifre.Viterbiensi in histo. testante,à Trabeta Nini Assy.regis germano ex Assyria à Semira regina pulso,in Germaniæ cõfinibus cõstrui cœpta fuit.Nino quippe Magno impubere filio derelicto,Semira uxor priuigni Trabetæ suspitione ducta,eidem insidias parare cœpit,quam ob causam Trabeta etiam non lacessitus e regno cum magno Assyriorum agmine secessit,qui post multos errores multósq; uiarũ anfractus,in Belgiam Galliarum prouinciam tãdem peruenit,& haud longe à Rheno flu. loco feracissimo confidens,ibidẽ etiam loco natura munito, urbis huius fundamenta iecit,& à se Treuerim nominauit,quã postmodũ Iuliꝰ Cæsar cũ uniuersa prouincia traiecto Rheno flu.subiecit,cui & uice consulũ quæstorẽ dedit,qui usq; ad imperii inclinationem

ibidem

ibidem perstiterunt, ea quippe Treuerensis ciuitas semper opulentissima fuit, & inter .5. Belgiæ prouinciæ ciuitates, uidelicet Coloniensem, Maguntinā, Remensem & Prothoma gensem, principatum dignitatis & antiquitatis obtinuit, cuius quidem archiepiscopus potentissimus è septem electoribus imperatorum dignior habitus est. Huius enim urbis ciues nunc & moribus & ornatu, legibúsque ob mercatorum eo aduentantium frequentantiā & familiaritatem, admodum culti & humani referuntur, qui ob Germaniæ uicinitatem, Germanica utuntur lingua, & ab eisdem cultu & exercitu & quadam in bellis ferocitate non multum differunt. Nam inter Gallos singularis uirtutis habentur, & equitatu, ac pedi tatu plurimum ualere existimantur. Ibidem enim in tota Belgia legatus apostolicus constituitur, qui omnē iurisdictionem in omnes tanquam summus ponti. exercet, habens & collectores ueluti Romanorum quæstores, qui pontificis maximi decreta & censuras reuerenter exequuntur. Ea sane ciuitas à Valerio episcopo beati Petri discipulo, post Christi euangelium suscepit. Inde à beato Paulino eiusdē episcopo uiro sanctissimo illustrata fuit, qui & à Constantino imperatore ob catholicam fidem exilio relegatus, & usque ad mortē etiam extra Christianum nomen, mutando exilio fatigatus, ad ultimum apud Phrygiā defunctus, beatæ passionis coronā à domino percepit. Ibi etiam floruit Maximus episcopus, à quo Athanasius antistes persecutionem Constantii imperatoris fugiens, honorifice susceptus fuit. Habuit quoque ciuitas Nicenum episcopum totius sanctitatis uirū, & alios multos, quos breuitati consulentes, tam ipsos quàm reliquas ciuitates omittemus. Sed ad nostrum propositum reuertentes huic sexto uolumini iam finem faciemus.

S. Valerius
S. Paulinus.
S. Maximus.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER SEPTIMVS.



Lexander itaque moriens regnū suū inter .12. eius socios ipsemet partitus est. In qua diuisione, ut Iose. in .12. testatur, Phitoni maior, La doitianóque minor Syria obuenit. Antigono autem Philippi filio Phrygiam, seu Asiam maiorem, Seleucho uero Antiochi filio Babylonem & summam castrorum, Ptolemæóq; Lagi filio Aegyptum, atque seriatim & alia aliis assignauit. Huiusmodi tamē testamentaria partitio effectum sortiri nequiuit, eo quod ex ipsis quatuor tantum, iuxta Danielis prophetiam cap. 11. reliquis abiectis imperauerunt. Nam ipsa Danielis prophetia de Alexandri regno sic habet. Surget rex magnus, & dominabitur potestate multa, & faciet quodcunque placuerit ei, & quum steterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quator cœli uentos, sed non in posteriores eius, neque secundum potentiam ipsius, qua dominatus est, lacerabitur (inquit) regnum eius etiam in externos, exceptis his, & confortabitur rex Austri, & de principibus eius præualebit super eum. Ptolemæus itaq; Lagi filius, Philippus Alexan. Seleucus Canoris, & Antigonus soli regnauere. Ptolemæus uidelicet super Aegyptios, Seleucus super Syrios & reliqua orientalia regna. Antigonus super Asianos Lydos. Thraces & Hellespontiaci principatum tenentes, secundum diuisiones inter ipsos

Danielis prophetia.

sos post Alexandri mortem factas,aliquãdiu quieuere,sed Antigonus monoculus uir utiq; nequissimus fœdera prior uiolauit,propter quod multæ lites,cruentissimáque bella exorta sunt. Et iuxta(ut ita dixerim) Alexandri uaticinium,qui prædixerat se pene oculis suis ui dere,& quantum sanguinis post eius mortem fusura esset Macedonia in æmulationis certamine,quantisque cædibus, quóue cruore mortuo parentatura.

Ptolemæus — PTolemæus igitur Lagi filius primus post Alexandrum Magnum Aegyptiorũ rex anno.283. Iudaicæ captiuitatis,qui fuit cẽtesima quartadecima olympias, mortuo Alexandro Aegyptiis regnare cœpit,& regnauit annis.40.Hic cuiusdam Gregorii militis nomine Lagi filius fuit,qui sicut Iustinus lib.13.& .17. Epito.refert, sua uirtute patris humilitatem excedens,ex patriciis unus ab Alexandro Magno factus est,post cuius mortem Aegyptum,Aphricámque ac magnam Arabiæ partem,tam amplum successorib9 suis reliquit splendorem, ut ab eo sequentes Aegyptii reges Ptolemæi dicti sunt. Hic primum Epyrotarum regem,ideo populo Romano inimicum,quòd Samnitibus opem tulerat contra eos,in regnum suum restituit,unde à Romanis fuerat expulsus. Deuictóque Demetrio Antigoni filio Asiæ minoris rege,portionem regni Syriæ Seleuco restituit,quã Antigonus eisdem abstulerat,ac per legatos Alexandrinos à se missos sibi Romanorum amicitiam impetrauit,regno quoque suo Syriam atque Iudæam adiecit.Et dum non liceret Iudæis sabbato arma mouere,ascendens Hierosolymam sup specie sacrificandi,nequaquam Iudæis repugnantibus,crudeliter contra eos se habuit,& multos ex ea & de Garizi trahens,ad Aegyptum commigrauit,ac ibidem omnes uenditioni exposuit.Sicque à negociatoribus diuersarum nationum per uarios mundi angulos dispersi sunt Iudæi. Et ex his fuere illi,de quibus dicitur in Actibus apostolorum cap.2.quod conuenerant in Hierusalem uiri religiosi ex omni natione,quæ sub cœlo est.Hic Saluator dictus fuit,qui moriens Philadelphum filium reliquit regni hæredem. 4887 | 312

Philippus qui & Arideus Alexandri Magni germanus.15.Macedonũ rex,hoc ipso anno,quo & Ptolemæus Macedonibus regnare cœpit,& regnauit annis septem.

Syriorum regum hinc principium sumitur.

Syriæ quatuor — Syria autem Asiæ regio est,quæ,ut dictum est,ab oriente Euphrate fluuio,ab occidente nostro mari & Aegypto terminatur,à septẽtrione uero Armeniam & Cappadociã habet,à meridie Arabicum sinum,sed nota quod quadruplex est Syria,prima Mesopotamiæ Syria nuncupatur,quæ inter Tigrim & Euphratẽ est cõstituta,in qua Edissa urbs est,quæ & Rages nuncupatur,quam Nembroth filius Chus,teste Isydo.condidit,quando è Babylonia in Asiam transmigrauit,secunda est Cedes,siue Celosyria,in qua est Antiochia insignis ciuitas. Tertia Phœnicia dicitur,in qua Tyrus fuit. Quarta uocatur Syria Damasci, quia in ipsa est Damascus & mons Libanus.

Seleucus itaque unus ex Alexandri principibus ea in regione primus post Alexandrũ regnum obtinuit,sed statim Antigonus magnam regni partem inuadens, ipsum expulit, quam Ptolemæus prædictus post ipsius Antigoni obitum,deuicto Demetrio eius filio, eidem restituens,regnauit postmodum annis trigintaduob9. De isto Seleuco Appianus histo. Græcus de bello Syrico inquit. Seleucũ audio quum Alexandri famulus adhuc esset, per longum tempus equitanti pedes astitisse,quúmq; ex labore deficeret,apprehensa equi cauda,insequi perseuerasse,casu uero extremam aciem regii teli frontem eius perstrinxisse,statímque cruore effuso Alexandrum,quum tanto clareret diademate proprio,obligasse uulnus,& diadema ex cruore fœdatum esse. Ob hæc Alexandrum quasi uatem, inspecto eo, prædixisse ferunt,regem illum quidem futurum,uerum cum maximo labore regnaturum, quod & uerissimum fuit. Nam continuis laboribus usque ad octogenarios annos semper bellum gessit,in quo depugnans tandem extinctus est.Hic autem Seleucus multas urbes, uidelicet Antiochiam,Laodiciam,Seleuciam,Appamiam,Edessam,Beronicen, & Pellen in minori Asia condidit.

Onias Iadi pontificis filius,septimus Hebræorum pontifex,secundo anno regni Ptolemæi,patri in pontificatu succedẽs,sedit annis.17.Cuius dignitate & sanctitate leges apud Iudæos custodiebãtur optime,& ciuitas Hierusalẽ in omni pace habitabatur. Quapropter 4889 | 310

etiam

etiam gentium reges ipsam ciuitatem & templum summo in honore habuerunt, & maximis muneribus ornauerunt.

Samnitum regni finis.

4892 307 Samnites Italici anno.5.regni Ptolemæi, quum diutissime contra Romonos præliati fuissent. P.Cornelio Ruffino, & Curio Dentato consulibus superati, & in seruitutẽ adeò redacti, quòd ut Liui.ait.ruinam ipsorũ hodie in ipso Samnio quæratur, nec inueniri facile possit. Et tunc bellum quod in Samnitibus per annos.49.durauerat, sublatum est. Nec ullus deinceps intra Italiam fuit, qui Romanorum uirtutem fatigare præsumeret.

Agathocles Siculus tyrãnus his diebus, Eusebio teste, apud Siciliam insulam tyrannidẽ exercuit. Is nanque ut Plutarchus & Iustinus noster in.12.Epi.scribunt, ex humili sordidóque genere natus, patre uidelicet figulo, non honestiorem pueritiam quàm originem habuit, quia quum forma & corporis pulchritudine egregius esset, diu sui corporis stuprũ sustinuit, pubertate uero exacta, ad fœminas impudice se transtulit. Indéque ad utrúmque sexum probrosus factus, uitã etiam latrociniis infecit. Interiecto deinde tempore Siracusas concedens, gregariam militiam sortitus est, in qua nec minus tũc in seditiosa, quàm antea in turpi uita, in omne facinus promptissimus fuit, eo quòd & manu strenuus, & in concionibus perfacundus habebatur. Breui quoque ex Centurione Tribunus militum factus, primo bello contra hostes pugnans, magna suæ uirtutis dedit Siracusanis experimẽta, adeò ut in locum mortui ducis suffectus sit, cuius uxorem primo adulterio cognitam, post uiri mortem accepit in coniugem. Nec contentus quòd de inope repente diues factus esset, sed etiam piraticam aduersus patriam exercuit. Bis enim quum Siracusanum imperium occupare tentasset, bis in exilium actus est. Ac non multo post, non modo eidem pax à populo Siracusano data est, sed etiam Prætor fuit constitutus. Qui mox potentissimos quosque urbis nobiles & omnem senatum interfecit, ac etiam doctos & locupletes uiros occidit, post lectis militibus exercitum conscripsit, & contra Carthaginenses diutissime bellauit, & infinitos propemodum prostrauit, ad postremum uero in Italiam spe ampliandi regni traiecit, ubi quum deceptus fuisset, ob indignationem morbum cõtraxit, quo toto corpore comprehẽsus per omnes neruos pestifero humore cruciatus est. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotémque eius oritur, regnum unusquisque iam quasi mortui sibi uendicare uolens. Agathocles

Asiæ regnum hic incipit.

4893 306 Antigonus Philippi regis filius, & Alexandri frater anno.6.regni Ptolemæi, qui fuit olympiade.115.primus post Alexandrum in Asia regnare cœpit, & regnauit annis.10.&.8. Hic inter Alexandri Magni principes unus habebatur, uir certe superbissimus atque immanis, qui eas ob res (ut Iustinus in.13.&.14, Epito.lib.scribit) multa gessit bella, in quibus tãdem occubuit. Nam Alexandro mortuo Perdicam uirum strenuum, cui Alexander moriens tãquam hæredi suo delecto annulum suum tradiderat, & Eumenem eius fratrẽ, necnon Polypercũcta, ac alios multos aduersæ factionis duces interfecit, & multa alia iniquè gessit. Verum etiam quum à sociorum fidelitate diuertisset, & multa uiolenter abstulisset, Ptolemæus Aegypti rex & Cassander unà cum Lysimacho & Seleuco societate inita, terra marique omnibus copiis adunatis, bellum iustum & cum Antigono isto Demetrióque filio prælium committunt, in quo Antigonus ipse superatus & interfectus, Demetrius eius filius fuga sibi salutem petiit. Antigonus

Cassander Antipatri filius.16.Macedonum rex.7.regni Ptolemæi anno, defunctis Philippo, & Arideo Alexandri filiis, necnon & Olympiade Alexandri matre, quæ mortuo Arideo eius priuigno regnauerat parum, ipse regnum suscipiens regnauit annis.19. Hic uir bellicosissimus fuit, qui cum Olympiadem Alexãdri matrem cõfodisset, ne Hercules paruulus Alexandri filius, qui iam annos excesserat.14.paterni nominis fauore in Macedonicum regnum uocaretur, eum secreto modo unà cum Barsana matre interfici iussit. Hæc enim Barsana (ut dictũ est) Darii Persarum regis soror fuerat, quibus mortuis, eorum corpora obrui terra præcepit, ne sepulchrum eorum proderetur. Postmodum etiam alium Alexandri filium, cum Rosana matre pari fraude interfecit. Huic autem Thessalonica uxor quum esset, ex ea Antipatrum & Alexandrum filios suscepit. Cassander

Lysimachus Lysimachus prædicti Cassandri socius,& ipse unus ex Magni Alexandri principibus, hoc tempore,quum audisset quòd Antigonus & Ptolemæus Lagi filius, se reges populo nominari fecissent, sibi etiam unà cum Cassandro regiam maiestatem uendicauit. Nam usque in hunc diem,quāuis regias habuissent opes,nomina tamen regia sibi æquo animo cauerant. Hic quoque Lysimachus ex illustri Macedoniæ loco natus fuit,sed uirtutis experimentis(ut Iustinus scribit)omni nobilitate clarior extitit,quæ tanta in illo fuit,ut cũ magnitudine,philosophia,uirtúmque gloria omnes,per quos oriens domitus fuit,uicerit. Calisthenis nāque philosophi auditor fuit,quem quum postea truncasset,& sic truncatum in carcerem trusisset,eidem uenenum tandem in calamitatis remedium dare fecit. Quod quũ Alexander Magnus audisset,ita ægre tulit,ut eum ferocissimo leoni obücì iussent, sed quũ ad aspectum eius leo concitus impetum fecisset, Lysimachus manum hamiculo inuolutam in leonis os immersit,arreptāq; lingua feram interfecit. Quo audito rex propter uirtutis cõstantiam eum postea chariorem habuit. Atque ita Lysimachus hic ingenti animo contumeliam regis ueluti parentis tulit. Quod quidem auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit,sed & post mortem Alexandri(ut dictum est) quum inter successores eius prouinciæ diuiderentur,ferocissimæ gentes quasi omniũ fortissimo ei assignatæ sunt,quòd omnium consensu uirtutis palmam inter cæteros ferret.

Machabæorũ historia Machabæorum historia,ut Eusebius testatur,hic incipit,& hinc Græcorum regni supputat tempora,quorum librorum auctoritas inter diuinas scripturas non recipitur, licet ab ecclesia propter quorundam martyrum mirabiles passiones,pro canonicis habeantur. 4894 305
Qui scilicet martyres,ante incarnationem filii dei,pro lege dei usque ad mortem grauissima tolerauere tormenta,quod etiam diuus pater Augustinus.18.lib.de Ciuitate dei cap.36. testatus est. Dicuntur autẽ Machabæorũ libri seu historiæ,qui prælia Machabæorũ fratrũ à Iuda Machabæo cognominatorum contineāt. De quo in primo libro eiusdem tituli prænotato,cap.scilicet.3.dicitur. Surrexit autem Iudas qui uocabatur Machabæus qui interpretatur protegens uel protector,quia protexit castra Iudæorum gladio. Et nota quòd licet Machabæorum libri dicantur,tamen secundum historiæ ueritatem unus tantum sunt, & non duo libri,quia in secundo non fit historiæ prosecutio,sed prosecutæ recapitulatio.

Fabricius Romanorum Consul uir sane fidelissimus atque continentissimus, sicut Boëtius in secũdo de Consolatione cap.7.testatur,dicens. Vbi nunc fidelis ossa Fabricii,his tẽporibus apud Romanos propter multas eius uirtutes,clarissimus & ornatissimus habetur. De quo sic fertur,quod quum Romani eum ad Pyrrhum Epyrotarum regem,pro redimẽdis captiuis suis,legatum misissent, Pyrrhus sciens illum esse pauperem, quartam regni sui partem adiecit,si ad ipsum transiret. Qui Pyrrhum & eius pollicitationem contempsit,dicens,se malle pauperem in diuite , quam diuitem in paupere. Quod audiens Pyrrhus ingenti admiratione tentus est,& restitutis captiuis,confestim legatum misit, qui cum Romanis de pace ageret,interiecto autem anno Fabricius dux contra Pyrrhum à Romanis missus est. Quem quum Pyrrhus diu auro tentasset in amicitiam suam allicere, Fabricius repulit aurum dicens, Romanos non quærere diuitias,sed ut diuitibus imperent. Tũc quoque quum rex & Fabricius castra haberent uicina,Pyrrhi medicus noctu ad Fabricium uenit,promittens ueneno se Pyrrhum necaturum, si sibi aliquid polliceretur,quẽ mox uinctum Fabricius ad Pyrrhum subridens perduci iussit, cum doli denunciatione. Quam ob causam rex admiratus ait,ille ipse est Fabricius,qui difficilius ab honestate quàm sol à cursu suo auerti potest. Prædicabilis nāque inter cætera fuit huius Fabricii continentia, quæ non modo inter ciues suos spectata,sed ipsi quoque hosti stupori fuit. Ideóque moriens nihil in hæreditate præter famam eum reliquisse fertur,propter quod senatus Romanus sua liberalitate eius filiam dotatam coniugio tradidit.

Res mirabilis

Tarentinorum bellum contra Romanos hic incipit.

Tarentini populi qui in extrema parte Italiæ sunt,anno decimonono regni Ptolemæi, quum Romanorum legatos dehonestassent,à Romanis bellum susceperunt. Quod per annos multos porrectum est. Tarentini autem Pyrrhum Epyrotarum regem(iam dictum) confestim

confestim contra Romanos in auxilium popoſcerunt. Qui mox cum octo peditum, & ſeptem equitum milibus in Italiam uenit. Romani autem contra Pyrrhum P. Valerium Lęuinum conſulem miſerunt. Qui quum quoſdam Pyrrhi exploratores cepiſſet, mandauit eos per caſtra duci, oſtendique omnem Romanorum exercitum, ipſóſque poſtmodum dimitti, ut renunciarent Pyrrho, quæ cum Romanis agerentur, paulopoſt pugna commiſſa, Pyrrhus elephantorum auxilio uicit, quos Romani incognitos extimuere, atque ita ex Romanis eo in prælio.1800. capti fuere, quos ſummo Pyrrhus tractauit honore, multóſque defunctos honorifice ſepeliuit, quos, ut Eutropius refert, quũ ex aduerſo uulnere iacere truci uultu cerneret, confeſtim erectis manibus, ait, ſe orbis dominum fore potuiſſe, ſi tales ſibi milites contigiſſent. Deinde Romani. P. Sulpitium, & Decium contra Pyrrhum conſules miſerũt, qui certamine inito, Pyrrho uulnerato, & uiginti elephantis interfectis, multa hoſtium milia ceciderunt, cæſis tantum quinque Romanorum milibus: interiecto deinde anno Romani Fabricium iam dictum conſulem miſerunt, ſed Pyrrhus Fabricii impetũ nequaquam ſuſtinere confidens, Romanorum beniuolentiã donis mercari tentauit, unde & regias opes Romam tranſmiſit, ſed neminem inuenit, cuius domus muneribꝰ pateret. Nõ dum enim auaritia Romanos inuaſerat, timens itaque rex in Siciliam ſe tranſtulit. At Fabricius deuictis Lucanis, & Samnitibꝰ, Ro. regreſſus triumphauit, poſtmodum Curius Dẽtatus, & Cornelius Lentulus aduerſum Pyrrhum conſules miſſi ſunt, qui ſtatim, cæſo Pyrrhi exercitu, illum Tarentum fugere compulerunt. Eo nãque die Romani ex Pyrrhi & Tarentinorum exercitu, quatuor & uiginti milia ceciderunt, et Curius Romam regreſſus de Tarentinis triumphauit.

Pyrrhꝰ rex.

Innocẽtia Romanorum

Simon cognomento Iuſtus Oniæ pontificis filius, octauus Hebræorum ſummus pontifex, mortuo patre, hoc ipſo anno pontificatum accipiens, ſedit annis.16. Hic propter pium cultum, & iuſtum regimen, pronãmque in ſuos ciues clemẽtiã, Iuſtus cognominatus fuit.

Demetrius qui & Polycrates Antigoni regis filius, ſecundus Aſiæ rex.22. anno Ptolemæi regnare cœpit, & regnauit annis decẽ & ſeptem. Cuius uitam Plutarchus optime deſcribit. Hic dum inter Antipatrum, & Alexandrum Caſſandri Macedonum regis filios cõtentio de regno ſuborta eſſet, ſpe inuadendi eorum regni, Alexandro petenti auxilium tulit, ſed dum inter fratres reconciliationem præſenſiſſet, per inſidias Alexandrum interfecit, & Macedoniæ regnum occupauit. Inſtructis deinde omnibus Macedoniæ uiribus, quũ totam Aſiam occupare ſtatuiſſet, Ptolemæus & Seleucus atq; Lyſimachus ſocietate inita, bellum aduerſus Demetrium in Europam tranſtulerunt, ſed Demetrius à tot circũuentus exercitibus, quum poſſet honeſte mori maluit, quàm ſe turpiter Seleuco tradere.

Demetrius

Antipater, & Alexander Caſſandri Macedonum regis filii.26. regni Ptolemæi anno, mortuo patre regnare cœperunt, & regnauerunt (teſte Euſe.) annis quatuor. Horum Antipater matrem Theſſalonicam occidit, licet deprecatoriis uerbis uitam deprecaretur. Cauſam autem parricidii, Iuſtinus noſter in.16. Epitomatum hanc fuiſſe dixit, quòd poſt mortem mariti, in diuiſione regni fuerit Alexandro propenſior, quod eo grauius facinus uiſum eſt, quod nullum maternæ fraudis ueſtigium foret. Quamobrem Alexander in ultionẽ maternæ necis, geſturus bellum cum fratre, à Demetrio prædicto auxilium petiit. Antipater autem à Lyſimacho eius ſocero opem poſtulat. Quũmque Lyſimachus genero ſuo Antipatri perſuaderet, ut mallet cum fratre Alexandro in gratiam reuerti, quàm paternum hoſtẽ in Macedoniam admitti, Alexander à Demetrio interfectus eſt, occupatóque regno Macedoniæ apud exercitum ſe excuſauit, dicens ſe primo ab Alexandro uocatum fuiſſe, & ſe uindicaſſe de nece patris, quam non potuerat exigere de extinctione domus regiæ in ipſo interfectore patre Caſſandro. Quibꝰ uerbis quũ populũ mitigaſſet, Macedoniæ rex appellatus eſt, & Antipater ex ſoceri conſilio regno ceſſit, & tunc Demetrius duo ſibi diademata impoſuit, Aſiæ.ſ.& Macedoniæ, regnauítque ibi annis ſex, & uaſtauit Samaritanorum urbem, quam Perdica conſtruxerat.

Antipater

Viri doctrinis excellentes.

Menedemus Erethrienſis philoſophus, his tẽporibus teſte Euſe. clarus habetur, qui quũ militiã primũ exercuiſſet, poſtea ad Platonẽ cõcedẽs, illã deſeruit. Erat homo ætate & grauitate quadam celebris, & præcipue auctoritatis maximæ in obiurgãdo. Erátq; magnanimꝰ

Menedemus.

& liberalis. Corporis in eo sene ut in iuuene status erat. Ath'etæ instar firmus & ualidus atque adustus, amabat poetas, maximéque studebat Homero. Hic quum primum ab omnibus ludibrio haberetur, postea tanta admiratione effulsit, ut ei ciuitatis gubernacula traderentur. Et quum ob calumniam ad Antigonum prædictum proficisceretur, nec induci posset, ut patriam eriperet, septem dies cibo abstinuisse ferunt, & sic.73.uitæ suæ anno animã exhalasse. Fuit quoque alius Menedemus Caloti Lampsa.

Theophrastꝰ — Theophrastus Cresius philosophus, per hæc tempora insignis celebratur, qui Platonẽ primo, Ceni discipulus, post Aristo. audiuit, uir quidem summæ prudentiæ, singularisque studii atque admirandi eloquii, adeò ut quum antea, te. Laër. & Boëtio super li. Perihermenias, illi tyranno nomen esset, ob diuinam eloquentiam Aristoteles Theophrastum illum uocitauerit, ad eum audiendum quum doctissimus & eloquentissimus haberetur, ut Pamphilus in.22. Commentariorum suorum li. refert, duo milia discipulorum accedebant. Inter quos Nichomachum Aristotelis filium habuit discipulum, & Menandrum comicum

Sententia preciosa — instituit. Quibus discipulis hoc iugiter proferebat uerbum. Filii tempus sumptus preciosissimus est. Obiit denique quum esset ætatis annorum.85. Ex cuius sententiis una hæc preciosissima fuit. Amici fides coagulum est amicitiæ. Amico exhibere ea te decet, quæ tibi ab eo exhiberi uelles. Hic circa trecenta librorum uolumina edidit.

Menander — Menander itaque poëta Comicus prædicti Theophrasti discipulus, hisdem temporibus, Eusebio teste, primam fabulam cognomento Orgen superat, de qua Ouidius de Tristibus sic ait. Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri, Et solet hic pueris, uirginibusque legi. Hic uel unus, ut Quintilianus libro octauo de Institu. oratoria ait. Meo quidem iudicio diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus efficienda sufficiat. Ita omnem uitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Hæc ille. Propter quæ Ouidius putauerat illum

Sententia — perpetuo duraturum, quum de illorum libro sine titulo dixit. Dum fallax seruus, durus pater, improba lena Vixerit, & meretrix blanda, Menandrus erit. Huius autem hæc fuit sententia, quæ & apostoli Pauli ad Corinthios. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Philemon poëta Comicus hac tempestate floruit, & in comediarum certaminibus persæpe Menandrum superauit, quanquam ille doctior fuerit. Hic Valerio in tertio testante, ex inordinato uisu, quo captus fuerat, uidendo asellum ficus comedentem, mortuus est.

Demetrius — Demetrius Phalereus, cognomento philosophus Theophrasti discipulus, per hoc etiã tempus floruit, qui ut Cicero ait in primo scilicet Officiorum libro. Disputator subtilis, & orator parum uehemens fuit, dulcis tamen. Hic quum apud Athenienses ob eximias eius uirtutes decem annis præfuisset, trecentis &.60. æreis statuis honoratus fuit, eo quòd ciuitatem quàm maxime redditibus & ædificiis plurimum auxerit. Absens postea à quibusdam inuidis non solum sententiã de morte passus est, quin & illius imagines dirutæ, partim uenditæ, partim subuersæ, ac partim in frusta confractæ sunt, una tantummodo in arce seruata. Demetrius autem ubi compertum habuit Athenienses suas euertisse imagines, ait, uirtutem non euerterunt, cuius gratia illas erexerant. Dicebat Demetrius hic tantum in republica

Demetrii.14. fuerunt — ualere eloquentiam, quantum in bello ferrum, et ut ex diuersis collegimus monumentis, multi enim fuere Demetrii. Vnus fuit ex Alexandri Magni ducibus, de quo hic paulo ante diximus, qui occiso Alexandro Cassandri filio, regnum Macedonicum obtinuit. Alius fuit Philippi Macedoniæ regis filius, qui cum Romanis plurima gessit bella, de quo Liuius libro decimo de bello Macedonico, Iustinus in.32. scripsere. Alius fuit Seleuci filius, & Antiochi Epiphanis frater, alius Calcedonius orator, alius statuarius, alius Aspendius Apollonii discipulus, alius Calautianus, qui de Asia & Europa.20. scripsit libros, alius etiam Bizãtinus, qui Gallorũ aduentũ ex Europa in Asiã scripsit, alius Atramitenꝰ grãmaticus appellatus Ixiõ, quia Iunonẽ iniuriis in aliquo affecisse uidetur, alius Cyreneus grãmaticus ma-

Cyreneus — gni precii uir, aliꝰ Sepiꝰ uir diues & studiosus, alius Erithreꝰ grãmaticus, aliꝰ Bithyniꝰ Panetii Rhodii filiꝰ, alius orator Smyrneꝰ. Et hi oẽs prosa scripsere, alii quoq; poëtica scripserũt, ex quibꝰ unus ueterem comœdiã scripsit, alius Epicureus, qui contra inuidos scripsit, alius

alius ex Tharso Satyricus,& Phalereus qui est.19.ut Laërtius tradit.

Theodorus Atheneus hoc tempore,Eusebio teste,floruit.

Victoria Romanorum prima de Carthaginensibus.

Anno.30.regni Ptolemæi Lagi filii,quum diuulgatum esset apud Tarentinos Pyrrhũ
4917 289 ex humanis decessisse,noua arma contra Romanos sollicitauerunt Tarentini à Carthaginẽ sibus auxilia postulantes.Sed(ut Liuius scribit)Carthaginenses statim à Romanis uincuntur,& quãuis hostes nondum iudicati,tamen à Romanis se posse superari senserunt.

Lysimachus huius nominis secundus.30.Macedonum rex.33.Ptolemæi anno, pulso
4920 279 & interfecto Pyrrho,qui in Macedonia.7.mensibus regnauerat,& ipse regno occupato, regnauit annis quinque,post quem.31.Ptolemæus cognomento Ceraunos anno uno,post hunc.32.Meleagrus duobus mensibus,post quem Antipater.33.diebus.42.regnauit, post quem Sostenes.34.annis.2.post quem Antigonus Gognatas.35.regnauit annis.36.

Eleazarus Symonis iusti frater,anno.35.regni Ptolemæi,Simone fratre mortuo,& Onia eius fratris filio adhuc paruulo,ipse sacerdotii principatum suscipiens, sedit annis.17. Quo pontificante Demetrius quidam Ptolemæo Philadelpho Aegyptiorum regi,quem bibliothecæ suæ præfecerat,dixit sibi nunciatum fuisse, apud Iudæos legem dei uiuẽtis ore editam esse,quam non nisi à dei cultoribus transferri liceret,subiiciensque quod Theopõpus ob eam causam cæcus effectus,& quòd pœnitens sanitati fuerat restitutus, dicebatq; illam figuris literarum,uel sermone Hebraico compositam, laboréque non modico fore transferendam.Quo audito,rex gauisus Demetrii sententia,scripsit huic Eleazaro epistolas,hæc fieri demandans,& illas cum preciosis muneribus per legatos misit.Iã enim Ptolemæus rex ad Aristeni amici & necessarii sui persuasionẽ,omnes quasi Iudæos qui in Aegypto seruiebant,liberauerat.Tenor autem epistolæ quam rex ad hunc Eleazarum misit, talis est,ut Iosephus in.12.testatur.Gentem tuam quæ secus nos erat libertate donaui,arbitrans deo esse iucundum,et quosdam militiæ nostræ assignaui,alios uero quorum fidem probaueram,in palatio meo constitui.Leges autẽ uestras in bibliotheca nostra ponere decreui.Bene ergo facies mittere nobis uiros seniores & doctos,qui ualeant earum interpretationem cautè nobis relinquere. Transmisi modo argenti centũ talenta pro immolationibus faciendis,& separatim ad catenas & ligatoria facienda.50.auri talenta,& gemmas sine numero ad artificum opinionem.Tu manda nobis,quæ ex eis fieri uolueris, quod gratius amplectemur.Rex autem unà cum epistola interpretibus receptis,in beniuolentiæ signum principi sacerdotum Eleazaro destinauit lectos decem cum aureis pedibus & conuenientem eis supellectilem,& calicem talentorum.30.Insuper & stolas decem, & purpurã & coronam decoram,& multa alia deo cœli deuouenda. Epistola Ptolemæi ad pontificem Iudæorũ

Septuaginta interpretes. Septuaginta interpretes

4922 277 Eleazarus uero ad regem mittens quod postulabat,ita scripsit.Ad interpretandum legem quam pro suis commodis accipere postulas,elegi uiros sex ex unaquaque tribu doctissimos quidem,quos dixerimus legem ferentes.Tuæ autem pietatis uel iustitiæ erit,ut post legis transcriptionem eam,ad nos caute cum portitoribus remittere. Nomina autem seniorum ab Eleazaro ad regem missorum exprimere opus non est. Quum uenissent ergo seniores.72.ex Hierosolymis ad regem in Alexandria,ab eo honorifice & benignissime suscepti sunt.Ostensóque regi legis rotulo, in quo literis aureis conscriptæ leges continebantur,& rex de codicibus percunctabatur.Quum uero reuelassent, & ostendissent mẽbranæ tenuitatem, uel incomprehensibilem eorum compaginem,rex miratus est, quòd ita fuissent compacta,atque ita eis gratias agens,singulos in singulis cellulis reclusit, mandans eis omnia ministrari,qui in.72.dies legem de Hebræo in Græcum transtulerunt, siquidem concordes in translatione eadem,quod ut diuus pater Augustinus.in.18.de Ciuitate dei cap.42.testatur,sine aliqua uerborum aut sensus dissonantia,illam transtulerũt, quam ab uniuersis Iudæis,qui tũc in illis reperti sũt locis,auditã & approbatam,Demetrius ad regẽ obtulit. Vidẽs ergo rex quæ gesta sũt,& relictis legibus & sensũ atq; sapiẽtiã seniorũ obstupuit & ad Demetriũ sermones fecit,quòd ita mira esset legislatio,quòd nemo neq; historiographus,neq; poëta meminisset ea. Et uocãs ad se interpretes gratias egit, & remi-

Ptolemæus Phila.

Inter- fit eos, donans unicuique optimas tres stolas, et auri talenta duo, & calicem unius talenti, pretes à & totum conuiuatorium, rogauitque eos ad se de Iudæa frequenter proficisci. Illi autem rege do edocto rege, de unius dei cognitione, & regni gubernatione, benedicentes eidem cum mu nati sūt neribus plurimis ad Eleazarum regressi sunt. Et licet postea alii sub nouo testamēto, ut infrà dicetur, fuerint translatores, qui de Hebræo similiter transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion, & quinta editio, cuius auctor ignorabatur, his tamē omnibus septuaginta hi interpretes præferuntur. Nouissimus omniū diuus Hiero. uir doctissimus, & triū linguarum cognitione clarissimus, eam ex Hebræo Latinam nobis fecit. Cuius literarum laborem, ut inquit Augustinus, quanuis Iudæi contendant esse cæteris ueriorem, ecclesiæ tamen Christi tot hominum auctoritati neminem iudicant præferendum. Hæc Augustinus ubi suprà.

Ptole. Phila. PTolemæus Philadelphus secundus Aegypti rex, anno. 323. Iudaicæ captiuitatis, olympiade autē. 124. Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis. 38. Hic quū Ptolemæi Lagi filius minimus esset, patris contra ius gentium ante mortem regnum cepit, cuius nō minor in accipiēdo fauor, quàm patris in tradēdo regno fuit. Et inter cætera, ut Iusti. tradit, patris & filii mutuæ pietatis exempla, etiam ea res amorem populi iuueni conciliauit, quòd pater regno publice ei tradito, priuatus officium regi inter satellites fecerat, omnique regno pulchrius, regis se esse patrem, duxerat. Hic quippe quum omniū scientiarum doctissimus esset, & Strabonē philosophum præceptorem habuisset, etiā legē Iudæorum interpretatus est, & bibliothecā illam toto orbe terrarum nominatissimam cōstruxit, quæ usque ad primum Alexandrinum cum Romanis bellū perdurauit. Hic famulantes in Aegypto, sicut prædiximus, Iudæos à seruitutis uinculo resoluit usq; ad centum uiginti milia, & eos in Hierosolymam remisit, & uasa uotiua Eleazaro pontifici pro diuinis scripturis habendis, Hierosolymā misit, quas in eadem sua bibliotecha collocauit. Huic Beronica mater fuit, cui à Philomene regis præfecto, ut testatur Pli. lib. ul. Na. hi. Topatium importatum fuit, quod illi mire placuit, eo quod ingentis precii & magnitudinis esset, ex quo postmodum uxori suæ nomine Asinoë statua facta fuit, quatuor. s. cubitorum, & sacrata in delubro, quod aureū cognominabatur. Ex qua suscepit Ptolemæum Euergetem & Beronicam filiam, quam Antiocho uxorem dedit, qui scilicet Seleuci filius erat. 4927 272

Centū uiginti milia Iudæi seruitu ti obligati sūt

Pharus turris toto orbe celebranda atque permaxima, hisdem temporibus, teste Plinio lib. trigesimosexto Na. hi. à Ptolemæo Philadelpho super quatuor cācris uitreis apud Alexandriam in mari condita est, ut scilicet nauigantibus in nocte lumen exhiberet. Quæ tam pulcha, támque insignis habita fuit, ut inter septem mundi spectacula connumerata sit. Illam tamen quidam alii ab Alexādro Magno, alii à Sostrato Gnidio extructā dicunt. Quæ fuit altitudinis passuum. 20. & palmis superabundabat. Et propterea Ouidius libro secūdo de fine titulo ad Ibin ostendit dicens. 4929 279

Quæ colis & Memphim palmiferámque Pharon.

Antiochus Sother Seleuci regis filius, secundus Syriæ rex, quarto regni Philadelphi anno Syriæ & Asiæ regnare cœpit, & regnauit annis. 29. ab isto reliqui Syriæ reges Antiochi cognominati sunt. 4930 269

Filialis pietas erga patrem Antigonus eius nominis. 2. cognomento Gognas. 35. Macedonū rex, quinto regni Philadelphi anno, post multas regum tempestates, Macedonibus regnare cœpit, & regnauit annis. 6. & triginta. Hic regno paterno è tyrannorum manibus sublato, in Syriā mox ubi Demetrium patrem audierat mortuum, cum multis nauibus adnauigauit, Sed quum prope insulas peruenisset, patris cineres (ut Plutarchus tradit) ad eum sunt delati, quos acceptos & aurata urna inclusos in puppi regiæ nauis in qua ipse degebat, collocari præcepit. Post hæc uero ipse cum omni classe uersus Corinthum nauigante, repente eidem multæ occurrerunt ciuitates, è quibus illi aliæ coronas, quas urnæ imponerētur, aliæ homines, qui lugubri ueste corpus honestarent, certatim mittebāt. Ferebatur quippe urna illa in magna eminentíque puppi, regia purpura & diademate ornata, multis astantibus luminibus circunspta, qui fulgentibus undique armis defuncti imperatoris memoriam renouabant. Aderant multi tibicines, inter quos etiam Xenophantes modulator elegantissimus, qui incredibili suauitate 4931 268

Xenophātes modulator

suauitate sacrum canebat carmen, atque ipsi remiges tanta cum iucũditate fluctus ciebãt, ut remorum pulsu Xenophantis cantibus respondere uiderentur, & flebilem concentum efficerent magna cum sonoritate coniunctum. Quum uero prope Corinthum in continẽti applicuissent, multitudo, quæ ad ea littora conuenerat, ubi Antigonum regem humilem abiectúmque, atque lachrymis perfusum conspexit, ingenti adolescentis misericordia commota, ululatum gemitúmque edidit incredibilem. Vrnam deinde cum omnibus ornamenmentis Demetriadem ciuitatem deferri præcepit. Illam quippe urbem à Demetrio sic cognominatam, populi ueluti propriam sedem habuerunt.

Bella Punica prima hic incipiunt.

4939 260 Anno quadringentesimo septuagesimoseptimo ab urbe condita, qui fuit duodecimus regni Philadelphi annus, olympiade, scilicet centesima uigesimaseptima, quum iam ubique clarum esset Romanorum nomen, & extra Italiam nondum mota essent arma, habito censu apud Ro. inuenta sunt ciuium capita ducenta uiginti duo milia & trecenta & triginta quatuor. Quo uiso à Romanis tunc primum susceptum est bellum contra Aphros pro Sicilia & Sardinia, contra quos Appius Claudius Quinti Fuluii consulis collega electus, in Sicilia ciuitate uictor de ipsis ab Hierone Siciliæ rege triumphauit, sequenti deinde anno Valerio Marco consule, Tarentini, Athenienses, & aliæ ciuitates multæ ab ipso uictæ, in Romanorum fidem deuenerunt, sequenti quoque anno, post Marcum Regulum & Luciũ Manlium consules, contra Hamilcarem Aphrorum ducem miserunt, quem etiam magna uirtute uicerunt, captis eius plurimis nauibus, aut fractis aut demersis. Tres de hinc alios Aphrorum duces deuicit Marcus Regulus, multis quoque occisis, etiam elephantes com plurimos cepit, septem & uiginti captiuorum milia Romã misit. Inter hæc in Asia apud fluuium Bragadã, serpentem immensæ magnitudinis occidit, cuius corium. 120. pedum longitudinis habuit. Romámque delatum aliquandiu cunctis miraculo fuit. Tunc Carthaginenses uicti pacem suppliciter petierunt. Quã cum Regulus nisi grauissimis conditionibus dare nollet, Aphri, accitis precario Lacedæmoniis, Regulum cum omni exercitu ultima pernitie deuicerunt, ita ut duobus tantum Romanis fugiẽtibus. 30. milibus occisis, ipse cũ quingentis captiuis in uinculis teneretur. Post hæc Marco Aemilio Paulo, & Seruio Fuluio Nobiliore consulibus, nauali terrestríque prælio ita Apbros superauere, ut ducentis hostium milibus occisis, captísque centum & triginta Elephantis, Carthaginenses Marcum Regulum Romam cum legatis suis mittere decreuerint, qui captiuorum permutationem imploraret. Marcus autem Regulus cum legatis Carthaginensibus Romam uenit, suscepto prius ab eo iuramento, ut si Romani permutationi non assentirent, Carthaginẽ rediret. Qui ut diuus pater Augu. primo de Ciuitate dei capitulo. 15. & . 24. & lib. 2. capitulo. 5. libróque. 3. capitulo decimoquarto, ac libro quinto, capitulo. 18. cum Romam uenisset, in senatu contraria legationi suæ persuasit, asserens non esse utile Romanis propter ipsum iam senem tot nobiles captiuos permutare. Quod & factum est. Vnde ipse Regulus Carthag. rediit, Romanis offerentibus & ad moram eum hortantibus. Sed quia iurauerat, redire prælegit. Aphri uero, eo suscepto, confestim eum in angusto ligno clauis acutis cõfixo incluserunt, ubi palpebris circuncisum usque ad mortem stare & uigilare fecerunt. Et ex hoc colligere possumus Romam inter primum & postremum Carthaginense bellum, in optimis moribus & concordia fuisse. Quod etiam Sallustius noster confirmat, dicens, huius causæ fuisse Carthaginensium metus. Et ideo Scipio ille Nasica nolebat omnino Carthaginem euerti, ut eius metus in bonis moribus, atque concordia Romam teneret. Nam post Carthaginis euersionem, de optima facta est pessima, quia boni eius mores torrentis morepræcipitati sunt.

Census magnus Romanorum

Regulus consul capitur

Victoria Romanorum

Regulus sæua morte occiditur

4951. 248 Antiochus eius nominis. 2 cognomento Theos, Antiochi primi filius, tertius Syriæ rex, anno. 23. regni Philadelphi Syriis regnare cepit, & regnauit annis quindecim. Hic Iustino teste quum haberet uxorẽ nomine Laodiceam, ex fœdere cum Philadelpho rege inito, qui aduersus eũ pugnauerat, ipsam repudiauit, & eius Philadelphi filiã nomine Beronicen duxit uxorẽ, ex qua nonnullos suscepit filios. Verũ post aliquod tẽpus quũ Laodiceã in uiri gratiã redegisset, non immemor iniuriæ ab ipsa receptæ, ipsum Antiochum uirum suũ & Antiochus

filium,quem ex Beronica susceperat,ueneno sustulit, et quendã regiæ stirpis uirũ nomine Arthemonẽ, Antiocho simillimum dissimulandi sceleris causa,quem proinde quasi ipsum regem ægrum in lecto collocauit.Quúmque omnem ademisset populum,eius sermone & uultu consimili ipsum fefellit.Crediderunt nãque omnes,ab Antiocho moriẽte Laodiceã & eius natos sibi commendari.Sepulto uero Antiocho, Antiochum Galericum filiũ suũ regina Laodicea regem constituit. At Beronica filij priuationem grauiter ferens, confestim currum armata conscendit,& persecuta Ceneum satellitẽ crudelis operis ministrum, quem hasta frustra petierat,saxo prostrauit,ac super eius corpus,actis equis,inter infesta cõtrariæ partis agmina,ad domum in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur,perrexit.

Viri disciplinis excellentes.

Zenon — Zenon Stoicus philosophus hisdem temporibus,teste Eusebio,ob eius doctrinam plurimum cognitus est,qui inter cætera de perturbationum Sedatione libros duos composuit, item de Voluptate quatuor,de Diuitiis & Gratia unum,de hominum Visu unum,de Siccitate,de Antiquis regibus,& de Iis quæ laudantur.Ex cuius sententiis inter notabiles hæc memorabilis plurimum fuit.Sepultus apud te sit sermo,quem tu solus audieris. Anno autem.21.regni Philadelphi,uitæ uero suæ.80.inedia consumptus interiit. (Sententia mortalis)

Crisippus similiter Stoicus philosophus natione Elius,per hoc idem tẽpus unà cũ Zenone prædicto floruit,qui anno uitæ suæ octogesimo, librum adeò subtiliter composuit, ut ad ea quæ ibi conscripsit penitus cognoscenda,longa uita opus esset,sicut testatur Valeri.lib.8.Ex cuius notabilioribus sententiis hæc una celebris fuit.Sapiens nulla re eget,& tamen multis rebus illi opus est,& contra stulto nulla re opus est, nulla enim re scit uti, sed omnibus eget.Hi autem duo Stoicæ sectæ auctores, & inuentores fuerunt, quorũ sententia erat posse omnium perturbationem è mentibus hominum eradicari. Et hoc idẽ senserant ueteres Academici.Multæ nãque fuerunt Stoicorum sententiæ,inter quas hæ præcipuæ sunt.Id summum bonum esse,quod honestũ est.Nihil deesse ad recte uiuendũ ei in quo uirtus est.Stultus secũdũ eosdẽ omnia uitia habet,sed nõ in omnia natura pronus est. (Stoicæ sectæ inuentum)

Palæmõ philosophus — Palæmon Atheniensis philosophus hisdem temporibus agnoscitur, qui Laërtio teste, quum iuuenis esset, admodum lubricus & impudicus fuit,sed quum è condicto aliquando ebrius cum sodalibus Xenocratis scholam irrupisset,ubi eius de pudicitia orationem audiuit,ita seipsum collegit,ut dimissa luxuria,industria ac studio cæteros uinceret,eidémq; in schola succederet.Erat nãque hic à natura urbanus,adiuncta seuera constantia,nec quempiam sedendo,sed deambulando docebat.Et propter summum probitatis studium, in ciuitate semper honoratus est. Olympiade autem.127.uetulus ex hac uita migrauit.

Aratus poëta — Aratus Asianus poëta clarissimus hac tempestate, ut Eusebius scribit, floruit.Hic primo Odysseam Homeri à Zenone Stoico didicit,eruditúsque factus,apud Antigonũ Macedoniæ regem,quoad uixit,moram traxit,ubi cum Astrologiæ nõ ignarus esset,de Astrologia librum scripsit elegantissimum,dicente Cicerone libro primo de Oratore. Constat inter doctos homines,ignarum Astrologiæ,ornatissimis atq; optimis uersibus, Aratum de cœlo stellísque dixisse & conscripsisse. 4733 246

Strabo — Strabo Lampsacenus philosophus eloquentissimus,Philadelphi regis præceptor,à quo & talentis trecentis donatus fuit,per hæc tempora claruit,qui in physica speculatione præ cæteris diligentius speculatus est:unde & Physicus per antonomasiam appellatus est.Scripsit autem de Regno libros tres,de Iustitia tres,de Diis,de Magistratib9 tres, de regia Philosophia,de Fortitudine,de Cœlo,& de multis aliis rebus. Fuerunt autem octo Strabones,primus Isocratis auditor, secundus hic ipse, tertius medicus, quartus historicus scriptor gestorum Philippi & Persæ,qui contra Romanos bella gessere, quintus poëta Epigrammatum,sextus antiquus medicus,septimus Peripateticus,qui moram traxit Alexandriæ. (Physic9 — Strabones)

Silphõ Megarensis philosophus hisdem temporibus floruit,hunc & imitatione & eloquentia,atque sapientia tantum alios præcessisse dicunt, ut parum abfuerit, quin omnis Græcia in illum intenta,in Megarã transisse diceretur.Ci.uero lib.de Fato.dicit illũ fuisse hominẽ acutũ,maximéq; suis tẽporib9 approbatũ.Qui quũ capta aliquãdo esset ei9 patria,

& omnibus

& omnibus eius bonis amissis, solus nudus euadens interrogaretur, an omnia perdidisset, respondit, omnia mea bona mecum porto, pectore enim illa non in scapulis se gestare dicebat.

4954 245 Crates Atheniensis Academicus philosophus Palæmonis prædicti auditor, eiúsque in scholis successor, his temporibus, teste Eusebio, floruit, hi nāq; magister & discipulus adeò se inuicē amauerunt, ut pro Laërtii sententia, eadem semper studia sunt cōsecuti, & mortui eodem sepulchro sepulti. Quos Antagoras in hanc sententiam uersibus adorauit.

Hoc tumulo Cratem ac Palæmonem conditos fatere,
Qui transis ô hospes uiros consensu animorum præcipuos,
Quorum diuino ex ore doctrina manauit,
Sacra utique mundicies sapientiæ adiuncta.

Habuit hic Crates discipulos memorabiles, inter quos fuere Archesilaus, Dion, & Theodorus.

Crates alter philosophus Thebanus fuit, qui etiam his ferme temporibus floruit, Diogenis discipulus, quem diuus Hieronymus scripsit magnum auri pōdus in mari iecisse, dicēs. Abi à me diuitiarum uenenum, nam uos potius mergā, quàm ego ipse à uobis demergar. Fuit autē antequā Cynicus fieret, uir quidē diues, qui nōnullos ex suis eum à proposito auertere conātes, baculo persequebatur. Obiit denique senex & admodum incuruatus, alii quoque multi extitere Crates, quorum unus orator ex Isocratis familia, alter uallorum effossor, qui cum Alexandro militauit, alius philosophus Peripateticus, alius Geometricus, alius poëta Epigrammatum, alius Academicus. Crates quinq;

Erasistratus Atheniensis medicus, secundū Eusebiū, his temporibus floruit. Hic quum ex Aristotelis familia natus esset, etiam eximius medicus euasit, qui quū Antiochū regem ex grauissimo morbo sanasset, à Ptolemæo rege eius filio, centum talentis donatus est, ut testis est Plin. lib. 29. Naturalis historiæ.

4956 243 Lycon Troadensis philosophus per hæc tempora clarus habetur, uir quidem eloquēs, in educādis, instruendisque pueris maxime idoneus. Dicebat enim necessario adiungi pueris pudorem, & laudis studium, uelut equis calcar. Fuit hic dum uixit habitu mūdissimus, & uestium incredibili mūditie, atque nitore. Et quum esset corpore fortissimo, pilæ ludo se exercuit. Tenuit autem scholæ principatum annis quadragintaquatuor, tandem fessus podagræ morbo, anno uitæ suæ. 74. interiit. Fuere & alii Lycones, primus Pythagoricus, secundus hic ipse, tertius uersificator, quartus Epigrammatum artifex. Lycones quatuor

Timon Apolloniates philosophus hac tempestate floruit. Hic dum iuuenis esset, multis obscœnitatibus se immersit, postea factus uir (licet egenus) repudiatis uitiis, in Calcedoniam iuit, ibíque philosophiam & oratoriam artem didicit atque exercuit, ob quæ charus Ptolemæo Philadelpho fuit. Scripsit autem diuersa poëmata, tragœdias scilicet sexaginta, comœdias triginta, & multas satyras. Fuit & alius Niceus philosophus, aliúsque orator studiosus.

Romanorum naufragium.

4957 242 Anno. 29. regni Ptolemæi, olympiade autem. 131. Romani. Gn. Seruilio, & . P. Sempronio Blæso Consulibus, secundum Eusebium & Liuium in sexto, cum ducentis sexaginta nauibus nauali prælio Carthaginenses superarunt, & multas eorum urbes ceperunt scilicet ex Libya, sed cum optimis spoliis redeūtes, naufragium ingens passi sunt, ubi adeò eas calamitates oppressere, ut senatus Romanus decreuerit, ab maritimis præliis se de cætero abstinere. Quo quidem anno argenteus nummus primum in urbe, secundum prædictos, signatus est. Argenteus nū mus primū Romæ signatus

4958 241 Manasses Eleazari pontificis patruus, decimus Iudæorum pōtifex, anno. 30. regni Ptolemæi principatum sacerdotii suscipiens, sedit annis. 32. De quo nil memoria dignum inuenimus.

Pax Romanorum cum Carthaginensibus.

4961 238 Romani Claudio pulchro, & . C. Iulio Cōsulibus, tertio & trigesimo regni Ptolemæi anno, à Carthaginensibus superati ex ducentis uiginti nauibus, quas in mari habebant, uix

cum triginta effugere potuere, quia nonaginta cum pugnatoribus captæ sunt & reliquæ demersæ,& unus Consulum fugiens,naufragio classem amisit. Ea quidem uictoria Aphri elati facti, sequēti anno in Italiā nauigantes,uniuersa littora peruagarunt,& multa damna Italis intulerunt, sed & uigesimotertio belli Punici anno. G. Luctatius Cōsul cum suo collega Aulo Posthumio, ex senatus mandato cum ducentis nauibus contra quadringentas Aphrorum pugnauit,uictórque euadens,septuaginta eorum cepit,&.32.demersit,atque.13.milibus occisis.32.hostium milia cepit, ex quo factum est, ut infinitum prope auri & argenti pondus in Romanorum potestatem redactum sit. Verum quidem ea in pugna ex classe Romanorum solum duodecim naues demersæ referuntur. Quo bello Aphri attriti pacem à Romanis petiere. Quæ hac cōditione cōcessa est, ut captiui utriusque suis redderentur,& Sardi Romanis deinceps parerent,sub his etiam conditionibus Carthaginenses pacem cum Romanis obtinuere, ut Romanis per continuos uiginti annos,tria argenti puri talenta persoluerent.

Hiero Siculorum dux & postea rex, his temporibus, ut Liui.scribit, in Romanorum amicitiam uenit. De quo Iustinus noster in.24.Epito.meminit,dicēs in eo fuisse pulchritudinem corporis,atque admirabiles uires. Erátque præterea eloquio blandus,in negocio iustus,& in imperio adeò moderatus, ut nihil ab ipsa sua iuuentute,nisi regnum ei deesse uideretur. Quibus dotibus ornatus à Siculis cōtra Carthaginenses primum dux constitutus,mox uictoria obtenta,omnium ciuitatum fauore Siciliæ rex creatus est. Iusti. ubi suprà multa commemorat, 4962 237

Parthorum regni principium, & primo Parthiæ descriptio.

Parthia nāque Asiæ regio permaxima est, & olim orientalis Scythiæ pars fuit, quæ(ut Ptolemæo placet)ab ortu Ariam habet,ab occasu Maldoranū mōtem, ad meridiem Carmanicam desertam, & à septētrione Hyrcaniam. Iulius autem Solinus Parthiam diuidēs, dicit habere à meridie rubrū mare,& claudi Hyrcano solo,Parthicúmque imperium conscribēs,diuidit in decem & nouem regna,&.11.superiora ab Armenico limite, & Caspio littore incipientia,ad terrā Scythicam porrecta concordia esse cum reliquis inferioribus. Strabo uero refert Parthorū loca optima esse & montibus clausa,sed montes frigidissimi cum sint,planitiē habent admodum calidā. Paruā tamen, idem Strabo Parthiam ab initio fuisse dicit,temporis successu auctam,Camesinámque, Cormā,ac totam fere regionē usq; ad Caspias portas & Argos atque Tapiros,quæ prius Medorum erāt, ad Parthos trāsisse, atque alia loca complurima, postea inter Parthos cōscripta fuere. Parthi autem bellaces sunt, & à Scythis ortum habuere, qui & propter præclara in bello facinora adeò claruere, ut finitimis semper aliquid ademerint, eorúmque imperium ita auxerint, ut uim Scythis multam attulerint. Eorum autem sermo ex Scythico Medóque commixtus est. Omnes quippe equitare & sagittare liberos suos magna industria docent,pugnántqne procurrentibus equis,ant terga dantes sæpe fugam simulant,ut incautiores insequentes habeant, signum hi in prælio non tuba,sed tympano dant,nec pugnare diu possent. De quibus Lucanus poëta sic ait.

Pugna leuis,bellúmque fugax,turmæqne uagantes,
Et melior cessisse loco, quam pellere miles.
Illita tela dolis,nec Martem comminus unquam
Ausa pati uirtus, sed longè tendere neruos.
Et quò ferre uelint permittere uulnera uentis.

His nāqne auri argentique nullns nisi in armis est usus. Vxores dulcedine libidinis singuli plures habent. Nec ulla adulterio delicta grauius puniunt,propter quod fœminis conuiuium uirorum non tantum interdicunt,sed etiam compescunt. Quare Macrobius dixit, Parthi cum concubinis,non cum cōiugibus conuiuia ineunt,tanquam has in uulgus prodire & lasciuire deceat,illas non deceat. Vnde Lentulus apud Lucanum libro octauo,eos adeò libidinosos dixit, ut reiecto naturæ pudore, cum sororibus filiísque misceantur, ait enim.

Tot fœmineis complexibus unum
Non laxat nox tota marem, iacuere sorores
In fratrum thalamis, sacratáque pignora matrum.

Sepultura autem istorum hominum, & maxime uulgi, aut canum aut auium laniatus est. Nuda demum ossa terra obruunt. Horũ ingenia timida, seditiosa, fraudulenta, procaciáq; semper in externos aut in domesticos motus inquieti, principibus enim suis non pudore, sed metu obediunt, in libidine proiecti, in cibis parci, fides dicti promissiq; nulla, nisi quatenus expediat. Hi Parthi primo Assyriis, postea Medis, deinde Persis, quarto loco Macedonibus, post uero mortem Alexandri Magni, ut supra dictum est, Macedones inter se ciuili bello cõtendentes, Eumeni se tradiderunt, eóque uicto ad Antigonum transiere, post hunc autem à Nicanore Seleucóque ac Antiocho possessi sunt. Demum his temporibus Arsace auctore à Macedonibus defecere, & hoc propter eorũ discordias. Nullum enim tam grande imperium, quod ciuilis discordia non euertat. Et propterea pulsis prædictis, primus ibidem regnauit Arsaces. De discordia nota

4967 235 Arsaces igitur prædictus, primus horũ Parthorũ rex. 133. olympiade, quæ fuit. 37. regni Ptolemæi annus, huiusce gentis imperium sumpsit, à quo postea reliqui reges Arsacidæ dicti sunt. Nam sicut Albani reges omnes à Syluio Aeneæ filio dicti fuerunt Syluii & Romani imperatores Augusti uocantur, Aegyptiiq; Ptolemæi, sic Parthiani isti Arsacidæ ab Arsace isto primo eorum rege, cuius originem Iustinus noster incertã esse dicit. Hic nãq; ex latrociniis uiuere solitus, accepta opinione, quod Seleucus à Gallis Asianus dictus esset, cum prædonum manu Parthiã ingressus, ibidem mox præfecto regionis oppresso, & ipsum imperium inuasit, & dominio aliquãtarum ciuitatum potitus est, paratóque grãdi exercitu, statim ab aduersariis se tutatus est. Quibus omnibus sublatis, libertatem huiusce gentis cõquisiuit, atque formam uiuendi uniuerso regno dedit, nam magistratus cõstituit, qui belli ac pacis uniuersi regni acta gererent. Ordinatóque optime regno, matura senectute discessit.

Arsaces huius nominis secundus prædicti filius, patre defuncto, in regno successit, qui aduersus Antiochum Seleuci filium cum cẽtũ peditũ milibus & uiginti milibus equitum exercitum duxit, contra quem tãta uirtute pugnauit, quod (ut Iustinus scribit) ad postremum in societatem eius deprecatorie reciperetur.

Priabacius Arsacis huius filius, tertius Parthorum rex fuit, qui in regno. 15. annis actis, decessit, relictis post se Maarde Mitridate & Phraate filiis, quorum maior Maardes Mardos bello domuit, & eorum regem suo subiecit imperio. Nec multopost, quãuis multos reliquisset filios, decedẽs fratrem instituit hæredẽ. Mitridates autem regno suscepto, mox aduersus Medos bellum gessit, uictoriáque potitus est, & uiribus auctus Phraatem germanum suum Mediæ regioni præposuit, & Helymeorũ gentẽ regno suo adiecit, imperiúmq; Parthorum à Caucaso mõte usque ad flumẽ Eufratẽ protulit, nec minor Arsace proauo suo gloriosa senectute decessit, relicto Phraate filio hærede. Qui quũ Antiocho regi bellũ inferre statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda reuocatus est, profectúsque aduersus Scythas, Hymerum quẽdam ad regni tutelam reliquit. Qui oblitus uicarii officũ, tyrannica crudelitate Babylonios, multásque alias ciuitates importune uexauit. Ipse autem Phraates, ducto cõtra Scythas exercitu, obtruncatur, in cuius locum Archebanus eius patruus cõstitutus est, qui & belli Thegariis illato, in brachio uulneratus, statim decidit, Mitridatésque filius succedit, cuius ob res bene gestas, Magnus cognominatus est. Verũ propter crudelitatem à senatu Parthico pulsus est. Cuius regnum quum Herodes frater occupasset, cõfestim cum exercitu Babyloniam, in quam Mitridates cõfugerat, iuit, & diu eam obsedit, qua tandem capta, etiam Mitridatẽ fratrem ibidem necari iussit. Deinde cum Romanis bellum gerens, Crassum cõsulem cum omni exercitu deleuit. Verum postea exercitus Herodis filũ, à Cassio Crassi quæstore, cum omnibus ducibus trucidatus est. Herodes autem quum filios ex uariis pellicibus haberet, ab uno eorum tandem interfectus est. Deniq; Tiberii Cæsaris tempore Germanicus Drusi filius & Caligulæ pater de istis Parthis clarum egit triumphum. Horum Parthorum breuis narratio



Ptole. Euerg. PTolemæus Euergetes Philadelphi prædicti filius, tertius Aegyptiorum rex, 4965 234
anno secundo.133.olympiadis,qui fuit trecentesimus sexagesimus primus Iu
daicæ captiuitatis,post patrē Aegyptiis regnare cœpit,& regnauit annis.26.
Hic in ultionem sororis Beronicæ, Antiochū Galericum, quam idem & eius
mater Laodicea regno priuauerat (sicut Iustinus lib.27.scribit) Syria, Cili-
cia,& Asiæ parte priuauit, & innumerabilia inde spolia exportans,inter quæ etiam deos,
quos Cambyses in Persas transtulerat,euasit.

Antiochus Galericus eius nominis tertius, quartus Asiæ & Syriæ rex, eo quasi anno 4966 233
quo & Euergetes regnare cœpit,& regnauit annis.20. Hic mortuo patre quum primum
in locum eius suffectus esset,hortāte matre, quæ prohibere debuerat,Beronicē nouercam
suam Aegypti regis sororem cum paruulo filio interfecit.Quo scelere perpetrato,& infa-
miæ maculam subiicit, & Ptole.bello se implicuit, quapropter multæ eius regni ciuitates
ipsius crudelitate commotæ,ab ipso defecere, Ptolemæóque se dedidere,quippe nisi Pto-
le.domestica seditione in Aegyptum reuocatus fuisset,totum huius Antiochi regnum oc
cupasset. Tantum illi odiū illud parricidiale scelus attulerat. Verūtamen Ptolemæus post-
modum illū occidit, duobus filiis, Seleucho & Antiocho Magno superstitibus derelictis.

Onias eius nominis secundus Simonis Iusti filius.11. Iudæorum pontifex, post Manas- 4967 232
sem pontificatum suscipiens, sedit annis.9.Hic Onias(ut Iosephus lib.12.ait)paruulus mē-
te, & pecuniis auarus existens, pro populo regibus uectigal, quod patres eius ex propriis
dabant.120.talenta pecuniarum non reddens,ad iram Ptolemæum commouit, & mittens
in Iudæam legatum, comminabatur multa mala inferre,nisi tributa acciperet. Nec prop-
terea Oniam propter eius auaritiam regis uerba flectebant. Vnde & Iudæi turbabātur,
quod audiens Iosephus uir inter suos nobilis, Tobiæ ex Oniæ sorore filius, inuito Onia,
ex consensu Iudæorum ad Ptolemæum accessit,qui non modo pacem cum eodem refor-
mauit,sed etiam propter eius ingentes uirtutes atque obsequia,illum ducem Iudææ & fi-
nitimarum regionum cōstituit. Is enim Onias, postquam prædictum tempus sedisset, de-
functus est, principatum sacerdotiī Simoni filio derelinquens.

Medio lanū capitur

Mediolanum cum tota Aemilia & Liguria à Romanis capitur.

His duobus.L.Cornelio Lētulo &.F.Flacco cōsulibus,Ro.intra Italiam cōtra Ligu-
res cispadanos bellum sumpsere,& primum cum Mediolanensibus & Liguribus pugnan-
tes,ad.23.millia interfecta sunt,&.5.millia capta, cum quibus Romam uenientes(ut Liui.
ait)triumphauere. Deinde ut idem refert haud multo post Aemilio cōsule cum.200.mil-
lia Gallorum cōtra Ro. Alpes transissent, idem cōsul cōtra eos cōgrediens.40.millia eo-
rum cecidit, & uniuersa Italia Romanis cōsensit, propter quod Aemilio à senatu decre-
tus fuit triumphus. Gallorum quidem(ut Eutropius scribit)animi feroces sunt,eorúmque
corpora in principio plusquam humana. Sed experimento deprehensum est,quòd eorum
uirtus, sicut primo impetu maior quàm uirorum est,ita sequēs minor quàm fœminarum.
Alpina(inquit) corpora albenti cœlo educata habent quiddam niuibus suis simile, quum
mox calore pugnæ statim in sudorem eunt,& leui motu quasi sole laxantur. Hi nāq;.M.
Bruto duce iurarunt non prius balteos se posituros,quàm Capitolium incenderent,quod
& factū est.Nam uictos eos,sicut Liui.tradit, Aemilius in Capitolio decinxit, & balteos
deponere coēgit, post aliquot autē annos iterum in Italia cōtra Gallos pugnatum est, &
id bellum finitum est regnantibus.M.Claudio Marcello &.Gn.Cornelio Scipione con-
sulibus,quia Marcellus ingentes Gallorum copias peremit,& intra multa Insubrium op-
pida,quæ idem cōsul ad deditionem redegerat, etiam Mediolanum florentissimam urbem
excepit,& grandem ex ea prædam Romam perducens de eis triumphauit.

Corsica ad Romanos defecit.

Sequenti anno,ut Liui.scribit,Carthaginēses cōtra Ro.bella reparare tentantes, Sar-
dos ad rebellandum subornarunt. Verum postea legati Carthaginensiū Romam ueniētes,
pacem impetrauerūt. Titus autē Mālius Torquartus cōsul factus,de Corsis triumphauit.
Quibus gestis Romani cum omnibus pacem habuerunt. Qua confecta, nullum deinceps
Romanis illatum est bellum, quod eis post Romam conditam semel tantum contigit,

Numa scilicet Pompilio regnante.

4968 231 Demetrius Antigoni regis filius.36. Macedonum rex,anno.3. Euergetis,Macedonibus regnare cœpit,& regnauit annis.10. Hic cum adhuc admodum puer esset,& pater suus cũ Spartis bellum gerens,uictoriã obtinuisset,decreuissetque etiã Atheniẽsibus bellũ inferre, ab Alexandro Pyrrhi regis Epyrotarum filio superatus, unà cum exercitu etiam regnum amisit. Sed Demetrius hic sumptis uiribus,patre fugato,non solum amissum Macedoniam recepit,uerũ etiam ipsum Alex. Epyri regem regno spoliauit. Tanta enim tunc erat militum nobilitas, ut reges uicissim,nunc exules, nunc reges uiderẽtur, quibus optime gestis sororem Antiochi Galerici duxit uxorẽ. Sed mortuo Alex. Epyri rege,repudiata prima procuratione Olympiadis matris Pithiam filiam suam duxit uxorem,& ob hoc gratia acquisita,iniurias filiorum Alexandri defendit,prior uero uxor, soluto matrimonio,ad fratrem Antiochum cõcessit,& eum in mariti bellũ impulit, sed post multa bella Demetrius hic uita decidit,Philippo filio paruulo relicto,cui Antigonum dedit tutorem.

4978 221 Antigonus eius nominis tertius, trigesimusseptimus Macedonũ rex, decimotertio regni Euergetis anno regnum accipiẽs,regnauit annis.15. Qui mortuo Demetrio prædicto, eius uxorem accepit in cõiugem,& se regem dixit,sed quũ ad id perficiendum plurimum laboraret, seditio maxima suborta est. Quo audito, Antigonus processit in publicum, & diademate in uulgus proiecto, illud alteri dari rogat, qui aut imperare illis nesciat, aut ipsi parere sciãt,se autem adhuc regnum inuidiosum,non quidem uoluptatibus, sed laboribus plenũ sentire. Postea uero populo beneficia sibi collata commemorat,scilicet quomodo sociorum defensionẽ uendicauerit,quomodo Dardanos, Thessalósque nimiũ exultantes de Demetrii morte compescuerit,& deniq; quomodo eorũ dignitatem non modo defensauerit,sed etiã auxerit. Quibus uerbis populus pudore permotus, illud recipere iubet. Sed tam diu illud recipere recusauit,donec de seditiosis sumptum est suppliciũ. Sumptóque regno cõfestim Spartanis bellum intulit,qui non solum pro illibata libertate, sed etiam pro omnium salute cõtra Macedones certauerant,utique Spartani non ipsi tãtum, uerum & cõiuges,liberíque magno animo fortunã tulere. Nemo quippe eorũ in acie saluti pepercit,nulla amissum cõiugem fleuit,quin & filiorum mortem senes laudabãt, patribus in acie cæsis filii quoque gratulabantur. Inter hæc Cleomenes Spartanorum rex,post multas hostium cædes, cum sibi tantum quatuor millia ex pugna superfuisse cõspexisset, ductis secum cõiuge ac filiis,in Aegyptum ad Ptole. cõcessit,à quo honorifice exceptus, diu in summa ipsius gratia uixit. Sed Ptolemæo Euergete mortuo,cuius filius ipsum cum omnibus suis interfecit. Antigonus autem hic, Spartanis cæsis,ab urbis direptione,milites prohibuit. Veniámque hiis,qui superfuerant,dedit, dicens se bellum cum Cleomene, non cum Spartanis suscepisse, cuius fuga omnis finita est ira. Nec multo post & ipse decidit, regno Philippo pupillo tradito. Benefi cia col lata cõ memo rat

Iosephus Iudæus uir bonus atque magnanimus, qui populum Iudæorum de paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas perduxerat, hoc anno postquam uiginti & duobus annis Syriæ & Phœnicis ac Samariæ tributa dispensauit,relicto Hyrcano filio defunctus est. Iose phus

Hyrcanus autem huius Iosephi filius, post patrem in dispensatione tributorum Pto. in Syriam & alias prouincias successit. Vir etiam ab ipsa pueritia mirabilis uirtutis atque ingenii,quem pater ex Pãtomina fratris filia suscepit. Qui quum adhuc.13.annũ ageret, demonstrauit maximam fortitudinem & animi prudentiam, adeò ut magnam fratribus suis excitauerit æmulationem. Pater autem suus uolens cognoscere adolescentis uirtutẽ,misit illum uiam duorum dierum in solitudinem, ad seminandũ cum trecentis iugis boum, cælans lora quibus ligarentur. Quod uidens Hyrcanus quoddam uirile excogitauit,& maius ætate sua,quia decem iuga occidere fecit,& carnes quidem bubulcis suis distribuit, pelles uero eorum diuidens lora boum fecit,per quæ boues ligarentur, & hoc modo seminauit terram, quam sibi pater seminandam commiserat, & ad patriam reuersus, ab ipso propter prudentiam,& mentis argutiã plurimũ dilectus est,tãquam proprius filius,propter quod fratres eius nimium cõtristabantur. Inde illo tempore quum Ptole. regi natus esset puer, Hyrca nus Io sephi fi lius Vide magnã pueri prudẽ tiam

&

& omnes Syriæ priores in Alexandriam, cum maximo apparatu ad celebrandum natalis pueri diem properarent, pater senio cõfectus ire prohibebatur. Recusantibus autem cæteris fratribus illo ire, Hyrcanus quasi adhuc puerulus se iturũ obtulit, dicens, etiam se in uia non multis pecuniis opus habere, modo in Alexandriam epistolam ad dispensatorem suum daret, quatenus ei pecunias præberet ad comparationem eorũ quæ optima uel preciosa posset inuenire. Qui Iosephus pater opinatus decem tantũmodo talenta sufficere ad sumptum regii muneris, scripsit dispensatori suo in Alexandria. Hyrcanus autem accipiẽs epistolam, Alexandriam perrexit, & illam dispensatori patris porrexit, & ab eo mille talenta expetiit. Iratus autem dispensator increpauit adolescentẽ quasi uolentem luxuriose uiuere, tũc adolescẽs furore cõmotus, dispẽsatorẽ in uincula cõiecit, propter quod dispensator dedit ei mille talenta, si à uinculis absolui debebat, acceptis uero pecuniis, emit cẽtũ pueros, & totidẽ puellas literas sciẽtes, & obtulit pueros regi cũ singulo talẽto, puellas au tẽ similiter reginæ cũ singulo talẽto. Quúmq; ad regis cõuiuiũ inuitatus discubuisset, ultimus omniũ in uiliorẽ locũ consẽdit, & in derisũ pueri, omnes cõuiuæ ossa ciborũ ante eũ ponebãt, ipse autẽ hoc uidẽs tacebat. Quúmq; uenisset rex in cõuiuiũ, cæteri ad regẽ dixe rũt. Vides domine rex quãta apposita sunt ossa Hyrcano, quæ carnibus expoliauit. Subridẽs Hyrcanus adolescẽtulus dixit. Ego domine mi rex canis nõ sum, qui semper ossa cũ carnibus deuorant, sicut isti fecerunt, nam homines carnes comedunt, & ossa dimittunt, quod & ego tanquã homo nunc feci. Rex autem miratus pueri respõsum tam sapienter prolatum, omnes plaudere iussit. Rex uero postquam eius munera ducẽtorum puerorum cum singulis talentis accepit, ipsius magnanimitatem miratus, imperauit ei, ut quam uellet gratiam expeteret. Ille autẽ nihil amplius ab eo petiuit in se fieri, quàm ut patri & fratribus literas commendatitias dirigeret. Audientes autem fratres eius ipsum à rege honoratum, in occursum eius se progredi simularunt, illum interficere uolentes. Sed ille fraude deprehensa, in pugna multos interfecit. Et ex Hierosolyma trans Iordanẽ secedẽs, uectigalia à barbaris exigebat, & illos frequentet debellabat. Vbi etiam turrim fortissimam ex lapide albo ædificauit, & alia multa ædificia in modum castri extruxit, quem quidem locum perficiẽs eum Tyrum nominauit, ibidémque Hyrcanus hic (ut Iosephus lib. 12. testatur). 7. annis regnauit. Tandẽ Antiocho magno regnãte, Hyrcanus ueritus ne ab eo tentus, tormentis afficeretur pro his quæ egerat, uitam propriæ manus internitione cõclusit, cuius substantiam idem Antiochus suis commodis applicauit.

Vide mirabile quid de puero

Pueri responsum

Simon Oniæ pontificis filius. 12. Iudæorum pontifex his temporibus, quũ Onias pater eius Antiochi magni sæuitiam perhorresceret, se in Aegyptum transtulit, ubi & pontificium munus suscipiens, sedit annis. 12. uir quidem bonus, atque optimus, qui multa digna laude gessit opera, quod Iesus filius Syrach in suo Ecclesiastico cap. 49. testatur, dicẽs. Simon sacerdos magnus fuit, qui in uita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanarunt putei aquarũ, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentẽ suam, & liberauit eam à perditione. Et multa alia quæ de ipso eo in cap. idem prosecutus est. Moriens tandem Oniam filium reliquit successorem.

Seleucus Ceraunos, eius nominis secundus, quintus Syriæ rex, anno. 20. regni Euergetis regnare cœpit, & regnauit annis. 2. Hic quum in defuncti patris loco successisset, confestim cõtra ciuitates, quæ à patre defecerãt, ingentem classem cõparauit. Et nauigãs repente uelut parricidium patris in filio uindicaturus, orta tempestate, classem omnem amisit. Nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudũ corpus, & paucos comites, ut scribit Iusti. in. 7. Epito. lib. cõseruare potuit. Misera quidem res, sed optata sibi fuit. Deinde non multo post naufragium, etiam à Ptolemæo Euergete prælio uictus, in Antiochiã trepidus fugit, ubi ad Antiochum fratrem literas dirigẽs, ab eo auxilia postulauit, Antiochus autem quum esset annorum. 14. supra ætatem regni auidus, sub occasione regni defendẽdi, fratri huic Seleuco regnum abstulit. 4985 214

Antiochus cognomento Magnus, eius nominis quartus, sextus Syriæ rex, anno. 23. Euergetis Syriis regnare cœpit, & regnauit annis. 36. Hic teste Iustino Hierax cognominatus 4987 212

tus est, eo quòd nō hominis, sed accipitris more in rapiendis alienis uitam duceret. Nam cum Pto. Philometore congressus, ipsum deuicit atque fugauit, eiúsque mortui filium P. Epiphane, qui infans patri in regno successit, ut ei regnum adimere posset, bellicis excursionibus effatigauit. Post hæc quū uiribus & diuitiis plurimum abundaret, ita luxuriæ & superfluitatibus instruxit exercitum, ut gregarii milites auro caligas facerent. Huic etiam Annibal Pœnus Ro. metu, Carthaginē tradens, ad eum refugii gratia cōcessit. Rex itaq; Antiochus exercitum suum aureis argenteísque, atque aliis insignibus ornatum Annibali ostendit. Quo ostenso, in tam ornati exercitus cōtemplatione gloriabundus Annibalē interrogauit, dicens. An hæc omnia putaret esse satis Romanis. Pœnus militum preciose armatorum ignauiā deludens, satis, inquit, esse credo, & si auarissimi sint Ro. Non de æquiparentia, ut Valerius lib. 9. inquit, sed de præda intelligēs. Romani uero Antiochi & Annibalis insolētias sustinere non ualentes, cōtra eum bellum mouerūt, L. Cornelium cōsulem, & Scipiones scilicet Nasicam & Aphricanum legatos cōstituētes, nauali prælio Annib. superauerunt, etiam Antiochum deuincentes, coëgerunt eum pacē à Ro. postulare: quæ eidem hac cōditione cōcessa est, ut ex Europa, Asiáque recederet, se quoque intra Thaurum retineret, & 20. obsidibus datis. 10. millia talentorū quotānis persolueret, Anni. etiam traderet, qui belli cōcitator extiterat. Antio. itaque inter reliquos obsides filium cognomento Nobilem Ro. tradidit, & uersus Thaurū montem secessit. Quo facto, Annibal ad Prusiam Bithyniæ regem cōfugit. Quúmque idem Antiochus thesauri cupiditate à sacerdotibus fallaciter promissi, Persidem intrasset, in fano Naneæ seu Fortunæ ab ipsis sacerdotibus tandē peremptus est, & ab ipsis membratim cōcisus, é templo proiectus est, ut patet secundo Machabæorum cap. primo. Vnde omnes benedixerūt Deum, quia perdidit imperium.

4989 210 Colossus ingens Solis simulachrum à Clare Lydo statuario fabricatū, hoc anno (teste Euseb. anno à cōstructione sua. 56.) apud Rhodum insulam terremotu corruit, erat quippe, ut Pli. refert, statua admiranda, altitudinis cubitorum. 70. turribus æquiparanda. Cuius digiti, ut idem Pli. testatur, maiores erāt plærisque statuis. Ex cuius quidem statua Soldanus Aegypti rex, quum postea insulam inuasisset, nongentos camelos oneratos ipsius ære, quam terremotu confractam inuenit, in Alexandriam trāsmisit. Id enim unum é septem mundi miraculis, & quidem maximum fuisse omnes testantur.

Viri disciplinis excellentes.

4990 209 Iesus filius Syrach natione Hebræus, his tēporibus, Eusebio teste, apud Hierosolymam multa scientia & rerum experiētia habetur clarissimus, qui & librum nomine Ecclesiasticum, quem Hebræi Panarethos uocant, composuit, in quo de omni uirtute tam theologica quam politica pulcherrime tractat. Quem ideo Ecclesiasticum nominauit, eo quòd de totius ecclesiasticæ disciplinæ, religiosæque cōuersationis, magnā curam habere uisus fuerit. Omnes nāque Salomonis libri, scilicet Prouerbiorum, Ecclesiastésque, ac Cāticorum, necnon & Sapientiæ, ac Ecclesiasticus iste, apud ecclesiam Sapientiæ libri communiter appellantur, tum quia specialiter sapientiā doceant, túmque quia qui eos nouerint, obseruauerintque, uere sapientes dici possunt.

Diogenes Stoicus per hæc tempora floruisse creditur, qui licet ex Seleucia fuerit, propter tamen Babylonis uicinitatem dictus est Babylonius. Diogenes Stoicus

Diogenes uero magnus philosophus Synopeus genere, superioribus diebus, scilicet Ptolemæi Philadelphi tēporibus obiit, qui apprimé omnes uoluptates & cupiditates à se abdicauerat. Et propterea duplici tātum pallio propter frigus utebatur, perámque pro cellario habuerat, & clauam pro corpusculi sui fragilitate sustentanda, cibum quotidianum à quolibet transeunte poscebat. Habitabat quidem in uestibulis portarum, & porticibus ciuitatum, usquequaque profitens uerum, & transeuntium abigens & notans uitia, quæ mores fœdabant. Dolium enim pro sua domo habebat, in quo se pro temporū mutatione torquebat. Frigoris enim temporibus os dolii ad meridiem uertebat, æstate uero ad septentrionē. Et ubicúque sol se inclinabat, Diogenes simul prætorium suum uertebat. Quodam enim tempore quum ex calice quodam ligneo usum potandi haberet, uidens puerū manu concaua Diogenes magnus philosophus

concaua bibentem, statim calicem in terram illisit, dicens. Nesciebam quod natura poculum haberet. Hic nãque tam cõstantis, stabilisque animi uir fuit, quod nihil de eius rigore unquam remisit. Cuius cõtinentiam (ut testatur Vale.) etiam Alexander Magnus uincere non potuit. Fuit inter cætera Diogenes hic magnæ sapientiæ uir, ut Seneca multis in locis testatur, unde & aliquãdo interrogatus, quid agendũ esset homini, ut non irasceretur, respondit. Recordetur quod non semper necesse est, ut seruiatur illi, imo uice uersa est alteri aliquando seruiendum. Nec oportet quod iugiter obediatur illi, sed interdũ ipse obediat alteri. Nec necesse est, ut semper ab aliis colatur, sed quandoque patiatur, & ipse quũ hæc fecerit, & cũ hoc eius ira debilitabitur. Ferũt illũ dyalogos nõnullos scripsisse, & tragœdias septem, & alia pauca. Ex quibus hanc celeberrimã excerpsimus sententiam, & quidem notandam. Si quis bonum cum amore dederit tibi cõsilium, præsta illi cum amore obedientiam. Fuere autem quinque Diogenes, primus Apolloniates physicus eloquens, Anaximenis auditor, Anaxagoræ temporibus. Secundus Sicyoneus, qui Peloponnesiaca scripsit. Tertius uero hic. Quartus, de quo dictũ est, Babylonius. Quintus Tharsensis quæstionum poëticarum scriptor.

Sẽtẽtia notãda

Diogenes quinq;

Antipater Stoicus philosophus acutissimi ingenii, hac etiam tempestate floruit, qui multa conscripsit.

Onesicritus Eginensis philosophus, & ipse Diogenis prædicti temporibus obiit, qui quum cum Alexãdro Magno militaret, eius initia & bella cõscripsit. Et sicut Xenophon philosophus Cyri regis, sic iste Alexãdri laudes prosecutus est, quorũ quidem stilus simillimus fuisse fertur.

Ptole. Philopator

PTolemæus Philopator, quartus Aegyptiorũ rex, olympiade.141. quæ fuit.387. annus Iudaicæ captiuitatis, post patrem regnum suscipiẽs, regnauit annis.17. Hic (ut Iustinus ait) propter crimen Philopator dictus est, eo quod patrem occiderit, & fratrem trucidauerit. Et sicut scelestus in occupando regno, ita in administrando segnis. Quum enim ex parricidio regnum acquisisset, rebus uelut fœliciter gestis, luxuriæ statim se dedit. Cuius mores omnis regia etiã secuta est, ita quod non modo amici præfecti, uerũ etiam omnis exercitus, militiæ studiis depositis, ocio ac desidia marcebãt. Quãobrem Antiochus Magnus Syriæ rex prædictus, multas eius urbes repentino apparatu oppressit, ipsamque Aegyptum aggressus fuerit, trepidãnsque illi legationem mittens, rogat ipsum Antiochum aliquantulum immorari, donec exercitum & ipse præpararet, magnóq; exercitu præparato, statim in Græciã uenit, & omnia deperdita recuperauit. Spoliasset quoq; (ut Iusti. ait) Antiochũ regno, si uirtus fortunæ successisset. Facta denique pace quietem auide secutus est. Denuóque in luxuriam inuolutus, occisa Euridice uxore, & Agathoclis sororibus meretricibus illecebris capitur, adeo ut nec quisquã in regno suo minus posset, quam ipse rex. Demum his inuolutus obscœnitatibus, filio quinquenni relicto, emoritur. Quo mortuo, Agathocles regis præfectus occiditur, & meretrices in Euridices ultionẽ, à populo patibulis suffigũtur. Quibus gestis Alexandrini legatos ad Romanos miserunt, rogantes, ut populi tutelam susciperent, hi iuuarẽtúrque eius regno, quod iam Philippũ & Antiochum inter se facta partitione diuisisse dicebantur. 4991 208

Philippus Demetrii regis filius.38. Macedonum rex anno.2. regni Philometoris Macedonibus regnare cœpit, & regnauit annis.41. Hic Antigono rege tutore suo defuncto, quum esset annorum.14. regnum suscepit, quod audientes Dardani, cæterique omnes finitimi populi, quibus uelut immortale odium cum antiquis Macedonũ regibus erat, in contemptum ætatis cõtinuis bellis eum lacessere non desistebant, ecõtra & ipse non contentus sua, summotis hostibus, ultro etiam Aetholis bellum inferre satagebat. Verũ non multo post, omissis Aetholis, bellũ Romanis intulit. Sed dum in Italiã copias traiecisset, Dardani eius fines uastare cœperunt. Abductísque uiginti captiuorũ millibus, Philippus à Romano bello ad tuendum regnum suũ reuocatus est. Inde maioribus uiribus assũmptis, iterum cum Romanis bellum suscepit, sed à Romana fortuna superatus, fractúsq; bello pacem à Flaminio consule postulauit, cui hac conditione concessit, ut de regno nil prorsus se impediret, retento sibi tantummodo regio nomine, qui etiam omnibus Græciæ ciuitatibus 4992 207

tibus omissis, solam tenuit Macedoniam.

4993 206 Hamilcar Annibalis Carthaginensium ducis filius, & magni Annibalis pater, his temporibus, Liuio teste, duobus filiis Hasdrubale & Annibale paruulis relictis, uita functus est, qui adhuc adolescētulus existens in Sicilia post primum Punicum bellum cœpit exercitui præesse, quum ante eius aduentum & mari terráque Carthaginensium res male gererentur, ubi autem ipse adesse cœpit, nunquam Carthaginenses hosti cessere, neque nocendi locum dedere, sed sæpe Hamilcar, occasione data, Romanos lacessiuit, sempérque superior discessit, ut Polybius historicus plenissime ostendit, mediúsque inter Hamilcarem hunc & Annibalem filium, Hasdrubal natu maior imperium tenuit. Qui plura consilio quàm uiribus gessit. Hic fœdus cum populo Romano renouauit, & utriusque imperii Hiberum fluuium terminū statuit. Saguntinis in Hispania mediis inter imperia Romanorum, Carthagineusiúmque libertate uti decreuit.

Punici belli secundi principium.

4994 205 Secundum uero bellum Punicum, quod Annibale duce Carthaginenses cum populo Romano gessere, quarto regni Philometoris anno, olympiade uero .142. principium sumpsit, quod quidem per annos .17. perdurauit, omnium quidem memorabilissimum, quæ unquam gesta sunt. Nec unquam ullas ualidiores ciuitates his uiribus consimiles compe- rimus, quòd in tam uaria belli fortuna, ancépsq; Mars fuerit, ut propinquiores periculo fuerint qui uicerint, quàm qui uicti erant. Odiis etiam prope maioribus certatum est, quam uiribus, Romanis indignantibus, quòd uicti uictoribus ultro arma inferrent, Pœnis quòd superbe, auaréque crederent imperatum à uictis esse. Eisdem ferme temporibus, ut aperte iam monstratum est, quasi uniuersa orbis imperia, noua regum successione mutata sunt. Nam & in Macedonia Philippus annorum .14. imperium suscepit, in Asia impubes Antiochus constitutus est, Cappadociæ quoque regnum Ariarcti pater ipse tradidit, Aegyptum Philopator occupauit. Sed Spartani Cleomenis loco Lycurgum ducem suffecerant. Et ne qua temporibus mutatio deesset, apud Carthaginenses abrogato Hasdrubale prædicto, Annibal eius germanus ætate immatura, dux eligitur, cuius mores, uitámque, nec non & eius prælia, ut ex Plutarcho, Liuióque elicere potuimus, hic breuiter subiicimus.

4996 203 Annibal itaque Hamilcaris prædicti Carthaginensiū ducis filius, hac tempestate quinque & uiginti tantum ætatis annos habens, Imperator Carthaginensium exercitus (quòd de eo plus milites quàm de alio confiderent) creatus est, hic quippe tanto cæteris ducibus prudentia, audacia, consilióque ad pericula capessenda, quanto populus Romanus cunctas gentes fortitudine anteibat, cuius quidem corpus nec fatigari, nec animus unquam uinci poterat. Calori ac frigori par patria, cibi potúsque naturali desiderio, non uoluptate modus finitus, uigiliarum, somnique nec die nec nocte discriminata tempora. Id quod gerendis rebus supererat, quieti datum, ea neque molli strato, neque silentio accersita. Multi sæpe mirati, sagulo inopem humi iacentē, inter custodias stationésque militum conspexerunt, uestitu nihil inter æquales excellens, arma, atque equi conspiciebantur. Equitum peditúmque idem longe primus erat, primus in prælium ibat, ultimus confecto prælio recedebat. Et ideo quandoque cum suis populis congressus est, cum quibus semper superior euasit uel discessit. Imperator igitur factus, proximo triennio omnes Hispaniæ gentes bello subegit. Sed & illam Saguntinorum ciuitatem opuleutissimam populi Romani amicā atque charissimā, fame oppressit, adeò (ut diuus refert Augustinus) quòd præ famis magnitudine, suorum cadaueribus diu pasta fuerit. Denique omnium fessa rerum, ne saltem captiua in Annibalis manus perueniret, ingentem rogum publicè struxit, in quem ardentem omnes se communi consilio miserunt. Quibus peractis, Annibal fratre suo Hasdrubale ad Hispaniæ custodiam relicto, ipse Pyrrhenum saltum transiit, & postquam ad Alpes peruenit, quæ scilicet Italiā à Gallia seiungunt, quas nemo unquam cum exercitu,

præterquam Hercules, transierat, ita itinera & loca lapidosa, strues comburendo, & acetum infundendo patefecit, ut elephantus oneratus ire posset, quum antea uix unus homo quiret repetere. In eo tamen loco (ut Liuius & Eutropius affirmant) multi niuibus obruti cum elephantis periere. Descendit itaque Annibal cum suo exercitu in Thaurienses agros, & peruagata tota regione Cisalpina, Romanos tribus prælijs profugauit, ac multas urbes obtinuit, pergénsq; per Ligures id idem effecit, postea Apenninũ transiliẽs Hetruriámq;, in itinere, apud loca ubi nunc est Florentia, adeò graui oculorum morbo affectus est, ut dextrum amiserit oculum. Vel ut alii dicunt nunquam eo bene usus est, qua ualitudine quum etiam premeretur, & Getula ducem portaret bellua luscum, C. Flamineum consulem apud Transimenum lacum cum exercitu occidit, & .26. hominum millia interfecit. Quo facto mox Fabius Maximus contra ipsum Annibalem à Senatu missus, per summa montium, & abdita castra ponens, Annibalis feruorem delusit, & reperta occasione, Aretinorum auxilio uicit, qui tantum ad huius belli præparationem, Liuio testante, tulerunt, quantum uniuersa nunc Hetruria uix posset efficere, & sic per .16. annos totam Italiã uariis cladibus fatigauit. Indéque in Apuliam pergens, maxima clade Romanos apud Cannas affecit. In quo quidem prælio tot Romanorum millia cæsa sunt, ut tres annulorum aureorum modios, quos Romanorum militum manibus extraxerat, Carthaginem mitteret. Nam ibidem consulares uiri & senatores omnes aut capti, aut occisi fuere. Nec dubium quin de Romanis actum fuisset, si Annibal statim post uictoriã accessisset. Tandem Annibal semper inuictus, cogitur à ciuibus suis Italiã relinquere, & opem patriæ suæ ferre, quæ & à P. Scipione premebatur. Dum uero pro reparatione belli & patriæ suæ occupatus esset, Carthaginenses pacem cum Romanis composuerunt, cogentibus deinde Roma. ut Annibal in exilium mitteretur, ad Antiochũ Syriæ regem confugit. Qui quum contra Romanoa bellum pararet, & ipsius Annibalis consilia sperneret, quoniam sermones cum Vilio Romanorum legato apud Ephesium habuit, eum suspectum reddiderant, uictus est à Roma. Antiochus, iussúsque est, si pacem obtinere uellet, ut Annibalem redderet, quod quum eidem significasset, statim ad Prusiam Bithyniæ regem aufugit, Romanorum postulationem ei cælans. Verum T. Quintius Romanorum legatus, sciens Annibalem apud eundem esse, ad insequendũ eum perrexit. Quúmque eo Annibal perductus esset, ne à Roma. caperetur, confestim gustato ueneno, quod in annulo more regio gerebat, animam expulit, & sic eo genere mortis à Romanorum uinculis se liberauit. Decessit autem Annibal iste, Plutarcho teste .70. uitæ suæ anno, cuius corpus ad Lybisam collocatum dicunt, in sepulchro marmoreo, in quo hoc Epitaphium scriptum fuit. Annibal hic situs est. De quo sic retulit Trogus. Quòd nunquam sine bellis cubans cœnauerit, quòd nũquã inter innumeras captiuas miræ pulchritudinis puellas castitatem perdiderat, quòd nunquam insidiis suorum aut etiam inimicorũ proditus fuerit. Obiit itaque uigesimo Ptolemæi Epiphanis anno, olympiade autem .149.

Oculũ amisit Annibal

Vigintisex hominũ millia ab Annibale interficiuntur

Fabius Maximus Romanorũ consul, militaris rei & eloquentiæ peritia clarus, his temporibus floruit. De quo habetur quòd quum animaduertisset Romanam rempublicã bellorum multitudine periclitari, corpus ad rem militarem, tanquam hoc sibi innatum esset, exercitium primum ad eloquentiam & populum persuadendum contulit. Et ut eius uitam paucis concludam. Deuictis Libycis & aliis multis nationibus, triumphos quinque egit. Deinde quum contra Annibalem Dictator electus foret, eo quòd animum ad consilia, corpus uero ad robur in adolescentia instituerit, & audaciam cum temperantia prudentiáque temperauerit, non bellando, sed cunctando rempublicam seruauit, adducta à collega male pugnante republica in maximum discrimen. Quum enim uidisset Minutium collegam suum à Pœnis uictũ (quamquam sibi infensum) semotis odiis, amore patriæ Pœnos aggressus, Romanos liberauit. In qua uictoria Tarẽtũ urbem euertit, & licet urbem euerterit, à simulachrorum tamẽ deprædatione abstinẽtissimus fuit. Cuius (ut diuus pater Augustinus lib. primo de Ciuitate dei capitulo sexto refert) cum eius scriba suggessisset, quid de signis eorũ, quæ multa capta fuerant, fieri iuberet, quæ fuit cuiusmodi essent, respondit ille, non solum grandia & multa, uerumetiam armata esse. Relinquamus inquit 4997 202

Tarentinis

Tarentinis iratos deos, pro quo Annibal pugna discedens dixit. Nonne ego uobis prædixeram sæpius, hanc nubem tempestatem & procellam nobis oblaturam. Victo denique Annibale, triumphus ei maximo apparatu decretus fuit. De quo sic dicit in quarto Liuius. Fabius Deciano exercitu relicto in Hetruria, suis legionibus deductis ad urbem, de Gallis, Hetruscis, Samnitibúsque triumphauit, milites triumphantem secuti sunt. Celebrata in conditis militaribus non magis uictoria Qu. Fabii, quàm mors P. Decii est, exercitatáque quæ memoria parentis æquata euẽtu publico, priuatóque filii laudibus, data ex præda militibus æris octogenti bini, saráque & tunica præmii alia tempestate militiæ nequaquam spernenda sunt.

4999 200 Liuius Salinator, & Claudius Nero his temporibus à Senatu Romano consules contra Hasdrubalem designati, in Hispaniam cum exercitu destinatur. Nam eo tempore Sardinia insula Romanos deseruit. Quapropter duces ad quatuor partes missi sunt, ad Macedoniam contra Philippũ, ad Sardiniam contra Sardos, in Italiam cõtra Annibalem. Liuius autem Salinator cum Attalo Asiæ rege amicitiam faciens Macedoniam fregit, Philippum uicit, Siciliam recepit, & sexaginta ciuitates cepit, uigintique sex expugnauit, indéque sex diebus Italiæ longitudinem transcurrens, uno eodémque die ex Italia in Galliam peruenit, ubi & Hasdrubalẽ, collatis signis pugnando, deuicit. Quo perempto triumphum duxit. Hoc idem Liuius libro trigesimoo ctauo testatus est.

M. Claudius Marcellus Romanorũ cõsul, hoc tempore in precio existẽs, à senatu cõtra Siracusanos mittitur, & Siracusanam urbem euertit. Et ut dicit diuus Augustinus primo libro de Ciuitate dei capite sexto, ante captam urbem, eius ruinam fleuit, & ante eius sanguinem, suas lachrymas illi effudisse, etiam in hoste conseruandæ pudicitiæ curam gessisse. Qui antequam ciuitas inuaderetur, edicto publico constituit, ne quis corpus liberum uiolaret, cuius uitam Plutarchus diffuse describens, eam succinctius perscribimus. Ipse nanque, ut idem testatur, quinquies consul fuit, eo quòd exercitatione bellicosus esset, robustúsque corpore, manu potens, & ad dimicandum ardens, quod eius certamina declarant, acer quoque ac strenuus existens, ad cæteras uitæ partes perhumanus atque modestus fuit, tumque in re militari egregie excelluit, ad nullum pugnæ genus aut segnis, aut parum exercitatus, tum etiam ad singulare certamen fortissimus. Quo quidem genere, quum prouocatorem neminem fugeret, cæsis uniuersis uictor euasit. Quapropter adhuc iuuenis existens, coronas, cætera quæque ab imperatoribus consecutus est præmia. Et ut de cæteris sileam, hoc solum memoriæ dignum hic appono. Hiberis namque contra Romanos bellum gerentibus, hic Marcellus uidens Briomatam eorum ducem, eximia corporis magnitudine, armatura auro, argentóque, ac uariis distincta coloribus, ipsum adoritur, & statim hasta eum perfodiens, resupinat atque interficit. Inde pugna commissa, ingentem & admirandam consecutus est uictoriam. Capto enim Mediolano, & cæteris Aemiliæ oppidis, omnes sese Romanis tradidere. Quamobrem à senatu decretus est triumphus celeberrimus, eo quòd Romam optima tulerit spolia. Inde etiam cum Pœnis pugnans, cæsis eorum quinque milibus, uictor euasit, post hæc ab Hippocrate Siracusanorum duce, ruptis Romanis fœderibus, Marcellus, capta eius urbe, ex ipsis exercitum octo millia interfecit, & totam ferme Siciliam excursionibus uexauit, uniuersósque profligauit. Demum cum Pœnis pugnans, unà cum Crisippo eius collega lancea perfossus occubuit.

Claudius Marcellus. Optima uiri modestia

5000 199 Onias magnus Simonis pontificis filius, hoc anno patre defuncto, summum pontificatum obtinens, sedit annis. 29. cuius tempore Antiochus magnus, deuicto Ptolemæo Philo patro, etiam Iudæam, ut Iosephus in. 12. scribit, sibi subegit, ad Hierosolymorum denique ciuitatem exercitũ ducens, eam sine ulla contradictione cepit, aperientibus ei portas his, qui eius uoluntati consentiebant. Ingressúsque ciuitatem. 60. millia eorum interemit, qui scilicet sibi contraria sapiebant, ac etiam ex illis, qui ei portas aperuerant, propter templi diuitias,

Onias

Vide stragẽ Iudæorũ magnam

diuitias, multas enim ab eo abstulit, nam omnia eius uasa abstulit, & lucernas aureas, & arā auream, & mensam, & sacrarium, ac denique omnia penitus auferēs in maximum luctum pontificem & cunctam ciuitatem perduxit, deprædans deinde totam ciuitatem, etiam. 10. millia captiuorum abduxit, & infinita prope mala urbi contulit. Ad hunc autem Oniam Lacedæmoniorum rex nomine Arius legationem & epistolas misit, dicēs se quasdā scripturas inuenisse, quæ asserebāt Iudæos & Lacedæmonios, ex uno genere extitisse, & familiaritatem cum magno Abraham socialiter habuisse, & ex hoc magnum adinuicem habuisse fœdus. Huius autē tempore Seleucus rex, Antiochi successor, Heliodorū quendam principem suum Hierusalem, ad spoliādum templi ærarium, misit, quo in templū ingresso, ut habetur secundo Machabæo. primo, statim duo iuuenes de templi latibulis surgentes, Heliodorum occiderunt, sed Onias Seleuci iram ueritus, dominum deum pro defuncto exorauit, & confestim reuixit. Heliodorus autem ad regem reuersus, dixit, si habuerit dominus meus aliquos, quorum sitiat sanguinem, mittat eos in Hierusalem, hic denique moriens quum reliquisset filium adhuc infantem, Antiochus sacerdotii principatū fratri eius nomine Iesu, qui & Menelaus, contulit.

Heliodorus interficitur in templo

Viri disciplinis excellentes.

5005 | 194 — Aristobolus natione Iudæus Peripateticus philosophus hoc tempore, secundum Eusebium, floruit, qui inter cætera suæ uirtutis opera, ad Philopatorem regem, Commētarios explanationem in Moysen scripsit.

Archimedes Siracusanus philosophus, & geometra, per hæc tempora in omni genere geometriæ ante alios laudatus est. Cuius quidem mortem Plinius in secūdo libro late descripsit, dicens, quod captis per proditionem Siracusis, quandiu contra Marsilii Romani potentiam defensauerant, quum omnia euerterent hostes, ipse diametros suos in puluere designans, à prætereunte milite incognitus occisus est. Hic (ut Cicero in libro primo Thusculanarum quæstionum testatur) primus sphæræ fabricator fuit. Quod inuentum Laërtius Anaximādro philosopho attribuit. Hic de Cylindro opus egregium composuit, quod postea Nicolaus quintus summus pontifex in Latinum traduci fecit.

Sphæræ inuētum

5007 | 192 — Philopomenes Megalopolitanus imperator & illustris philosophus, uir quidem seuerus, cuius uitam Plutarchus late descripsit, tempestate hac claruit. Hic postremus Græcorum homo dictus fuit, quasi Græcia nullum amplitudinis uirum post Philopomenem ediderit. Qui quum triginta annos haberet ætatis, Cleomenem Lacedæmoniorum regem, qui Megalopolim nocte repentino impetu adortus, forum omne captiuauerat, ex urbe depulit, & Demophantum, Clyensium equitum præfectum prostrauit, hostésque omnes fugauit. Demum multis clarus historiis, à Dinocrate ueneno mori traditur. Ferunt hunc adeò frugalem extitisse, ut quum mulieri Megarensi nunciaretur, Achæorum imperatorem ad se aduentare, ingenti animi tumultu fluctuare cœpit, & quàm maxime in ipso cœnæ apparatu, nam maritus fortè aberat, agitabatur. Interim Philopomenes tenui admodum chlamyde ædes subiit, quem mulier ex ministris quempiam præcurrentem anteuertisse suspicata, ut ministranti sibi opem adhiberet, precabatur. Qui continuo relicta chlamyde, ligna scindere cœpit. Inter hæc hospes ingressus ubi conspicatur, quidnam hoc est Philomenes, inquit, cui respondens, quidnam aliud, ait, quàm in decorem faciei supplicium do.

Ptole. Epiphanes



5008 | 191 — Tolemæus Epiphanes. 5. Aegyptiorum rex olympiade. 144. quæ est. 404. annus Iudaicæ captiuitatis, post patrē Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit an nis. 24. Hic tempore adepti regni nōdum quatuor excesserat annos. Et quia eius infantia cōsilii & roboris compos esse nequibat, Antioc. Magnus prædictæ Syriæ rex, ad suum regnū aspirans, nec ibi credens rebelles inuenire, illud bellica excussione uexare cœpit. Sed regni principes pro infāte fideliter dimicātes, re-

gnum omne defensarunt. Ad ipsum quoque fouendũ Onias prædictus Iudæorum pōtifex descēdit. Quum autem ad pubertatis tempora peruenisset Antiochus Nobilis magni Antiochi filius sororem suam eidem insidiose uxorem dedit, ex qua duos suscepit filios. Quo audito, Antiochus sub specie uisendi ipsam sororem suam atque filios, Aegyptum ingressus, ipsum Ptolemæum regem inter epulas occidi iussit. Quúmque uniuersam Aegyptum sibi subiugare niteretur, ab Aegyptiis extra confines eiectus est. Post biēniũ uero rursus Alexandriam obsidens, à Romanis legatis de Aegypto recedere compulsus est.

Viri doctrinis excellentes.

5010 189 Næuius poëta comicus, anno secundo regni Epiphanis, ut Eusebius scribit, Vticæ moritur, qui militum & præcipue Metelli factione e Roma pulsus fuit. Næuius poëta

5011 188 Plautus similiter poëta comicus & ipse sequenti, ut idem Euseb. testatur, ex Vmbria Sarsina ciuitate Romam perductus, ibidem moritur. Vir quidem uolũtarie pauperrimus, qui propter annonæ caritatem ad manuarias molas cuidā pistori se locauerat, & ibi quoties ab opere uacaret, scribere fabulas ac uendere solitus erat, de quo Varro sic dixit. Musas Plautino more locutas fuisse, si Latinè loqui uoluissent, scripsit autem hic circiter. 100. &. 30. comœdias, quarum primæ principiũ est. In faciem uersus Amphitryonis Iuppiter. Eius autem sepulchro, M. Varrone libro. de Poëtis testante, tale Epigramma inscriptum fuit. Plautus

Postquam est morte captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta.
Deinde risus, locúsque & numeri
Innumeri simul omnes collachrymarunt.

Ennius quoque poëta comicus natione Tarentinus, & ipse temporibus his, Eusebio referente, floruit, qui tandem à Catone Quæstore Romam trāslatus, in monte Auentino habitare, parco quidem sumptu, & unius ancillulæ ministerio contentus, semper persuadens animas esse immortales. Et ideo in uitæ suæ termino dixit. Aspicite ô ciues senis Ennii imaginis urnam, Hic uestrum pinxit maxima facta patrum. Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit, cur? uolito docta per ora uirūm. Idémque poëta pudicitiam prædicans, dicebat, flagitii initium esse inter ciues corpora nudare. Hic quum comœdias optimas elegantésque edidisset, septuagenario maior auriculari morbo, olympiade. 153. interiit, sepultúsque fuit in Scipionis monumento uia Appia, intra primum ab urbe miliarium. Apud Latinos autem multos comicos fuisse inuenimus, scilicet Cæcilium, Næuium, Licinium, Attilium, Turpilium, Trabeam, Lucretiũ, & Ennium istum, atque alios, ut Terentium & Plautum prædictum, sed Terentius & Plautus iam soli remansere. Ennius Versus

Panetius philosophus Scipionis cōsulis præceptor, hisdem temporibus clarus fuit, qui & Stoicæ sectæ philosophus extitit, quémque Cicero in libro Officiorum imitatus est.

Possidonius Stoicus ipsius Panetii discipulus hac tempestate agnoscitur, & magno Pōpeio postea admodum familiaris fuit, & eius res strenue gestas scripto mandauit. Hunc diuus pater Augustinus. 5. de Ciui. dei maximum dixit fuisse philosophum.

5012 187 Scipio alterius Scipionis filius, uir omnium Romanorũ ferme primarius, hoc anno uigesimumquartum agens annum, duobus Scipionibus Hasdrubale interfectis, à senatu Romano ad Hispanias mittitur, porrò hic adolescens magnanimus, dum intellexisset senatores propter Annibalis metum Italiam relinquere uelle, statim in senatum ueniens, extracto gladio, id fieri prohibuit, asserens se uelle patriæ defensorem esse. Ipse quippe philosophus magnus fuit, & Panetii prædicti auditor, atque inter cæteros mortales animi præstantior extitit, & eximiam formam gerebat, & in omni amplo dignam imperio. Erat quippe benignus in audiendo, facundus in respondendo, & in concitandis hominibus egregius artifex, habitu corporis uirili, cæsarie promissa utebatur, ad hunc salutandum Massinissa rex ueniens ut primum conspexit uirum, admiratus, dicitur, ut nec ab eo dimouere oculos, nec intuendo explere desideriũ posset. Quãtúmque Romanæ libertati semper consuluerit, facile intelligi potest: nam quum in Hispanias profectus esset, Scipio

Scorto rū milia duo ex castris expulit omnem statim carnis uoluptatem à castris amouit, unde & duo scortorum milia legitur ab eius tunc exercitu abiisse. Carthaginem nouam Hispaniarum urbem ui cepit, ubi erat pecuniæ & belli apparatus copia plurima, & redditis Hispaniarum obsidibus eorum parentibus, Magonem Annibalis fratrem captiuū Romam trāsmisit, sed & uirginem quandam sponsam captiuam, ut Liuius tradit, sponso ualde generoso, quasi genitor, prius in matrimonium tradidit, puellæque preciū dotis nomine condonauit, postea ut Eutropius lib. 3. ait. 70. ciuitates Hispaniæ recepit. Quibus fœliciter gestis, Romam reuocatus cōsul contra Carthaginenses designatur. Eóque pergens, cōfestim Amonem Aphrorum ducē cum Siphace Numidiæ rege Romanæ ditioni subegit. Nec multo post ibidem cum Annibale Carthaginensium duce cōgressus, ita eius equitatum fudit, ut supra uiginti Pœnorum milia cæsa, totidem fere capta una die referatur, & ipse Annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus profugit. His rebus ita compositis, quū hostium castra diripuisset, ingentique præda in naues redacta, & terra marique pace obtenta, in Siciliam traiecit. Inde per Italiam non minus pace quàm uictoria lætus pergens, effusis non modo urbibus ad exhibendos ei honores, sed etiam agrestium turba obsidente uias; Romam tandem peruenit,

Thesaurus infinitus Triumphus clarissimus triumpho omnium clarissimo urbem inuectus, Aphricanus uocari meruit, referens in ærarium, sicut Liuius lib. 32. refert, argenti pondo cētum milia. 22. Ab huius autem triumphi spectaculo mors Siphacem subtraxit. Cuius triumphi formā Appianus historicus stilo diligenti perscripsit, sicque secundum bellum Punicum terminatum est. Quod quidem sicut Orosius lib. 4. cap. 42. ait, per annos. 18. gestum fuit, de quo quidem Scipione diuus pater Aug. pri. de Ciui. dei cap. 30. sic refert, quòd non solum pontifex maximus, sed etiam totius senatus iudicio uir optimus habitus fuerit. Qui Catoni contradicens, nolebat Carthaginem Ro. imperio æmulam omnino euerti, timēs ne quod postea euenit, Romani quum sine belli metu essent lasciuirent. Nam deleta postmodum Carthagine sub iuniore Scipione, multa subsecuta sunt mala, ita ut perdita Romanorum morum integritate, crudeliora paterentur à ciuibus quàm ab hostibus. Quod prudens iste nolebat ciuitatem fortem auferri, ut timore dominandi libido premeretur. Huius quippe philosophi præclare fuere sententiæ, ex quarum numero memoriæ gratia hanc celeberrimam de ipso dictam hic apponimus. Dicebat enim nunquam se minus ociosum, quàm quum ociosus esset, nec minus solum, quàm quum solus esset. Hic tamen talis ac tantus patriæ pater, tandem ab æmulis à senatu de pecunia accusatus fuit. Quibus sicut narrat Valer. in concione respondit, quum totam Aphricam potestati uestræ subiecerim, nihil de ea quod in æuum diceretur detuli præter cognomentum solum. Item nec me Aphricanæ diuitiæ, nec fratrem meum Asianæ auaros reddidere, quum esset uterque nostrum magis inuidia locuples quàm pecunia. Sane ab ingrata patria pulsus, apud Linternum rusculum exulans, tandem, ut Plutarchus testatur. 52. ætatis suæ anno, morbo interiit. In cuius quidem tumulo hæc inscripta referuntur. Deuicto Annibale, capta Carthagine, & aucto imperio, hos cineres marmore tectos habes, Cui non Europa, non obstitit Aphrica quōdam. Respice res hominum, quàm breuis urna premit.

Tarentia Aemilia ex Aemiliorum familia nata, huic Scipioni uxor fuit, mulier siquidem sanctis etiam usque in cœlū extollenda laudibus. Hæc enim præter morem uxorum, quum uidisset uirum suum iam senem in dilectionem & ancillulæ suæ cōcubitū incidisse, quātumcunque ei difficilimum uideretur, id tamen constanti animo tanquam mulier inclyta pertulit, existimans discreta mulier nimium indecens, quòd uir suus, qui sua ingenti uirtute reges & ualidas nationes Romano imperio subegerat, dici & scribi quòd amore ancillulæ detineretur, unde quoad uixit uiri crimen silentio oppressit, ut nedum alteri, sed nec etiam uir ipse unquam perpēdere potuit, eam hæsisse quid ageret. Et non solum hoc arcanum, Scipione ipso uiuente, seruauit, sed & eo defuncto, ad auferēdam eius infamiam, statim ancillam liberali animo manumisit, deinde eam cuidam liberto suo cōiugem dedit, & hoc ne magnifici uiri fama inclyta macularetur.

Scipio Nasica Scipio Nasica prædicti Scipionis Aphricani (ut aiunt) frater, & ipse his temporibus à senatu consul dictus, propter quod ab Asia sic deuicta Asianus cognominari promeruit, 5024 175

quibus

quibus superatis Antiochus rex filium suum nomine Epiphanem natu minorem, pro Seleuco maiore Romanis obsidem, & pacem eo pacto obtinuit, ut quum Europam atque Asiam minorem deserens, intra Thaurum, ut præmissum est, se contineret, ut Annibalem belli concitatorem traderet. Rediénsque Romam Scipio haud multopost Marcello consule in Hetruria à Boiis superata, de ipsis triumphauit. Cuius triumphum Liuius ita describit, dicens. In eo triumpho Gallicis carpentis arma, signa, & spolia omnis generis transuexit, & uasa ænea, Gallica, & cum captiuis nobilibus equorum gregē, traduxitque aureos torques. Transtulit & æris mille quater centum, septuaginta adhuc auri ducenta, quadragintasex argenti infecti, quod in Gallicis uasis, more suo factum. 360. pondo. Bigatorũ numerum. 132. militibus, qui currum secuti sunt, centenos uicenos, quos nos asses dicimus duplex centurioni, triplex equiti.

Seleucus qui & Philometor sextus Asiæ & Syriæ rex. 16. anno regni Epiphanis, regnum suscipiens, regnauit annis. 12. uir quidem ingenio hebes & iniquus, cuius tempore Simon præpositus templi Hierusalem, ad Apollonium ipsius ducem in Phœnicem cõfugiens, multis muneribus sacerdotii principatum sibi uendicare tentauit. Quo audito Seleucus ipse Heliodorum quendam necessarium suum ad negocium exequẽdum misit, qui in Iudæam ueniens, inique nimium iudicans cum multo terrore, uisis signis diuinis, ad Seleucum reuertitur, ut patet. 2. Machab. 3. Onias autem sacerdos curauerat, ut Simon profugus fieret. Hic quum nullum filium successorem reliquisset, Antiochum illustrem fratrem successorem habuit.

5032 167 PTolemæus Philometor sextus Aegyptiorum rex, olympiade. 150. quæ fuit. 428. Iudaicæ captiuitatis annus, Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis. 35. Hic Antiochi sororis filius fuit, segnis admodũ uir, & quotidiana luxuria marcidus, adeò ut non solum regiæ maiestatis officia intermitteret, sed etiam sensu hominis propter nimiam saginam careret. Huic adolescenti Antiochus auunculus bellum graue intulit, propter quod & legatos ad senatum Ro. misit, ab eo auxilium postulans, mouere senatũ adolescentis preces, Pompiliúmque legatum ad Antiochum misere, qui præciperet illum ab Aegypto abstinere, aut si iam incessisset, recedere eum iuberet. Pompilius autem quũ Antiochum in Aegypto reperisset, eidẽ statim Antiochus ex antiqua amicitia osculum obtulit, quia ut Iustin. scribit, Antiochus quum Romæ obses esset, Pompiliũ supra cæteros colebat, & propterea illum periucũde uidit. Sed Pompilius facessere interim priuatam amicitiam iubet, quum patriæ mandata intercedant, prolatóque senatus decreto, & ei credito, quum eum cunctari uideret, cõsultationẽmque ad amicos referri, ibi Pompilius uirga, quam manu tenebat, amplo circulo inclusum amicum, consuleréque eum iubet, ne prius inde exeat, quàm senatui responsum det, aut pacem aut bellum habiturus. Adeò hæc austeritas regis animum erexit, ut se omnino pariturum senatui responderit. Hic demum filiam Cleopatram Alexandro Syriæ regi uxorem tradidit, ut fœdus inter eos initum seruaretur, sed processu temporis, quum idem Ptolemæus uir subdolus sub specie ferẽdi auxilii Alexandro, per eius transiret ciuitates, dolose per singulas ciuitates custodias collocauit, & ut eius sibi subderet regnum, iuniorem Demetrium Alexandri hostem sibi confœderauit, & Cleopatra ab Alexandro ablata, eam eidẽ Demetrio uxorem dedit, se prorsus ab Alexãdri amicitia alienans, quem contra se uenientem fugauit, ac die tertia in oblatione capitis Alexandri sibi per Arabum regem facta, præ gaudio reprehensibiliter gestiens expirauit. Ptole. Philo.

Viri doctrinis excellentes.

5033 166 Statius Cæcilius comœdiarum scriptor natione Mediolanensis, & Ennii primo contubernalis, his temporibus, Eusebio teste, clarus fuit, & multa conscripsit. Tandem post Ennii mortem anno secundo & ipse mortuus est, & iuxta Ianiculum sepultus. Statius poëta

Nicander poëta Græcus & ipse iisdẽ temporibus in precio fuit, quem Didymus fabulosum uocat, hic à nuptiis Iunonis & Iouis incipiens, omnes deorum successus usque ad hæc tempora pertractauit, quem multis in locis Virgilius imitatur. Nicander

Titus Liuius tragœdiarum scriptor, alius à Patauino per hoc tempus agnoscitur, qui Titus Liuius

propter ingenium clarissimum à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus est.

Philonem Iudæum ex sacerdotium genere natum, & Alexandriæ educatum, per hæc tempora floruisse cõstat, & Sapientiæ librum Græca lingua, in qua peritissimus erat, eleganti stilo cõscripsit, quẽ ideò sapientiæ librum nominauit, quia in eo Christi domini nostri laudes specialiter narrauit, uel quia multipliciter in eo sapientia cõmẽdatur; scripsit & alia multa, ut diuus Hiero. in lib. de Viris illustribus commemorat.

Sẽtẽtia bona — Cathon philosophus Stoicus natione Aegyptius, Panetii quõdam discipulus, hoc tempore floruit, & multa scripto reliquit. Cuius habentur plurima egregiè dicta, ex quibus hæc pauca notabilia excerpta feruntur. Desines timere si sperare desieris. Quæris quid profecerim, respondeo, amicus mihi esse cœpi: si uis amari, ama. Ab eo aliquãdo quæsitum fuit, an beneficium seruus domino dare possit. Respõdit. Quædam sunt beneficia, quædam uero officia, & quædam ministeria. Beneficium inquit est quod alienus dat, alienus autem, qui potuit sine reprehẽsione cessare. Officium est filii, uxorisque, ac cæterarum personarum, quas necessitudo suscitat & opẽ ferre iubet. Ministerium est serui, quem cõditio sua eo loco posuit, ut nihil eorum quæ præstat imputet superiori.

Cato primus Roma. philosophus — Cato primus Romanorum philosophus ac iurista, primo quidem quæstor, deinde his cõsul, literarúmque tam Græcarum quam Latinarum apud Ro. decus, tempestate hac floruisse dicitur, qui quidem Cato suum rusculi ignobilẽ hortũ, postea Romæ nobilissimum reddidit, cuius certe ornamenta fuerunt Latinarum literarum monumẽta ab eo edita, militaris disciplina adiuta quoque, senatus maiestas & propagata familia, ex qua maximum decus Ro. posterio: Cato ortus est, qui sacratissimũ illud Catonum nomen postea immortale fecit. Hic scilicet primus Cato primo cum Qu. Fabio Maximo militauit. Quinto deinde post anno quæstor Tarentũ missus fuit. Vbi Ennium poëtam prædictum inueniens, Ro. secum deduxit, postmodũ cum Scipione illo uiro optimo prædicto, etiam Aphricam transuectus, rem publicam non mediocriter iuuit. Deinde ex ædilitatis officio censor factus, ac postea prætor, optime in omnibus se habuit. Consul etiam bis fuit, & post consulatum, quem strenuè in Hispania gesserat, tribunus militum dictus est. Demum quum sero & pene senex Latinas literas didicisset, etiã Græcas literas edoceri appetiuit. Vnde doctus factus, historias & rem militarem tractauit atque scripsit. Et dum sibi ex clementia quandam comparasset gloriam, id egit, ut iuris quoque ciuilis peritissimus haberetur. In senatu nãque & extra senatum contemporaneos omnes grauitatis & auctoritatis excellentia superauit. Censorinus autem appellatus fuit, quòd censuræ officium sibi specialiter fuerit commendatum. — Cẽsorinus grauissimus

Genua urbs prius euersa instauratur — Genua maritima urbs celeberrima, Ligurúmque caput per hæc tempora, Liuio in. 10. testante, ex senatus, populique Romani iussu, Cornelio consule, à Lucretio uiro nobilissimo instauratur, quæ à Magone Annibalis duce fuerat euersa, ut iam suo loco prædictum est in conditione ipsius urbis.

Per hos ferme dies, Orosio teste, Marcellus consul à Boiis in Hetruria oppressus, magnam exercitus partem amisit. Cui postea Furius alter cõsul auxilio factus, uniuersam Boiorum gentem igni, ferróque uastauerunt, & ad nihilum redegerunt. Quibus etiã temporibus Minutius cõsul à Liguribus in extremum periculum adductus, & insidiis hostiũ circũuentus, uix Numidarum equitum industria liberari promeruit.

Eodem quoque tempore Insubres Boii, à quibus, ut testatur Liui. Papia ciuitas cõdita fuerat, atq; Cenomani, id est, Brixiani & Veronenses, cõtractis in unum uiribus, cum Hamilcare Pœnorum duce, qui in Italia remanserat, Cremonam, Placentiámque uastantes, difficilimo bello à. L. Fulvio superati sunt.

Macedonicum bellum per Quintium gestum.

Bello Punico transacto, sequitur Macedonicum contra Philippũ eorum regem, quod quidem secundũ Liuium ab urbe cõdita anno quingẽtesimo. 5. cœptum est. Minore quidem rerum motu quàm Punicum gestum est, sed tanto clarius, quanto nobilitate Macedones Pœnos antecessere. In eo quippe bello, quũ. T. Quintius Flãmineus prospere rem gessisset, 5034 165

gessisset, pax Philippo illam petenti data est, his tamen legibus, ne scilicet Græcis ciuitatibus, quas aduersus eum defenderet, ingens bellum inferret, útque captiuos & transfugas redderet. 50. tantum naues haberet, reliquas uero ipsis Romanis daret, per annos. 10. quaterna pódo argẽti milia præstaret, & obsidem Demetriũ filium suũ daret. Post hæc uero idem Quintius Lacedæmoniis bellum inferens, Nabidem eorum ducem uicit, & quibus uoluit conditionibus eos in fidem accepit, reuersúsque Romam triumphauit, de cuius triumpho, Liui. lib. 33. sic scribit. Triumphus initus, die primo arma, tela, signáque ærea & marmorea transtulit plura Philippo adempta, quàm quæ ex ciuitatibus exceperat, secunda die argentum, aurum factum & signatum, uasa multa omni genere cælata, plæraque quædam eximiæ artis fabrefacta & multa alia, tertia die coronæ aureæ dona ciuitatum trãslata. 114. & ante currum multi nobiles captiui, obsidésque, inter quos Demetrius regis Philippi filius, & Armenes Nabidis tyranni filius Lacedæmonius, deinde Quintius in urbem est inuectus, secuti currum milites frequentes in circuitu omni ex prouincia deportato. Triumphi ordinem scribit.

5035 164 Perseus seu Perses ultimus Macedonum rex Philippi regis filius. 3. regni Philo. anno. 151. olym. regnare cœpit, & regnauit annis. 10. quo regnante Macedonia unà cum ipso rege in Ro. ditionem deuenit, hic itaque Demetrium fratrẽ habuit, qui quum obses diu Romæ fuisset, omnibus charus acceptúsque erat. Quapropter Perseus frater illi maximam cõtraxit inuidiam, & apud patrem illum criminari non desistebat. Quibus rebus pater compulsus illum perimere fecit, sublatáque fraterna æmulatione, Perseus in patrem contumacior esse cœpit, nec se ut regni hæredem, sed ut regem in omnibus habebat, quibus rebus offensus pater, in dies Demetrii mortem molestius ferebat. Vnde & breui post morbo ex ægritudine contracto, uita decessit, relicto magno belli apparatu contra Ro. quo postea Perseus iste usus est, nam ubi primum patri successit, multas gentes contra Ro. in societatẽ belli contraxit. Inflatus nempe thesaurorum multitudine, & paratis sumptibꝰ fortunæ patre, ueterem Alexandri magni gloriam considerare oblitus uidebatur. Equitum itáque prima congressione Perseus uictor fuit, attamen legatos ad consulem misit, qui pacem peterent. Sed Sulpitius consul non minus graues, quàm uictor leges dixit. Dúmque hæc aguntur, statim Paulus Aemilius consul contra eum missus est, qui cum eo, Liui. teste. 3. nonas septembris dimicare cœpit. & . 20. peditum milibus ex Macedonibus occisis, in potestatem Aemilii Perseus hic deuenit, deserentibus eum amicis, quẽ consul, ut Eutrop. scribit, ad uictoris pedes cadere uolẽtem non permisit, sed iuxta se in sella collocauit. Illóq; capto Aemilius. 70. ciuitates, quæ in Aegypto Ro. rebellauerant, cepit. Macedonibus autem & Illyricis has leges dedit, ut liberi omnino essent, & dimidium tributorum Ro. præstarent, eorum scilicet quæ regibus suis præstitissent, & hoc, ut appareret populum Ro. pro æquitate magis, quàm pro auaritia dimicare. Perseus uero Romam perductus, in triumpho adductus est.

5036 163 Antiochus nobilis siue illustris dictus, septimus Syriæ & Asiæ rex. 4. regni Philometoris anno, fratre eius Seleuco defuncto, regnare cœpit, & regnauit annis. 11. hic sororem suam Pto. Epiphani tradiderat uxorem, & ut regnum eius obtinere posset, affinitatis prætextu Aegyptum ingressus, ipsum inter epulas occidere fecit. Sed ab Aegyptiis electus, etiam post biennium ad obsidionem Alexandriæ rediit. Ad quem (ut dictum est) Gn. Pompilius legatus à senatu missus, ab obsidione urbis recessit. Antiochus autem ne ob segnitiem contemptui haberetur, quo frater eius contemptus fuerat, Cleopatram, quæ fratri cõsors fuerat, duxit uxorem, & ciuitates, quæ à fratre defecerant, postquam ab Aegypto repulsus fuerat, regno suo adiecit. Iudæos quoque qui in Hierusalem habitabant sibi subegit, quorum uires tantæ fuerant, ut post hunc nullum Syriæ regem tulerint. Hic itaque Hierusalem ciuitatem sanctam, Menelao prodente, ui cepit, & locum sanctum spoliauit, ac prophanauit, legésque destruere præcipiens, multos trucidauit, & hoc ipso Menelao Iudææ duce, longum & patriæ proditore faciente. Per hæc quoque tempora, ut patet. 2. Macha. 5. contigit, per uniuersam Hierosolymorum urbem uideri. 50. diebus in aëre equites decurrentes, auratas stolas habentes, & cursus eorum equorum per ordines digestos, congressiones facere. Quam ob causam Iudæi omnes rogabant monstrum in bonum conuerti, sed omnia Iudæis

Antiochus Hierusa lem destructio Menelaus proditor Prodigium narrat.

dris prænūcia fuerūt dolorū, quia haud multo post, è templo thesauris ablatis, idē rex misit homines impios, qui cōpellerent Iudæos carnes porcinas comedere, & à patriis legibus se trāsferre, & contaminare sancta, & non templum domini, sed Iouis olympici cognominare, quæ res malorum pessima fuit. Coëgit etiam eos relinquentes patriam religionem, idolum uenerari, ædificare etiam in unaquaque ciuitate & uico templa deorum, & aras collocantes, immolare super eas porcos omni die præcepit, & ne quis circuncideretur, autne filii eorū. Interminatúsq; eis & tormēta grauissima, si quis cōtraria facere præsumeret. Cōtigit & tunc septem fratres unà cum matre à satellitibus comprehensos compelli contra fas comedere porcinas carnes, qui omnes constanti animo pro obseruatione legum martyrium pertulere. Tandem dominus qui omnia conspicit, sceleſtum impunem nō permisit, sed insanabili plaga eum percussit. Dolor nāque eum intolerabilis inuasit, & corpore suo uermes ebullire fecit, qui adeò eius carnē corrupere, quòd fœtor ab exercitu ferri nō poterat. Sed ipse conuersus ad deum, in montibus peregre proficiscens, ibidē miserabiliter expirauit, ut habetur. 2. Macha. cap. primo.

Machabæorū fratrum martyrium.

Scisma Iudæorum pontificum.

Per hoc idem tempus maximum scisma Iudæos inuasit, quod malorum multorum occasio fuit. Simon autem sacerdotum princeps moriens, tres post se reliquit filios. s. Oniā, Iesum, & Ioannem, qui & in tres principatus sacerdotii peruenerunt. Onia uero natu maiore pontificante, quia eidem non erāt liberi, duo reliqui de pontificatu contendere cœperunt. Et ut Antiocho prædicto regi placerent, ad eius ritus declinauerunt, adeò ut etiam nomina gentilium sibi ipsis imponerent. Et Iesus quidem Iasonem se nominauit, Ioan. uero Menelaus est nuncupatus, & seditionem prius Iesus aduersus Menelaum concitauit, & diuisa est populi multitudo, & pro parte Menelai filii Thobiæ consistebant, populi uero maxima pars Iasonem adiuuabant. Vnde Menelaus & filii Thobiæ ad Antiochum accedentes indicarunt ei, quòd uellent patrias leges relinquere, & eius conuersationem atque mores obseruare. Rogarúntque eum, ut permitteret eis gymnasium in Hierosolymis ædificare. Qui umque concessisset, circuncisionem primo uelauerunt, & omnia reliquerunt, quæ eis mos patrius imponebat. Atque hoc modo Menelaus sacerdotii principatum emens, sedit annis. 11. Et eo amoto, sedit Iason annis 10. Vnde in primo Macha. cap. primo scriptum est. Quod tunc surrexerunt in Hierusalem filii Belial introducentes ritus gētium, & petentes ab Antiocho quòd Hierosolymitani deinceps Antiocheni scriberentur. Onias autem uir sanctus uidens fratrum insolentiam, è Hierosolymorum ciuitate ad regē descendit ut uideret si quomodo posset eius animum immutare. Quod cū nequiret, apud Antiochiam in Asylo cōsedit, quē Menelaus insecutus interfici fecit: at rex de iustissimi uiri nece turbatus, Andronicum homicidam capi fecit, & purpura exutum eo in loco, quo Oniam peremerat, tam'diu uirgis cædi fecit, donec expiraret. 5040 159

Iason Menelaus.

Mathathias.

Mathathias sacerdos filius Ioannis filii Simonis filii Samoni de uico Ioab Hierosolymitanis habitans, in Modin uico Iudææ, his temporibus doctrina & gloriæ fama apud Iudæos plurimum honoratus est, cui quum. 5. filii fuissent, scilicet Ioā. qui uocatur Gadis & Simon qui dictus fuit Thasi, & Iudas qui uocatur Machabæus & Eleazarus atque Ionathas uidens statum Iudæorum, & ciuitatis Hierusalem rapinam, & templi nuditatem, ac plebis calamitates apud eosdem filios suos rerum statum plangere nō desistebat. Dicebátque melius illi esse pro patriis mori legibus, quā ita ignominiosè uiuere. Venientibus autē ad eū ministris à rege directis, hortabantur eum ut secundum regis præceptum sacrificaret, id facinus unà cum filiis facere recusabat. Et cum uidisset unum ex Iudæis in uilipendium legis immolare, iratus super eum, unà cum filiis irruit, & eius sanguinem super aram effudit, atque Apollinum regis iudicem, qui ad talia cogebat, cum suis militibus interemit, & arā euertit, & clamans uoce magna, dixit. Si quis æmulatur dei religionē sequatur me. Et hoc dicens cum filiis suis ad solitudinem confugit, quod multi Iudæorum idem cum filiis suis fecere. Et illum sibi iudicem & ducem constituere, qui eos in sabbatis pugnare docuit, dicens, quòd si hoc facere recusarent, ipsorummet fierent homicidæ. Et deinceps apud Iudæos in sabbatis pugnandi cōsuetudo permāsit, quum etiam illis diebus potius mori uolebāt, 5043 156

quàm pugnare. Colligens itaque Mathathias sibi armatam multitudinem, aras ubique deposuit, & peccantes Iudæos quantos capere potuit, interemit. Eo igitur anno magistrante dum morbo grauaretur, conuocans filios dixit. Ego filii mei decretam proficiscor uiã, cõmendo uobis patrias leges, ut ritus paternos custodiatis, & peregrinantes restauretis: & si oportet pro eisdem grata mente mori non timeatis, præterea commoneo filii mei, ut concordiam inter uos habere dignemini. Adiecitque Simonem consilio præcipuum ut patrẽ habete, Iudam uero propter militiæ fortitudinem ducem in armis habetote. Quibus dictis rogauit deum filiis adiutorem fieri, atque ita uiuendi finem fecit. Quo mortuo in Modin sepelitur, ut habetur. 1. Machab. 2.

5045 154 Paulus Aemilius Romanorum cõsul olympiade. 154. quæ est. 13. regni Philometoris annus, ætatis suæ secũdum Plutarchum. 60. cum Perseus Macedonũ rex, multis prælijs Romanorum exercitum profligasset, maximámque Romanorum multitudinem partim occidisset, partim sub corona uendidisset, & partem secum in Macedoniam deduxisset, misertus populi sui malis, consulatus officium, licet senex, contra eundem suscepit. Tantisque rebus præfect9, primo prælio cõgressus. 20. peditũ milia ex Macedonibus interfecit, & multa alia facinora strenue gessit, de quibus infra. Fuit hic in primis Paulus ex Aemiliorum Romanorum patriciorum uetustissima familia natus, qui ætate florenti gloria clarorum uirorum effulsit uirtute, non ea secutus, que nunc cætera iuuentus sequebatur, nec per eandem uiã ingressus. Non enim ut Plutar. ait, in causis perorandis, nec in salutando homines, quibus artibus plærique fauorem sibi popularem captabant, quum tamen ad utrunque foret aptissimus, se exercuit, sed ut præstantiorem utique fortitudinis & integritatis sibi gloriam quærere studuit. Primum enim ẽ magistratibus ædilitatem petens, duodecim competitoribus, quos omnes temporibus posteris consules fuisse tradũt, suffragiis populi Ro. prælatus est. Augur deinde factus sic patriis moribus intendit, sicque circa ueterum obseruantiam, disciplinámue cognouit, ut nominis & honoris duntaxat gratia, concupitum prius auguratum inter supremos magistratus habitum ostẽdit, philosophísque adstipulatus, qui religionem scientiam cultus diuini esse diffiniunt. Cuncta nanque faciebat cum peritia & studio, nihil prætermittens uel addens. Sed & aduersus collegas semper etiam pro minimis insistens & docẽs, quòd & si maximẽ quis rem diuinam facilem existimet, & sine quærela negligentiæ tamen nequaquàm esse ferendam ciuitatem, quæ illam negligi patiatur, neminẽ ab initio magno excessu rempu. turbare, sed magnarum rerum custodiam tollẽdam, qui in paruis ac minimis diligentiam abiiciunt. Eo quidem modo disciplinæ militaris, morúmq; custodem, & obseruatorem se præstitit, ut ueluti sacerdos aliorum sacrorum circa mores dux & exemplar diceretur. His enim uirtutibus fultus Aemilius in Hiberiam primum missus cum. 12. securibus, ut in eo consularis dignitas ostenderetur, ibidẽ superatis circiter 30. hominum milibus, omnes interfecit. Vnde in eo magnam futuram esse uirtutem apparuit, quòd eius industria, nõ bellantium ui fuerit parta uictoria. Postmodum consul factus contra Ligures bellicosos homines, secundum bellum cum octo militum milibus gessit. Qua quidem paucitate aduersus. 30. hominum milia proficiscens, eos omnes in fugam uertit, & intra mœnia conclusis spem bonam humanitatémque præstitit. Postremo (ut dictum est) sexagenario maior, sed robusto corpore, contra Perseum Macedonũ regẽ consul missus, ipsum tandem cum duobus filiis ac filia captum cũ uniuersis Macedonum regum thesauris Romam deduxit, cui & senatus triumphum hoc modo parari iussit. Primo pontificibus Romanis astitit nitidis uestibus ornatus in equestribus theatris, qui arcus appellantur: & in locis circa forum adhoc ipsum ex ligno fabricatis, et in aliis urbis locis per quæ transiturus erat, sese ad spectandum triumphum comparauit. Omnia urbis tẽpla erant aperta, & fertis uaporibúsque repleta suauibus, multitudóque ministrorum aderat baculos manibus gestantium, qui ex medio turbas, dimouebant, & uias apertas præstabant. Transmissio in tres dies diuisa fuit. Prima uix signis, tabulis, collossísque transmittẽdis suffecit, quæ uehiculis comportabantur. Secunda die ornatissima Macedonũ arma multis curribus delata fuere, splendentia ære ac ferro absterso, atque ita disposita, ut casu maximẽ cecidisse ẽ cœlo uiderẽtur galeæ, scuta, thoraces, ocreæ, & Cretenses peltæ, trachia, ge

Paulus Aemilius.

Triumphi ordinem hic pulchrẽ recitat.

ta,

ta, pharetræ, & equorum frena, enses nudi per hæc iacentes, & sarissæ infixæ, ita ut nec uictorum quidem absque metu foret aspectus, post hos armorum currus, tria uirorum sequebantur, qui nūmismata ferebant argentea in uasis. 550. Vas quippe quodlibet erat trium talentorum, quatuor uiri singula uasa portabant. Alii crateras argenteos & phialas, calices ornatissimos, ingentésque certo ordine deferebant. Tertia uero die prima luce tibicines non mite neque suaue, sed bellicū sonantes, primi ibant. Post hos uero. 120. boues albi cornibus deauratis ducebantur, uittis & sertis ornati, ducebant quippe eos adolescentes ad immolandum succincti, & pueri aureas, argenteásque patenas sacrificii gratia deferebāt, post eos sequebantur qui aurea nūmismata deferebāt in uasis taletorū, ut supra de argenteis dictum est. Numerus autem uasorum fuit tria & octoginta, his succedebant, qui aureā phialam decē talentorum, quam Aemilius ex lapillis effecerat. Item Antigonia & Seleucia & Therìdea Persei uasa aurea portabant, post hæc Persei currus & arma & diadema super armis positum. Deinde modico post nati regū ducebantur, & cum ipsis alumnorum, magistrorum & pedagogorum lachrymans turba, qui & ipsi manus tendebant ad ciues & pueros, eadem facere & precari debebāt. Erant masculi duo, Darius & Alexan. & una fœmina non satis infortunium suum per ætatem intelligentes. Quæ res magis ad misericordiam homines concitabat, multique ciues ad illorum aspectum lachrymas demiserunt. Fuitque lætitiæ & doloris plenum spectaculum, donec infantes transierunt. Ipse autē Perseus post filios atque ministros fusca ueste trepidans ibat, amictus more patrio habens, propter magnitudinem malorū ad omnia trepidus ac mire turbatus. Post eum ibat amicorum & familiarium mœsta turba, miserabiliter ipsum intuentes, lachrymantésque, ut etiam plærisque ex Romanis lachrymari propter misericordiam compellerentur. Atqui postulasse Perseum ab Aemilio ferunt, ne in triumpho duceretur. Post eum deferebantur aureæ coronæ, quibus Aemilium uirtutis gratia Grecæ donauerant ciuitates. Erat numerus coronarū. 400. Deinde Aemilius ipse sequebatur ornatissimo curru inuectus, uir & circa huiusmodi honorem spectaculo dignus, purpuram auro contextam indutus, & lauri ramum dextera gerens, ferebant & laureum milites currum Aemilii secundum legiones, cohortes & manipulos subsequentes, partim carmina patria salibus permixta risu, partim laudes Aemilii canētes, quæ intuebantur & admirabantur omnes. Nec quicquam ex his, quæ filiis optāda forent, deesse arbitrabantur, nisi forte dæmoniū aliquod magnificis & amplissimis rebus fortem habebat detrahendi, ac ita miscendi humanam uitam, ut malorum omnium nullo modo sit expers. Sed iuxta Homeri sententiam cum his optime actum esse uideatur, quos fortuna ad utranque partem conuertit. Erant igitur Aemilio quatuor filii, quorum duos aliis dederat adoptandos, duobus domi retentis, horum alter quinque diebus ante triumphū est mortuus. 14. annorū ætate, alter uero qui duodecim erat annorū, quinta die post triumphum è uita decessit. Nec fuit quisquā ciuis qui hunc Aemilii casum non dolenter fleret. At Aemilius recta ratione fretus, fortitudinem & cōstantiam aduersus fortunam magnanimiter tulit, ubi & in oratione uerba fecit, non hominis qui indigeret consolatione, sed plane ciues suos ob eius incommodum lugentes consolaretur. Dixit enim humanarū quidem rerum nihil pertimuisse unquam, sed diuinarum ut infidam & uariam rē semper fortunam expauisse, ac præsertim in tanta fœcunditate præsentis belli, tantóque prosperitatis cursu mutationem quandam ac reflexum cōtinuo formidasse. Vnius inquit diei spacio Ionium à Brūdusio transgressus Corcyræ applicui, quinto deinde die Delphis sacrificio peracto, aliis quinque diebus copias ex Macedonia suscepi, lustratóque exercitu, ac rem gerere adortus, quintadecima post hæc die confeci. Eo enim tunc suspecta mihi fuit fortuna, propter tantam prosperitatem, & cum uictorem exercitū, & spolia, & reges captiuos deportarem, in ipsa nauigatione aduersum aliquem casum formidaui. Sed quum iam saluis rebus, incolumisque ad eos delatus, urbem lætitia & festiuitate compleri aspicerē, adhuc fortunam magis ac magis suspectam habui, quam sciebam nihil purū, nihil sine inuidia hominibus gratificari cōsueuisse, nec animus meus pro republica prius timere destitit, quàm aduersus casus me priuatim inuasit: optimos filios, quos mihi solos delegeram successores, cōtinuatis prope funeribus extulit. Nunc autem sine periculo esse uideor, ac bonā spem mihi

Filii regis paruuli.
Perseus rex in triumphū ducitur.
Corōæ 400.
Fortitudinē hominis recitat.
Oratio Aemilii ad senatum.

hi propono, & arbitror rempublicam fortunatam sine labe permansuram, quando satis minus humanæ fragilitatis exemplum is qui triumphauit, quàm is de quo triumphatum est. Perseus siquidem etiam uictus filios habet, Aemilius autem uictor filios amisit. Huiusmodi generosam ac magnificam orationem non ficte, sed ex uero animo ferunt Aemilum in cócione habuisse. Hoc itaque ordine uictoribus triumphi exhibebantur. Pro Perseo autem omni studio Aemilius annixus est, sed nihil obtinere potuit, ut scilicet ex carcere in lætiorem traderetur locum, ubi custoditus mœrore animi tandem confectus est. Sicque Macedonum regnum sub Perseo isto consumptum est. Post uero Aemilius in morbum incidit, in quo tamen die natus est è uita migrauit. Vnde & eius funus ita celebratum est, ut optimus ac beatissimus ornatus adesset, hoc autem non aurum erat, non ebur, non magnificentia sumptus, sed beniuolentia, charitas, gratia non solum ciuium, uerum etiam hostiú. Quot quot enim casu aliquo Romæ aderant ex Hiberia, Liguriáque ac Macedonia, iuniores natu robustis corporibus feretro subeuntes ipsum extulerant, maiores autem sequebátur benefactorem, & ciuitatum suarum seruatorem uocitantes. Non solum enim in uictoria fese mitem & humanum præstitisse dicitur, sed in omni reliqua uita eos tutatus est, & ueluti pro domesticis ac necessariis habuit. Hic itaque Aemilius quum uir esset doctissimus, teste Isidoro sexto Ethi. lib. cap. 3. primus è Græcia libros Romam aduexit, & Romanos discere persuasit, post modum Iulius Cæsar hoc negocium bibliothecæ custodiédæ M. Varroni iniunxit. Charitas in funere Aemilio ostensa.

Macedonum regum epilogus.

Macedonia itaque prouincia a Carnao rege qui primus in ea regnauit usque ad Perseú istum, trigintanouem habuit reges, qui omnes regnauerút temporibus simul computatis, uidelicet. 644. annis. Quorum nomina & tempora resumendo ista sunt.

Carnaus. 1.	annos. 28.	Archelaus secúdus. 14.	an. 4.	Antigonus. 27.	an. 4.
Cenus. 2.	an. 12.	Amyntas secúdus. 15.	an. 1.	Demetrius. 28.	an. 6.
Tyriamas. 3.	an. 38.	Pausanias. 16.	an. 1.	Pyrrhus. 29.	an. 7.
Perdica. 4.	an. 15.	Amyntas tertius. 17.	an. 6.	Lysimachus. 30.	an. 5.
Argeus. 5.	an. 38.	Argeus. 18.	an. 28.	Ptolemæus. 31.	an. 1.
Philippus. 6.	an. 38.	Amyntas iterum. 19.	an. 19.	Meleagros. 32.	an. 2.
Eutropius. 7.	an. 16.	Alexander iterum. 20.	an. 1.	Antipater. 33.	an. 2.
Alcetas. 8.	an. 29.	Ptolemæus. 21.	an. 4.	Sosthenes. 34.	an. 2.
Amyntas. 9.	an. 50.	Perdicas. 22.	an. 6.	Antigonus. 35.	an. 36.
Alexander. 10.	an. 43.	Philippus. 23.	an. 27.	Demetrius. 36.	an. 10.
Perdicas. 11.	an. 28.	Alexander Magnus. 24.	an. 12.	Antigonus. 37.	an. 15.
Archelaus. 12.	an. 24.	Arideus. 25.	an. 7.	Philippus. 38.	an. 42.
Orestes. 13.	an. 3.	Cassander. 26	an. 19.	Perseus. 39.	an. 10.

5046 153 Iudas qui & Machabæus, uir quidem fortissimus magnúsque ac bellicosus, Mathathiæ Iudæorum sacerdotis filius, olympiade. 154. qui fuit. 15. annus regni Philometoris, post patrem rerum gubernationem suscipiens, mandatorum patris non immemor, omnia quoad uixit pro libertate ciuium & legum pati & facere se obtulit, qua quidem uirtute magnam sibi gloriam & monumentum seruauit. Hic itaque adiuuantibus fratribus cæterisque religiosis Iudæis, inimicos à prouincia expulit, & Iudæos legum suarum transgressores occidit, & purificauit terram suam ab omni malo. Et primo quidem congressu Apolloniú Samariæ ducem percussit, & armis exuit, atque interfecit. In cuius gladio deinceps pugnauit. Deinde Antiocho in Persidem abeunte, misit duces conculcare Iudæos, uidelicet Lysiam, Ptolemæum, Gorgiam & Nicanorem, quos omnes Iudas ex Iudæa depulit, & templum pollutú, ab idolorum imaginibus emundans, renouauit. In quo iam frutices pullularant (ut patet primo Macha. 4. & 2. lib. capi. 10.) Quibus gestis post triennium patrias leges suis ciuibus reddidit, & tunc templi tertia dedicatio, quæ dicta est Encenia, mense Decemb. facta est: his gestis Antiochus illustris uita defunctus est, & Menelaus ponti. qui iam patriam prodiderat, à iuniore Antiocho occisus est. Quo mortuo Alchimus quidam, qui non erat de genere sacerdotali, ambitione permotus pontificatum inuasit, & quatuor anni Iudas Machabæus.

nis illum obtinuit, propter quod Onias Oniæ pontificis filius in Aegyptum transmigrãs in Heliopolitano pago aliud ad similitudinem templi Hierosolymitani, construxit. Alchimus uero aduersus Iudam Machabæum inimicitias gerens, post parum tẽporis dei ira percussus uitam finiuit. Ac sic omnium Iudæorũ fauore Iudæ Machabæo sacerdotium decernitur. Qui dignitate suscepta, confestim legatos Romam dirigit, sociale fœdus petituros. Senatus autem Iudæos amicos habendos mox decernit. Denique aduersus Bachidẽ & Alchimum Demetrii duces prælio commisso occisus est, cum tribus annis (ut Iosephus in.2. testatur) pontificatum administrasset. Simon autem & Ionathas eius fratres, corpus ab hostibus rediměẽtes, in Modin patrum suorum sepulchro sepeliere, quo mortuo fame superueniente uniuersa regio se Bachidi tradidit.

Antiochus Eupator nonus Syriæ & Asiæ rex.16.regni Philometoris anno regnare cœpit, & regnauit annis.2. Hic patre sublato paruulus relictus est, cui quum Triphon à populo datus esset tutor, patruus eius Demetrius, qui obses tunc Romæ erat, re cognita senatum adiit, obsidémque se uiuo fratre uenisse, sed eo mortuo, cuius obses sit, se ignorare fatetur, dimittique ergo se ad regnum petendum, æquum esse. Qui quum se dimitti animaduerteret à senatu, tacitus discessit, delatúsque in Syriam, summo cũ honore exceptus est, & occiso pupillo, eidem magnum traditur. Verũtamen Triphon ipse regnum inuadẽs, diu illud tenuit. Et ut ipse diu potiretur centum peditum millia, & uiginti equitũ millia, necnon & triginta septem elephantes contra Iudæos parauit. 5047 152

Demetrius Sother decimus Syriæ & Asiæ rex, priuigno interfecto, regnum suscipiens regnauit annis.12. Qui cum primum occupasset Syriæ regnum, nouitati suæ ocium periculosum ratus, ampliare uires suas statuit. Et primo quidem propter fastiditas sororis nuptias regi Cappadociæ infestum bellum intulit, sed Antiochenes, aliique à Demetrio lacessiti subornauerunt Porpelam quendam sororis extremæ iuuenem, ut Syriæ regnum uelut paternum armis repeteret, & ut fides adhiberetur fraudi, nomen ei Alexan. inditum fuit, genitúsque ab Antiocho dicitur. Tantum enim odium apud omnes contraxerat Demetrius, ut æmulæ eius uires omni auxilio tribuerentur. Vnde Alexander his fretus auxiliis, contra Demetrium occurrens, uictum illum uita pariter & regno priuauit. 5049 150

Ionathas Iudæorum dux pariter & pontifex populum Iudæorum post Iudam rexit annis.19. Hic suscepto principatu, nõ impar uirtute fratri suo Machabæo extitit. Quod Bachides Demetrii regis dux audiens, timuit, & illum sicut & fratrem suum Iudam dolo interficere statuit. Cuius uoluntas non latuit Ionatham, qui colligens exercitum pugnam cũ Bachide commisit, & magnam illi stragem intulit, adeò ut uix periculum mortis euasit: quo facto in Hierusalem reuertitur, & munitissimas ciuitates ædificare cœpit. Tunc pontifex Alchimus intrusus, domum dei & opera prophetarum destrui præcepit, sed demolitione inchoata, paralysi percussus, magno cum tormento defecit. Tũc Ionathas cum Ro. Spartanísque aliis quoque regibus amicitias faciens, magnus & formidabilis esse cœpit. Tandem Triphone Antiochi pupilli tutore Ptolemaide dolose captus, cum filiis & mille uiris interficitur, ut habetur in lib.13. Iosephi ca.9. Cuius corpus Simon frater eius inde redimẽs, & in patriã suã trãsferens cũ maximo luctu sepeliuit. Cui & idẽ Simon ingẽs mausoleũ sibi, & fratribus suis atq; patri ex polito & albo lapide fabricare fecit. 5050 148

Philippus quidã Macedo, quem Andrascum esse uolũt, pseudorex, anno.28.regni Philometoris in Macedonia arma mouens, Publium Iuuentium Romanorum prætorem contra se uenientem ad internitionem usque deleuit, & regno occupato, regnauit anno uno. Sed Cæcilio Metello uictus, Macedonia iterum in Romanorum potestatẽ redacta est. Inde haud paulopost ibidem Perses, qui se Persei filium dicebat, collectis seruitiis rebellauit. Et quum iam.16.millia armatorum haberet, à Romulo quæstore, sicut Liuius refert, superatus est. 5060 139

Alexander qui & Balans dictus fuit.11.Syriæ & Asiæ rex.19.anno Philometoris regnare cœpit, & regnauit secundum Eusebiũ annis.9.& mensibus.10.licet Iosephus nisi quinque regnasse dicat. Hic Antiochi, qui & Epiphanes cognominat9 erat, filius creditus fuit, qui Demetriũ prædictum auũculũ suũ interfecit, & regnũ abstulit. Imperánsque Ionathã 5061 138

prædictum Iudæorum ducem ob eius fortitudinem multis insignibus & corona prosecutus est. Transmittens hæc ipsa dona, talem ei epistolam scripsit, dicens. Rex Alexan. fratri Ionathæ salutem. Fortitudinem quidem & fidem tuam iam dudū audiuimus, & ideo trāsmisimus ad te pro auxiliis, & ordinauimus te hodie principem sacerdotum Iudæorum, & amicum nostrum uocari præcipimus, idcirco etiam destinamus tibi pro munere purpureā stolam, & auream, & peto honoratum te à nobis similem erga nos fieri. Huic Ptolemæus prædictus Aegypti rex, Cleopatram filiam uxorē dedit, cupiebat enim regnum eius. Quod intelligens Ptolemæus, eum proditorem & filiæ suæ nuptiarum transgressorē accusauit, & statim affinitatem soluit, & illā Demetrio tradidit, & tunc manifeste factæ sunt inimicitiæ. Ptolemæus autem post hæc Antiochiam ueniens, ab Antiochenis benigne susceptus, rex ab eisdem declaratus est. Quod audiens Alexan. statim cum magno apparatu Antiochiam uenit, & Ptole. contra eum duxit exercitum, & uincens Alexandrum in Arabiam fugauit, ubi Arabum rex nomine Zabilus eidem caput auferens, Ptolomæo transmisit, qui suauem sibi rem, summúmque spectaculum Alexandri morte simul & capite uidit, qui tamen paulopost præ gaudio uitā finiuit, ut patet primo Machab. ca. 11. & . 13. lib. Iosephi ca. 7. atque ita Alexan. pro Demetrio pœnas dedit, quem occiderat, pro Antiocho, cuius mētitus fuerat originem.

Tertium bellum Punicum.

5062 | 137 Tertium deinde bellum Punicum. 601. anno ab urbe condita à Romanis cōtra Carthaginenses suscipitur, regnantibus apud Romanos L. Manlio Censorio, & M. Manlio, secūdum Liuium anno, scilicet. 51. postquam secundum bellum Punicum trāsactum fuerat. Hi itaque consules (sicut Orosius in. 4. cap. 44. scribit) Carthaginem profecti Carthaginensibus præceperunt, ut omnia arma, nauésque ipsis Romanis traderent. Qui timore cōcussi, tantam repente armorum uim Romanis detulerunt, ut inde sicut, ait Liuius, tota Aphrica facile potuisset armari, postquam uero arma comportarūt, iussi sunt relicta ciuitate, procul à mari decem passuum millibus recedere. Quo audito, Carthaginenses dolorem ad desperationem addentes, decreuerunt aut urbem defendere, aut cum ipsa perire. Quamobrē Hasdrubales duos suos duces creauerunt. Dehinc arma facere aggressi, cū æris ferrique materia deficeret, auro, argentóque suppleuerunt. Cum autem consules urbē oppugnare decreuissent, & iam aliquam murorum partem diruissent machinis, facto impetu à Carthaginensibus turpiter repulsi sunt, quos fugientes Scipio, repulso in muros hoste, defendit. Cēsorinus uero in urbem rediit, & Manlius Carthagine amissa, in Hasdrubalē arma cōuertit. Armorum incredibilis multitudo. Aurea & argētea arma.

Carthaginis excidium.

5065 | 134 Scipio autem magni Scipionis nepos, hisdem temporibus omni uirtute apud Romanos præclarus, ex condito consul extra sortem factus, Aphrica sibi decreta est. Veniénsq; Carthaginem, cum sex continuis diebus noctibúsque oppugnasset, tandem re desperata, Carthaginenses ad deditionem traxit, petentésque, ut quos belli clades reliquos fecerat, saltem seruire liceret, atque ita primum mulierum agmē satis miserabile post uirorum turbā descendit. Nam ut Liuius ait, fuisse mulierum. 25. milia, uirorum. 30. milia captiuorum memoriæ traditū est. Hasdrubal uero imperator ultro se transfugæ dedit, & eius uxor se suósque filios quodam fœmineo furore in medium iecit incendium. Ipsa autem ciuitas supposito igne sexdecim continuis ardens diebus, miserúmque uictoribus præbuit spectaculum. Multitudo uero illa captiuorū paucis exceptis principibus uænundari iussa est. Trāsfugæ aūt spectaculū populorū traditi sunt feris, atq; ita Carthago illa celebris ciuitas à Didone cōdita, secundū Eusebiū. 668. uel ut aliī uolunt. 748. anno ab eius conditione deleta est, omni murali lapide in puluerem comminuto, quarto scilicet anno, ex quo ipsum tertium Punicū bellū fuerat inchoatū. Scipio autē & ipse cognomen illud celebre meruit, quod auus eius acceperat, sic ut propter hāc fortissimā uirtutē Aphricanus iunior appellaretur. Numerus captiuorū. Carthago à Didone cōdita deletur

5066 | 133 Tyberius Gracchus ex Tyberio patre Romanorum consule natus, tempestate hac admodum iuuenis existens, multa uirtute clarus & celebris fuit. De quo Plutarchus tradit quòd etiam ab ipsa pueritia ita clarus & insignis extitit, ut in augurum collegio cōfestim sit receptus, propter uirtutem magis, quā nobilitatem. Prima nanque eius militia sub

prædicto Scipione iuniore in Aphrica fuit, ubi quum eidem Scipioni cõtubernalis esset, tamen modestia & uirtute cæteram iuuentutem egregiè superauit, & primus omniũ Carthaginis muros conscendit, & multas hostium cædes edidit, sed demum Romam reuersus, ubi Tribunum plebis factum sensit, statim legem Agrariam ferre decreuit, propter quod odiosus factus, à locupletibus peremptus est, quum nec dum trigesimũ ætatis complesset annum.

Ptole. Euer.



Ptolemæus Euergetes prædicti Philometoris filius Cleopatræque germanus, septimus Aegyptiorum rex, olympiade .159. quæ fuit annus .463. Iudaicæ captiuitatis, Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis.29. Vir quidem pessimus atque sæuissimus, ob cuius sæuitiam frater eius & Cleopatra soror sibi timentes, cum reges essent, regnum ei per legatos obtulerunt. Quamobrẽ elatus plurimum effectus est, quod scilicet fraternum regnum sine ullo certamine recepisset, & statim fratris filium è complexu matris enecauit, & omnes eius fautores trucidauit, ac postea sororis torum cæde eius filii cruentum ascendit. Post quod non mitior & in populares, qui eum in regnum uocauerant, fuit, omnia enim sanguine manare fecit. Et sicut ciuibus suis cruẽtus extitit, ita quoq; Ro. qui illò uenerãt, ridiculo fuit. Quia sic refert Iustinus. Erat uultu deformis, statura breuis, & sagina uentris, non homini sed beluæ persimilis. Quam quidem fœditatem nimia uestis subtilitas augebat. Hic quippe filios ex sorore & ex uxoris sorore suscepit, ac etiam sororis filiam per uim stuprauit. Cuius filium membratim diuisum & in lance positum matri in die natalis eius inter epulas iussit offerri. 5067 132

Demetrius eius nominis.4. undecimus Syriæ & Asiæ rex.4. regni Euergetis anno regnare cœpit, & regnauit annis tribus. Hic prædicti Demetrii Sother filius fuit, quẽ pater apud Gnydium hospitem suum cum magno auri pondere commendauerat, ut belli periculis eximeretur. Qui contra Alexandrum in prælio egressus uictor euasit, regnũmque illi abstulit. Et omni tandem regno paterno recuperato, rerum successũ corruptus, uitiis adolescentiæ inquinatus, in segnitiem lapsus est. Tantũmque contemptum apud omnes ob inertiam, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit, ita ab eius imperio multæ ciuitates passim se subtraxerunt. Vnde ad abolendam inertiæ maculam Parthis bellũ intulit, & eos multis præliis sæpe fudit, postremo tamen captus, in Hyrcaniam missus, ibidem benignè & iuxta cultum pristinæ fortunæ habitus est, atque ibi.9. annis sine regno priuatus uixit, quo tempore Antiochus Sedetes regnauit annis.9. Tandem eidem denuo regno restituto, regnauit annis.4. cui Philometor Cleopatram filiam ab Alexandro sublatã uxorem dedit, ut patet primo Macha.ca.12. 5071 128

Viri disciplinis excellentes.

Metrodorus Atheniensis pictor atque philosophus his temporibus insignis & clarus habitus est, qui Plinio testante libro.35. utraque scientia magnæ auctoritatis fuit. Nam quum Paulus Aemilius, Perseo rege deuicto, ab Atheniensibus petisset, ut unum sibi probatissimum philosophũ mitterent ad erudiendos filios, Metrodorum ei miserunt, profitentes eum in utroque desiderio præstantissimum, quod ita quoq; Aemilius iudicauit. 5072 127

P. Terentius

P. Terentius Carthaginensis poëta comicus per hæc tempora in precio fuit, quia Scipione iuniore prædicto in seruitutem ex Aphrica ductus, propter ingenii magnitudinem & formæ præstãtiam, libertate donatus est. Hic primum Andriam, antequã ædilibus uẽderet, Cæcilio multum se miranti legit. Scripsit autẽ comœdiarum eleganti studio libros sex, in quibus multorum mores ad præcauenda pericula annotauit. Tandem in Arcadia moriens, eius sepulchro tale epitaphium inscriptum fuit.

Epitaphium Terẽtii

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ,
Romanis ducibus bellica præda fui.
Descripsi mores hominum, iuuenũmque senũmque,
Qualiter & serui decipiant dominos.
Quid meretrix, quid leno dolis confingat auaris.
Hæc quicun que leget, sic puto cautus erit.

Pacuuius autem Brundusius tragœdiarum scriptor, Ennii ex filia nepos, per hoc idem tempus

tempus floruit, qui primo Romæ uitam duxit, ubi post multa ab eo ædita, Tarentum regressus, ibidem nonagenarius uitam finiuit.

Aristarchus grammaticus & ipse hac tempestate, Eusebio teste, agnoscitur.

L. Accium tragœdiarum scriptorem per hæc quoque tempora, ut Euseb. testatur, claruisse constat, qui Mansino & Serano consulibus, parentibus libertinis natus, multa cōposuit, quæ Pacuuio iam seni Tarenti recitauit. Ab isto nanque Accianus fundus iuxta Pisau rum constitutus, dictus est, quod illic intra colonos fuerat ex urbe deductus. Hic iam senex in collegio poëtarum sedenti, nunquam Iulio uenienti assurgere uoluit, maiestatis eius immemor, sed & quia in comparatione omnium studiorum aliquanto se superiorem esse confidebat, propterea insolentiæ crimen incurrit, & in uoluminum non imaginum certamine se exercebat. Accianus fundus.

5072 126 Simon Mathathiæ filius. 3. Iudæorum dux pariter & pontifex, anno sexto regni Euergetis, olympiade scilicet. 160. sedere cœpit, & sedit annis. 8. Huic pontifici Ro. & Spartiatæ quum eius libenter legationem accepissent, amicabilia misere rescripta, & Antiochus similiter Demetrii filius ad eum in hæc uerba rescripsit, dicens. Vobis omnia quæcunque remiserunt qui fuerūt ante me, remitto, & permitto uobis facere percussuram proprii nummismatis in regione uestra. Quúmque obtinuero regnum, magnificabo gentem uestram, & templum in gloria magna, ualete. Hunc autem Triphon studuit fraudibus & dolis circunuenire, sicut fecerat Ionathan & fratrem eius. Cuius artem Simon intelligens prudentissimæ cessit malitiæ, & liberauit patriam à periculis. Hic corpus fratris sui Ionathæ à Triphone redimens, in Modin tumulauit, erigens. 7. pyramides patri ac matri, atque. 4. fratribus & sibi, circumposuítque pulcherrimas columnas, in quibus ad rei memoriam naues & arma sculpsit, sicut patet primo Macha. ultimo. Tandem Ptolemæus eius gener Abdi cuiusdam filius, cum eum ad cōuiuium inuitasset, eundem cū duobus filiis interfecit, & ipsius Simonis uxorem cum reliquis duobus filiis in uincula coniecit. Ac sic Machabæorum primus liber hic explicit.

Reges Attalici siue Pergameni.

5076 123 Attalus Pergami Asiæ ciuitatis rex, hisdem temporibus moriens, populum Romanum regni sui hæredem instituit. Hic itaque Attalus rex cum esset eruditus uir, inter cætera de Agricultura librum composuit, eo maximè, quia paternos agros ipsemet sarculo scindebat. Hi autem Attalici reges à quodam Tyanensi eunucho nomine Philetro ortum habuere. Lysimachus autē Agricolis filius, ut paulo altius repetemus, unus fuit ex Alexandri Magni successoribus, qui montem supra Pergamum communiuit, suósque ibi thesauros constituit, Quorum custodiam Philetro eunucho prædicto tradidit, quum optimè esset educatus, & sibi charus. At is quum ab Arsinoë Lysimachi uxore discederet, quæ eum accusaue rat, tempus ad defectionem expectauit. Interea Lysimachus malo consilio adductus, filium Agathoclem interfecit. Seleucus autem Nichanor reuersus illum sustulit, & ipse à Ptolemæo Ceranno sublatus est, dolóque interemptus. Inter hos autem tumultus Philetrus eunuchus in arce continens, nunc isti, nunc illi, quem ualidiorem esse animaduerteret, obsequens. 20. annis castellum & pecunias possedit, duo quippe illi fratres erant, Eumenes natu maior, & Attalus prædictus. Ex Eumene natus est alter Eumenes, qui Pergami successionem habuit, & Antiochum Seleuci filium apud Sardos prælio superauit, qui cū. 20. annis regnasset, mortuus est, cui Attalus ex Attalo natus successit, qui primo rex appellatus est, & prælio maximo Galatas superauit, & Romanorum amicus in classe Rhodiorū cum eis aduersus Philippum pugnauit. Obiit iam senior quum regnasset annis. 43. superstitibus quatuor filiis ex Apollonide Cyrcena susceptis. E quibus Eumenes primogenitus regnum secundo loco suscepit. Qui cum Romanis aduersus magnum Antiochum & Perseum Macedonum reges bellum gessit. Totámque illam regionem à Romanis accepit, quæ sub Antiocho circa Thaurum erat, regnauítque annis quadragintanouem. Vrbem hic muniuit, ac in modum ciuitatum ampliauit, imperium Attalo filio tertio loco reliquit ex Stratone Ariartaris Cappadocum regis filia nato, sed admodum puero fratrem Attalum constituit tutorem, qui uigintiuno annis regnauit, & aduersus

Philetrus eunuchus. Eumenes Attalus secūdus Eumenes. 3. Attalus tertius.

Demetrium Seleuci filium cum Alexandro Antiochi filio bellum gessit, & contra Pseudophilippum Romanorum socius fuit, Diegelim regem cepit, & ducto in Thraciam exercitu Prusiam interemit, præfecto illi Nichomede filio, postremo reliquit regnum Attalo, qui sub tutela erat, cogente ad hoc ipsam morte. Is Philometor cognominatus, cum annis 5. regnasset, morbo decedens, Romanos hæredes instituit, qui eam regionem in prouinciã redegere. Et hic mos humanarum rerum, quæ ex paruis principiis multũ sæpe accrescũt, & postea corruunt. In ea quippe urbe Pergamo uiri complurimi excellentes fuere, utpote Apollodorus orator, Dionysius historicus, & alii multi.

Hyrcanus. Hyrcanus Simonis Machabæi filius, cui proprium nomen Ioannes fuerat, patre interfe- 5081 118
cto, anno decimoquarto regni Euergetis, olympiade scilicet. 163. quarto loco Iudæorũ dux & pontifex constitutus, sedit annis uigintisex. Vir utique optimus & sacerdotio dignus, atque ducatu strenuus, nec non & prophetiæ dono clarus, cum quo deus erat, & futurorum præscientiam ei donauerat. Hic ideo Hyrcanus dictus fuit, quod aduersus Hyrcaniam bellum gerens, uictor euasit, & deinceps Hyrcani nomen adeptus est. Postmodum à Romanis ius amicitiæ postulans, obtinere promeruit. Antiochus autem Syriæ rex eo pontificante obsedit Hierusalem, qui populorum saluti consulens, inducias per legatos expostulauit, qui annuit petitioni, uidénsque Hyrcanus studium Antiochi circa deum, aperuit sepulchrum Dauid, tria millia talenta pecuniarum exinde protulit, & treceta Antiocho tradidit, quibus acceptis obsidionem soluens discessit. Et cum eo multas etiam amicitias composuit. Indéque contra Samariam ciuitatem ualde munitam Hyrcanus expeditionẽ producens, tandem cepit, & penitus totam deleuit, adeò ut uidentes magis uallum, quàm ciuitatem illic fuisse quisque iudicasset. Quam postea Herodes instaurans non Samariam, sed Sebasten appellauit, hic multas seditiones à Pharisæis & Essæis pertulit, à quibus tandem liberatus, fœliciter usque ad senium uixit. Defunctúsque quinque filios reliquit, Aristobolũ & Antigonum, atque alios tres, quibus prædixit (ut clarè Iosephus refert) quòd rerum domini non diutius permanerent.

Sepulchrum Dauid aperitur & tria millia talẽta extra hũtur.

Locustæ in Aphrica.

Locustarum multitudo per hoc idem tempus adeò in Aphrica conualuit, quæ (ut diuus pater Augustinus libro tertio de Ciuitate dei capitulo. 31. refert) non solum segetes, sed & folia atque cortices corroserunt, quibus consumptis, præ nimio uento in Aphricano pelago se demersere, quarum corpora per littora putrefacta, tam pestiferum fœtorẽ exhalarunt, ut ibidem ferè omnes aues & pecudes morerentur. Aphrorum quoque ducenta millia, Romanorum uero militum, qui illuc ad præsidium fuerant destinati, triginta millia extincta referuntur.

Pestis maxima.

Carthago reponitur.

L. Cæcilius Metellus, &. T. Qu. Flamminius anno duodecimo regni Euergetis consu- 5089 110
les Romani dicti sunt, quorum iussu Carthago in Aphrica reposita est, uigintiduobus annis postquam euersa fuerat reuolutis, in quam & ciues Romani plurimi fuerunt adducti. Sed intra breue tempus Aethna ultra solitum flammeos ignes euomens, calidis cineribus exusta eius tecta destruxit. Cuius subleuandæ calamitatis causa, Senatus Romanus decem annis uectigalia remisit.

C. Cassius Longus, & Sex. Domitius Caluinus anno sequenti consules dicti, statim ex 5090 109
Senatus iussu transalpinis Gallis bellum intulere, ubi iuxta Rhodanum fluuiũ maxima hostibus clade illata, de ipsis magnificè triumphauerunt, eorum ducem captum præ se ducentes.

Institutus Gallorum rex eo ipso anno, Fabio, & Quinto Martio consulibus regnantibus, cum. 180. armatorum millibus contra Romanos ascendit, sed à Romanis ponte disturbato, quem supra Rhodanum fluuium extruxerat, deuictus est. Túncque Quintius consul omnes Gallos, qui sub radicibus Alpium habitabant penitus deleuit.

5096 103 Tolemæus Physcon, qui & Sother Euergetis filius, octauus Aegyptiorũ rex olympiade. 169. quæ est. 492. Iudaicæ captiuitatis annus, Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis. 17. Huius temporibus Antiochus Cyricenus Demetrii regis filius, & Antiochi Griphi regis frater, posteaquam idẽ Antiochus Griphus octo annis quietẽ regnasset, ẽ regno eiectus est, & Syriam ipse Antiochus Cyricenus obtinuit & regnauit. Sed rursus à Gripho superatus, eandem ipse recepit, atque ita hi duo adinuicem dimicantes succeßiuẽ, modo unus, modo alter regnabant, inter has autẽ regni Syriæ parricidiales discordias mortuus Ptolemæus iste, relicto regno uxori. Ptole. Physcõ

Numidarum reges.

Numidia autem Carthaginensis seu Aphricana regio est, quæ incipit a septentrionali parte maris quod in Sardiniam insulã uersus tẽdit, ab occasu Mauritaniam, id est, Granatã, à meridie Aethiopiam habens: in hac quippe regione (ut testatur Plinius) præter marmora, & plurimas feras, cuiusuis generis nihil insigne habet, in ea tamen celebres urbes existunt, uidelicet Hippon, Rhegium, & Rustichaela.

5098 101 Maßinissa igitur quidam huius prouinciæ rex, his temporibus fuit. Hic patrem Numidam nomine habuit. Qui Maßinissa, ut Liuius libro septimo de secundo bello Punico scripsit, paulo antẽ, anno uitæ suæ. 97. mortuus est, relictis. 44. filiis, inter quos Scipionem iuniorem diuisorem & diuisionis arbitrum esse uoluit. Hic itaque Maßinissa primo Romanis capitalis hostis fuit, deinde amicissimus factus, usque in finem uitæ suæ per quadraginta annos perseuerauit. Quo mortuo, eius filius Mycipsa, reliquis fratribus morbo absumptis, regnum solus obtinuit, qui Iugurtham filium ex concubina genuit, quem eodem cultu, quo & cæteros liberos, charum habuit.

Iugurthæ bellum hic incipit.

5104 95 Iugurtha prædicti Maßinissæ regis ex pellice nepos, Numidarum rex, anno octauo regni Sother prædicti regis Aegyptii, olympiade. 168. regno post patrem Mycipsam suscepto, bellum contra Romanos gerens, captus fuit, & Romam perductus, cuius historiam Sallustius elegãti stilo describens, sic ait. Quod quum primũ adoleuisset, uiribus maximus, & decora facie pollere cœpit, & multo magis ingenio ualidus esse cœpit. Vnde nec se luxui aut inertiæ corrumpendum dedit, sed uti illius gentis mos est, æquitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare studebat, & cum omnes gloria anteiret, omnibus tamẽ charus erat, quibus rebus, & si pater in initio lætus esset, quod Iugurthæ uirtutem regno suo gloriam fore existimaret, postquam tamen hominem adolescentem exacta ætate, & paruis liberis, magis magisque crescere intellexit, uehementer ex negocio permotus, multa animo uoluebat. Tandem post multorum consiliorum uolutationẽ, propter eius uirtutes & populi fauorem, eum ut cæteros adoptauit in filium, & testamento pariter cum legitimis filiis instituit hæredem. Defuncto autem Mycipsa patre, intra modicum tempus per satellites suos Iugurtha hic fratres suos (ignobilitatem eius despicientes) occidi fecit, qui eam ob rem ad ius dicendum Romam accersitus, etiam fraudibus suis sine malo remissus est. Vbi deterior effectus, etiam Maßinam Guiluisæ filium, & Maßinissæ nepotẽ obtrũcari fecit. Eo quod ob regum discrimen profugus Romam ueniens, regnum tanquam ad se pertinens à Romanis sibi adiudicari postulasset. Quibus gestis, mox à senatu iussus est ab Italia discedere, unde in regnum regressus dixisse fertur. O urbem uenalem & maturẽ perituram, si empto rem inuenerit. Bello uero à Romanis renouato, Iugurtha ab Albino consule per dolum statim pacem extorsit. Romanis deinde sub iugum missis, tandem Mario consule & Sylla quæstore contra eum missis, eius obtruncato exercitu iterato, à Sylla capitur, & ad Mariũ consulem uinctus perducitur, qui in Numidia rebus compositis, Iugurtha cum maximis spoliis Romam à Mario deducitur. Qui Marius, ut Liui. testatur, calendis Ianuarii Iugurtham præ se uinctum adducens, cum glorioso triumpho urbem intrauit, iam etiam ante eũ Metellus de ipso triumphum egerat. Denique Iugurtha in carcere Romæ constitutus, ibidem strangulatus est.

C. Marius Romanorum consul, his temporibus apud senatum clarissimus imperator habitus est, qui ut Plutarchus ait, qui eius uitam pulcherrime descripsit, & pauperem & mechanicum nomine Marium habuerit patrem, postposita ignobilitate, magnæ scientiæ & probitatis ac industriæ, necnon & militaris peritiæ præstans euasit, atque libidinis & diuitiarum uictor, qui quum primum in Hispania sub Scipione militaret, fertur ipsum cum bellicoso hoste manum conseruisse, & illum ante imperatoria ora confecisse. Prætor postea factus, Iuliam ex insigni Iuliorum familia ortam duxit uxorē. Cuius Cæsar imperator fuit sororius nepos. Post multa autem præclara in bello gesta, consul contra Iugurtham prædictum designatus, ipsum ingenti gloria uicit, & Romam perductum, de eo, ut præmissum est, triumphauit. Secundóque consul contra Cymbros factus, qui multos Romanorū duces necauerant, omnes duobus commissis præliis ad internitionē dedit. Hi enim duces ex Theutonibus, Ambronibus, aliísque gentibus multitudinem pene infinitam in Galliam reduxerant, Italiámque irruperant, qui nec alicubi sedem ponere decreuerant, donec Romā in Italia euerterent. De his itaque Marius cum Catullo collega suo triūphans, tertius Romæ conditor ab omnibus appellatus est. Verum quum sexto consul fuisset, mutata fortuna à Sylla exul eiicitur, & terra marique uagus per aliquod tempus fuit, tandem septimū consulatum attingens, post. 17. diem huius consulatus mortem obiit. 5106 93

Tertius Romæ cōditor dicitur

Coniuges quædam Cymbrorum & infinitus pene numerus his temporibus, Orosio in quarto referente, fuit, miris ob castitatis propositum extollendus laudibus. Hæ quippe mulieres quum uidissent Theutones & Cymbros maritos suos in Galliam & Germaniam cōtra Romanorum nomen coniurasse, unà cum ipsis uiris suis in Italiam uno & eodem impetu concurrere. Quæ quum uidissent Cymbros & Theutones suos à Caio Mario Romanorum consule prædicto post longa certamina superatos, in unum se colligentes, animoso consilio libertatē suam & castimoniam tutare decreuerunt. Factóque ex multitudine plaustrorum sibi uallo, diu & acriter pugnauere, & cum fustes, lapidésque ac cætera armamenta in pugna consumpsissent, legatos ad Marium miserunt, postulantes, non ut ad patriam redire permitteret, sed ut omnes Romanis uirginibus Vestalibus iungerentur, quam honestissimam petitionem quum non impetrassent, furore succensæ, in obstinatam uoti sui perseuerantiam crudelissimum iniere facinus. Nam ante omnia collisis in terrā paruulis suis, ne in seruitutem traherentur, nocte una ne & ipsæ uiolarentur, exusta omni eorum substātia, laqueis omnes sibi mortem constituere, nec prædæ aliquid ex se præter pendentia corpora auidis reliquere Romanis.

Mirabilis mulierum fortitudo.

Iudæorum regni instauratio.

Aristobolus.

Aristobolus Hyrcani Iudæorum pontificis & ducis filius. 11. regni Sother anno, principatum quinto loco apud Iudæos tenens, regnauit tatummodo uno anno. Hic Aristobolus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit, primúsque sibi diadema impofuit, post. 484. annos & sex menses, ex quo de captiuitate Babylonica populus liberatus, ad propria remeauit, multum enim hic patriæ profuit. Nam subegit Itureos, & plurimam eorum prouinciam Iudæis adiecit, & compulit habitantes in ea, ut si uellent in prouincia manere, circunciderentur secundum leges Mosaicas. Fuit nanque (ut Iosephus in tertiodecimo ait) naturæ ualde moderatæ, & ingenui pudoris. Hic tamen consilio Antigoni fratris sui libidine dominandi, matrem & tres fratres suos iuniores in uincula coniecit, & paulopost etiam Antigonum fratrem, quem & fame perire fecit, pro quibus malis statim in se diuinam sensit uindictam. Quia morbus acerbissimus ita eum inuasit, ut sanguinem omnem laceratis uisceribus euomeret. Quo quidem morbo emisit spiritum. 5107 92

Alexander qui & Ianeus dicitur Aristoboli prædicti frater, eo defuncto, apud Iudæos pontificatum & regnum suscipiens, regnauit annis. 17. Hic enim (sicut Iosephus refert) nunquam ad faciem patris Hyrcani uenire meruit. Causa huius odii talis fuisse dicitur. Quū diligeret priores filios Hyrcanus, scilicet Aristobolum & Antigonum prædictos, apparuit ei dominus in somniis, dicens, quod iste eius successor existeret, qua uisione contristatus 5108 91

Hyrcanus,

Hyrcanus, quum nollet eum habere successorem, quum primum natus est, eum in Galilæa nutriri mādauit. Sed deus nequaquam mentitus est Hyrcano, hic quippe regno suscepto, unum è fratribus suis tentantem regnum inuadere interfecit, & alterum uolentem innocē ter uiuere honorabiliter tractauit. Indéq; (ut Comestor ait) crudelissime ciuibus suis præfuit, quia mille seniores intra sex annos peremit, octingentos quoque uxoratos uiros unà cum uxoribus ac liberis in plateis patibulis affixit, postea pace confecta, quartanarum febrium morbo, quem ex ocio contraxerat, uitam finiuit, relictis Hyrcano & Aristobolo filiis, sed regnum Alexandræ uxori reliquit, quæ uiuente adhuc marito populos humanitate sibi allexerat.

Romanorum clades permaxima.

5110 89 Manlius & Scipio proconsules Romani anno decimoquarto regni Sother, qui .454. annus ab urbe condita, ut Orosius lib. 5. cap. 19. testatur, aduersus Cymbros & Theutones, aliásque Gallorum ac Germanorum gentes, quæ tunc ut imperium Romanū penitus extinguerent, conspirauerant, à senatu missi sunt. Qui ab eisdem Gallis iuxta Rhodanum fluuium maxima cum ignominia uicti sunt, siquidem Manlius ipse consul interfectus est, & duo eius filii cum .80. milibus trucidati fuerunt, quadraginta quoque colonorum milia per empta, uix ex omni exercitu Ro, 10. euadere potuerunt, qui tantæ cladis nuncium Romanis afferre possent. Hostes uero binis castris potiti, noua quadam atque insolita exercitatione cuncta quæ ceperant, pessundarunt, aurum scilicet & argentum in flumen proiicientes. Loricæ autem uirorum concisæ, phaleræ equorum disperditæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines arboribus fuerunt suspensi, ita ut nihil prædæ uictor, nihil misericordiæ uictus cognosceret, maximus tunc Romæ non solum luctus, uerum etiam metus fuit, ne confestim Galli Alpes transcenderent, & Italiam diuertent.

Gallorum clades à Romanis.

5112 87 Romani Gallorum terrore concussi, anno sequenti (teste Orosio) Marium prædictum consulem contra Cymbros misere, qui Iugurtha in Numidia deuicto, cum eodem exercitu in Galliam ueniens, compositis statim ordinibus, prælium cum eis cōmisit, in quo quidem ducenta armatorum milia Marius ipse cum suo exercitu interfecit, & octoginta milia cepit, occisóque eorum duce Theuto, modo uix tria milia fugere potuerunt. Mulieres uero eorum constantiore animo quàm si uicissent, consulem consuluere, ut si inuiolata castitate uirginibus, ac diis seruiendū esset, uitam sibimet reseruarent, quòd quum petita non impetrassent, paruulis suis (ut dictum est) ad saxa illisis, cunctæ sese ferro ac suspēdio peremerunt. Marius autem cum socio, hostibus superatis, Romam redeuntes triumphauerunt.

Viri doctrinis excellentes.

Hortensius Romanus oratorum sui temporis princeps, tempestate hac Romæ floruit & multa composuit, qui teste Quintiliano libro sexto de Institutione oratoria, Ciceronis æmulus fuit, quo ad uixit secundus, de quo sic refert Gellius in primo Noct. Atti. Hortēsius fuit orator clarus, sed delicatior quàm uirum decet, & formæ non minus quàm eloquentiæ studiosus, quia nunquam speculo inconsulto prodire uoluit in publicum, in illo se mirari, in illo uultum, togámque componere consueuit.

Hortensiam autem filiam post se reliquit dignis extollendam laudibus, quæ non solum patris facundiam & doctrinam amplexa fuit, sed etiam ipsius pronunciandi splendorē seruauit, quem scilicet opportunitas exquisiuit, & qui sæpissime in uiris doctissimis deficere consueuit. Hæc autem triumuirorum magistratu, cum matronarum multitudo Romanarum, exigente publica necessitate, intolerabili grauaretur onere, nec hominum inueniretur aliquis, qui sibi patrocinium præstare auderet, sola ausa est animo constanti coram triumuiris rem fœminarum assumere, eámque perorando tam efficaciter inexhausta facundia agere, ut maxima audiētium admiratione crederetur fuisse Hortensius pater. Eam ob rem quicquid expetierat non solum obtinuit, uerum etiam longè plus à triumuiris laudari pro meruit.

Turpilius poëta comicus anno.15.regni Sother, Eusebio teste, Synuessæ admodum senex moritur, cuius nulla apud nos extant opera, quum deperdita omnino sint.

Caius Lucilius Satyrarum scriptor olympiade.170.quæ est.16.regni Sother annus, secũ dum Eusebium, Neapoli moritur anno scilicet ætatis suæ. 46. qui publico funere elatus fuit. Qui primus inter Latinos insignem Satyrarum promeruit laudem.

Ptole. Alex.



Tolemæus Alexander nonus Aegypti rex, anno.509. Iudaicæ captiuitatis, id 5113 86
est.171.olympiade, Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit expulso fratre annis
decem. Hic Ptolemæi Sother prædicti frater fuit. Nam pater Euergetes moriens Cleopatræ uxori & alteri, quem ipsi elegisset, ex filiis suis regnum reliquit. Quæ quum in iuniorem filium pronior esset, à populo compulsa est maiorem eligere. Cui priusquam regnum daret, uxorem Cleopatram sororem charissimam ademit, & Seleucum minorem ducere iussit. At ipsa Cleopatra mater, posteaquam cum ipso maiore filio decem & septem annis, ut præmissum est, regnasset, grauiter ferens filii societatem, populum in eum concitauit. Quo expulso, eum in Cyprum exulare coëgit, ac cersitóque isto Alexandro minore filio, in locũ fratris secũ regnare fecit, sed posteaquam secum prædictis decem annis regnasset, tertius eius crudelitatem ipsam dereliquit, existimans melius sibi fore uitam priuatam deducere, quàm periculosum regnum possidere, at mater per legatos eum in regnum reuocare studens, quum didicisset eundem filiũ occultis insidiis exitium machinari, ab eo diffugit. Sed tandem ab eodem occupata interficitur, digna quidem mortis infamia, quæ & matrẽ toro expulit, duásque filias suas uiduas fecit, ac alios in exilium egit. Sed nec Alexandro parricidiũ inultũ fuit, quia ob matris parricidiũ à populo in exilium actus & ipse fuit, & Ptolemæus Sother prædictus reuocatus in regnũ rediit. Quiq; quũ matri bellũ gerere uoluisset, neq; à fratre armis repetere unquam uoluit, quod prior possedisset, indéq; regnauit annis quatuor. Igitur Alexander hic regni Cyrenæorum, quod ei pater testamento reliquerat, populo Romano hærede instituto decessit.

Philippus ultimus Syriæ & Asiæ rex quarto regni Alexandri anno regnare cœpit, 5114 85
& regnauit annis. 2. Quo regnante Antiochus eius patruus in Parthos fugiens Pompeio se tradidit, post quem statim Philippus hic à Gabino consule captus, regnum eius in Romanorum ditionem cessit. Et tunc Syriæ regnum finem accepit, quod per ducẽtos uiginti annos sub regibus.17. durauit. Quorum nomina & tempora ista sunt.

Syriæ regum epi logus

Seleucus qui & Nicanor.1.	an.31.	Seleucus Philopator.7.	an.12.	Demetrius.13.	an.9.
Antiochus Sother.2.	an.19.	Antiochus Epiphanes.8.	an.11.	Demetrius.14.	an.4.
Theus.3.	an.10.	Antiochus Eupator.9.	an.2.	Antiochus.15.	an.12.
Gallinicus.4.	an.20.	Demetrius Sother.10.	an.12.	Antiochus.16.	an.18.
Antiochus magnus.5.	an.36.	Alexander.11.	an.10.	Philippus.17.	an.2.
Cerauno.6.	an.3.	Antiochus.12.	an.3.		

Sociale bellum.

Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Maruicini, Samnites & Lucani anno nono regni Ale- 5120 79
xandri in unum confœderati, secundum Orosium in quinto lib. graue bellũ in Italia contra Romanos assumpsere. Vnde & ciuem Seruium prætorem Romanum legatum ad se apud Esculum missum occiderunt, clausáque ciuitate, ibidem omnes ciues Romanos indicta cæde iugulauerunt. Et hoc quidem bellum per quadriennium protractum est.

Ptole. Sother



Tolemæus Sother pauloãte à matre pulsus hoc anno, Alexandro ab Aegyptiis 5123 76
interfecto, regnum paternum iterum recuperans, regnauit annis octo. Ciues enim (ut præmissum est) quum primum Alexander matrem occidisset, ipsum in uindictam matris propter eius interfectionem repulerãt, & cætera.

Sylla

5126 73 Sylla patricius Romanus anno tertio regni Pto. Sother, quum plurima in Iugurthino bello edidisset facinora, imperatoris gloriam à senatu reportauit. Qui statim cõtra Mithridatem Athenas missus, de eius exercitu centum milibus cæsis, Athenis potitus est. Hic (ut Plutarchus & Sallustius tradunt) ex antiqua atque præclara Scipionum familia ortus, omnem uitam ab adolescentia quibuscunque flagitiis inquinatam usque ad quæsturam duxit. Quam sub Mario contra Iugurtham adeptus est, in quo quidem officio uitam penitus cõmutauit. Et ut dicit Valerius, catenas Iugurthæ manibus iniecit, Mithridatem cõpescuit, socialis belli luctus repressit, Cynnæ dominationẽ fregit, & Marium, qui olim se quæstorem fastidierat, in ipsam illã prouinciã proscriptum & exulem petere coëgit. Erat hic literis Græcis Latinisque optimè eruditus, facũdus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus, multarum rerum & pecuniæ maximè largitor, animo grandi, ita ut dicat Sallustius, dubitari potuit, fortior an fœlicior foret. Nam fœlix in eo dici potuit, quòd de inimicis Marianis ultus fœliciter fuerit, quorum ex eis sex milia necari in urbe iusserit, proscriptis quingentis & duodecim milibus in Præneste occisis, postea Dictator factus, ita rempublicã repressit, ut teste Cicerone in sexto Verrinarum, nemo illo inuito nec bona, nec patriam, nec uitam ipsam retinere posset, postremo sicut Plinius Nepos refert libro de Viris illustribus, ordinata republica, Dictaturam deposuit, & sub priuata uita Puteolos se contulit, ubi paulopost in morbũ incidit, ulcere in intestinis oborto. Quo tempore tanta pediculorum uis toto corpore manauit, ut nullo remedio cohiberi possent, atque hoc morbo mortem obiit, scripsit autem Sylla hic Commẽtarios pulcherrimos. Nam teste Plutarcho uigesimisecundi Commentariorum libri, biduo antequam mortuus est, scribedi finem fecit.

Numerus occisorũ proscriptorũ.

Prodigia dira fiunt.

Prodigia dira hisdem temporibus, testibus diuo patre Augustino libro tertio de Ciuitate dei capitulo decimotertio, & Orosio libro .5. capitulo duodecimo, in Italia uisa sunt. Nam canes, equi, boues, asini, & alia queq; animalia humanis usibus subdita, subito momẽto efferata, & pristinæ lenitatis oblita, relictis dominis, libera uagabantur, & omniũ hominum spernebant accessum, non sine periculo adeuntis.

Apud Tarentinos item quum panes per conuiuia frangerentur, cruor mediis panibus quasi è uulneribus corporum fluxit, per septem etiam continuos dies grando lapidibus immixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberauit.

In Samnitibus quoque & Beneuentanis uastissimo terræ hiatu flamma prorupit, & usque in cœlum extendi uisa est. Compluresque præterea in itinere Romani uiderunt, globum coloris aurei à cœlo ad terram usque reuolui, maiorémque rursum è terra in sublime ad orientem solẽ ferri, ac magnitudine sua solem obtexisse. Nec multo post socialibus bellis intra Italiam gestis, ciuile bellum exortum est omnium sæuissimum,

Ciuile bellum.

Ciuilium bellorum Romanorum initium & causa fuere primo Tyberii & C. Gracchorum Agrariis legibus concitata. Volebant enim agros populo diuidere, quos nobilitas diu possederat, sed iam uetustam iniquitatem audere cõuellere pernitiosum est, ut ipsa res experimẽto docuit, sed ut prolixitas omittatur, rem ipsam paucis explicabimus. Quum prædictus Sylla contra Mithridatem Ponti regem Armeniam occupantem, Marium à senatu dirigi affectaret, nec quod postulabat obtineret, indignatus cum exercitu armatus urbẽ ingreditur, & confestim Sulpitium interfecit, Mariúmque fugat, ac alios cõsules ordinat. His rebus gestis ad aciem contra Romanos profectus est, & hoc quidem ciuile bellum, ut Suetonius scribit, quod Sylla incepit per .10. annos cum maxima cæde protractum, plusquam .50. hominum milia consumpsit. Verum mortuo Sylla quieuit.

Quingẽta hominũ milia in ciuili bello interfecta sunt.

Mithridaticum bellum.

5127 72 Mithridaticũ bellũ anno ab urbe cõdita, ut scribit Oro. 666. regni uero Sother. 4. nõdũ sociali finito, Ro. etiã ciuili perdurante, incepit, quod per an. 10. dilatũ est, quod & si minus

infame, non tamē prælijs minus graue cœptum est. Et quidē de huiusmodi bello uarie scriptum comperimus, utrum ab hinc cœptum primū fuerit, an tunc præcipue exarserit, maximē quum alii triginta, alii quadraginta annis gestum fuisse ferant, sed quāuis hisdem gesta temporibus perplexis coaceruata malis exarserint, à nobis speciatim, & si breuiter, Mithridatis uita percurrenda, singula huius belli gesta proferuntur.

Quadraginta annis cū Romanis bellauit Fimbriam Murenā Cotāque & alios uicit

Mithridates igitur Pharnacis Parthorū regis filius & Ponti rex fuit, de quo Iusti. lib. 41. & Appianus Alexandrinus, & Plini. lib. 25. Natu. histo. ac Gel. lib. 17. Nocti. Atti. multa scripsere. Hic in prima Mithridates ex prædicto patre apud Synopem nat⁹ educatúsq;, ac tandem sepultus perhibetur. Qui cum puer parentibus orbatus esset, principatúmq; obtinuisset, mox ut adoleuit finitimos populos & Scythas in potestatem suam redegit, & cū Romanis per quadraginta annos uariis euentibus cruentissimum gessit bellum, Bithyniāque ac Cappadociam similiter adeptus, Asiam, Phrygiam, Paphlagoniam, Galliam & Macedoniam inuasit, multa & præclara agēs prælia. Insuper & omnia in mari dominatus est, quoad Sylla intra paternos limites inclusit, centum & sexaginta hominum milia in bello habuit, & eisdem cum optimis ducibus decertauit, à Sylla quidem & Lucullo ac Pompeio uictus, sæpenumero tamen magnas illis intulit clades. L. Cassium, & Q. Appium, & M. Attilium captiuos sibi deditos palam circunduxit, quoad illum qui totius belli causa fuerat, interemit, reliquos Syllæ tradidit, uicit Fimbriam ac Murenam, Cotam quoque consulatu illustrem, & Fabium, & Triarium superauit, ingenium illi ad res difficiles præcellentissimum fuit, uictus sæpe ab incœpto minime destitit, nec una uia Romanos aggressus est, cum Celthis fœdus iniit, & Sertorium in Hispaniam per insidias misit: siue autem ab hosti bus, siue ab aliis ferro impetitus & saucius, nullo tamen ab opere cessauit. Ferunt hūc duas & uiginti linguas, tot enim natiōibus imperauit, notas habuisse: ut qua quis lingua eum postulasset, eadem sibi ius redderet, sanguinolentus tamen & crudelis in omnes extitit.

Viginti duas linguas nouit tot nationibus imperauit

Matrē & fratrem & proprios filios interfecit.

Nam matrem, fratres & tres impuberes filios, totidémque filias interfecit, statura ingenti fuit, firmáque semper ac optima ualetudine. Et cum literis Græcis imbutus esset, Musicæ etiam operam dabat, sobrietatis eximiæ, laborúmque patientissimus, solum mulierum illecebris tantus uir deuictus fuit. His moribus Mithridates cum mūdum (ut ita dixerim) multis cladibus inuoluisset, ad ultimum desertus à suis filiis fraude circūuentus ad ueneni cōfugit remedia. Quo tarde agente, in cædem suam Gallum quendam percussorē uocauit, qua percussiōe uitam finiuit. Vixit Mithridates hic. 69. annos, in quibus. 50. &. 7. regnauit, quo mortuo consensu Pompei apud Synopem rogati sepulchro conditus est. Lucanus tamen uult ipsum ueneno extinctum fuisse. Vnde in primo sic inquit.

Post ciclas ne uagos & lassi Pontica regis
Prælia, barbarico uix consummata ueneno.

Sertorius Patricius Roman⁹ ex Nursia Sabinorū urbe ort⁹, his temporibus dolo atq; fallacia, necnon audacia potens, cum in ciuili bello Marianis partibus fauisset, Syllam fugiens ex Aphrica dilapsus in Hispaniam, bellicosissimas gentes in arma contra Romanos excitauit. Hic itaque ex prædicta urbe ortus, honeste quidem sub uidua matre educatus fuit. Adolescénsque factus, per eloquentiam maximam in ciuitate comparauit potētiam. Prima enim eius militia sub Scipiōe contra Cymbros fuit. Vbi quum à Romanis male pugnatum esset, equo amisso & uulnere insuper accepto, Rhodanum fluuiū cū thorace & scuto, per aduersos fluctus plurimum natando, traiecit. Ita robusto & exercitato corpore erat. Ad honores deinde prouectus nequaquam militarem amisit audaciam, imò corpus suum multis periculis obiectans, & fortitudinis opera manu propria edens, tandem alterum amisit oculum. De quo etiam gloriari solebat. Quod alii non sic semper suæ uirtutis testimonia sicut ipse secum deferrent. Quinimò torques, hastas & coronas atque alia plurima domi relinquerent. Demum cum Sylla rerum potitus esset, quum fugissetque Sertorius in Hyberiam, Dacianus quidam nomine à Sylla eò mittitur, decertandi cum eo gratia. Quem Sertorius non solum necauit, uerumetiam omnem eius exercitū cepit, Tigenúmque oppidum expugnauit. Fertur enim Sertorium neque uoluptate neque metu unquam potuisse superari, eo quòd fortissimus in aduersis,

5129 70

Sertorius oculum amisit.

aduersis,& modestus in secundis semper extiterit. In improuisis uero casibus ita constans & audax,ut omnes sui temporis duces anteierit. In cūctis uero quæ uel ingenio uel actu conficiuntur,scilicet occupatione locorum, præuētione hostium,celeritate,fallaciis,quoties expediret, profundissimus artifex fuit, quibus rebus præstans à Lusitanis dux eligitur, & cum septem milibus & quingētis aduersus quatuor Romanorum duces bellū gessit, sub quibus erat peditum centum & uiginti milia,equitum septem milia,& sagittariorum fundibulariorúmq; duo milia, quos omnes Sertorius partim occidit & partim profligauit, ac Metellum uirum amplissimum ab obsidione Lagobritarum abire coēgit. Dehinc Pompeium cum eius exercitu ita contriuit, ut parum abfuerit, quin ipse Pompeius interficeretur. Tandem à Marco Perpenna eius familiari principatum affectante,in quodam conuiuio Sertorius hic proditus crudeliter occiditur.

Viri disciplinis excellentes.

5130 | 69 Plotinus orator natione Gallus, philosophus quidem acutissimus, his temporibus floruit, Romámque perductus, primus ibidem Rhetoricam Latinam docuit. Et propterea Cicero de eo sic ait. Memoria teneo primum Latinè docere cœpisse Plotinum quendam. Plotinus orator

L. Pomponius historicus & orator Attellanarum scriptor per hoc idem tempus, Eusebio teste, clarus fuit, qui Geographiæ libellum edidit, in quo urbium distantias & loca quæque mensurat.

Leoneus grāmaticus doctissimus, Gn. Pompeii libertus,hac tempestate in precio fuit, qui Pompeii domini sui iussu Commentaria in arte medicina, quæ ibidem Pompeius, deuicto Mithridate,in suis scriniis coopererat,in nostrum trāstulit sermonem,quæ humanæ uitæ nō minus profuere,quàm reipublicæ uictoria illa de Mithridate parta. Nam Mithridates ipse inter reliqua ingenii sui magnitudine, medicinæ curiosus, ab omnibus subiectis suis,qui fuere pars magna terrarū,singula medicinalia exquirens,Commentationū harum & exemplaria,effectúsque in arcanis suis reliquerat.

Vltacillus Plotus Latinus rhetor & ipse Gn. Pōpeii doctor & libertinus, per hæc tempora,secundum Eusebium,scholam Romæ apperuit,& multa conscripsit.

Asclepiadem medicū & rhetorē celeberrimū his temporibus Romæ claruisse nō nulli tradunt,de quo Plinius in septimo Naturalis histo. sic ait,quòd natione Prusiensis fuit, primúsque rhetoricæ magister extitit,in qua arte non satis,ut uolebat, quæstum faciēs,ad medicinæ artem,ut erat sagacis ingenii uir,se repēte conuertit, & plurimum ibidem profecit, & propterea sicut idem Plinius refert, in medendi arte plurima extāt composita ab eodem uolumina. Asclepiades

Diodorus Sardensis orator cognomento Zonas per hæc quoq; tēpora in precio fuit, & multa documenta conscripsit,multàque pro Asia cōcertauit. Accusatus autem quòd ciuitatem suam in Mithridatis amicitiam pelliceret,habita excusabili oratione,omnes calumnias deleuit.

Methrodotus rhetor Græcus,& legista,& ipse tempestate ista apud Calcedonē agnoscitur, qui è philosophica disciplina in ciuilem mutatus, propter eius eloquentiam, quanquam pauper esset,clarum cōiugiū apud Calcedonem obtinuit, & à Mithridate rege reddendo iuri præpositus est. Sed postmodum ad Tygranem legatus missus, quum ab eo recessisset,inuitus remissus est,ac iterum reuertēs,siue regis opera, siue alio morbo decessit. Sensitque philosophicam uitam imprudenter se dereliquisse,quasi neque honores, neque opes cumulat, attamen saltem periculis molestiísque cōplurimis,ut experientia didicimus, caret. Sæpe enim eorum ignominiosus est finis.

Ilium in Troia uastatur.

Fimbria Romanus quæstor per hoc tempus Iliū penitus uastat. Is nāque quæstor cum Valerio Flacco consule aduersus Mithridatem missus,orta seditione in Bithynia,Flaccum prædictum occidit,potitúsque exercitus, Ilium uenit,à qua urbe quum tāquam latro exclusus fuisset,indignatus exercitum ad urbem admouit, & illam.11.die cepit,sed glorianti quod tam cito eam urbem cepisset, quidam Iliensis notæ Agamennon respondit. Non Hector quippe aderat qui pro patria pugnaret, Sylla uero postmodum quum Fimbriam obtruncasset

obtruncasset,ciuitatem Ilium multis consolari studuit beneficiis. Deinde Iulius Cæsar de
eadem curam maximam suscepit.

Ptole. PTolemæus Dionysius undecimus Aegyptiorũ rex anno.527. Iudaicæ captiuitatis, 5132 67
Diony. hoc est olympiade.175. Aegyptiis regnare cœpit,& regnauit annis.30.de quo nil
memoria dignum comperimus, eius autem anno primo Sylla Romam obtinuit,
& bienniũ post uita decessit. Nam pauloantè Sylla apud Athenas,ut prædictum est, Ar-
chelaum Mithridatis ducem ita deuicit, ut cẽtum milibus occisis,ipse triduo in paludibus
delituisset,quo cognito Mithridates pacem petiit, cui Sylla concessit,ut minus periculi à
tergo habens,securius ad bellũ ciuile properaret. Nam Marius nuper fatigatus, Romam
ingressus,multos nobiles occiderat,senatum proscripserat , domum Syllæ euerterat , qua
propter commotus Sylla urbem ingressus, tot hominũ milia consumpsit,aut propscripsit,
ut Q. Catulus Syllæ diceret,cum quibus tãdem uicturi sumus,si in bello armatos,in pace
inermes occidimus.

Ciuilis belli finis.

Seruilio P.& Appio Claudio consulibus creatis,anno secundo regni Dionysii,ut scri.
Orosius , Victus Sylla priuatus emoritur . Quo mortuo conclusa sunt duo funestissima
bella,sociale scilicet Italicum,& ciuile Syllanũ, quæ quidem bella per annos decem pro-
tracta,plusquam.150. Romanorum milia proscripserunt,tantúmque lectissimorum uiro-
rum ac uernaculorum militum Roma propter hæc perdidit , quantũ in ea superiori tem-
pore, quum se aduersus Alexandrum Magnum circũspiceret, in discretis ætatibus census
inuenit,præterea uiros consulares.24.cõsules sex,ædiles.60. senatores fere ducentos,absq;
his,qui in uniuersis totius Italiæ populis passim confœderatione necis deleti sunt.

Bruti secundi mors.

Lepidus Romanus Marianæ partis assertor hoc anno , mortuo Sylla, aduersus Catul. 5133 66
Syllæ ducem assurgens,rediuiuos bellorum cineres suscitauit. Bis tunc acie certatũ, com-
plurimi Roma.iam ipsa paucitate miserorum, & adhuc illo furore insaniẽtium cæsi sunt,
Albano Ci.obsidione expugnata, atque ultima fame excruciata, miserabiliũ reliquiarum
deditione seruata est,ubi tunc Scipio ipsius Lepidi filius captus atque occisus fuit. Brutus
uero Lepidi socius in Cisalpinam Galliam fugiens , persequente Põ. non longe à Mutina
urbe interfectus est,in cuius urbis foro, ut uidimus, Bruti adhuc extat sepulchrũ. Ita hoc
ciuile bellum non magis clementia Catuli quàm tædio Syllanæ crudelitatis, ut ignis in sti
pula ,eadem celeritate qua exarsit,euanuit.

Alexandra uxor Alexandri regis Iudæorum,hoc anno qui est quartus regni Dionysii 5134 65
annus.3.loco regnare cœpit,& regnauit annis.9. Nam maritus moriens Hyrcanũ & Ari-
stobolũ liberos reliquit,sed regnum huic Alexãdræ uxori tradidit, eo quòd ex filiis Hyr-
canus rerum gubernationem ignorans,uitam ociosam elegerat,alter uero scilicet Aristo-
bolus efficax & audax erat,ipsa enim à populo plurimum diligebatur,eo quòd uiuẽte ma
rito uisa fuit contristari,de quibus peccasset, quæ suscepto magistratu,filiũ Hyrcanũ pro-
pter ætatem principem sacerdotum statim ordinauit , Pharisæis tamen omnia facere per-
mittens,quibus obedire populo præcepit. Nomen autem regium & ipsa tantummodo se
rebat,omnem uero potestatem Pharisæis permittebat. Hi autem omnẽ rempublicam con
turbabant,multos occidentes, & quàm maximè Alexandri consiliarios, atque alia scelera
pertractantes,hæc tamen multa gessit ad regni conseruationem, & nũquam pro sui sexus
uirilitate succubuit:callida quippe circa regni detẽtionem, quod ex ipsis suis operibus,ut
scribit Iosephus libro.13.euidenter ostẽdit, attamen quum nec bonum aut iustum aduer-
teret,antè quàm moreretur ad summã calamitatem negocia domus suæ perduxit,& post
mortem multis miseriis regnum compleuit,propter malam dispositionem. Et quãuis ma-
le regnasset, gentem tamen suam in pace custodiuit. Denique quum in ualitudinem sæuis-
simam incidisset, Aristobolus natu minor rempublicam occupauit,& illa paulo post anno
ætatis suæ.73.uita discessit.

Lucullus Romanus patritius anno.5. Dionysii,olympiade scilicet.176.teste Euseb. de- 5136 63
uicta Armenia,Mesopotamiáque,ac Nisibi ciuitate cum fratre regis capta, Romæ impe-
rator

rator appellatus est. Qui ut Plutarchus scribit primo auunculũ habens Metellum Numidicum, Græcis ac Latinis literis operam dedit, ita ut in utrisque posset ornate dicere, & Sylla ad eum rerum suarũ Cõmentaria scripserit. Scripsit autem hic Græca oratione Marsicum bellum, in quo adhuc iuuenis multa audaciæ & grauis consilii facinora declarauit, cuius cõstãtia ductus Sylla tantũ sibi auctoritatis & uirtutis tribuebat, ut nisi quid forte strenue agendũ foret, Luculli opera uteretur. Mortuo uero Sylla cum M. Cotta hoc ipso anno consul declaratur. Qui ambo quum aduersus Mithridatem perrexissent, atque primum à Cotta infœlicissime pugnatum esset. Lucullus ipse, ut erat animo audax, cum paruo exercitu Mithridatem adeo late profligauit, ut multis trucidatis, sex equorũ millia. 15. uirorum millia, & innumeram iumẽtorũ multitudinem ceperit, ac non multo post, quum in fugientes hostes incidisset, circa. 30. & ministrorum & militum millia perdidit. Deinde comparato sibi Mithridates exercitu, ipsum pene totum amisit, & ad Tygranẽ in Armeniam cõfugit. Lucullus autem interim Chaldæos, aliósque populos subegit, & assumptis tantum. 15. milibus contra Tygranem profectus, ipsum commissa pugna superauit, in fugámque uertit. Neque multo post ducentis quinquaginta uirorũ congregatis, Tygranes cum Lucullo, qui. 24. cohortes habebat, dimicans, ultra centum milia peditum ex Tygranis exercitu occisa sunt. Equites pauci admodum effugere potuerunt, uulneratis tantummodo centum Romanis, & quinque interfectis. Captaque Tygranis urbe, Lucullus multas opes inde abstulit. Tygranésque deniq; cum tribus auxiliaribus regibus, iterato exercitu cõgregato, à Lucullo etiam superato, salutem sibi fuga comparauit, in quo prælio nobiliores ex barbaris plurimi interiere. Quibus uictoriis Lucullus elatus, ad subuertendum omnino Tygranem conscendere instituerat, sed hyeme superueniente, rem infectam dimisit. Quo in tempore quum à militibus odio habitus esset, ab eo deinceps nil gestum est, pro qua re imperium ei abrogatum, Pompeio demãdatum est. Propter quod Lucullus & ipse indignatus spõte ab republica sese abdicauit, & reliquum uitæ suæ tempus ad literaturam, quietémue cõtulit, & omnes opes quas bello quæsierat, parum utiliter cõsumpsit: nam ad tantas se conuertit delicias, ut inter ornatos regum conuiuas, Luculli dinumerarentur in primis: quod quidem in hoc coniicere par est, quod de illo præcipue memoriæ traditum est. Nam quadam die Pompeius & Cice. hoc audientes, Lucullum ex ocio in foro sedentem cõuenerunt, & eo ex more salutato, Cicero uolumus, inquit, ô Luculle apud te cœnare hodie, hac cõditione, ut nil noui nostri causa parari iubeas. Quod Lucullus recusauit, sed in posterum diem parari sibi conuiuium postulauit, illi autem nolle omnino differre, neque aliud secreto familiares potestatem alloquendi concedere, post multa uero hanc illi tãtum gratiam postremo præstitere, ut illis audiẽtibus uni ex familiaribus domus suæ diceret, hodie in Apolline cœnabitur. Quo audito, famuli cõfestim intellexerũt, quali ornatu, quoúe sumptu conficiendum esset conuiuiũ. Consueuerat enim, ut Plutarchus scribit, precii quinquaginta milium in Apolline præparari. Quæ quum sic acta fuissent, stupore quodam Pompeius & Cicero in tanta epularum abundãtia mirati sunt. Erãt autem Lucullo, ut Plutarchus ait, cõuiuia nõ semper diuitiarum apparatu: tandem quum obiisset, eius funeralia in Thusculano agro celebrata sunt. Hic autem Lucullus inter alia, ut diuus Hieronymus ad Marcellũ de muneribus acceptis testatur, cum cerasum fructum primus ex Ponto Romam detulisset, mox totam Italiam repleuit.

Vide multitudinẽ captiuorum & occisorum

Incredibilis cõuiuii apparatus

Cerasũ fructus ex Ponto primo allatus.

Aedificia Luculli quædam.

Aedificauit itaque hic magnus Lucullus & Romæ & alibi, maximéque in Campania uillas superbissimas & alia loca superbissima, quæ singula describere operosum esset, sed quædam digniora ad magnificentiam atque potentiam hominis declarandam, breuiter attingere cõstitui. Et præcipue non longe à Puteolana urbe, apud Misenum montem, ubi in Lucullano dicebatur, domum dixit pulcherrimam, amplissimámque, ac certe superbissimam, cum multis porticibus, & fenestris aptam, æstati idoneam, aliámque in Baiano pro hyemali tempore pulchriorem ædificauit. Quas adeo superbissimas construxit, ut incredibile non credentibus uiderentur. Vnde & ea in regione extare dicuntur sepulchra & uillarum aliorúmque monumentorum uestigia, partim omnino prostrata, partímque semintegra

semintegra

mintegra magnificētiſſima. Apparéntque eo in loco Luculli ipſius balnea natatoria ſubterranea ad cœnas, luxúmque ad triclinia. Superius quoque adhuc uiſuntur quædam incredibilia, quæ adhuc ſunt integra quaſi, ut noua uideantur. Et partem quandoq; ſubterraneam ſublimibus ſuſtentatam lateritiis columnis, quæ ducentis quinquaginta in longitudine, & centum ſeptuaginta paſſibus patent. Vide Plutarchum.

Hyrcanus Alexandri Iudæorum regis ex prædicta Sylena ſeu Alexandra filius.23. Iudæorum pontifex, principatum ſacerdotii ſuſcipiens, ſedit annis.24. Hic à matre, ut præmiſſum eſt, pontifex cōſtitutus, poſt mortem matris cum fratre ſuo Ariſtobolo de regno maximas quæſtiones & concertationes habuit. De quibus Ioſephus hiſtoricus librum decimumquintū Antiquitatum facit, ipſe nāque Ariſtobolus eius frater, mortua matre, collecto exercitu, in campis Ierechontinis hunc fratrem uicit. Quo ſuperato, mox in concordiam uenerunt, hoc pacto, ut Ariſtobolus regnaret, Hyrcanus uero ſub eo quibuſlibet honoribus fungeretur. Verūtamen paulopoſt Hyrcanus promiſſis non cōtentus, ad Aretam Arabum regem noctu confugit, aſſerens doloſe fore circūuentum. Vnde collecto exercitu Hieruſalem ueniens, urbem obſedit, atque in hunc modum contendentes, occaſionem Romanis præbuerūt Iudæam inuadendi. Quamobrem Pompeius Hieroſolymam ueniēs, urbem cepit, qua capta, templū reſerauit, & ad ſancta ſanctorū uſque acceſſit, & ibi multa uidit, quæ non licebat niſi ſacerdotibus intueri: inuenit autem eo in loco præter menſam auream & candelabra, pecuniarum duo milia talenta. Quas tamen Pompeius propter deuotionem contingere noluit, nec contingi permiſit, mandauitque miniſtris templi illud purgare, & legitima deo offerri, Hyrcano uero huic iterato principatū donauit, eo quòd ei utilis uiſus fuiſſet, eóque principe cōſtituto, & Iudæa ſub tributo conſtituta, Ariſtobolum huius fratrem & duos eius filios, ſcilicet Alexandrum & Antigonum, totidémque filias captiuas abduxit Pompeius. Hi autem fratres multorum malorum Hieroſolymis auctores fuere, quum inuicem inter ſe bella gererent. Et ex tunc Iudæi libertatem penitus depoſuerunt, & ſubiecti Romanis eſſe cœperunt, & prouincias, quas armis patres eorum poſſederant, à Syriis ablatas reſtituere compulſi ſunt. Pompeius autem, dirutis urbis Hieruſalem muris, Scauro principi regionis curam cōmiſit, poſt mortem uero Ariſtoboli huius fratris Antigonus eius filius è Roma fugiens, Hieroſolymam uenit, & à Parthis eum capere fecit, quo capto ne unquam in regno reſtitui poſſet, aures eius amputauit, ne poſſet rurſus ad eum principatus ſacerdotii peruenire, propter hanc diminutionem, ibidem ſic mutilatus Hyrcanus per multos annos fuit, quoad uſque Herodes Antipatris filius, quē tanquam filium ſemper habuerat, Iudææ principatum obtinuit. Quod quum audiſſet Hyrcanus, qui ſic captiuus tenebatur, rediit ad Herodem, qui non illas retributiones ab eo recepit, quas priuatas ab eo acceperat. Nam mutauit Herodem fortunæ prouētus, quia ſuſcepta eius filia in coniugio ipſum interfecit.

Huic Hyrcano aures amputantur Herodes ſocerum interfecit

Pompeius Maximus Romanorū imperator hiſdē temporibus maximo in precio apud Romanos habitus eſt, qui deuictis magna celeritate pyratis, iterato contra.22.orientis reges imperator deſignatus eſt, qui contra Mithridatem in Armenia minore uadens, ipſum nocturno prælio uicit, eíque maximam cladem intulit, pro qua Mithridates ipſe cum uxore & duobus comitibus fugit. Deinde Tygrano Armeniæ regi graue bellum intulit, eúmque in deditionem coactum denuo recoronauit, quum coronam deponeret; pecuniæ tamen parte mulctatum, poſt Albanorum regem prudenter uictum, rogatus in deditionem accepit, Armeniámque minorem uictam Deiotharo Galatiæ regi donauit, quia eius ſocius bello Mithridatico fuit. Itures & Arabes paulopoſt uicit. Iudæam omnem cum Hieroſolyma cepit, & Iudæos omnes Romanis tributarios fecit, ibidem & in omni Syria Scauro præſide deputato: pugnauit itaque Pompeius hic uir maximus hac uice in oriente cum uigintiduobus regibus, quorum omnium uictor exiſtens in Aſiam ſe recepit. Et quum Romam per Ciliciam properaret, Alexandri Ariſtoboli Iudæorum regis filius, ex itinere fugiēs, Alexandriam, Hyrcanúmq; muniſſima

Mithridatem Tygranem Albanum Itures & Arabes ſuperat

munitissima oppida obtinuit. Ex quibus magna manu collecta, depopulatus est Iudaicam regionem. Reuersus denique Romam cum ingenti gloria Pompeius triumphauit de Pyratico, Mithridatico & aliis complurimis bellis: in quo quidem triumpho, sicut scribit Plinius translata fuit primo statua argētea Pharnacis Ponti regis, & Mithridatis patris, necnon & currus aurei & argētei, in eo quoque triumpho tulit Pōpeius alueum aureū cum gemmis duabus, & lunam auream pondo .30. lectos triclinares tres, uasa ex auro & gemmis abacorum nouē, signa aurea tria, mirina tria, coronas ex margaritis trigintatres, montem aureum quadratum cum ceruis, leonibus, & pomis omnis generis, & mensas ex margaritis. Hæc omnia Pompeii uictoria in urbē inuexit. Fuere etiam in eo triumpho, ut Plutarchus inquit, regiones, Pōtus uidelicet, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Hyberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia, & hi qui circa Phœnicem & Palestinam incolunt. Iudæi quoque & Arabes, & cæteri, quotquot terra marique ab ipso debellati fuerant. Inter hæc notabantur castella mille capta, ciuitates ferme nongentæ, naues octingentæ, in eo quoque triumpho captiui ducti sunt post pyratarum principes, Tygranis filius cum uxore, filiaque, rex Iudæorum Aristobolus, Mithridatis soror cum quinque filiis, Scytharum multæ mulieres, Albanorum & Hyberorum, ac regis Comagenorū obsidere ducti. Hic triumphus maximus ac splendissimus omnium fuit, qui hactenus Romæ fuerunt. Hæc autem omnia anno ab urbe condita .690. Iunio Syllano & L. Murena Consulibus gesta sunt. Reliqua autem huius maximi imperatoris gesta & bella, quæ cum Cæsare gessit, infrà in gestis ipsius Cæsaris narrabuntur.

Viginti duos reges superat

Castella mille Ciuitates non gentæ Naues octingentæ

5142 58 Creticum bellum eo tunc à Metello Cretico confectum fuit, de quo etiam ipse triumphauit, sed eius triumphus Pompeii triumpho impar extitit.

Catilinæ Romani uiri pestiferi coniuratio contra rempublicā, hoc anno qui est .18. regni Dionysii, olympiade autem .179. Marco Tullio Cicerone Consule regnante fuit, cuius patriæ turbationem atque tumultum idem Marcus Tullius Cicero compressit, atque prudentissime sedauit. De qua quidem cōiuratione Sallustius atque Liuius pulchrè scripserunt. Erat in primis hic Lucius Cati. ut scribit Sallu. nobili genere natus, magna animi & corporis ui, sed ingenio prauo, cui ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordiæ ciuiles gratissimæ fuere. Ibique iuuentutem suam exercere studuit, quum esset animo audax, subdolus, uarius, & cuiuslibet rei simulator, qui quū esset flagitiossimus uir, & omnium facinorosorum dux. Horum cateruas circum se semper habere uoluit, quibus fretus societatibus ipse flagitiosus Catilina ad opprimendam rempublicā consilium cepit, quum ei maxima spes esset cōsequendi consulatum. Sed cōiuratione propalata, detectisque coniuratorum nominibus, Lentulus ex clarissima Corneliorum gente ortus, penes quem unà cum Cicerone fuit imperium consulare, magistratu primo à senatu abdicatus. Inde Cethegus, Statilius, Gabinius, & Ceparius senatorū ordinis uiri decreto senatus in carcerē missi, statim unà cum ipso Lentulo laqueo strangulantur, Quod ubi Catilina cognouit in transalpina fugere cogitauit. Quo comperto, Antonius cum quibusdā legionibus ipsum persequens, inter cōfertissimas legiones confodit, atque ita Ciceronis uirtute respublica à magnis perturbationibus seruata est.

Catilina

Cæsaris uiri propè diuini gesta hic incipiunt.

C. Iulius Cæsar anno ab urbe condita .693. qui est annus .26. regni Dionysii post multa strenuè gesta, cōsul unà cum L. Bibulo creatus, statim Gallia transalpina & Illyricū cum decem legionibus eidē decernuntur, cum quibus per decē annos bellans, grauissima bella confecit. Verum quum eius historiam Suetonius & Plutarchus plene explicuerint, nō solito more de eo conscribendū duxi, sed competentes portiunculas ab ipsis historicis excerptas separatim ponere.

C. Iulius Cæsar

5147 52 Heluetiorum igitur animos gentis Gallorum fortissimæ, ea uel maxime de causa terribiles, quòd perpetuo penè cum Germanis altercabantur, à quibus tantum Rheno flumine dirimuntur, Oregetho rex quidā princeps huiusce gentis, spem totam inuadendi Galliam accendebat, quo cæteri optimates corruptos, ad mortē coactos cohibere, tamen semel animatos in prædam nequiuerunt, qui coniuratione facta, hac die dicta, exustis uicis domibúsque

búsque suis, ne quod desiderium ex spe reuertendi foret, profecti sunt. Quos quum primum apud Rhodanum obuios Cæsar habuisset, magno difficilique prælio uix uicit, & ad deditionem coegit. Horum igitur quum primum progressa est multitudo Heluetiorum, Thuringiorum, Lothobrogorum, Thaurorum, & Boiorum utriusque sexus ad centum quinquaginta sex millia in isto prælio ceciderunt, cæteri in terras proprias remissi sunt. Cæsar postea contra Ariobistum regem exercitantē, inuehentémque incredibiles Germanorum copias, quibus nuper uniuersas Gallorum copias subegisse iactabant, apud Sequanos uicit, quum diu exercitus Cæsaris Germanorū multitudine & uirtute perterritus pugnam detractasset, Ariobistus in Germaniam arrepta nauicula aufugit, uxores uero eius duæ, totidémque filiæ captæ sunt. Fuerunt in Ariobisti exercitu Arcides, Marcomenes, Triboci, Vagiones, Nemetes, Eudes, & Sueui, pugnæ magnæ & phalanges Germanorum affuere, qui coacto in nnum agmine, se utique cōtextis capitibus ad irrumpendā Romanā aciem tuti undique perstruxerāt, sed postquam aliqui Romanorum militū agilitate, audaciáque audacissimi, prodnctam testudinem ingressi fuissent, scuta singulorum uelut squāmas singulorum humeros perfoderunt. Territi hostes nouo mortis periculo, mortem terribilem dissoluere compagem, exinde in fugam uersi per quinquaginta passuum milia insatiabiliter cæsa sunt. Neque haberi potuit Germanorū numerus, uel quantus pugnæ affuerit, uel quantus fuerit occisorum. Deinde (ut Eutropius scribit) ponte confecto, Rhenum transgressus, Sueuos uero, quorum cētum pagi erant, perdomuit, postea omnem Galliam, quæ inter Alpes & flumen Rhodanum, Rhenum & Oceanum Britānicum est, nouem annos Cæsar subiugauit, in quibus deuictos Britannicos, quibus usque nūc Romanorum nomen incognitum erat, acceptis obsidibus, tributarios fecit: inter tot successus ter tantum malè à Cæsare pugnatum est, Romámque reuersus triumphauit.

156. millia per Iulium Cæsarē sunt interfecta

Crassi uictoria & mors.

Crassus Romanus consul Pompeii collega anno secundo regni Dionysii, mortuo Gabinio Syriæ præside, in locū suum à senatu subrogatur, ut maximè Parthos Syriæ uicinos rebellantes reprimeret, uir quidem cupidissimus & insatiabilis cupiditas, qui ut Iosephus libro. 14. testatur, audita Hierosolymitani templi opulentia, quam Pompeius intactam reliquerat, illo diuertit, urbémque ingressus templum peruadit, & opes duorum milliū talentorum abstulit, tulit etiam trabem auream uersatilem, trecētas minas pensantem. Indéque diuertens per Mesopotamiam in Parthiam peruenit, & in itinere sociis ciuitatibus auxilia indixit, preciáque exegit, mox ut Euphratem trāsiuit, Vacesenē legatum à rege Parthorum ad se missum obuium habuit, à quo uehementer increpatus est, quòd contra Luculli & Pompei fœdus auaritia ductus, Euphratem transierit. Quāobrem sine mora futurū esse ut pro Parthico auro, Syrico ferro honoretur, atque ita quum prope Caram uentū esset, Parthi subito ingruentes cum Syrena & Syliaria præfectis suis, & eorum exercitu, sagittis oppressere Romanos, quo in conflictu plurimi senatores, & aliquot cōsulares & prætorii uiri cecidere, & eius filius nomine Crassus lectissimus iuuenis ibidē occisus est. Quatuor quoque cohortes cum legato deprehēsæ, interfectæ sunt. His gestis Parthi duce Syrena rapido equitatu Crassum persecuti sunt, & eum circunuentum turpiter interfecerunt. Verum uariæ quidē de huius Crassi morte apud historicos sententiæ feruntur, quas breuitatis causa omittimus. 5148 51

Crassus templum spoliat

Pluri senatores obtrūcātur

Viri disciplinis excellentes.

M. Furius poëta cognomento Bibaculus, natione Cremonensis, his temporibus, Eusebio testante, clarus fuit, & multa conscripsit.

T. Lucretius poëta per hæc tempora floruit, qui postea amatorio poculo in furorem uersus, quum aliquot libros per interualla insaniæ conscripsisset. 43. ætatis suæ anno propria se manu interfecit. Eius autem libros postea Cicero emendauit.

Apollodorus Pergamenus Græcus orator Claudii & Augusti præceptor, tempestate hac cognoscitur, qui artes multas inuenit, & Apollodoram sectam induxit. Cuius discipulus memoratu dignus Dionysius cognomento Atticus fuit, qui sermones & historias scripsit.

Theophanes rerum scriptor, patria Mithilenus Romæ per hæc tempora in precio habetur, qui quum Magno Pompeio admodũ familiaris esset, res eius gestas posteritati commendauit, & Græcorum omnium clarissimũ se exhibuit, cuius filius M. Pompeius Cæsari quoque Augusto postmodum charus fuit, à quo Asiæ curator constitutus fuit, & postea inter primos Tyberii Cæsaris familiares locum obtinuit.

Mithridates philosophus Pergamenus hisdem etiã temporibus floruit, & quædã composuit, qui postea contracta cum Iulio Cæsare amicitia, ad id honoris peruenit, ut Bossori rex efficeretur.

Catullum poëtam patria Veronensem hoc tempore Eusebius claruisse asserit, & anno sequenti qui est annus.25. regni Dionysii, Romæ ætatis suæ anno.30. emoritur, hic carmina amatoria multa conscripsit.

M. quoque Calliclius orator cum prædictis claruit, qui primo ciuili bello postea Cæsarianas partes secutus, quum togatam regeret Galliam, apud Placentiam urbem defunctus est.

Diodorus historicus Siculus Græcæ quã maximè historiæ scriptor cum prædictis clarus & insignis habetur. Diodorus Siculus historicus

Tullius cognomẽto Marcus & Cicero philosophus maximus & oratorum princeps, necnon & Romanorum consul hoc tempore claruit, cuius uitam etiam Plutarchus accuratissimè conscripsit, hic quidem Volschorum genere natus, patrem Tulliũ, matrem uero Olaiam nomine habuit, qui quum per ætatem aliquid sapere cœpit, extemplo ingenii magnitudine æquales suos ita excelluit, ut plærique graues ad eum uisendũ proficiscerentur. Et ut de reliquis taceam, prima eius commendatio circa poëticam eluxit, in qua libellos quosdam edidit, postea crescentibus annis, mox solutam orationem naturæ suæ consentaneam adamauit, puerilibúsq; studiis peractis, philosophiæ & iuri ciuili operam dedit, post hæc sub Sylla militauit. Deinde creatus consul unà cum Caio Antonio Marci Antonii filio, tam gloriosè id consulare imperium exercuit, ut ab omnibus pater patriæ appellatus fuerit. Hic quippe primus philosophiam antea nostris literis incognitã explicauit, & plurima uerba ad usum patrii sermonis adiũxit. Deditque præcepta priusquam ulli nostrum, doctius quoque quàm ulli Græcorum patefecit ac docuit, unde in libro.10. Codicis scribitur, quòd Tullius fuerit flos & tuba Romani eloquii, ex ingenii sui fœlicitate & naturæ munere complurima scripsit opuscula. Tullius Marcus Cicero Philosophus & oratorum princeps

De eius autem sententiis has dũtaxat excerpsimus, scilicet, uirtutis omnis laus in actione consistit, à qua tamen sæpe fit intermissio, multique dantur ad studia reditus. Scire debemus, quæ in terris gignuntur, ad usum hominis creari, homines hac causa fuisse generatos, ut ipsi inter se aliis prodesse possint, duos hic filios habuit ex Therentia uxore Tulliolam scilicet & Marcũ, ex Tulliola etiam duos generos summæ nobilitatis uiros habuit, quæ tandem ex partu mortua, maximum dolorem Tullio intulit, propter quod Cæsar ad eius leniendum dolorem librum consolatorium ei ex Hispaniis misit. Demũ & ipse inclytus orator anno ætatis suæ.62. ab Antonio sub specie concordiæ, concedente Octauiano occisus est. Vnde diuus pater Augustinus libro.3. de Ciuita. dei cap.30. dicit Octauianum Augustum adhuc adolescentem fouebat Tullius, sub spe reipublicæ promouendæ contra Antonii malitiam, sed Augustus Cæsar Antonium permisit Ciceronem occidere, quasi quadam cõcordiæ pactione. Igitur quum Antonius linguam Ciceronis abscinderet, quia multas contra eum dictauerat inuectiuas, respondit Cicero. Nil agis Antoni scripta diserta manent.

Cato posterior Catonis superioris pronepos, cui propriũ nomen M. Portius Cato Stoicus philosophus, quem Vticensem quidam appellant, eò quòd se apud Vticam interfecerit, hac quoque tempestate Romæ plurimũ claruit, uir quidem doctissimus, qui ita doctrinæ cupiditate flagrauit, ut ne in curia quidem dum senatus ageretur, à lectione temperaret, quo minus Græcos lectitaret libros, hac scilicet industria, ut ostenderet aliis tempora deesse, alios superesse temporibus. Hic dicebat rempublicam magis uirtutibus quàm armis esse tuendam, dicens. Nolite, inquit, existimare maiores nostros armis rempublicam Cato posterior.

ex parua quidem fecisse magnā. Si ita esset Quirites multo maiorem eam nos haberemus. Quippe sociorum, ciuium, prætereáque armorum atque equorū maior nobis copia quàm illis est. Illis nāque domi industria, foris iustū imperium, animus in consulēdo liber, neque libidini, neque delicto obnoxius. Pro his nos luxuriam atq; auaritiam habemus, publicam egestatem, priuatam uero opulētiam laudamus, diuitias sequimur atque inertiam, inter bonos & malos discrimen nullū, omnia uirtutis præmia ambitio possidet. Hic quippe quāto humanam gloriam fugiebat, tanto magis illum gloria sequebatur. Quíque inter alia suæ uirtutis opera ad humanæ uitæ instructionem Ethicam moralem cum suis rationibus in libris composuit, ex quo, ut aiunt, paruus ille liber metricus, qui paruulis legitur, excerptus est. De cuius sententiis hanc memoria dignam habemus. Humana uita propriè ueluti ferrum est, quod si exerceatur, cōteritur, si uero non exerceatur, rubigine consumitur. Hic tandem teste diuo patre Augu. lib. 1. de Ciui. dei. 24. seipsum occidit, uictoriam Cæsaris impatienter ferens, eique subiici nolens.

Nigidius figulus Pythagoricus & magus his quoque temporibus Romæ floruit. Qui ideò Figuli cognomētū sortitus est, quòd ut diuus pater Aug. 5. de Ciui. dei capi. 3. refert, quadam uice apud eum de geminorum dissimiliū uirtute & ualitudine disputaretur, statim Nigidius hic figmentum de figuli rota in medium adduxit. Dum enim figularius rotam in quanta ui potuit intorsisset, currente illa, Nigidius uidentibus omnibus his numero de atramento tanquā uno eiusdem loco summo celeritate percussit. Deinde quiescēte rota inuenta sunt quæ fixerat non paruo interuallo rotæ illius extremitate distante. Sic inquit Nigidius in tanta rapacitate cœli currunt, ut etiā si alter post alterum in tanta celeritate nascatur, quāta rotis bis ipse percussit, in cœli spatio plurimū est, huic sūt, inquit, quæcūque dissimilia perhibeātur in moribus casibúsque geminorum. Hic etiam quum in grammatica, ut Gellius testatur, doctissimus haberetur, plurimum scripsit, quæ tamen in uulgus non prodierunt, propter eorum subtilitatem ac obscuritatem, tāquam parum utilia. Deniq; à senatu Romano exilio damnatus, quarto imperii Cæsaris anno mortuus est.

Cleopatra 
Leopatra Aegypti regina Dionysii Auletis filia, anno Iudaicæ captiuitatis. 5150 49
557. olympiade uero. 181. Aegyptiis regnare cœpit, & regnauit annis. 22. Huius, ut præmissum est, pater Auletes Dionysius omnium flagitiosissimus fuit. Nam illum propter eius flagitia Alexandrini eiecerunt, cui quum tres filiæ essent, unam natu grandiorē loco patris reginam constituerūt, & alias infantes regno eiecerunt. Regina autem Archelaum quendā Archelai Mithridatis filium sibi accersitum matrimonio copulatum regem declarauit. Interea Auletes Romam profectus à Pompeio suscipitur, & Senatui commendatur, necnon & de reductione eius agitur, de iniuriaque expulsionis regis ultio suscipitur. Ptole. itáque Auletes senatus decreto per Gabinium in regnum reductus est, qui statim Archelaum & eius filiam interemit. Sed nō multo post & ipse morbo absumptus est, relictis duobus filiis & totidem filiabus, quibus Cleopatra hæc grandior natu erat. Alexandrini autem & puerum natu grandiorem, ac Cleopatram hanc regno præfecerunt. Hūc itáque puerum Pompeius ex senatusconsulto tuendum suscepit. Sed pueri familiares, seditione mota, Cleopatrā eiecerūt, quæ statim cum sorore in Syriā secessit. Interea cum Cæsar in Aegyptū peruenisset, adolescēs qui Pompeium obtruncauerat, etiam Cæsari bellum intulit, à quo tandem superatus, cum uniuerso eius exercitu interfectus est. Quo interfecto, Cleopatram hanc, cum qua consuetudinem habuerat, ab exilio reuocatam, Aegypti reginā cōstituit: post mortem uero Cæsaris, & res in Philippis gestas, Antonius in Asiam profectus est, & Cleopatram reginam summis complexus est honoribus, adeò ut eam sibi uxorem acciperet, & filios ex ea procrearet, & ambo etiam in Attico bello fuerunt, ambo fugerunt, ambóque demum ab Augusto superati sunt. Nam Antonium Augustus in Nicopoli urbe captum coëgit sibi ipsi manum inferre, Cleopatram uero ut uiuam in potestatem reducerent, quæ paulopost & ipsa in uinculis, aliàs in sepulchro Antonii uiri sui, clam admoto aspidis morsu, concidit. Hæc quippe nulla fuere, nisi oris formositate, & ueræ claritatis mora refulsit, sed contrario auaritia, crudelitate, atque omni luxuria mūdo conspicua fuit. Ac sic Lagidarum imperium

perium euersum est, quod per annos.306.sub regibus tredecim permansit, quorum etiam nomina & tempora ista sunt.

Aegyptiorum regum epilogus.

Alexander Magnus.1.	an.2.	Pto.Epiphanes.6.	an.24.	Pto.Sother iterum.11.	an.8.
Pto. Lagi filius.2.	an.40	Pto.Philometor.7.	an.35.	Pto.Dionysius.12.	an.30.
Pto.Philadel.3.	an.38.	Pto.Euergetes.8.	an.29.	Cleopatra.13.	an.22.
Pto.Euergetes.4.	an.25.	Ptole.Sother.9.	an.17.	Et sic Augustus Cleopatra sub	
Pto.Philopator.5.	an.16.	Pto.Alexāder.10.	an.10.	lata surētē Aegyptū cōposuit.	

Cæsaris & Pompeii bellum.

5151 48 Anno primo regni Cleopatræ reginæ ciuile bellum execrandum ac lachrymabile surrexit, quo præter calamitates quæ in præliis accidere consueuerunt, etiam populi Romani fortuna mutata est. Iulius etiam Cæsar è Gallia uictor regrediens, poposcit alterū consulatum absenti sibi à senatu decerni, cōtrà dictū est à Marcello consule, adiuuante Pompeio, mandatúmque est ei, ut non nisi dimisso exercitu urbem intraret, atque ex Marcelli consulis auctoritate Pompeius ad legiones, quæ ad Luceriam erant, missus est cum dignitate imperii. Qua iniuria commotus Cæsar, aduersus patriam bellū sumpsit, propter quod ueriti cōsules cum Pompeio, senatúsque omnis, necnon & uniuersa Romana nobilitas in Apuliam confugit. At Cæsar uacuam urbem ingressus, dictatorem sese cōstituens, Aemilium Lepidum magistrum equitum dixit, cum quo statim Brundusium, ubi senatus omnis erat, processit. Qui timore concussi trans mare Ioniū in Græciam confugere. Tunc Cæsar liberam omnem Italiam habens, Romam iterato ingressus, ut populum sibi demulceret, ex Sardinia Siciliáque insulis multum annonæ in urbem conuexit, ibidem rebus bene ex sententia compositis, Cæsar Hispanias petiit, ubi & Pompeianis exercitibus superatis, Romam cum ingenti gloria regressus est. Quum itaque Cæsar Europæ quieto potiretur imperio, traiecit in Græciam, ubi Pompeius & omnis senatus pro rebus gerēdis cōstiterāt, ad quem uniuersi orientales reges cōuenerant, ut eidem auxilio forent. Quo quū Cæsar uenisset, Pompeium statim obsedit, ibique cum eodē dimicans Cæsar, magna clade accepta, cum omni exercitu fusus est, & superuenientis noctis beneficio illæsus euasit. Pompeius uero Cæsaris testimonio uictor factus, prosequentem reuocauit exercitum. Militū autem Cæsareorum.4.millia.22. Centuriones, equitésque Romani complurimi eo in bello occisi sunt. Cæsar uero agmine citato per Epyrum in Thessaliam perrexit, quem Pompeius cum maximis copiis insecutus, utrinque ibidem struxerunt acies. Pompeius autem octoginta octo cohortes habens, triplici ordine locauit. Fuerunt quippe peditum.40.millia, equites Romani in sinistro cornu sexcenti, in dextro uero quingenti, aderant quoque reges multi, & equites Romani plurimi, absque leui armatura magna copia. Cæsar similiter octoginta cohortes triplici ordine disposuit, cui fuerint minus quàm triginta peditū millia, & equites mille. Videre ubi & gemere erat, contractas Romanorum uires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuam constitutas, quas si concordia, ut Paulus Orosius ait, rexisset, populi nulli reges ferre potuissent, pugnatum itaque est ingenti contentione. Quúmque diu dubia sorte utrinque cæderentur, atque ex una pugna seu parte Pompeius clamaret, parce ciuibus, nec tamen ipse faceret, & ex alia parte Cæsar idem faceret & urgeret, dicens. Miles faciem feri. Tandem Pompei fusus est exercitus & castra penitus direpta. Quo facto Pompeius statim Alexandriam petiit, ut à Ptolemæo auxilia acciperet, cui propter teneram eius ætatem tutor à senatu datus fuerat. Verū Ptolemæus uir ingratissimus fortunam magis quàm amicitiam sequens, Pompeium occidit, & caput eius cum annulo Cæsari transmisit. Quibus uisis Cæsar confestim lachrymas effudit. Fertur à Plutarcho historico Pompeii reliquias ad Corneliam postmodum delatas, in Albano monte fuisse positas.

Mortuo igitur Pompeio Cæsar Alexandriam profectus, à Ptolemæo parricida insidias pertulit, qui insidiātiū hostiū inopinata multitudine circūuētus, in scaphā Cæsar cōfugit, qua mox subsequētiū pōdere mersa, per ducentos passus ad nauim una manu qua chartas

tenebat eleuata, natando peruenit. Sed paulopost nauali cōserto prælio magna fœlicitate uniuersam classem regiam, aut cepit, aut depressit. Alexandrinis uero regem suum petentibus reddidit, monitum ut Romanam amicitiā magis quàm arma experiri studeret: at ubi Ptolemæus liber euasit, Cæsari denuo bellū intulit, qui statim cum omni exercitu ab ipso Cæsare deletus est. Nam eo bello. 20. mil. hominum cæsa referuntur. Rex autem ipse scapha exceptus fugiēdi causa, multis in siliētibus demersus est. Cuius corpus ad littus deuolutū loricæ aureatæ indicio cognitū fuit, ac sic Cæsar Alexādrinæ urbis potitus, Cleopatram ipsius Ptolemæi sororem ab exilio reuocauit, eique regē contulit. Quæ postea regio equitatu urbem ingressa est. Inde biennium post, Orosio referente, Cæsar uniuersam Syriam peruagatus, Pharnacem Mithridatis filium in Ponto superauit, & prouinciā consecutus est. Postea uero quum Romam uenit, iterum dictator & cōsul creatus, in Aphricam transiit, ubi infinita nobilitas cum Iuba Maurorum rege bellū parauerat. Cuius belli duces erāt P. Cornelius Scipio ex antiquo Scipionis Aphricani genere natus, M. Portius

Cornelii Fausti Scipionis mors Catonis mors

Cato, & L. Cornelius Faustus ex Syllæ filia natus, ubi post multas dimicationes uictor Cæsar effectus Cornelium Faustum interfecit. Scipio uero in naui ad Hispanias fugere contendebat, coactus est uentorum ui in Aphricā regredi. Quamobrem desperatione ductus apud Vticam seipsum iugulauit. Iuba quoq; Maurorū rex eodē exitu Cæsaris manus non effugit, unde percussori precio dato iugulum præbuit. Cato uero qui in Vticam urbem se receperat, ultima nocte uitæ suæ, dum Platonis librū legeret, posito ad caput gladio, duo hæc in rebus extremis instrumenta perspexit, alterum ut mori uellet, alterum ut posset. Compositis ergo rebus suis stricto gladio nihil, inquit, egisti fortuna omnibus conatibus meis. Quibus dictis impressit collo gladium, & mortuus est. Vnde ex hoc Vticensis Cato dictus est.

Vtica Aphricæ ciuitas.

Vtica enim Aphricæ ciuitas est, magnitudine quidē & auctoritate, pro Strabonis sententia, secunda post Carthaginem urbem est, excisa Carthagine, metropolis & Romanorum receptaculum ad res in Libyam gerendas extitit. In eodem enim situ sita quoque est & Carthago.

Cæsaris triumphi.

Cæsar itaque his gestis post annum Romam regressus, quater de cōfectis bellis eodem mense triumphauit. Sed interiectis diebus, & rursum, semel post superatos Pompeii filios, primum & excellentissimum egit triumphū, sequentem post Gallicū Alexandri, postque Ponticum, huic proximum Aphricū, nouissimū Hispaniensem, diuerso queq; apparatu & instrumēto. Et inter cætera de Pontico triumpho in Pompe. ferculo tria uerba protulit, dicens. Veni, uidi, & uici, non quidē actū belli significantia, sed celeriter belli confecti notam. Hæc ex Suetonio. Deinceps uictis in Hispania Pompeii filiis, regressus est Romam, ubi se imperatorem uocari fecit. Et sic Reipublicæ finis huic fuit, quæ per annos. 464. durauit.

Reipublicæ Ro. finis

Romani Imperii principium.

Caius

Caius Iulius Cæsar itaq; cōpositis ubiq; ciuilibus bellis, solus urbis & orbis monarchiam tenuit, & anno. 542. Iudaicæ captiuitatis, olympiade autē. 183. Romanis imperare cœpit, & imperauit annis. 4. & mensi. 7. qui pro anno computantur, à quo deinceps Romanorū principes, nō reges, quòd id nominis Romanis odiosum esset, sed Cæsares appellati sunt. Huius diui Cæsaris quanta in adepto imperio fuit modestia, Suetonius, Plutarchus & Liuius, ac Plinius declarāt. Nō enim prosperis extollebatur, nec frangebatur aduersis, magnificus sine crudelitate, magnanimus sine temeritate. Et licet audax fuerit, ei tamē uoluntas, diuino aspirante fauore, semper intra potestatem fuit. Nemo ferum Cæsarem unquam expertus est, nisi superbia rebellaret, prouocatus iniuriis facile parcebat. Quos uicit uiribus prudentia antecessit, suique excessus semper ad conuincendam iustitiam aspirabant. Magnitudo animi & efficacia operis in eo merito laudatur, quum eius manus, & mens ad ferè impossibilia sibi suffecerint. Nec unquam in bellis gerendis, aut periculis adeundis 5153 46

inuenitur

inuenitur dixisse militibus suis, ite, sed semper præcedens ut sequerētur persuasisse. Ingenium eius ad literas, & in philosophia potentior, cuius munere nūquam discessit, ab omni etiam ignauia & præcipitio alienus, quāuis in iuris ciuilis peritia fuerit, ut Romanorū indicant leges. Quod autem omnibus mirabilius est, moribus & negociis simul operam dabat, & in bellis nullū æqualem habebat. Eius siquidē ductu collatis signis quinquagies dimicatum est. Nullus eo celerius scripsit, uelociusque legit. Quaternas etiam epistolas dictabat simul, peritiam non modicam astrorum habuit, & bisexti rationem inuenit, ut testatur Solinus. Tractatus & Commentarios plurimos edidit, à quibus etiam nos quædam excerpsimus.

Viri disciplinis excellentes.

5156 43 Sallustius Romanus historicus ac philosophus, Ciceronis æmulus, hac tempestate Romæ claruit. De quo diuus pater Augu. primo de Ciui. dei meminit, dicens, quod fuit nobilitate ueritatis insignis histori. quippe qui bello Catilinario, necnon & de bello Iugurthino lib. edidit celebres, ac nonnullas scripsit epistolas. Sallustius historicus ac philosophus

Varro uico Atticæ ex Narbonensi prouincia natus, his temporibus Romæ in precio plurimum fuit, doctissimus quidem & acutissimi ingenii uir, atque in omni sæculari eruditione peritus, qui annum agens. 35. Græcas literas cum summo studio didicit, de quo diuus pater Augu. lib. 6. de Ciui. dei sic meminit, dicēs. Quis M. Varrone curiosius deorum figmenta quæsiuit? Quis inuenit doctius? Quis cōsiderauit attētius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius pleniusque cōscripsit? Quis etiam, & si minor sua uis est eloquio, doctrina tamen, atque sententiis ita refertus est? ut in omni eruditione quam nos sæcularem, alii autem liberalem uocant, studiosum tantum rerum quàm iste doceat, quātū uerborum studiosum Cicero declarat. Et propterea idem Cicero multis in locis miris eum extulit laudibus. De quo etiam Terētianus elegātissimo uersiculo breuiter ait. Vir doctissimus undecūque Varro, qui tam multa scripsit, quàm multa uir, quémque legere credamus. Hic itáque Isido. teste lib. Ethi. 6. innumerabiles edidit libros, inter quos. 413. Antiquitatū habemus præcipuos, quos in res diuinas, humanásque diuisit. Rebus autem humanis. 25. diuinis uero. 16. distribuit. Magnum etiam aliud uolumen in Grammatica cōscripsit, ubi in ea arte minutissimas quæstiones contractauit. Edidit insuper & librum de Lingua Latina, necnon ad Atheniensem auditorem librum moralem, in quo multa continentur utilia, de quibus hanc ponimus sententiam. Amici diuitum paleæ sunt circa grana. Vis (inquit) experiri amicū, calamitosus fias. Scripsit & librū de Deorū cultu, uixitque annis nonaginta. Varro

Menecrates Nisēsis philosophꝰ, & Aristarchi discipulꝰ, per hæc tēpora clarꝰ habetur.

Aristodemus eiusdem Menecratis filius philosophus & incredibilis ingenii uir, & ipse hoc tempore cognoscitur, quem ualde senem iuuenis Strabo audiuit.

Aristodemus alter philosophus eiusdem consobrinus hac eadem ætate floruit, qui magno Pompeio magister fuit.

Sostratus prædicti Aristomedi frater, philosophus & ipse clarus habitus est, qui multa ingenii de se reliquit documenta.

5157 42 Pythodoris Ponti regina his temporibus, suscepto regno, multa in Ponto gessit prælia. Cuius ob eius uirtutes Tyberini & Chaldæi usque in Colchidem sese ultro subdidere, Syrina quoque & Themisita atq; Phanera prouinciæ, & ipsæ mox illi paruere. Hæc quippe insignis mulier Pythodori Traliani filia fuit, qui ex priuato ciue magnus euaserat homo, & opes regias cumulauerat. Ipsa enim Pythodoris ex Archelao uiro duos filios genuit, ex quibus una cum ipsa matre paternam hæreditatem administrauit, alter uero maioris Armeniæ declaratus fuit rex. Archelaus autē eius maritus cum uxore usque ad extremum uitæ suæ mansit.

Orbis dimensio.

Cæsar igitur diuinis humanísque rebus singulariter instructus, quum consulatus sui fasces ageret ex senatusconsulto (ut Priscianus in sua Cosmographia scribit) cēsuit omnem orbem per prudētes uiros admetiri. Et ideo à suo cōsulatu usque ad consulatū Saturnini per triginta cōtinuos annos missi sunt dimensores legati uiri doctissimi, & in Geometrica

arte periti,per omnem terram ad præsides,duces,& iudices prouinciarum,ut describerēt, mensurarentq; terras,aquas,nemora,plana,cōcaua,mōtes,colles,itinerariū maritimúmq;, etiā loca nauigaturi tāgere debuerant,& si forte aliquod prodigiū in his occurreret,illud senatui resque publicæ scripto nunciarent. Et sic eodem auctore referente repertum est, quod omnis orbis habet famosa maria triginta, insulas.27. montes famosos quadraginta, prouincias.78.urbes insignes.370. flumina magna.304.gentes.125. Cuius etiā orbis ambitus est trecenties & quindecies centena passuum millia.Longitudo uero terræ habitabilis est ab ortu solis usque ad occasum. Et ab India usque ad columnas Herculis in Gaditano freto octies quinquies centū.78.milliaria.Cuius quidē lōgitudinis dimēsio cōprehensior est per mare quā per terras. Latitudo autē terræ ab australi littore Oceani,ab Aethiopia usque ad ostium Thanais fluminis, in septētrione fere dimidio minor est quam longitudo prædicta, & cōtinet quinquagies quatercēta.62.miliaria. Repertū est etiā quod profundissimum mare cōtinet spatium.15.stadiorum in perpendiculo.

Cæsaris obitus.

Cæterum anno.5.regni sui,teste Paulo Orosio, quum Cæsar cōtra morē Romanæ libertatis honores ex sua liberalitate præstaret, qui à populo antea mādabantur,nec senatui ad se uenienti assurgeret,Romani in hoc eius insolētiā nō ferētes cōiurauerunt in ipsum. (Cōiuratores mortis Cæsaris) Qui autē cōiurauerūt duo Bruti ex uetustissimo Bruti genere fuerunt.Qui ut dictum est, pulso Tarquinio,primus Romæ cōsul fuit,& Cassius Seruilius:centesimo autem die ante mortē eius fulmē de nomine suo inscripto statuæ ipsius quæ erat in foro C. literam capitalem arripuit. (Prodigia mortis Cæsaris) Nocte etiam præcedēte diē obitus sui fenestræ thalami eius tam magno & horrēdo strepitu apertæ sunt,ut Caius Iulius Cæsar domum ruere putaret.Sequēti mane (ut Suetonius Trāquillus scribit) uenienti ad curiā latæ sunt literæ indices suæ necis,quas tamen nō aperuit.Quúmque in Capitolio applicuisset,cōfestim Brutorū Cassiique dolo. 23.uulneribus cōfossus est. (Vide pudicitiā magnam Cæsaris) Dúmque diuinus spiritus mortali segregaretur à corpore,ipse innatæ uerecūdiæ memor,utrāq; manū demisit ad togā, curauitque se,ut inferior corporis pars tecta collaberetur. Hūc itaque uitæ exitū Cæsar habuit anno ætatis suæ.56.Cuius quidem corpus pro rostris cōbustū est, & in sublime (ut aiunt) solidæ columnæ tumulatum,quæ scilicet Iulia nūcupatur,mēse Quintili,& quia in eo mēse natus est,ab Antonio ille mensis eidem consecratus est,quem nos Iulium mensem appellamus.

(Prodigia iterū multa) Post diem mortis eius tres soles statim simul exorti sunt, & paulatim in eūdem orbem cōuenerunt,significātes per hoc dominiū Lucii Anto.& M. Anto.atque Augusti in unā monarchiam reducendū,uel potius notitiā triū & unius diei toti orbi innotescēdam. Bos quoq;(ut diuus pater Aug.lib.3.de Ciui.dei cap.13.refert)arāti in suburbano Ro.locutus est,dicēs,frustra se urgeri,quia in breui magis homines defuturos esse quàm frumenta.

(Portia) Portia autem Bruti cōiuratoris cōiunx & Catonis Vticēsis filia, & ipsa per hoc tempus patria fortitudine & perseuerātia non degenerauit,quia sicut eius pater M. Cato uictoriæ Cæsaris impatiens, apud Vticā se occidit,sic & ista quū audisset, post mortē ipsius Cæsaris,sibi subtractum esse uirum,nil sibi lætum amplius existimās, quū cultrum nullum haberet, quo se perimeret, statim ignitos carbones,quos forte propinquos habebat, indubitanter manibus accepit, & gutturi iniectos exhausit, à quibus præcordia exurentibus spiritum exhalauit. O inexhausti uigoris amor, & uir tali coniuge perpetuo & merito fœlix & commemorandus.



(Octauianus Cæsar) Ctauianus Cæsar Augustus Octauii olim senatoris filius, secundus Romanorū imperator, anno.503. Iudaicæ captiuitatis,id est,secundo.183.olympiadis,Romanis imperare cœpit,& imperauit annis.56. & menses sex, à quo postea Augusti Romanorum reges appellati sunt, hic maternū genus ab Aenea magno 5158 42

per

per Iuliam familiam sortitus est, Cæsaris Iulii nepos, & adoptione filius, uir omnibus uirtutibus refertissimus, quippe qui in ciues clemens, in amicis fidus, ad recipiendas amicitias rarus, & ad retinendas eas constans fuit. Liberalibúsque studiis præsertim eloquētiæ tantam operam dedit, ut nullus ne in procinctu quidē laberetur dies, quin legeret, scriberet, aut declamaret. Fuit toto corpore pulcher, sed oculis magis. Nec tamen uir tantus uitiis caruit, nam iracundus fuit atque impatiens, occultē inuidus, palā factiosus, dominandi cupidissimus, studiosus aleæ lusor. Quumque esset cibi ac uini cupidus, somni tamen abstinēs erat. Seruiebátque libidini usque ad uulgaris famæ probrum. Nam cum duodecim cathamitis, totidémque puellis cubare solitus erat. Et quāuis sic libidini seruiens esset, eiusdem tamen uitii seuerissimus ultor erat. Tanto etiam amore apud Barbaros fuit, ut Seythæ & Indi, quibus antea Ro. nomen incognitum fuerat, munera & legatos ad eum mitterent. Multi quoque reges in honorem eius ciuitates extruerent, quas Cæsareas & Augustanas nominarunt. Reges etiam ex regnis suis uenientes in habitu Ro. togati ad uehiculum uel equum ipsius currerent. Adeò uero bella & simultates execratus est, ut nisi iustis de causis nunquam bellum cuiquam indixerit, asserens iactantis se & leuis esse, quū ob ardorem triumphandi, & folia lauri infructuosa, in discrimen ciuium securitatem præcipitare: arma quoque nisi maiori emolimento nequaquā mouenda, ne compendio tenuis uictoriæ, graui iactura mercari similis sit aureo hamo piscantiū, cuius amissio mille capturæ lucro pensari potest. Hic duas uxores habuit scilicet Scriboniam & Liuiam, sed amore Liuiæ abiecit Scriboniam, quāuis ex ea Tyberium & Drusum suscepisset filios, qui licet fuisset orbis dominus, filios tamen (ut Polycrates scribit) ad currū, ad saltū, & ad iactandi usum exercitari uoluit: filias uero ad lanificium & ad textrinum opus instruxit, ut si aliquando egere contingeret, per artem uiuere possent. Vrbémque præterea Rom. innumerabilibus atque præclaris unà cum filiis & uxore ac sorore impleuit insignibus. Hi namque cūctos & studio simul & impensa ad decora apparāda superarunt. Maximam præter natiuitatis domos, campus Martius horum habuit partem insigniorem. Nam eo in loco innumerabiles circūcirca porticus extruxit, hortos nemorosos, theatra, amphitheatrum, & templa magnificentissima. Mausoleum quoque suum ibidem in excelsis fundauit molibus, lapide niueo coopertum, in cuius summitate suum ex ære posuerat simulachrū, aliis quoque permultis urbem decorauit insignibus. Vnde & gloriabundus dicebat, urbem lateritiam inueni, marmoream relinquo: nec satis, ut Cicero ait, scimus, neque etiam nostri propositi est, plus ne boni an mali rebus Ro. attulerit, suam, quam sibi constituerit opinionem principatus declarare, sed quod constat fuit impiissimum scelus commissum in Ro. imperio: triumuiratus ipsius Octauiani, M. Anto. & M. Lepidi apud confluentiam Fauentiam inter Rauennam prope Lucum, & Bagnacauallū constitutus, in quo duces ipsi orbem Ro. æquis portionibus inter se partiti sunt, & ne ciues per eam ætatem prudentia, ingenio, & animo ualentes, tantam impietatē prohibere possint, commissis eorum cædibus, prouiderunt. Quare Liui. lib. 119. sic habet. In triūuiratu proscriptio facta est, in qua plurimi equites, senatores centum triginta uicissim concisi, Lepidus enim L. Paulum fratrem, Antonius L. Cæsarem auunculum, Octauianus M. Ciceronem, qui à Pompilio legionario milite, quum haberet annos. 64. occisus fuit. Caput uero & manus eius in rostris posita est, ubi multos defenderat. Gessit postmodum Octauianus hic quinque bella ciuilia, Mutinense uidelicet, Philippense, Perusinum, Siculum Axiacum, Cremonense, & Mantuanum, quia Bruti Cassii copias receperant, quibus in bellis, præter ciuium multiplicem cædem, Augustus. 20. Ro. militum milia exauctorauit. 30. milia seruorum, qui militauerāt, dominis restituit. Sex milia quorum domini non extabant in crucem suspendit. Tandem Cantabrico bello, & Romanis insignibus à Parthis repetitis & exactis, quæ apud eos Crassus amiserat, Aegyptus quoque Romano imperio adiecta est. Hic itaque fœlicissimus imperator nullibi unquam nisi apud Germanos succubuit, nam Iolianam & Varianam cladem in ipsa Germania solum perpessus fuit. Quarum Ioliana maioris infamiæ quàm detrimenti, Variana uero pene exitialis, uidelicet, tribus legionibus cum duce &

Optimū parētum circa filios documētum.

legatis ac auxiliaribus amissis: istis igitur & aliis bellis toto orbe confectis, Augu. Cæsar fanum, primo & secundo à condita urbe ante memoriā suam clausum, anno urbis. 753. clausit, per quæ pacis tempora Saluator noster Iesus Christus nasci uoluit. Verum Augustus hic postquam monarchiā solus adeptus est, patientissimus & mitissimus esse cœpit, & ab omni tyrannide prorsus alienus fuit, auaritiam effugit, & palatium suum impensa priuata extructum reipub. largitus est. Nec eo usque sacrorum pontifices uenerari contempsit, donec & ipse, ne cui omnino subesset, Vestalis creatus esset pōtifex. De eo nāque Macrobius scribit, dicens, adolescentulum quēdam aliquando Romam intrasse Augusto simillimum, quem ad se imperator reductum hoc modo interrogauit. Dic, inquit, mihi, fuit ne aliquādo mater tua hic Romæ? At ille respondit. Non, sed pater meus sæpe. At imperator nihil indignatus, ditauit eum. Hæc ille. Obiit denique Augustus hic Septembri mense, anno ætatis suæ. 76. apud Campaniam, Liuiæ uxoris suæ dolo intoxicatus, nec primus, nec ultimus uirorum, quem mulier deceperit.

Antigonus Aristoboli Iudæorum regis filius, & ipse rex hoc anno, qui est tertius imperii Augusti, post multas concertationes contra suos dimicans, ab Antonio capitur, à quo 5161 38
& securi percussus interiit. Hunc Pompeius unà cum Aristobolo eius patre, Alexādróq; fratre, ac duabus sororibus captiuos ex Hierusalem Romam adduxerat, & in custodia diu mācipauerat. Verum Pompeio à Cæsare deuicto, & Ro. ab ipso obtenta, Aristobolū cum filiis liberum faciens cum exercitu in Syriam remisit, ratus per ipsum Aristobolū facile fore sibi Iudæā subiicere, sed in hoc Cæsaris spes frustrata est, quòd Aristobolus & Alexander à Pompeianis exercitibus trucidati periere, Antigono superstite solo relicto, qui cum duabus sororibus fugiens euasit. Non multo post autem Pompeio, & Ptolemæo Aegypti rege defunctis, Cæsar Syriæ Iudææque potitus, Antipatrum Idumæum uirum utique strenuum, Iudeæ procuratorem constituit, dans ei sub pontifice Iudæorum cuiusuis dignitatis optionem. Quapropter iterato Hyrcano Antigoni patruo regnum cōcessit, ita tamen ut non rex uocaretur. Antigonus autem ad Pachorum regem pro auxilio confugit, ibiq; usque ad obitum Cæsaris permansit. Quo mortuo, Pachori auxilio fretus Antigonus Hierusalem ueniens, urbem expugnauit, comprehensóque Hyrcano patruo, aures eidem dentibus detruncauit, ne mutatis rebus, solutus pontificatum repeteret, quum ab integris sacra celebrari oporteret. Quod audiens Herodes Antipatris filius Romam accessit, Antigoni iniurias cōquesturus. Ob quam causam M. Antonius ipsum Herodem Iudeæ regem declarauit. Qui Hierusalem urbem uiolenter ingressus, Antigonum comprehendit, & ad Antonium in Antiochiam uinctum trāsmisit. Quo suscepto, securi percussum interemit. Vnde Herodes in regno Iudææ cōfirmatus est rex. 4. scilicet anno, ex quo Romæ diadema, ac sic hoc modo Asamonei principatus post centum & uiginti annos destitit. Nam de familia clarissima, genere uel honore sacerdotali fuerat. Cuius cum multa pro gēte Iudaica parentes egissent, propter mutuam seditionem principatum amiserunt, Transit autem ad Herodem prædictum Antipatris filium de familia populari & genere priuato. Et hic finis & terminus est generis Machabæorum seu Asamoneorum, ut ex. 15. lib. Iosephi capitulo ultimo habetur.

Herodes igitur Antipatris Idumæi uiri plebei filius, anno. 10. regni Augusti & Antonii, olympiade, scilicet. 186. à Romanis Iudæorum principatum & regnum suscipiens, re- 5168 31
gnauit annis. 37. cuius historiam Comestor ex Iosepho excerptam pertractans, sic habet. Porrò Antipater Idumæus tēpore Gabini Syriæ præfecti, adeò uirtutibus claruit, ut regium coniugium commeruerit, & Cypriam regis Arabum neptem uxorem acceperit, & quatuor filios suscepit, scilicet Phaselum, Herodem hunc cognomento Ascalonitam, Iosephum, & Ferream, ac unam filiam nomine Soloniam. Qui primo Pompei gratiam obtinuit. Mortuóque Pompeio etiam in Cæsaris clientelam se contulit, & quum ab Antigono prædicto apud Cæsarem de infidelitate criminatus fuisset, ipse, ut erat animo insignis, statim ad Cæsarem accedēs, proiecta ueste ostēdit uulnera quæ pro ipso Cæsare apud Aegyptum pertulerat. Quam ob causam Iudææ procurator cōfirmatus est. Iudææq; & ipse Herodem filium natura strenuum Galilææ procuratorem præficiens, adeò ipsam prouinciam

ciam quietā reddidit,ut pater Galilææ publicè uocatus sit. Postea interiecto tēpore Antipater ueneno extinctus,& Phaselus primogenitus interfectus, Herodes Romam ad Antonium cōfugiens Iudææ rex contra Antigonum prædictum & Malchium,qui de sacerdotio contendebant, confirmatus & coronatus est. Quo coronato,statim ab Augusto & Anto. cum duobus principibus in Iudæam, qui eum in solio regio collocarent, remissus est. Siquidem Herodes,ut præmissum est,nihil omnino ad Iudæam pertinebat. Et ex tūc Christi domini nostri natiuitate uicina,regnum & sacerdotiū Iudææ,quod prius per successiones maiorum tenebatur, destructum est. Ac sic Iacob prophetia completa est, qua dicitur. Non deficiet princeps de Iuda,nec dux de femoribus eius,donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium, non ergo defuit princeps ex Iudæis usque ad hunc diem, quo primum acceperunt hunc Herodem alienigenam. Tempus quippe erat ut ueniret ille, cui repromissum erat, quod nouo promissum est testamento, ut ipse esset expectatio gētium. Ipse itáque Herodes regno suscepto, Samariam olim in cineribus redactam à fundamentis erigens, in honorem Augusti Augustā,id est, Sebasten appellauit, & in Paneade illud templum,quod Panion uocabatur,extruxit. Deinde.15.regni sui anno in Hierusalē domini templum magnificentissimè decorauit, ibique multas & magnas construens ædes,innumerabilia quoque opera,& in singularis Syriæ urbibus,quas regebat,solertissime ædificauit. Demum anno regni sui.26.Hyrcanum principem sacerdotum uirum sanctum de Parthica captiuitate regressum, qui Herodem ut filiū habuerat & eius filium, qui patri in sacerdotio succedere debuerat,interfecit, sororémq; eius uxorē suā cū duobus filiis propriis iam adolescētibus,atque uxoris matrem omnes interemit. Prædictis quoque crudelitatibus hoc addidit,quòd sororis suæ nomine Soloniæ uirum occidit, & quū eam alteri uxorem dedisset,etiam ipsum à uita sustulit. Scribas præterea omnes,ac diuinæ legis interpretes simili scelere peremit. Postremo funestissimus uir, quū domini nostri natiuitatem,Magorum iudicio cognouisset,omnes paruulos Bethlehem gladiis interemit. Quo facto repente morbo intercutis percussus,& scatentibus toto corpore uermibus,miseram exhalauit animam, quinque superstitibus filiis relictis, scilicet Archelao, Herode, Antipa. Antipatro Lysania, & Philippo, ex quibus quatuor fuere tetrarchæ,ut ex Euangelio habetur.

Viri disciplinis excellentes.

Aemilium Marcum poëtam natione Veronēsem his temporibus floruisse tradunt, qui postea anno.30.imperii Augusti uitæ finem fecit. Qui uolucrum qualitates & herbarū naturas uersibus expressit. De quo Ouidius libro quarto de Tristibus ait.

Sæpe suas uolucres recitat mihi grandior æuo,
Quæ noceat serpens, quæ iuuet herba Macer.

Antonium quoque Musam Augusti medicū hac tempestate fuisse & floruisse constat, qui post Atticam uictoriam naufragio periit. Hic cōtraria medicina à sectatoribus Themistonis,qui Herophili discipulus fuerat, diuum August. graui periculo exemit, propter quod statuā ex ære iuxta signū Aesculapii Augustus illi locauit, eúmq; semper coluit, ut testis est Suetonius in Augusti uita.

Seruius Sulpitius doctissimus iurisconſ. hac ætate secundum Euseb. è uita decedens,publico funere elatus est. Qui de Dotibus librum edidit, & de Nuptiis libros duos,de Sacris distentandis libros duos. Cuius discipulus Alphenus iurisconsul. fuit, rerum antiquarum non incuriosus.

C. Enaglius medicus Græcus, per hæc tempora clarus habetur, qui eruditione in medicina arte spectatus & illustris fuit,quíque, sicut refert Plini. lib.25. imperfecto uolumine ad diuum August. inchoato, præfatione religiosa,ut omnibus malis humanis,illius potissimum principis semper medicetur maiestati.

C. Falcidius tribunus plebis iurisċōsultissimus his temporibus agnoscitur. Hic ille ipse est Falcidius qui legem tulit,ne quis testamento legaret plusquam ut quarta pars hæredibus superesset.4.si quatuor aut minus essent,si aut plus quatuor forēt, medietas eo teno-

re,ut siue liberis, siue propinquis idem pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit,ut legatis fruentibus & eisdem carentibus æquanimiter partirentur,alias quoque nonnullas tulit leges, quæ in corpore iuris habentur.

Albius Tibullus eques & poëta Ro. hoc tempore claruit, uir utique doctissimus, qui multorum iudicio primum inter Elegiographos obtinet locum . Hic multas scripsit epistolas breuissimas,& quidem amatorias,admodũ utiles,licet breues. Eo quòd esset & ipse iuuenis,forma insignis,cultûque corporis obseruabilis, qui quum esset doctus, doctorum etiam hominum contubernio usus est, & ante alios Coruinum & Messalam dilexit,cuius etiam contubernalis fuit,& Aquitanico bello militaribus donis donatus est. Obiit autem hic adolescẽs,ut ex inferiori epitaphio intelligi potest, quod Ouidius in eius laudem contulit,dicens.

Te quoque Virgilio comitem non æqua Tibulle
Mors iuuenem campos misit ad elisеos.
Ne foret aut elegis miseros qui fleret amores:
Aut caneret forti regia bella pede.

Virgilius poëtarũ princeps

Virgilius Maro poëtarum princeps natione Mãtuanus hisdẽ temporibus habetur celeberrimus. De quo Plutarchus ait, quòd quum à matre nomine Maia editus fuisset, non cæterorum more uagit,sed adeò miti uultu uisus est,ut haud dubiã spem prosperioris geniture indicaret. Initia quippe ætatis usque ad decimumseptimũ annum Cremonæ egit, quo quidem tempore(secundum Eusebium)togam uirilem accepit. Postmodum Mediolanum, deinde Neapolim profectus est,ubi cum Græcis Latinísque literis uehemẽtẽ operam dedisset, tandem omni cura ac studio mathematicis & medicinæ indulsit. Quibus rebus quum ante alios eruditior euasisset , in urbem se contulit , ubi propter naturam Augusti declaratam,summè ab eo acceptus est. Hic quippe grandi extitit statura,quilino colore,facie rusticana, ualitudine uaria,eo quòd sæpe sanguinem eiiciebat, cibíque minimi. Fertur amasse pueros, sed quum ad maturã peruenisset ætatem , omnes reiecisse uoluptates,multa enim scripsit. Et primo quum sexdecim esset annorum,Priapea epigrammata, Dyras , & Culicem scripsit . Quúmque res Romanas inchoasset, offensus materia statim ad Bucolicos transit. Deinde Georgicam in honorem Mecœnatis, nouissimè Aeneidem aggressus,illam perfecit, licet incorrectam reliquerit. Et licet poëtarum princeps diceretur , ab omnibus tamen senibus poëtis non inuidia , sed plurima beniuolentia prosecutus est, præsertim ab Horatio qui ipsum Virgilium in suis opusculis sæpe commemorat, obiit denique Brundusii anno ætatis suæ.52.decimo cal. Octo.26.imperii Augusti anno. Cuius ossa Neapolim trãslata in uia Puteolana intra lapidẽ sepulta sunt. Vbi hoc distichõ,quod ipse composuerat,inscriptum est. Mantua me genuit,Calabri rapuere,tenet nunc Parthenope,cecini pascua,rura,duces.

Horatius poëta.

Horatius poëta laudatissimus per hæc tempora Romæ in precio habitus est . Hic patria Venusinus patre libertino natus est,ut ipse in epistola.24.testatus est,dicẽs,Me libertino patre natum,& in tenui re Maiores pennas nido extendisse loqueris,Vt quantum generi denas uirtutibus addas. Fuitque statura breui,ut in eadem epistola subdidit. Corporis exigui præcanũ solibus aptum, Irasci celerem tamen ut placabilis essem. Et uigesimasexta Epistola ostẽdit,queãdmodum Romæ liberalibus literis eruditus fuerit,ac deinde uberioris scientiæ nãciscendæ gratia, Athenas concesserit, ubi quum doctissimus euasisset,familiaritatem M.Bruti,qui Cæsarem occidit,adeptus est. Factúsque ab illo tribunus militum contra M. Antonium & Augustũ,quũ uictus fuisset Brutus ex clade aufugit. Cui postea Augustus Mecœnatis gratia pepercit. Liberatúsque ad poëtica se conuertit;& præcipuos apud Latinos Lyricos uersus expressius imitatus Archilochum Alcæum Sapphonem & Pindarum poëtas Græcos. Vnde & in Epistola.24.ait. Paruos ego primus iambos Ostendi Latio numeros, animósq; secutus Archilochi,non res & agentia uerba Lycãbem. Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho , Temperat Alcæus & reliqua . Scripsit itaque Horatius hic Odas,libros Sermonum duos, Institutiones poëticas quæ Poëtica dicitur,& Epistolas. Et quũ innumerabiles diuitias optimis studiis cumulasset, tandẽ Romæ

moriens, Augustum omnium rerum suarum instituit hæredem. Obiitq;.43. ætatis suæ anno, imperii uero Augusti, anno.35. Fuitq; maxima pompa iu exequiis apud Mecœnatem sepultus. Huic inter cætera nulla uoluptas maior fuit, quàm auræ sæpe sese recipere. Quo cum uenisset, uix illinc poterat Octauiani Cæsaris iussibus euocari. Et cum in urbe foret miro desiderio ruris assidue tenebatur. Hinc ad Mecœnatem scribens. O rus inquit quando ego te aspiciam.

Varrus & Tucca poëtæ Virgilii & Horatii prædictorũ contubernales, his temporibus habeutur illustres, qui postea Aeneidem Virgilii, iubeute Augusto, tali lege emendauerũt, ut nihil adderent uel diminuerent.

Messala Coruinus orator Romanus per hoc tempus clarus existens, primus apud Romanos urbis præfectus instituitur. Sed die sexto magistratu se abdicans, in ciuilem potestatem se contestatus est. Qui deinde biennium post, & antequam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut uix pauca uerba coniũgere posset, ad extremúmque circa sacram spinam sibi ulcere innato, inedia se confecit anno ætatis suæ. 72. imperii uero Augusti. 52. hic Romanus consul extitit, & orator nititus fuit, qui de grammaticali scientia accuratissime disseruit, & libros quosdam post se reliquit, cuius ingenio Augustus imperator plurimum delectatus est, ob quod & Augustum ipsum in Herodis beniuolentiam flexit, eidémque regiam dignitatem impetrauit. Hunc Augustus quum esset uir strenuus, contra Sabatios in expeditionem misit, contra quos (ut Strabo testatur) præclara facinora gessit.

Cornificius poëta Romanus cum superioribus floruisse constat, qui multa, licet militaribus operam daret, in poësi conscripsit documenta, quique & postea à militibus destitutus turpiter interiit. Quos sæpe fugientes galeatos lepores appellauerat.

Cornificia autem prædicti soror poëtrix memoratu dignissima, & ipsa tempestate hac tanto poëtico effulsit dogmate, ut non Italico lacte nutrita, sed Castalio uideretur latice, Cornificio prædicto germano fratri æquè esset gloria illustris. Hæc quippe non contenta pulcherrimis ualuisse uerbis, nisi & Helycon carmen describeret, atque plurima & insignia descripsit Epigrãmata, quæ tempore diui Hierouymi, ut ipse testatur, extabant, quibus uir tutibus perpetuum sibi acquisiuit nomen.

Forni, scilicet pater & filius celebres oratores tempestate istac habentur illustres, quorum filius consularis ante patrem mortuus est.

M. Bauius poëta celeberrimus, quem Virgilius in Bucolicis sæpe cõmemorat, hoc tem pore secundum Eusebium in Cappadocia moritur.

Tullius Tiro Ciceronis alumnus atque libertus, per hoc tempus multa refulget doctri na. Qui, Gellio teste, in literis Cicerou i fuit adiutor, quiq; & de Ratione linguæ Latinæ li bros conscripsit. Item de uariis, atque promiscuis Quæstionibus alios composuit, in quibus præcipui sunt, quos de Græco titulo Pandectas appellauit, tanquam omnium rerum atq; doctrinarum genus continentes. Hic primus notas commentatus est, & Cicerone obtruncato, in Puteolanum prædium se contulit, ubi usque ad centesimum consenuit annum. Pandectarũ liber appellatꝰ.

5168 33 Ventidius Bassus olim Romanorum cõsul, qui primum de Parthis triumphauerat, hoc anno Romæ emoritur, & publico funere sepelitur. De cuius uita admiratione digna, Gellius lib.14. Noct. At. refert ipsum ex genere & humili loco ortum habuisse. Cuius matrẽ à Pompeio Strabone Magni Pompei genitore, bello quo Esculanos subegerat, captã cum ipso fuisse, & in triumpho ipsius Pompei Ventidius hic unà cũ matre puerulus perductus fuit. Posteàque cum adoleuisset, uictum sibi ægrè quæsiuit. Deinde in Cæsaris manus deue niens, in Galliam cum ipso profectus est, ubi cum multa facinora strenuè gessisset, non mo do in Cæsaris amicitiam peruenit, sed etiã ab ipso amplissimis ordinibus præfectus est. Deinde tribunus plebis prætórque effectus, tanto cum moderamine se habuit, ut mox omniũ patrum consensu poutificatum ac consulatum inierit. Vnde & uulgo intolleranter eius di gnitatem perferens, per uias urbis hos perscribebat uersiculos. Coucurrite omnes augures arruspicésque, Quia portentum inusitatum conflatum est recens: Nam muros qui fabricabat consul factus est, Eundẽ Suetonius præpositum à M. Autonio fuisse orientalibus pro

uinciis

uinciis tradit, & tribus prælijs ipsum fudisse scribit.

Hyrcanus ultimus pōtifex Iudæorum.

Hyrcanus postremus Iudæorum pontifex, de quo paulo ante satis dictum est, hoc anno qui est. 28. imperii Augusti annus, cum. 80. ageret annum, ab Herode rege non dignum uitæ terminum impetrauit, quia idem Herodes quum solum superstitem ex regio genere eũ cerneret, & se in regia dignitate constitutum, prodesse suis rebus opinatus est mortem illius, ne imminente sibi aliquando à Cæsare periculo, ille daret occasionem. Tandem inuenta occasione, quòd epistolas proditionis Malco cuidam tradidisset, accepissetque illas, conuocato consilio demóstrans, uirum optimũ interfici iussit. Hic igitur ut Iosephus. 15. Antiquitatum lib. scribit, in principio prædefuncta cum matre sua Alexandra regnauit annis. 9. matre uerò defuncta, illud regnum tribus mensibus gubernauit, & statim à fratre suo Aristobolo depulsus fuit. Deinde à Pompeio restitutus. 40. annis sacerdotio & regia dignitate usus est. Secundóque iterum per Antigonum fratris filium regnum perdens, etiã corporis diminutionem passus, ad Parthos captiuus ductus est. Exinde post aliquod tẽpus ad propria remeans, propter spes ab Herode cognato promissas, nihil sicut sperabat consecutus est. Atque ita multis inuolutus uitæ passionibus, & quod pessimũ est in senectute, non dignum uitæ terminum promeruit. Fuerat enim Hyrcanus hic modestissimus uir, & in omnibus mediocris, uitæque honestissimæ, ac singularis mansuetudinis & clementiæ, qui toto uitæ suæ tempore uarias pertulit calamitates. Eo nanque defuncto sacerdotium à filiis Aaron penitus ablatum est. Deinde nequaquam in Hierusalem ex successione sacerdotalis generis pontificibus constitutis, neque perpetuitate uitæ secundum legem Moysi deo seruientibus, aliquis pontifex fuit. Sed ignobiles quidam & alio tempore alii, & nonnulli unius anni, siue modico amplius, à Romanis imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel propheta uaticinatus est, dicens. Et post hebdomadas septem & sexaginta duas interibit chrisma, & iudicium nõ erit in Israël, & templum sanctum & chorus per populos, duce ueniente gubernabuntur, & cædentur in Cataclysmo belli, & in sequentibus & super templum &c. 5170 29

Sacerdotiũ à filiis Aaron hic ablatum est

Anacleus quidam Babylonius, hoc anno post Hyrcanum ab Herode ex Babylonia accitus, ab eodem Iudæorum pontifex instituitur, & sedit anno uno. Quo amoto, Aristobolum uxoris fratrem eidem successorem dedit. Eóque post annum interfecto, rursus Anacleo sacerdotium reddidit, quantum autem postea sederit ignoratur. 5172 27

Sibylla Tyburta seu Tyburtina uates præcipua, cui proprium nomen Albumea fuit, hoc tempore in Italia floruit, & multa prædixit. Quæ ideo Tyburtina dicta fuit, quia Tyburtæ ciuitati iuxta Menis amnis ripas ut dea excolebatur. Cuius in gurgite ipsius fluminis, eius simulachrum tenens in manu librum inuentum fuit. Hanc Augustus (quum Ro. eum deificare uellet) consuluit. Quæ post trium dierũ ieiuniũ, respondit ea, quæ diuus pater August. 18. lib. de Ciuitate dei cap. 23. refert, dicens. Iudicii signum tellus sudore madescet. E cælo rex adueniet per sæcula futurus. Et sunt. 27. uersus, quorum ultimus hic est. Decidet è cælo ignísque & sulphuris amnis. Quorum uersuum capitales literæ, ut idem pater August. testatur, hunc sensum reddunt, Iesus Christus dei filius saluator. Quibus dictis ilico uidente Augusto, cælum apertum est, & maximus splendor irruit super eum, uidítque in cœlo pulcherrimam uirginem super quoddam altare stantem, puerulum baiulantẽ, qua uisa, repente & uocem audiuit dicentem. Hæc ara filii dei est, atque ita Augustus in thalamo suo existens, hæc audiens & uidens, in terram procidit & deum adorauit. Quamobrem Augustus deum se appellari omnino recusauit. Quo in loco postea ad rei memoriam templum sub titulo sanctæ Mariæ uirginis in ara cœli ædificatum. Quem locum ordo beatissimi Francisci excolendum suscepit, & nunc usque possidet.

Sibyllarum decem epilogus.

Sibyllas, id est, mulieres uaticinatrices decem fuisse Varro in lib. Rerum diuinarum, quẽ ad Cæsarem Augustum scripsit, commemorat. Eásque omnes enumerauit sub auctoribus qui de singulis scriptitarunt. Primam quam, ut supra dictum est, de Persis fuisse dixit, cuius mentionem Nicanor facit.

Secundam Libycam, cuius meminit Euripides in Lamiæ prologo.
Tertiam Delphicam, de qua Crisippus loquitur in libro de Diuinatione.
Quartam Cumæam in Italia fuisse scribit, quam Næuius in libro Punici belli nominat.
Quintam Erythream, quam Apollodorus Græcus suam fuisse ciuem affirmat.
Sextam Samiam, de qua Eratosthenes in antiquis Annalibus scribit.
Septimam Cumanam nomine Amaltheam, quam ad Tarquinium regem libros attulisse diximus,
Octauam Hellespontiam, quam Solonis temporibus fuisse Heraclites Ponticus scripsit.
Nonam Phrygiam quæ uaticinata est Anciræ.
Decimámque hanc ipsam de qua nunc locuti sumus.

5180 19 Anna mulier Hebræa Isachar Iudæi filia de tribu Leui, siue (ut Damasceno placet) de tribu Iuda originem ducens, superioribus temporibus in coniugium Ioachim uiri sanctissimi de tribu sua tradita hoc anno, cum diu sterilis & sine prole stetisset, post multas orationes & lachrymas, angelica monitione præmissa, Mariam futuram dei genitricem genuit filiam, qua procreata, mox Ioachim uiro defuncto, nupsit alteri uiro nomine Cleophæ, de quo etiam alteram Mariam Cleophæ suscepit filiam, Cleophas autem Mariã filiastrã prædictam fratri suo Ioseph copulauit uxorem, sed & Mariam filiam suam Alphæo tradidit uxorem, ex qua nati sunt Iacobus Alphæi, Simon Chananæus & Iudas Thadæus qui & Barsabas. Mortuo quoque Cleopha, Anna tertio secundum legem Moysi alteri uiro nomine Salome nupsit, ex quo tertiam filiam nomine Mariam Salome genuit. Quæ tandem Zebedæo desponsata, Iacobum maiorem & Ioannem Euangelistam peperit filios, unde & hi extant uersus. Anna mulier Hebræa

Anna solet dici tres genuisse Marias.
Prima parit Christum, Iacobum secunda minorem
Et Ioseph Iustum peperit cum Simone Iudam.
Tertia maiorem Iacobum, uolucrémque Ioannem.
Quas genuere uiri Ioseph Alphæus & Zebedæus.

Hæc quippe Anna sororem nomine Emeriam habuit, de qua nata est Elizabeth Ioannis baptistæ mater. Hinc est quod angelus dixit Mariæ. Et ecce Elizabeth cognata tua, id est, consobrina tua peperit filium. Anna itaque quum in præceptis, & in uiis domini toto tempore uitæ suæ ambulasset, omnéque tempus suum in orationibus, uigiliis, ieiuniis, eleemosynisque ac aliis bonis operibus consumpsisset, plena dierum quieuit in domino. Cuius dormitionis diem qui fuit. 25. Iulii mensis ecclesia uniuersalis celebrari mandauit.

5181 18 Zacharias Hebræus de uice Abia sacerdos & propheta domini, diui Ioãnis baptistæ genitor, uir totius sanctitatis exemplar, tempestate hac Elizabeth uirginis Mariæ consobrinam duxit uxorem, ambo quidem, ut sacra Euangelii Lucæ habet historia, religione, innocentia, pietate & gratia sanctissimi, qui quum diu infœcũdi fuissent, & iam Elizabeth processisset in dies suos, & muliebria ei fieri desiissent, dominus eorum orationibus permotus, filium tandem nomine Ioannem baptistam eis hoc modo concessit. Nam sicut Lucas primo cap. scribit. Quum Zacharias sacerdotio fungeretur, in ordine uicis suæ, secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit, ut incensum adoloret, & anno imperii Augusti. 41. solus templum domini ingressus, uidit angelum domini in dexteram altaris incensi partem, quo uiso, confestim Zacharias præ timore in terrã corruit, ad quẽ angelus. Ne timeas, inquit, Zacharias, quoniam exaudita est deprecatio tua, quia Elizabeth uxor tua sequenti anno pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem baptistam, pro quo maximũ tibi erit gaudium & exultatio, ac multi in eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ replebitur, ac multos filiorum Israël prædicatione, suóque exemplo conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præibit ante ipsum in spiritu, & uirtute Heliæ, parare ei plebem perfectam. Et Zacharias. Et unde hoc, ait, scire potero, quia ego iam senex sum, & uxor mea processit in diebus suis. Et dixit. Ego sum, inquit, angelus domini nomine Gabriel, qui à domino missus tibi sum, ut hæc ad te euangelizarem, & propterea hoc tuæ incredulitatis erit signum,

quia eris mutus quousq; hæc implebuntur. Ac sic Zacharias hic usque ad filii natiuitatem tacens fuit. Quum igitur Zacharias templi fores egressus fuisset, nec loqui posset, intellexerunt omnes eum uisionem uidisse, quod quidem & ipse nutibus, quibus poterat, explicabat. Completis uero officii sui diebus, abiit in domum suam, & statim Elizabeth concepit. Qúmque concepisse se deprehendisset, præ uerecundia quinque mensibus se occultauit. In sexto denique mense Maria uirgo & domini mater, & ipsa à spiritu sancto grauidata, mox ad salutandum eam perrexit. Cuius ut salutationem Mariæ sensit Elizabeth, exultauit infans præ gaudio in utero eius. Repletáq; statim spiritu sancto Elizabeth exultauit, ac uoce magna dixit. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. Beata, inquit, quæ credidisti, quoniam perficientur in te ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Peperit deniq; Elizabeth filium, & audierũt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus plebem suam cum illa, & congratulabantur ei. Qúmque dies octaua aduenisset, ut circũcideretur puer, innuerunt cognati patri, quem uellet uocari eum. Accipiénsque calamum scripsit, dicẽs. Ioannes est nomen eius, & confestim apertum est os eius, & prophetauit, dicens. Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Quo prodigio omnes admirati pontificium munus eidem restituere. In quo quidem deinceps ita uixit, ut neminem ex successoribus Iudæi parem habuerint, uel sanctitate uel aliis uirtutibus. Demum defunctus & inter sanctos prophetas relatus, nonis Nouembris eius natalitius dies celebratur.

Viri disciplinis excellentes.

Cornelius Gallus poeta. Cornelius Gallus poëta clarissimus in Foroliuiẽsi urbe natus. 18. imperii Augusti anno, secundum Eusebium. 43. uitæ suæ anno, propria se manu interfecit, quem Augustus interfectis Antonio & Cleopatra, & totam Aegyptum obtinuisset, primum Alexandriæ, & totius Aegypti prætorem constituerat, qui in ea prouincia (ut Strabo libro duodecimo meminit) res memorabiles gessit, ac Thebanam urbem Diospolim appellatam ad solum usque euertit. Ex qua etiam multos obeliscos & conchas peregrini marmoris Romam postea secum detulit, quibus nunc Roma, Italiáque multis in locis decoratur. Hic nonnulla poëtica memoratu digna composuit.

C. Bassus ornatissimus orator, & copiarum Augusti præstãtissimus dux, tempestate hac floruit. Qui, ut testatur Gellius, quum esset scientia clarissimus, de uocabulorum Origine multos tractatus edidit. Hunc imperatorem strenuissimum Cæsar Augustus longè antè cõtra Parthos ad Licinii necem ulciscendam, miserat, qui in Syriam irrumpens Parthos ipsos tribus præliis superauit, Pacorúmque eorum regem Herodis filium interfecit, & Romam rediẽs de eisdem triumphũ duxit. Denique ex hac luce sublatus, publico funere sepelitur.

Strabo geographus. Strabonem etiam historicum & geographum ac philosophum, necnon & Homericæ maiestatis expositorem, ut quibusdam placet, natione Cretensem, hisdem temporibus illustrem fuisse ex operibus suis inuenimus. Qui quum doctissimus uir esset, & magnarum rerum cognitione peritissimus haberetur, inter cætera suæ uirtutis monumenta, de Geographia mundi decem & septẽ libros perpulchros edidit, in quibus uel omissas, uel neglectas, aut uetustate obliteratas orbis partes, ad unguem restituit. Et diligentissimè designauit populos, nationes, res gestas, montes, maria, & eorum terminos ante oculos nostros clarissimè posuit. Hic quippe ex Mithridatis regis sanguine maternali linea (ut ipsemet testatur libro, scilicet. 10.) originem duxit. Cuius clarissimum opus diu Latinis incognitum, Nicolaus papa quintus per Gregorium Typhernatem transferri in parte uoluit, reliquum uero operis mancum uidelicet, Europam Guarinus Veronensis ad preces Iacobi Antonii Marcelli patricii Veneti uiri præstantissimi absolutum reddidit.

Solinum quoque historicum, & oratorem grauissimum tempestate istac ex libris ipsius floruisse conicimus, qui & ipse Collectaneorum librum optimũ edidit, & ad Augustum Cæsarem Romæ obtulit, in quo similiter terram pingit, ac urbium distantias, & loca multa mensurat. Eúmque librum Collectaneum, id est, de Mirabilibus mundi appellauit.

Titus Liuius. Titus Liuius Patauinus uir quidem magnus, & historicorũ, tam Græcorum quàm Latinorum princeps, ac tragœdiarum, ut aiunt, scriptor hoc tẽpore (ut Euseb. testatur) Romæ claruit, 5183 16

mæ claruit, ut multi nobiles ex ultimis Hispaniarum partibus ad eum uisendum Romam uenerint. Quod diuus Hieronymus in Epistola ad Paulinum ex Plinio sumptum, in his uerbis testatur, dicens. Ad Titum Liuium lacteo fonte manantem de ultimis Hispaniæ Galliárumque finibus, quosdam uenisse nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditũ omnibus sæculis celeberrimum miraculum, ut urbem tantam ingressi, aliud extra urbem quærerent. Hic itaque Liuius cum maximo in honore ab Augusto semper habitus fuerit, etiam plurimis honoribus & diuitiis ab eo honoratus fuit. Qui quum circa omnem historiam diligentissimus indagator fuisset, centum & decem historiarum libros conscripsit, in quibus etiam diui Augusti gesta depicta cernuntur, licet ad illius uitæ finem non peruenerit. Eius autem operum maximam partem temporum malignitate amisimus. Vixitque annos octuaginta, & quarto imperii Tyberii Cæsaris anno Patauii obiit, atque ibidem sepultus fuit. Cuius quidem sepulchrum adhuc in diuæ uirginis Iustinæ uestibulo extat, his titulis adornatum. Et militiæ ad decus utilitatémque fuit asscriptus, & uirtutis suæ qui dissidentes Patauinos ciues suos, in patriam reuersus ad concordiam reuocauit. Quod quidem ipse adhuc uiuens sibi construxerat. Titus Liuius. T. f. quartæ legionis aliis concordialis Patauii sibi & suis omnibus. Eius autem ossa quum postea inuenta fuissent, Veneti, qui prætorium ipsius urbis concrematum instaurauerunt, in conspicuo ipsius fastigio collocauerunt. Ossa Liuii in pallatio sunt collocata.

Cornelius Nepos patria Veronensis orator, & Rhetoricus atq; Geographus permaximus, his temporibus secundum Eusebium in precio fuit, qui & nonnulla ingenii sui monumenta scripto mandauit, & quàm maximè historiarum libros composuit. Libros quoque Geographiæ nobis absolutissimè reddidit, similiter & de Viris illustribus annalia scripsit. Chronicorúmq; præterea libros, ac libellum, quo literatum ab erudito distinguit, luculenter perstrinxit.

5184 15 P. Ouidius Naso Sulmonensis clarissimus poëta tempestate hac Romæ claruit, & multa conscripsit, hic ex Sulmone Brutiorũ oppido orrũ habuit, sicut ipsemet testatur dicens. Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis. Millia quæ nouies distat ab urbe decem. Qui & apud Athenas primo poëticam, deinde philosophicam disciplinam optimè didicit, ueniénsque Romam apud Augustum Cæsarem uita & carmine plurimum ualuit. Sed multorum post dierum curricula, anno ætatis suæ. 50. ab eodem Augusto in Pontum insulam apud Sarmatas relegatus est, quo autem crimine non satis constat, quum alii uitio dẽt, quod libros de Arte amandi composuerit, quibus iuuenes in matronarum libidinem nimium inflammabat. Alii uero affirmant, quòd quum Liuia Drusylla imperatrice concũbebat, quod quidem leue uideretur, quia si imperator cum uxore eum concubuisse didicisset, non exilio, sed morte eum mulctasset. Nec rursus propter libros de Arte amãdi, quum ea ætate lasciua carmina multi descripserint. Verumtamen ipse de se libro de Ponto sic inquit. Naso minus prudens artem dum tradit amandi. Doctrinæ precium triste magister habet. Eius quippe mores ea erant facilitate, qua & carmina. P. Ouidius Naso.

Valerius Maximus Romanus philosophus & orator luculentissimus, hisdem temporibus Romæ clarus fuit, ac Augusto Cæsari charissimus, qui inter cætera libros nouem sermone luculentissimo composuit, scilicet de Dictis Factísque memorabilibus uirorum, qui apud Romanos, Græcósque habebantur illustres, addens etiam propriis nonnulla ad uirtutum commendationem, uitiorúmque detestationem pertinentia. Ex quibus hanc memorabilem excerpsimus sententiam. Lento etenim gradu ad uindictã sui diuina procedit ira, tarditatémque supplicii grauitate compensat. Valerius Maximus.

Anthenodorus patria Tharsensis, Stoicus philosophus, per hos dies floruit. Cuius hæc singularis fuit sentẽtia. Tu crede te de omnibus cupiditatibus esse solutum, quum eò perueneris, ut nihil Deum roges, nisi quod possis rogare palam.



Maria uirgo mater Christi exorta est.



Aria beatissima ac gloriosissima Dei genitrix futura uirgo perpetua, ex radice Iesse diu exorta, hoc anno qui est uigesimusoctauus imperii Augusti in Nazareth ciuitate Iuda, patre Ioachim, matréque Anna nascitur. Puella siquidem elegantissima, omniúmque oculis admirabilis, quam quum parentes ablactassent, tertio ætatis suæ anno (ut spo ponderant) templi seruitio cum reliquis uirginibus mãciparunt. Quo in loco præter ætatem sicut cæteras nobilitate & pulchritudine præcellebat, ita & doctrinam & sanctè uiuendi rationem ab ipsis teneris annis & exemplo & lectione didicit, adeò ut breui & religione & sanctitate, necnon & humilitate ac diligentia, tum in rebus diuinis, tum in humanis, reliquis sacris uirginibus fieret incomparabilis. Quibus ex uirtutibus deus ipse omnipotens eam sibi animatam ciuitatem constituit. De qua dictum est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Delegitque præterea eam deus sibi, secundum cœlum atque ratiocinalem paradisum ipsam fecit. Dignum quoque urbi suæ habitaculum, atque sponsam incarnationis filii sui eandem esse uoluit. Eam ob rem quũ decimũtertiũ ætatis suæ explesset annum, Anna cũ Cleopatra eius priuigno, diuino disponẽte consilio, eam Ioseph de tribu sua uiro seni connubio coniunxerunt. Qua desponsata, confestim angelus Gabriel in Nazareth ciuitatem suam, ad eam uenit, & magno lumine coruscans, uirginis thalamum uenerabiliter intrauit, atque ipsam sanctissimam uirginem efficiosissimè his uerbis salutauit, dicens. Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu inter omnes mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Qua expauescẽte, angelus adiecit. Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum, hic erit, inquit, magnus & filius altissimi uocabitur. Ad hæc Maria cõfestim ait. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuũ. Et subito cœlestis imber in eam placido se effudit elapsu, & tota diuinitatis unda se contulit in carnem Mariæ, & uerbum caro factum est. Quibus gestis, repẽte Maria surrexit, & ad Elizabeth consobrinam suã uisitando, concito gradu perrexit, ubi & per tres menses quousque Ioannem edidisset filium, seruitutis gratia permansit, ibique mirificum illud cecinit canticum, dicens. Magnificat anima mea dominum. Editóque Ioanne baptista, Maria iam grauida domum rediit, quod ubi Ioseph uir eius didicisset, eam, scilicet, esse prægnantem, decreuit omnino ipsam occultè dimittere. Sed eo hæc cogitante (ut Matthæus primo capitulo ait) angelus domini per somnium ipsum monuit, ne propter id Mariam dimitteret, 5185 14

Salutatio angelica.

Magnificat cãtatur.

quia

quia quod natum in ea erat, id de spiritu sancto esse contestatus est. Atque ita Ioseph accepit eam uxorem, appropinquante autem pariendi tempore, Maria unà cum uiro suo Bethlehem conscendit, ut profiteretur iuxta Augusti præceptum, quo mandauerat, ut uniuersus describeretur orbis, singulique in suam ciuitatem. Ascendit itaque Ioseph & Maria, ut Lucas secundo capitulo scribit, à Nazareth in Bethlehem ciuitatem suam, ut ibidem sensu notarentur. Et quum essent ibi, impleti sunt dies pariendi, & gloriosa uirgo sine ullo dolore deum genuit ex se carne factum. Et ita fœcunditas ipsa in illa tota deificata est, & ut uirginitas integra conseruata. Editóque puerulo Iesu, Maria ilico consurgens, infantem pannis de more inuoluit, & in præsepio reclinauit, quia in spelunca, qua eum suderat, non erat locus. Móxque bos & asinus ibidem colligati, iuxta prophetæ uaticinium, cognouerunt infantem esse dominum, & genua flectentes adorauerunt eum. Et subito angelus Domini pastoribus quibusdam ea in nocte in regione illa uigilantibus nunciauit, Saluatorem mundi natum, qui eò uenientes, ut scilicet uiderent, utrum uerbum quod factum erat ad ipsos, uerum esset, confestim cum eodem angelo aliorum angelorum multitudo facta est, canticum hoc dicentium. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, quem sane hymnum Hilaris episcopus postea ad finem usque compleuit. Reliqua uero beatissimæ uirginis Mariæ gesta & obsequia, necnon & actus uitæ ipsius, usque ad passionem filii eius ex euangelio colligi possunt. In qua quidem passione beatissima hæc uirgo, & si in carne ipsa non passa fuerit, tamen quia in ea parte, quæ impassibilis est, passa est, uidelicet in mente spiritualiter, & atrocius gladio passionis unigeniti filii sui, plusquam martyr & uirgo fuit, in pace uitam finiens. Post autem ascensionem domini nostri Iesu Christi, eiusdem sanctissimæ uirginis conuersatio ad humanæ uitæ exemplum (Luca in Actibus apostolorum testante) generaliter cum apostolis, quousque repleti fuerunt gratia spiritus sancti fuit: post spiritussancti missionem, & apostolorũ, discipulorúmq; omnium dispersionẽ, quid beatissima hæc Virgo egerit, nõ plene haberi potest, nisi, ut diuus refert Hieronymus, quod Gabriel Angelus, tanquam cœlestis Paranymphus eam Virginem sanctam, & corpore & mente intactam custodiuit: atque Ioannes Euangelista, cui eam de cruce filius commiserat, uirgo uirginem seruauit, officiosissimè usque in finem uitæ suæ tanquam adoptiuus filius ministrauit. Habitatio autem eius usque ad mortem præ nimio amore in loco illo fuit, in quo eius filius extitit sepultus, qui inter ascensionis, resurrectionis loca erat, ut ex eo loco omnia, in quibus passus fuerat, loca inuisere posset, & suis consolaretur aspectibus. Quia ut diuus scribit Hiero. impatiens amor hoc inter cætera præcipuum habet, ut quem desiderat, semper inuenire se credat. Nec mirum, quia si Christus est ab omnibus amandus ex toto corde, & ex tota anima, atque ex omni uirtute sua, multo magis ab ea ardentius, cuius & dominus & filius erat. Multis equidem afficiebatur doloribus, post filii ad cœlos ascensum, magnóque æstuabat desiderio, dum secum tacitè cuncta reuolueret, quæ scilicet audierat, uiderat & cognouerat. Tandem quum omni plena esset gratia, omnique uirtute illustrata, anno à natiuitate filii eius Iesu Christi quadragesimonono, ætatis uero suæ. 60. obdormiuit in pace, plenitérque claritatis æternæ gratiam possidere meruit, quam ab eius filio domino nostro Iesu Christo plenissimè accepit. Quam sicut propheta ait, uiderunt omnes filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt, quia talem tantã uiderunt, quantam nullus errando expleuit mortalium, quanto magis Deum, qui talem ac tantam fecit eam, ut ipse fieret per ipsam: ad cuius igitur exequias deo sic uolente omnes affuere apostoli, & dominus ipse noster Iesus Christus cum tota cœlorum curia, quantum fas est credere, eidem totus festinus occurrit, & cum gaudio eam in anima & corpore in cœlum assumpsit, secúmque in throno suo collocauit. Vixit autem post filii mortem. 16. annis, quum antea. 47. ætatis haberet annos, unde & quidam de ipsius sacratæ uirginis tempore hos edidit uersus,

Maria parit.

Gloria in excelsis.

Habitatio uirginis Mariæ ubi fuerit.

Virgo parens uixit sexaginta cum tribus annis:
Quattuor atque decem fuit in partu benedicta:
Vixit cum filio triginta cum tribus annis:
Séxque decem annis, sed post hæc astra subiuit,

Mariannes regina Hebræorum hoc anno ab Herode Antipatro rege & uiro suo ob inuidiam occiditur. Ea siquidem regina Aristoboli Iudæorũ regis ex Alexandria filia fuit, & Herodi alienigenæ in coniugium tradita, cuius infœlicitatem atque pulchritudinem hic reticere nequeo. Nam (ut Iosephus in. 15. libro Antiquitatum ait) tantæ tamque inuisæ pulchritudinis clara fuit, ut non solum eo tempore formositate fœminas anteire crederetur, sed cœlestis arbitraretur imago potius quàm mortalis, quæ quidẽ & si inaudita formositate atque pulchritudine fuerit insignis, animi tamen ingenti fortitudine longè magis emicuit. Quam quum peruenisse ad nubilem ætatem parẽtes cernerent, iniquo Herodi Antipatro, maximo suo infortunio tradiderunt uxorem, à quo & summè ob eius uenustatem dilecta fuit. Qui quum plurimum gloriaretur, se solum orbe toto professorem pulchritudinis diuinæ, in tam grandem animi curam lapsus est, ne quis alter in hoc posset sibi æquari, ut timere cœperit, ne sibi superstes euaderet Mariãnes, ad quod euitandum, dum uocatus fuit Romam ad Octauianum, ut purgaret se quòd amicis Antonii aduersus eum auxilia præstitisset, amicis reliquit, ut si ei contingeret mori, Mariannem hanc reginam confestim occiderent, quæ res post multum temporis cum Marianni nunciata fuisset, & iam ab Aristoboli fratris indignam cædem, in Herodem execrabile odiũ concepisset, ad hunc impetum peruenit, ut amanti uiro suum negare cœpit concubitum, dicerēque palam cœpit, Herodem esse alienigenam, non Iudæum, nec regiæ prolis uirum. Quinimo ignobilem & non idoneum, nec regia coniuge dignum. Trucémque, insolentem, scelestum, atque immanem beluam, quæ & si Herodes cum difficultate pateretur, tamen amore prohibente, nil sæuum in illam audebat inferre, tandem rebus in peius procedentibus, à matre & sorore Herodis, quibus Mariannes summè grauis erat, actum est, ut ab eisdem subornato pincerna Mariannes Herodi accusaretur, quòd effigiem suam speciosissimam, post conceptum in Herodem odium ad Octauianum, ut illum in sui desiderium prouocaret, & in Herodis odium, transmisisset, quæ quum crederet Herodes, eo deductus est, ut tanquam in regiã maiestatem excidium molientem, capitali sententia eam iussserit occidi. 5197 2

Explicit liber septimus.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVARTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER OCTAVVS.



5198 1 N principio igitur quadragesimisecundi anni imperii Augusti Cæsaris, qui in Augusto mense regnare cœpit, uidelicet.31.regni Herodis alienigenæ, ac.3.anno cētesimæ nonagesimæ tertiæ olympia.ab urbe uero condita.759.à captiuitate Iudæorum.545.à Dauid regno. 1029. à natiuitate Abrahæ.1015.à diluuio Noë.2957.ab Adam.5198.a cōceptione beati Ioannis baptistæ mens.6.8. Calē. Aprilis, feria sexta, luna decima, indictione.12.prophetia Patriarchæ Iacob iam adimpleta, qui dixerat. Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gētium. Non ergo defuit Iudæorū princeps usque ad tempus istud, in quo quidē Herodem istū alienigenā primū acciperet regē. Tempus itaq; erat, ut ueniret cui repositū erat, quod nouo promissum est testamēto, ut ipse esset expectatio gētiū. Ideóq; ut omnes adimplerētur scripturæ prophetarū, missus Gabriel angelus à deo in Nazareth Galilææ urbē ad Mariam Virginē, nuper (ut præmissum est) Ioseph desponsatā, qui dixit ei. Aue Maria gratia plena. Aue, inquit, sponsa dei genitrix immaculata. Aue animarum dei tēplum. Aue sacrarium spiritussancti, dominus tecū in corde, tecum in utero, tecúmq; semper in auxilio. Quibus dictis, mox superueniente spiritu sancto, obumbrante altissimi uirtute, dominum nostrum Iesum Christum plenum hominem in anima & corpore concepit. Quo concepto, quinta sæculi ætas crebris quassata malis, scilicet à transmigratione Babylonis, usque ad Christi incarnationem, sub generationibus quatuordecim terminata est: anni itaque ab origine mundi, uidelicet à quintodecimo cal. Aprilis, quo mundus incepit, usque ad Christum incarnatum, secundum Orosium, sunt. 5200, secundum uero Isidorum .5210.secundum Eusebium.5199.& secundum quandam aliam calculationem.5196.

Quo tē pore Christus cōceptus est.

Quinta ætas terminatur.

Feria nāque sexta, qua primus Adam peccauit, qua etiam post.930.annos obiit, & qua è paradiso eiectus est eadem feria.6.secundus Adam Iesus Christus carnem induit, ieiuniū terminauit, & mortem subiit, insuper & Abel iustus à fratre interficitur, Melchisedech offert, Isaach altari superponitur, Ioan.baptista decollatur, Iacobúsque ab Herode perimitur, ac alia multa eadem sexta feria gesta referuntur.

Nec obstat quòd iuxta dies solares ecclesia teneat primum Adam. x. calen. Aprilis de terra plasmatum, & Christum.8.calen. Aprilis incarnatum & passum, quia nox illa media inter cœnam & parasceuen, quæ post diem sequebatur, & tunc primo diem præcedebat, facta est dies octaua calen. Aprilis, præcedēdo diē, quæ erat ante nona dies Aprilis sequēdo diem. Et illa nox diei decimi cal. Aprilis, quæ tunc sequebatur diem, qua Adam factus peccauit, facta est tunc nox diei nonarū Aprilium præcedens diem. Quia igitur nonus dies calen. Aprilis ex sua parte factus est decimus dies calen. Aprilis, ex sua uero parte posteriori, id est nocturna qua Christus tentus & illusus est, factus est dies.8.calen. April, nonodecimo calen. April.ac nono die, necnon & octauo calen. Aprilis Christus passus est. Plane sciendum est quòd à principio sæculi, usque ad passionem domini dies præcessit noctē,

in signum lapsus humani generis, sed à passione nox præcessit diem in signum reparationis de tenebris ad lucem, ac sic nox diluculi resurrectionis ad primam sabbati pertinet, in qua terminatus est ordo naturalium dierum, qui erat ut præcederet dies noctem. Vnde & deinceps nox semper præcessit diē, & sic hæc nox cōmunis fuit sabbato & diei dominicæ resurrectionis. Ioā. baptista Christi Iesu præcursor & gloriosissimus præco, hoc ipso anno, sexto uidelicet mense ante regis sui natiuitatem ex sanctissimis parentibus Zacharia, & Elizabeth sterili in Herusalem nascitur, uir quidem etiam ab ipso matris suæ utero sanctificatus, nec non & inter mulierū natos domino testāte non surrexit maior, iste quippe propheta & plusquā propheta fuit, eò quòd matrem Helizabeth prophetā fecerit, & Iesum Christum mūdi redemptorē non de longinquo, sed digito monstrauit, dicens. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi, quē & dominus ipse tāta perfudit gratia, ut nullus unquā hominū eo uel sāctitate uel aliis gratiis, etiā ab ipsius natiuitate fuerit excelsior. Et propterea Chrysostomus de eo sic ait. Ioannes schola uirtutum, magisterium uitæ, sanctitatis forma, norma iustitiæ, uirginitatis speculum, titulus pudicitiæ, peccatorū uenia, ac fidei omnis disciplina fuit. Et quidem pulchrè, quia ut idem ait, fuit maior homine, par angelis, legis summa, Euangelii sanctio, apostolorū uox, silentiū prophetarū, lucerna mundi, præcursor iudicis, & Christi meditator, ac totius trinitatis medius, propter hoc & sancta ecclesia catholica, post dominum eiúsque matrē uirginem Mariam, ipsius præcipue celebrat natiuitatem: quia sicut nato domino angelus pastoribus apparuit, dicens. Ecce euangelizo uobis gaudium magnū, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus Dominus. Ita etiā idem angelus nasciturū Zachariæ prædixit Ioānem, dicens. Quum natus fuerit puer erit gaudiū non modo tibi, sed exultatio omni populo, quia multi in eius natiuitate gaudebunt. Ioanne itáque nato transactis infantiæ annis, licet tenellus excelsiq; generis fuerit habitus, & parentibus antiquis unicus, cui & opulentissima debebatur successio, essetque ex matris utero sanctificatus, attamē propter amorem cœlestis patriæ, quū etiam frequētias hominum sustinere non posset, eremum petiit, ipsámque parentibus prætulit atque fulgentes domos informis luti uilitate mutauit, ne leui saltem, ut sacra canit ecclesia, maculare uitā famine posset. Voluntariúmque præterea passionibus indixit bellum ac uiolenter se uincere contendit, & de abūdantia, deliciisque ad famem, sitim, abstinentiā, mortem denique transiuit, necnon & somnum & otium uigiliis ac contritione confecit. Didicerat nanque adhuc puerulus spiritu sancto illustratus, regnum cœlorum uim pati, & sui ipsius uiolentia diripi oportere, unde & ad id obtinendū duo crucis genera maxime existimauit necessaria, quæ & in semetipso experimentū sumpsit, unum uidelicet corporale & aliud spirituale. Primum à potu gulæ appetitum temperare, & à delectationibus coërcere, & ab his quæ tactu, uel uisu decipiūt sensum, seipsum uiriliter reuocare. Aliud autem abstinentiæ & crucis genus, & quidem preciosius, sublimiúsque hoc idem esse adiudicauit, scilicet motus animi regere, & illius perturbationes modestia & tranquillitate placare, iræ ac superbiæ impetus refrenare, litigare quotidie contra uitia & peccata, cogitationésq; malas in pace redigere, uolūtates proprias abnegare, eásq; interiori examinatione discutere, & regentis imperio subigere. Hanc itáque crucem in conspectu domini diuus hic Ioānes gloriosam esse putauit, ac prout potuit, uerbo & exemplo omnes edocere curauit. Hinc scriptum fuit, à diebus Ioannis regnum cœlorum uim patitur. Post hæc autem quum trigesimum uitæ attigisset annum, sicut sacra euangelii Lucæ habet histo. 12. imperii Tyberii Cæsaris anno procurāte Pontio Pilato Iudæam, factum est uerbum domini super eum in deserto, & uenit in omnem Iordanis regionem prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in lib. Esaiæ prophetæ dicentis. Ego uox clamātis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Quia omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erūt praua in directa & aspera in uias planas. Eā ob rē multis ad eum cōcurrentibus, singulis quibuscunq; interrogantibus cōuenientia dabat

Ioan. baptista prædicationē incipit.

dabat respōsa. Demum ab Herode Antippa magni Herodis filio, paulo ante prædicationē Christi captus carceri mancipatur. Arguebat enim ipsum Herodem in multis, & inter cætera dicebat. Non licet tibi habere uxorem fratris tui, qui impius Herodes ira concitatus pro pietate impietatis mercedem eidem reddidit. Ipse enim Herodes Herodiadē Philippi fratris sui uxorem incestuosis nuptiis sibi coniunxerat. Et illa instigante, per annum pedore carceris, & maxima inedia eum macerari fecit. Post annum uero, adueniente ipsius Herodis natalis die, conuocauit Herodes cunctos Galilææ principes, nobilioresque amicos suos, & regium eis præparauit conuiuium. Quibus ita epulantibus Herodiadis filia in uestitu deaurato in medium uenit, & coram omnibus modulatis uocibus gestiuit atque saltauit. Quamobrem summe placuit regi, & cunctis discumbentibus. Cui rex confestim iureiurando pollicitus est dare, quodcunque postulasset, quæ à matre nequissima præmonita euestigio, inquit. Rogo ut des mihi in disco caput Ioannis baptistæ: rex autem & propter iusiurandum, & propter simul discumbentes (licet uehementer contristatus) iussit dari quod postulasset, & misso spiculatore, decollari eum fecit in carcere. Capiteq; ad regem allato, datum est puellæ, puellaque illud matri suæ obtulit, quæ statim in opprobrium uiri sanctissimi illud post regiam domum proiici præcepit. Quo audito uenerunt discipuli Ioannis in Macharunta oppido, & auferentes truncum in Samariam seu Sebastem detulerunt, & ibidem in monumento posuerunt. Et tunc Ioannis ipsius uerbum uerificatum est, quod dixerat. Me oportet minui, uidelicet capite, illum autem crescere in cruce. Herodes autem cum Herodiade & filia in ultionē sanctissimi uiri non indigna susceperunt supplicia, de quibus infrà, post multum uero temporis, scilicet Iuliani apostatæ temporibus gentiles inuidentes miraculis sanctissimi hominis, ut nomen eius de sub cœlo extinguerent, ossa eius eruentes de sepulchro, cum multa rabie disperdere conati fuerunt, sed haud multo post easdem ipsius reliquias colligentes, comburi fecerunt. Quumque hæc agerentur, quidā monachi Hierosolymitæ uiri sanctissimi misericordia permoti, maiorem partem ossium surripientes, Herosolymam detulerunt. Indeque ad Miream ciuitatem, ubi corpus sancti Nicolai episcopi seruabatur, allatæ diu ibidem seruatæ sunt. Genuenses denique (ut Iacobus de Viragine scribit) tempore Gotifredi, anno scilicet salutis nostræ. 1090. ab Hierosolymorum expeditione reuertentes, sanctissimas reliquias inde suscipientes, maximo cum gaudio ad Genuam eorum urbem detulerunt, & in diui Laurentii templo cum multa ueneratione collocauerunt, quod autem reliquiæ sanctissimi præcursoris fuerunt, multis exquisitis miraculis primum, nec nō & Alex. tertii ac Innocentii quarti summorū pontificum auctoritate postea comprobatum est, quæ etiā ætate nostra maxima cum reuerentia eo in loco ab omnibus uisuntur. Index uero quo Dominū demonstrauit, à quibusdam mercatoribus Florentiam delatus, ibidem in templo eidē præcursori dicato, summa cum ueneratione custoditur. Caput autē ipsius, quod nūc Romæ in monasterio sancti Siluestri ostenditur, temporibus Martiani principis cuidā Marcello abbati in quodam specu Phœniciæ commorāti reuelatum fuit, quod postea per Theodosiū imperatorem Constantinopolim translatum fuit. Et ex nunc nō decollationis festum tantum, sed ossium ipsius collectionis factæ celebrari cœptum est. Quomodo uel quādo postea Romā delatum sit, inuenire non merui. De Ioā. autem baptista Iosephus in. 18. Antiquitatū li. sic habet. Ioā. baptistā Herodes occidit, uirum ualde bonum, qui præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iustitiam colere, in deum seruare pietatē, & per baptismum in unū coire, tum demū baptismum acceptabile fore, si non solum ad abluenda peccata sumatur, uerum etiā ad castimoniā corporis atque ad animæ iustitiam, purificationémque seruetur, omnémq; pariter uirtutem uelut & signaculum & custodia quadā fideli habeatur, quæ cum ab eo præcepta huiusmodi docerentur, atque ad audiendum complurima multitudo concurreret, Herodes ueritus ne forte eius doctrinæ persuasione, populi à suo regno discederēt, melius credidit, esse tutum, priusquam noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quàm post modum turbatis rebus, feram pœnitudinem gerere. Ex sola hac suspitione, salua eius reuerentia uinctus, inquit, in castellum Macheronta abducitur Ioan. ibique obtruncatur. Hæc ille

Ossa sancti Ioan. comburuntur

Caput Romæ habetur in sancto Siluestro.

Iosephus de Ioanne ait.

Iesus Christus saluator noster nascitur.

IEsus Christus dei uiui saluator & redemptor noster. 42. imperii Augusti anno (iam uniuerso orbe pacato) in Bethlehem Iudæ, ex purissimis illibatæ uirginis Mariæ sanguinibus, cooperante spiritu sancto, deus & homo ad abolendã humani generis labẽ propter primorum parentum inobedientiam contractã, nascitur. Homo siquidẽ manifestus, & deus occultus ex deo patre procedens. Sic enim prædixerat propheta. Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium, & uocabitur nomẽ eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscũ deus. Qui ut se commendaret deum, nascendo, uiuendo, moriendo, resuscitando, & in cœlũ ascendendo, multa & inaudita miracula fecit, ut ex familiarissima Euangelii historia colligere possumus. Quorum primũ est, quod tã mirabiliter natus sit, & noua stella super eum uisa fuerit, & angeli in cœlo cantauerunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Necnon & pastoribus ea in regione uigilantibus, gaudium magnũ ipsi angeli euangelizauerunt, dicentes, natũ scilicet esse mundi saluatorem. Qui uenientes uiderunt uerbum quod factum eis fuerat, esse uerũ, & Ioannis euangelii principium dedicarunt, In principio scilicet erat uerbum, & uerbum caro factum est. Quique ut non abrogare legem, sed adimplere uideretur, octaua die circuncisionis gratia delatus fuit in templũ, & ibidẽ Iesus Christus appellatus est, quod quidẽ nomen ab angelo, priusquam conciperetur in utero, uocatũ fuerat, ut deinde tertio decimo die ex Sabæis Magos ad se adorandum, tribusque muneribus adornandum, stella duce, in Syriam deduxerit. Orientales namque populi magos reges suos & sapientes appellare consueuerant. Magus siquidem Persicum uocabulum est, & apud Græcos philosophũ, & apud Latinos sapientem significat, hi quippe astrorum cultores erant, & ideo quũ in orientis partibus stella nouæ claritatis eisdẽ apparuisset, quæ cæteris illustrior uidebatur, ipsa intuentium ad se animos conuertit. Hunc deinde puerulũ. 40. die purificationis causa mater in templum detulit, quem Simeon uir iustus in ulnis suscipiens, diuino afflatus numine, saluatorem suum esse recognouit, & profitendo cecinit, dicens. Nunc domine dimitte seruum tuum in pace &c. Id idem & Anna prophetissa spiritu sancto incitata fecit: his itaque gestis, Ioseph post quietem ab angelo admonitus fuit, ut se cum puero puerique matre in Aegyptum transferret, dicens futurum esse, nisi id efficeret, ut Herodes puerum occideret. Eoque uadens ibidem per sex annos usque ad obitum Herodis commoratus est. Indéque cum puero Hierosolymam reuersus, quum audisset Archelaum Herodis filium pro patre regnasse, secessit in partes Galilææ, & in Nazareth ciuitate habitare cœpit, propter quod Nazarenus appellatus fuit, agens postmodum duodecimum annum cũ parentibus ad diem festum celebrandum, Hierosolymam de more petiit. Ibique in templo dum inter sacræ legis doctores nexus ambiguos solueret, non deus, sed admirandæ indolis puer ab eis creditus est, parentes uero inde abeuntes, quum puerum subsequi non uiderent, solicitudine pleni, ad templum redeunt, cúmque inter sacræ legis doctores sciscitãtẽ inuenerunt, à quibus benè monitus, in patriam cum eisdem reuersus est, & deinceps subditus fuit illis, uerum quid postea usque ad trigesimum egerit annum, nullus Euãgelistarum commemorat. Sed inter homines ut homo, usque in illum diem conuersatus est. Qúmque .30. annorum esset ætatis, ad aperiendum uitæ æternæ ianuam, in Iordanis alueo se à Ioan. baptizari uoluit, statímque uox cœlo intonuit. Hic est filius meus electus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, & ita spiritus sanctus in modum colũbæ statim super eum mansit. Euestigióque ab eodem spiritu in desertũ. 40. diebus &. 40. noctibus ieiunauit, & postea esuriit: unde quoque superatis diaboli tentationibus, quum in spiritu uenisset in templũ, uendentes & ementes eiecit de templo, ut patet Ioannis. 8. Eodem insuper anno, uocatis apostolis, Petro & Andrea, Iacobo, & Ioãne, Philippóq;, ac reliquis apostolis & discipulis omnibus ut suam ostenderet diuinitatẽ absconditam, primũ in Cana Galilææ, matre præsente, coram ipsis, uocatus ad nuptias, aquas in uinum conuertit. Inde statim ut opus patris perficeret, sumpto sacro discipulorum consortio, Iudæam omnẽ, Samariam, Galilæã, & Phœnicũ urbes circuiens, in tẽplo & synagogis cœlesti documẽto populos docere cœpit: sed & leprosos mũdare, mutos loqui, cæcos illuminare, mortuos suscitare, ac febribus, uẽtis undiq; imperare, atq; alia innumerabilia signa facere, ut suæ diuinitatis experimẽtum mõstraret. Deniq; sacerdotũ inuidia procurante, quum corpus suũ in cibũ, & sanguinẽ in potum

Circuncisio Christi Magi Præsentatio.

5199 1

potum tam præsentibus quàm futuris exhibuisset, ab uno sociorum eius uenditus, captúsque, & accusatus fuit, quòd sabbatum non obseruaret, quòd saluti hominum quouis tempore consuleret, quòd baptismum circuncisioni anteferret, quódque abstinentiam suillæ carnis auferret, præsidis iussu deluditur, uirgis cæditur, corona spinea tanquam contẽptus coronatur, colaphis, sputísque deturpatur, ac denique tanquam latro perditissimus cruci affigitur, ubi quum sponte sua spiritum emisisset, tremuit omnis terra, sol obscuratus est, & luna offuscata, etiam templi uelum à summo usque deorsum scissum est, cuius mortui pectus quum Longinus miles, qui parum uidebat, lancea perforasset, sanguis cum aqua mixtus exiuit, unde cuncta nostræ salutis sacramenta sumpsere principia. Postmodum de cruce depositus, sepulturæque traditus, post diem tertiam ueluti alter Ionas de uentre ceti, sic ipse de uentre terræ, superata morte, surrexit, & suis præordinatis sæpe apparuit, & é medio eorum cernentibus ipsis, propriis uiribus ad eum, qui misit eum, euolauit. Necnon & post. xi. diem, spiritum sanctum ex se & patre procedentem, ac omnia uiuificantẽ, in apostolos cæterósque discipulos omnes misit, quo illustrati bellum aduersus orbis principem ilico suscepere, quem per Christi sanguinem superãtes, ipsúmque ducem Iesum Christum triumphantes, tandem in cœlestem patriam secuti sunt. Et hæc, quæ de uita Iesu Christi regis & pontificis nostri, ex sacra Euangelii historia, quàm breuissimè perscribẽda duximus. Iosephus autem Iudæus in libro Antiquitatum de Christo sic habet. Fuit temporibus nostris Iesus uir sapiens, si tamen uirum eum nominàre fas est. Erat enim mirabilium operum effector, ac hominum maximè, qui quæ uera sunt libenter audiuit, hanc ob rem multos, tũ ex Iudæis, tum ex gentibus sibi adiunxit, Christus hic erat. Hunc autem quum Pilatus à principibus nostræ gentis instigatus, in crucem agendum censuisset, non tamen hi deserue re, qui eum ab initio dilexerant. Eisdem præterea die tertia post mortem uiuus apparuit, quemadmodum diuinitus inspirati prophetæ, & hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura esse prædixerãt: perseuerat & usque in hodiernum diem celebre Christianorum nomen ab ipso sumptum, perseuerat & genus. Hæc ille. Nato itaq; domino nostro Iesu Christo, inchoata est sexta ætas, quæ nulla generationum aut temporum serie certa, sed ueluti decrepita totius mundi morte erit finienda, hanc ætatem quidam ab incarnatione Christi incipiunt, quidam à baptismo Christi propter uim regeneratiuam aquis datam, iam circũcisione terminata. Alii autem à passione, quia tunc aperta est paradisi porta, & inchoata est septima quiescentium.

Iosephus de Christo pulchrè loquitur.

Sexta sæculi ætas inchoatur.

Annorum diuersitas.

Et quia, ut quidam author scribit, ex annorum Christi & regum concurrẽtia, quorum initia, finésque frequenter sunt incerti, ambiguitas quoque emergat in calculando, necnon & circa annos domini, quo, scilicet, anno baptizatus, quotóue passus sit Christus, uariè loquuntur authores. Idcirco ad omnem dubietatem remouendam, hoc in loco aduertendũ est, quòd Beda lib. de Temporibus ait, quòd Romani ante Numam Pompilium annum in Martio ob Martis reuerentiam, à quo mensis ille denominatus est, sicut Hebræi incipiebãt, ipse nanque Numa Pompilius Ianuarium & Februarium, anno prius confuso addidit. Et tunc annum à bruma, id est, à Ianuario inchoare cœperunt, quos etiam Romana ecclesia in communi calendario & anno usuali sequitur. Græci uero qui olympiades inuenerunt, à solstitio hyemali, quando sol incipit ascendere, annũ incipiunt, Hebræi ab æquinoctio uernali, quando mundus incipit, Aegyptii ab autumno, Oriẽtales uero, ut Dionysio placet, & præsertim Arabes & Chaldæi fructuum collectione, illatis in templum decimis, scilicet in Octobris principio, quod proprie est æquinoctium autumnale, annum inchoant, sicut Ezechielis uisione, ubi de mense quarto agitur, quinta die mensis, apud quos October primus erat mensium.

Beda.

Cæterum præter prædictam uariam anni susceptionem, est annus emergẽs, à quouis rei euentu, id est, à quouis anni tempore usuali incipiens, qualis inchoari solet in primordiis regum & imperatorum: ad hoc annos domini dupliciter numeramus, aut secundum natiuitatem, aut secundum ætatem, unde quum Christus in fine anni nostri usualis secundum solem natus, de primo ipso anno natiuitatis tantum septem dies habuit, sed ætatis suæ annus

Annus emergens.

.12.mensium solarium,scilicet,à.25. die mẽsis Decembris usque ad eundem diem,reuoluto anno,completur in secundo anno natiuitatis,& ita duos annos natiuitatis secũdum solem pene in primo ætatis anno consummauit. Et secundus annus natiuitatis ille est, qui & primus,unde fit ut anni dominicæ natiuitatis secundum solarem cursum sunt quatuor &. 30. ac pene cum dimidio,in quorum.30.secundum ætatem,trigesimóque primo secundũ natiuitatem baptizatus est Quo anno computato cũ ultimo pene dimidio,uerum fuit, quod Christus.4.annis prædicauit,uel saltem secundum Ioan.euangelium, tribus annis cum dimidio. In.30.autem.3.ætatis anno,&.34.natiuitatis ipse Christus passus est. Annus igitur .42.imperii Augusti , in quo natus est ipse dominus,sicut à Martio , in quo Iulius occisus est,incepit,ita & definit. Ideóque inquit Diony.initium ipsius in anno.iii. centesimæ nonagesimæ quartæ olympiadis sumit,& eius finẽ in.4.anno eiusdem olympiadis, mẽse Martio concludit. Et ideo diuina sapientia ibi prouidit suam natiuitatem,ubi Græci annum cũ olympiade incipiunt. Anni uero regum & imperatorum,quorum raro initiũ aut finis certus reperitur,difficile cum olympiadibus,aut anno Domini computatur,eò quod initium in priori anno,finem uero in altero anno olympiadis frequẽter habet. Quum igitur Iulius Cæsar cal.Martii intefe&us fuerit,unde Octauiani regnum numeratur , Dominus in fine .42.anni Octauiani incepit primum suæ natiuitatis annũ. Et sic annus.xliii. Augusti incipit primo anno ætatis domini.44.in secundo anno,&.45.in tertio. Et sic de reliquis.

Annorum diuisio.

Annus uertens. Annus magnus. Notandum quippe est,quod duplex est annus,scilicet,uertens & magnus,uertentẽ autem olim Aegyptii habuerunt bimestrem, Archades trimestrem,decem uero mensium inæqualium,ut dictum est,ueteres Romani habuere sub Romulo rege, cui Numa Põpilius postea duos addidit,ut.12.esset mensium,ne æstiui hyemales esse contingeret,aut sacra hyemalia efficerentur æstiua. C. Iulius Cæsar prædictus annum ad solis cursum æquauit,eúmque in partes nouem subdiuisit,uidelicet menses,septimanas,diem,quadrantem,horã,punctum,momentum,unciam,& atomum:annum enim in.xii.mẽses,&.52.septimanas ac diẽ unam. Diésque.365.cum quadrante constituit.eò quod comperisset,hoc in spatio quadrantis solem fere zodiacum omnem circuisse. Et quoniam quadrantem illum singulis annis apponere uidebatur difficile,ut quarto anno annus semper esset trecentorum dierum,&.66. diem illam Februario mensi addens,& in hac forma ne actus uideretur, ut. 6. calendas bis diceretur,scilicet,duobus diebus continuis,in quibus uenire contingeret , & hic bisextus esset. Mensis uero quatuor septimanas & paulo amplius constituit, septimanæ autem dies septem,diei quatuor quadrantes,quadranti sex horas,horæ quatuor puncta,pũcto decem momenta,momento.12.uncias,unciæ.7.atomos,atomum uero indiuisibilem dixit. Mensis itaque duodecima fere pars anni solaris est. Septimana quarta pars mensis. Dies naturalis septima septimanæ pars dicitur. Quadrans diei naturalis quarta pars est,hora sexta quadrãtis pars,punctum quarta pars horæ, momentum decima pars puncti,uncia. xii. momenti pars,atomus uero.47.pars unciæ. Annus autem magnus secundum Aristo. is est,quem sol & luna,cæterique planetæ in eundem punctum unde iuncti omnes discesserint, inuicem redeuntes conficiunt,ut si omnes sunt in principio arietis,& inde cursum cœperint,quãdocunque contingat eosdem in principio arietis inuicem reperiri, eo tunc annus magnus erit perfectus. Et hoc fieri diuersimode putarunt antiqui, quia alii hunc annum confici ex annis uertentibus.2484.alii autem ex.5552.alii autem ex decem millibus octingentis annis & plus & minus. Quod credere ridiculum est . Annum autem magnum mille annos non excedere, Iosephus in primo Antiquitatum dixit. Igitur sicut Græci ad uictoriæ suæ gloriam à captiuitate Troiæ tempora annotare cœperunt . Et inde olympiadibus cœptis iuxta eandem numerum etiam annotauerunt , postea Romani florentes ab urbe condita , sic nos ultimo Christiani à natiuitate , siue ab incarnatione Christi annos annotare consueuimus . Quam sane annotationem deinceps prosequemur , ut in libri margine explicabitur . Turci uero & Mauri , aliæque Machumetex nationes à Machumeto facere describuntur.

Annus magnus quãtus sit.

Prodigia

Prodigia in natiuitate Christi uisa.

Olei fons domino nato, ut Eutropius, aliíque multi testantur, Romæ in taberna meritoria in transtyberina regione, ex terra per totam effluxit diem, denuncians Christi gratiã omnibus gentibus datam. Quo etiam die aureus circulus circa solem apparuit. Tres quoq; soles uisi sunt, qui postea in unum statim fuerunt redacti. Romuli quoque statua & templum pacis corruere.

5204 5 Archelaus magni Herodis filius septimo &. 40. imperii Augusti anno olympiade, scilicet centesima nonagesima sexta Iudæis regnare cœpit, & regnauit in Hierusalẽ annis nouem. Qui patre sublato ipsum, ut dignum erat, regiis honorauit exequiis, quibus gestis Archelaus magni Herodis filius mox ad comprimendam populi seditionem, contra eum excitatam, nouem Iudæorum milia peremit. Ipsum autem Cæsar Augustus ob patris amorẽ cum cæteris fratribus atque sorore Solome ac Beronice eius filia, quoad uixit, maximo semper prosecutus fuit honore, sed huic maxime & Herodi Antippæ, Lisiæ quoq; ac Philippo fratribus nõ fœliciter cessit. Nam quum omnes accusati fuissent, Archelaus hic ipse .9. regni sui anno, ab Augusto apud Viennam Allobrogum ciuitatem relegatus fuit, alii uero uix multo obsequio reditum impetrare potuerunt, & suam quisque tetrarchiam ultra Iudæam & Celosyriam usque in Babiloniam & Euphratis regionem obtinuerunt. Redactis uero in prouinciam Archelai fratribus, Põponius qui Cinni collega fuerat, eò ab Augusto mittitur procurator, cui successit Marcus, Marco autẽ Annius Ruffus successit, quo prouinciam procurante, Augustus mortem obiit.

5213 14 Herodes Antippa alius magni Herodis filius, hoc anno post Archelaum prædictũ fratrem Galilææ præfectus factus, regnauit annis. 24. Nam Archelao è regno pulso, Iudæorum regnum in quatuor tetrarchias, id est partes, diuisum est. Et huic Galilæa obuenit, quæ est quarta regni pars: hic nãque, ut Chrysostomus scribit, impiissimus atque crudelissimus fuit, quia in ciues suos sicarius, in nobiles latro, in socios populator, in domesticos prædo habebatur. Quippe quòd plebis interẽptor erat, filiorũ occisor, extraneorũ homicida, propriorum parricida, uniuersa nempe prophanauit, quia sacerdotium Iudæorum omnino sustulit, omnem legem & ordinem confudit, temerauit regnum, corrupitque quicquid erat religionis, quid legis, quid uitæ, quid morum, quid fidei, quid deniq; disciplinæ, omne perdidit atque confudit. Nam quum Philippi fratris sui uxorem contra legem duxisset, & à diuo Ioanne baptista commoneretur illam dimittere, non æquo animo tolerauit, quod homo dei bene monebat, sed illi rependit mala pro bonis, & quum illum occidere uellet, timuit plebem: quia sicut Euangelista ait, ab omnibus ueluti uerus propheta habebatur, sed illum comprehendens, posuit in carcerem in castello Macharunta, & paulo ante mortem Christi caput ei amputare fecit. Hic Iesum à Pilato sibi missum in Hierusalem suscipiens, illusum tandem ad eundem remisit, eò quòd interrogatus, ut Lucas scribit, respondere noluisset: tandem à Caio Cæsare Romam citatus, & de multis conuictus, apud Lugdunum Galliarum urbem relegatus, miserabiliter unà cum Herodiade adultera uitam finiuit, filiæ autem ipsius Herodiadis, quæ saltauerat, impunè non cessit, quia dum super glaciem ambularet ab aquis præfocata interiit. Tres autem Herodes successiue infames fuisse scriptura commemorat. Primus Ascalonita fuit, qui pueros interfecit. Secundus hic ipse. Tertius & Agrippa Aristoboli filius, qui Iacobum occidit & Petrum incarcerauit. De quibus hi extant uersus,

Herodis Herodiadis & filiæ mors.

Ascalonita necat pueros, Antippa Ioannem,
Agrippa Iacobum, claudit in carcere Petrum.

5214 15 Yberius tertius Romanorum imperator, anno primo centesimæ nonagesimæ octauæ olympiadis imperium suscipiens, imperauit annis uigintitribus, & aliquot diebus. Hic nanque Liuiæ Augusti uxoris filius, & ipsius Augusti priuignus & gener, necnon & hæres fuit, uir quidẽ multæ literaturæ, & eloquentiæ grauissimus, quẽ certe nec inter bonos principes, neq; inter malos omnino annumerare possumus. Hunc autem quum Augustus adoptasset in filium, mox magno exercitu com-

Tyberis.

parato, contra Vindelicos misit, qui eos prælio superauit, ac unà cum eis, qui Thraciarum confines erant, Romanas prouincias fecit. Indéque haud multo post de ipsius Vindeliciis, Rhetis, Armeniis, ac Pannoniis triumphauit, postmodum etiam Dalmatas & Sarmatas in Romanam redegit potestatem: postremo uniuersa Germania uastata, imperator appellatus est, ubi & nonnullas condens ciuitates ex suo nomine Agrippinas appellauit. Factus denique omnium monarcha, bella per se nunquam, sed per legatos gessit. Hunc uero Orosius & Suetonius ingenii pessimi, ac seditiosi fuisse tradunt, simulans se uelle quod nollet, unde sicut Eusebius scribit, multos reges ad se blanditiis pellexit, quos nunquam remittere uoluit. In quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in prouinciam uertit, & Marachazam eius nobilissimam ciuitatem Cæsaream appellari iussit. Tumultus tamen in urbe exortos prudenter suppressit, in quibus multos senatores proscripsit, quosdam etiam interfecit. C. Asinium Gallum magnum oratorem exquisitis suppliciis interfecit. Vocienum quoque Montanum Narbonensem celeberrimum oratorem in Balearibus relegauit, ubi & uita defunctus est. Drusum etiam ipsius fratrem, ut nonnulli tradunt, ueneno sustulit. Veruntamen tantæ fuit in iubendo modestiæ, ut quum ei suaderetur, quòd tributa prouinciis augeret, respondisse dicatur. Boni pastoris esse pecus tondere, non deglutire. Tandem quum Germanicum Drusi fratris filium, qui de Parthis clarum egerat triumphum, post patrem etiam ueneno interemisset, & ipse non multo post anno uitæ suæ octogesimo in Campania, ueneno epoto, interiit.

Valerius Romanus ex illustri Græcorum familia natus, uir quidem illustrissimus, anno primo imperii Tyberii Cæsaris ab ipso Tyberio procurator, post Annium Ruffium in Iudæam mittitur, & regnauit annis. 9. qui magistratu suscepto primus apud Iudæos pontificatum uendere cœpit, & quoad præfuit, multos pontifices, ut Iosephus refert, successiue in Hierusalem posuit, & amouit. Et primo quidem Amanum à sacerdotio amouens, Hismaelem Iacobi cuiusdam filium pontificem designauit. Sed & hunc non multo post abiiciens, Eleazarum Anuæ pontificis filium sacerdotio subrogauit. Post annum uero etiam hunc ab officio remouens, Simoni cuidam Cemithi filio mysterii pontificatus tribuit. Sed non amplius & ipse quàm unius anni spacio est perfunctus pontificatu. Quo amoto tandem Caypham pontificem maximum constituit uirum arrogantem, & alienæ fœlicitatis inuidum, cuius suasione, ut sacra Euangelii habet historia, Christus dominus noster morti traditus est. 5219 | 16

Hismael sacerdos.

Pilatus natione Gallus ex Lugduno urbe natus, uir callidus & facinorosus ac probris omnibus contaminatus, hoc anno qui est. 13. imperii Tyberii Cæsaris, Valerio Gracco prædicto abrogato, Iudææ procurator à Cæsare designatus, præfuit annis. 10. qui magistratu suscepto, cõfestim sua calliditate, suóque ingenio, etiam Iudæorum uesaniã suppressit, quorum postmodum suggestione Dominum nostrum Iesum Christum cruci affixit, in qua & defecit postea sibi timens. De eius doctrina, mortéque ac religione Tyberium imperatorẽ admoneri quàm citissimè curauit, propter quod idem Tybe. ipsum Christum in deos referendum, ac templo censuit honorandum, sed senatus id fieri uetuit, quòd nõ ad se post, sed ad Tyberium scripsisset Pilatus, qui tamen pro tanto scelere pœnas dedit condignas: nam propter Iudæorum accusationes ab officio amotus, apud Lugdunum ortus sui ciuitatem perpetuo exilio in opprobrium gentis suæ relegatus fuit, ubi & maximis uexatus iniuriis, semetipsum, ut scribit Euseb. interfecit. Licet sint qui dicant eum sceleris pœnituisse, ueniámque à domino promeruisse. Hic nanq;, ut quidam aiunt, cuiusdam regis ex pellice filius fuit, qui etiam ab adolescentia germanum proprium interfecit, Francorúmque regis legatum apud Romam insidiosè peremit, atque alia homicidia perpetrauit. Procurator denique Iudææ constitutus, omnia ibidem prophanauit, & iuxta Danielis prophetiam de tẽplo domini sacrificia ac libamina abstulit, & desolationis abominationem in eo posuit, quæ quidem abominatio ex Hiero. sententia ad imaginem Cæsaris referri potest, quam reclamantibus Iudæis ipse furtim in templo posuit, & eam pro deo adorari præcepit, quod hac potissimum de causa fecisse dicitur, ut Augusti beniuolentiam sibi comparare posset, pro qua uersutia Herodis tetrarchiam usurpare intendebat. Sed Herodes cognita hominis fraude, magnam 5224 | 25

Tyberius Christũ deificare uoluit,

de, magnam inimicitiam cum indignatione aduersus eum suscepit. Sed aduenięte Christi passione, ut Euangelista ait, facti fuerunt amici, quum antea eam ob rem adinuicem fuerunt inimici.

5228 29 Pharisæorum secta seu religio, quæ temporibus Philadelphi surrexerat, tempestate hac ob sanctitatis ostentationem, in Hierusalē maximo in precio (ut ex Euangelii historia elicere possumus) apud Iudæos habita est, qui ideò Pharisæi dicebantur, quia à cæteris habitu, conuersatioñeque diuisi erant. Nam ut Iosephus in .2. de bello Iudaico habet, cultu austeriore, & uictu parcissimo utebātur, statuisq; suis Mosaicas traditiones determinātes, pictatia chartarum in fronte & in sinistro brachio de catalogo inscripta, quæ philacteria Philaeteria
dicebantur, in legis memoriam gerebāt. Fimbrias quippe amplas finis alligatas, quibus incedendo purgerentur, deferebant. Maioribus suis nunquam contrarium respondebant, & Fimbriæ
mortuorum resurrectionem sperabant & prædicabant. Hi nāque Christo domino nostro plurimum aduersabantur, & mortis eius conscii fuerunt.

5229 30 Sadducæorum uero alia superat secta in Iudæa, sed nō eiusdē religionis & precii cum Pharisæis. Hi Sadducæi corporū resurrectionem & angelos esse negabant, ac animas cum corporibus interire putabāt, ut patet Actuum.23. Et quia nimium seueri erāt, nec inter se sociales, Sadducæos se, id est, iustos esse nuncupabant.

Essæorum quoque alia ibidē uigebat secta, atque religio, quæ, sicut Iose. ubi suprà tradit, monasticā in omnibus agebāt uitam, uoluptatem scilicet ut maleficium uitantes, diuitiásque omnes contēnētes, unguēta nō curātes, ac uestes & calciamenta nisi concisa, aut omnino consumpta, non mutātes. Hi quippe hospitalitatem summo studio exhibebant, & eis unicum erat pulmentū. Cibum semper oratione præueniebāt & sequebantur. Tumultus aut clamor in eorum hospitiis nusquam audiebatur, sed summum silentium seruabant. Et quāquā indigentibus libere subuenirēt, cognatis tamen quicquam dare, sine cōmunis dispensatoris dispositione non præsumebāt. Omne quod dicebāt iuramento fortius existimabant. Iuramentum autem quasi periuriū reputabant: qui post anni probationē inter eos admittebātur, compellebātur iurare, quòd deo fidē, hominibus iustitiā, & principibus obedientiam seruarent. Et si cōtingeret ipsos aliquando præesse, nunquā abuterentur uiribus potestatis ad iniuriam subditorum, sed mentientes pro posse cōuincerent, ad eorum autem iudicium non minus quàm centum personæ cōueniebant, quorum decreta postea immobilia erant. Sabbatum adeò illibatū seruabant, ut nec cibū illo die pararent, nec ignē accenderent, nec aliquod uas transportarēt, aut quasi aluū purgarent. Cæteris autem diebus cum dolabro in terram fodientes: demissa circūquaq; ueste se cōtegebant quando aluum purgabant, ne radio solari iniuriam facere uiderentur, purgata quoque aluo, terram egestam super foueam reducebant. Hæc Iosephus. Hos Essænos seu Essæos, propter Manaemum quendam inter eos uirum sanctum, Herodes Antippas dum uixit honorauit, nec inhonestus sermo de his in historiis unquam habitus est.

Septuaginta discipulorum Christi electio uel descriptio.

5231 32 Dominus noster Iesus Christus anno ætatis suæ.32. postquam Ioānes baptista decollatus fuit, præter duodecim apostolos, etiā alios duos & septuaginta designauit discipulos, quos omnes ante faciem suam in omnem locum & ciuitatem, qua erat ipse uēturus, destinauit. Quorum quidem nomina, ut diuus Hiero. ad Damasum scribit, hæc ipsa sunt. Matthias primus & cum.11. apostolis postea cōnumeratus est, ut patet Actuū.1. cap. Secūdus Iosephus fuit, qui uocatur Barsabas, qui ut idem habet liber, Iustus appellatus est. Tertius Ioseph ab Arimathia, qui petiit à Pilato corpus Iesu. Quartus Marcus Euangelista Petri in baptismo filius. Quintus Barnabas Marci Euangelistæ nepos. Sextus Lucas Euāgelista. Septimus Cleopas qui uidit dominum quando ibat in Emaus. Octauus Seneca philosophus, cuius epistolæ ad Paulum apostolum extant. Nonus Simō qui uocatur Niger. Decimus Lucius Cyrenensis. Vndecimus Manahen qui collectaneus fuit Herodis tetrarchæ. Duodecimus Sosthenes, qui in prima Pauli epistola ad Corinthios legitur. Tertiusdecimus Cephas cui Paulus in faciem restitit. Non enim fuit Petrus, sicut Eusebius in Historia ecclesiastica tradit. Quartusdecimus Thadæus non apostolus, qui Abagarū regem sanauit

nauit. Quintusdecimus Hermas, quem in epistola ad Ro. Paulus salutat.16. Andronicus, & hunc idem salutat.17. Ionias, Amplias.18. Vrbanus.19. Vigesimus Herodion, & hos omnes Paulus salutat. Asineretus.21. Iason.22. de quo loquitur Paulus, ante se fuisse in Christo. Stephanus protomartyr.23. Philippus diaconus.24. Procorus.25. Nicanor.26. Timō.27. Parmenas.28. Nicolaus aduena.29. Trigesimus Iudas, & Sylla.31. hi duo cū Paulo in Antiochiā missi fuerunt.32. Siluanus qui fuit cum Paulo, & Thessalonicensibus scripsit. Simon Cleophæ filius.33. Naason Cyprius antiquus discipulus.34. Trigesimusquintus Agabus propheta, qui Pauli zonā tulit. Ignatius episcopus.36. Trigesimusseptimus Ananias, qui Paulum apostolum baptizauit. Ruffus.38. Alexander.39. Quadragesimus Simō Cyrenensis, qui crucē portauit post Iesum.41. fuit Nathanaēl à Cana Galilææ qui dixit, à Nazareth potest aliquid boni esse.42. Nicodemus publicanorum princeps, qui nocte uenit ad Iesum & eius quatuor fratres, uidelicet Simon, Iudas, Iacobus, & Symeon.47. Simon coriarius apud quem hospitatus est Petrus apostolus.48. Barnabas alter à nepote Marci, qui post Pauli necē uinctus Romam ductus est, & ibidem defunctus.49. Ioannes quē patrem uocabant.50. Barnabas etiam alius fuit. Similiter Stephanus alius & sex eius fratres qui cum Petro abierunt Cæsareā ad Ioppen, uidelicet Carisius, Milchus, Gaius, Aquila, Flegatus, & Hermes qui simul cum Cherintho transgressi sunt, & cum eodē Cherintho hæresiarcha alii duodecim, quorum nomina ista referuntur,

Helion, Appellion, Probatissimus, Symeon, Leui, Marchobas, Cleon, Eumanes, Candarus, Eleon alius, Dimas, & Narcissus.12. hi sunt, de quibus Ioannes Euangelista ait, exierūt ex nobis, sed non erāt in nobis. Quos etiam Paulus falsos apostolos & operarios iniquitatis appellat, hi quippe, ut idem apostolus ait, retrorsum abierunt. Quibus à ueritate discedentibus, apostoli.12. alios delegerunt discipulos, ne scilicet discipulorum corrumperetur numerus, sicut & in locum Iudæ Scariotis surrogatus est Matthias. Et hæc eorū sunt nomina, uidelicet Adepelles & Penetus, Ioan. qui dicitur iustus, Stachis, Pompilius, Aristobolus, Stephanus ex Corintho, Lympas, Herodiō Narcissi filius, Ruffus à deo electus, Titus Philomenō, Aristarchus, quem Paulus in epistolis cōcaptiuum frequēter appellat. Et hæc ex Hieronymi scripto sumpta.

Schola Christianorum hic incipit.

Apostoli itaque & discipuli omnes post ascensionem domini, sicut Lucas in Actibus apostolorum meminit, à mōte oliueti regressi statim uenerunt Hierosolymam, & ascenderunt in cœnaculum, ubi manebāt Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes & Iudas Iacobi, hi nāque in oratione unanimiter perseuerātes cum mulieribus & Maria matre Iesu, ac fratribus eius, scholam omnium uirtutum confestim construxerunt, meditantes scilicet in lege domini, ac mandatorum eius die ac nocte, donec induerentur uirtute ex alto. Tūc q; Dominum nostrum Iesum Christum orare primum cœperunt, cum quo dudum conuersantes, uirtutibus illius ac miraculis pascebantur. Eo itáque loci nihil hæsitantes in oratione perseuerarunt, donec duodecimam post diem acceperunt munera spiritus sancti promissa, quæ poscebāt. Quibus muneribus imbuti, omnia quæ de Christo per prophetas scripta fuerant, protinus intellexerunt, communique decreto symbolum edentes, nostræ fidei fundamenta iecere. Et Petrus quidem apostolorū princeps iuxta Hieremiæ prophetiam cap.2. & Esaiæ.45. atque Psalmistæ dixit. Credo in unū deum patrem creatorem cœli & terræ. Andreas uero in Abacuc subdidit. Et in Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Cui & Ioannes adiicit. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Hoc quippe Esaias prædixerat. Ecce, inquit, uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et Hieremias. Mulier circūdabit uirū. Iacobus uero etiā Esaiæ prophetiam affirmans, dixit. Sub Pontio Pilato crucifixus mortuus est & sepultus. Thomas deinde Oseæ prophetiam contestans, ait. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Postea Iacobus maior protulit. Ascēdit ad cœlos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Philippus quoque mox adiiciens, inquit. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Bartholomæus postmodum cecinit, dicens. Credo in spiritum sanctum, Cui

5233 34

Symbolū fidei cōponitur

Cui Matthæus subiecit. Sanctam ecclesiam catholicam. Simō uero & Iudas, atque Matthias reliquum perfecerunt, dicentes. Sanctorum communionem, carnis resurrectionem, Et uitam æternam, amen. Symbolóque perfecto apostoli multa constituere de omni ecclesia, quæ tum legi cœpta sunt: inde diuino cultu intenti Iacobum fratrem domini Hierosolymorum pontificem constituerūt, uirum utique à natiuitate sanctissimum. Quo ordinato, ab omnibus ut uerus episcopus consalutatus est, qui astātibus cūctis & beata Maria matre domini, primum missam simplici modo celebrare cœpit, dicendo tantum, Pater noster. Hac quippe oratione, ut Lucas scribit, Christiana respu. uirorum scilicet & mulierum multum crescere cœpit, propter quod Petrus apostolus bonis institutus moribus, dei hanc ecclesiam confirmaturus, ne uerbum dei prætermitteretur, septem diaconos delegit, uidelicet Stephanum, Philippum, Procorum, Nicanorem, Tymonē, Parmenā, & Nicolaum Antiochenum aduenā, qui in ueritate dei non mansit. Hos autem apostoli ordinauerunt diaconos, uiros utique optimos, quibus omnimodam huiusmodi scholæ curam tradiderunt, illi quæ ad uiros Christi ministros pertinebant, peragere cœperunt, docere scilicet, monere, castigare eleemosynásue, ut opus erat, facere, eò maximè, quia apostolorum ipsorum constitutū fuit, ne quis ea in schola proprium quid haberet. Quicquid enim ante pedes apostolorum ob religionem ponebatur, id totum uel partiebātur inter se ad necessitatem, uel pauperibus erogabant. Qūque Christi scholam sic pro tempore optimè apostoli constituissent, totum orbem per prouincias inter se partiti sunt. Et Thomas quidem Parthos sortitus est, Matthæus Aethiopiam, Bartholomæus citeriorem Indiam, Andreas Scythiam, Ioannes post mortem uirginis Mariæ Asiam: Petro autem Pontus, Galatia, Bithynia, Cappadocia & Italia obtigit. De quibus omnibus singulatim mox dicemus. Et hoc Christianæ scholæ seu religionis initium fuit.

Episcopus primus Missæ primæ celebratio.

Diacones primi septem.

Stephanus protomartyr natione Hierosolymitanus, è septem diaconibus primus, hoc anno ob sanctitatem & morum disciplinam primū diaconus ab apostolis electus, signa & prodigia multa, ut Lucas scribit, in Iudæorum populo ad corroboratione fidei Christianæ facere cœpit, contra quem nonnulli Iudæorum insurrexere, sed nequaquam sapientiæ & spiritui eius disputando quiuerunt resistere, eò quòd intuētes uultum eius, uideretur uultus angeli stantis inter illos, quorum errores quum confutasset, indignati Iudæi ipsum extra ciuitatem eiicientes, lapidibus peremerūt. Dúmque lapidaretur genua posuit, & suspiciens in cœlum uidit illud apertum, & uidens Iesum, pro lapidantibus obnixè orauit, ne suam mortē illis statueret in suppliciū. Qua oratione completa mox obdormiuit in pace, & protomartyr Christi habitus est, quia hoc eodē anno, quo & Christus Dominus noster, & ipse passus est. Eius autem uenerabile corpus, quum usque ad Martiani principis tempora occultatum fuisset, diuina reuelatione à beato Luciano præsbytero repertum fuit, & digniori loco conditum. Eius uero festiuitas post domini sui natiuitatem immediatè celebratur.

Diacones primi septem.

Philippus autem secundus diaconus, & ipse spiritu sancto illustratus, Cæsaream ueniēs, ibidem multis signis atque uirtutibus inclytus fuit, ubi quū multos baptizasset, etiam Simonē magū Samaritanum simulātem baptizauit. Hunc nàque uirum optimū atque sanctissimum fuisse constat, nihilque prætermisisse quod ad augēdam Christi ecclesiam pertineret. Tres quippe filias habuit prophetiæ spiritu plenas. Obiit deniq; in Cæsarea Neronis tempore, & ab omnibus ut sanctus habitus est, cuius diei festū. 8. idus Iunii celebratur, in eius quoque sepulchro tres eius filiæ tumulatæ sunt.

Procorus. 3. diaconorum, & ipse per hoc tempus apud Antiochiam dei ecclesiam nuper ab apostolis excitatam, fide & industria, quoad fieri potuit, auxit atque sustentauit, ubi cum martyrio coronatus esset, eius festum. 4. idus Aprilis celebrari cœptū fuit.

Nicanor quoque quartus diaconus, quū Hierosolymis gratia fidei & uirtute usque ad tempora Vespasiani admirandus fuisset, ibidem regnante Vespasiano, martyrium pro domino suscepit, eius autem festiuitas. 4. idus Ianua. celebratur.

Tymon. 5. diaconus post apostolos primum apud Beroā doctor resedit, deinde Domi-

ni

ni uerbum disseminans, Corinthũ peruenit, ubi à Iudæis & Græcis, ut primo flammis iniectus, sed nihil læsus demum cruci affixus, martyrii coronam.13.calen. Maii accepit, quo die eius festum celebratur.

Parmenas sextus diaconus, & ipse à fratribus dei gratia Philippos missus, ibi iniũctum prædicationis officium plena fide cõsummauit, ubi & tandem Traiani temporibus martyrii gloriam adeptus est, unde ob id eius festiuitas.10.calen. Februa. celebratur.

Nicolaus uero aduena.7.diaconus in fide non permansit, sed quum haberet uxorem pulchram (ut Euseb.12. Histo. ecclesiasticæ refert) passim exposuit, eò quòd tanquam zelotipus ab apostolis increparetur, qui indignãs in mediũ produxit, & eam uolẽtibus prostituit, qua etiam nõnulli illicitis & promiscuis abusi sunt concubitibus, quod quidẽ probrum Nicolaum non ex uoluptate, sed ad zelotipiæ contemptum fecisse tradunt, ut cũq; constat Nicolaitarum hæresim ab eo principium sumpsisse.

Ioseph ab Arimathia ciuitate cognomento Iustus, qui à Pilato præside corpus Iesu Christi multis precibus obtinuerat, sepulturæque mãdauerat, unus ex.72. discipulis, tempestate hac ab apostolis ad prædicandum Christi euãgelium in Iudæam missus, ibidẽ officio iniuncto strenuè inseruiens, multas pro Christo pertulit persecutiones, in quibus tandẽ uictoriosissimo quieuit fine. Et inter cætera fertur, quòd uenenũ biberit, sed propter fidem nihil ex eo triste pertulit. Quúmque ob eximias eius uirtutes sanctus habitus sit, eius festum.13.calen. Augusti celebratur.

Nicodemus autem Gamalielis nepos, & Pharisæorum religionis princeps, Christique discipulus, qui ut Ioannes.3.cap. habet, ad Christũ nocte uenerat, à quo & instructus fuerat, quòd si saluari uolebat, oportebat eum ex aqua & spiritu sancto renasci, hisdem temporibus apud Hierosolymã maximo in precio ob eius doctrinam habitus est. Cuius opera & exemplo magna Pharisæorum pars postea ad Christi fidem conuersa est, hic quum incomparabilis ingenii uir esset, & Christum Dominum nostrũ è ligno crucis deposuisset, sepulturæque tradidisset, clauos & lanceam & linteamina ac quæque passionis instrumẽta summa cum diligentia sibi tanquam thesaurũ permaximũ reseruauit, quæ omnia quum Christi imaginem ad similitudinẽ in linteamine sepulchri impressam, è ligno effigurasset, in eius medio cum quadam ampulla ipsius Christi sanguine plena, ad futuram rei memoriam, inclusit, præuidénsque futuram Hierosolymorũ euersionem, imaginem ipsam in Galilæam transtulit, quã denique post multos annos quidam Alpinus nomine episcopus uir religiosissimus in naui ad hoc fabrefracta composuit, & mari sine ullo custode cum multis luminaribus credidit, quæ diuino disponẽte cõsilio postmodũ anno salutis nostræ.740. ad Lucensem portum deuenit. Ibidémque ea existente, angelus quendam Lucensem episcopum nomine Ioã. uirum sanctum per quietem admonuit, ut eò cõcitus cum clero & populo properaret, qui ueniens nauim, ut præmonitus fuerat, inuenit, & imaginem uultu terribilem à Nicodemo effiguratam, cum ampulla & luminaribus adhuc accensis, è naui eduxit, qui ampullam sanguine plenam Lucẽsi episcopo relinquẽs, imaginẽ ipsam curru splendidissimo uectam, Lucam cum magna ueneratione & gaudio perduxit, quam in diui Martini templo celebri collocauit, ubi & nunc usque crebris miraculis inuisitur.

Instrumenta passionis Christi reponuntur Vultus sanctus Lucensis

Veronica mulier Hierosolymitana Christi discipula, matrona siquidẽ sanctitate ac pudicitia insignita, his temporibus à Tyberio Cæsare per Volusianum necessarium suum uirum strenuum, è Hierosolyma cum sudario Christi Romam accersita. Detinebatur quippe idem Cæsar magno infirmitatis morbo, qui quum primum mulierem sanctam suscepisset, & Christi imaginem contigisset, ab omni infirmitate curatus est. Ob quod miraculum ipsa Veronica ab ipso Cæsare magno in precio deinceps habita est, ibidem enim usq; ad mortem cum Petro & Paulo apostolis, atque Clemente pontifice, ecclesiam dei cõstituens perseuerauit. Hæc ipsa est quã Dominus à sanguinis fluxu fatigatam, ut sacra Euangelii habet historia, uestimenti eius Fimbriam tangendo, sanauerat: à quo etiam passionis eius tempore eadem imagine uultus sui, in signum amoris donata fuit, ipsa autem imago panniculo sic impressa, Clementi ponti. & successoribus eius ab eadem ex testamento declarata, nunc usq; ibidem in beati Petri templo, à Christi fidelibus maxima cum religione reuisitur,

reuisitur, quam & multi per tempora exquisitis celebrauere laudibus, inter quos illa singularis habetur, quæ incipit. Salue sancta facies nostri redemptoris, in qua inter species diuini splendoris Impressa panniculo niuei candoris, Dataque Veronicæ ob signum amoris &c.

Iacobus apostolus cognomento Iustus domini ex sorore Mariæ matris eius frater, hoc anno post ascensionẽ domini ab apostolis Hierosolymitanæ ecclesiæ primus episcopus ordinatus, sedit annis.30.uir certe etiam ab ipso matris utero sanctus, qui uinum & siceram nunquam bibit, nec carnem manducauit, nec balneo, aut unguẽto usus est, uestimentisque tantummodo lineis & cãdidis induebatur, & solus sancta sanctorum ingrediebatur, & ita assidue pro salute populi flexis genibus orabat, ut eius genua camelorum more occalluerint. Hunc itaque Annanus pontifex Iudæorum, recedẽte Festo ex Iudæa, ipsius prouinciæ gubernatore, comprehẽdit, & Christũ negare facere annixus est, qui quũ id facere recusaret, eum lapidibus obrui præcepit. Dum autẽ per præceps de tẽpli pinna deiiceretur, confestim in terrã collisus, pro ut potuit, manus ad cœlum tetẽdit, & pro persecutoribus orauit, quo adhuc spirante, fullonis fuste in capite percussus, expirauit. Iose. autem in ultimo Antiquitatum lib. dicit, hunc tantæ fuisse sanctitatis, quod propter eius necẽ, omnibus creditum fuit, Hierosolymam fuisse euersam. Huic autem post resurrectionem Dominus ipse aparuit, eique panẽ benedicens ac frangens, dixit. Mi frater comede panem tuũ, quia à mortuis filius hominis resurrexit. Hic, ut Gratianus in canone de conse. di. 1. refert, missam, Pater noster tantummodo dicendo, apud Hierosolymam primus consecrauit, licet sint qui Petro apostolo hoc primum ascribere uelint, & hunc Iacobum mysteria auxisse. Nuda enim primo erant hæc omnia, & simpliciter tractabantur. Sixtus primus pontifex deinde in celebratione ipse hæc auxit, atque mandauit, ut sanctus sanctus sanctus Dominus deus sabaoth caneretur. Postea Basilius doctor hoc mysterium auxit, & alii plurimi summi põtifices auxere. Nam Cœlestinus primus missæ introitum dedit. Gregorius magnus kyrieeleyson. Gloria uero in excelsis deo Thelephorus pontifex, licet alii id Sirico ascribãt. Collationes uero & gradualia atq; præfationes Galasius primus ordinauit. Epistolam & Euangelium diuus Hierony. Alleluia autem ab Hierosolymitana ecclesia sumptum fuisse tradunt. Symbolum quoque in Niceno concilio statutum fuit. Commemorationem mortuorum Pelagius ex Gallis accepit. Agnus dei Sergius dici mandauit. Osculum pacis dari Innocentius instituit. Aspersionem aquæ in principio missæ Alexãder ordinauit. Et thus Leo tertius. De quibus locis suis dicemus.

Iosephus de isto Iacobo plura dicit

Põtifices qui missam ordinarũt hic annumerãtur

Viri disciplinis excellentes.

Xenarchus philosophus Peripateticus, uir memorabilis, quem Strabo admodum iuuenis audierat, huius Tyberii temporibus apud Seleuciam Ciliciæ urbem diem obiit, hũc uero non diu domi mansisse dicunt, sed aut Alexãdriæ aut Athenis Romæq; docendi causa electus, usque ad senectutem magno in honore semper habitus fuit. Atqui postea dehinc Augusti Cæsaris amicitia usus est, sed paulo ante hæc tempora antequam mortem obiret uisum amisit.

Diodorus orator Asianus Strabonis amicus, tempestate hac claruit, hic est Sardis oriundus, historias & poëmata multa conscripsit, quæ etiam antiquis non cederent poëmatibus.

Cassius Seuerus orator peregregius, qui post quàm in exilium pulsus fuerat, Quinti. illud prouer. luserat, hisdẽ temporibus secundum Euseb. 25. exilii sui anno in summa inopia moritur, adeò ut uix panno eius uerenda contegerentur.

Vocienus Montanus, Narbonensis orator per hoc tempus in insulis Balearibus, quæ sunt in Hispanico mari, ibidem à Tyberio Cæsare relegatus, moritur, uir sane in omni doctrina sciẽtissimus, qui & multa scripto mandauit. In his autẽ Balearibus insulis primum fundarum usus (ut Virgilius ait) inuentus fuit.

Fundæ primus usus

Philo Iudæus natione Alexandrinus, uir quidẽ disertissimus, per hæc tempora in precio multo fuit, & multa eleganter, grauiterque cõscripsit, qui sua doctrina, eloquentiàq; Appionis grammatici temeritatem contra Iudæos ab Alexandrinis missam compescuit.

Quam

Quã ob rẽ multi eloquẽtiã eius admirantes dixerunt, aut Philo Platonẽ sequitur, aut Plato Philonẽ. Hic Romam denique ueniẽs, cum Petro apostolo cõuersationem habere cœpit, à quo de fide optime edoctus, multa de laudibus Christianæ religionis postea scripsit, quæ (ut diuus testatur Hieronymus) inter ecclesiasticos computãtur codices, & quàm maximè in quinque Moysi libros præclaros edidit Commentarios.

Burgondiorum regni principium.

Burgondiones populi his temporibus in Celtica Gallia initium sumpsisse, Vincentius 5234 35
Gallicus historiographus scribit: hos autẽ populos primo è Scythicis locis prodiisse constat, è Scantania, scilicet oceani Septentrionalis insula, quæ ex aduerso Daciæ inter Germaniam, Gothiámque posita est. Hi primo his temporibus supra Rhenum fluuium cõsedere, sed Valentiani principis postea temporibus ad Rhodanũ fluuium usque descendentes, ibidémque castra ponentes, locum Burgos appellarunt. Et exinde incolæ omnes appellati sunt Burgondiones. Cúmque duobus annis eo in loco sic in tẽtoriis consedissent, nihil præsumentes, tandem à Romanis & Gallis iubentur, locum cum uxoribus & liberis inhabitare. Nacti itáque domicilium secus Rhodanum, eum locum postea semper tenuere, sibíque ex ducibus reges cõstituere. Et primo quidem Gondiochum quendã Arrianum de genere Athanarici regis Gothorum, regem sibi constituũt, quem post multos annos Attilla Hunnorum rex in insigni illa pugna, quam in Aluernia contra Gothos, Francósque habuit, fudit atque fugauit, comprehensum denique interfecit, militabat tũc Gondiochus rex Francorum stipẽdiis Romanorũ cõtra Hunnos Romanis infestissimos. Gondiocho autem mortuo, quatuor post se reliquit filios, uidelicet Gandebandum, Godisellum, Chilpericum, & Godenatum. Horum Gandebandus natu maior Godisellum & Chilpericũ cum duobus eorum filiis trucidauit, capta deinde Chilperi uxore, in aquis demersit. Eius quoque filias Sedelindã & Crochildẽ exilio dãnauit, quarum antiquior mutatis uestibus se deo dicauit, Crochildis uero natu minor ad Clodoneum Francorum regem cõfugit, quam & sibi idem rex matrimonio copulauit. Ac sic Gãdebandus totũ sibi regnum paternum uendicauit, quo mortuo, Sigismundus eius filius regnum obtinuit, & filiam suam Childerico Clodonei Francorum regis filio, qui Burgondiones propter Crochildem pulsam, tributarios fecerat, uxorẽ dedit. Ipséque Theodorici Italiæ suæ Rauennatis regis filiam uxorem duxit, ex qua unum tantum suscepit filium, quem à superaducta nouerca necari iussit. Mortuo uero Clodoneo prædicto Frãcorum rege, eius filii Clodoneus, Childericus & Lotharius à Crochilde matre stimulati, aduersus Sigismundum, & eius patruum Gondemarum bellum mouerunt, Clodoneus autem aduersus Sigismũdum, impetu facto, ipsum cum uxore ac filiis captos interfecit, & Gõdemarus superatus terga uertit, sed paulòpost uiribus resumptis, aliquãtisper regnauit, sed mox iterum à nepotibus superatus atque fugatus, Burgondionum prouincia in Francorum cessit ditionẽ. Hos autem reges cõstat per multa secula regnasse in Celtica Gallia, ubi fuerant hæ ciuitates, Sẽnonis metropolis, Lugdunum, & Vienna. Hi populi aliquando Hedui, quíque Burgõdiones, & interdum Sequani sunt appellati: hodie regia dignitate omissa, ducatus titulũ tantummodo retinẽt, quorum dux cæteris principibus Christianis atque ducibus præcellit. Burgondionum autem ducatum, aliàs comitatũ Rhodanus fluuius à Gallia Romanorum prouincia diuidebat, qui Heluetiis, Heduisq; ac Lingonibus finitimus erat, Rhenũ deinde flumen pro fine habet, unde & inter Rhodanum & Rhenum flumi. Burgondionum ducatus quinque dierum itineris expediti habere dicitur, in cuius medio Bisontia ciuitas maxima esse dicitur.

Burgõdiones unde nomen accepere

Gõdiochꝰ primꝰ rex Gãdebanus secũdꝰ rex Sigismũdus tertius rex

Burgõdia in Frãcos cedit

Agrippina Marci Agrippæ ex Iulia Octauiani filia genita, Caiíque Calligulæ impera- 5236 37
toris mater, quæ inter mulieres claras cõputatur, hoc anno à Tyberio Cæsare socero suo multis iniuriis & obiurgationibus uexata, mortẽ sibiipsi à cibo abstinẽdo impetrauit. Hæc adhuc admodum adolescentula Germanico suæ ætatis insigni iuueni, & Tyberii Cæsaris Augusti filio adoptiuo nupta fuit, satis ob hoc fulgida, sed fulgidiórque si insolentissimi principis soceri sui obstinato proposito, recudisset perfidiam. Ipsa quippe ex eodem uiro suo tres quum fuisset enixa mares, ex quibus unus Caius Calligula fuit, & totidem filiæ,

ex quibus Agrippina Neronis mater una extitit, cum opere Tyberii patris ueneno sublatum uirum suũ ægrè ferret, & fœmineo plãctu necẽ uiri sui defleret, in Tyberii soceri sui odium incidit, adeò ut ab eodem obiurgationibus plurimis infestaretur. Sed egregia mulier indignum existimãs quod in se à Cæsare agebatur, morte fastidia stomachosi principis effugere disposuit, quæ quũ aliter satis commode non daretur, famẽ generoso animo accersire statuit, confestim ac quocũque cibo abstinere cœpit. Quod quum relatũ esset Tyberio, ne sibi auferretur in eam sæuiendi materia, eousq; deductus est, ut cibũ gutturi eiusdem uiolẽter impingi faceret, ut hoc modo perire uolẽti, non permitteret: at Agrippina quanto magis iniuriis exercebatur, tanto acrioris efficiebatur propositi, & sic à cibis omnino se abstinens, moriendo insolẽtiam scelesti principis superauit, qua quidem morte & si plurimum gloriæ sibi apud suos conquesierit Agrippina, Tyberio tamẽ longe amplius reliquit ignominiæ.

5237 38 Aius cognomẽto Calligula Drusi Augusti Cæsaris priuigni filius, & prædicti Tyberii nepos, quartus Romanorũ imperator anno primo quartæ & ducentesimæ olympiadis, imperiũ occupans, imperauit annis. 3. mẽsibus. 10. ac diebus. 8. Hic ideo Calligula cognominatus fuit, quòd eius inuentũ extitit deferendi caligas margaritis insignitas, uir certè omniũ scelestissimus, gula un & probris omnibus inquinatus, qui referentibus Orosio & Eutropio, Tyberii dedecora de hoc purgauit. Duabus enim sororibus suis stuprum intulit, & quum ex una earum filiam suscе nomen pisset, etiam cum ipsa rem habere uoluit, atque tandem easdem sorores sic stupratas exilio accepit dãnauit. Memnii insuper reguli sui uxorem ducens, ipsum impulit, ut deinceps uxoris pa trem se fore & diceret ac scriberet. Maximæ item crudelitatis fuit, adeò ut sæpius exclamasse dicatur. Vtinam Romanus populus unam haberet ceruicem, quia omnes uno ictu & fatui interficerem, & propterea omnes & plurimos nobiles interfici iussit. Nil domi uel foris tatẽ strenue gessit, sed auaritia sua omnes expoliauit. Semetipsum nãque, ut refert Euseb. in deos retulit, & Petronio Syriæ præfecto mandauit, ut Hierosolymis suam statuã sub nomine Iouis maximi poneret. Idque in omnibus Iudææ synagogis (ut Iose. scribit) fieri præcepit. Et quũ nullius ingenũ minimáque doctrinæ esset, omnibus inuidebat, & propterea paululum abfuit, quin Virgilii, Liuiique scripta & imagines ex omnibus bibliotheсis amoueri fecerit & abradi. Agrippam nãque Herodis filium à Tyberio in carcerẽ coniectum statim liberauit, & Iudææ regem fecit, quòd patruũ accusauerit, & propter ipsum Herodem tetrarchãm perpetuo exilio Lugdunum relegauit. Multas tamen urbes hincinde ex suo nomine ædificauit, & præsertim apud Thraciam Calipolim urbem insignẽ, & eirca Rhegium & Syriam propter aduentum nauium frumenta deferentium, horrea mul ta decenter struxit, quibus ita gestis, postremo ob insolentias à suis necatus est. Ferũt ingentem arcam uariorum uenenorum Claudio principe apud eum fuisse inuẽtam, quæ ab ipso Claudio principe in mari demersa, infecto mari, maxima multitudo piscium interempta est. Iose. tamen de eo dicit quòd fuerit rhetor optimus, Græca pariter & Latina lingua ad dicendũ paratissimus, ac ad intelligenda aliena opera promptissimus, ita ut maiori oratione dictis contradiceret alienis, & acerrimo ingenio meditationis labore suum magis opus excellere dictionis fortitudine comprobaret, hũc itáque Tyberius magna studebat necessitate erudiri, sed stolidus uir bona congregata ex eruditionis opere seruare noluit, sed potestate abusus, insidias passus peruenit ad mortem.

Calligula. Vide scelera ho minis

Agrippa magnus Aristoboli regis filius, anno primo Caii Cæsaris patri in regnum succedens, teste Iosepho, regnauit Iudæis annis. 7. Hic, ut Iosephus ait, fuit natura bonus, & ad beneficia munifica præparatus, & ciuitatẽ Hierusalẽ propriis sumptibus plurimũ exornauit, ita ut sua claritate muneribúsque gauderet, & fauorabilis suæ uitæ iura adeò disponeret, ut in nullo Herodi dissimilis esset. Ipse enim antequam Herodes rex è uita secederet, apud Romã steterat, ubi propter eius ingenũ claritatem maximã cum Druso Tyberii Cæsaris filio cõquisierat familiaritatem, ac etiam cum Antonia ipsius Drusi cõiuge & Caii matre, propter quod eam ut matrẽ suam uenerabiliter appellabat, & ideo illa Caium filium

filium suum ei tradidit curandum. Qui quum futurum eum aliquando prædixisset imperatorem, apud Tyberium accusatus fuit, qui in uinculis eum per .6. menses coniecit, ubi & maximas calamitates pertulit. Sed eodem Tyberio defuncto, à Caio in imperio successore relaxatus fuit, & Hierosolymorum rex constitutus, atque ita ex magna aduersitate ad magnam diuinitatem cito conscendit. Nam Caius idem Augustus, quum è uinculis eduxisset, confestim eius capiti diadema regium imposuit, & pro catena ferrea, quam gerebat in carcere, auream eiusdem ponderis ei condonauit. Et sic in patriam suam cum regia potestate abire permisit. Herodes autẽ Galilææ tetrarcha eius cognatus, hoc audito, eius potestatem ex inuidia ferre non poterat, & quàm maximè Herodias eius soror non ferebat, quòd eum in maiori dignitate cerneret quàm maritum, & præsertim cum eum intuebatur regalibus insigniis incedentem, qui uxoris precibus fatigatus, cum ipsa tandem Romam uenit, Agrippa autem eorum intentionẽ intelligens, unum ex libertis suis cum maximis muneribus & epistola aduersus Herodẽ Romã præmisit, accusans eum quòd consilium cum Seiano rege & cum Artabano Partho aduersus Tyberiũ primo, & postea aduersus Caium habuisset, probamentũ uero huius rei dicebat, quòd Herodes ipse maximam armorum cõstructionem haberet, quæ quidem .70. pugnatorum milibus suffecisset, interrogato autem Herode, si sic esset, respondit, arma esse. Tunc Cæsar credens omnia uera esse, tetrarchiam Galilææ & omnes opes ab Herode abstulit, & Agrippæ regno adiecit, ipsúmque Herodem perpetuo dãnauit exilio, ut dictum est. Herodiadi autẽ, quia Agrippæ soror erat, quum Cæsar mariti opes restituere mandasset, illa omnino recusauit, malẽs uirum in exilium subsequi, quàm in prima fine ipso iucundari, dicẽs absurdum ualde esse, in aduersis illum derelinqui debere, quem in prosperis sociũ habuerat, & sic ambo Lugduni Galliarũ ciuitate miserabiliter periere, ac sic & pro diui Ioan. baptistæ nece, & pro inuidia, quam in Agrippam habuerãt, tale supplicium pertulerũt. Sed ut ad Agrippã redeam, quum è Roma perrexisset Hierusalem, mox ad gratias exoluendas cum omni celeritate templum uisitauit, & hostias celebrauit, nihilque quod erat legitimum dereliquit, Ibi nãque catenã auream, quam ei Caius dederat, suspendit, ut maximũ ex hoc eius perpetuo indicaret casum. Eóque cultu deo sic exhibito, statim Theophilum quem pontificem à pontificatu submouit, & cuidã Boëtho Simonis filio tradidit, sed anno exacto iterum Boëthum pontificatu priuauit, & Ionam Annæ pontificis filium, tanquã digniorem pontificem constituit, sed eo humilitatis causa renuente, fratri eius Matthiæ cõtulit. Quo postmodum pontificatu spoliato, pro eo Elioneum Boëthi natũ põtificem maximũ creauit. His optime ex sententia gestis, iterum ad exornandã Hierusalem animũ adiecit. Vnde

Theatrũ amphitheatrum balnea portic9 Angel9 domini percussit regẽ

& theatrum Romano opere struxit, uidelicet amplitudine & pulchritudine decoratum, amphitheatrum quoque multa impẽsa construxit, ubi cum spectacula celebraret, musica quæque instrumenta produxit, sed & balnea ac porticus celsis operibus exaltauit, & alia prope infinita in urbe & extrà extruxit monumenta. Demum cum in Cæsaream descendisset, ut in honorem Cæsaris spectacula celebraret, & se ut deum ibidem appellari permisisset, ab angelo confestim percussus est, & tumente iam corpore ad amicos se uertens, ait, En ego ille qui modo dicebar deus, nũc mortis nexibus constringor, quibus dictis, anno ætatis suæ .57. expirauit. Hic Agrippam filium .17. annum habentem reliquit hæredem, ac tres filias, Beronicen, Mariam, & Drusillã. Habuit insuper & fratrem nomine Herodem Calcidis regem, qui eidem propter teneram filii ætatem in regno successit, de quo mox dicemus.

Petronius patricius Roma. hoc anno à Caio Cæsare post Vitellium legatus in Syriam mittitur, uir quidem bonus, iustúsque, ac Iudæis plurimũ fauorabilis. Nam cum Caius didicisset Iudæos sua simulachra in synagogis suis recusasse, grauiter tulit, quòd apud eos solos despectui haberetur, & ideo ipsum Petronium in Syriam legatũ misit, iubens ut cum magno exercitu Iudæam omnem inuaderet, & siquidem spõte in eorum templo eius simulachrum susciperent, bene: sin autem resistere molirentur, pugnãdo idipsum incũctanter efficeret. Atque ita ut Cæsaris mandata perficeret, in Syriã perrexit, quo audito, multi Iudæorum in Ptolemaidem eidem occurrerunt, deprecantes, ne ad transgressionem pa- 5239 40

ternæ legis eos cogeret. Petronius uero, ut erat uir prudentissimus, eorum precibus permotus, & eorũ constantiã considerans. Videbat enim si imperatoriæ iussioni obedire uellet, quod multa eorum milia in mortẽ darentur, Caio iudicauit scribendũ, ut si quo modo eius animũ ab hac re nefaria remoueret: unde & epistolas ad Caium deprecatorias misit, ne scilicet tot Iudæorum milia contẽneret, quæ non possent sine ingenti bello & cæde in transgressionem suæ religionis impelli, memoriam etiam non bonam Romani nominis in posteriora tempora relinqueret, sed Caius (ut erat animo sæuus) suscepta epistola in iram maximam statim concitatus est, & ut Petronius hic cunctis præsentibus & futuris efficeretur exemplum, uidelicet, quod nullus imperatoris mandata paruipendere præsumeret, epistolam mortis sibi rescripsit, sed antequã epistola eidem redderetur, Caius è medio sublatus est, unde & Petronio primum epistola de Caii morte uenit, quàm illa, qua se propria manu occidi iubebatur. Atque ita Petronius per gratiã, quam Iudæis præstiterat, tam Romæ quàm in uno quoque regno, multã sibi gratiã comparauit, eúmque cũcti senatorii ordinis uiri, hæc pro magno fauore prosequebantur. Cõfirmatus deinde à Claudio imperatore, etiam maximum adiutorium cõtra Alexãdrinos & Doritenses Iudæis infestos, præstitit, ac per eum Iudæi multis in locis salutis beneficium acceperunt. Eóque post. 3. annũ amoto, Marsus quidam Romanus eidem in Syriæ magistratu seu prætura successit.

Flaccus Anilius patricius Ro. & ipse eodẽ anno ab eodẽ Caio Cæsare Aegypti præfectus mittitur, qui magistratu inito, & Alexandrino populo cõsentiente, multis calamitatibus Iudæos ibidem degẽtes afflixit: nam ut Caio placeret, eorum synagogas imaginibus, statuis, arísque, ac gentiliũ uictimis polluere nõ cessabat, quãobrem multa ibidẽ inter Iudæos & Paganos orta est seditio, unde & terni ex utraque parte legati ad Caium missi fuere. De quorum numero Philo disertissimus philosophus atque orator pro Iudæis fuit, qui cum suorum causam optimè apud Cæsarem defensaret, è secretario excludi iussus est, qui egrediens monuit Iudæos secum existentes, bono animo esse, quia prope erat, ut deus eius malis operibus repugnaret, ac sic post paululũ Caius à suis obtrũcatur, & cum Claudius in imperio ei successisset, mandauit Syriæ præfecto, ut seditionem amoueret, nec cogerentur Iudæi paternas leges transcendere, ac huiusmodi edictum in Alexandriã misit.

Præfectus hic multis iniuriis Iudæos affligit
Prophetia Philonis

5248 | 43 Laudius Calligulæ prædicti patruus, quintus Romanorum imperator hoc anno, qui fuit. 205. olympias, Romanis imperare cœpit, & imperauit annis. 13. mensi. 8. & diebus. 20. hunc prædictus eius nepos captum in ludibrium reseruauerat, sed ope & industria Agrippæ regis Iudæorum, ut Iosephus refert, patruo interfecto, imperium accipere promeruit, uir quidem admodum pius, sed cibi uiniq; omni tempore intemperatissimus. Hic Britanniam insulam, quam nemo attingere potuit, in deditionem accepit, & alias Orcadas insulas paruas Ro. adiecit imperio, Iudæos insuper tumultuantes Roma depulit, atq; seditiones quasdã in Iudæa à quibusdã pseudoprophetis concitatas cito compressit. Tres enim uxores, ut Iosephus lib. 20. ca. 15. testatur, habuit, ex quarũ prima nomine Vetina Antoniã genuit. Qua defuncta, Messalinam Messalæ oratoris consobrinam duxit, ex qua Britãnicum & Octauiam suscepit. Tertio Agrippinam Germanici filiam habentem iam Neronem filium sibi matrimonio copulauit, pro cuius amore Messalinam uxorem peremerat. Messalina autem mortua, Agrippina sibi metuens ne Britãnicus Messalinæ filius succrescẽs, regnũ à patre aliquando susciperet, Claudium ob filii Neronis amorem ueneno hoc modo peremit. Delectabatur quidem Claudius plurimum boletis, illósque cibos dicebat deorum, eò quòd sponte nascerentur. Quod cum aduertisset Agrippina, studiosè coctos ueneno infecit, eósque ipsa apposuit temulento. Verum cum uomitu & alia solutione uideretur salus mariti secutura, opere Xenophontis medici, illitis ueneno pennis ad uomitum continuandum porrectis, eò itum est, quò cupiebat uxor, quia in cubiculũ reductus, ignaris omnibus præter uxorẽ mortuus est, cuius quidẽ mors nõ ante ab Agrippina palã nũciata est, quàm amicorũ suffragio, omisso Britannico filio Claudii tanquam iuniore, Nero sublimaretur in principem, eóque sublimato,

Claudius
Britãnia insula & Orcades insulæ acquisitæ
Boleti lethi causa fuerũt

mato, statim misit Burum militiæ suæ principem, & cum eo tribunos libertorum præpotētes, ut deducerēt per castra Neronē filiū Agrippinæ, eúmq; more principis adorarēt, & hoc modo Nero promotus, cōdignū postea matri antidotū rependit, ut infrà dicetur.

Messalina imperatrix

Messalina autem imperatrix Claudii prædicti uxor, & Barbati Messalæ consobrini filia, his temporibus ob ingentem pulchritudinem admiranda omnibus fuit, & adhuc adolescentula Claudio iam sene paulopost nupta est. Quam tantæ libidinis in ipso iuuentutis flore fuisse ferūt, ut innumeris se summiserit adulteris, & sæpe mutata ueste lupanaria celebrauerit: quin teste Pli. lib. 10. cum scorto famosissimo ad libidinis actus certauit, seque meretricē superasse inter diem & noctem, quinque & uiginti concubitibus affirmauit. Et interrogata respōdit se potius labore fessam, quàm cōcubitu satiatā. Quod Iuuenalis in Satyra. Credo pudicitiā, tetigit dicens. Lassata uiris nondum satiata recessit. Tādem ita fuit libidinis furore stimulata in quēdam C. Sylium iuuenem perspicacem, quod Iuliam Syllanam nobilem fœminam, eius matrimonio exturbauit, ut uacuo adultero potiretur. Denique cum Claudius imperator sacrificii gratia Hostiam urbem iuisset, cuncta nuptiarum solēnia celebrauit, cúmque Claudius Romam reuersus fuisset, eius exigētibus demeritis, eam confodi fecit, cuius corpus matri cōcessum fuit, ut Iuuenalis in Satyra, quæ incipit. Omnibus in terris, testatus est. Hæc enim ex Claudio Britānicum filium & Octauiā neronis uxorem genuit. De ea etiam Cornelius Tacitus lib. 11. multa scripsit, & Pli. lib. 10. atque Sueto. in Vita Claudii.

Iacobus apostolus Domini

Iacobus maior apostolus Domini Zebedæique ex Maria Salome filius, ac diui Ioā. Euangelistæ frater, quē Dominus unà cum eodem Ioanne fratre uocauerat, dicens. Venite post me, faciam uos fieri piscatores hominum, quique relictis retibus & patre, secuti fuerant eum, hoc anno, postquā prædicando uniuersam peragrasset Hispaniā, in qua nouem tantum conquisierat discipulos, in Iudæam reuersus, ab Herode Agrippa regis fratre, qui in Hierusalem fratris uices gerebat, obtruncatione capitis martyrii palmam adeptus est. Eius autem sacratissima ossa postmodū discipuli ipsius ab Hierusalē ad Hispanias transtulerunt, ubi scilicet prædicationis officium uiuens exercuerat, atque ibidem in urbe Gallatia, quæ est in ultimis finibus Hispaniarum, condidere, quáque celeberrima gentium illius & peregrinarum nationū ueneratione excoluntur, cuius festum. 8. calen. Augu. celebratur. Hic unam tantum è septem Canonicis breuem scripsit epistolam, in qua (ut diuus Hiero. ait) sanctum instruit clerum de cultura cœlestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum, hic etiam matrem suam Salome ob amorem Christi uirū derelinquere docuit, de qua Chryso. sic habet. Hāc quippe non uicit maritalis affectus, quia ille erat temporalis maritus, iste, scilicet Christus æternus sponsus, cognouit enim, ait, quod amplius prodesset marito suo, si propter deum relinqueret uirum, quàm si propter uirū relinqueret deum, cuius religionē & ad Christi reuerentiam diuus Iaco. ualde approbauit, ipsamque hāc in bono proposito confirmauit. Hæc ille.

Petrus papa primus



Petrus papa & apostolorū primus hoc anno qui est secundus imperii Claudii annus, occiso ab Herode prædicto Iacobo apostolo. 15. die mensis Februa. 5243 44
postquam per. 7. annos Asiaticas confirmasset ecclesias, ab Herodis carcere liberatus, Romam uenit, & ibi primā cathedrā tenere cœpit, eò quòd cum ipsa ciuitas totius mūdi caput esset, etiā pōtificali sedi cōuenientem esse cernebat. Sedit autem in ea annis. 25. & mensibus. 7. Fuit hic natione Galilæus ex Betsaida ciuitate, Ioānis filius & Andreæ frater, qui post ascensionem Domini, cum septem annis apud Antiochiam urbem primū sedisset, liberatus, ut præfertur, ab Herodis carcere, statim Romam è Hierosolyma ad expugnandū Simonē Magū, uenit, ibíque prædictis annis usque ad ultimū Neronis annū sacerdotalē tenuit dignitatem, ac denique à Nerone cruci affixus, martyrio coronatus est, sed capite ad terram uerso, & pe

dibus in sublime leuatis,ita enim mandauit,asserens se indignũ, quòd sic cruci affigeretur ut suus Dominus Iesus Christus affixus fuerat. Quo mortuo, sepultus est in Vaticano uia Aurelia in hortis Neronianis. Hic ille est Petrus qui supra mare ad Christum ambulauit, qui in Domini transfiguratione, & puellæ suscitatione à Domino electus testis fuit, qui staterē in ore piscis inuenit,qui tria milia hominum in festo Pentecostes sua prædicatione cõuertit,qui Ananiæ & Saphiræ uxoris mortem prædixit, quique Aeneam paralyticum curauit,& Cornelium baptizauit,atque Thabitā à morte suscitauit.Quiq; umbra sui corporis multos infirmos curauit, hic inquā ille est Petrus, quem his uerbis Christus allocutus est. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis,& tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiā meam,ac tibi dabo claues regni cœlorum,potestatē uidelicet ligãdi & soluẽdi. Et licet simpliciter maiorum & minorum sacerdotũ discretio ab ipso Domino nostro Iesu Christo exordiũ perhibeatur sumptũ,qui duodecim apostolos, tanquam maiores sacerdotes,&.72.discipulos quasi minores sacerdotes instituerit,Petrum tamen hunc quasi in summum delegit pōtificem & sacerdotē,cum ei præ omnibus claues regni cœlorũ tribuerit,& à se petra Petri nomen sibi imposuit,atque pro eiusfide se specialiter rogasse testatus est, & ut ipse cæteros cõfirmaret,sibi iniunxit,dicēs. Ego pro te rogaui Petre,ut nũquam deficiat fides tua, & tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos. Ac sic Petro huic,reliquis apostolis concessus est à deo primatus,& ipsi uoluerũt idipsum, ut reliquis omnibus præesset apostolis, & Cephas,id est,caput & principium teneret apostolatus,qui & eandem formā suis successoribus & reliquis episcopis tenendā tradiderũt, & non solum hoc in nouo testamẽto est cõstitutum,sed etiam in ueteri fuit. Vnde scriptum est. Moyses & Aaron in sacerdotibus,id est,primi inter eos fuere. Hæc tamen apostolica sedes,caput & cardo à Domino,& non ab alio est cõstituta,ut etiam testatur in Canone.22.distin.capi. Sacrosancta. Primus itaque hic Petrus quadragesimale ieiunium instituit, ut patet etiam in Canone.93.di.cap. Si inimicus est iste. Duas autem epistolas,quæ Canonicæ nominantur,scripsit. In quarum prima discipulos Christi inuictos toto orbe terrarum diffusos & peregrinos monstrat, & præteritæ uitæ pœnitere persuadet, ac in nouā uitam proficere tota sollicitudine exhortatur. In secunda uero per fidem huic mundo sapientes mortuos esse declarat,& eiusdem quanta sit pietas magnitudo demõstrat. Hic præterea Linum & Cletum sacerdotes consecrauit,qui(non ualente ipso)Christianis sacerdotale officium exhiberēt,nec multo post Clementem uirum sanctissimum consecrauit episcopum, cui & omnimodam ecclesiam à Christo sibi traditam cõmendauit,His itaque ita ordinatis unà cum Paulo Neronis iussu necatus est.

Prærogatiuas Petri commorat

Ieiunii quadragesima lis institutio

prima

Simon Magus natione Samaritanus uir quidē callidus atque superbus,his temporibus ex Syria Romam uenit,ubi suis præstigiis & incantationibus populum Romanum eò erroris deduxit, ut deus crederetur. Qui(ut dictũ est)dũ in Samaria esset,à Philippo è septē primis diaconibus baptizatus fuit . Quo baptizato unà cum Silena uxore, & erroris socia multas hæreses disseminare cœpit,sed Petro Romam adueniẽte,omnia eius scelera ad nihilum deducta sunt. Nam quum tandē ad cœlum magicis artibus,populo aspectante,uolare tentasset,Petro orante,Simon in terram decidit,& fractis ceruicibus expirauit. Hinc Simoniaci hæretici quidem pessimi originem sumpsere, qui donũ spiritussancti,& emere & uendere cõsueuere. Quique(ut Gratianus in Canone testatur)creaturā non à deo esse affirmant,sed ex superna uirtute prouenire testantur,ut patet.24. Quæstione.3.capitulo. Quidā. Eam ob rem Petrus à Romanis rogatus, Marco eius discipulo cõscribendi Euangelii negocium tradidit.

Simoniæ origo tus

Paulus Iesu Christi dignissimus apostolus, philosophus atque uerbi dux, & electionis uas his temporibus per uniuersam Asiam prædicans, maximo in precio apud omnes nationes fuit. Hic nāq; ex tribu Beniamin fuit ex oppido Iudææ quod Giscalis nominatur, qui quum à Romanis captus à puero fuisset, eum parētibus suis Tharsi Ciliciæ urbē,ubi eius pater ciuitate Romana donatus est,commigrauit. Mos siquidem Romanorum tunc fuit,cum monarchiam totius mundi conquirerent, ut gentes quæ cum pace & coronis

Paulus

Romanis occurrebant, ut priuilegio Romanæ ciuitatis potirentur, eorúmque fratres dicerentur. Contigit autem ut quum Romani Ciliciam cum exercitu petiſſent, Pauli pater cum nobilioribus Tharſenſibus Romanis occurrere, illósque cum pace ſuſcepere. Eamq; ob rem conſularem ueſtem promeruiſſe, & inter ciues Romanos annumeratũ fuiſſe, propter quod & Paulus hic apoſtolus ciuis Romanus habitus eſt. Ex Cilicia igitur hic Paulus adhuc adoleſcẽtulus, ob diuinæ legis ſtudia Hieroſolymam miſſus, Gamalieli uiro doctiſſimo eruditionis cauſa cõmendatus eſt, à quo in omni doctrina non mediocriter eruditus, in uirum eruditiſſimum cito euaſit. Deinde quum iam Chriſti ſchola per uniuerſam excreſcere cœpiſſet Iudæã, adhuc adoleſcentulus à pontificibus templi epiſtolas accipiẽs, eos qui Chriſtum uerum eſſe deum profiterentur, perſequi decreuit: unde quum Stephani protomartyris neci interfuiſſet, & omnium lapidantium ueſtimenta ſeruaret, tanquam manibus omniũ lapidaret, Stephanus inclinatus pro eo orauit, & Paulum è terra erexit. Quia paulò poſt dum Damaſcum pergeret, ut Lucas teſtatur, diuino ſpiritu ſanctus ad fidem Chriſti uenire contigit, atque ita electionis uas uocari promeruit, & id omne euenit anno, quo & Chriſtus paſſus eſt, ſtatimque uocatus, Chriſti Euãgelium eidem reuelatum eſt, quod ipſe conteſtatus eſt, dicens. Non enim accepi Euangelium ab homine, neq; per hominem dici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Poſt autem eius conuerſionem unà cum Barnaba apoſtolo multis urbibus peragratis, Hieroſolymã rediit, & cum Petro & Ioanne ac Iacobo Chriſti Euãgelium cõtulit, quo audito, gentiũ apoſtolus ab eiſdem declaratus eſt. Ibidem quoque multis electis diſcipulis, non multo poſt in Hiſpaniam prædicãdi gratia nauigauit, ueniénſque Narbonæ ciuitati multos cõuertit, & ibidẽ Paulum diſcipulum ordine antiſtitem dereliquit, quod & aliis plurimis Galliarũ urbibus effecit, poſtea iterum Hieroſolymam reuerſus, ſecũdo imperii Neronis anno à Feſto Iudææ procuratore uinctus Romam, ut ciuis Romanus, mittitur, ubi & biennio in ſatis libera cuſtodia manens, cum Iudæis quotidie diſputabat, tandem à Nerone dimiſſus, multa prædicauit & ſcripſit, ac deniq; poſt innumeras perſecutiones, unà cum Petro apoſtolo eodẽ die Neronis iuſſu capite truncato, martyrium obtinuit, cuius corpus uia Hoſtienſi poſtea funeratũ fuit. Hic itáque uir ſanctiſſimus & apoſtolorum præcipuus, poſt eius cõuerſionem has ſubſcriptas pertulit perſecutiones. Et primo quidem in Philippis uirgis duriſſimè cæſus, & in carcere recluſus, atq; in ligno pedibus aſtrictus fuit. Inde in Iconio lapidatus, in Lyſtris & Theſſalonico ab iniquis perſecutus, in Epheſo feris datus, in Damaſco per ſportã è muro cum magna trepidatione depoſitus, inſuper in Hieruſalẽ captus, cæſus fuit, ligatúſq; atq; perſecutus, in Cæſaria quoq; clauſus & infamatus. In Italiam poſtremo nauigans, multa pericula & dimerſiones ſuſtinuit, Romámq; ueniẽs à Nerone iudicatus uitã finiuit. Scripſit autẽ hic. 14. extãtes epiſtolas, quæ omnes uno ſub uolumine cõueniunt, quæ plenam noui & ueteris teſtamenti cõtinent inſtructionem. Quarũ una eſt ad Romanos Latinè ſcripta, ad Corin. duæ, ad Galatas una, ad Epheſios una, ad Philippenſes una, ad Coloſſenſes una, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, una ad Titum, ad Philemonem una, quæ uero ad Hebræos ſcribitur incertum eſt cuius fuerit.

Perſecutiones Pauli omnes cõmemorat

Epiſtolæ. 14.

Marcus Euangeliſta cuius propriũ nomen Ioannes fuit, genere quidem Leuiticus, ſacerdóſque tempeſtate hac, cum Petro magiſtro ſuo, cui ex baptiſmo filius & diſcipulus atque interpres fuit, ad propagãdum uerbum dei Romam ex Antiochia uenit, ibiq; cum diuus Petrus apoſtolus Euangeliũ Chriſti prædicaret, ipſe Marcus rogatus à fratribus Latinè id Euangelium ſcripſit, initians à Prophetali ſpiritu, dicens. Vox clamantis in deſerto, parate uiam domini. Quod quidẽ Euangelium approbatum & à beato Petro examinatũ, eccleſiæ legendum conceſſum eſt, ſunt tamen qui dicant id Aquileiæ eum ſcripſiſſe; nam diuus Petrus uidens conſtantiam Marci, ipſum Alexandriam deſtinauit, ibidémque ex more nauigaturus eum expectaret, Aquileienſes ſua prædicatione ad Chriſti fidem conuertit, & ſanctum Euangelium iterato conſcripſit. Cuius quidem Euangelii liber manu ſua ſic exaratus diu ibidem ſtetit, poſtea Venetias delatus, illic nunc unà cum corpore ſumma cum ueneratione ſeruatur. Tandémq; cum beatus Marcus Ermagorã ciuem Aquileienſem uirum doctiſſimũ conuertiſſet, cum eodem ad Petrum regreſſus, illũ Aquileienſem

Euangelium Marci

Marcus Alexãdriam uadit

leiensem episcopũ creare fecit. Quo episcopo creato, cum ipso iterum Aquileiam rediit. Marcus uero (ibidem Ermagora episcopo relicto) Alexandriã perrexit, ubi Christi Euangelium prædicans, tantam ei deus gratiã apud Alexandrinos concessit, ut omnes, qui tũc ad fidei rudimenta confluxerant, mox per continentiã ac totius sacræ conuersationis instantiam, tanquã ad monasticæ perfectionis fastigiũ peruolarent. Ad quod nõ modo miraculorum prodigiis, non modo prædicationũ eloquiis, sed etiã eximiis prouocabat exemplis. Tãtæ nãque fuit humilitatis, ut pollicẽ sibi amputauerit, ut sacerdotio reprobus haberetur. Postquam autem diu Alexandriæ Christum prædicasset, & ecclesiam docendo, scribendóque constituisset. 8. Neronis anno à pontificibus templorũ captus, fune in collo eius misso, tãdiu huc atque illuc trahunt, donec emisit spiritũ, cuius corpus cum Christiani in ecclesia sepelissent, ibidem usque ad annum domini. 829. mansit. Quo quidem anno quidam mercatores Veneti inde auferentes, Venetias cum ingenti gloria detulerunt, præsidente tunc ibidem Iustiniano duce. Ioãnes uero prædicti Iustiniani frater & ducatus successor, postea egregium templum in celebriore urbis loco eidem construxit, ubi illud sanctũ & uenerabile corpus collocauit. Atque idem dux primum hunc sanctũ Euangelistam ex senatusconsulto urbis patronum constituens, eius imaginẽ in uexillis suis retulit. Quibus gestis confestim ipsius Euangelii codicem nuper ex Aquileia delatum cum aliis infinitis propemodum denariis in eodem templo recondidit. Sancti Marci corpus Venetias perducitur

Barnabas apostolus qui & Ioseph Iustus appellatur, unus è. 72. Christi discipulis, natione Cyprius, temporibus istis (ut sacra Actuum apostolorũ habet historia) ob maximam eius sanctitatem cum Paulo gentiũ apostolus ab apostolis ordinatur, uir siquidem bonus atque spiritus sancti gratia repletus. Qui quum agrum unum tãtummodo haberet, illum cõfestim uendidit, & eius precium ante pedes apostolorũ protulit. A quibus benedictione accepta, cum Paulo apostolo ad prædicandum discessit. Veniénsque Antiochiã ibidem & sanctitate, & doctrina, atque exquisitis miraculis maximo in precio fuit, propter quod & turbæ, quæ erant in Lystris uocauerunt eum Iouem à iuuando, quia eorũ infirmos plurimum iuuit, Paulum uero propter eius dicendi copiam Mercurium: sacerdotes autem Iouis qui erant ante ciuitatem, afferẽtes tauros & coronas ante ianuas cum populis eius sacrificare uoluerũt. Quod ubi Barnabas & Paulus audirẽt, scissis tunicis exilierunt clamantes & dicentes. Viri quid hoc facitis? & nos quidem mortales sumus similes uobis homines, annunciãtes uobis ab his uanis idolis cõuerti ad Dominũ deum uiuum, qui fecit cœlum & terram, indéque digressi uenerunt Hierosolymam, ubi Barnabas propter Marcum discipulum à Paulo discedens, Cyprum cum eodem discipulo uenit, ubi nihilominus Euangelicæ prædicationis officium per aliquod tempus exercuit, postea uero in Italiam ueniẽs ex præcepto beati Petri omnem Lombardiam prædicando & docendo circuiuit, & per se, suósque discipulos Cisalpinam Galliam ad Christi fidem cõuertit, & ipse apud Mediolanum primus cathedralem sedem posuit ac tenuit, suffectóque postmodum alio ibidem episcopo, rursus ipse Cyprũ regressus est, ubi uir sanctissimus nihil prætermittẽs, quod ad augendam Christi ecclesiam pertinere dignosceret, multos etiã infirmos ex contactu Euangelii sancti Matthæi, quod semper secũ habebat, sanans. Denique apud Salaminã paulo ante Petri apostoli martyriũ, & ipse martyrio ibidem coronatus est. Cuius corpus cum Christiani in quadã cripta occulte sepelissent, usq; ad Zenonis imperatoris tempora ibidem permansit, sed eodem tempore ipso reuelante compertum fuit, & decẽtiori loco sepultum est. Eius uero festiuitas. 3. Idus Iunii celebratur. Barnabas Cisalpina Gallia à sancto Barnaba cõuertitur

Lucas Euãgelista Christique discipulus, natione Syrus, ex Antiochia ciuitate, arte medicus & Græci Latinique sermonis apprime eruditissimus, hisdẽ tẽporibus Paulũ apostolum secutus, usq; ad cõsummationẽ omnis eius peregrinationis comes indiuiduus sine ullo crimine fuit, quod quidẽ apostolus Paulus in. 2. ad Corin. epistola. c. 8. cõtestatus est, dicẽs: Ordinatus est Lucas ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ in hãc gratiã, quæ ministratur nobis ad Domini gloriã & destinatã uolũtatẽ nostrã cũ quo certe multas persecutiões, multáq; acerrima pertulit tormẽta. Hic itáq; cũ iã duo intellexisset esse Euãg. per Matthæũ quidẽ in Iudæa, & Marcũ in Italia, & ipse instigãte spũ sctõ in Achaiæ partibus, Lucas Euãgelista

prout à Paulo didicerat, suum cōscripsit Euangelium, contestans & alia ante suum fuisse conscripta, cuius quidem Euangelii uerba præ cæteris animæ languenti (ut diuus scribit Hiero.) sunt medicamenta, quia uelut insignis lucifer ab orietalibus nobis lumen fidei & cœlestis itineris patenter callē scandere demonstrat, quoniā, ut ait Ambrosius, eius Euangelii historia omnes spinæ uirtutes complectitur. Suum igitur Euangelium non modo ab apostolo Paulo didicerat, sed etiam à cæteris apostolis sicut ipse in principio sui uoluminis narrat, dicens. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt, & ministri fuerunt sermonis. Ferunt etiā cum beata dei genitrice Maria (cuius familiaritate usus fuerat) edoctum fuisse, de his præsertim quæ soli cōstabant uirgini, uidelicet de angelica annūciatione, Christique natiuitate, & huiusmodi, de quibus ipse solus inter Euāgelistas agit, ostendens Christum ex stirpe Dauid descendisse, incipit enim eius Euangelium. Fuit in diebus Herodis regis sacerdos nomine Ioachim. Hic etiam cum picturæ artis edoctus esset, propter familiaritatem, quam iugiter cum beata uirgine habuerat, is, ut scribit Damascenus, eius imaginem pluries sibi depinxit, è quibus nunc Romæ duæ perhibentur, quarum una apud sanctam Mariam de populo ordinis nostri maxima ueneratione, & populi frequentia innisitur & custoditur, conscripsit insuper Lucas Euangelista hic apostolorum Acta prout ipse uiderat. Quum quatuor &.70. annis in uirginitate permansisset, plenus spiritu sancto in Gythania tandem die.18. Octobris diem obiit, cuius quidē ossa.20. Constantini Magni anno postea Constantinopolim translata fuerunt. Eius autem diei festiuitas.15. calen. Nouembris celebratur.

Marsus quidam Romanus ciuis, secundo imperii Claudii anno, Petronio præside primo abrogato, in Syriam preses à Claudio mittitur, uir siquidē domi nobilis, & à Romanis ciuibus ualde honoratus, propter quod & ab Agrippa rege summo in honore exceptus est, nam quū appropinquaret ciuitati, confestim à Tyberiade urbe quasi stadiis septem ei obuiam processit, ipse autem Agrippa rex apud Hierusalē spectaculis celebratis in Tyberiadem Galilææ urbem migrauit, ad quē etiam uisitationis gratia quatuor reges conuenerant: inter quos etiā Herodes eius germanus fuerat, qui Calcidis urbis tenebat imperiū. Ad hos autem Agrippa rex colloquium ualde dignissimum habuit, quorum concordiam Marsus, ut uidit, ualde suspectā habuit, existimās eam non expedire Romanis, unde & ciuibus eorum mandauit, ut sine mora ad propria remearent, quæ res maximum Agrippæ inflixit dolorem & indignationem, & propterea quoad uixit Marso inimicissimus extitit, uerum cum eodem anno Agrippa in Cæsarea defecisset, Cæsar qui eorum inimicitias intellexerat, ne Marsus eius regnum inuaderet, eum amouit, & Cuspium Fadū pro eo præfectum in Iudæam misit. Rogauerat enim Agrippa Claudium, quum lecto decumberet, ne Marsum ulterius Syriæ præsidem permitteret, quod & factum est. 5244 45

Herodes eius nominis tertius Agrippæ magni frater, & Calcidis urbis rex .5. imperii Claudii anno fratre Agrippa defuncto, eius loco à Claudio suffectus, regnauit annis.3. Nam cum regnum eius Agrippæ filio deberetur, qui Romæ à Cæsare alebatur, quia nondum infantiles excesserat annos, Herodi huic patruo cōcessum est, quoad usque adoleuisset, eò quia antea eiusdem regni, fratre adhuc uiuente, cōsuetudines optimè nouerat, & in quo regis uices sæpe gesserat, frater enim ipsius cū Caio & Claudio imperatoribus persæpe honoris gratia commorabatur, quo quidem in tempore (ut placeret Iudæis) sicut Lucas scribit, Iacobum apostolum interfecit, & Petrū carceri mancipauit. Hic igitur regno suscepto, à Claudio Cæsare cōfestim petiit omnimodam templi potestatem & pōtificum ordinationem, qua impetrata, & apud eum cuiusque liberos & nepotes usque in finē belli Iudaici. Et propterea Cartharum pōrificem à pōtificatu remouens, Iosephū Cami filium eidem successorem dedit, qui & duobus annis sedit. Cūmq; hic Herodes tribus annis regnasset.8. imperii Claudii anno defunctus est, cuius & regnum cōfestim Agrippæ iuniori à Claudio traditum est. Tres enim filios superstites dereliquit. Ex prima enim uxore Aristobolum progenuit, & ex Beronice fratris filia Beronicianum & Hyrcanum. Beronices autem post huius Herodis mortē, qui eius maritus & frater fuerat, cum multa in uiduitate fecisset, etiam cum fratre incestum cōmisit, sed ad euitādas oblocutiones, Polemoni Lyciæ 5247 48

Herodes.3. Iacobū apostolum interficit, & Petrū incarcerat.

ciæ regi nupsit. Polæmon autem propter ingentes eius diuitias libenter id fecit, & ut perficere id posset, circũcidi se fecit. Sed eorũ nuptiæ non diu permãsere, quia Beronices (ut Iosephus scribit) propter nimietatẽ mariti coitus eum dimisit, & ille solutis nuptiis etiam Iudæorum solennitates pariter dereliquit.

5249 50 Agrippa igitur iunior magni Agrippæ filius & prædicti Herodis nepos, ultimus Iudæorum rex, hoc anno qui est nonus Claudii imperatoris annus, rex ab eodẽ designatus, regnauit annis.21. Vir certe prudentissimus atque Hebræa Latináq; lingua eruditissimus. Romanorum quoque amãtissimus, qui regno suscepto, mox omnes Iudæorum seditiones atque tumultus pro posse comprimere studuit. Hic itaque, ut Iose. ait, cum templi cura à Claudio Cæsare fuisset cõmissa, multos successiuẽ remouit, & instituit summos põtifices. Nam cum Felix Iudææ præfectus Ionathã pontificem maximum in templo seditiosẽ interficere fecisset, Ismaëlem Siab filium substituit, propter quod maxima inter põtifices & sacerdotes orta fuit cõtẽtio, quia quilibet eorũ uiros procaces & seditiosos colligens pro uiribus nitebatur fieri princeps. Quibus indignatus rex Agrippa, amotis omnibus, Iosepho Simonis quõdam pontificis filio pontificatum contulit. Quo rursus amoto, Ananum Anani pontificis filium surrogauit. Verum hic ex Sadducæorũ secta existẽs, cum nimium asper & audax esset, & præter regis Romanorúmque uoluntatem concilium congregare tentasset, pontificatum, quem tribus mensibus tenuerat, ei sustulit, & Iesu Danai filio concessit. Eo quoque pontificatu priuato, Iesus alter Gamalielis filius suffectus est, propter quod ita magna inter utrosque orta seditio est, ut sæpe collectis prauis hominibus, ad conflictum lapidum inciderent. Denique cum & Iesus prædictus abrogatus fuisset, Matthiæ Theophili filio pontificatum cõcessit, & hic ultimus Iudæorum pontificum fuit, sub quo Romanorum bellum contra Iudæos initium sumpsit. Huic autẽ regi Agrippæ Felix Iudææ procurator ex mandato Claudii multa præter regni cõsuetudines adiecit, uidelicet, Philippi tetrarchiam & Traconitidem cum Abela, quæ fuerat de tetrarchia Lysaniæ. Sed & Nero imperator postea partem quandam Galilææ tetrarchiæ Tyberiadis, & nonnulla transflumen Iordanis constituta superaddidit, propter quod & ipse Cæsaream Philippi ciuitatem auctam in honorem Neronis, Nerodiam appellauit, atque ibidem theatrum multa impensa construens, perpetuo annalibus spectaculis condonauit, ibi etiam in honorem Cæsaris multum frumenti & olei populo cõdonauit, dapẽsque cuilibet aduentãti opulenter exhibuit. Et ciuitate omni statuarum pulchritudine exornata, pene omne regium decus eò transtulisse uisus est. Quãobrem Iudæorum odiũ contra se mirum in modum concitauit. Deinde ad indignationis cumulum, aliud ædificium magnitudine præcipuum, in Hierosolymorum palatio extruxit, in quo rege existente, uidere poterat quicquid agebatur in templo. Neque enim consonum uidebatur, ut quis cum sacra in templo celebrantur, nisi esset sacerdos, aspiceret. Quapropter Iudæi, & maxime sacerdotes excelsum extruxere parietem ex opposito ædis, qui paries nõ solũ ædificii prædicti aspectum abstulit, sed etiam aliarum domorum, quæ erant in exteriori templo. Pro quibus indignatus Agrippa unà cum Festo præfecto eis præcepit, ut statim ædificatũ opus destruerent: quæ res multorum malorum seminariũ fuit, de quibus infrà dicetur. Isto nãque regnãte quinque Romani præsides successiuẽ Hierosolymæ fuere, uidelicet Cumanus, Felix, Festus, Albinus, & Florus, cum quibus etiam maximam pacem & concordiam habuit. Sed cum Florus ultimus multis malis Iudæos attriuisset, præ magnitudine malorũ compulsi fuerunt à Romanorum fide recedere, & aduersus eos pugnare, quos Agrippa & oratione & obseruatione atque lachrymis monebat, ab armis animum cohibere. Ad cuius orationẽ multitudo non solum pacata, sed multo magis accensa, ipsum iniuriis multis lacessitum extra urbem protinus pepulerunt, ausi quoque sunt nonnulli seditiosi in eum saxa iacere. Quibus contumeliis rex ab eis sic affectus, Hierosolymam deserẽs, discessit in regnum. Quid postea gesserit, aut quos filios genuerit, nullibi inuenire potui.

Initiũ belli Iudæorũ hic incipit

Cumanum patricium Romanum, Agrippa rege ibidem cõstituto, Claudius hoc anno post Alexandrum in Iudæam præfectum mittit, sub quo, ut Iose. tradit, tumultus maximi in Hierosolyma esse cœperunt, pro quibus maxima calamitas Iudæos comprehendit, quia

Trigin ta hominum milia in portis templi oppressa

in die Azymorum tanta orta fuit seditio, ut in portis templi populo exeunte ex cõculcatione eorum ad triginta hominũ milia periisse dicatur, factáque est illa celebris festiuitas luctuosa Iudæis: post hæc successit latrocinantiũ tumultus, qui multorũ malorũ fuit occasio, sed tumultu inter Galilæos & Samaritanos sedato, ex Galilæi etiam cuiusdã interfectione, cõfestim conflictus alius exortus est, pro quo maximæ cædes & agrorum uastationes subsecutæ sunt. Quãobrem multi Iudæorũ & Samaritanorũ in Tyrum ad Domitium Quadratũ Syriæ procuratorem, cõquesturi de Cumano præfecto, accesserũt. Quos cum uidisset Domitius, & Cumanum hunc præbuisse causam prædictis calamitatibus intellexisset, quòd in principio auctores malorum noluisset ulcisci, eidem cõtinuo Romam nauigare præcepit, redditurus rationẽ Claudio de his, quæ in regno malè per ipsum gesta fuerũt. Auditísque Romæ allegationibus & Samaritis nobilibus interfectis, Cæsar Cumanum dignitate priuatum, iussit ab urbe discedere. Pro quo Felicem Palãtis fratrem in Iudæam præfectum misit.

Petronilla sacratissima uirgo, diui Petri apostoli filia, & quidẽ pulcherrima, hoc anno, 5251 52
qui est.10.imperii Claudii annus, post multa sanitatũ remedia à patre recepta, migrauit ad dominũ. Eam quippe cum Flaccus comes inuitam cõiugio sibi sociari uellet, tridui inducias postulauit, quo in tempore ieiuniis & orationibus uacans, tertio die statim, ut Christi nostri sacramẽtũ à sancto Nicomede presbytero accepit, emisit spiritũ. Quãobrẽ Flaccus uidens se fore delusum, e uestigio Felliculã eius sociam & Nicomedem presbyterum uariis tormentis uitam finire coëgit. Corpus autem eius Romæ postea uia Ardeatina sepultum fuit, cuius diei celebritas secundo calendas Aprilis celebratur.

Nicomedẽ autẽ presbyterũ Petronillæ prædictæ uirg. cõfessorẽ, eodẽ anno prædictus comes Flaccus pro Christo interfici iussit, nã cũ eidẽ Flacco perlatum fuisset, quòd beatæ Feliculæ uirg. beatæ Petronillæ sociæ corpus sepelisset, eum teneri fecit, & duci ad sacrificandũ. Qui cum diceret. Ego non sacrifico nisi deo omnipotẽti, qui regnat in cœlis, non his excisis qui in tẽplis quasi in carceribus custodiũtur clausi, tãdiu eũ plũbatis cædi fecit, donec migraret ad dominũ, cuius corpus cũ in Tyberim præcipitatũ fuisset, à clerico ipsius nomine & opere iusto, collectũ in hortulo suo sepeliuit, cuius festiui.17.ca. Octo. excolitur.

Hebionitarũ hæresis

Philippus Domini nostri Iesu Christi apostolus, hoc anno, cũ per.20.annos per uniuersam Scythiam prædicasset, illámque pene totam ad Christi fidem cõuertisset, Hieropolim Asiæ urbẽ ueniens, Hebionitarũ hæresim, qui Christum fantasticã carnẽ sumpsisse prædicabãt, extinxit: quãobrẽ infideles eum tenẽtes anno ætatis suæ.78.cruci affixerũt, & martyrem Christi fecerunt, cuius diei festiuitas primo calendarum Maii celebratur.

Trophinus Pauli apostoli discipulus, Arelatensis episcopus, hoc tempore quum optimè Arelatẽsem fundasset ecclesiam, de cuius quidẽ fonte, ut Zozimus scripsit, tota Gallia fidei riuulos accepit, de quo etiã idẽ Paulus, qui eũ prædicãdi gratia miserat, ad Titum scribẽs, meminit: ibidẽ quieuit in pace, cuius diei festiuitas.4.calen. Ianuarii celebratur.

Lazarus Marthæ & Mariæ Magdalenæ sororum germanus, & Massiliensis episcopus, quem Dominus noster Iesus Christus à mortuis suscitauerat, & ipse .13. imperii Claudii anno secunda morte migrauit ad Dominum. Cuius etiam soror Martha non lõge post in domino quieuit. In quorũ uenerabilem memoriã non longè à Bethania postea extructa fuit ecclesia, ubi, ut diuus ait Hiero. è uicino domus eorũ cõseruabatur, huius quippe sanctissimi uiri, & sororis reliquiæ apud eãdem urbem præcipuo uenerãtur obsequio. Lazari autem huius festiuitas.16.calen. Ianua celebratur.

Helena Adiabenorũ prouinciæ Armeniæ regina, quæ superioribus annis, ut Iosephus habet, ad Iudæorum ritus cum filio Iacathe peruenerat, & Hierosolymã deuotionis causa properauerat, per hoc tempus per apostolos ad Christi fidem etiam cõuertitur, qua conuersa, etiam Christi fidelibus qui erant Hierosolymis ualde profuit. Quia quum grauissima fames, quam Agabus propheta prædixerat, uniuersam Iudæam & Syriam premeret, sicut Lucas in lib. Actuum apostolorũ cap.7.refert, multam frumẽti quantitatem ex Aegypto adduxit, & Christianis quàm maximè Hierusalem habitantibus & aliis indigentibus grauissimè ministrauit, & perpetuum nomen sibi comparauit.

Viri

Viri disciplinis excellentes.

Seneca qui & Lucius Anneus Stoicus philosophus natione Cordubensis, Socii philosophi auditor & Neronis imperatoris magister, his temporibus Romæ in precio fuit, de quo diuus Hiero. lib. de Viris illustribus meminit, dicēs, quòd fuerit uir catholicus, & cōtinētissimæ uitæ, & propterea eum in sanctorū catalogo ponit, & maxime propter frequētes epistolas Pauli ad ipsum, & ipsius ad Paulum. Hic inter cætera suarum gratiarum beneficia sibi à deo collocata tantæ fuit memoriæ, ut duo milia nominum recitata eo quo dicta ordine erant, mox recitabat, & ducentos uersus à ducentis scholasticis recitatos, ab ultimo incipiens ad primum usque integerrimè recitaret. De hoc autem Seneca uiro doctissimo, nōnulla bene dicta à diuo patre Augustino. lib. de Ciui. dei cupidissimè disseruntur quem tandem ante bienniū quàm Petrus & Paulus martyrio coronarentur, à Nerone sæuissimo discipulo, retributionis gratia, interfectum fuisse legimus. Nam quum senex admodum esset Seneca, Pisonianæ coniurationis labe notatus, imò ob innatum in uirtutes odium, à Nerone per Centurionē indictum Senecæ fuit, ut sibi ipsi mortem deligeret. Qui cognita imperatoris uoluntate petiit, ut in tepenti aqua poneretur, & ibidem omnes uenæ eidem aperirentur, donec spiritū exhalaret, quod & factū est. Hic nanque doctissimus uir multa diuinarum, humanarúmque scripturarū edidit documenta. Lucius Anneus Seneca. Incredibilem memoriam uide.

Lucanus Anneus prædicti Senecæ nepos, orator & poëta celeberrimus, hac tēpestate, quanuis patruo iunior, ob ingenii tamen magnitudinem par illi habitus est, hic nanque ipsius Senecæ ex Mela eius iuniore fratre nepos fuit. Qui primo Romæ sub Rhemmia Polemone & Cornuto studuit, à quibus & optimè edoctus est, ubi habuit cōdiscipulos sibi gratissimos, Persium Flaccum, & Salleum Bassum, quos mirum in modum dilexit. Hic ob eius ingētes uirtutes à Nerone in curiam uocatus, diu gratissimus fuit, à quo ante ætatē quæstor dictus, etiam auguratus sacerdotiū paulo post assecutus est. Tandem & ipse de coniuratione Pisonianæ apud Neronem accusatus, ab eo (sicut Seneca) accepto mortis arbitrio, uenas sibi præcidere fecit. Et cum se morti appropinquare cerneret, hos uersus prænunciauit dicens.

Sanguis erat lachrymæ quæcunque foramina uenit
Humor, ab his largus manat cruor ora redundant
Et patulæ nares sudor rubet omnia plenis,
Membra fluunt uenis, totum est pro uulnere corpus.

Quibus expletis, statim è uita discessit pridie scilicet calen. Maii, eo anno quo & Seneca patruus, cuius corpus sepultū fuit in hortis suis. Scripsit hic Saturnalia syluarum lib. 10. Medeam, insuper & Orpheum, Incendium urbis, incendiúmque Troianum cum Priami calamitate. Ad Pharsaliā lib. 10. unum de fluuio Colchorum Phasis nominato & alia multa.

Persium Flaccū Satyricum poëtam clarissimum patria Hetruscum, Lucani prædicti condiscipulū, atq; in omnibus germanissimū, cum eo in hoc tempus floruisse patet, qui ex patre equite Romano in Volaterana Hetruriæ urbe natus est, ubi primum usque ad duodecimum ætatis suæ annum studuit, ubi & beniuolentiam illustrium uirorum Calphurni Staturæ, Seruilii Humani, Lucanique ac Senecæ comparauit. Cúmque ad. 17. peruenisset annum, Annei Cornuti amicitia usus est, ita ut nunquam ab eo discederet. Erat quippe Persius iste sæuissimorum morum ultor uerecundiæ uirginalis, famæ pulchræ pietatis potissimum erga matrem, sororémque, amitam. Scripsit autem Satyrarum librum imperfectum, sed & præterea scripsit, uidelicet insigne quoddam Romanum, quod supra tunicas honoris causa nobiles Romani deferebant, & Opeion librum unum, & paucos ad sororem uersus. Decessitque uitio stomachi anno domini. 66. ætatis uero suæ, secundum Euseb. 30. & Romæ in prædiis suis sepultus est.

Cornutus philosophus & poëta tragicus, poëticæq; sectæ princeps, Persii prædicti præceptor, his tēporibus in precio multo existens, paulopost à Nerone crudelissimo sine labe aliqua exilio dānatur, qui inter cætera suæ uirtutis opera Persii discipuli libros cōmētatus est, in philosophia quoque opuscula quædam edidit, atque præ nimio amore optimā Persii discipuli

discipuli bibliothecã cõparauit, preciúmque sororibus, quas hæredes instituerat, tradidit.

Clodium Quirinalem Rhetorem genere Arelatensem, hisdẽ temporibus Romæ Rhetoricam doecere cœpisse, Eusebius scribit.

Palæmon insignis grammaticus patria Vicentinus tempore isto Romæ floruit, qui interrogatus, ut Eusebius refert, quid inter stillam & guttam interesset, respondit. Gutta cadit, stilla uero stat. Cum isto nanque M. Antonius liberalis Latinus Rhetor grauissimas exercuit amicitias.

Felix patricius Romanus Palãti frater, uir præclarissimus, hoc anno à Claudio Cæsare præses Hierosolymam mittitur, qui ibidem, teste Iose.12, anno magistratum tenuit, 5254 55
quo in tempore Claudius medicus defunctus est, & repẽte Nero imperii dignitatem obtinuit, hic non Hierósolymæ, sed etiam rebus, quæ in omni Iudææ regione erant, præfuit, & Agrippæ regi amicissimus fuit, cuius sororem Drusillam, quum hic Felix in Iudæa administrator adiisset, uidens eam eunctis mulieribus præcellentẽ, sibi in uxorem accepit, ex qua filium suscipiens, eum ob amorem cognati Agrippã appellauit, ipsius deinde cognati amore captus, etiam Galilæam sibi creditam, eidem à Nerone impetrauit. Cum igitur hic Felix administrare cœpisset, multi apud Hierosolymã surrexerunt, qui populum uanis suasionibus deciperent. Inter quos ut Iose. lib. 20. cap. 17. scribit, quidam Aegyptius pseudopropheta unus fuit, qui multos sibi associans, in ipso magnarum rerum conatu à Felice per exercitũ oppressus est. Quo extincto, denuo uniuersa prouincia latronũ & magorum hominis seducentium repleta est. De quorum numero Felix multos interfecit. Sed quum à Ionatha pontifice maximo moneretur, ut rebus Iudæorum mitius præsideret, ira succensus ipsum pontificem per fraudem in templo interimere fecit, & post eum multos trucidare mandauit. Quæ res apud Iudæos defectionis seminarium fuit. Hac etiam de causa Nero Iudæorum querimoniis pulsatus, ipsum Feliccem à præfectura remouit, & Festo dignitatem concessit. Primates siquidem Iudæorum à Cæsarea Romã ascenderant, de Felicis iniuriis conquesturi, qui certe pœnas exoluisset cõdignas, nisi amicorum precibus Nero indulsisset.

Pseudo. propheta Ionatha põtifex interficitur.

NEro Claudii priuignus, & Agrippinæ ex Gneo Domicio eius uiro filius, sextus Romanorum imperator hoc anno currẽte etiam octaua & ducẽtissima olympiade, imperare cœpit, & imperauit annis.14. mensi .7. & diebus.8. Claudius 5268 57
enim moriens, quum Britannnicum filium, & Octauiam filiam ex Messalina uxore genuisset, tamen suadelis Agrippinæ uxoris Neronem priuignum & generum imperii successorem designauit, & Britannicum proprium filiũ regni extorrem fecit. Fuit autem Neroni proprium nomen Domitius, sicut & patri, cui beluæ quum Claudius Cæsar Octauiam filiam uxorem dedisset, eum Neronem appellauit. At tum Nero hoc pacto quum imperium adeptus fuisset, fœlicitatis magnitudine abusus est, & uirorum omnium leuissimus omniúmque flagitiorũ genere inquinatissimus, & auunculo Calligulæ in rebus sceleratior & deterior esse cœpit. Magnã nanque senatus partẽ, quasi ei insidias tetendisset, interfecit. Post quos in omnes etiam uir nequissimus inhumanitatem suam conuertit. Et primo quidem sæuitiam suam, ut præmissum est, in Senecam præceptorem suum uirum senem exercuit, postmodum in Lucanum poëtam, deinde in Pisonem & Cornutum philosophum quem in exilium egit. In Agrippinam quoque matrem suam sæuit, ut infrà dicetur, quam pro muneris retributione interimere fecit, non solum pro matris officio hoc ei impendens, sed etiam ut Iosephus ait, quod ei suis machinamentis præbuerit Romanũ principatũ. In Octauiã præterea uxorẽ & Britannicum cognatum, ac in omnes deniq; qui aliquo in precio apud ciues essent, usus est crudelitate. Incendii insuper urbis Romæ ad similitudinem ardẽtis Troiæ auctor pariter & spectator fuit, & quũ hic incẽdiũ ei ascriberetur, ipse ad abolendũ hũc rumorẽ, subornatis falsis testibus, culpã Christianis imponere curauit: unde & primũ in Christianos persecutionẽ incipiẽs, præter Petrũ & Paulũ apostolos innumeros interfecit Christianos. Tãtæ nãq; fuit luxuriæ, ut frigidis

Seneca Lucanus.

lauaretur unguētis, & aureis piscaretur rhetibus, quæ purpureis funibus attrahere consueuerat. Ad ultimum uerò per amentiam ad histrionum opera scenámque peruenit, ubi Iupiter uidentibus cunctis cecinit & saltauit, cuius sæuitiam & pessimam uitā Boëtius libro secundo metro sexto lamentabiliter commemorat. Ther-
Hic itaq; cū à Seneca uiro præstātissimo in Rhetorica, ac philosophia optimè edoctus fuisset, omnia hæc uitia in imperii sui principio ita occultauit, ut bonam spem omnibus præ se ferre uideretur. Nam in urbe & extrà multa splendidè ædificauit, & inter cætera thermas Romæ suo nomine, & domū aureā ac porticū triū miliū passuum mira celeritate perfecit. me Nero-nianæ.
Iudæis quoque plurimum fauit, & quàm maxime Agrippæ eorū regi, cuius regno multa adiecit. Tandem uero hic Nero toti orbi insignis belua posteaquam prædictum tempus in his obscœnitatibus perdurasset, ita iram & odium populi Ro. in se concitauit, ut tumultu excitato, quàm diligētissime ad pœnas ab omnibus quæreretur. Qui è palatio fugiens ad quartum urbis miliarium insecutus, ibidem in suburbano liberti sui inter Salariam & Numentanam uiam semetipsum anno ætatis suæ. 32. interfecit. In eóque omnis Cæsarū familia consumpta est. Eius autē corpus, ut ex priuilegio ordinis nostri habemus, intra urbem delatum, ad portam Flamineam sepultum est, ubi 45. supra septingentos ferè annos usque ad Pascalis primi pontificis maximi tempora permāsit, supra quod nux arbor nasci contigit, cui dæmones insederant locum custodiētes, qui multos per eam portam ex urbe exeuntes crudelem in modum lacerare consueuerant. Quod animaduertens idem Pascalis pontifex, permotus populi sui malis, quæ in dies propè singulos nunciabantur, ea de cā euenire, ieiunium ciuitati indixit, obsecrauitque immortalem deum ut populū Ro. à tam detestabili eriperet clade. Cui tandem beata uirgo Maria apparens indicauit ei ossa Neronis ibidem esse cōdita, monuitque ut è loco illo ea in Tyberim proiiceret. Quod quum fecisset, confestim inde omnis dæmonum uis expulsa est. Visóque miraculo pontifex eo in loco in honorem beatæ Virginis euestigio altare erexit. Deinde ædes in ipsius beatæ Virginis honore extructa fuit, quæ etiam à nomine facti, quia ex tunc à populo frequentari cœpta fuit, ecclesia sanctæ Mariæ de populo appellata est, ubi propter huius facti memoriam innumerabiles pene indulgentiæ per summos pontifices postea concessæ fuerunt, quem sanè locum & ecclesiam fratres ordinis nostri Eremitarum diui Augu. deinceps incoluere. Et porta ante Flaminea uocata, postea illa etiam & deinceps populi porta est appellata. Demum Syxtus huius nominis quartus pontifex maximus, Pauli Bergomensis ibidem dignissimè præsidentis hortatu & industria ecclesiam à fundamentis, maxima cum impensa instaurauit, ut latius in calce uoluminis in eiusdem Syxti pontificis uita dicetur. Sancta Maria de populo.

5262 63 Festus Romanus patricius. 6. Neronis imperii anno, ab eodē imperatore post Felicem præses in Iudæam missus, præfuit annis duobus, uir quidem iustus & uirtutis amator, qui suscepto magistratu uno ordine negociis præesse studuit: unde quum uniuersam prouinciam latronibus plenam offendisset, uiribus, quibus potuit, purificauit, & illos qui illam infestabant sollicitè persequi cœpit, & latrones multos interfecit. Hic ut Lucas euangelista refert, Paulum apostolū, eum præsente Agrippa rege rationem suæ religionis exponere tentasset, uinctum Romam ad Neronem trāsmisit. Festus Romanus.

5264 65 Albinus autem & ipse patricius Romanus post secundum annū prædicti Festi in præfecturæ magistratu successor fuit, & . 4. annis, præfuit. Vir quidem callidus, auarúsq; atque malignus, qui nullam iniquitatis speciē prætermisit, & quoad præfuit uniuersam Iudæam prophanauit. Nam ut Iosephus tradit, non solum ciuibus furabatur, sed singulorum substantias diripiebat, atque latrocinantibus fauebat, & qui eam ob rem à decurionibus comprehēdebatur, accepta à cognatis & parentibus pecunia, relaxabat. Et propterea in Hierosolymis hac de causa facinorosorū, qui res nouare cupiebāt, creuit audacia. Nam quos constabat officiis indignos, & suppliciis dignos, quàm libentissimè ad dignitatis & urbis officia promouebat: his etiam qui tumultum in urbe excitabāt, non modo non indignabatur, sed etiā largitionibus se redimētibus fauebat. Vnde & multiplex dominatio sui causa in urbe surgere cœpit, quæ ab illo tempore semina suæ captiuitatis & excidii sparsere, & bello Iudaico dedere principia. Quo autē fine eius uita fuerit clausa nō inueni.

Florus Gessius & ipse.10.imperii Neronis anno.5.autē &.10.regni Agrippæ, teste Iosepho, Albino prædicto successit, qui magistratu inito, multis malis, ut uir malignus uiolentúsque Iudæos attriuit, & præ magnitudine malorum eius Albinum quasi iustū iudicem Iudæi laudabant, quia malignitatem suā cælabat & occultabat ne deprehēderetur à turba. Hic autem quasi ad docendam nequitiam missus, iniquitates suas in Iudæos aperta malignitate demonstrabat, quia neque direptionibus parcebat, sed modum iniusti supplicii effrenata rabie sequebatur. Ad miserendum enim inflexibilis erat, & auarus omnibus lucris, latronúmque direptionibus cōmunicabat. Quapropter infœlices Iudæi cū eius, latronúmque direptiones sustinere nequirent, multi ex eis recessere, & relictis patrū suorum solennitatibus, ad alienigenas se trastulere nationes. Quibus malis permoti Iudæi secundo Flori huius administrationis anno, bellū contra Ro. suscepere, mense scilicet Maio, quod per annos.12. protractū fuit. Hic autem Florus uxorem nomine Cleopatrā habuit, malignitate marito non minor, quam à Pompea Neronis uxore hanc marito dignitatem obtinuit. 5268 | 69

Persecutio Christianorum prima. 5269 | 70

Nero itaque imperator.13.imperii sui anno, super omnia scelera sua etiam in Christianos primus persecutionem exercere cœpit, in qua præter Petrū & Paulum apostolos etiā infrà scripti singulares uiri, Romæ & alibi glorioso martyrio coronati sunt, quorū de numero 47. primo fuere à beato Petro apostolo baptizati, qui cum eodem apostolo in custodia cōtinerentur, tandem sub deuotissima fidei confessione ibidem Neroniano gladio.2. idus Martii consumpti sunt, quo die eorum natale celebratur.

Nereus & Archileus. Nereus item & Archileus fratres Romani ciues & ipsi sub hac persecutione Romæ martyrio coronati sunt, hi primo apud insulam Pontiam longum pro Christo duxere exilium, postmodum à quodam iudice grauissimis attriti fuerunt uerberibus: deinde quū ad immolandū equuleo ac flammis compellerentur, dicerēntque se à beato Petro apostolo baptizatos, nulla posse ratione idolis immolari, capite cæsi sunt, quorum natale, 4. idus Maii ecclesia celebrari mandauit.

Processus etiam & Martianus Ro. milites, à diuo Petro in carcere baptizati, & ipsi cū Neronis iussu oris contusionem, equuleum, neruos, fustes, flammas, scorpionésque perpessi fuissent, nouissime.6. nonas Iulii martyrio coronati sunt. Quo quidem die & eorum festiuitas celebratur.

Torquatus quidam & Secūdus, Cecilius, Estiuus, & Euphasius, sanctissimi Christi confessores, & ipsi uno die hoc tempore apud Hispanias mandante Nerone martyrio coronantur. Hi autem omnes ab apostolis Petro & Paulo episcopi apud Romam ordinati, cō festim ab prædicandum uerbum dei Hispanis infidelibus fuerunt directi, ubi quum uariis in urbibus euangelizassent, & innumeras eius gentis multitudines Christianæ fidei subiugassent, tandem Torquatus Acci. Cæcilius Helybori, & Euphrasius Eliturgi ciuitatibus conditi quieuere, quorum natalicius dies.6. cal. Iunii celebrari postea mandatum est.

Nazarius. Nazarius præterea cuiusdam Aphricani patricii Ro. filius à beato Lino episcopo baptizatus & ipse quoque apud Mediolanum urbem ab Anolino urbis præfecto, per hoc tēpus martyr Christi efficitur, qui quum omnem prædicando peragrasset Galliam & apud Carmelum ciuitatem filium cuiusdam uiduæ, ciuitatis ipsius primariæ nomine Celsum baptizasset, Mediolanum rediit, ubi quum dei uerbum prædicaret, ab Anolino ibidē præside capitur, & carceri cum eodem Celso puero mancipatur. Et post non multos dies cum eodem Celso puero gladio occiditur. Eorum autem corpora quum diu latuissent, sicut sanctus Paulinus episcopus scribit, tēpore Arcadii & Honorii imperatorum à beato Ambrosio Mediolanēsi episcopo domino reuelante reperti fuerūt, quorum festiuitas.5. calen. Augu. celebratur.

Marcellum quoque & Apuleium insignes uiros sub hac persecutionis rabie apud Romam martyrio coronatos fuisse cōstat, hi primo per apostolum Petrum, relicto Simone mago, cuius erant discipuli doctrinæ apostolicæ sese tradiderūt, quo audito paulo post ab Aureliano uiro cōsulari detēti iussu Neronis martyrii coronā nonis Augusti reportarūt,

quorum corpora nō longè ab urbe sepulta referuntur. Eorum autem natale nonis Augu. celebratur.

Frontonius etiam quidam Petragoricus episcopus, natione Romanus, uir sanctus, quē Petrus apostolus superioribus diebus episcopū ordinauerat, & cū Sergio presbytero, quē per apostoli baculum in itinere socium de morte receperat, his temporibus ad eandem Petragoricam ciuitatem Galliæ ueniens, quum magnam illius gentis multitudinem ad Christum conuertisset, multis miraculis clarus. 8. calen. Nouembris uir sanctus quieuit in Domino, quo etiam eius natale celebratur.

Paulus quoque Narbonensis episcopus & cōfessor, quem, ut diximus, Paulus apostolus ordinatum eidem urbi destinauerat antistitem, quique cum eodem apostolo ad Hispanias prædicādi gratia perrexerat, & ibidem relictus fuerat, per hoc tempus prædicationis officio non segniter expleto, miraculis clarus. 6. idus Decembris migrauit ad Dominum.

Tecla uirgo præclarissima, insignisque ac sanctissima Pauli quoque apostoli discipula, hisdem temporibus quum pro cōfessione Christi fustes, bestias, & ignes, tria atrocissima tormenta pertulisset, post etiam multa & incredibilia alia tormenta & certamina, ad multorum doctrinam perlata, quum de Iconio Seleuciā ueniret. 6. calen. Octobris in pace quieuit, quo & eius natale celebrari constitutum est. Tecla uirgo & martyr.

Maria Magdalena insignissima Christi apostola, per hoc tempus (ut aiūt) haud longe à Massilia Galliarum ciuitate, migrauit ad Dominū. Hæc quippe ab adolescētia sua, ut sacra eius habet historia, quum etiam cūctis Iudæorū puellis pulchritudine prælata, ex Marthæ sororis Lazarique germani sententia in Magdalum castellum marito tradita fuit. Sed cōfestim uoluptatum fallacia, uanaque lætitia seducta, à marito ipso discedens, Hierosolymam fugit, ubi & generis sui immemor, ac lege diuina oblita, uulgaris & impudicissima meretrix euasit, ac postquam sponte se fecit turpitudinis prostibulum, iure effecta est delubrum dæmoniorum. Verum Domino Iesu Christo aliquando prædicante, & terrorem peccatoribus (ut fit) intentante, confestim ante oculos cordis sui culpas turpitudinis suæ, & æternū iudicium ponens, dolore cordis intrinsecus tacta, culpas suas fletibus amarissimè punire cœpit, in séque reuersa ait. Quid frustra decipieris Maria? Surgam, inquit, ad Iesum Christum Dominū deū uerum, rerúmque omnium creatorem & redemptorem meum ibo, & plangam dolorem meum, ac mea scelera amarissimè deplorabo. Atque ita domum reuersa, lupanar confestim dereliquit, & sui oblita ad Christum in domum Simonis leprosi conuiuantem uenit, ad pedésque eius retro accessit, ubi ubertim lachrymas effundens quasi peccatorum ueniā sibi elargiri postulans, ipsius Domini sui pedes lachrymis lauare cœpit, & capillis capitis sui tergens, exosculabatur, unguentóque preciosissimo ungebat. Quo uiso, ut sacra euangeliorum habet historia, Dominus ad illam inquit. O mulier remittūtur tibi peccata tua. Fides tua te saluam fecit, uade, inquit, in pace, ac per hoc mercēdem corporis sui à se omnino abdicans, & aliam salutis uitam repetens, quoad Dominus noster Iesus Christus uixit, eidem ardentissimè inhæsit, & optimam partē eo testante elegit. Post uerò Domini nostri assensionem, ut Egesippus ad uerbum scribit, domò eius in ecclesiam consecrata, asperrimum eremum petiit, & in loco angelicis manibus præparato, per. 30. annos incognita mansit, ubi & qualibet die septem horis canonicis ab angelis in æthera eleuabatur, & cœlestium agminum gloriosos concentus, corporalibus etiam auribus recipiebatur. Vndè diebus singulis suauissimis saciata conuiuiis, per eosdem angelos ad locū proprium inde reuocata, alimentis corporalibus nullatenus indigebat, atque ita cum à deo bonis delectata corporalibus aliquando discessisset, ad deum denique per hanc pœnitentiæ amaritudinē fragranti desiderio. 11. calen. Augusti redire curauit. Eius autē corpus apud Massiliam Galliarum urbem, nunc usque conditum habetur, cuius natalitius dies. 11. calen. Augusti celebratur. Maria Magdalena Massiliæ moritur.

Agrippina Neronis Cesaris mater, hoc anno apud Lucrinum lacum in uilla sua iussu filii occiditur. Quæ mulier & genere consanguinitatéque, imperio, & filii monstruositate ac sua quoad uixit emicuit. Hæc quippe Germanici Cæsaris optimi iuuenis ex Agrippina superiori filia fuit, & Caii Calligulæ imperatoris soror, & nupsit Gneo Domicio homini Agrippina mater Neronis iussu filii occiditur.

nobilissimo, ex quo Neronem prædictum peperit, uerum uiro morte absumpto, Nerone adhuc paruulo, cum formosissima esset, Caius eius frater uir spurcissimus, diu turpi stupro ea abusus est. Sed eo à militibus suis trucidato, ac Claudio principe substituto, prædilecta in uxorem accepta est. Quæ in dignitatem sublimata, ut erat mulier astutissima, tempore capto, quamquam utriusque sexus filii essent, Claudium eò induxit, ut Neronem priuignū adoptaret in filium, & Octauiam filiam traderet in coniugem. Quibus obtentis, metuens ne Britannicus Claudii filius, ante patris mortē in solidam deueniret ætatē, ipsum Claudium maritum & imperatorem ueneno sustulit, quo mortuo, suffragio amicorum Neronē sublimare fecit in principem. Quæ res adeò Neroni grata fuit, ut ipsam matrem ilico tanquam bene meritam in cunctis tam publicis quàm priuatis præponeret. Ea quidem sic sublimata, plurimū in cædibus atque exiliis debacchata est. Denique facinorosa mulier, cū quibusdam ex causis de filio oblocuta fuisset, in detestabilem (quanquam meritam) mortē deducta est. Nam cum eius odium sibi conquisisset, eam omni honore & maiestatē priuauit, quæ in dignans, & fœmineo iritata furore eidem imperium se surrepturam minata est. Quibus exterritus Nero, ueneno ter illam interficere conatus est, sed ipsa ante dolis offensam uitare studuit. Demum quum omnia quæ illi Nero in mortem tetenderat, euitasset, mater Cēturionem cum militibus in uillam suam mittens, illam funestissime occidi mandauit, qua occisa nocte eadem cremari fecit, & uilibus exequiis terra contegi.

Linus secūdus papa.



Linus secundus papa hoc anno qui est ultimus Neronis, beato Petro in pontificatu succedens, sedit annis.11.mēsi.3.& diebus.12. Vir certe moribus & sanctitate præclarus, qui ex præcepto magistri sui Petri costituit, ne qua mulier nisi uelato capite unquam templum ingrederetur. Fuit enim hic natione Thuscus ex patre Herculiano, qui quum dæmones effugaret, mortuósque ad uitam reduceret, tandem à Saturnino cōsule cuius filiam à dæmonibus liberauerat, capitali sententia punitur, & martyr Christi efficitur, ac.11.cal. Octob. in Vaticano iuxta corpus beati Petri sepelitur, & ea die eius natale celebratur. Quod quidem sanctissimum corpus, ut aiūt, postea à quodam Gregorio Hostiensi episcopo in Hostiam ciuitatem trāslatum, & in diui Laurenti templo honorificè conditum fuit. Hic sacros ordines in hac urbe celebrans. 18. presbyteros & .11. episcopos creauit. Scripsit autem hic res gestas beati Petri magistri sui, & maxime eius cum Simone mago contentionem. 5269 70

Viri disciplinis excellentes.

Euax medicus.

Euax Arabū rex insignis philosopus & medicus ac rhetor, tempestate hac floruit, qui inter cætera suæ doctrinæ opera, uolumen de medicinis optimum à se cōpositum Neroni trāsmisit. In quo non solum herbarum medicinalium, sed etiam & lapidū species, nomina & colores, ac quibus in regionibus ualeant reperiri, scripsit. De quo etiam Pli. lib. 25. meminit, dicens. Euax, Dionysius, & Metrodorus herbarum effigies pinxere, earúmque effectus subscripsere.

Medicus adulterio nobilitatus.

Vectius Valens alter medicus Græcus qui ut Pli. lib. 29. scribit Messalinæ prædictæ uxoris Claudii adulteriò fuerat nobilitatus, per hæc tēpora multā nactus potentiā, Romæ in medicinis nouam sectam instituit, & Galeno teste, lib. unum de Regimine sanitatū, & librum medicinalem ad Nerorem scripsit, in quo cunctis medicis & philosophis, tam ueteribus quàm nouissimis seipsum effrenata quadam temeritate proposuit. Hippocratémque omnium medicorum principem maximè supplantauit. Sed idem Galenus ipsum ignorantissimum fuisse ostendit, nec inter medicos, sed inter textrices sordide creuisse, quum eius pater lanæ pectinator, & mater textrix fuerit.

Critias medicus.

Critiam quoque Massiliensem medicum hisdem temporibus floruisse dicunt, qui etiam (ut idem Pli. lib. 29. scripsit) ad motus sydérū ex Ephemeride mathematica cibos perhibēs, horas obseruans, auctoritate Thessalum præcessit prædictum. Hic (eodem Plinio testante) innumeras post se reliquit diuitias, & libros in medicinis edidit utiles.

Probus Berythius grammaticorum sui temporis princeps, per hoc tempus (Eusebio teste) floruit, & nonnullos in grammaticali professione edidit tractatus.

Statium quoque Vrsulum natione Tholosanum, oratorem clarissimum, hisdem etiam temporibus

temporibus claruisse scribit Euseb. qui & per omnem Galliam Rhetoricam celeberrimè Statius docuit.

5270 | 71 Galba imperator.

GAlba Sergius antiquæ nobilitatis senator hoc anno ab Hispanis Gallisq; anno ætatis suæ.73.post Neronem, sextus Romanorum imperator electus, imperauit mensibus septem. Qui, ut Suetonius ait, à principio liberalibus studiis, & iuri ciuili operã dedit, & propterea adultus factus, uita priuata insignis admodũ fuit: uerũ principatu suscepto, cum Romæ auaritia & segnitia omnes offenderet, tandem Othonis insidiis, in urbe ad lacum Curtii cum Pisone nobilissimo adolescente, quem in filium adoptauerat, iugulatus est. Cuius quidem corpus Egius eius dispensator in priuatis eius hortis uia Aurelea sepeliuit. Fuit hic, ut Orosius lib.7. scribit sæpe cõsul, persæpéque proconsul & frequenter bellorum grauissimorum dux, statura corporis iusta, capite caluo, oculis cæruleis, adũco naso, manibus pedibúsq; articulari morbo distortis, adeóque ut calceũ perpeti nõ posset, fuit etiam in dexteriori corporis parte gibbus. Cibi tamẽ plurimi, & libidinis maxime in maribus pronus, qui M. Fabium Quintilianum insignem oratorem ex Hispania Romam perduxit.

Otho imperator.

OTho Lucius octauus Romanorum imperator, mortuo Galba inter tumultus cædésque imperium occupans, imperauit mensibus tribus. Hic nanque materno genere magis quàm paterno nobilior fuit, uita priuata mollis, quippe qui Neronis perfamiliaris fuerat, & omniũ eius consiliorum secretorúmque particeps. Cum autem ciuile bellum contra Vitellium in Germania imperatorem creatum molitus tribus leuibus præliis superior extitisset, uno uidelicet ad Alpes, altero ad Placentiã tertio ad Castorem, quartò autem, ut. Sueto. ait, apud Bebriacum superatur. Vnde & rex desperatione permotus mense Octobri anno ætatis suæ.58. sibimet manum iniecit, & apud Volateranam Hetruriæ urbem funeratus est. Hic quippe statura fuit modica & male pedatus, caluúsque habitus. Eius autem uitam & præclarissima gesta multi clarissimi oratores scripsere, & quammaximè Plutarchus & Stueto. histo. qui eum prædicauerunt fortissimum uirum, ac unicum rei bellicæ imperatorem.

5271 | 72 Vitellius imperator.

VItellius nonus Romanorũ imperator, & ipse post Othonem imperauit mẽsibus.7. qui ex familia honorata potius quàm nobili originẽ duxit, ut Sueto. scribit, in adolescentia omnibus probris contaminatus fuit, sed propter augurandi sciẽtiam apud Caium imperatorem præcipuũ locum obtinuit, quo mortuo, etiam apud Claudium per aleæ studium familiaritatem obtinuit. Deinde Neroni acceptior, quorum indulgentia amplissimis honoribus auctus est. Denique cum primum imperio potitus fuisset, in omnem nequitiam, sæuitiámque ac ingluuiem prolapsus est. Fuit quippe tantæ uoracitatis, ut in die sepius comederet, & una cœna suo iussu, ut Sueto. scribit, duo milia piscium, & septem milia auium eidem apposita fuerint. Et ne cui hoc incredibile uideatur, ferunt eum fuisse incredibilis proceritatis, & rubicundissimæ faciei, atque obesi uentris. Verum ubi comperit Vespasianum apud Iudæam Palestinæ ab exercitu imperatorem creatum cum legionibus aduẽtare, primũ deponere imperium constituit. Sed à quibusdam postea animatus armis sumptis Sabinum Vespasiani fratrẽ cum Fleuianis in Capitolium compulit, quo quidem succenso, omnes cum eo concremari fecit. Quare Vespasiano superueniente, cum nullum sibi ueniæ locum reliquisset, è palatii cella, in qua delituerat, turpissime tractus per uiam sacram, nudus ad scalas Gemonias ducitur, ubi primo stercore & ceno ludificatus, deinde munitissimis ictibus excarnificatus, in Tyberim proiectus est, & ita etiam communi caruit sepultura, periit itaque cum fratre & filio.50. & septimo uitæ suæ anno. Vide turpissimam hominis mortem.

Viri doctrinis excellentes.

Quintilianus Rhetor atque philosophus celeberrimus, natione Hispanus, hisdem temporibus cum in magno esset precio à Galba prædicto Cæsare Romã perductus, ibidem scholã tenens, clarissimus habitus est, uir certe eruditissimus, atq; grauissimus, qui inter cætera de Institutione oratoria. 12. libros composuit, atque causarũ librum perutilem edidit. Ex quibus hanc celebrem & memoria dignam habemus sententiam, Vtinam liberorum nostorum

strorum mores nõ ipsi perderemus. Infantiã enim statim deliciis soluimus. Mollis quippe educatio, quam indulgentiam uocãt, neruos omnes mentis & corporis frangit. Huius autẽ celeberrimi uiri de Institutione oratoria liber cum annis ferme sexcentis deperditus stetisset, postea à Poggio Florentino uiro eruditissimo circa annum Domini. 1410. in Constantiano consilio, in quodam ipsius ciuitatis monasterio integer repertus est, atque eius opere transcriptus, & emandatus in Italiam delatus est.

Iosephus. Iosephus Iudæus sacerdos & Mathathiæ eius gẽtis sacerdotis filius, historicus quidem celeberrimus atque philosophus insignissimus, multarúmque literarum & rerum peritissimus, hoc tempore imperantibus prædictis, uidelicet Nerone & reliquis à Vespasiano, & Tito eius filio conquesita Galilæa capitur, & in seruitutem honestam deducitur, uir sanè bonus ac egregius, qui de Christo optime sensit & prodigia multa exposuit, & quammaximè Hierosolymorũ perniciem futuram, tanquam uerus propheta prædixit, qui cum in Romanorum manus, post Galilææ deuastationem (cui ipse præerat) deuenisset, à Vespasiano exercitus moderatore diligenti cura seruatus est. Qui statim eisdem Vespasiano, & Tito, semotis arbitris, eos breui imperatores futuros esse prædixit, quod & factum est, propter quod idẽ Vespasianus eum ab omni seruitute liberauit. Capta uero & euersa Hierosolyma, Iosephus ut uerus propheta à Vespasiano summis laudibus & honoribus elatus est. Romã deinde perductus, tũ ciuitate, tum Flauia familia donatus est, ubi cum eisdẽ imperatoribus per quindecim annos fœliciter uixit. In quibus cũ singularis esset eruditionis, primo de Iudaica captiuitate septem libros scripsit, pro quibus & statuam, ut diuus refert Hierony. Romæ promeruit. Scripsit deinde alios uiginti de Antiquitate Iudæo. lib. uidelicet ab exordio mũdi usque ad bellum Iudaicum, & alios duos aduersus Appionem grammaticum, atque alia multa à se reliquit scripta, quæ omnia à Ruffino Aquileiensi in Latinam linguam fideliter trãslata postea fuere, & natus Iosephus hic etiam quando Christus cruci affixus fuerat, uixit usq; ad Traiani imperatoris tẽpora, & Romæ gloriosè defecit.

(Prophetiam huius uiri recitat de excidio Hierosolymitano.)



Vespasianus imperator. VEspasianus Flauius decimus Ro. imperator, ducentesima & .12. olympiade imperator, & Augustus creatus, imperauit annis decem, uir utique clementissimus, liberalissimúsque ac munificentissimus, qui principatu suscepto rem publicam ferme collapsam optimè restituit, & censum senatorum expleuit, consulares inopes sustentauit, ac multas per orbem ciuitates terræ motu uel incendio afflictas in melius restituit, & urbi quoque multa adiecit insignia. Templum pacis foro proximum per diuum Claudium cœptum perfecit, atque amphitheatrum, cuius partem adhuc cum admiratione, aliquando in urbe conspeximus, inchoauit, imperio etiam potitus, Achaiam, Lyciam, Thraciam, Oliciam Romanis adiiciens in prouincias redegit, & præsides eis transmisit. Et quanuis munificentissimus, clementissimúsque habetur, in colligendis tamen pecuniis nimium reprehensibilis uidebatur, licet ex alieno (ut Eutro. noster habet) nil raperet. Hic ante demandatum sibi imperium in Germaniam, & Britanniam à Claudio missus, tricesies & bis (ut Sueto. scripsit) conflixit. Deinde biennio ante Neronis mortem ad capiendam Iudæam ab ipso Nerone missus, multa ibidem gessit certamina, pro quibus audita principis morte, imperator ab exercitu appellatus est, qui bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam profectus est, ubi urbem incendiis ueteribus ac ruinis deformem offendens, ad restitutionem tam morum quàm murorum aggressus est, & multas leges, præsertim contra libidinem & luxuriam, ibidem decreuit, atque ita omnibus in rebus ab initio sui principatus usque ad exitũ semper iustus ciuilisque ac clemens fuit, qui tandem postquam multas deduxit colonias, profluuio uentris annum gerens ætatis. 69. extinctus est, relictis post se Tito, & Domitiano filiis ex Flauia Domicilla uxore susceptis. Fuit nanque Vespasianus hic statura quadrata, firmis compactisque membris & uultu decoro. Et cum esset doctissimus uir, ut Suetonius testatur, edidit uersus. 5272 73

(Templum pacis. Amphitheatrum.)

Hierosolymorum excidium,

Hierosolyma

5274 75 

Ierosolyma metropolis nobilissima, ac uetustissima ciuitas, hoc anno, qui est secundus imperii Vespasiani annus, octauo die mensis Septembris, à Tito eius filio capitur, & sexta uice funditus euertitur. Quam cum Titus unà cum templo prorsus diripuisset, incendissetque eam uniuersam, & templum complanari iussit, quibusdam turribus relictis, quæ præter cætera eminebant, scilicet Phasello, Hippico & Marianæ, sic appellatæ: quod quidem Titus egit, ut turres illæ posteris indicarent, quàm munitissimam ciuitatem Romanorum, uirtus obtinuisset. Murorum etiam aliquam partem dimittebat, tanto quanto ciuitatem ab Occidente cingebat, & hæc quidem pars ut castrum illis esset, quos custodiæ causa relinquere decernebat. Alium uero totum urbis ambitum ita complanauit, ut qui ad eam accessissent, uix credere potuissent, aliquando fuisse habitatam. Et hoc propter Iudæorum dementiam actum est, quia nouas res præter Agrippæ regis concilium mouere tentauerint. Quinquies nanque præter nunc, hæc celeberrima ciuitas, uastata fuit: Primo à Babyloniorũ rege. Secũdo ab Asobio Aegyptiorũ rege, Tertio ab Antiocho, Quarto à Pompeio. Post hos, Herodes magnus & Sosius, captum oppidum seruauère. Eius itaque urbis primus conditor (ut Iosephus testatur) Canan fuit, qui iustus appellatus erat rex: & hic quidem Melchisedech sacerdos dei altissimi dicebatur: qui cum ibidem Phanum ædificasset, illud Solymam appellauit: quæ quidem ciuitas Cananææ gentis, usque ad tempora Dauid regis habitatio fuit. Nec Iosue, Iudæorum princeps, eos Cananæos, seu Iebusæos, unquam inde expellere potuit. Dauid uero primus, Iebusæis expulsis, quum ciuitatem reædificasset, eam Hierosolymam, id est, munitissimam, nuncupauit: Hieron enim Hebræa lingua, Latinè munitionem significat. Huius igitur urbis sic euersæ, situs & muuitio, petrosa erat, & triplici muro cingebatur, quæ (ut Strabo ait) interius aquis abundans, exterius uero omnino sicca: fossam habebat in lapide excisam. 40. pedum profunditate, latitudine uero. 250. E lapide autem exciso, educta erant celeberrimi templi mœnia. Eam cum Titus cepisset, statim, complanatis mœnibus, fossas etiam impleri iussit. Quamobrem usque ad Hadriani principis tempora, latronum, sicariorúmque facta est receptaculũ: hæc Strabo. Quam postea Hadrianus imperator, mœnibus & ædificiis instaurans, de suo nomine, Heliam appellauit, præcepítque, ne cui Iudæo, in eam, introëundi daretur facultas, sed tantum Christianis eam concessit: ubi primum ex nostris, quidam Marcus episcopus constitutus est: in ea quippe (sicut Iosephus refert) sexcenta hominum milia, per Romanos, fuerunt interfecta: cuius quidem calamitatis & excidii, Florii præfecti inhumanitas extitit causa, qui (ut dictum est) Iudæos ibidem, innumeris attriuerat malis, propter quæ lacessiti Iudæi, res nouas contra Romanos, mouere tentarunt, & impetu facto, multos Romanorum interfecerunt, & Cestium, Syriæ præsidem, extra prouinciam eiecerunt. Quam ob causam, infinitæ propemodum cædes, hincinde subsequutæ sunt, de quibus Iosephus lib. 2. de Iudaica captiuitate, pulchrè meminit. Quod quum Nero accepisset, confestim Vespasianum prædictum, ab adolescentia, usque in senectam, bellis exercitatum, ad tam belli magnitudinem sustinendam, 12. imperii sui anno, cum ingenti exercitu misit. Qui utraque Galilæa & Iudæa capta, post tertium annum, mortuo Nerone, ad imperium per senatum ab Iudæa reuocatur, Tito eius filio, ad debellandos Iudæos, ibidem relicto. Agrippa igitur rege, & Beronice eius germana, ex urbe pulsis, & eorum regia à Iudæis succensa, necnon & Anania, eorum pontifice maximo, à seditiosis interfecto, tota ciuitas per Simonem & Ioannem quendam, occupata fuit. Quorum quidem seditionibus, nil magis impium à Romanis quàm ab his duobus, passi sunt Iudæi. Neque post illos ciuitas (ut Iosephus ait) aliquid nouæ calamitatis experta est, sed illa quidẽ grauiores casus pertulit, antequam subuerteretur. Romani autem, qui eam debellarunt, melius aliquid perficere, non peius: nam seditio ciuitatem, Romani uero seditionem cepère, quia multo mœnibus erat tutior. His igitur inter ciuitatẽ male se habẽtibus, Titus (sicut Egesippus lib. 5. habet) cum quibusdam delectis equitibus, foris urbem circuiens, & muros explorãs, à Iudæis à tergo concluditur: sed animũ audacia exacuens, penetrato cuneo, ad suos indignabundus rediit

Quotiens Hierosolyma uastata, & à quibus.

Marcus primus episco.

incolumis,qui statim & ornamēta,& machinas ad muros admouit,quibus quassato muro, secundo Titus tantum per Iosephum,qui dicēdi peritissimus erat, pacem Iudæis obtulit, sed quum multi Iudæi contradicerent, repente tanta in urbe famis crudelitas inualuit, ut cessantibus emptione & uenditione, ciborúmque coctura, incolæ manderent scutorum coria,olerum purgamenta,parietum adhærentia,nauseantium uomitus, uetera etiam boum stercora,& exuuiæ serpentium,atque equorum cadauera ad cibum coquerentur, pro quibus malis facilior apud aduersarios, quàm apud suos pietas seruabatur, in muris enim Ioannes & Simon(ne quis fugeret)patibula poni iusserunt.Heu proh dolor,foris erat captiuitas, intus metus,ubique formido.Cæsar autem circunquaque omni materia collecta, aggerem .40. stadiorum construxit, & exercitum omnem cum balistis machinis, aliisque missilibus,omni ex parte constituit,ne unus quidem euadere posset.Inualescente denique fame,sepultor plerunque ad sepeliendum peruenit ad sepulchrum, cum tanto fœtore morientium,ut urbis terra ad sepulturam nō sufficeret,sed extra muros cadauera proiiciebāt. propter quod ingemuit Titus,& se ueniam sæpius eis obtulisse protestatus est.Multi nanque ad Romanos confugientes,quum eis dabatur cibus,aut nullam edendi uim,aut digerendi habebant potestatem.Hac quippe calamitate permotus Titus,monet Iosephum ut Iudæos & scripturis & exemplis ac lachrymis,si possit,inclinet, sed nihil profuit. Quinimò (ut idem Iosephus refert) & Ioannes & Simon in ea principes, ita omnia obstruxerunt,ut neque Iudæis exitus,neque Romanis pateret aditus ullus.Domúsque singulorum indies à seditiosis iugiter scrutabantur,& si quid repertum fuisset,negantes trucidabantur,& si nil reperissent,adhuc quasi cælassent,omnino cruciabantur.Denique uxores uiris,parentes filiis,ex ore cibum rapiebant, & si ostium alicuius clausum uidebant, confestim aliquem ibidem comedentem suspicabantur: unde & passim etiam domus rumpebantur , inferiores spoliabantur , ditiores uero pro suis pecuniis accusati quod fugere tētassent,enecabantur.Contigit etiam Iosepho & Eusebio in lib.3.Ecclesiasticæ historiæ ca .7. referentibus , factum illud dictu auditúque horrendissimum, de quadam muliere nomine Maria , plebeia quidem, sed diuitiis nobili, quæ in ciuitate recepta fame tabescens, necessitate impellente contra naturam excitata , filium quem lactabat , comedere decreuit. Et accipiens illum in ulnis, ita alloquitur, dicens: Fili mi nunc si omnia te circunstant, bellum, fames, incendia, latrones,cui te reseruabo ? Melius est, inquit, ut uel semel reddas,quod ab me matre suscepisti . Quibus dictis, filium occidit, & coctum medium comedit,& reliquum seruauit, sed incensi filii odor statim seditiosos,qui ciuitatem peruagabant,allexit.Quos mater inuitans,inquit,gustate quod matrem gustasse dicitis.Quo audito repēte eos magnus horror cepit,atque quædam maxima dementia,ac etiā in ipso uisu diriguerūt. At mater,inquit,filius meus est,comedite sicut ego misera comedi. Moneo, ait, uos ne matre misericordiores sitis, aut certe molliores, quòd si uos pietatem colitis,ego,quod reliquum est māducabo. Ilicò nefas tanti sceleris urbem repleuit,& cito hæc calamitas Tito,& omni exercitui nunciata est, & quidam hoc non credebant, alii uero comiserebantur, multos autem uehementius Iudæorum odium cepit . Titus uero manus eleuans ad cœlum dicebat,ad bellum hominum me uenisse credebam, sed ut uideo contra beluas dimicamus feris seuiores . Illæ quippe à propria se abstinent specie, etiam in extrema necessitate suos fœtus fouent,sed isti proprios deuorant filios, illos itaque decicamus,quorum fœda sunt omnia.Quibus dictis, ad id perficiēdum omnem exhibuit uim atque curā,& cōfestim scalis admotis & arietibus,urbem uiriliter expugnauit,eámq; diruptam, uastauit atq; incendit, undecies centenis milibus ibidem consumptis,centū captiuorum milia Iudæorum uendidit. Cur autem tanta ibidem multitudo inuenta sit , Iosephus scribit , tunc azymorum festiuitatē celeberrimam fuisse , in qua quidem festiuitate Iudæi fermè omnes,ex omni prouincia ad templū confluere consueuerāt, & propterea ipsos in urbe hac,quasi in carcere tāquā incredulos includere Dominus uoluit. Et dignè quidē his pacis diebus talia passi sunt,quibus & Saluatorē crucifixerūt. Et sic hic demētiæ Iudæorū iste finis fuit. Cæsar uero cōposito statim in castris tribunali,uniuerso exercitui gratias egit,

Rem horrendam recitat.

Numerus occisorū & captiuorū.

Cōclusio captiuitatis urbis huius.

egit, & unicuique spolia & manubias largiter distribuit, & postea se ad sacra pro uictoria celebrāda uertit, maximámque boum & aliorum animalium multitudinem immolauit, de hinc Hierosolymorum custodiam uni legioni committens, ipse cum Ioanne, ac Simone Giera principibus & tyrannis atque innumerabili captiuorum multitudine & spoliis plurimis, in Cæsariam uenit, ubi fratris sui diem clarissimè celebrans, multā captiuorum partē in spectaculo perire fecit. Quosdā enim cū bestiis depugnare, alios cum aliis pugnare coēgit, atque alios ignibus consumpsit. Veniens denique Titus Romam cum patre suo Vespasiano, ut Iose. li. 7. capit. 36. scribit, ac Orosius noster li. similiter. 7. meminit, triumphum celeberrimum egit, de quo in Titi Vita infrà dicetur. Simonē autem Gieræ filium, qui urbis excidii causa fuit, in triumpho perductum, postea laqueo per totā ciuitatem traxerunt, & multis confossum uulneribus postea interfecerunt. Quúmque Vespasianus triumphi pompam peregisset, templum pacis ædificauit, ubi omnia Iudæorum preciosiora instrumēta reposuit, uidelicet tabulas eorū legis, & penetraliū uela purpurea, & alia multa, quæ commemorare longum esset.

Colligitur autem omne tempus in secundum Vespasiani annum & nouissimum euersionis Hierosolymæ à. 15. anno Tyberii Cæsaris, & ab exordio Euangelicæ prædicationis Christi. 43. annorū, à captiuitate uerò, quam ab Antiocho rege perpessi sunt Iudæi, anni. 230. porro à Darii secundo anno, quo rursum ædificatum est templum, anni. 590. à prima uero ipsius templi ædificatione sub Salomone usque ad nouissimam hāc ruinam, quæ sub Vespasiano isto facta est, anni. 1102. Et sic finis regni & sacerdotii Iudæorū habetur. Nam secundum Christi Euangelium ad nihilum redacti sunt, funditúsque à suo regno, ubi iam eis alienigenæ dominabantur, eradicati, dispersique per terras fuere. Ibi enim post regni recuperationē per Aristobolum pontificem magni Simonis nepotem, regnatum est per decem reges annis ferme. 162. quorum etiam nomina & tempora sunt hæc.

Iudæorum regum epilogus.

Aristobolus	1. an. 1.	Archelaus	6. an. 9.
Alexander	2. an. 27.	Herodes tetrarcha	7. an. 24.
Alexander	3. an. 9.	Agrippa	8. an. 8.
Hyrcanus	4. an. 34.	Herodes frater	9. an. 4.

Herodes magnus 5. an. 37. Agrippa filius Agrippæ. 10. & ultimus an. 22. qui cum bona Ro. gratia deficiēs, regnū omne senatui legauit. Ac sic omne Iudæorum regnū omnino consumptum est.

Pontificum item Iudæorum epilogus

Necessarium item & præsenti historiæ conueniens esse credimus, connumerare omnes Iudæorum pontifices, uidelicet quot fuerint ab Aaron primo usque ad Finasium, qui post Matthiā pontificem belli tempore per discordiam pontifex fuerat ordinatus. Et hi quidem omnes fuerunt. 83. Nam à prima tabernaculi cōstructione, quæ fuit in deserto, usque ad Salomonē, qui templum extruxit, habuerūt uiri numero. 13. quorū nomina hæc sunt. Aaron primus, Eleazarus secundus, Phinæes tertius, Abisue quartus, Bocci quintus, Ozi. 6. Heli septimus, Samuel. 8. Achitob. 9. Achimelech. 10. Abiathar. 11. Sadoch. 12. & Achimaas. 13. temporis ergo isti. 13. habuere principatum à die, qua Iudæi Aegyptum reliquerunt, usque ad ædificationem templi, quod Salomon primo cōstruxit, secundum Iosephū, fuit annorū. 612. Post hos. 13. usque ad aduentum Nabuchodonosor Babyloniorum regis, alii. 18. hanc potestatem tenuerūt, uidelicet à Sadoch usque ad Iosedech pontificē, quem captiuum duxit in Babyloniam, horum quippe pontificatus tempus quadringentorū & sexagintasex fuit annorum & mensium sex ac uiginti dierum. Post captiuitatem uero usque ad Antiochum captatorem Sison, & ex eius genere. 15. pontificatum tenuerūt. Hi tamen non ex domo Aaron fuere, post hos Ioachim ex domo Aaron pontifex factus, sedit annis tribus. Quo mortuo, septem annis ciuitas sine pontifice fuit. Ionathas deinde Iudæ Machabæi frater, ipso tempore pontificatum suscipiens. 4. annis illum tenuit. Quo per insidias mortuo, Simon frater pontificatum iniit, cui successit Hyrcanus eius filius, seditque annis. 31. post quem Aristobolus eius filius, qui uno tantum sedit anno, post eum Alexander eius frater, ab Alexandra Aristoboli uxore pōtifex cōstitutus,

sedit & regnum tenuit annis.27.Quo mortuo, eius etiam Alexandra uxor ex mariti præcepto Hyrcano filio suo pontificatus dignitatem dedit, & tenuit primo annis.9. Sed ipsa Alexandra eius matre defuncta, contra eum Aristobolus frater dimicans & uincens, à pōtificatu illum remouit, ipséque regnum & pontificatum per tres annos & tres menses obtinuit, quem Pompeius captum cum filiis Romā trāsmisit, & Hyrcano rursus pōtificatum restituit. Et præter priores alios nouem.40. annis tenuit, cōtra quem Pachorus Parthorū rex pugnans, ipsum cepit, & Antiochum Aristoboli prædicti filium pōtificem & regem constituit, qui quum tribus annis & totidem mensibus regnasset & sedisset, Herodes & Sosius eius frater eum obsederunt, captúmque Antiochum ad Antonium miserunt, à quo trucidatus fuit. Herodes uero suscepto regno, nequaquam pontifices ex genere Matthiæ patris Machabæorum constituit, sed quibusdam ignobilibus & perniciosis sacerdotibus pontificatum tribuit, similia postea Aristobolus eius filius & Romani fecerunt, quia nulli ex Machabæorum genere hanc potestatem concedere uoluerunt: fuerunt ergo uiri, qui hanc dignitatem habuerunt ab Herode primo, usque ad hoc tempus, quo Titus templum & ciuitatem concremauit, cuncti simul.29. Tempus autem eorum sunt anni centum & septem. Et hæc de omnibus Iudæorum pontificibus epilogando dicta sufficiant.

Iudææ situs. Iudæa igitur regnū est, quæ olim Cananæa dicebatur, in qua Cananæi, Iebusæi, & Eueæi & Amorræi quatuor fuere reges, quos Iosue superauit, eámq; filiis Israël diuisit, quæ quādoque pro ipso Iudæorum regno accipitur, multas cōtinet regiones, uidelicet Galilæam, Iudæam, quæ soli Iudæ tribui pro sorte obuenerat, Trachonitidē, Lysaniam, Samariēsem & alias regiones continet. Iudææ nanque prouinciæ tribui Iudæ sic declaratæ terminus est à meridie mare Salmarum, quod mortuum dicitur, & inde per Cades Bernacæ usque ad torrentem Aegypti, qui influit in mare magnum. Eius autem latitudo ex Iordane flumine usque ad Ioppen explicatur, in cuius medio tanquam umbilicus Hierosolymorum ciuitas est, quæ præ cæteris urbibus tanquam caput in corpore eminet, huius ager montuosus est & campestris, & ad colendum mollis & optimus est, arboribus quidem plenus, in quo campus Hierico, haud longe ab Hierusalem est palmetum, & palmis abundans, & totus irriguus, ubi & balsami uiridarium erat, cuius arbor aromatica est, cuius corticem scindentes succum in uasis suscipiebant, tenacis lactis persimilem, is capitis dolores & suffusiones oculorum incipientes & hebetudinem soluit. Quare preciosissimus est, eo præsertim, quòd ibidem solū nascatur, & eo quidem maximus Iudæis proueniebat prouētus.

Samariensis autem regio inter Iudæam & Galilæam sita erat, incipiebat enim à uico quodam in planicie posito, cui nomen erat Genoniæ, & hæc etiam nihil natura à Iudæa discrepabat.

Galilææ situs. Galilææ uero duæ sunt, quarum una superior, altera inferior appellatur, eásque (ut Iosephus habet) Phœnix & Syria cingunt, discernūt ab occidente Ptolomais territorii sui finibus à meridie usque ad Iordanem, ab oriēte Ioppa & à Gadaris finibus terminatur. Inferioris Galilææ fines longissimi sunt, uidelicet ex Tyberiade usque ad Capulon prorogantur, latitudine autem patet ex uico Salothi, qui in campo magno situs erat, usque ad Barsabē, longitudo eius à Talla uico Iordani proximo usque ad Berothæ tendebatur, hæ multis alienigenis cinctæ erant, ubi & uiri pugnaces erāt: unde nec ab ullis unquam occupari potuerunt, erant quoque optimæ ac fertiles regiones omniúmque arborum genere cōsitæ, ibidémque etiam, ut testatur Hierony. celeberrimæ ciuitates erant, & ubique multitudo uicorū propter opulentiam populosam, in quorū minimo quindecim colonorum milia fuisse Iosephus dicit.

Trachonitidis regio. Trachonitidis uero regio, & aliæ multæ Herodis Agrippæ partes, à monte Libano & fontibus Iordanis incipiunt, & usque ad Tyberiadis lacum latitudine pandunt. Et hæc de toto Iudææ regno, quibus terminis quibúsue regionibus cinctum sit, dicta sufficiant. Hæc ipsa etiam infra libro.12. dicemus.

5079 80 Apollinaris Rauēnatus episcopus sanctissimus, atque clarissimus uir ab apostolo Petro ordinatus, & Rauennas episcopus missus, cum superioribus diebus Rauennatis in Christo credentibus mira uirtutū signa contulisset, his temporibus sæuis uerberū flagellis sæpe cōteritur, & senile iam corpus ab impiis, horrēdis cruciatibus laniatur, sed ut diuus refert Ambrosius, ne fideles de suis uexationibus trepidarent, in uirtute Domini nostri Iesu Christi, signa apostolica plurima perfecit. Nam puellam post tormenta confestim suscitauit mortuam, & multis cæcis uisum reddidit, & muto cuidam loquelam restituit, obsessamque à dæmonio liberauit, contagionem leprosi mundauit, atque portentum simulacri unà cum templo in terram deiecit, post quas uirtutes, hoc anno apud eandem urbem inter ipsa uicissim sibi succedentia tormenta, gloriosum cōsummauit martyrium. 10. scilicet calendis Augusti, quo quidem die eius natale celebratur.

Bartholomæus apostolus in numero quidē apostolorū sextus, qui & symbolo Christianæ fidei, Credo in spiritum sanctum, adiecit: per hoc tempus, ut Theodorus abbas & doctor testatur, postquam in Lycaonia atque superiori India Christi Euangeliū prædicasset, in Albanam maioris Armeniæ urbem ueniens, confestim quoddam templum ipsis dæmonibus consecratum ingreditur, ubi constitutus effecit, ut dæmon nullum cultoribus suis præberet responsum: ibi quoque Domini nostri Iesu Christi Euangelium prædicans, Polemonium ipsius urbis regem atque reginā cum duodecim ciuitatibus ad Iesum Christum conuertit. Et ut miraculo fidem suā esse certissimam commendaret, dæmonem statim catenatum cunctis ostendit deformem. Propter quod pontifices templi indignati, ipsum à quodam tyranno Polemonii prædicti regis fratre, ueluti maleficū & sibi infensissimum, primo cædi, deinde excoriari atque obtruncari fecere. Qui mortis discrimen uiriliter perferens, gloriosi certaminis ad cœleste gaudium secum reportauit triūphum. Cuius quidē uenerabile corpus à Christi fidelibus ibidem cum omni honore ac ueneratione tumulatū, tandem à Paganis in mare unà cum arca proiectum est. Quod (ut beatus testatur Theodorus) primum ad insulam Lypparim delatum, postmodum exinde Beneuentum translatum est, ubi pia fidelium deuotione plurimum per aliquod tempus ibidem quieuit, tandem Romam trāslatum plurimum ueneratur. Fuit hic nobilissimis ortus parētibus, rege uidelicet Indiæ natus, qui Hierosolymā ueniens, audita Christi diuinitate, atque crebris eius miraculis, eidem adhæsit. Bartholomæus apostolus.

Iudas qui & Tadæus Simonis Cananæi & Iaco. minoris frater, Mariæ Cleophæ ex Alphæo filius, & Christi apostolus, qui unà cum Simone fratre in symbolo fidei, sanctorū communionem, remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem addidit, his temporibus, postquam in Mesopotamia & in inferioribus partibus Ponti Christi Euangeliū prædicasset, & efferas atque indomitas gentes, quasi beluarum naturas sancto dogmate mitigasset, & fidei dominicæ subiugasset, ad Abagarum regem in Edessam ciuitatē uenit, qui scilicet rex irremediabili corporis morbo tenebatur, quem cum ab infirmitate liberasset, martyrium compleuit. Cuius festiuitas. 5. calen. Nouembris celebratur. Scripsit autem Iudas hic epistolā breuem, quæ è septem Canonicis ultima habetur, in qua fratres de corruptoribus uiæ ueritatis ita informat, ut illicitum esse differat, semel de iugo seruitutis erutos denuo operam suam officiis nauare seruilibus. Iudas Thadæus apostolus martyrio coronatur.

Andreas Simonis Petri frater, & in passione socius, qui in symbolo fidei, & Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum addidit, adhuc Vespasiano imperante, cum Scythis Euangelium prædicasset, apud Patras Achaiæ ciuitatem ab Egea procōsule comprehensus, in carcerē truditur, deinde grauissimè cæditur, & ad ultimum in cruce appenditur, ubi & biduo uiuens, ultimo Nouembris die martyrium consummauit. Maxilla uero ipsius Egeæ uxor, confestim apostoli corpus rapiens, optimo loco cum aromatibus sepeliuit, cuius sanè corpus uigesimo Constantii Cæsaris anno cum ossibus beati Lucæ Euāgelistæ ex eadem ciuitate in Constantinopolim translatum est, uerum eius caput postea Pius papa, eius nominis secundus, è Peloponneso, ab eiusdem loci principe Romam aduectum, in beati Petri templo maxima cum ueneratione collocauit. Andreas apostolus martyrio coronatur.

Thomas apostolus martyrio coronatur.

Thomas Apostolus qui Didymus dicitur, per hæc quoque tempora cū Christi Euāgelium Parthis, Medis & Persis, Hircanis, ac Bragmanis prædicasset, etiā in Indiā superiorē & inferiorem proficiscens, multos conuertit, & Migdoniam Carisii cognati regis uxorem baptizans, Christo consecrauit: ibidē quoque multas adhuc extātes ecclesias fundauit, indéque, ut Chrysostomus ait, ad regionem Magorum, qui ad Christum uenerant adorādū, deueniens, eos baptizauit, & in adiutorium fidei Christianæ socios suscepit. Tandem ab infidelibus laminis adustus, in fornacem proiectus, cum adhuc superuiueret, lanceis persoratus martyrii coronam promeruit. Cuius corpus haud multo post ad Edessam ciuitatem translatum est. Eius uero diei festiuitas. 12. calen. Ianuarias celebratur

Matthias apostol. martyrium sustinuit.

Matthias apostolus natione Bethlamites, ex tribu Iuda progenitus, qui post ascensionē Domini ab apostolis sorte in eorum numerum fuit electus, sicut Lucas. 1. cap. libri Actuū apostolorum contestatus est. Quíque & in symbolo, uitam æternā adiecit, hac tempestate dum apud Iudæam Euangeliū Christi annunciaret, acerbissimū crucis martyriū sustinuit, eius autem natale. 6. calend. Martii celebratur, licet de tempore eius martyrii uariæ referantur sententiæ.

Matthæus apost. & Euangelista.

Matthæus apostolus, ex publicanis actibus apostolus & Euangelista clarissimus factus, & ipse post Domini ascensionē Euangelio Christi in Iudæa prædicato, cū ad gentes exteras transire statuisset, in Aethiopia primus Euangelium Hebraice scripsit, quod quidē fratribus, & maximè Barnabæ condiscipulo, à quo recedebat, in sui memoriam reliquit, sic incipiendo, Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, in cuius quidem principio Christi incarnationem, in medióque prædicationem, & in fine eius passionem ostēdit. Quod quidem Barnabas apostolus, ad prædicationis officium per diuersas peragrans ciuitates, secum deferebat, & super ægros ponebat, qui omnes confestim sanitatis beneficium consequebātur. Hic nanque non solum, ut Chrysosto. ait, sanctorum, sed & peccatorum Euangelista extitit, qui & sermone & uitæ correctione peccatoribus Christi Euangelium prædicauit, è Iudæa autem post in Aethiopiam transiens, totam ferme regionem illam percurrit prædicando, atque innumeros Aethiopum populos Christi iugo subdēs, ipsius Christi fundauit ecclesias, in qua scilicet regione & triginta tres ānos stetit, quod Beda testatur, dicēs. Qualis nanque Matthæus sit factus, docet ipsa Aethiopum gens, quam de ultimis terræ finibus ad ecclesiæ sanctæ societatem prædicādo conuertit, ablutámque fonte baptismatis, de fusca formosam reddidit, quia nigredine uitiorum illam exuit, & ornatu uirtutum illam decorauit. Cum autem Ephigeniam nobilem uirginem cum ducentis uirginibus Christo consecrasset, à rege spiculatore misso, ante altare. 11. calend. Octo. capite cæsus est. Qui Elephantiæ morbo rex correptus, uitæ tædio & ipse semetipsum paulo post interfecit. Apostolus autem per uisum populum admonuit, ut Ephigeniæ fratrem ab ipso baptizatum regem constitueret. Qui in regno constitutus septuaginta annis imperans, ecclesias ubique erexit plurimas, & uniuersam Aethiopiam Christianissimam effecit, eandémque ecclesiam ab eo fundatam, eunuchus, quem Philippus baptizauerat, eidem succedens, mirum in modum erexit, qui post ipsum Matthæum apostolum, non solum unius ecclesiæ, sed etiam totius Aethiopiæ, tanquam summus pontifex, gubernacula suscepit: sacerdos autem quidam Genuensis sancti Marci præpositus, uir sanè egregius, tractatum de huiusce gentis moribus conscribens, quem Mappam mundi nominauit. De huius gentis moribus multa conscribens, refert presbiterum Ioannem illi populo tanquam patriarcham præesse, eique centum & uiginti septem Archiepiscopatus subesse, quorum quilibet uiginti episcopos habere uidetur, hi Romano more fonte baptismatis, in nomine patris & filii & spiritus sancti renascendos baptizant. Eodémque ritu Eucharistiæ sacramentum conficiunt, hoc solum excepto, quod pater noster ante sacramēti eleuationem decantant. Et post beatam uirginem Mariam apostolos Petrum & Paulum atque beatum Ioannem baptistam præcipuo suscipiunt & uenerantur honore. Alios quoque apostolos & præcipue hunc apostolum Matthæum, eorum præcipuum doctorem magno uenerantur obsequio. Beatos insuper Paulum primum eremitam, Antonium abbatem, Macharium, atque alios duos eremitas, summa

Eunuchus apostolorum discipulus.

De Ioanne Indorū presbytero.

devotione

deuotione prosequuntur. Eorum quippe imperatorem Christianissimum ferunt, cui & septuaginta quatuor reges ac infiniti propemodum obtemperant principes, duodecim duntaxat regulis exceptis, qui Machumeteas obseruant leges, qui tamen imperatoris mandatis in reliquis parent, hunc sané imperatorem tempore Clementis quinti, anno scilicet salutis nostræ.1306. ad Hispaniarum regem triginta legatos misisse, illique contra infideles auxilium protulisse, prædictus Genuēsis scribit, qui & Amonem ad prædictum Clementem pontificem quintum cum reuerentia accedentes, de multis edocti, cum multis muneribus & literis apostolicis ad limina apostolorum Petri & Pauli uisenda Romam uenerūt, quibus inuisis cum gaudio, ad propria rediere, uerum cum Genuæ multis diebus nauigādi tempus expectantes, multa (ut fit) de eorum tribubus, moribusq; ac regionibus rogati scripto reliquerunt, quæ idem auctor reserauit

Viri disciplinis excellentes.

Quirinus Asconius Pedianus scriptor & historicus celeberrimus, per hæc tempora, teste Euse. claruit, & multa conscripsit, qui cum ad septuagesimum & tertium ætatis perue nisset annum, luminibus captus. 12. superuixit annis, in quibus cum summo omnium honore consenuit. Quo in tempore historicos libros luculenter excripsit.

Dioscorides medicus Græcus & militaris disciplinæ uir, his tēporibus, teste Plinio, in herbaria arte Romæ admirabilis fuit, & herbarum uirtutes arborúmq;, lapidum, aromatū, & animaliū in quinque uoluminibus accuratissima doctrina conscripsit, imò ut de seipso te statur. Quæcunq; (inquit) in his libris posui non ex opinione, aut fama cognoui, sed ex electione & experimento didici. Dioscorides medicus.

5280 81 Cletus papa natione Ro. patre Aemiliano hoc tēpore Clemente adhortante pōtificiū munus suscipiens, sedit annis.11. mēse uno & diebus.11. uir certe optimus, atque sanctissimus, qui nihil omnino prætermisit, quod ad augendam ecclesiam dei pertinet, quam cum optimé pro tempore ocurrenti constituisset, sub Domitiano Cæsare martyriū percepit, & in Vaticano apud beati Petri corpus.5. calen. Maii sepultus fuit. Hic ex præcepto Petri.25. presbyteros mense Septēbri in ordinem redegit, & primus literis apostolicis salutē & apostolicam benedictionem scripsit. Sunt tamen qui dicant, hunc & prædecessorem nō ut pontifices sedisse, sed ut summi pontificis coadiutores, &.2. Vespasiani annó Lino successisse, cuius natale.6. cal. Maii celebratur. Cletus papa.3.

Titus primus Vespasiani filius, undecimus Ro. imperator, patre defuncto. 214. olympiade imperare cœpit, & Suetonio teste, imperauit annis. 2. mens. 2. & die.20. Vir certe natura humanissimus atq; beniuolus, & forma egregius, adeó ut in eo omnes corporis & animi dotes explendescere uiderentur. Quamobrē amor & humani generis deliciæ dictus est, qui & Latinæ Græcæque linguæ peritissimus fuit, & orādo fingendisq; poëmatibus prōptissimus, sed neq; musicæ artis ignarus habitus est, quo nemo prædecessorū principum magnificentior, aut liberalior extitit, cum nulli petenti quicquam unquam negarit. De qua re qui cum ab amicis reprehenderetur, respondisse fertur. Neminem tristem à principe discedere oportere. Tantæ etiā bonitatis fuisse dicitur, ut cum quadam die in cœna recordatus fuisset, nil se die illo cuiquam præstitisse, dixerit, ó amici hodie diē perdidi, ueruntamen quadā sub eo infortunia & tristitia Romæ & alibi acciderunt, uidelicet conflagratio Vesuuii montis in Campania, quæ innumeros exussit populos & incendium Romæ per tres dies & noctes, & sæuissima pestilentia. Attamen amphitheatrum & termas ac multa alia ædificauit & absoluit. Musonem insignem philosophum ab exilio reuocauit, & familiaritate Quirini Asconii prædicti plurimum usus est. Hic itaq; (ut præmissum est) capta Iudæa & euersis Hierosolymis, innumerabilique hominum multitudine interfecta, Romam reuersus, unà cum patre triumphauit, uno & eodem curru uecti; Domitiano eius fratre equo albo subsequente. In quo Titus imperator. Amphitheatrū & termas ædificat.

quidem triũpho (Iosepus qui præsens aderat scribit) innumera Iudæorũ spolia, & tabulæ ueteris legis è templo cum reliquis thesauris ablatæ fuere. Cuius triumphi monumenta adhuc Romæ in uia noua apparẽt insculpta. Periit tandem hic talis ac tantus princeps uẽtris profluuio in eadem uilla, qua & pater ætatis suæ anno. 42. eóque loco cũ ingenti hominum luctu sepultus. Qui & ex senatus consulto atque decreto propter ingẽtes eius uirtutes in deos relatus est

Vesuuius Campaniæ mons, ab omni alio monte solutus, & à Neapoli urbe. 4. passuum milibus distans, oliuetis, uinetis, aliisque fructiferis arboribus refertissimus, hoc anno secundũ Euse. in uertice ruptus, tantũ incendium ex se eiecit, ut ipsius montis arbores, uici nasque regiones, atque urbes, cum innumerabili hominũ multitudine exusserit: itaque ut cum Pli. Secundus historicus postea Traiani tempore ex Messanensi classe (cui præerat) ad hoc uisendum spectaculum propius accessisset, ab eodem incendio absorptus fuerit. Nam tantam cinerũ & pumicearum copiã eructasse dicitur, ut campi usque ad arborum cacumina intumuerint. In his autem aduersis Titus imperator non modo principis solicitudinem, sed & parentis etiam afflictis præstitit affectum, nunc per scripta consolando, nunc quantũ facultas suppetebat subueniendo, unde & ad eandem prouinciam restaurãdam curatores misit, qui bona oppressorũ in eodem loco, quorum hæredes non extabãt, restitutioni ciuitatum afflictarum attribuerent

Domitianus imperator.



Domitianus Titi prædicti frater & Vespasiani similiter filius. 12. Ro. Imperator hoc anno, qui est quartus annus. 214. olympiadis post fratrẽ imperare cœpit, & imperauit annis. 15. & mensibus. 5. uir per omnia pessimus, qui teste Orosio li. 7. Cap. 12. magis Neroni & Calligulæ similis, quàm patri Vespasiano, aut Tito fratri, moderatior tamen primis annis habitus est, sed mox per omnes scelerum gradus paulatim peruenit scilicet, libidinis, crudelitatis, iracundiæ, desidiæ, quibus criminibus tantum odii suorum in se concitauit, ut patris fratrísque nomen penè aboleuerit. In tãtam etiam superbiam prolapsus est, ut dominum se ac deum uocari, & scribi ac coli iusserit: hanc ob rem multos ex nobilioribus interfecit, plærósque in exiliũ misit, quin & in eisdẽ locis trucidari fecit. Libidinis quoque (licet uxorẽ haberet formosissimam) intemperatissimus fuit, & in ea quodcunque crimen excogitari potest, hoc ipse perfecit, multa tamen ædificia & quidem amplissima, ut Suetonius refert, incẽdio absumpta Romæ extruxit, in quibus Pantheon templum quod nunc sancta Maria rotunda dicitur, sine aliqua lignorum admixtione fabricauit, Capitolium quoque, forum transitorium & porticus multas ac Vespasiani Mineruæq; templũ, & alia multa construxit, sed omnia sub titulo tantũ suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Bellum etiam per legatos contra Germanos & Dacos fœlicissimẽ gessit, quibus uictis triumphauit. Multas quippe leges utiles ad communem rerum usum condidit, in quibus sportulas publicas sustulit, & castrari mares uetuit, ac histrionibus scenam interdixit, uites quoque in urbibus plantari prohibuit. Duo mẽses Septẽber scilicet & October aliter nominati uocari iussit. Denique secundam post Neronem in Christianos exercuit persecutionem. Eos quoque qui de genere Dauid fuerant, ubique exquiri & interfici præcepit, ut nullus Iudæorũ regni reliquus superesset, quos tamen pater eius Vespasianus, Hierosolyma capta, cõquisitos, uelut ex regia stirpe progenitos in precio habuit. Demum superueniẽte diuina ultione à suis in proprio palacio, anno ætatis suæ. 35. interficitur, & per uespertiliones eius cadauer delatũ sepelitur. Fuit autẽ hic Domitianus statura procera, uultu decoro, grandibus oculis, ac in reliquis corporis mẽbris pulcher & decens. Liberalia quoque nunqã neglexit, unde & ius diligenter & peroptimè dixit. Et proterea bibliothecas incendio cõflagratas summo studio reparare studuit. Milites autẽ eius mortem grauiter ferentes, eum diuum propterea appellauere. 5281 82

Pantheon tẽplum. Prohibitio castrãdi mares. Eius formã corporis describit.

Hæreticus malus. Hæresiarcha

Menander necromãticus natione Samarites Simonis magi discipulus, hoc anno Christum negãs, seipsum mundi saluatorem destinatum temerè affirmare ausus est. Siquidem quum esset hæresiarcha pessimus, incredibilia composuit figmenta, multósque, ut scribit Eus. decepit, cum quibus & tandem uno scelere pariter interiit. 5284 85

Cherinthus similiter hæresiarcha uir lubricus, per hæc tempora suas hæreses dissēminare orsus est, & multos ad se traxit sectatores, qui Cherinthiani uocabantur. Dicebat enim legalia tantum præcepta esse seruāda, ut habetur in Canone.24.q.11.ca.Quidam. Ab eo nāque Cherinthiana hæresis dicta est.

Hebion quoque hæresiarcha, à quo Hebionitæ hæretici cognomen sumpsere, his temporibus comparuit, qui asserebant atque prædicabant Christum purum fuisse hominem, & apostolum Paulum legis apostatam esse. Hæresiarcha

5289 90 Timotheus Pauli apostoli discipulus, Ephesi episcopus ab eodem magistro ordinatus, hoc anno post multos pro Christo agones perlatos, ibidem martyrio coronatur: sunt tamen qui dicant eum sub Nerone passum, cui, dum torqueretur duo angeli apparuere, dicentes. Erige caput in cœlum, & uide, qui uidit cœlos apertos, & Iesum coronam gemmatam tenentem, atque dicentem sibi. Hanc de manu mea accipies. Quod ut quidam nomine Appollinaris uidit, se baptizari fecit, quapropter præses ambos iussit in confessione Domini perseuerantes decollari. Ad hunc Paulus è Laodicea duas scripsit epistolas, unam de exhortatione martyrii & omnis regulæ ueritatis, aliam uero de ordinatione episcopatus & diaconi & omnis ecclesiasticæ disciplinæ. Eius autem natale.11.calendas Februarii celebratur. Timotheus Pauli discipulus

Titus similiter Pauli apostoli discipulus, Cretensium episcopus, ab eodem Paulo ordinatus, hoc ipso anno postquam prædicationis officiū multis annis fidelissimè exercuisset, beatum finem adeptus est, atque ibidem ubi fuerat minister constitutus sepultus est, huic etiam diuus Pau. ex Nicopoli epistolam scripsit dignissimam, in qua eum commonefacit & instruit de constitutione presbyteri, & de spirituali conuersatione & hæreticis uitandis, qui traditionibus Iudaicis credebant. Eius festum.2.nonas Ianuarii celebratur. Titus Pauli discipulus

Cresentius Pauli apostoli discipulus, qui superioribus diebus per Galliam transitum faciens, multos uerbo prædicationis ad fidem Christi conuerterat, hisdē etiam diebus.5.calen. Iulii in pace quieuit, quo etiam die eius natalitius dies celebratur. Crescētius Pauli discipulus

Iulianus Cenomanēsis episcopus, quē nōnulli Simonē leprosum à Domino liberatum fuisse affirmant, quiq; & Dominum hospitio susceperat, per hoc tempus migrauit ad Dominum, hunc enim apostoli post Domini ascensionem ibidem ordinauerant episcopū, ubi inter cætera eius miracula tres mortuos à mortuis resuscitasse fertur, & habito sancto, eius natale.5.calen. Februarii agitur. Iulianus episcopus Cenomanēsis

Iulianum item alium, qui utrūque parentē nescius cōfoderat, his quoque temporibus post longas & incessabiles lachrymas, atque arduam pœnitētiam.6.calen. Iulii in Domino quieuisse dicunt, quo etiam die eius memoria recolitur.

Persecutio Christianorum secunda.

Domitianus itāque.12.imperii sui anno, secundam post Neronem in Christianos exercere cœpit persecutionem, in qua & Ioānes apostolus & Euangelista in Pathmō insulam relegatus fuit, ubi & apocalypsim uidit, quā manu sua conscripsit, passi que sunt inter cæteros Cletus & Anacletus papæ, & alii quoque infrà scripti, uidelicet.

Domicilla uirgo sanctissima Flaui Clementis ex sorore neptis, quā idem sanctus Clemens sacro uelamine cōsecrauerat, sub hac persecutione propter nomen Christi cum aliis plurimis in Pōtiā insulam deportata, ibidem longum duxit exilium, ubi cum multos doctrina & miraculis ad fidem Christi cōuertisset, in cubiculo domus suæ cum Euphrosina & Theodora, atque aliis uirginibus, à quodā tyrāno exusta est, nonis, scilicet Maii, in quo die eius festum celebratur.

Nicomedes item Romanus presbyter, sub hac Domitiana persecutione Romæ in uia Numentana passus est, qui cum diceret compellentibus se sacrificare. Ego non sacrifico, nisi Deo ōnipotenti qui regnat in cœlis, plumbatis tamdiu cæditur, donec exhalaret spiritū, & deinde inter celebres sanctos relatus.22.calē. Octo.eius natalitius dies celebratur.

Hermacoras Aquileiensis archiepiscopus, & totius Venetiæ prouinciæ protopræsul, diui Marci discipulus, à beato Petro apostolo ibidem ordinatus, tempestate hac, cum inter multa sanitatum miracula & prædicationis instantiam, populorúmque conuersionem,

nem, multa pœnarum genera expertus fuisset, ad ultimum cum Fortunato archidiacono suo quarto idus Iulii capitali sententia perpetuam sibi gloriam comparauit. Sunt tamen qui dicant eum cum regionem nostrā deo lucratus fuisset, sub Nerone securi percussum, martyrium compleuisse. Hic Syrum Papiensem episcopum habuit discipulum, uirū utiq; sanctissimum, qui mira sanctitatis edidit opera.

Dionysius Ariopagita. Dionysium quoque Ariopagitam philosophum & astrologum clarissimū Parisiensem episcopum, in hac persecutione cum Eleuterio archipresbytero & Rustico diacono Parisiis passum fuisse tradunt, qui cum à Clemente Romano pon. ex præcepto beati Petri ad Gallias prædicationis gratia directus fuisset, ibique usque in præsens tempus commissum sibi opus ardēter exegisset, à præfecto Parisiorū urbis nomine Fescennino unà cum sociis nonagenarius gladio percussus, martyrium compleuit. Hic est ille Dionysius Ariopagita philosophus & astronomus, qui Athenis cum cæteris astronomis in Domini nostri Iesu Christi passione dixit. Aut deus patitur, aut ordo naturæ destruetur, quē postea Paulus apostolus baptizatum diligenter instruxit, & Atheniēsium episcopum ordinauit, ubi deinde prædicationi insistēs, ciuitatem ipsam & maximam regionis partem Christianæ fidei subiugauit, hic cum cæteris apostolis, ut in lib. de Diuinis nominibus ipsemet testatur, dormitioni dei genitricis interfuit: postea uero cum audisset apostolos Petrum & Paulum à Nerone Romæ detentos, episcopum sibi substituens, Romam ad eos uisendos uenit, post quorum fœlicem exitum, à Clemēte episcopo, ut præmissum est, in Gallias cum sociis directus est, ubi &.7. idus Octobris martyrio coronatus est.

Clemēs papa.4 Clemens natione Ro. de regione cœli montis, patre Faustino, post Cletū pontificem sedit annis.9. diebus.10. Hunc beatus Petrus (ut ex epistola ad beatum Iacobum Hierosolymitanum missa constat) post se Romanum constituit episcopum, sed cum esset omniū modestissimus, Linū & Cletū prædictos sponte in honore sibi prætulit, qui cum doctrina & religione ac pietate insignis haberetur, innumeros pene homines ad Christi fidem conuertit, quibus & aliquos tractatus & epistolas ecclesiæ nomine edidit. Deinde Ecclesiam Ro. institutis & moribus confirmās, constituit ne quis unquam episcopus diacono absente celebrare præsumeret, sicut Gratianus in Canone testatur.93. di. ca. Diaconi. Vetuit item laicis, ne quē clericorum accusare præsumerēt, ut ubi supra de Conse. di.i.c. Hic ergo. Diuisit etiam regiones septem notariis, qui diligenter martyrum res gestas conscriberent, quibus optime gestis, P. Tarquiniū principem, & Mamertinum urbis præfectum infensos habuit, qui Traianum uirum optimum in eum ac reliquos Christianos concitauerunt, unde & eius iussu in quandam insulam deportatus est, quo in loco, ut sacra eius habet historia, duo Christianorū milia ad secādos lapides inuenit, qui aquæ penuria maxime laborabant, quia eā, cum opus esset, é sexto miliario repetere oportebat, sed Clemens populi necessitate commmotus, fusa oratione confestim haud longé agnum uidit, sub cuius pede dextro fons uiuus emanare cœpit. Qui cōuocata turba omnes eadem aqua recreauit, quo miraculo multi ad fidem Christi conuersi sunt, unde indignatus Traianus, satellites misit, qui alligata Clementis collo ancora, eum nono calen. Decem. in mare proiecerunt. Cuius sanctissimū corpus non ita multo post ad littus delatum est, atque eodem loco sepultum, ubi fons emanauerat, quo etiam in loco templum postea constructum est, uerum post eius mortem sedes.22. diebus uacauit. 5290 91

Viri disciplinis excellentes.

Seruius Sulpitius iurīscōsultus. Seruius Sulpitius orator & doctissimus iurisconsultus, per hoc ipsum tempus Romæ claruit, qui inter cætera de Dotibus librum unum edidit, & de Nuptiis librum alium, ac de sacris disceptandis libros duos, & alia multa.

Isæus similiter Romanus orator, hoc tempore disertissimus habitus est, de quo Quintilianus eius cōtemporaneus, licet ætate prouectior lib.12. edito, de Insti. ora. meminit (cū de genere dicendi pertractaret) dicens. Transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona & iis priores, Isæum, Antiphontem: quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. Hunc etiā Plinius Nepos, qui eiusdem quasi temporis in precio fuit, in quadā epistola plurimum laudat.

P. Statius

P. Statius Neapolitanus, Sellis tamen Epyrotico oppido oriundus, Romæ per hæc tempora floruit, & ibidem de Thebaico bello librum edidit, qui incipit. Fraternas acies. Et librũ de Achillis infantia, cuius principium est. Magnanimum Aeaciden. Item Syluarum librum, pro quibus rure Albano donatus, Martiali ac Iuuenali plurimum odio fuit.

Martialis poëta Coquus, Epicureus philosophus, his temporibus ex Hispania Romam ueniens, propter ingenũ sui magnitudinem & Epigrammata confecta, magno in precio habitus est. Qui ex Bilbeli Hispaniæ urbe patre Frontone & Flacilla matre duxit originẽ, adultúsque in Celtiberiam translatus, ibidem literas optime didicit, ea quippe urbs prope Salonem fluuium constituta est, ubi Sertorius contra Metellum dimicauit, ísque cum sub Traiano principe senio confectus esset, in patriam rediens, ibidem diem obiit. Martialis poëta Coquus Celtiberia.

Iuuenalis poëta Satyricus natione Aquinas, & ipse hoc tempore Romæ claruit, hic patris libertini filius fuit, incertũ tamẽ alumnus an filius fuerit, hæres tamẽ, certè hic cum Romanorũ tẽpora satyris notare præsumpsisset, à populo Ro. octogenarius in Aegyptũ cum cohorte missus est, non hic quidem ad sui honorem, sed ad pœnam, ubi cum in itinere esset, uitæ finem fecit. siue Paphlagonia. Iuuenalis poëta.

Stellam quoque Patauinum poëtam non ignobilem cum supradictis claruisse, multáque scripsisse ferunt, hic uxorem nomine Violentillam eius professionis & literaturæ habuit, quam unicè amauit.

Iustinus Tyberiensis historicus celeberrimus his temporibus cum insignis esset, Iudaicæ cladis historiam contexuit, quam Iosephus Iudæus (teste Hiero.) improbauit. Alios quoque nonnullos Commenta. edidit, fuit enim ex Galilæa natus.

Apollonius quoq; Thianeus, & Euphrates philosophi per hoc ipsum tempus clarissimi fuerunt, de quibus nonnulla monumenta scripta habentur. Apollonius Thianeus.

5298 | 99



NErua.13.Ro. imperator post Domitia.3.anno.218.olympi.iam senio cõfectus, imperator electus imperauit anno.1. & men.4. Hic suscepto imperio, cum omnia ipsius imperii sceptra ex prædecessoris tyrãnide in tumultu offendisset, se æquissimum atque utilem omnibus præstare conatus est: unde eius opera omnia Domitiani acta ex senatus decreto abrogata sunt. Quamobrem multi exilio damnati in patriam rediere, multique bonis suis spoliati, suo beneficio ea recepere, inter quos etiam Ioannes Euangelista ab exilio reuocatus est, & ad Ephesum cum gaudio remeauit, uerũ post primum sui principatus annũ cum iam senio grauaretur, & mors instaret, reipu. cauens, Traianum sibi adoptauit in filium, quo adoptato, cum.72. ætatis excederet annũ, uitæ suæ finem mox fecit, cuius corpus in hortis Sallustianis sepelientes, inter deos ex senatus decreto retulerunt. Nerua 13. impe.

Victorinus Emiternæ urbis dignissimus episcopus, uir sanctitate & miraculis clarissimus, hoc anno ex eadẽ urbe Romam ad Neruam prædictum principem tanquam Christianus adductus, statim iussu ipsius capite deorsum appenditur, in loco uidelicet, ubi putentes & sulphureæ aquæ emanabant, ubi cum per triduũ ut martyrii genus pro nomine Iesu Christi constantissimè pertulisset, nonis Septembris martyr migrauit ad Dominum, quo etiam die eius festum agimus.



ANacletus natione Græcus, patria Atheniẽsis, patre Antiocho natus, Clemẽti in pontificatu succedens, sedit annis.9. hunc Euse. prætermittens, dicit ipsum esse electũ. Sed Damasus noster in suis Chronicis ei in hoc & aliis multis contradicit, quia Cletum ab Anacleto & patria & mortis genere differre ostẽdit: nam Cletũ natione Romanũ, Anacletum uero Atheniẽsem dicit. Hic itaque uir optimus fuit, & primus memoriam beati Petri composuit, & seorsum à plebe loca ubi sepelirentur martyres assignauit, sed & institutis ac moribus Romanam ecclesiam confirmaturus, teste Gratiano in Canone, cõstituit ne episcopus à paucioribus quàm à tribus ordinaretur episcopis, sicut habetur, in Decretis.66.di.c. Porro.&.c.Hierosolymitanus. Voluit tamen ut simplex sacerdos ab uno tãtum episcopo ordinaretur, sic autem habetur.97.di.c. Reliqui sacerdotes. Mandauit præterea episcopum non nisi die dominica & hora tertiarum ordinari.75.di.c. Ordinationes episcoporum. Statuit itẽ ne quis episcopus alienos subditos ordinare Anacletus papa.5.

ordinare præsumeret.7.q.i.c. Episcopus in diœcesi aliena. Vtq; clerici ad sacros ordines non priuatim, sed publicè asciscerētur: omnibus quoque fidelibus mādauit, ut cōmunione sacerdotis facta & se communicarent, qui uero nollent, sacris ædibus pellerentur, unam hic tantum ordinationem in mēse Decembri celebrauit, in qua quinque presbyteros, tres diaconos, & sex episcopos ordinauit. Denique sub Traiano principe pro fide Christi supplicio peremptus, uacauit sedes dies.13.

Traianus imperator. TRaianus genere Hispanus, Neruæ per adoptionem filius, cognomēto Vlpius Crinetus.14. Romanorum imperator, olympiade.219. post Neruam Augustus electus imperauit annis.18. men.6. Vir quidem in omni uirtutis genere præstantissimus, & inter sanctos Christianos (ut ita dixerim) merito referendus, quod optimos principes rerum gestarum magnificentia, & omnimoda uirtute, laude, & gloria superarit. Imprimis nanque imperii fines longè latéque diffudit. Germaniam transrhenanam, secundum Orosium li. 7. in pristinum reduxit statum, Daciámque cum aliis gentibus Romano subegit imperio, Parthos quoque recepit, & Albanis regem dedit, Euphratem & Tigrim prouincias fecit, Armeniam insuper & Assyriam, Mesopotamiam, Seleuciam, Thesiphontem, ac Babyloniam uicit, & usque ad Indiæ fines tenuit. Ad mare etiam rubrum accessit, in quo classem constituit ualidam, qua inde fines uastaret. Hic quippe omnibus in omnia se æqualem exhibuit. Quinimo ut Eutropius scribit, persæpe amicos salutationis gratia uisitauit, & neminem unquam læsit, ubique enim terrarum ita se omnibus æqualem præstitit, ut usque ad Iustiniani magni tempora in creatione principum semper sit acclamatum. Fœlicior sit Augusto, & Traiano melior. Honores enim imperii, diuitias, facultates, & præmia benemerentibus præ cæteris æque distribuit. Cuius tale persæpe erat dictum. Talem priuatis imperatorem esse oportere, quales priuatos sibi optat habere. Immunitates urbibus inopia laborantibus ultro offerebat. Portum Anconitanum nunc mirum in modum auctum extruxit, & alia multa ædificauit, nihil unquam in uita egit, nihílque cogitauit, quod non ad cōmunē utilitatē pertineret. Vixit annis tribus & sexaginta, in quibus decem & octo imperauit. Cuius probitatis & morum, & si periertint scripta in historiam digesta, non tamen adeò obtruncata est memoria, quin multa & hic & alibi à nobis sint celebrata. Igitur cum summa belli domíque gloria floreret, Eus. testante, apud Seleuciam Isauriæ ciuitatem profluuio uentris extinctus est, cuius ossa postmodum Romam delata, in foro ibidem in aurea urna, quam ipse struxerat, sub colūna Occlide, quæ adhuc extat centum quadraginta pedum altitudine sepulta sunt. Statímque in deos ex senatus sententia relatus est. 5299 100

Euaristus pap.6. EVaristus papa natione Græcus, patre Iudæo nomine Iuda ex ciuitate Bethlehē natus, post Anacletum pontificem sedit annis.9. mensi.10. & dies.2. Vir sane iustus, integérq;, qui ut Gratianus in Canone refert, titulos in urbe Roma primus presbyteris diuisit, & septem diaconos in ordinē redegit, qui episcopum prædicantem custodirent, propter stilum ueritatis, qui possit sibi imponi, ut habetur.93. di.c.Diaconi. Idem iudicibus mandauit, ne omnino sententias proferrēt præcipites.2.q. i.c.Deus omnipotens. Item constituit ne plebis accusatio in episcopū reciperetur, ut.2.q. 7.c.Non est à plebe. Vetuit item fidelium matrimonia fieri clandestina, sed publicè. Ordinauit ut sponsus & sponsa semper à sacerdotibus benedicerētur.3 q.5.c. Aliter nō fit. Hoc quoque eius fuit decretum, ne quis ante certam probationem iudicetur, aut condēnetur, hic ter ordinationes in mense Decembri celebrans, sex presbyteros, duos diaconos, & quinque per diuersa loca ordinauit episcopos. Tandē & ipse martyrio coronatus, eius memoriā. 7. calen. Nouem. ecclesia celebrat. Et tunc sedes post eius obitum uacauit dies.29. 5300 101

S. Ioā. Euāge. moritur. Ioannem apostolum & Euangelistam Iacobi maioris ex zebedæo fratrem, Christi Iesu prædilectissimum, uirum sanctissimum ad hæc usque tempora peruenisse, & secundo huius pontificis anno obiisse legimus. Qui omnes quum Asianas fundasset erexissétq; ecclesias, nouissimus omnium scripsit Euangelium, & ea quæ à Matthæo, Marco, & Luca conscripta fuerant, cōfirmauit, quod eam ob causam scripsisse ferunt, ut Ebionitarū dogma cōsurgens infringeret,

infringeret, qui asserebant Christum ante Mariam non fuisse, unde & eius diuinam naturam explicare conatus est,dicēs.In principio erat uerbum,& uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum:hoc erat in principio apud Deum.Scripsitque & tres epistolas Canonicas,in quibus & rationem uerbi,ut Deus sit charitas,manifestat,& susurrones,necdū scire, nec pios fieri posse declarat.Deinde propter ipsum uerbū Dei & testimonium Iesu Christi primo in feruentis olei dolium missus, de quo illæsus egrediēs in Patmon insulam relegatus est,ubi & Apocalypsim à Deo sibi ostensam descripsit, quæ ut diuus scribit Hieronymus,tot habet sacramenta,quot uerba,& in singulis eius uerbis multiplices dicit latere sententias.Tandem ab exilio reuocatus,in Ephesū,cum & exemplo, consilio ac scriptis omnes ecclesias à se erectas pluribus annis sustētasset, nonagesimo uitæ suæ anno ibidem in Domino quieuit, quo in loco sepultus est,suàque dormitione urbem Ephesū plurimum honorauit, cuius antrum adhuc ostenditur.

Persecutio Christianorum tertia.

Traianus autem licet singularis iustitiæ & humanitatis princeps esset, & ipse decimo imperii sui anno quorundam malignorum delatione prouocatus,cum plurimū Christianā religionem indies augeri cerneret,ueritus ne quid detrimenti Romanum imperium inde caperet, tertiam persecutionem in Christianos concessit, qua quidem multi referuntur interempti, inter quos hi fuerunt præcipui,uidelicet.

5308 109 Ignatius Antiochēsis episcopus,beati Ioannis Euangelistæ discipulus, his temporibus cum multis annis (tertius post Petrum) Antiochenam rexisset ecclesiam, à Traiano in Antiochia captus, Romam perducitur, ubi circumsedente senatu, Traianus ipse eum in Amphitheatro includi fecit, & primo quidem ipsum immanissimis suppliciis affici mandauit,deinde leonibus obiici,quorum dentibus præfocatus,Christi hostia effectus est.Hic autem Ignatius, ut habetur in historia tripartita, dum quadam uice super mōtem quendā staret, audiuit angelos antiphonas cantantes. Quorum exemplo permotus, & ipse antiphonas in ecclesia cantari,& psalmos secundum antiphonas intonari instituit.De hoc beatissimo martyre beatus Bernardus meminit, dicens. Magnus ille Ignatius discipuli, quem diligebat Iesus,auditor, cuius preciosis reliquiis est nostra ditata paupertas, Mariam quidem in pluribus quas ad eam scripsit epistolis Christiferam consultat. Hic itaque inter sanctos martyres merito relatus,eius natale in calen. Febru.celebratur.

Ignatius.
Antiphonarum ecclesiasticarum inuentum.

Simon Cleophæ filius, & Domini nostri Iesu Christi apostolus ac consobrinus,cui in sorte prædicationis aduenerat,hac tempestate, postquam circunquaque Christi Euangelium prædicasset, & ex consensu omnium apostolorum post martyrium Iacobi apostoli Hierosolymitanam rexisset ecclesiam,cum centesimum atque uigesimum ageret annum, apud Atticum consularem ab hæreticis accusatus quod Christianus esset, post multa & grauissima supplicia,iussus est simili, quam Dominus pertulerat, passione uitam finire, omnibus admirātibus, quod tam senex centum &.20. annorum id crucis supplicium pati potuisset: passus est autem.5. calen. Nouembris, qua etiam die festum beati Iudæ coapostoli eius simili honore celebratur.

Simon

Hermes Romanus ciuis & illustrissimus urbis præfectus, tempestate ista ab Alexādro papa cum uxore & filiis ac sorore Theodoxa,atque mille ducentis quinquaginta eius seruis & eorum uxoribus baptizatus,sub hac persecutione comprehensus,primo carceri mācipatur,deinde cædente gladio.5.calendas Septembris martyrii gloriā cum omnibus prædictis & aliis plurimis adeptus est,quo die festum eius celebratur.Sunt tamē qui dicāt,eum sub Aureliano mortem pertulisse.

Eustachius cognomento Placidus ipsius Traiani militum magister, hac sæuissima tempestate,unà cum uxore Theophrasta,nec non & Agapito & Theophrastro,quorum miri leguntur actus. 12. calen. Octobris pro Christo martyrio coronati sunt, & eo die natale eius agitur.

Alexander

Alexāder papa.7 Senatorum partem conuertit.



Lexander papa natione Ro. ex regione Capite thauri patre Alexādro natus, Euaristo pontifici succedens, sedit annis decem, mensibus. 7. & diebus. 2. Vir quidem ætate iuuenis, sed moribus, scientia ac sanctitate incomparabilis. Cuius rei gratia etiam magnam senatorum partem conuertit ad Dominum, qui rei diuinæ curam diligentissimè gerens, nonnulla (sicut Gratianus in Decretis refert) constituit decreta. Et primo quidem decreto publico excommunicat præsumentes legatum sedis apostolicæ impedire, ut habetur. 94. di. c. Si quis autem mandauit. Item ne ullus clericus ante secularem iudicem accusaretur. 10. di. 1. c. Relatum. Statuit quoque ut una tantum missa in die celebraretur, de consec. di. 1. c. Sufficit. Oblationem etiam non ex fermētato, sed ex azymo, ut antea consueuerat fieri, mandauit, de consec. di. 2. c. In sacramentorum. Noluit etiam aquam in consecratione sanguinis Christi uino admisceri, quo significatur Christum ecclesiæ coniunctum esse, ut ibidem habetur. Instituit item ut aqua, quam sanctam appellamus, sale admista benediceretur, & in fidelium domibus spargeretur, de conse. di. 3. c. Aquam cum sale primus etiam ob memoriam passionis Christi in sacrificio hoc addit. Qui pridie quàm pateretur & c. Demum post innumera miracula inter quæ Balbinam Quirini Tribuni filiam sanauit, & ipsum Tribunū cum omni domo sua baptizasset, cum Euentio & Theodoro diacono. 5. nonas Maii martyrio coronatur, & uia Numentana, ubi interfectus fuerat, sepelitur, & tunc cessauit sedes dies. 25. 5309 110

Aqua benedicta. Miracula huius.

Viri disciplinis excellentes.

Suetonius Tranquillus Nimia familiaritas nocuit.

Suetonius Tranquillus historicus & causidicus, ac epistolarum magister, natione Romanus ex patricia gente natus, his temporibus apud Romanos in precio fuit, deinde sub Adriano principe charus & acceptus, magnæ auctoritatis euasit, eò quòd Plinio Nouocomensi multa beniuolentia coniunctus fuerit. Hic cum eloquentissimus esset uir, præclarum opus de. 12. Cæsaribus supradictis edidit. In quo & multas historias, atq; annales ueterum replicauit. Sed de Viris illust. eleganti stilo librum scripsit, quem diuus Hiero. nō dedignatus est imitari. Item ludicram historiam, nec nō & de genere uestium composuit, quod opus, licet non uiderim, adhuc extare dicitur. Ipsum tamen Adrianus imperator tandem à magistratu amouit, quòd cum Sabina eius uxore & imperatrice nimiam consuetudinem contraxisset, murmur quippe erat quòd ipsa abuteretur, peruenit autem usque ad Antonium Veri tempora.

Plinius Secundus.

Plinius Secūdus Nouocomēsis philosophus, orator atq; historicus celeberrimus, necnō & equestris ordinis industria functus, per hæc quoq; tēpora cognoscitur, & in precio habetur, qui (ut Sueto scribit) licet procurationes publicas & continuas quotidie summa integritate administraret, tamen liberalibus studiis ita operam dabat, ut non temere quis plura eo in ocio cōscribere potuisset. Nam cum præfectus Alex. militaret, de Iaculatione equestri librum composuit, déque Vita Pomponii Secundi li. duos, & de bellis Germanorum lib. 20. in quibus omnia, quæ cum Germanis Romani gessere bella, collegit, sed & de Institutione oratoris ab ipsis cunabulis li. 3. quos in sex uolumina propter eorum amplitudinem diuisit. Item dubii sermonis libros octo, à fine Aufidii Bassili. 31. Naturalis historiæ. li. 37. opus quidem diffusum ac eruditum, & alia multa composuit. Periit tandem, ut iam diximus, cum in Messanēsi classe præesset, ardentem Vesuuium imprudēter uisendo, quinquagesimo & sexto scilicet uitæ suæ anno. Hic itaque cū optimus & uir iustus esset, dum in hac Traiani persecutione prouinciam regeret, Christianorū misericordia motus, quia uidelicet multi necabantur, ad Traianum ipsum literas dedit, asserens innumera hominum milia quotidie obtruncari, in quibus nil mali omnino deprehendebatur. Quibus permotus imperator, iussit non amplius Christianos esse persequendos.

Amicus Christianorum hic fuit.

Basilides quidam hæreticus, uir acutissimus tempestate hac uitæ finem faciens, uigintitria uolumina in Euangeliis à se confecta post se reliquit.

Dion philosophus clarissimus, ex Prusiæ ciuitate ortus, per hoc idem tempus claruit, & de regno multa conscripsit.

Agrippa quidam cognomento pastoris, Christianorum sui temporis doctissimus, hisdem temporibus floruit, & Basilidis prædicti hæretici uolumina in Euangeliis conscripta,

sua doctrina mirificè confutauit, Barrabam & Barthebath eius prophetas, conficta scilicet nomina ad terrorem & Deum maximum Abraxas deridens.

Plutarchus Cheroneus philosophus, atque historicus eloquentissimus, Traianique magister ac institutor, per hoc ipsum tempus, & ingenio, & auctoritate, maximo in precio habitus est. De quo Policrates in suis historiis sic habet: Plutarchus philosophus homo in sententiis fidelis, in uerbis luculentus, & in sacrario morū tantus arbiter fuit, ut facile principis posset dignosci præceptor. Hic itaque principi & discipulo suo regnanti, quatuor ingerere conatur, Dei reuerentiam, sui cultum, officialium disciplinam, ac subditorum affectum & protectionem, qui cum eruditissimus esset uir, multos ædidit libros. Plutarchus Cheroneus philosophus.

Terentius Scaurus grāmaticus, Gellio teste, huius principis temporibus Romæ floruit, qui uir nobilissimus inter cætera de Caseli erroribus, librum composuit. Terētius.

Egesippum uirum quidem sanctissimum atque doctissimum, hoc etiam tempore floruisse Eusebius refert, qui inter alia à passione Domini nostri Iesu Christi usque ad hanc ætatem, omnes ecclesiasticorum actuum texuit historias, ut quorum sectabatur uitam, dicēdi quoq; exprimeret charactérem. Súntque libri quinque, quorum principium est, Bello Partico quod inter. Egesippus.

5317 118 Sixtus papa natione Ro. patre pastore natus, post Alexandrum pontificem sedit annis. 10. men. 3. die. 12. uir sanè bonus, & rei diuinæ, ut par erat, amator: cuius curam optimè gerens, constituit, Gratiano teste, ne à quoquā nisi à ministris sacrorum, sacrata uasa tangerentur, & quammaximè à fœminis. Et ne corporalia ex alio quàm ex lineo panno purissimo, candidóque fieret. Et ne sacerdotes missam, nisi super altare celebrarent. Statuit etiam ne episcopi ad sedem apostolicam uocati, redeūtes, à suis reciperentur, nisi secum deferrent pontificis summi literas plebem salutantes. Censuit quoque ut si quis à suo grauaretur metropolitano, quod apud sedē uniuersalis ecclesiæ appellari posset, ut habetur. 2. q. 6. c. Si quis putauerit. Statuit item ne Christi accusatio reciperetur, nisi duorū aut trium testimonio cōprobaretur. 2. q. 7. c. Accusatio. In missarū quoq; celebratione mādauit, ut sanctus, sāctus Dominus Deus sabaoth cantaretur, quia primo, ut dictum est, omnium missarum acta simpliciter tractabantur. Hic quendam nomine Peregrinum, genere Romanum, episcopum misit in Gallias, qui cū eos in fide confirmasset, ibidem martyrio coronatus est. Denique Sixtus hic tribus ordinationibus in Septembri mense habitis, in quibus presbyteros, diaconos, ac episcopos per diuersa loca creauit multos, martyrio coronatur, & in Vaticano apud sanctum Petrum sepelitur. Sixtus instituit ne mulieres sacra cōtingāt. Vt corporalia fiant de lino puro. Sāctus Sāctus.

5318 119 Adrianus cognomēto Helius, Traiani cōsobrinæ filius. 15. Ro. imperator anno 223. olimpiadis, Traiano in imperio succedens, imperauit annis. 21. Vir per opera, ut Helius Spartianus historicus scribit, bonus, ac etiam inter optimos principes meritò annumerādus. Nam liberalis, splēdidus, magnificus, clemēs, ac utraque lingua eruditus, necnon & musicæ, medicinæque artis scientissimus fuit. Qui cum leges multas composuisset, à populo Romano ob benemerita, pater appellatus est, & non modo Romanis, sed etiam Atheniensibus legem petentibus ex Draconis, Solonisque sententia iura composuit. Quibus etiam bibliothecam permagnificam atque insignem cō struxit. Et cum uir doctissimus esset, uirorum etiam doctorū, & quammaximè Plutarchi Cheronei, Sexti Agathoclis, & Oenemani philosophorum familiaritate usus & delectatus est. Idē quoque sacris Eleusinæ initiatus, multa Atheniensibus dona contulit, eorúmque pontem Cephesi fluminis alluuione desolatum, restituit, pontémque præterea sui nominis adhuc extantem super Tyberim in Vaticano fecit, ac iuxta illum, sepulchrum suum miræ magnitudinis extruxit, qua mole, seu sepulchro, nunc pontifices Romani pro arce utuntur, quæ sancti Angeli castellum nuncupatur. Mirificè quoque ac sumptuosè & alibi hic clarissimus Cæsar ædificauit, & potissimum in Iudæa Hierosolymam, à Tito, ut diximus, euersam, mœnibus & ædificiis instaurauit, & adeò eam amplificauit, ut passionis Domini nostri Iesu Christi locum intra mœnia concluserit, & ex suo nomine Heliam appellauit, præcepit ne cui Iudæo, sed tātum Christianis introeūndi facultas omnino daretur. Adrianus Helius imperator. Sepulchrum maxi. Hierosolymæ urbis instauratio & Helia uocatur.

Nam quum primo Christianis aduersaretur, postea cognita eorũ religione, eis admodum fauit, & beneficus fuit. Alexandriam quoque Aegypti ciuitatem à Romanis dirutam, sua instaurauit impensa, murum item in Anglia duxit, octoginta milibus passuum longitudinis. Tiburtinam uillam nunc ciuitatem ædificauit, & Pompeii Magni sepulchrum, magnificentissimè extruxit, atque innumerabilia alia opera peregit. Tandem & ipse sexagenario maior intercutis aquæ morbo, apud Baias Campaniæ urbem, uitæ suæ finem fecit, & Puteolis, in uilla Ciceronis, sepultus fuit, ubi Antonius eius successor, templum pro sepulchro consecrauit. Hic apud Adriam Aprucii urbem, ex progenitoribus Hispanis, ortum habuit, & propterea ab Adria urbe, Adrianus dictus est.

Alexãdriæ urbis refectio.

Cocebas Iudæus.

Cocebas quidam Iudæus, factionis Iudaicæ dux, uir audacissimus, tempestate hac, Christianos uariis suppliciis, teste Eusebio, quasi rabie affectus persequitur, & per diuersas orbis partes, in eos adeò exarsit, & quammaximè in Libya, ubi multa gessit bella, ut interfectis cultoribus, penitus desolata remanserit terra. Et nisi postea Adrianus imperator illuc collectas aliunde duxisset colonas, uacua prorsus remansisset terra. In Aegyptum deinde perueniens, Cyrenem & Thebaidem prouincias, cruentis seditionibus turbauit. Verum in Alexandria prælio cõmisso uictus, plurimúmque attritus aufugit. In Mesopotamia item rebellantibus Iudæis, imperatoris iussu etiam bellum illatum, multa eorum milia cruentissima cæde delata sunt.

Martyres sub Adriano passi.

Faustinus & Iouita.

Faustinus & Iouita conciues Brixiani, & inclyti Christi martyres, persecutione Traiani adhuc sæuiente, in principio huius principis, apud Brixiam, post multa miracula & prædicationis instantiam, populorúmque conuersionem, ac pœnarum experimentum, ad ultimum. 15. calend. Martii, capitali sententia, extra urbis portam, perpetuum meruère triumphum. Quo etiam festiuitas eo die celebratur. 5319 120

Seraphia Antiochena.

Seraphia Antiochena uirgo beatissima, per hoc tempus Romæ pro Christo passa fuit, quam quum iudex duobus lasciuis uiris illudendã tradidisset, miniméque illudi potuisset, nec postmodum ardentibus lampadibus inflammari, iussu præsidis fustibus durissimè cæsa, tertio nonas Septembris gladio necata est, quo die eius natale celebratur.

Symphoriosa.

Symphoriosa, beatissimi Getuli martyris uxor, & ipsa cum. 7. filiis, apud Tyburtinam Italiæ urbem, per hoc tempus passa est, & primo palmis diutissimè cæsa, deinde crinibus suspensa, postremo alligato ad collum molari saxo, in flumine præcipitata est. Cuius corpus frater eius Eugenius uir magnificus colligens, sepeliuit: altera uero die iussit imperator septem eius filios per diuersa tormenta interfici, quorum corpora à Christianis collecta, uia Tyburtina miliario nono, condita sunt. Natale uero Symphorosæ, & filiorum martyrum 15. calendas Augusti celebratur. 5320 121

Sabina

Sabina illustrissima mulier, uxor quondam præclarissimi Valentini, & Herodis Metallarii filia, quam Seraphia prædicta in fide Christi persuaserat, his tumultibus apud Romam in Auentino monte à præfecto urbis nomine Elipido, gladio percussa, martyrii palmam adepta est. Ipsius autem natale celebratur quarto calendas Septembris.

Eleutherius episcopus.

Eleutherius Messanensis episcopus, & Anthia eius mater, uita, sanctimonia & miraculorum uirtute illustres, per hoc tempus lectum ferreũ ignitum, craticulam & sartaginem, oleo, pice, ac resina feruentem superantes, leonibus quoque proiecti, sed minimè læsi, nouissimè iugulantur. Et eorum festa. 14. calend. Maii celebrantur.

Quadratus Atheniensis episcopus, & apostolorum discipulus, uir utique doctissimus, hac tempestate, ecclesiam grandi terrore dispersam, fide & industria congregans, etiam librum pro Christianæ religionis defensione composuit, plenum fidei & rationis, atq; apostolica doctrina dignum. Quo ædito, ad ultimum pro ipsius defensione passus est, & ut sanctus habitus: festa eius, septimo calendas Iunii aguntur.

S. Quirinus martyr

Quirinus, primum tribunus, postea episcopus factus, per id tempus apud Illyricum, id est, Sclauoniam in Siscia urbe. 2. nonas Iunii martyr Christi obiit. Nam ut Prudentianus ait, ligato ad manum eius molari saxo, in flumine præcipitatus est: & quum astantibus diu locutus fuisset, ne de eius terrerentur supplicio, uix precibus ut mergeretur obtinuit.

Zenon quidem, patricius Romanus, & ipse per hoc tempus cum decem milibus & ducentis tribus, Romæ ad Guttam iugiter manātem sub hoc tumultu pro Christo interfectus est. Quorum omnium festum, septimo Idus Iulii sub una celebritate recolitur.

5328 129 Telephorus papa, natione Græcus, patre Anachorita, post Sixtum pontificem sedit annis undecim, mensibus tribus, & diebus uigintiduobus. Vir sanè singularis doctrinæ & uirtutis: qui, Gratiano testante, constituit ut ieiunium quadragesimale, sex hebdomadarum ante Pascha resurrectionis, à cunctis Christianis obseruaretur, sicut habetur. 4. dist. ca. Accusator: Vtque in natali Domini nostri Iesu Christi noctu, tres missæ à quolibet sacerdote celebrarentur: Prima scilicet in dimidio noctis, qua Christus natus est: Secunda illucescente aurora, quando à pastoribus cognitus est: Tertia in hora tertiarum. In reliquo uero tempore ante horam tertiarum, missam celebrari interdixit. Mandauítque ut in principio missæ hymnus ille cantaretur, quem angeli cantauerunt, scilicet, Gloria in excelsis deo, ut habetur de Cons. dist. 1. c. Nocte sacra. Tandem & ipse, quum quatuor ordinationes in Decembri mense celebrasset, illustrissimum pro Christo duxit martyrium. Cuius corpus in Vaticano apud beatum Petrum sepultum perhibetur. Quo mortuo cessauit papatus dies septem.

Telephorus papa. 9. Ieiuniū quadragesimale insti. 3. missas in natiuit. domi. Gloria in exc.

Viri doctrinis excellentes.

Papias Hieropolitanus episcopus, Ioannis apostoli auditor & discipulus, ad huius ponpontificis tempora feliciter peruenit. Vir certè doctissimus: Qui, ut Hieronymus scribit, in Asia quinque scripsit uolumina, quæ explanationem Domini nostri Iesu Christi titulo prænotantur.

5331 132 Aristides quoque, Domini nostri Iesu Christi discipulus, & Atheniensis philosophus, per hoc idem tempus floruit, & uolumen Christiani dogmatis rationem continens, unà cum Quadrato episcopo prædicto Adriano principi obtulit. Quo apologetico libro ab Adriano perlecto, confestim iniustum existimauit Christianos indicta causa occidi. Vnde & Asiæ proconsul scripsit, ut neminem Christianum occideret, nisi de aliquo crimine conuictum.

Iustinus philosophus, & in sacris literis eruditissimus, uir patria Palæstinus, ex Neapoli urbe oriundus, & ipse his temporibus pro fide Christi multum elaborauit, & multa conscripsit: & inter cætera contra Gentes librum ædidit, quem postea Antonio principi, & eius filiis obtulit: alios quoque composuit libros, uidelicet, De monarchia dei, librum unū, item librum quem uocauit Psaltem, item contra Triphonem Iudæum, dialogum, & contra Martionem, ac contra omnes hæreses, à quibus hæreticis postea pro fidei dignitate mortem sustinuit.

Iustin. philosophus.

5334 135 Secundus, Atheniensis philosophus, hoc tempore in precio fuit, qui semper silentium seruans, Pythagoricam uitam duxit. Cuius taciturnitatis causa, hæc fuit: Quòd cum matrem propriam de illicito concubitu tentasset, & illa recognito filio assensisset, ut eum cognouit esse filium, pro pudore spiritum exhalauit. Quod animaduertens Secundus, id matri propter suam loquelam accessisse, hanc in posterum à se exegit pœnam, ut de cætero unquam nemini loqueretur. Quod cum Adriano tum apud Athenas hyemem exigente, nunciatum fuisset, ipsum ilicò accersiri fecit, quem quum nec salutatione, nec exhortatione, aut minis, à taciturnitatis proposito retrahere potuisset, admiratus ipsius taciturnitatem atque constantiam, dixit: Quare secunda ista silentii lex à te nonnullo modo solui potest, saltem uel manu tua obsecro problematibus meis respondere digneris. Et interrogans imperator, dixit: Quid est Deus? Ille confestim rescripsit: Deus est immortalis mens, incontemptibilis celsitudo, forma multiformis, multipléxque spiritus, incogitabilis inquisitio, insopitus oculus, omnia continens, lux indeficiens, & optimum bonum. Fuêre & alia multa Adriani problemata philosopho proposita, quæ breuitatis causa omitto.

Secun. philos.

Sententiæ huius philosophi pulchræ.

Aquila Ponticus philosophus secundus interpres, post Septuaginta primos interpretes, his temporibus claruit, & libros ueteris testamenti, ex Hebræo in Græcum optimè transtulit, & prophetæ uerba de uirgine Maria prolata, ad iuuenculam quandam ascripsit, non satis capiens diuina mysteria.

Iginus papa.10  Ginus papa, natione Græcus, patria Atheniensis, patre philosopho, post Telephorum pontificem sedit annis.4.men.3.& dieb.4. Vir certè doctissimus, qui epistolam eruditionis plenam, de unitate ac trinitate Dei, omnibus Christifidelibus legendam scripsit, sed & clerum prudenter in ordinem redigens, gradus omnes distribuit, ut Gratianus in Canone testatur, ut habetur.77.di.c.In singulis. Statuit quidem, ne quis metropolitanus suæ prouinciæ episcopum alicuius criminis faceret reum, nisi prius à comprouincialibus episcopis eius causa fuisset cognita, ut.8.q.3.cap. Salui in omnibus. Censuit item, ne soboles ex secundis nuptiis suscepta, consanguinitati prioris uiri ullo modo copulari debere.36.q.10.ca. Si qua mulier. Voluit etiam ut ecclesiarum consecrationes semper cum missarũ celebratione fierent, de Cons.di.1.c. Omnes basilicæ. Vetuit quóque ne ligna, reliquáue ecclesiarum materies, in praphanos usus conuertantur, de Conse.dist.1.cap. Ligna. Item uoluit unum saltem patrinum, & unam matrinam in baptismo uel confirmatione interesse, de Conse.dist.4.cap. In cathecismo. Denique cum de Deo, déque hominibus benemeritus fuisset, & ordinationes ter in Decembri mense habuisset, tertio Idus Ianuarii, martyrio coronatus est, & apud sancti Petri corpus sepultus. Quo mortuo, cessauit episcopatus dies tres. 5339 | 140

Syrus episco. Syrus Papiensis dignissimus episcopus, qui superioribus temporibus à beato Ermagora Aquileiensi archiepiscopo prædicandi gratia, Ticinum seu Papiam missus fuerat, quum ibidem primum Christi Euangelium prædicasset, & multos ad catholicam fidem conuertisset, etiam maximis miraculis & uirtutibus eandem fidem confirmauit. Et non modo Ticinum, sed etiam Genuam, maritimam ciuitatem, Derdonam, Astensem, & reliquas uicinas urbes, unà cum Iuentio presbytero prædicatione & uirtutibus Christi iugo subiugauit. Denique ad propriam sedem reuersus, hoc anno senio confectus, glorioso fine in Domino quieuit.

Photinus episcopus Lugdi. Photinus autem & ipse Lugdinensis episcopus, uir singularis doctrinæ, & uirtute insignis, hisdem temporibus, Isidoro teste, iam nonagenarius, constanti animo, martyrii coronam accepit.

Tyburtina ciuitas.  yburtinam, Latinæ regionis ciuitatem, quæ hodie uetus Tybur appellatur, per hoc tempus, Adrianus imperator, ut Helius Spartanus historicus testatur, miro sumptu fabricauit, & ex uilla, oppidum fecit: hæc quippe ciuitas sexdecim passuum milibus à Roma distare uidetur, & iuxta Anienem fluuium in cliuoso loco constituta est: quam tamen ciuitatem, longè ante Romanam urbem à Græcis originem & conditionem habuisse, Strabo & Virgilius uolunt. Aiunt enim ipsius primum conditorem fuisse quendam Tyburtum Coracis & Catilli fratrem: hi nanque fratres Thebani fuêre, qui post Thebanorum interitum, à patre in Italia progeniti, singuli postea oppidum ex suo nomine construxêre, cuius rei testis est quidam mons propinquus, qui Catillus adhuc dicitur, & Corax aliud oppidum famosum inter Volscos erexit. Fuit itaque Tyburtina hæc quondam nobilis ciuitas, cui etiam testimonium perhibent propinquæ adhuc extantes ipsius antiquæ ciuitatis ingentes & magnificæ ædificiorum ruinæ, quæ dignitatem urbis præ se ferunt. Eo siquidem loco Tyburtinus lapis fortissimus foditur, qui ad construendam, conseruandámque Romanam urbem multum adiumento fuit. Hanc enim urbem Federicus, cognomento Barbarossa, ab aliis Theotonicis superioribus annis dirutam, reædificauit, & deinde multi summi põtifices, multíque cardinales auxêre, & multis ædificiis illustrauêre. Ex hac Simplicius Romanus pontifex, & alii uiri, scientia & dignitate clarissimi, ortum habuêre.

Tyburtinus lapis.

Antonius imperator  Ntonius, cognomento Pius.16.Ro. impera. olympiade.229. post Adrianũ imperii principatum suscipiens, imperauit unà cum Aurelio Lucióque filiis annis.22.& men.3. Hic, ut Helius Sparta. histo. scribit, fuit Adriani gener, & per adoptionẽ filius, cuius progenitores, ut Iulius Capitolinus ait, Hispani fuêre, uir quidẽ optimus, qui imperio suscepto, tanta cum modestia & benignitate imperauit, ut meritò Pii cognomẽtũ adeptus, & patriæ pater appellatus sit. Nulli 5339 | 141

quippe unquam, tum priuatim, tum publicè acerbus fuit. Et hoc uerbum persæpe dixisse ferunt: Malle se unum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere: nam tanta religione, pietate, gratia, humanitate, clementia, iusticiáque ac modestia præditus erat, ut cum Numa Pompilio bonorum omnium sententia meritò comparari possit: ob quod multi reges, multæque nationes, positis eius iussu armis, ad eum controuersias cunctas, litésque deferrent, eiusdémque sententiæ statim parerent, propter quæ merita populus Romanus, post eius obitum, illum inter deos referri uoluit. Construxit autem hic tum Romæ, tum alibi multa ædificia, inter quæ, ut Helius Spartanus refert, Terracinensem portum instaurauit. Demum, quum esset annorum septuagintaduorum, apud Lorium uillam duodecimo ab urbe miliario distantem, è uita discessit.

5343 144 Pius papa, natione Italus, patria Aquileiensis, patre Ruffino, post Iginum sedit annis duodecim, alii autem nouem tantum dicunt. Vir sanè doctus atque eruditus: qui, Gratiano teste, constituit: Si quis secularium temerario ausu, ecclesiæ alicuius prædia occupare præsumeret, sacrilegii pœna puniretur, ut habetur in Canone.12.q.2.cap. Prædia. Eadémque constitutione mandauit: Si quis ecclesiam uastaret, & sacerdotes persequeretur, ipsa censura puniretur.17.q.3.cap. Sicut qui. Statuit item, ne qua uirgo sacro uelamine consecraretur, nisi uigintiquinque annorum esset ætatis, & id in Epiphaniæ die fieret.2.q.1.cap. Virginis. Constituit quoque, ut sanctum Domini pascha à fidelibus Christianis, non nisi dominico celebraretur die, de Conse. dist. 3.cap. Nosse uos uolui de hoc. Qui quidem magnam consuetudinem cum Hermete habuit, qui librum titulo pastoris prænotatum scripsit: quo quidem in libro, Angelus pastoris personam inducens, ei mandauit, ut omnibus persuadeat, pascha die dominico celebrari, quod & fecit. Illis autem sacerdotibus pœnam statuit, qui negligentes in attrectando Christi sanguine & corpore, aliquid perire permitterent, & ubicunque cecidissent, Iambi præcepit. Statuit præterea, ne quispiam hæreticus, ex Iudæorum hæresi ueniens, ullo modo susciperetur, aut baptizaretur. Hic etiam Praxedis sanctissimæ fœminæ rogatu, Thermas nouati in honore sororis, scilicet diuæ Pudentianæ uirginis, dedicauit. Verum post ingentes uirtutes habitis ter ordinationibus mense Decembri Christi martyr obiit, & apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur: cuius natale scilicet Idus Iulii celebratur: & tunc cessauit episcopatus dies tredecim. Pius papa.11. Pascha quo die celebrari debet

Policarpus, Ioannis apostoli discipulus, uir doctissimus atque sanctissimus, Smyrneæ ciuitatis episcopus, & totius minoris Asiæ princeps & pater, hoc anno, Pio prædicto præsulante, Romam ueniens, multos ab hæretica prauitate, uerbo & exemplo, ad ueram fidem conuertit. Sed tandem à Marco Antonio & Lucio principibus captus, in amphitheatro perducitur, ubi uniuerso popnlo, reuersus eum personante, igni traditus est. Cum quo etiam duodecim ex Philadelphia uenientes, martyrium consummauère. Hic itaque doctissimus quum esset, unam ad Philippenses scripsit epistolam, quæ etiam in nonnullis legebatur ecclesiis. Passus est autem Policarpus hic septimo calendas Februarii, quo die festa eius celebrantur.

Cerdo quidam hæreticus, à quo Cerdoniani hæretici nomen accepère, per hoc tempus insaniendo uaticinare simulant: cuius opinio fuit, quòd spiritussanctus non in apostolis, sed in se solum traditus fuerit. Asserebat nanque duo fuisse principia contraria, ut habetur in Can.24.q.3.

Marcion hæreticus, prædicti discipulus, Stoicus quidem philosophus, & ipse per hoc tempus, unà cum magistro suo delirare cœpit, dicens Christum patrem nō fuisse nec esse uerum creatorem, qui per filium mundum fecerat, sed alterum bonum tantum, alterum uerò deum iustum esse asserebat, tanquā duo contraria principia, creationis scilicet & bonitatis, sicut habemus in Can.24.q.3.cap. Quidam. Hic quum aliquando Policarpo prædicto Romæ obuiam fuisset, interrogaretque an se agnosceret: Cognosco, respondit Policarpus, primogenitum diaboli. Huius autem secta post eius mortem uariè diuisa est, ut infrà, ubi de Apollonio martyre dicemus.

Valentinus, alius hæreticus Platonicus philosophus, à quo Valentiniana hæresis nomi-

 nata est,

nata est,hisdem temporibus ortum suscipiens,dicebat & prædicabat:Quod Christus nihil de corpore beatæ uirginis Mariæ suscepisset,sed per eam tanquã per fistulam purus transisset, ut eodem Canonis capitulo patet.

Viri disciplinis excellentes.

Mileto,seu Miletus,natione Asianus,Sardiensis episco. Frontonis infrà scripti oratoris discipulus,in tẽpore isto floruit,& multo in precio fuit. Et lib. de Christiana doctrina ad M. Antoniũ dedit,cuius ingeniũ Tertullianus,ut scribit Hier. mirũ in modũ laudat:dicitque à multis Christianis,ut prophetã fuisse honoratũ, eo quòd multa prophetica scripserit testimonia,ex quib. ista extant opuscula. De Pascha li.3. De Ecclesia uniuersali li. unũ, De generatione Christi li.unũ,De prophetia Christi li.unũ,De baptismate li.unũ, De uita prophetarũ li.unum,De ueritate lib.unum,De Apocalypsi librum unum,De diabolo librum unum,Eglogarum libros sex: & alia multa. 5344 145

Theophilus episcopus. Theophilus, Antiochenæ ecclesiæ episcopus, & ipse cum prædicto his diebus floruit, & contra Martionem, prædictum hæreticum, librum ædidit, & alium contra Hermogenis hæresim. Tria quoque uolumina contra Etholum composuit, atque ad ecclesiæ catholicæ ædificationem alios breues & elegantes ædidit tractatus, secundum in euangelíis, Salomonisque prouerbiis commentatus est.

Apollinaris episco. Apollinaris Hieropolita. epis. & ipse ob doctrinã & sanctitatẽ per id tẽpus multo in precio fuit,eo quòd de fide Christi uolumẽ egregiũ ædiderit,quod & Marc. Antonio obtulit. Sed & alios aduersus Gẽtes.5.lib.scripsit,& aduersus Cartaphrygas duos,qui & tũc cum Prisca & Maximilla uaticinantes delirabant. Extant & alii duo eius de Veritate lib.

Pharoninus philosophus. Phauorinũ quoq; philosophũ & oratorẽ philosophandi dulcissimũ,cũ supradictis Romæ floruisse cõstat:cuius quidẽ gressus quocũq; iret, Aulus Gellius subsequi conatus est. Ita enim homines sermonibus demulcebat:hic etiam nõnulla composuit monumenta.

Aullus Gellius. Aulus Gellius, Romanus orator, & insignis quidẽ Grãmaticus, hoc etiam tempore clarus existens agnoscitur:qui inter cætera suæ uirtutis opera, cum è Roma per hyemem in Atticam proficisceretur terram, de Grammatica Commentarios celebres ædidit, quos in uiginti libros diuidens,de Noctibus Atticis titulo prænotauit.

Ptolemæus. Ptolemæus, Pheudensis rex, natione Alexandrinus, historicus & philosophus ac insignis astrologus,per hoc tempus insignis agnoscitur,sicut ipsemet in.5.9.&.10,maioris sui operis testatus est:qui uir præstantissimus, plus astronomiæ addidit, quàm id totum quod ante inuentum fuit:nam & Almegisticum opus diuinum & prospectiuum ædidit. De iudiciis etiam quadripartitum opus. Et centilogium, ac alios multos conscripsit libros. Vixitque annis.88. Ex eius autem prouerbiis,duo notanda hic inferimus: Inter homines qui non curant in cuius manus sit mundus,hic mundo altior est:& illud:Qui per alios nõ corrigitur,nec alii per eum corrigentur: Quanto magis fini appropinquaueris, tanto bonum cum augmento operare.

Galenus. Galenus, medicus doctissimus, & suæ ætatis ac deinceps singularissimus Asianus, ex Pergamo oppido oriundus, per hæc tempora, ut de se ipso, ipsemet multis in locis contestatus est. Romæ floruit, uir omniũ eruditissimus, qui ea in arte præter Hippocratem omnes superasse creditur, eo quòd multos composuerit libros, & omnia Hippocratis scripta, miro explanauit ingenio. Tradunt enim Græci in facultate ad centum quinquaginta uolumina eum ædidisse. Huius itaque celeberrima fuit sententia : Scientia in insensato non prodest, nec ei qui non utitur prodest sensus. 5346 147

Apollonius Stoicus, natione Calchidicus, & Basilides Scyropolitanus philosophi, hoc ipso tempore illustres fuêre, & Seueri imperatoris præceptores esse meruerunt.

Trogus Pompeius. Trogum Pompeium historicum, cum his floruisse constat, eo quòd totius orbis historiam à Bello Nini regis Assyriorum patre, usque ad monarchiam Cæsaris, Latino conscripsit sermone, & in quatuor & quadraginta eam distinxit libros: Quorum epitoma, id est, abbreuiationẽ Iustinus eius discipulus fecit, à quo & nos nõnulla ad uerbũ excerpsimus.

Basilides illustris Scyropolitanus, philosophus Seueri Cæsaris, ut diximus, magister, hisdem tẽporibus, Athenis in precio fuit. Ad quẽ, & ad Thaurũ philosophũ, ut Gell. scribit,

Cebes

Cebes præses cum patre aliquãdo uisendũ,cognoscendúmq;,Athenis uenit. Quos Thaurus in domũ suscipiens,primo inuitauit patrẽ ut sederet. Ille aũt noluit,sed de filio confestim ait:Sedeat hic primus,qui Ro.po.magistratũ gerit. Tunc patre sedente, apposita est & filio altera sella:at Thaurus,ut erat philosophus doctissimus,mox his qui conuenerant de hac re uerbũ inter cætera fecit,dicens: In publicis patrũ iura cum filiorũ iuribus,qui in magistratibus sunt constituti, inter eos quiescere debent paululũ, sed quũ extra rempub. in domestica re atq; uita dum sedetur,ambulatúrq;, in conuiuio quoq; familiari discumbitur,inter filium magistrũ, & patrem priuatum cessare honores publicos, naturales autem seruari æquum & iustum est.

5354 155  Nicetus papa,natione Syrus,de uico Marco, uel ut Damasco placet, de Homusia,patre Ioanne,post Pium pontificem sedit annis.9.men.4.& dieb.3. uir utiq; sanctitate & moribus insignis,qui uniuersali ecclesiæ cõsulens,ne moribus insolentiũ labefactaretur,Gratiano in Decretis testãte, instituit, ne clericus, secundũ Apostoli præceptũ,omnino comã nutriret,ut habetur.23.dist. c. Prohibete fratres. Neue episcopus à paucioribus,quàm à tribus cõsecraretur episcopis. Sic à principio Anacletus,ut dictũ est,cõstituerat.6.q.di.c. Cõprouinciales episcopi . Vbi uero metropolitanus esset consecrandus,oẽs cõprouinciales adessent, sicut eidem oẽs obedire tenentur.66.di.c. Ab omnibus suæ. Statuítq; præterea,ne archiepiscopi, nisi ex singulari titulo,primates se nominare permitterent,nisi priuatas remisissent sedes.100.di.c. Nulli. Voluit item,ne episcopus metropolitani sui crimẽ ad aliũ quàm ad primatẽ,id est,patriarchã, aut ad sedem apostolicã deferret.8.q.3.c. Archiepiscopus. Tandẽ uero postquã ordinationes.5.in Decẽbri men. habuisset, multósq; episcopos ac sacerdotes & diaconos creasset, 15.calend. Maii,martyrio coronatus est,& uia Salaria in Calixti cœmeterio sepultus. Quo quidem die eius natale celebratur. Et tunc uacauit sedes dies septem.

Anicetus papa.12. Clerici ne comã nutriant.

Praxedis,uirgo sanctiss.beatissimi Pudẽtis ciuis Ro.filia, & gloriosissimæ Pudentianæ uirginis soror,uirgo siquidẽ in diuina lege eruditissima,per hoc tẽpus præsulãte Aniceto prædicto,postquã patrimoniũ suũ, unà cũ sorore prædicta, in sustentationẽ pauperũ erogasset,& totũ uitæ suæ tempus,in uigiliis & orationib. atq; ieiuniis assiduis cõtriuisset,& uniuersam familiã numero.90.manumisisset,atq; post,cũ multorũ martyrũ corpora sepelisset,& ipsa beatissima.12.cal. Aug.migrauit ad dominũ,coronã iustitiæ acceptura. Et uia Salaria iuxta sororẽ suã Pudẽtianã in cœme. Priscillæ sepelitur. Quo die,eius natale celebratur.

Praxedis uirgo.

5362 163  Arcus Antonius,qui Verus cognomẽto,philosophus,Gallus natione,ut Helius Spartanus histo.testatur.17.Ro.imp.post Antoniũ Piũ eius fratrem imperauit annis.19. & mense uno, olympiade aũt.234. & unà cũ Lucio Comodo Aurelio,eius patre,imperare cœpit. Hi primũ imperiũ æquo iure administrarũt,quũ usq; ad hoc tẽpus singuli singulariter Augusti fuerint: qui cõtra Parthos bellũ sumptũ,simul admirabili uirtute & felicitate gessere, & Vologesum, eorũ regẽ, qui nõ modo Armeniã,sed Cappadociã Syriámq; uastauerat,represserũt:sed & multis hominum milibus,in deditionẽ acceptis,ambo de Parthica uictoria magnificẽ triũpharũt. Verum nõ ita multò post,Comodo ẽ medio sublato,Antonius solus imperiũ tenuit : quem certẽ,ob eius præstãtissimã uirtutẽ,laudare plurimũ licet . Qui ad nullũ rei euentũ unquã se extulit. Tantæ enim fuit soliditatis,ut eiusdẽ uultus,quãuis fortuna aduersa, semper fuerit habitus,literarúmq; semper studiosus,& quãmaximẽ philosophiæ. Nec propterea ipsa philosophia illũ à rebus imperii & bellicis redarguit,quia teste Eusebio, Germanos,Marcomanos, Sequanos,Sarmatásq; ingẽti felicitate,unà cũ filio eius Comodo Antonius superauit,& de eis triũphauit. Iturus aũt ad hoc bellũ, quũ nõ haberet unde stipendia militibus suis daret,exhausto.f.ærario, omnẽ imperatoriã supellectilẽ, omnémq; uxoris ornatũ uendidit,& precia merẽtibus dedit. Verũ quũ postea,superato hoste,in patriã rediisset,emptoribus precia restituit. Nemini tamen molestus fuit,qui empta reddere noluisset, sed in omnibus de repub.liberalis extitit, & tributa quibusdã prouinciis remisit. Fiscaliũ quoq; titulorũ monumenta in foro congesta,cõcremari iussit. Leges etiam seuiores nouis constitutionibus tẽperauit,propter quod ita factũ est,ut ab omnibus ita diligeretur,amaretúrq;,

Marc. Antonius imperator

Optima hominis liberalitas.

ut sacrilegi nomẽ incurreret, qui imaginẽ eius domi nõ haberet. Postremò in Pannonia cõstitutus, repentino morbo interiit, & ab omnibus acclamantibus, inter deos relatus est.

Felicitas, Ro. fœmina, matrona siquidẽ sanctissima, per hoc tempus, unà cum. 7. filiis. s. Ianuario, Felice, Philippo, Syllano, Alexandro, Vitale, atq; Martiale, Ro. martyriũ suscepit. Et primo quidẽ Ianuarius primogenitus, post uirgarũ uerbera, plũbatis occisus est. Felix uero & Philippus, fustibus macerati, Syllanus deinde, præcipitio interẽptus. Alexãder deniq;, Vitalis atq; Martialis, capitali sententia sunt puniti, nouissimè aũt & mater ipsa Felicitas, præter matrũ consuetudinẽ, & ipsa gladio necata est. De cuius uirtute præstantissima, diuus pater Aug. sermonẽ ædidit dignissimũ, dicens: Magnum spectaculũ ante oculos fidei nostræ, positum est. Eius autem natalitius dies celebratur, sexto idus Iulii. 5363 164

Alii quoque multi tempestate hac, diuersis in locis, martyrio sunt coronati, utpote Polycarpus episcopus, cum. 12. de quo dictum est: sed & sancti Faustinus & Victor milites, cũ uxoribus apud Mediolanum, Valerianus uero & Marcellus, Caius & Nouatus, cum uiginti aliis, martyrii palmam adepti sunt.

Sother papa. 13



Sother papa, natione Campanus, ex Fundano oppido, patre Concordio, natus, post Anicetũ pontificem sedit annis. 9. mẽ. 3. & die. 21. qui multis in periculis licet constitutus fuerit, animũ tamen ad res diuinas quoad potuit, semper cõuertit: & multa eam ob rem, Gratiano testãte, constituit: uidelicet, ne monacha aliqua, ullas attractaret pallas, seu calices, patenas, corporalia, & his similia cõtingere præsumeret: néue thus ante altare poneret, dũ sacrificia fierent, ut habetur in Ca. 23. di. c. Sacratis. Statuit itẽ, ne ullus sacerdos missarũ solennia, nisi duobus saltẽ præsentib. & ipso tertio præsente, celebrare tentaret, de Cõse. dist. 1. c. Hoc quoq;. Mãdauit insuper unicuiq; fideli, ut in Domini nostri cœna, Eucharistiæ sacramentũ reciperet, de Cõse. di. 2. c. A quibus enim in cœna. Instituitq; præterea, ne qua haberetur uxor legitima, nisi quã sacerdos ex instituto benedixisset, & quã parẽtes solẽni pompa, Christiano more, marito collocassent, quã etiã paranymphæ, de more, custodiuissent, præcauentes multa pericula, quæ in nouas nuptias euenire solẽt. Deniq; cũ quinquies ordinatiões in Decẽb. men. celebrasset, in quibus presbyteros. 8. diaconos. 9. & episcopos per diuersa loca. 11. creauit. 10. calen. Maii, martyrio coronatur, & uia Appia, in Calixti cœmeterio sepelitur: & tũc uaca (uit sedes dies. 21. 5368 169

Nemo nachæ sacra contingant.

Cataphrygarum hæresis exordium.

Hæretici pessimi tres

Montanus hæresiarcha pessimus, natione Phrygius, per hoc tempus in Phrygia comparens, paraclitum se nominauit, & multos seduxit, & eandem regionẽ, cum uicinis regionibus multis, multis erroribus infecit. Ibiq; & Priscam ac Maximillam, clarissimas mulieres adeò seduxit, ut relictis uiris suis, secum publicè incederent: quæ etiam ab eodem adeò dementatæ sunt, ut affirmare præsumpserint, illius inspiratione, euasisse prophetissas. Ex eo nanque Cataphrygæ hæretici prouenẽre, qui donum spiritussancti, non in apostolis, sed in se tantum traditum fuisse affirmabant: ut habetur in Can. 24. q. 3. c. Quidam. 5369 170

Apelles, alius hæreticus his temporibus in Græcia fuit, qui dicebat, quòd Deũ quẽ colebat ignorabat. Eius aũt hæc erat opinio atq; pertinacia, quòd Christũ non deũ in ueritate, sed hominẽ in phantasia hominibus apparuisse affirmabat. Hunc Theodocion uir eruditissimus, hæreticissimum appellat, & suis scriptis percommodè irridere conatur.

Tacianus, alius quoq; hæreticus, per hoc tempus in Græcia fuit: hic doctissimus fuit Christianus, & quamdiu ab ecclesiæ latere non discessit, nominatissimus extitit, & multa conscripsit. E quibus, ut testatur Hiero. unus contra Gentes liber fuit, ab isto nanque, Eueraticæ hæreses cognominatæ sunt: quorum præcipuus quidam, nomine Seuerus, fuit: qui postea hæresim augens, eius sequaces, Seueriani hæretici, sunt nuncupati. Hi, omnem coitum, spurcum putabant; & alia multa consimilia, delirando affirmabant.

Viri disciplinis excellentes.

Dionysius Corinthiorum episcopus tempestate hac, Eusebio teste, floruit, cuius tanta eloquentiæ industria fuit, ut non solum suæ ciuitatis populi, uerum etiam & aliarum urbium ac prouinciarum episcopos suos erudierit epistolis. Ex quibus unam ad Lacedæmonas, aliam ad Athenienses, Tertiam ad Nicomedienses, Quartã uerò ad Cretẽses, ac Quintam ad 5374 175

tam ad ecclesias Ponticas, & sextam ad Romanos scripsit perutiles.

Modestus etiam eruditissimus doctor, per hoc tempus in precio existens, librum aduersus Martionem hæreticum scripsit.

Melchiades alius quidam doctissimus doctor, hoc ipso tempore (ut Hiero. scribit) contra Montanum, Priscámque ac Maximillam uolumen ædidit præcipuum, atq; aliud contra Gentes, Iudæósque scripsit: Necnon & Apologeticum quibusdam dedit principibus.

Opianus Cilex poëta, hoc quoque tempore Elenticham redargutionis plenam miro splendore conscripsit.

Frontonius dignissimus orator, de quo diuus scribit Hiero. per hæc tempora floruit, & multa composuit. Hic Marcum Antonium Verum nunc imperatorem in Latinis literis habuit auditorem.

5377 78 Eleutherius papa natione Græcus, patria Nicopolitanus, patre Abundio, post Sotherem ponti. sedit annis. 21. men. 6. die. 5. Hic quum pontificatum iniisset, pax ecclesiis data est, & Gratiano testante, statuit, ne quis Christianus ob aliquā superstitionem, ullum cibi respueret genus, quo humana cōsuetudo uesceretur: hoc quippe Seueriani damnabant hæretici. Mandauitq; præterea, nullum á suo gradu debere deiici, nisi accusatus & criminis reus conuinceretur, sicut in Can. 2. q. 1. c. Nil contra. Et exemplo Saluatoris, qui Iudæ proditoris errorem, licet rei nondum tamen conuicti, ita æquo tulit animo, ut quicquid interim egisset pro dignitate apostolatus ratum, firmúmq; habere uoluit. Prohibuit etiam, ne absente eo, quem accusator reum facit, ulla in causa cerneretur. 3. q. 8. ca. Caueant iudices. Statuit item, ne qua res sententietur, antequā certis demonstretur iudiciis. 3. q. 5. ca. Iudicantem oportet. Hic in principio sui pontificatus à Lucio Britannico rege, epistolam accepit, qua rogabatur, ut se suósq; omnes baptizare dignaretur, cui Fugatium & Damianum uiros optimos misit, qui regem ipsum & populum omnem baptizarent: quo baptizato, data est quasi ubiq; pax ecclesiis, & nomen Christi mirū in modum excrescere cœpit, & quāmaximè Romæ, ubi multi nobiles cum coniugibus & liberis baptizati sunt. Tandem ordinationibus ter in men. Decemb. habitis, ubi presbyteros & diaconos atq; episcopos per diuersa loca creauit multos, sine martyrio diem obiuit. Cuius corpus apud sanctum Petrum in Vaticano. 7. calen. Iunii sepelitur, quo etiam die eius festa celebrantur, & tunc sedes uacauit dies. 5. Eleutherius papa 14.

Anglia insula, Christi fidem recipit.

5379 180 Lucius Anglorum rex, Colli regis Susti filius, hoc anno apud Anglos seu Britones regnum accepit, sed quantum regnauerit non habetur. Qui regno suscepto, mox à Domino uocatur, & Eleutherio isti pontifici maximo literas supplices dedit, ut illum intra Christianorum numerum admittere dignaretur. Cuius precibus motus pontifex, confestim Fugatium & Damianum religiosissimos uiros eò misit, qui regem ipsum unà cū uxore ac toto ferè populo baptizarunt. Erant tunc in Anglia idolorū pontifi. 25. quos flamineos uocabant. Inter quos tres archiflamines habebantur. Quorum in loco tres archiepiscopi fuerunt constituti. Protoflaminum uero loco primitiua ecclesia, patriarchas cōstituit. Verum Lucius hic baptismo suscepto, mox immobilia cuncta pridem gentilium templis collocata, Christi ecclesiis ampliata contulit. Quo postea sine liberis decedente, Seuerus Romanorum legatus, loco sui, in regnum successit, qui & uallum in regno Augusti more confecit. Post quem Balsianus eius filius ex matre Britannica susceptus, regnum accepit. Quid autem postea gestum sit, non habemus.

5381 182 Comodus. 18. Romanorum. imperator, post M. An. Verum patrem suum, anno. 2. 229. olympiadis, imperare cœpit, & imperauit annis tredecim. Vir quidem impius & Neroni per omnia similimus, quem sola paternæ uirtutis gratia tolerari fecerat, qui quidem Comodus omnibus fuit incommodus, & nihil cum patre commune habuit, sed in omnia dedecora luxuriæ, obscœnitatis uitia, se inquinauit, ob cuius flagitiosam & pestiferam uitam, ut Helius Spartanus historiographus scribit, urbs ipsa Romana pœnam tulit: nam Capitolium fulminis ictu unà cum egregia illa bibliotheca maiorum cura fabrefacta, & cæteris circumpositis ædibus, dei iudicio concre- Comodus.

matum suo tẽpore fuit. Quo quidem incendio multa urbis pars solo æquata est. Tantæ nanq; temeritatis fuit, ut colloso capite sublato, suæ imaginis caput loco iusserit apponi. Et.7.mensem Septemb.à se appellari uoluerit,quæ omnia post eius mortẽ abrogata sunt, sed ipse etiã mortuus,ut humani generis hostis ab hominibus adiudicatus est. Adeò enim eius uita flagitiis contaminata odio cunctis erat,ut in domo Vestali strangulatus fuerit.

Viri disciplinis excellentes.

Apollonius Senator Ro.uir eruditissimus per hoc tempus floruit, & insigne uolumen Comodo obtulit, quod quidẽ periucũdè in senatu legere fecit:sed postea à seruo proditus,quòd Christianus esset, ex senatus consilio .14. calend. Maii pro Christi confessione capite truncatus,Christi martyr efficitur:quo quidem die,eius annua celebratur dies. Post cuius mortẽ,multæ inualuère hæreses, & quammaximè Martonistarũ, quorum alii unum principium fatebantur,alii duo,alii tria,& tres naturas in Deo esse abrogabant. 5384 185

Eusebius,Pontius,Vincentius,ac Pegregius uiri nobilissimi Romani per hoc tempus, Comodo Augusto pro fide Christi necantur. Hi nanque primo eculeo leuati, & neruis acerrimè distenti,deinde fustibus crudelissimè cæsi, sed cum Iudæi laude adhuc permanerent fidelissimi,usque ad emissionem spiritus mactati fuerunt: quorum natale celebratur, octauo calendas Octobris.

Teophilus episco. Teophilus Cæsareæ Palestinæ episcopus,quæ olim Turris Strationis dicebatur, tempestate hac secundum Hieronymum claruit, & utilem ualde epistolam seu libellum de Pascha ædidit.

Theodotion. Theodotion, patria Ephesinus, uir doctissimus, & multarum literarum scientissimus, tertius diuinarum scripturarum interpres,cum superioribus floruit: qui præter interpretationem & translationem,etiam alia multa,de religionis Christianæ laudibus,reliquit monumenta. Hic, Taciani uiri eruditissimi prædicti,antequam in hæresim incideret,discipulus fuit.

Victor papa 15.



Ictor Papa,natione Apher,patre Felice,post Eleutherium pontificem, sedit annis.10.mens.3.& diebus.10. qui Christianæ reipub. curam optimè gerens, Gratiano testante,constituit,ut Christiani aliqua iniuria infensi, qui omnino reconciliari recusarent, ab omnium cõmunione submouerentur, ut habetur in Cano.91.dist. cap.Perlatum. Statuit item, ut episcopus qui à proprio grauaretur metropolitano,ad Romanam sedem posset appellare.2.q.6.ca.Si quis putauerit. Constituit etiam ex Eleutherii prædecessoris sui pontificis sententia,ut sanctum Domini pascha, dominico die celebretur, uidelicet.14.luna men. Martii,usque ad.21.eiusdem mensis. Nam usque in hodiernum tempus, ex ueterum consuetudine,Pascha semper cum Iudæis.14.luna celebratur, cuius quidem decretum postea in concilio Niceno confirmatum fuit, ut omnino post.14.luna eiusdem mensis celebraretur, ne Iudæos imitari uiderentur. Fuère tamen usque ad concilium Nicenum multi summi uiri huic opinioni renuentes. Decreuit quoque Victor hic pontifex,ut in quauis aqua,baptismum petentes,baptizarentur, si necessitas instaret.Quamobrem concilium in Palestina habitum fuisse dicunt. Res tamen integra in Nicenum concilium translata fuit, ut de Conse. dist. 4.cap. In baptismate. Hic quum doctissimus esset pontifex,quædã de regionibus composuit uolumina, quibus compositis & duabus ordinationibus in decem mens.celebratis, martyrio coronatur, & apud sanctum Petrum in Vaticano sepelitur,cuius festum.5.calen. Augusti celebratur: & tunc sedes uacauit dies.12. 5392 193

Helius imper.



Elius Pertinax.19.Rom. imp.243. olympiade,post Comodum imperium suscipiens, imperauit mensib.6. Hic cum imperare cœpisset.70.agebat annum, & quum urbis præfecturam ageret,ex totius senatuscon. imperium suscipere compulsus est: rogatúsque, ut uxorem Augustam faceret, & filium Cæsarem appellaret:contradicens,respondit: Sufficere senatui deberet, quòd ipse inuitus imperaret:at quoniam imperatori nihil turpius est auaritia, quum illiberalis sordidúsque haberetur, sexto imperii sui mense, à quodam Iuliano iurisperito, in palatio, nemine contradicente,occisus est.Quo mortuo, Iulianus ipse interemptor imperium occupauit,& septem mensibus 5363 194

 Seuerus

mensibus imperauit,& postea à seuero ciuili bello,apud pontem Miluium,à Seuero quodam superatus,interfectus est.Hic & ille Iulianus, qui perpetuum ædictum composuit.

5394 195 Seuerus autem.21.Rom.imp. hoc anno Iuliano tyranno prædicto interfecto, eadem olympiade imperare cœpit, & imperauit annis.18.Hic,ut Helius Spartanus histo.refert,ex Lepti oppido,patre Rom.equite,originem duxit,cuius pater Aphricanus fuit. Sed antequam ciuitate donaretur, Græcè ac Latinè eruditissimus erat,inito deinde imperio, ut uir optimus rei frumentariæ quammaxime re periit,ita consuluit,ut excedens uita,septem annorū annonam reliquerit, & tantum olei, ut per quinquennium,non urbis tantum usibus,sed totius Italiæ, quæ oleo eget, sufficeret.Multisque bellis lacessitus,fortissimè rempub.licet laboriosissimè gubernauit, ad bellicam gloriam,laudem quoque literarum addidit,& quammaximè Philosophiæ,in qua studiosissimus erat,Parthos & Adiabenos,cum eo contendere præsumentes, felicissimè superauit. Arabes etiam interiores ita cædit, ut eorum regionem, prouintiam Romanam faceret. Ob quam rem Parthicus Arabicus Adiebenicus appellatus est. Vrbem præterea publicis exornauit ædificiis, ubi & thermas Seuerianas,& Septiconium extruxit. Quintam tamen in Christianos suscitauit persecutionem. Interfecto autem apud Lugdunum ciuitatem Clodio Albino,qui se in Gallia Cæsarē fecerat,in Britannos, teste Beda, bellū transtulit,ubi & uallum.132.passuum milium continens,à mari usque ad mare deduxit, ut receptas prouincias à Barbarica incursione,securiores faceret:eadem ibidem in Eburaci oppido uita decessit, ubi in honorem Pertinacis prædecessoris sui, se Pertinacem uocari fecit.

Seuerus imperat.

5401 202 Zepherinus Papa,natione Romanus, patre Abundio, post Victorem pontificem sedit annis.9.& sanctissimus fuit uir, eo quod diuinæ rei magis quàm humanæ,semper intentus fuerit. Vnde & constituit, Gratiano teste, ut astantibus clericis & laicis fidelibus, & leuita,& sacerdos,ab episcopo ordinaretur, sicut habetur in Cano.75.dist.cap. Ordinationes presbyterorum. Statuit item,ut consecratio diuini sanguinis in uitreo uase, non autem in ligneo,ut antea fiebat,consecraretur, De conse.dist.cap.Vasa. Hanc tamen institutionem, subsequentes pontifices immutauerunt,quia & in Remensi & Tyburensi concilio statutum fuit,calices fieri ex auro aut argento,uel stanno saltem.Censuit quoque,ut omnes Christi fideles,annos pubertatis attingentes, singulis annis in solenni die Paschæ publicè communicarent, De conse.dist.2.cap. Relatum.Quod quidem institutum Inno.3.postea non ad communionem tantum,uerum etiam ad confessionē delictorum traduxit,ut extra de Pe.& Re.Omnis utriusque sexus. Mandauit insuper,ne quis episcopus,uel à patriarcha, uel à primate, seu à metropolitano suo,in iudicium uocatus,sine apostolica auctoritate damnaretur. Voluitque præterea, ut omnes presbyteri adessent,episcopo celebranti. Celebratis denique.4.in Decembri mense ordinationibus, ubi presbyteros.13.diaconos.7. & episcopos per diuersa loca.13.creauit, martyrio coronatus est,& uia Appia in Calixti cœmeterio sepelitur. Cuius etiam natalitium.7.calend.Septemb.celebramus. Et tunc sedes uacauit dies sex.

Zephe rinus papa 16.

Vt calices fiāt de argē to ordi natur.

Viri doctrinis excellentes.

5403 204 Symmachus doctor,natione Samaritanus, Iudæorum proselytus, quatuor diuinarū scripturarum interpres,huius pontificis temporibus floruit, & post Theodotionem ipse diuinas scripturas ex Hebræo in Græcum transtulit eloquium.

5405 206 Rhodion, genere Asianus, Traciani hæretici quondam discipulus, hac tempestate in diuinis scripturis habetur insignis,eo quod multa composuerit opuscula, quorum præcipuum,quod aduersum Martionem hæreticum,ædidit opusculum, in quo, ut diuus scribit Hieronymus,ostendit,quomodo Martionæ in hæresi sua etiam inter se quoq; discrepent.

5406 207 Clementem presbyterum Alexandrinū uirum egregium atq; eruditissimū,cum his floruisse diuus Hiero. scribit,& eruditissima uolumina scripsisse tradidit,inter quæ Stromatū unum uarietati lib.sunt.8. Aduersus Gentes,unus. Pædagogi lib.3. De Pascha,lib. unus. De Ieiunio,lib.unus.De Disputatione,liber unus.De Obtrectatione,lib.unus. De Canonibus ecclesiasticis,lib.unus. Aduersus eos, qui Iudæorū sequebantur errores,lib.unus,& alius qui inscribitur,Quisnā diues ille sit, qui saluetur? Extant & epistolæ complurimæ.

Heraclitus, etiam quidã insignis doctor, natione Græcus, teste Hieronymo, per hoc tempus in apostolum Paulum, commentarios ædidit plurimos.

Tertulianus. Tertulianum Aphricanum, patria Carthaginensem, Centurionis cuiusdam proconsularis filium, uirum quidem ingenio & doctrina clarissimum, hisdem temporibus floruisse, & multa conscripsisse uolumina, diuus Hierony. tradidit. Hic nanque quum ad mediam usque ætatem Aphricanæ ecclesiæ presbyter nominatissimus stetisset, clericorum Rom. urbis inuidia, adeò contumeliis & iniuriis attritus fuit, ut ad Montani hæretici doctrinã labi compulsus sit. Quamobrem & multa uolumina contra orthodoxam & catholicam fidem componere cœpit, & quammaximè, de Pudicitia, de Persecutione, de Ieiuniis, & de Extasi lib. 6. ac alium aduersus Apollonium ædidit librum. Vixitque usque ad decrepitam ætatem, & alios multos ædidit libros.

Persecutio Christianorũ quinta, hoc anno, Seueri iussu ita incipitur, pro qua etiam diuina ultio in Romanos non defuit, quia mox ciuilia bella mirum in modũ eos attriuêre. In qua quidem persecutione, hi præcipui passi inueniuntur, uidelicet: 5409 210

Hyreneus Lugdinen. episco. Hyreneus, Lugdun. episcopus, uir doctissimus, iam grandæuus apud eandem urbem, pro Christi nomine martyr efficitur. Floruerat enim quammaximè sub Comodo principe, & Polycarpi martyris, ut diuus scribit Hier. discipulus fuit, à quo quum eruditissimus euasisset, quinque libros aduersus hæresim scripsit. Et contra Gentes aliud breue uolumẽ, atque aliud de Disciplina Christi, déque Prædicatione apostolorũ, librum unum. Et aliud uolumen, seu opus diuersorum tractatuum, uidelicet de Scissura, librum unum, & alia multa. Atque de Monarchia, uolumen egregium. Et ad Victorem papam, de Quæstione paschæ, epistolas multas. Demum uerò, sæuiente hac persecutione, cum omni fermè ciuitatis suæ populo. 4. calend. Iunii, martyrio coronatus est, quo die eius festum celebramus.

Leonidem etiam Alexandrinum, magni Origenis patrem, uirum quidem optimũ, sub hac persecutione passum fuisse, Eusebius Cæsariensis scribit: cuius quidem martyriũ idem Origenes, puerulus, annorum octo, subsequi decreuerat, nisi diuina dispensatione ad multorum utilitatem reseruatus, per maternam sollicitudinẽ impeditus fuisset: nam ipsa pueri mater, quum in crastinum in publicum prodiret, & Christum confiteri decreuisset, nocte latenter uestimenta ipsius surripuit, & sic puerum à tyrannorũ cæde reseruauit. Quo uiso puer, confestim ad patrem epistolam scribit, qua significat maternis artibus à tanto bono fuisse impeditum, ipsúmque patrem hortatur, & rogat uirili animo, prosequi quod incepit. Ac siquidem Leonides apud Alexandriam urbem suam, martyrii palmam constantissimè in calendis Martii adeptus est, quo quidem die, eius natale celebratur.

Perpetua matrona. Perpetua quoque & Felicitas, matronæ quidem sanctissimæ, & ipsæ in Mauritania Tiburbitanorum ciuitate, cum reuocato Saturnino & Secundolo, nonis Martii passæ sunt: nam quum Secundolus in carcere quieuisset, ipsæ sanctissimæ mulieres, cum reliquis, bestiis traditæ, & dilaceratæ, martyrium consummauêre.

Cassianus imperator. Cassianus, prædicti Seueri filius, cui Antonio Caracallæ cognomen fuit, primus & 20. Rom. imperator, anno 2. 247, olympia. post patrem imperium suscipiens, imperauit annis 7. Vir certè pessimus ac facinorosus, nec patri ulla in uirtute persimilis, imò illo asperior, & omnium antecessorum, luxuria & libidine intemperantior, qui nullum facinoris genus prætermisit: quippe & fratrẽ suum Gettam occidit, ac nouercam suam uxorem duxit, & multa dedecora peregit, sed nec egregiũ aliquid, præter thermas Antonianas, quas ipse inchoauit, de se reliquit, eas postea Alexan. successor perfecit: muniuit etiam in urbe uiam nouam 7. autem imperii sui anno, dum prælium in Parthos mouisset, inter Edissam & Cannas ciuitates, prælio cum eis cõmisso, anno ætatis suæ 4. & 40. interfectus est. Helius tamẽ Lampri. histo. nõ in prælio, sed cũ ex prælio recessisset, ad requisita uētris, insidiis à Macrino præfecto eũ occisum fuisse dicit. 5412 213

Editio quinta in ueteri & nouo testamento 4. imperii huius Caracallæ anno, apud Hiercontum ciuitatem, in quodam dolio inuenta fuit, cuius author penitus ignoratur, & ideo uulgata æditio nuncupata fuit: de ipsa Psalterium tantum nostrum usuale, emersisse dicimus, in cæteris autem diuinæ scripturæ libris, trãslationem diui sequimur Hieronymi. 5415 216


Acrinus secundus &.20. Ro. imperator, cum Caracallam prædictum interfecisset.249. olympiade imperare cœpit, & imperauit anno uno. Vir certè ori ginе & flagitiis inquinatissimus, de quo nil uirtute dignum habere potuimus. Et propterea ab Heliogobalo apud Antiochiam interfectus fuit. Macrinus imperator

5418 219 
Alixtus papa, natione Ro. patre Demetrio, ex regione Rauennatum, post Zepherinum pontificem sedit annis.5.mensi.duobus & diebus decem. Vir si quidem diuinus atq; prudentissimus, qui licet in multa rerum perturbatione pontificatum incepisset, nequaquã tamen à bono pontificis instituto discedere uoluit: sed, Gratiano referente, constituit ne quis de cætero in episcopũ cõsecraretur, nisi canonicè electus fuisset, sicut habetur in Can.62.di.ca. Nullus in episcopum. Vtq; clerici, qui ad sacros ordines essent promouendi, ab uxoribus abstinerent.72. di.c. Presbyteris. Constituit item quater in anno ieiunium.i.uernale, æstiuale, autumnale, & hyemale.76.di.c. Ieiunium quod ter in anno. Item ut sacerdotes incestuosi, nullam accusandi alios haberent facultatem.3.q.4.c. Consanguineorum. Censuit item, ut accusator absente reo, nullo in iudicio audiretur.3.q.9.c. Nullus alterius. Mandauit quoque ut laici, qui temere dispensationes rerum ecclesiasticarum usurpare seu occupare presumerent, ue luti sacrilegi rei punirentur.16.q.7.c. Si quis. Ferunt hunc templum beatæ Mariæ uirginis in regione transtyberina ædificasse. Cœmeteriúmque suo nomine in uia Appia condidit, ubi & iampridem multa sanctorum martyrum tumulata fuerant corpora, quod usque in præsentem diem Calixti cœmeterium appellatur. Verum cum Palmachium uirum consularem, & Simplicium senatorem, atque Felicem nobilem uirum cum eorum domibus baptizasset, & ad martyrii palmam incitasset, atque multos presbyteros, diaconósque, ac episcopos ordinasset.2.idus Octob. ab Alexan.imperatore martyrio coronatus est. Cuius corpus post.17.diem ab Asterio eius presbytero in cœmeterio Calepodii sepultũ fuit. Eius autem natale secundo idus Octob.celebrari iussum est. Calixtus pa pa.17. Institutor ieiunii quatuor tẽ porum

5419 220 
Arcus Aurelius Antonius cognomento Heliogobalus, tertius & uigesimus Ro.imperator, anno primo ducentesimæ quadragesimæ nonæ olympiadis, Macrino imperatore predicto interfecto, imperium suscipiens, imperauit annis quatuor. Hic Caracalla ex Semiramide concubina formosissima fœmina filius fuit, & apud Phœnicem eo tempore natus, quo Seuerus cum Parthis bellum gessit, qui cum adolescentulus esset, solis sacerdos factus Heliogobalus cognominatus est. Helios enim Phœnicum lingua, latinè dicitur sacerdos. Deinde cum strenuus esset iuuenis apud Antiochiam matris artificio ad imperii maiestatẽ assumptus est. Qui iam cum Parthis pace firmata, etiam cum ipsa propria matre libidinosè uiuere cœpit. Quamob rem ad urbem postea ueniens, à senatu impetrauit, ut & ea in senatorio locaretur ordine, quæ eo in ordine prima fuit fœmina. Huius quippe Heliogobali spurcã uitã Helius Lampridius histo.optimè describit. Qui inter cætera uitæ suæ dedecora, asserit ipsum etiam in uestales uirgines incestum cõmisisse, aliásque multas probrosas fœminas semper domi habuisse. Cuius rei causa urbis dignitates atque honores malis & flagitiosis uiris utplurimũ committebantur. Et cum eam ob rem à Sabino consulari uiro clarissimo reprehẽderetur, è medio eum auferri & interfici precepit. Quapropter cum ita imperii dignitatem suis flagitiis indies magis ac magis denigraret, militari tumultu tandem cũ matre interfectus est. Marc. Aureli. imperator.

5423 224 
Lexander.4.& uigesimus Ro.imperator.250. olympiade, post Heliogobalum prædictum monstrum imperare cœpit, & imperauit annis.13. uir certe (ut Helius Lampridius histo.scri.) unicum omnium uirtutum exemplar, qui iustitiam ita coluit, ut nemo unquam de illata ab eo iniuria conquestus sit, procul enim à se omnem põpam & ambitionem semper abiecit, nec unquam toga picta (nisi semel tantum, cum esset consul) usus est: tantæ etiã prudentiæ fuit, ut à nemine unquã decipi potuerit: uirorum insuper illustrium & doctorũ amator adeò fuit, ut eorum statuas ubiq; conquiri fecit, & in foro locari mandauit: unde sua prudentia suáque uirtute innumerabiles prædecessorum suorum sordes lauit, & dignitatem imperii Roma.restituit. Hic Christum Dominum nostrum, ut prophetam sanctissimum excolens inter deos referri uoluit, cuius Alexãder imperator

imaginem unà cum Abrahæ, Orpheíque imagine in domo sua semper habere uoluit. Sícque rempub. auxilio Vlpiani & Pauli Patauini, atque Iulii Frontini iureconsultorũ uirorum doctissimorũ collapsam, reparauit. Tantis itaque uirtutibus hic imperator insignitus, omnium consensu Augustus creatus, confestim contra Parthos bellum suscepit, & Xerxem eorum regem strenuissimè uicit: disciplinæ nanque militaris adeò emendator seuerus fuit, ut quasdam etiam legiones integras exauctorauerit, propter quod & apud Maguntiam Germanorum ciuitatem, instigatione Maximini Thracis, militari tumultu interfectus fuit. Natus est autem hic ex Assyriis parentibus, & ex Mammea matre Christiana, Romæ generatus.

Semiamira. Semiamira, Heliogobali prædicti imperatoris mater, hoc anno, Heliogobalo pro suis meritis, à suis, ut præfertur, occiso, & ipsa simul quasi cæsa, in cloaca proiicitur, & inde paulò post, unà cum cadauere filii, in Tyberim deiicitur. Hæc enim natione Græca, & ex Messana ciuitate originẽ duxerat: quæ quidem cum pulcherrima admodũ esset, aliquamdiu inhonesta fuit mulier, sed post hæc filii claritate, & senatus principatu, conspicua facta est. Nam eius opera & astutia egit, ut post mortem Macrini imperatoris, & eius filii Dyadumeni, ab exercitu apud Bithyniam eligeretur in principem: qui principatu adepto, Romam unà cum matre uenit, & à senatu cum ingenti gaudio susceptus est: & ipsa Semiamira, ex repentina filii prouectione, usque ad astra delata est, & Augusta ab omnibus nuncupata. Filius autem Heliogobalus, & si scelestus esset, cognoscens matris beneficium, tantum illam quasi loco retributionis honoribus prætulit, ut in senatu nil ferè, nisi ea disponente, peragere uoluerit, uoluítque illam in senatu, cum reliquis senatoribus, semper quoad uixit interesse, ut sententiam suam more cæterorum de agendo diceret, quod mulieri alteri nunquam contigisse legimus. Tantæ enim hæc meretrix apud ignauum filium fuit dignationis & honoris, ut in Quirinali colle, pallacium construxit, quod senaculum appellauit, in quo quidem, conuentum mulierum ordinauit, quibus & auctoritatem præstitit, ut senatorio more, de moribus circa statum tractarent, & leges super his instituerent, & huic senatui matrem Semiamiram principissam fecit, à qua senatusconsulta plurima ridicula manarunt. Statutum quippe in senatu fuit, quo uestitu, quibúsue ornamentis unicuique uti licitum esset. Cui etiam credere cuique assurgere deberet, & alia multa sancita sunt: & cum eo in collegio Semiamira potius meretricio quàm matronali ritu sese haberet, uacaret etiam filii libidinibus atque obscœnitatibus, eò denique itum est, ut post mortem filii, & ipsa ut prædictum est, decessit: quod & quemlibet miserè uiuentem cogitare non pigeat: nam nil uiolentum durabile unquam fuit.

Vrbanus papa. 18. Rbanus papa, natione Rom. patre Pontiano, post Calixtum pontificem, sedit annis. 8. & mensib. 2. & dieb. 12. Vir siquidem doctrina, & sanctitate uitæ eminentissimus, cuius rei gratia, multos gẽtiles ad fidem Christi traxit: inter quos fuère, Valerianus, Ceciliæ uirginis sponsus, & Tyburtius eius frater. Hic multa, Gratiano teste, constituit, & quammaximè mandauit, ne quis de cætero in episcopum eligeretur, nisi prius, aut sacerdos, aut diaconus consecratus fuisset: ut habetur in Can. 60. dist. c. Nullus in episcopa. Constituítque ac concessit, ut futuri clerici primam tonsuram de manu abbatis possent accipere. 68. dist. c. Quorum uices: Ieiunia etiam quatuor temporum declarauit, à prædecessore suo instituta, quia hominum imperitia cõfundebantur. 79. dist. c. Statuimus. Voluítque ac iussit de cætero omnia altaris uasa, aut argentea, aut aurea, seu stannea fieri, ut de Consec. dist. 1. c. Vasa quibus. Eiusdem quoque institutum fuit, ut ecclesiastica prædia, atque fundi à fidelibus oblati, reciperentur, partirentúrque uiritim clericis omnibus, nihilque cuiuspiam priuatum esse, sed omnia commune bonum distribuerunt. Deniq; cum hæc, aliáque multa constituisset, postquã quinquies in Decembri mense ordinationes celebrasset, ubi multos & diaconos, & presbyteros, archiepiscopos per diuersa loca creauit: post Valeriani & Tyburtii, atque Ceciliæ uirginis martyrium, & ipse 9. calend. Iunii, pro Christo martyrium sumpsit: cuius corpus in cœmeterio Prætextati, uia Tyburtina sepultum dicitur: post cuius mortem, cessauit episcopatus, dies. 30. cuius festum. 9. calend. Iulii celebratur. 5424 225

Martyres

Martyres pro Christo his diebus passi.

5427 228 Agrippitus illustris adolescentulus, per hoc tempus apud Prænestinam Sabinorum urbem, quingenis iussu Alexandri imperatoris martyrio coronatur: ipse enim cum.15.esset annorum, & amore Christi martyrio flagraret, ab imperatore comprehenditur, & primo neruis crudis cæditur: deinde urbis præsidi, ut sacrificare cōpelleretur, traditur: qui quum durissimo & squalido carceri statim recluditur, ubi per.4. dies eidem cibum omnem negauit: inde eidem præsidi exhibitus, prunas ardentes super caput eius apponi iussit: quum gratias deo ageret, flagellis iterum cæditur, & nudus capite deorsum uerso, suspenditur, & bullienti aqua corpus eius perfunditur: & quum adhuc martyris Christi maxillas fregissent, præses ex tribunali corruens, tristem emisit animam. Quo audito, imperator eum leonibus obiici præcepit, sed feræ mansuetæ factæ, pedibus martyris se inclinauerunt. Videntes sceleris ministri tulerunt sanctum martyrem, & inter duas columnas gladio percusserunt, sub die.15.calend. Septemb. corpus uero eius à Christianis nocte sublatum, ibidem miliario ab urbe positum est, in sarcophago nouo diuinitus inuento.

Martina, Rom. uirgo, & quidem sanctissima, per hoc tempus cum eximiæ Christianæ ueritatis & uirtutis esset mulier, ab Alexan. principe comprehensa, cum Christum omnino negare recusaret, diuersis tormentorum generibus eius iussu cruciatur: & cum adhuc in fide immobilis permaneret, gladio cæsa, martyrii palmā primo die Ianuarii promeruit. Martina uirgo.

Tiburtius quoque & Valerianus præclarissimi ciues Rom. & ipsi in hoc tumultu ab Almachio urbis præfecto comprehensi, pro Christo martyriū constanti animo passi sunt: eos enim primum fustibus durissime cædi fecit, & tandem gladio interfici præcepit. Maximus autem, uir illustris, cum eis tamdiu plumbatis cæsus est, donec spiritum exhalaret. Celebratur autem eorum festiuitas.18.calend.Maii. Tyburtius & Valeria nus.

5420 230 Cæcilia uirgo Rom. corporeo decore, moribus, magnanimitate, ac sanctitate, & laudabili pudicitia, ac castitate splendida, hoc anno post multos agones martyrium pro Christo constantissimè pertulit. Hanc enim, cum parentes unicam haberent filiam, cum regiis ferè diuitiis, Valeriano cuidam patricio nobilissimo iuueni, sed infideli, matrimonio copularūt: quem quidem quum unà cum fratre suo Tyburtino ad credendum in Christo perdocuisset, ad martyrium tandem tollerandum induxit: quod cum Almachius urbis præfectus didicisset, eam uinctam ad se adduci fecit, & idolis immolare præcepit: sed cum nollet, & diceret se Christianam esse, post multos conflictus, iussit eam in balneo calidissimo & bullienti, per diem & noctem concremari: & cum nullam læsionem persensisset, iussit ibidem eo in balneo decollari, quam spiculator tribus ictibus percutiens, nequaquam caput amputare potuit, sed per triduum superuiuens, omnia quæ habebat, pauperibus Christianis tradidit: & quos ad fidem Christi conuerterat, Vrbano papæ commendauit, dicens: Triduanas à Domino mihi postulaui inducias, ut hanc domum meam ecclesiam consecrares: quibus dictis, spiritum emisit. Corpus autem eius sanctus Vrbanus inter episcopos sepeliuit, & domum suam in ecclesiam consecrauit. Passa est beatissima uirgo.10.calend.Decembris, quo die festum celebratur. Cæcilia uirgo.

Quiritius præterea Rom. patricius, & ipse unà cum Iulia eius matre, hac tempestate apud Romanos colitur, aliis innumerabilibus secum iunctis, martyrium Idibus Iulii compleuerunt, & eo die eorum natale celebratur.

Viri disciplinis excellentes.

5429 230 Vlpianus iureconsultus, uir præstantissimus, Alexandrique prædicti principis assessor, his temporibus, teste Eusebio, propter eximiam eius scientiam atque doctrinā, apud eundem imperatorem maximo in precio habitus est. Et præ cæteris doctoribus uocabula & leges antiquas explanauit, atque alia multa monumenta scripta post se reliquit. Vlpianus iureconsultus.

Paulus Patauinus similiter in philosophia & iure ciuili celebratissimus, per hæc tempora floruit, & ad componendam rempub. Romanam, superiorum imperatorum uitio & sordibus labefactam, Alexandro prædicto imperatori plurimum auxilio fuit, & nonnulla ea in facultate composuit, quæ adhuc extare uidentur. Paulus Patauinus iureconsultus.

Iulium quoque Frontinū & in omni doctrina scientissimū, cum superioribus floruisse Iulius Fronti.

& Alexan

& Alexandro auxilio fuisse constat. Nam & ipse multa composuit, & Alexandro ipsi ad res similiter componendas adiumento fuit.

Beryllus quidã Arab.episco.uir doctiss.cum eodẽ floruit. Qui licet postea in hæresim delapsus fuerit, Origenis ope ad ueritatem reductus, nonnulla postmodum cõscripsit. & quammaximè epistolas multas,in quibus Origeni ipsi gratias plurimas agit. Extat & eius dialogus & Origenis,in quo ab Origine reprehendi de hæresi querit.

Triphonem etiam Origenis auditorem & discipulum hisdẽ temporibus floruisse & librum de Vacca Ruffo in Deutero.& alia multa composuisse diuus Hierony.scribit.Et cũ in omni doctrina eruditissimus esset,uia ad eum Orige.multas dedit epistolas.

Ambrosius quidam Græcus diaconus per hoc ipsum tempus(teste Hiero.) confessionis gloria plurimum insignis fuit,hic primo Martionites eius ab Orige.correptus, Christi seruus euasit inclytus.Et propterea Orige.ipsi multa postea eidem dictauit uolumina,sex & ipse,ut erat ingenii elegantissimi uir,plurima composuit.

Origenes ille magnus,natione Alexandrinus,Leonidis martyris filius,& ecclesiæ Ale- 5430 231
Origenes. xandrinæ presbyter,philosophorum atq; theologorum omnium sui tẽporis princeps,hisdem temporibus(ut tradit Euse.lib.5.Ecclesiasticæ histo.) Alexandriæ floruit,hic cũ ab ipsis cunabulis Christianissimus esset,& eminentissimi ingenii adolescens euasisset,post patris obitum Christi fideles à tyrannis per tormẽta oppressos,pro posse fouit,& ad mortẽ perductos intrepidè animauit,indéq; Hebionicorum hæresim expugnauit,qui Christũ ex Ioseph & Maria natum hominem purum esse dicebant,ac Iudaico ritu seruandum prædicabant,sed & multos præclarissimos(ut superius monstratum est)hæresibus infectos,ad fidei ueritatem sua doctrina traduxit,atq; deo in uigiliis,ieiuniisque,ac crebris orationibus seruiens consilio Euangelico,unam tantum tunicam induere uoluit, & de crastino omnino nunquam cogitauit,per multos etiam annos(ut Euse.refert)calciamẽtis,uinóque, nisi ob stomachi releuanda incommoda,abstinuit.Super lectum præterea plumis stratum nũquã dormiuit,& à carnibus se omnino abstinuit.Et in tantum castitatis amor fuit,ut zelo fidei, licet non secundum scientiam,se castrauerit,ob cuius doctrinam atque eloquẽtiam & sanctissimam uitam,Mãmea Alexandri imperatoris mater Christianissima eum audiendi desiderio capta,ex Alexandria Anthiochiam asciuit,& eius mellifluam doctrinam audire uoluit:habebat hic preter alios scriptores.7. iuuenes,septẽmque puellas qui omnes simul ex eius ore diuersas scribebant materias,unde & Porphy. ipsum laudans,dicit omnia Platonis secreta eum fuisse consecutum.Mille namque tractatus in ecclesia dei(ut diuus scri. Hiero.)locutus est,in quibus,ut diuo Aug.& Hiero.ipsi placet,multum errauit. Ex quibus quidem erroribus Origeniana hæresis processit:dixit enim Christum quandoque ex maxima misericordia sua non solum homines,sed apostatas angelos redempturum fore,secundum illud Psalmistæ,Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Verumtamen ipse Orige.ut quidam aiunt,in quadam epistola,quam ad Fabianum papam scribit,pœnitẽtiã de male prolatis agere uidetur.Et causas sui erroris in Ambrosium quendam æmulum suum refundit , qui scripta sua secretè ædita & minime correcta in publicum protulit.Hoc michi ,inquit ,præstiterunt amici mei.Si tacuero reus censear, & si respondero inimicus iudicabor.Dura utraq; conditio,sed è duobus eligam quod melius est, hæc ille in epistola sua.Et propterea multi clarissimi doctores mirificè laudarũt, & quammaxime Euse.noster & Ruffinus Aquileiensis,ac alii multi.Ex libris autem suis,quos ecclesia recipit,ut in Can.dist.17.habetur.Hi Commẽtarii sunt:super Genesim Omel.17.super Exodum.13.super Leuiticum.18.super Numeri.28. super Iosue.26. super Iudicum. 6. De Alchana tractatus unus,super Iob.lib.3.super Cantica cãticorum lib.3. super eandem Omelias duas,super Esaiam scripsit Omelias.9. super Hieremiam. 14. super Ezechielem. 14.Item super Matthæum Omelias.26.super Lucam lib.38.super Ioan. tractatum unum. In epist.Pauli lib.10.super psalmos Omelias.5.Et de martyribus lib.unum ædidit. Deniq; anno salutis nostræ.256,& ætatis suæ.70,deficiens apud Tyrum sepelitur.

Libri Origenis recipiuntur.


Pontianus papa.19. Ontianus pa.nat.Ro.patre Calphurno, post Vrba.pontifi.sedit an.5.men.9. & dieb.2.Vir quidẽ sanctiss. qui instigãtibus quibusdã idolorũ ministris ex mãdato 5434 235
principis

principis captus,& in Sardiniam insulam cũ Philippo eius presbytero deportatus est,ubi per aliquod tempus multas calamitates pro fide.perferens,tandem occubuit,cuius corpus Fabianus pontifex ex magna ueneratione,Ro.reportari fecit,& in Calixti cœmeterio,uia Appia sepeliri.13.cal.Decemb.quo die eius festum celebrari iussum est. Eóq; defuncto sedes uacauit dies decem,

5436 237 Cyriacúmque papam Pontiano huic successisse,unóque anno & tribus mensibus sedisse multi ferunt:sed quia contrà patrum uoluntatem papatui cessit,atque cum.15.uirginum milibus,quas pené omnes baptizauerat,Agrippinam urbẽ concessit,in pontificũ catalago positus nõ est,cũ tamen & ipsa uirgo existẽs,cum uirginibus illis martyrio coronatus sit.



Maximinus Augustus natione Thrax.25.Ro.imperator anno.2.ducẽtesimæ &.53. olympiadis, post Alexandrum prædictum Cæsarem imperium suscipiens,imperauit annis.3.hic ex utroque parente Barbaro apud Barbaros natus,etiam ibidem usq; ad paupertatis tẽpora enutritus est, quem posteaquã bellum in Germania prospere gessisset,mortuo Alexandro,milites sine ulla senatus auctoritate principem delegerunt,qui adeò magnus,& procero corpore fuisse dicitur,ut octo pedes excederet longitudinis,tantámq; pedum magnitudinẽ habuit,ut postea in prouerbium cesserit,cum de longis ineptísque pedibus hominum eloquimur,Maximini caligam, seu calciamentum requirit. Eámque ob magnitudinem ferũt eum uini amphoram una cœna bibisse:hic sextam persecutionem post Neronem exercere cœpit , & quam maximè in Origenem & Mameam Alexandri principis matrem Christianissimam, quorum mortem summopere cupiebat. Verum eodem anno quo & Christianos persequi cœpit,a Pupieno quodam nomine Aquileiæ,quam obsidebat,unà cum filio etiam nomine Maximino interfectus est. Ferunt in ipsa Aquileiana obsidione fœminas Aquileienses tantæ fuisse magnanimitatis,ut cum nerui & funes adiaciendos sagittas uiris suis deessent, sibiipsis capillos capitis præcidisse,& ex ipsis funes arcuũ fecisse. Vnde postea in earum gloria templum Veneri caluæ senatus dedicauit. Maximinus.

5438 239



Antherus papa natione Græcus patre Romu.post Pontianũ & Cyriacum pontifices sedit annis.3.mense uno & diebus.21. uir optimus, qui Gratiano attestante statuit episcopum necessitate exigente,& utilitatis causa interposita, tamen summi pontificis auctoritate ad alium episcopatum transferri posse,ut habetur in Canone.7.q.1.c. Mutationes episcoporum, Primúsque instituit & mãdauit,ut martyrum res gestæ diligenter exquisitæ à notariis conscriberentur, ut rescriptæ agnoscerentur,quibus gestis,cum unum tantum creasset episcopum,martyrii palmam & ipse adeptus est,&.3.nonas Ianuarii in cœmeterio Calixti uia Appia sepelitur: quo mortuo sedes uacauit dies.13. Antherus pa. pa.20.

Viri disciplinis excellentes.

Porphyrius Atheniensis philosopus,& quidem excellentissimus, per hæc tempora maximo in prædio fuit.Qui & si Origenis presbyteri præcipuus amator fuisset,Christiani tamen nominis persecutor fuit. Et propterea multas obtrectationes cõtra Orthodoxam fidem ingessit,quas quidem D.pater Aug.refellit. Attamen ut idem Aug.4.de Ciui.dei testatur in suis scriptis,posuit deum patrem & filium ab eo genitum,& spiritum sanctum ab eo procedentem,in quo trinitatẽ perfectam,& eius mysterium sensisse uidetur.Hunc non his temporibus,sed multo antiquiorẽ fuisse Aug.refert,hic inter cætera Isagogas ad Aristotelis Categorias,id est,prædicamenta adiecit & conscripsit,ac alia multa addidit. Porphyrius.

Iulium quoque Aphricanum inter scriptores sui temporis nobilissimum, hisdem temporibus fuisse & floruisse diuus Hiero.refert,qui inter cætera de Trinitate uolumen conscripsit. Item de Pascha,déque Sabbato.de Circuncisione,de Attalo, & de temporibus libros quinque,& ad magnum Origenem epistolam,in qua ostendit Susannæ fabulam apud Hebræ.non haberi.Hic igitur cum literarum amator existeret,& diuitiis floreret,apud Cæsaream Palestinæ urbem bibliothecam insignem sibi condidit,& cum honorabilis haberetur dicente Hierony. legationem ad M.Au. An.Cæsa. pro instauratione Emaus suscepit, quod reædificans Nicopolim uocauit. Iulius Aphricanus.

Gordianus imperator.


Ordianus.29.Ro.imperator, anno primo.254.olympiadis post prædictum Maximinum tyrannum adhuc puer imperare cœpit,& imperauit annis.6. Nã cũ idem Maximinus præter senatus auctoritatem imperium usurpasset, senatus ad deturbandũ eum.3.declarauit imperatores, è quibus Pupienus & Albinus post secundum principatus annum à militibus interfecti sunt. Tertius uero Gordianus hic adolescens Augustus declaratus.6.omnino annis imperium tenuit, qui imperio potitus, ut erat præstantissimi animi uir, confestim Parthis bellum intulit, qui iam ob Ro.dissensiones nitebantur erumpere, quos facile ui & clade superauit, denique dum ad triumphum Ro. rediret, non longe à Ro.finibus Philippi dolo occisus est, qui post eum imperauit. Huius autẽ principis hæc præcipua fuit laus, quod cum eruditus uir esset, bibliothecam maximam extruxit, in qua ad sexaginta duo librorum milia collocauit. 5439 240

Fabianus papa.


Abianus papa, natione Roma.ex patre Fabiano natus, post Antherum pontificem sedit annis.13.mensi.11.& diebus.11.Hic mortuo Anthero pontifice, dum in uia de futuro pontifice deligendo colloqueretur, cõfestim diuinitus quædã columba supra caput eius, ut Martinus tradit, astitit dicẽs. Romæ episcopus coronaberis. Et diuinitus sic electus statim.7.diaconibus regiones diuisit, qui martyrũ res gestas summa diligentia inuestigarent, & scripto mãdarent. Inde quoque in cœmeteriis pro eorum martyrum dignitate ædificauit. Constituítque, Gratiano testante, ut nullo appellanti se referretur pœna, ut habetur in Can.2.q.7.c. Appellantem. Voluit item quod quilibet post datam contra eum sententiam post se appellare, ut.2.q.6.c.Licet statuit. Item si quis sacerdoti alicui ullam iniuriam inferret, in excõmunicationis sententiam incideret.3.q.1.ca. Deus. Mandauitque, ubi crimen admitteretur, ibi quoque & rei mulctarentur.3.q.6.c.Vbi semper. Et ut accusatus non nisi in foro suo iudicaretur, ut habetur. 3.q. 6.ca. Si quis. Vetuit etiã ne quis simul & semel testis & accusator & iudex esset, ut.4.q.4.c.Nullus. Vetuit quoq; ne quis ex consanguineis uxorem duceret usq; ad quintum consanguinitatis gradum.35.q.4.c.De propinquis. Voluit præterea, ut quilibet Christianus ter in anno se communicaret, scilicet in paschæ resurrectionis, Pẽthecostes & Natiuitatis domini, ut de conse.di.1.c.Et si non. Et ut singulis annis sanctum chrisma in cœna domini renouaretur,& uetus in ecclesia combureretur, de conse.di.3.ca. Literis uestris huius tempore. Nouatiana hæresis ortum habuit, quã & multo labore exterminauit. Denique quum multos diaconos presbyteros atque episcopos per diuersa loca creasset, sub Decio Cæsare martyrio coronatus, in cœmeterio Calixti sepelitur, cuius natalicium unà cum diuo Sebastiano.14.calen. Febru.celebratur, quo mortuo, episcopatus cessauit dies.6.ad hunc Origenes multis sublatis hæresibus de ordine fidei seruando multa conscripsit. 5440 241

Nouatus quidam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis presbyter, his temporibus ecclesiam dei scindere & perturbare curauit,& ne pontificatus in manus Cornelii uiri sanctissimi atque doctissimi deuenire posset, quendam Nouatianum extra ecclesiam pontificem ordinauit,& Nicostratum in Aphrica, atque ita omnia diuina & humana perturbauit. Et ipse ab ecclesia se separans, se & suos sequaces mundos, id est sanctos appellare fecit, apostatas etiam pœnitentes, recipiendos esse omnino negabat,& prædicabat: propter quod & Romæ concilium.60, episcoporum, totidémque presbyterorum & diaconibus multis celebrari necessarium fuit, ubi & Nouati opinio improbata fuit, ut habetur in Decretis.7.q.1.c.Nouatus. Quod saluatoris nostri exemplo nemini petenti deneganda sit uenia,& hoc sanctæ Romanæ ecclesiæ primum fuit scisma. Aliæ etiam hæreses huius temporibus pullulare cœpẽre,& maxime Helchesatarum hæresis, quæ Paulum apostolum respuebat, quas omnes magnus ille Origenes (ut diximus) sustulit. 5441 242

Scisma primũ.


Hilippus huius nominis primus.27.Ro. imperator hoc anno, qui est quartus ducentesimæ &.55.olympiadis, Gordiano interfecto, imperare cœpit, & imperauit annis.7.Hic natione Arabs fuit, ex præfecto prætorii Gordiano per fraudem obtruncato, suffragiis omnium creatus est imperator, qui antea uxorem nomine Eerenam duxerat,& Philippum ex ea filium susceperat, quem quidem adepto imperio, statim imperii consortem fecit, hic itaque à Fabiano pontifice Romano 5445 246

edoctus,

Cornelius

edoctus primus omnium ex Romanis principibus unà cum uxore, filióque Philippo baptizatus Christi nomen confessus est. Quo audito Origenes ad eosdem literas de fide dedit. Ipsis autem baptizatis & confessis, millesimus annus conditionis Romanæ urbis expletus est. Propter quod Philippus ipse innumerabiles in circo constituit solennitates & ludos in campo Martio, tribus quidem diebus & noctibus populo celebrauit, ubi etiam complurimas bestias immolauit: ipsos tamen ludos longè ante à Valerio Publicola post exactos reges institutos de centesimo in centesimũ annum Romani repetebant, atque ita agon mille annorũ exactus est. Hos tamẽ, scilicet patrem & filiũ Decius campi ductor, uir perfidissimus ambitione ductus, sua perfidia diuersis in locis postea interfecit. Nam patrẽ Veronæ, filium uerò Romæ occidere per insidias fecit. Hi nanque quum Decium ipsum haberent infensum, thesauros suos Fabiano pontifici contulerunt, propter quod & odium maximum Decius in Christianos concepit, & eos ubique perquiri & interfici mandauit. Hic igitur Philippus quarto imperii sui anno urbem ex suo nomine in Thracia construxit.

Primus imperatorum, Christianus. Millenarius cõpletur annus à cõditione urbis.

Viri disciplinis excellentes.

5448 : 249 Dionysius Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, uir eruditissimus, Origenis magni auditor, his temporibus episcopus designatus, sedit annis decem & septem. Hic quum quædam ædidisset opuscula, etiam ad diuersos de hæresibus infectos, epistolas plurimas dedit. Sed ad Fabianum papam de pœnitentia unam scripsit, & ad Romanos unam, ad Philomenem unam, ad Sixtum papam duas, ad Dionysium etiam papam unam, & postea tres ad Nouatianum prædictum schismaticum, in quibus reprehendit eum, quòd à corpore sanctæ Romanæ ecclesiæ discessisset. Scripsitque & alias plurimas, uidelicet de Exilio, de Mortalitate, de Sabbato, de Parasceue, de Persecutione Decii, atque duos libros aduersus Nepotem episcopum, & ad Origenem magistrum suum, de Martyrio ad Armenios, de Pœnitentia, & ad Dionysium libros quatuordecim, atque de Ordine delictorum, & alia multa.

5449 250 Ornelius papa, natione Romanus, ex patre Chastino post Fabianum pontificem sedit annis tribus, uir certè eruditissimus, qui, Hieronymo teste, multas scripsit epistolas, ex quibus unam ad Fabium Antiochensis ecclesiæ episcopum de Synodo Romana, & Italica atque Aphricana scripsit epistolam aliam, de Nouaciano hæretico & sociis eius, Tertiam de Synodi gestis, & quartam ad eundem Fabium episcopum ualde prolixam, de Nouaciani hæresi: ad episcopum uerò Cypriani martyris extant epistolæ religionis & fidei plenæ. Hic itaque, Gratiano teste, multa constituit, & quammaximè, ut nullum à sacerdotibus, nisi pro fide exigerent sacramentum, sicut habetur in canone uicesimo secundo. q. quinta, c. Sacramenta. Statuit item ut omnia quæ in absentes in omni negocio & loco agerentur seu iudicarentur, omnino euacuarentur. 3. q. 9. cap. Omnia quæ aduersus. Censuit etiam ut nullus sacerdotium causam suam alieno committeret iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuisset appellatum, prius tamen quàm in exilium relegatus fuisset. Lucinæ matronæ sanctissimæ precibus, corpora apostolorum Petri & Pauli, è Catacuminis leuauit, & Paulum quidem uia Hostiensi, ubi fuerat decollatus, in ipsius Lucinæ prædio collocauit. Petrum uero ubi martyrium passus fuerat, uidelicet in Vaticano, ubi etiam nunc requiescit, reponere fecit. Creatis denique diuersis temporibus in Decembri mense multis sacerdotibus, diaconibúsque, ac episcopis, post exilium suum cæso ore eius plumbatis & aliis flagellis, cum aliis uiginti, iussu Decii Cæsaris, Romæ decollatus est. Sed & quidam miles, nomine Cercalis, cum uxore sua Sallustia, quos quidem pontifex in fide instruxerat, sub eodem die, capite plexus est. Quorum omnium natale, decimo octauo calendas Octobris celebratur, & tunc in eius obitu uacauit sedes dies triginta quinque.

Cornelius pa. 22.

5450 251 Ecius. 28. Ro. imp. an. 11. ducẽtesimæ & . 57. olympiadis, imperare cœpit, & imperauit an. 3. Euseb, tamẽ uno tantũ anno, & . 3. men. regnasse dicit. Alii uerò multo pluribus annis eum imperasse testãtur. Vtcunq; pessimus fuit tyrãnus, qui è Pãnonia inferiori, ciuitate Budalia natus, cum ab exercitu cum filio suo

Decius imperator.

fuisset Cæsar declaratus, interfectis duobus, Philippis patre scilicet & filio, uiris Christianissimis & dominis suis, statim in eorum odium septimam in Christianos post Neronem mouit persecutionem, qua quidem multi diuersis in locis pro fidei constantia passi fuere. Verum dum contra Aemilianum sibi rebellem in Messia pararet exercitum, & ipse à Barbaris crudelissimè occisus est, adeò ut eius cadauer nusquã reperiri unquã potuerit. Condigno certè damnatus iudicio. Hic autem secundũ Martylogium nostrũ .16. annis regnasse uidetur, alioquin nõ uideretur stare posse, quòd tot summi pontifices, uidelicet, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, & Sixtus, legantur passi sub Decio: inde quidam uolunt ex his .16. annis & duobus annis Galerii restaurare damnũ illorum decem & octo annorũ, qui in Chronicis Eusebio & Bedæ desunt, ab anno .f.15. imperii Tyberii Cæsaris, usq; ad id tempus: sed inter hæc sciendũ est, quòd Decius hic senior, qui Philippũ imperatorẽ occidit, & eidem successit, imperator fuit, &c. 3. annis, ut diximus, imperauit, sub quo passus est Fabianus, & Cornelius summi pontifices: alius fuit iunior Decius Cæsar quidem, sed non imperator, ac si inter istos duos Decios aliqui imperatores & summi pontifices intermedii fuere, utpote Gallus & Volusianus, post quos imperauit Valerianus cum Galieno filio quasi annis .11. sub quibus passi sunt Lucius, Stephanus & Sixtus, summi põtifices, ac Laurentius diaconus, & Hippolytus cum omni domo sua. Huic quoq; assertioni suffragari uidetur, quòd Galienus fuerit binomius, nam dictus fuit Decius Galienus: aliqui etiã astruere uolunt, quòd unus & idem sit Decius, qui constitutus fuit à Philippo Cæsar, & ille sub quo passus est Laurentius. Inde est quòd nusquam in uita Laurentii legitur Decius imperator, sed Cæsar: hoc enim antiquitus pluries cõtigit, ut aliqui essent Cæsares, nõ aũt Augusti seu imperatores, & aliqui primũ Cæsares, deinde Augusti, postremò fuerũt imperato (res.

Lucius papa 25



Lucius papa, patria Rom. patre Porphyrio, post Cornelium pontificem sedit annis 3. mensi. 2. & dieb. 10. Hunc Volusianus imperator primo exilii pœna damnauerat, sed eo extincto, ab exilio liberatus, Romam gloriosius rediit: &, ut Gratianus dicit, constituit, ut deinceps duo presbyteri, & tres diaconi, semper ubique locorũ, comitarẽtur episcopum, eiúsq; uitæ testes haberẽtur, ut patet in Can. de cons. di. 1. c. Iubemus. Declarauit item loca, in quibus primates, uel patriarchæ per mundũ ordinari deberent, ut. 80. di. c. Vrbes & loca. Qui etiam antequã ad martyriũ duceretur, omnem ecclesiæ potestatẽ Stephano archidiacono suo permisit, & postquam martyrio uitam finiuit, in cœmeterio Calixti, uia Appia, octauo calendas Septembris, sepultus est: quo quidem die, eius natale celebratur: & tunc episcopatus cessauit dies. 25. 5453 254

Martyres sub Decio passi.

Alexã. episco. Hierosolymitanus. Alexander quidam Hierosolymitanus episcopus, per hoc tempus ibidem martyrium pertulit. Ipse enim longe antè ex Cappadocia eò ueniens, deuotione commotus, diuina etiam reuelatione Hierosolymitanæ ecclesiæ gubernacula suscepit, & usque in senium eandem cum summa sanctitate & gloria gubernauit, sed post uenerandam senectutem Cæsaream perductus, sub hac Decii persecutione, ob fidei confessionem, martyriũ decimoquinto calendas Aprilis compleuit: cuius diei festum eo die celebratur.

Abdon & Senen. Abdon & Senen sub Reguli Romani tempore uiri clarissimi ex Corduba Persarum urbe oriundi, his tumultibus post multos carceris squalores, Romam catenis obligati perducuntur, ubi cum diu diuersis pœnarum generibus fuissent marcerati, tandem tertio calendas Augusti, gladio percussi, martyrium compleuerunt.

Agatha uirgo. Agatha, uirgo Sicula præclarissi. per hoc tẽpus apud Cathaniã eiusdẽ insulæ ciuitatem martyrio coronatur. Nam Quintianus præfectus, illam cõprehendẽs, post alapas, carceres, eculeum, tortiones, mammillarũ abscisionẽ, in testulis & carbonibus uolutationẽ, eo iudicante, in carcere gladio consummata est, scilicet nonis Februa. quo die eius natale agitur.

Apollonia uirgo. Apollonia uirgo sanctissima, & mulier memoratu dignissima, natione Alexandrina, & ipsa per hoc tempus martyrium pro Chrsti nomine pertulit acerbissimnm: nam persecutores dentes omnes ex eius ore excusserunt, & multis plagis affecerunt. Deinde cum minarentur eam uiuam se incensores, nisi cum eis uerba impia proferret, ipsa paululum quid intra semetipsam deliberans, repente de manibus impiorum se proripuit, & in ignem paratum pro-

tum prosiliuit, ac sic martyrii palmam quinto Idus Februarii promeruit. Eius autem sanctum corpus postea in Italiam delatum, apud Derdonam Lombardiæ ciuitatem in cathedrali ecclesia seruatur.




Allus & Volusianus eius filius.29.Rom.imperator, hoc eodem anno quo & Lucius papa imperare cœpit, & imperauit annis.12. Istis imperantibus, tanta pestis in ultionem Christiani nominis per totum orbem exorta est, ut paucæ domus, nedum urbes & prouinciæ extiterint, quæ non eam senserint calamitatem, & quammaximé apud Aegyptum, Alexandriam, de qua quidem Cypriani martyris extat liber. Hi itaque dum duobus fermé imperassent annis, dum contra Aemilianum res nouas in Mesia agitantem bellum pararent, Interamnæ ab eodem necati sunt. Aemilianus autem interemptor, obscuro loco natus, & ipse tertio mense ab imperii occupatione oppressus fuit. Gallus Volusianus.

5455 256 

Alerianus.30. Romanorum imperator, ducentesimo octauo & .50.olympiade imperium suscipiens, cum Galieno eius filio imperauit annis quindecim. Vir certé nobilitate, doctrina, & eloquentia clarissimus, ob eius meritum, & uirtutes, primus principum Romanorum Cæsar & Augustus summo populi Romani consensu, delectus est. Hic á principio sanctos Dei, ita ueneratus est, ut domus eius ecclesia Dei putaretur: sed postea per quendam magum, seu hæreticum, corruptus & deprauatus, Catholicam fidem adeó detestari cœpit, ut octauam in Christianos, post Neronem, exercuerit persecutionem: cuius quidem crudelitas, atque sæuitia, dei iudicio, Romano urbi non modicum perniciosa fuit: nam pauló post Germani é prouincia erumpentes, cum magno impetu, hostili animo, Rauenam usque peruenêre, & omnia igni & ferro uastauêre. Deinde Valerianus in Mesopotamia bellum mouens, á Sapore Persarum rege tandem capitur, & luminibus priuatur, & incatenatus usque in senium illi cum ignominia seruiuit, idque officii ab eo sortitus est, ut Sapore rege equum ascendente, incuruatus regem dorsa leuaret. Et meritó quidem, quia sine ulla misericordia Christianos ubique perquiri & interfici iusserat. Galienus autem eius filius, uiso in patre Dei iudicio, licet sero, pacem ecclesiis obtulit, & quicquid abstulerat, restituere fecit. Nam Valeriano capto, quidam Barbari etiam in Romanorum fines erupuerunt, & multam prædam abstulerunt, ac quidam perniciosissimi tyranni in Roma consurgentes, quod domi residuum fuerat, diripuerunt, & pessundauerũt, propter quod Galienus sibi cauens, rempublicam deseruit, & Mediolanum concessit, ubi cum libidinibus & turpitudini operam daret, á suis tandem turpiter occisus est. Valerianus Imperator. Germani, in Italiam erumpunt.

5457 258 

Tephanus primus papa, natione Romanus, patre Iulio, post Lucium pontificem, sedit annis tribus, & mensibus duobus. Vir sané optimus, qui, ut Gratiano atteстante, constituit, ne quis apud iudicem aliquem accusaretur, qui suis rebus spoliatus fuisset, sicut in canone habetur.2.q.2.cap. Nullus episcoporum. Instituit item, ne sacerdotes & leuitæ sacris uestibus, alibi quàm in ecclesia, ad peragenda sacramenta uterentur, ut de conse.dist.1.ca. Vestimenta. De rebaptizandis autem his, qui ad fidem rediissent, eadem sensit, quæ & Cornelius pontifex, neque ullo modo his recommunicandum esse, qui rebaptizarent. Denique cum uerbo, & exemplo, ac opere, multos ad fidem Christi cõuertisset, á Galieno, qui & Decio prædicto quæsitus, una cum plerisque suorum, ipso missam celebrante, ad martyrium raptus, capite truncatus est, & in Calixti cœmeterio, quarto nonas Augusti sepultus, quo die eius natale celebratur: & uacauit sedes dies uiginti. Stephanus papa.

5458 256 

Cyprianus, ecclesiæ doctor eruditissimus, & Carthaginensis episcopus, hoc anno, secundum Eusebium, iubente Valeriano principe, post longum exilium, octauo calendas Octobris, detruncatione capitis, martyrium consummauit, & eo die eius festa celebrãtur. Referuntur & cum eo apud eandem urbem passi, Crescentinus, Victor, Rosula, ac Generalis. Fuit autem in primis Cyprianus hic, Gentilis, & excellentissimi ingenii uir, ac bonarum artium studiis ornatissimus, qui cum Rhetoricam in eadem urbe splendidissimé doceret, suasione Cæcilii presbyteri uiri sanctissimi, prius propter deum facultatibus suis ero- Cyprianus Carthaginensis episcopus.

gâtis,ad Christum dominum nostrũm conuersus est,ac paulò post presbyter,postmodum ipsius urbis Carthaginensis episcopus factus est, ubi in docendo, monendo, ac scribendo Christi ecclesiæ prodesse curauit. Eius autem clarissimam uitam ac martyrium Pontius ipsius presbyter & exilii comes egregio uolumine conscripsit.

Pontius mar. Pontius autem ipsius Cypriani presbyter,uir sufficienter eruditus, & in diuinis declamationibus egregie doctus,tempestate hac,post Cypriani mortẽ in Gallias ueniens, apud Cymellam urbem,martyrii palmam adeptus est:ipse enim sua prædicatione & industria, duos Philippos imperatores,ad Christum cõuerterat.Et inter cætera (ut præmissum est) egregium uolumen,de Vita & passione magistri & patris sui Cypriani,post se reliquit.Et cum sanctus habitus sit,eius festum secundo Idus Maii celebratur.

Prothus & Iacinthus. Prothus & Iachintus,beatissimæ Eugeniæ uirginis eunuchi, diu antea à beato Heleno presbytero baptizati,per hoc tempus Romã cum beata uirgine Eugenia uenientes, deprehensi quod essent Christiani, à Galieno imperatore idolis sacrificare coguntur : qui cum nullo modo assentire uellent,primo eos durissimè uerberare fecit: ac sic cum acquiescere nollent,tertio Idus Septembris decollari præcepit. Quorum corpora à Christianis collecta,ibidem in cœmeterio Basillæ,uia Salaria sepeliuntur.

Philippus aũt Alexandrinus episc.& Eugeniæ uirginis pater,egregius uir,per hoc tempus Christi martyr efficitur:ipse enim prius apud eandẽ ciuitatem præfectus existens,præfecturæ dignitate derelicta,baptismũ Christi suscepit,& paulò post episcopatus honorem adipisci promeruit,quem cum diu,cum ingenti gloria & sanctitate tenuisset, à Perhemnio urbis præfecto, tandem in oratione constitutus, gladio iugulatus est : cuius natalicius dies Idibus Septemb.celebratur

Eugenia uirgo & martyr. Eugenia aũt, clarissima uirgo,prædicti Philip.episcopi ditissimi,hæres & filia, per hoc tempus cum opulentissimũ,tum uirtutũ,tum diuitiarũ patrimoniũ à patre apud Alexandriam consecuta fuisset,primũ ibidẽ multis erogatis diuitiis,cum Protho & Iacintho prædictis eunuchis suis,Romam uenit,ac ibidem post uirtutum plurima insignia, post sacros uirginum choros,pro Christo Iesu diu agonizans,nouissimẽ.8.calendas Ianuarii,iussu Galieni,gladio iugulata est.

Sixtus, papa 25 Ixtus primus papa,natione Græcus,patria Atheniensis, post Stephanũ pontificem sedit an.2.men.9.& dieb.3. Vir certè præter sanctitatẽ doctissimus, & philosophus clarissimus, atq; inter pontifices, nõ solũ temporis sui,sed & superiorũ temporum literatissimus.Qui cum longè ante pontificatũ prædicando & docendo omnem peragrasset Hispaniã,& inter cæteros Laurentiũ & Vincentium leuitas præcipuos sibi delegisset discipulos, cum eisdem Romã postea rediens, omniũ consensu,pontifex maximus declaratus est : qui, pontificatu inito (ut Gratianus scribit) constituit missas de cætrao super altari consecrato à sacerdotibus celebrari debere, ut habetur in cano.de conse.dist.1.c.Vestimenta. Verum cum summopere hæreses quasdã exortas,uidelicet Sabelianorũ,Cheryntianorũ, & Nepotianorũ anniteretur extinguere, ab eisdem apud Galienũ,qui & Decius,accusatus,quòd fidem Christi contra Augustorũ decreta prædicaret,ad pœnam quæsitus & damnatus est. Cúmque ad supuliciũ duceretur, Laurentius eius archidiaconus & filius adoptiuus,cœpit flere,dicens;Quò progrederis sine filio pater,quò sacerdos sine ministro properas? cui Sixtus:Ego,inquit,non te desero fili mi,sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina,post enim triduum me sequeris sacerdotem leuita,atq; ita hic sanctissimus pontifex uno die cum sex diaconibus, Felicissimo.s.& Agapito,Ianuario,Magno,Innocẽtio & Stephano passus est, pontificis aũt corpus uia Appia in Calixti cœme.sepultũ fuit,reliquorũ uerò corpora in cœme.Prætextati uia Tyburtina.Et horũ omniũ festa.8.idus Aug.celebrãtur,& uacauit sedes dies.35. 5459 260

Sabelius hæreticus Sabelius hæreticus,à qua Sebeliani hæretici,natiõe Pentapolitanus,ex Ptolemaida ciuitate natus,his tẽporib.surrexit,& multorũ malorũ seminariũ sparsit, quia Sabelienataram sectæ inuẽtor & auctor fuit,quæ secta statim oẽm ciuitatẽ blasphemiis repleuit: ipse enim in primis deũ patrẽ blasphemãdo negabat Christũ eiusdẽ dei summi esse filiũ & primogenitũ omnis creaturæ,ac spũsancti auferebat intellectũ.Dicebat enim & prædicabat unam 5460 261

tantum

tantum patris & filii & spiritussancti esse personam. Quas ob res magnæ dissensiones & scandala in ecclesiis, tam Occidentalibus quàm Orientalibus exortæ sunt. Nec ipse tandem diuinum euasit iudicium, quia turpiter occubuit. Hic nanque Neotem quendam hæreticum habuit magistrum, qui patrem cum filio passum fuisse dicebat & affirmabat, ut habetur in canone. 24. q. 1. c. Quidam.

5462 263 Laurentius, Hispanus, Sixti pontifi. archidiaconus & filius adoptiuus, hoc anno Romæ uia Tyburtina, præsente Decio, seu Galieno, post multa uirtutū insignia, & plurima tormentorū genera, uidelicet carceris, uerberū, & laminarū ardentiū exustionē, ad ultimū. 4. Idus Aug. in craticula ferrea crudelissimè assatus, martyriū constātissimè compleuit. Hūc nōnulli cuiusdā Hispaniarū ducis filium fuisse dicūt, quē dæmon infantulū è cunis, in nemus asportauerat. Sed beatus Sixtus prædictus, cum in eadē prouincia prædicaret, eū sub quadā arbore lauro diuinitus inueniens, Laurentiū eum appellauit, & diligēti cura ipsum enutriri ac edoceri fecit. Quo adulto, illum secum unà cum Vincentio Romam perduxit, ubi postea factus pontifex, constituit eum suum archidiaconum. S. Laurentius martyr

Hippolitus aūt Roma. patricius, Galieni eiusdē Cæsaris in urbe uicarius, & ipse eodē anno & mense, postquā beatū Laurentiū sepeliuit, à Galieno cōprehensus quòd Christianus esset, diu & acriter cæditur, & cū nollet idolis sacrificare, iterū tamdiu fustibus cæsus est, donec cædētes deficerent: sed cum iterum acquiesceret, Decius iracundia plenus, præcepit Valeriano cuidā præfecto, ut exquisita omni eius facultate, eum crudeli examinatione interficeret: qui imperatoris iussa cōplens, primo omnē ipsius familiā in conspectu eius decollari fecit: deinde ipsum, ligatis pedibus ad colla indomitorū equorū, per cardetos & tribulos crudeliter trahi tamdiu fecit, donec emitteret spiritum: quo defuncto, nocte illa uenit Iustinus presbyter, & collegit corpus ipsius cum corporibus seruorum suorum, & sepeliuit eos extra muros portæ Tyburtinæ iuxta lymphas in agro Verano Idibus Augusti, quo die eorum natale colitur. Hippolitus martyr

Concordia aūt mulier plebea, prædicti Hippo. nutrix, & ipsa, licet origine minus clara fuerit, nōnullis meritis, potissimū fidei & uirtute constantiæ his tēporibus se extollendam perpetuò tribuit. Nam Valerianus urbis præfectus, cū familiā Hippoliti, sibi præsentari fecisset, dixit: Cōsiderate uitā uestrā, ne simul cū domino uestro pereatis. Respōdit hæc Cōcordia: Nos cū domino nostro desideramus magis mori, quàm impudicè uiuere. Ad cuius uerba iratus præses, dixit: Genus seruorū nō nisi cū suppliciis emendatur: & iussit eam cū plumbatis cædi, donec emitteret spiritū, & corpus eius in cloacam proiici præcepit. Sed postmodum solertia Iustini presbyteri inde extractum, honorificè sepeliuit Idibus Aug. Cōcordia martyr.

Romanus quoq; miles, sequēti die, eo in loco passus est: hic quippe in cōfessione beati Laurētii diuinitus, ex uisione angeli compunctus, se baptizari fecit. Quo audito, mox iudex eum fustigatū sibi exhiberi præcepit: & uisa eius constantia, dedit sententiā ut decollaretur: actū. 5. idus Aug. cuius corpus postea Lucham Hetruriæ urbē delatū, honorificè (sepultū est. Romanus.

5462 263 Dionysius papa, cuius originē nō habemus, hoc an. post Sixtū pontificē. pontificiū munus suscipiēs, sedit an. 6. Alii tantū. 2. sedisse dicunt. Sed Euseb. 9. an. sedisse asserit. Hic primus ex monachis factus est pontifex: qui nō modo sanctitate, sed doctrina insignis existens, Gratia. teste, cōstituit: ne quis infamis etiā qui hæreticū ullo in iudicio accusare præsumeret, sicut habetur in canone. 2. q. 7. c. Alieni erroris. Mādauit item iudicibus, tam secularibus quàm ecclesiasticis, ut neminē damnarent, antequā per testes idoneos cōuinceretur. 2. q. 1. c. Primates. Hic in urbe Roma primū ecclesias & cœmeteria presbyteris diuisit, deinde foris dioceses ac parochias similiter diuisit: mandās, ut quisq; suis finibus cōtentus esset, ut habemus. 13. q. 1. c. Ecclesias. Hic licet decrepitæ esset ætatis, conciliū in Antiochia ciuitate, contra Paulū eiusdem urbis episcopum celebrari mandauit, cui quum propter senium interesse nō posset, ad eundem tamen per Marinum quendam Alexandrinum episcopū literas dedit. Tandē & ipse martyrio coronatus, in Calixti cœmeterio sepelitur, post quē uacauit sedes dies. 6. Dionysius. 26. primus ex monachis papa.

Paulū quendā Samosatenū episco. uirū utiq; eruditissimū, per hæc tēpora ab orthodoxa fide discedentē, Arthemonis hæresim excitasse dicunt: quæ quidē hæresis Mariæ uirgi-

Heresis Arthemonis arrogãtissimi. nitati contradicebat, asserebátq; quòd post Christum natum se uiro suo Ioseph commiscuisset, & alios filios procreasset. Hic itaq; Paulus quum in demortui episcopi locũ, Antiochenus episco. fuisset creatus, superbè nimium sese habere cœpit. Et inter eundum præ superbia & literas legebat, & dictabat epistolas multis constipato agmine præcedentibus & subsequẽtib. Quamobrẽ pleriq; Christianã religionẽ detestari cœperũt. Is nanq; prædictæ hæresis Arthemonis assertor, negabat dei filium è cælo descẽdisse, sed à Maria originẽ accepisse, & initium à terra habuisse, hanc ob rem Antiochense concilium iussu prædicti Dionysii papæ celebratũ est, quo patrum omniũ consensu, qui aderant, ipse damnatus est.

Martiõ Martion, aliàs Malchio quidam Antiochenæ ecclesiæ presbyter, uir disertus his temporibus, teste Hiero. fuit, & aduersus prædictum Paulum arrogantem multa scripsit, & quam maxime quosdam dialogos, qui usq; ad tempora diui Hieronymi stetisse dicuntur. Scripsitque & aliam grandem epistolã ex persona Synodi ad Dionysiũ prædictũ papam.

Grego. Cæsariẽsis episcopus. Gregorius Cæsariẽsis episcopus, uir sanctissimus atq; doctissimus huic concilio affuit, & multa auctoritate interfuit, cuius sententia maxime idem Paulus hæreticus damnatus est, de quo Euseb. in. 7. Ecclesiasticæ histo. lib. multa commendando disseruit. Qui & tandem subornantibus hæreticis pro fide Christi martyrium sustinuit.




Felix papa. 27. Elix papa, natione Ro. patre Constãtino post Diony. pontificẽ sedit annis. 4 mensib. 3. & die. 15. Vir utique iustus & omni laude dignus, qui & martyrum deuotioni consulens mandauit, ut singulis annis sacrificia martyrum à Christi sacerdotib. de cætero celebrarẽtur. Vtq; nullibi quàm in loco sacro à uiris ecclesiasticis missa celebraretur, ut habetur in Can. de conse. distin. 1. c. Sicut non alii. Dedicationes quoq; templorum etiam solenniter celebrari mandauit: quod si de consecratione alicuius ecclesiæ ignoratum fuerit, utpote uetustate & abolitione murorum, consecrari denuo mandauit, de conse. distin. 1. c. Ecclesiis. Et deniq; in Septembri mense multis creatis præsbyteris, diaconibus, & episcopis, martyrio coronatus est. Sepultúsque uia Aurelia. 3. idus Iulii. Et tunc cessauit episcopatus dies. 5. 5468 269

Dedicationes eccle. celebrari fecit.

Manichæorum hæresis exordium.

Manichæorũ hæresis Manes quidam hereticus genere Persa, uir utiq; callidus atq; diabolicus, moribus & uita barbarus, his temporibus fuit, & multa damna Christi ecclesiis intulit. Is enim cõuocatis. 12. discipulis, quo fidem omnibus in rebus faceret, se Christum profiteri ausus est, & ad interficiendas deceptorum animas infandi dogmatis sui, ferale commentum de sacrilegis & fabulosum mendaciis texuit, & per has insanarum opinionũ ruinas, se suósq; sequaces proruit, ut sibi falsi corporis fingeret Christum dicens, ut Leo papa testatur, eum nihil in se solidum, nihil uerum hominum oculis actibus præbuisse, sed simulatè, carnis uacuam imaginem demonstrasse, hic etiã cum sequacibus suis duo principia esse affirmabat, unum scilicet boni, alterum mali, unum lucis, alterũ tenebrarum. Testamentũq; uetus respuens, & nouum solũ recipiens. Ipsius assequaces, ut diuus pater Augu. lib. 90. questionũ refert, non omnes prophetas, sed ex patre blasphemabãt dignum iudicantes, ut deus & dei filius fœmineis se immiscuisse credãtur uisceribus, & maiestatẽ suã huic nostræ cõtumeliæ subdidisse, ut scilicet nostræ carnis immixtus in uero substãtiæ corpore nasceretur, cũ totum, ut Leo ait, illud opus nõ iniuria ipsius, sed potentia, nec credenda pollutio, sed gloriosa dignatio. Quo autem tẽpore, seu qua in parte hic pessimus decesserit, mihi incognitum est.



Claudius secũdus impera. Laudius huius nominis secundus. 31. Ro. imperator. 262. olympiade imperium suscipiẽs, uno anno & mensibus. 9. imperauit. Hic etiã ut prædecessor suus ex uoluntate senatus & patruum, imperii dignitatem suscepit. Qui quidem Claudius tanquam contrarium ante suo oppositum contrario non minus optimo cuiq;, Traiano pio, Alexandro, quàm Galienus fuit, qui suscepto imperio Gothos iam annis. 15. Illiricum seu Sclauoniam, Macedoniáq; uastantes bello adortus, incredibili clade superauit. Quapropter Euseb. tradit. In curia clypeus aureus, & in Capitolio aurea statua à senatu meruit honorari. Verũ statim morbo correptus, apud Smyrnum mortuus est, quo mortuo, eius frater Quintilianus à senatu Augustus declaratus est, sed decimoseptimo imperii sui die Aquileiæ occiditur, uir quidem unice moderationis decus. 5469 270

Martyres

Martyres sub hoc Claudio passi.

Felix quidam presbyter, & Euseb. monachus hoc tẽpore apud Teracinam Campaniæ urbem iussu huius Claudii pro fide Christi interfecti sunt. Nam Euseb. monachus cũ sanctos martyres Iulianum & Cæsarium presbyteros sepelisset, & huius rei gratia ad fidem Christi conuertisset, quos omnes prædictus Felix papa baptizauit, cum eodem Felice papa tandem detentus, ad forum iudicis ignominiosè perducitur, a quo cum nullatenus superari posset, in carcere recluditur, ubi quum omnino sacrificare nollet, decollatus est. Quorum festum nonis Nouembris celebratur. Felix & Eusebius.

Adiochus quidem presbyter, & Tyrasius diaconus, ac Felix subdiaconus olim beati Policarpi episcopi discipuli, his temporibus apud Augustudunum Galliarum urbem glorioso martyrio coronatur. Eos enim idem sanctus Polycarpus ex Oriente in Gallias docendi gratia duxerat. ubi post multa uirtutum insignia & prædicationis instantiam, ab infidelibus capti, primo flagellis durissimè cæduntur, deinde in ultimo inuersis manibus, per unam diem suspensi & in ignem missi, sed minimè combusti, tandem. 8. calen. Octob. uectibus perforati mortem obierunt. Adiochus Tirasius Felix.

Quirinus autem Ro. tribunus sub hac persecutione post linguæ abscisionem, & manuum ac pedum pro Christo detrũcationem, Romæ in uia, quæ nuncupatur Apia, agonem martyrii. 3. calen. Aprilis gladio consummauit. Et eo die eius natale celebratur. Quirinus.

Valentinus etiam Ro. presbyter, his tẽporibus Romæ post multa sanctitatum & doctrinæ insignia, a Claudio imperatore capitur, & eo iubente fustibus diutissimè cæditur, ad ultimum uero capite truncatur, & ibidem honorifice. 16. calen. Martii sepelitur, & eo die festi celebratione honoratur. Valentinus.

Theodora quoq; uirgo memoratu digna, illustrissimi Hermetis marty. soror, his temporibus Romæ inter præcipuos Christi confessores emicuit, & uirtutis suæ experimentum ac exemplum posteris præbuit, & propterea ab Aureliano cõsule, postea imperatore capta, martyrium intrepidè sustinuit. Cuius corpus uia Salaria non longe ab urbe Roma iuxta fratrem suum. 3. calen. Aprilis sepultum fuit. Theodora uirgo.

Cyrillam deniq; Decii imperatoris filiam Christianissimam, pro Christo Romæ iugulatam his temporibus historiæ tradunt. Et hoc fuit. 5. calen. Nouembris quo die festum eius celebramus.

5742 | 273 Eutichianus papa, natione Thuscus, ex ciuitate Lunensi, patre Maximo natus, post Felicem ponti. sedit annis. 8. mensi. 10. & die. 4. Vir sanctissimus & eruditus, qui Gratiano teste constituit, ut unaqueq; accusatio coram iudice fieret in scriptis, ut habetur in Can. 2. q. 8. c. Quisquis ille. Instituitq; ut nonæ fruges semper in altari benedicerentur, maximè autem uuæ & fabæ. Trecentos hic martyres propria eum manu sepelisse fertur. Vnde & cõstituit, si qui martyres sepelire uellẽt, non sine dalmatica facere presumerent, & quammaximè ipso nesciente. Verum quum multas ordinationes in Decembri mense celebrasset, quibus multos presbyteros, diaconósq;, ac episcopos per diuersa loca ordinauit. 6. idus Decẽbris martyrio coronatus est. Sunt tamen qui scribant, & præsertim qui Martylogium ædidit, eum uno tantum anno sedisse. Euticianus papa. 28. Prima fructuũ benedictio.

5473 | 274 Aurelianus. 32. Ro. imperator. 263. olympiade post Claudium imperare cœpit, & imperauit annis. 5. & mensi. 5. Hic barbaro obscuri nominis parente apud barbaros in Dalmatica genitus Romæ, ubi a pueritia nutritus erat, disciplinam adeo reuoluit, ut si sæuitia absfuisset, quæ sola eum barbarũ prodebat, bonis, probisq; imperatoribus æquari certe potuisset. Qui militari disciplina clarissimus existens, Gothos primo apud Danubium flu. graui prælio superauit. In Asiã deinde conuersus Zenobiam reginam, que orientis imperium tenebat, apud Timas nõ longe ab Antiochia errore magis quàm prælio superauit. Tertium præterea apud Cathalanos suo exercitu prodẽte uicit, ac Gallias iamdiu perditas recepit, Romáq; ueniens multos eorum in triumphum duxit. Quem quidem triũphum Flauius Vopiscus Siracusanus histo. ita scripsit, dicens: Currus regii tres fuerunt, è quibus unus Odenati Regis auro & argento & gemmis operosus, atq; distinctus fuit. Alter quem Persarum rex Aureliano dono Aurelianus. 32. imperator.

dono dedit, qui & ipse pari opere fabricatus erat. Tertius quem sibi Zenobia regina composuerat, sperans se Romam ituram atque uisuram, quod illam non fefellit, nam certe & cum illo ingressa est uincta ac triumphata. Fuit & quartus currus à quatuor ceruis uectus, qui Gothorum regis fuisse dicitur, quo, ut multi memoriæ tradunt, Capitolium Aurelianus ingressus est, ut illic ceruos cæderet, quos in eodem curru captos Ioui uouisse ferebatur, præcesserant præterea elephanti uiginti, feræq; mansuetæ Libycæ, & aliæ diuersæ ducentæ, quas Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonis grauaret, Tigrides quatuor, Cameli, perdaliaces, & cætera talia per ordinem ducenta, gladiatorum paria trecenta, præter captiuos gentium barbararum blemnos, Exionatas & Aarabes. Erant quoque Bactriani, Hiberni, seu Hiberii, Saraceni, Persæ cum suis quique muneribus. Gothi, Alani, Roselani, Sarmatæ, Franci, Sueui, Vuandali, & Germani, religati manibus captiui præcesserunt. Inter hos etiã Palmi remi, qui superfuerant, principes ciuitatis & Aegyptii ob rebellionem. Ductæ sunt & decem mulieres, quas uirili habitu inter Getas pugnantes ceperant, quas de Amazonibus ortas titulus indicabat, prælati sunt tituli gentium nomina continentes. Inter hæc Tetricus rex fuit chlamide coccinea & tunica galabina ac bracis gallicis ornatus, adiuncto sibi filio, quem imperatorem in Gallia nuncupauerat. Incedebat etiam Zenobia gemmis ornata catenis aureis, quas sibiipsi fecerat uincta, præferebantúrque coronæ ciuitatum aureis titulis eminentibus proditæ. Iam populus ipse Ro. iam uexilla collegiorum atque castrorum & catafrigarii milites, & omnis exercitus & senatus, & si aliquantulum tristior quàm senatores triumphari uidebãt, multum tamen pompæ addiderunt. Denique in Capitolium uix nona hora peruenit, sero aũt ad palacium: sequentibus uero diebus datæ sunt populo uoluptates ludorum scenicorum, ludorum circensium, uenationum & gladiatorum Numarchiæ. Zenobia tamen regina Aureliani clementia conseruata est, & in urbe postea cõsenuit. Et Tetricus rex etiam conseruatus Lucanis postea præposuit, & hæc de Aureliani triumpho & eius gestis dicta sufficiant. In quo elicere possumus quantæ magnitudinis, quantæue uirtutis Aurelianus fuerit. hic etiã inter cætera suæ uirtutis opera Apollinis templum permagnificum & urbis muros magnificentissimis operibus extruxit, & in Galliis Gebennas urbem condidit, quam ex suo nomine Aurelianam appellauit. Demum malis consiliis subornatus, & ipse in Christianos nouam persecutionem mouit, & cum ea de re iam ad prouinciarum præsides literas misisset, diuino iudicio de cælo tactus, inter Constantinopolim & Hieraclyam in Chanisflorio uiæ ueteris, turpiter occubuit.

Triumphi huius descriptio.

Gallia prouincia hoc anno cum per annos.20.eo amplius ob sæuitiam & ignauiam Valeriani & Galieni imperatorum fidei populi Ro. se subtraxisset, uirtute Aureliani Cæsaris recuperatur. Nam cũ Germani, ut dictum est, Rauennam usque omnia uastantes peruenissent, Posthumius quidam in Gallia magnanimus tyrãnidem cum magno reipublicæ Gallorum emolumento occupauit, &.10.annis cum ingenti moderatione regnum tenuit, qui hostibus expulsis, prouinciam in pristinam redegit formam. Verùm post decennium eo militari tumultu apud Maguntiam interfecto, Victorinus quidam in re militari strenuissimus in regnum successit, sed & ipse dum nimiæ esset libidinis, & alienas uxores incessanter uiolaret & corrũperet Colonie occisus est: quo interempto, Tetricus senator qui Aquitaniam gubernat, à militibus absens Galliarum imperator electus fuit, sed eo, ut diximus ab Aureliano apud Catalanos superato & capto, Gallia rursus à senatu recipitur. Et Tetricus humanitate Augusti conseruatus est. 5474 275

Gebenna ciuitas Sabaudiæ.

Gebenna ciuitas Sabaudiæ



Ebennarum clarissimam Allobrogum seu Sabaudiensium ciuitatem Aurelianus Augustus in Gallia hoc anno condere fecit, & ex suo nomine ipsam Aurelianam appellari uoluit. Hæc quippe ciuitas Heleuciorum finibus proxima est, & lacu Lemno, siue Lusitano abluitur, ex quo quidem lacu Rhodanus fluuius profluit, super quem pons toto orbe celeberrimus situs est. Hæc itaque ciuitas nunc præ magnitudine, pulchritudinéque ac ci- 5475 276

uium

uium frequentia totius Allobrogum siue Sabaudiensium prouinciæ emporium esse uidetur, ad quam propter frequentes nundinas innumerabiles deferuntur diuitiæ. Hæc quippe Sabaudiæ duci diu paruit, & nunc subest, in qua plurimi claruere uiri, de quorum numero Maximinus quidam confessor fuit, & Anianus urbis episcopus, uiri sanctitate & doctrina præcipui, ac Lætus presbyter in diuinis scripturis nobiliter eruditus, ac alii multi.

Zenobia regina.

Zenobia Palmyrenorū urbis Assyriæ regina omnibus uirtutibus fœmina insignita, hoc anno ab Aureliano Augusto superata & capta, Romam cathenis aureis uincta in triumphum ducitur. Hæc quippe mulier, ut antiquæ Paganorum literæ testantur, à Ptolemæis Aegyptiorum regibus clarissimam duxit originem, à quo tamen patre, non habemus. Dicunt autem ipsam cum primum adulta fuisset, mulierum officia penitus spreuisse, & syluas ac nemora, pharetra accincta incoluisse, & ceruos, ac capreas cursu & sagittis uenata fuisse, indéque cum ad robustiores peruenisset uires, ursos & leones ac pardos multos interfecisse. Tandem pro seruanda uirginitate sua, non solum frigus & æstus, atque imbres tollerasse, sed etiam hominum contubernia spernere assueuisse: uerum instāte nobili ætate, amicorum consilio & precibus lacessita, Odenato nobilissimo Palmyrenorum urbis principi nupsit, quæ cum cernerent ipsum Odenatum uirum suum captum à Saporo Persarum rege, Valeriano prædicto Augusto ad occupandum Orientale imperium intento sub ipso pro uiro suo militare disposuit. Et cum eo sumpto regio ornatu, collectis copiis in Saporem regem iam late Mesopotamiam occupantem animosissimé progressa est, & nullis parcens laboribus non solum Saporem acerrimum regem superauit, sed & Mesopotamiam sibi ademit, & ipsum Saporem regem usque ad Thesiphōtem pepulit & fugauit: & postmodum cum omnem Orientem ad Romanos spectantem, unà cum uiro pacatum obtinuisset, ecce Odenatus cum Mœnio eius consobrino unà cum Herode eius filio occisus est. Quibus trucidatis Zenobia generosi animi mulier, statim in imperium intrauit, ac uiriliter gubernauit, & adeò gloriosé illud rexit, ut nec Galienus & Claudius imperatores aliquid contra eam attentare præsumpserint. Similiter nec Orientales Aegyptii, nec Arabes aut Sarraceni, uel Armenii populi, quinimò eius potentiam timentes, & suos terminos seruare posse contenti erant. Quippe omnes illam ob egregiam eius belli industriam & militiæ disciplinam timebant & uenerabantur: nam tantæ fuit uirtutis, ut Galieno atq; Claudio Augusto sublatis, & Aureliano prædicto in principatum suffecto, ad ignominiam Romani nominis expiandam, & ad ingentem gloriam consequendam, in se traxerit. Qui multis confectis bellis, tandem cum multis legionibus haud longé ad Emessam ciuitatem deuenit, ubi Zenobia imperterrita cum exercitu suo eum expectauit, cum quo diu & acriter pugnauit: ad ultimum Aurelianus superior existens Zenobia cum suis fugam petiit, & in Palmyra urbe sese conclusit, in qua e uestigio ab Aureliano obsessa fuit: tandem ciuitate capta, & Zenobia cum duobus paruulis filiis captiua, Aureliano præsentata est, ex quo Aurelianus plurimum gloriatus est. Et eam mox triumpho seruauit, & cum filiis Romam adduxit, ubi consummato triumpho Aurelianus illam liberam cum filiis suis esse uoluit, & concessa sibi à Senatu apud Tyburtinam possessionem diu ab eadem Zenobiana dicta est. Hæc namque Zenobia fuit corpore speciosissima, licet aliquantulum fusca: nigris erat oculis, & niueis dentibus decora. Fuitque Aegyptiacarum, ac Græcarum literarum non mediocriter erudita, quarum suffragio omnes historias, tam Latinas & Græcas, quàm Barbaras summo studio uidit, & memoriæ commendauit. Fuit denique pudicitiæ adeò amatrix, ut non modo non cum aliis, sed etiam non cum Odenato uiro, nisi ob filiorum procreationē con iungere uellet. Et hæc de Zenobia regina dicta sufficiant.

Palmyra Assyriæ ciuitas.

Palmyra Assyriæ ciuitas.



Almyra autem huius reginæ, regia Assyriæ ciuitas fuit, nunc (ut aiunt) prorsus complanata, de qua Pli. in .5. Naturalis histo. scribens sic ait: Palmyra urbs nobilis situ, diuitiis, solo, & aquis amœna, uasto undique ambitu arenis includit agros, ac uelut terris exempta à rerum natura, priuata sorte inter duo impe-

ria summa

ria summa, Romanorum, Parthorúmque, et prima in discordia semper utrinque cura abest à Seleucia Parthorum, quæ uocatur ad Tygrim quingentis.37. millibus passuum, à proximo uero Syriæ littore ducentis.52. & à Damasco.27. passuum milibus.

Caius papa. 29. Distinctio ordinum sacrorū



Caius papa natione Dalmateus, patre Caio, ex Diocletiani imperatoris genere procreatus, post Euticianum pontificem sedit annis.11. & mensi.4. Vir utique diuinus: qui & Gratiano testante, ordines in ecclesia distinxit, quibus tanquam gradibus quibusdam ad episcopatum ascenderetur: & hi fuerunt, hostiarius, lector, exorcista, accolitus, diaconus, presbyter, & episcopus, ut habetur in Can.77. di.c. Illud nos. Censuit item ut nullus Iudæus aut hæreticus uel paganus Christianum quempiam accusare præsumeret, ut.2.q.7.c. Pagani. Constituit etiam ne quispiam prophanus sacerdotem uel in sacris constitutum in iudicium seculare uocare posset. 11.q. 1. c. Idem quoque, ut quondam Fabianus fecerat, regiones diaconibus notariis dimisit, qui res gestas martyrium conscripsere. Denique quater in Decembris mense sacris ordinibus celebratis, ubi presbyteros 25. diaconos. 8. & episcopos per diuersa loca creauit, quinta per Diocletianum in Christianos persecutione mota, & tanta, quanta nunquam antea fuerat, se in subterraneas cryptas transferens, diu ibi latuit. Demum à persecutoribus captus cum fratre suo Gabino, & eius filia Susanna martyrio coronatur, &.10.cal. Maii in Calixti cœmeterio sepelitur, quo etiã die eius natale celebratur: & tunc episcopatus cessauit dies.11. Hunc tamen.15. annis sedisse Euseb. noster scribit, cuius etiam opinionem in hoc sequimur.

Tacitus imperator.33.



Tacitus.33. Ro. imperator hoc anno, qui est.4. ducẽtesimæ.63. olympiadis post Aurelianum imperium suscipiens, imperauit mensi. tantum modo sex: magnæ certe uirtutis & integritatis uir, ac reipu. gubernandæ idoneus. Et propterea à senatu, populóq; Ro. ac militibus cũ summa delectus fuit cõcordia & grauitate. Expectationíque certe, ut uidebatur, satisfecisset, nisi eum mors immatura abstulisset: cuius quidem consularis & senis uiri uitam Cornelius Tacitus histo. elegantissime scripsit. Huic itaq; mortuo, Florianus eius frater successit, qui & secũdo sui principatus mense à militibus suis apud Tharsum multis uulneribus confossus fuit. 5476 278

Probus imperator



Probus.34. Ro. imperator eadem olympiade post Florianũ imperare cœpit, & imperauit annis sex, men.4. Hunc Probum uirum utique probum Pauonem ex Sermio urbe oriundum Romana respu. his temporibus habuit principem, cuius certe multa præclara gesta, & quamdiu imperauit, & ante imperium, dum aliis imperatoribus dux fuit, à multis scriptoribus referũtur, & quammaxime à Vopisco histo. qui de eo quædam grandia conscribit: quæ breuitatis causa omittuntur. Suscepta igitur reipublicæ administratione, statim Gallias iterato à Barbaris occupatas, cum ingenti fœlicitate restituit, & Saturninum Orientis imperium occupare conantem, ac Poculum & Bonosum uiros strenuos apud Agrippinam cum magna celeritate oppressit, & de eis omnibus triumphauit. Quem quidem triumphum prædictus Flauius Vopiscus, licet truncũ, in hæc uerba describit. Triumphauit Probus de Germanis & Benniis omniũ gentium ferocissimus, ubi quingentos homines ante triumphum duxit. uenationem in circo amplissimam populo dedit, ita ut populus cuncta diriperet. Immissi fuere per omnes aditus strucioness mille, cerui mille, apri mille, damæ. &c. animalia quãta ali & annumerari & inueniri potuerunt. Immissi deinde populares, rapuit quisque quod uoluit. Et hic omnium ex trecẽtis &c. 20. triumphis in imperio Ro. habitis extremus fuit. Ex quibus pro triumphi forma ostenstendenda aliquos se electos hoc in opere scribere & annotare curauimus, ut supra multis in locis notandum est. Hunc tandem principem, licet iustissimum, tumultu militari occisum fuisse tradunt. 5477 278

Vltimus triumphus principũ Romanorũ

Viri disciplinis excellentes.

Anatolius. Anatolius Laodicenus episcopus multæ sanctitatis & doctrinæ, uir tempestate hac floruit, & ut Eusebius refert, de Pascha librum cõposuit, déque mathematicis lib.10. Et in diuinis codicibus multa commentatus est, atque etiam in Manicheorum hæresim inuectus est ualde.

Dorotheus. Dorotheum quendam eunuchum Græca ac Hebræa lingua eruditissimum, cuius doctrina Au-

na Aurelianus imperator mirificè delectatus fuerat, ad hoc usque tempus peruenisse tradunt, qui & nonnulla monumenta post se scripta reliquit, eius autem auditor Euse. noster Cæsariensis adhuc adolescentulus fuit.

Victorinus etiam Pictauiensis episcopus, qui æque Græcam ac Latinam nouerat linguam, multa per hoc tempus in sacros codices ædidit commentaria, uidelicet in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Esaiam, Ezechielem, Abacuc, Ecclesiasten, & Cãtica Canticorum: atque in Apocalypsim: denique cum in omnes hæreses inuectus fuisset, martyrio coronatus est. Victorinus episcopus Pictauiensis.

5483 284 VArus Narbonensis. 35. Ro. imperator, olympiade. 265. post Probum Augustum imperium suscipiens, unà cum Carino & Numeriano filiis suis imperauit. 2. annis. Cuius quidem gesta Flauius Vopiscus pulchrè descripsit. Hic suscepto imperio nõ improbe illud administrauit, sed multa imperio Ro. adiecit. Nam statim collecto exercitu magno in Mesopotamiam accessit, & Charã urbem cepit, indéq; in Persas progrediens Senem & Thesiphontẽ notissimas urbes debellauit. Verum cum castra super Tigrim fluuium posuisset fulminis ictu mox concidit. Numerianus uero eius filius poësim & oratoriam artem callens, & ipse cũ imperare cœpisset, soceri sui fraude statim à militibus occisus est. Carinus autem alter filius probris omnibus inseruiens, à Diocletiano in Dalmatia superatus, & ignominiosè interfectus, scelerum suorum sic pœnas luit. Varus. 35. imperator. Orator & poëta hic fuit.

Viri disciplinis excellentes.

Helius Spartianus, Vopiscus Siracusanus, Helius Lampridius, Iulius Capitolinus, Trebellius Pollio, Vlugatius Gallicanus, Flauius Eutropius. Omnes historici scriptores hac tempestate ob eloquentiam maximo in precio habiti sunt, hi omnes diuersis opibus ab Adriano principe seu imperatore usq; ad Carinum, omnium principum seu imperatorum gesta accuratissimo & eloquentissimo conscripsere sermone, quibus, prout potuimus, multa excerpere annixi summus, ut locis suis dictum est.

5485 286 DIocletianus Dalmatheus. 36. Ro. imperator anno secũdo. 265. olympiadis Augustus declaratus imperauit annis. 20. Vir certe probus atq; prudens, qui apud Salonem nũc Spalatum Dalmatiæ urbem ex patre scriba natus, hoc anno ex populi, senatúsque ac militum omnium cõsensu imperator electus, statim Aprum quendam uirum audacissimũ, qui Numerianum Augustũ interfecerat, manu propria interfecit. Verum post aliquot menses cum multa prospere gesisset bella, imminentibus sibi multis bellorum turbinibus, quibus solus resistere non ualebat, Maximianum cognomento Herculeum Cæsarem primo postea Augustum & imperii consortẽ declarauit, eo quòd agrestes in Gallia facile compescuerit, & pacem Gallis reddiderit, illóque sibi socio declarato, etiam. 4. imperii sui anno cum quidã nomine Carausius sumpta purpura Britanniam insulam occupasset, & alter nomine Narsæus Orienti bellum intulisset, nonnullique alii Aphricam infestarent, ac Aegyptum Achileus obtinuisset, Diocletia. ut resistere his periculis posset, præter Maximianum prædictum, Galerium & Cõstantinum comitem magni Cõstantini patrẽ Cæsares fecit, & cum exercitu magno quêlibet in locis prædictis occupatis destinauit. Maximianus autem in Britãniam accedens, Carausium tyrannum post annum decimum, fraude potius quàm uirtute interemit, & Britanniã recepit. Constantinus autem in Galliam accedens, cum ibidem primo male pugnasset, renouota secundo pugna, multa Alemanorum milia, qui eò uenerant mercede conducti, expugnauit & interfecit, & statim Gallias pacatas senatui reddidit. Diocletianus autem in Aegyptum uadens cũ octo mensibus, Achileo resistente Alexandriam obsedisset, tandẽ captã urbẽ, & mortuo Achileo eam suis militibus diripiendam concessit, ac sic urbe direpta, Diocletianus multos per Aegyptum proscripsit, ac multis exiliis, aliisque uexationibus uexare præcepit. His gestis cum Maximianus contra Narseum in Orientẽ accessisset, duobus prælis cõtra eũ optime pugnauit, sed tertio cũ inter Galeriũ & Caras pugnã repetisset, ab eodẽ Narseo superatus est, qui missis copiis ad Diocletianũ inermis & spoliatus confugit, à quo ità arrogãter exceptus fuit, ut per aliquot passuum milia purpuratus ante currum eius cucurrisse dicatur. Diocletianus imperator. Maximianus fit imperator. Plures contra rempu. romanã consurgunt. Maximianus superatur.

Qui post secundum annum repetitis uiribus contra hostem adeò ardenter occurrit, ut eo superato, etiam cũ uxoribus & cõcubinis, ac liberis & sororibus eius capti, insigni pompa redeuntes, de eis omnibus triumpharunt. Eo enim triũpho Narsei curriũ antecedebãt coniuges, sorores, & liberi, ac proceres innumerabiles cũ omni præda, qua Parthos spoliauerant. Eóque gloriosissimè confecto, & rebus omnibus undique pacatis Diocletianus ad exornandam urbem animum adiecit, & inter cætera Termas ex suo nomine miræ magnitudinis extruxit. Quibus successibus elatus factus, se ut deum adorari & salutari ab omnibus præcepit. Et propterea ipse in Oriente & Maximianus in Occidente omnes ecclesias Christianorum uastari, & ipsos Christianos affligi, & interfici ubiq; præcipiunt. Id tamen potius suasione Maximiani quàm suo consilio gestũ est. Est hæc. 10. Christianorũ post Neronem persecutio fuit, omnium quidem immanior & crudelior, in qua nõ solũ Christianos peremit, sed etiam scripturæ sacræ igni cõbustæ fuêre, si quis etiam Christianus in aliquò magistratu inuentus fuisset, sublata eius dignitate tanquã iufamis habebatur. Hic namque primus gemmas uestibus & calciamẽtis inferri fecit, cum antea omnes imperatores in modum iudicum induerentur, & chlamidè tantum purpuream à priuato habitu plus haberent: postremo tamen hic Diocletianus quieti suæ consulens, imperium unà cũ Maximiano dimisit, & apud Salonas se recipiens, reliquũ uitæ suæ tempus priuatus officio in quietem duxit. Deniq; post. 20. annũ ueneno extinctus fuit. Maximinia. autẽ & ipse in uitæ priuatæ proposito per aliquod tẽpus apud Medi:). Dio. secutus fuit quãquã nõ perseuerauerit. 5491 292

Marcel linus papa. 30.



Arcellinus papa natione Ro. patre proiecto post Caiũ pontifi. sedit annis. 9. men. 4. qui. 6. pontificatus sui anno, iam Diocletiani persecutione sæuiente, cum à carnificibus captus cõpelleretur diis iura exhibere, metu preterritus thura eisdẽ idolis obtulit, atq; ea adorauit. Quo facto haud multo post in se reuersus, in Sinuessam Campaniæ urbem secessit, & ibi conciliũ centũ & . 80. episcoporum indixit. Ad quod, ut Gratia. in Cano. 21. di. c. Nunc autem testatur, Marcellinus squalidus & ciliciis indutus ueniens, peccatũ suum omnibus astantibus cũ lachrymis confitens, pro ea inconstantia debitam pœnã sibi tribui expostulauit, sed illi renuentes dixerunt, & Petrum apostolum ea ratione peccasse, sed flendo peccati maculam lauisse, tu ergo, inquiunt, teipsum iudica. At ille, adiudico, ait, me ipsum deponendũ, & ex nunc anathematizo, quicunque corpus meum post mortem tradiderit sepulturæ, affirmans ob negatam Christi fidem nequaquam se sepulturam mereri. His dictis & concilio soluto, Romam iratus Marcellinus rediens, Diocletianum adiit eúmque increpauit, quod diis immolare eum impulerit, atque ita se Christianum esse cõstanti animo confessus. Quo audito, Diocletianus iussit eum cum Claudio, Carino & Antonio capite truncari, quorum corpora cum dies sex & triginta insepulta iacuissent, uia, scilicet publica, tandem Petri apostoli iussu qui Marcel lo ponti. apparuit, nia Salaria in cœmeterio Priscillæ sepeliũtur. Et tunc cessauit episcopatus. 25. eorum autem festum sexto calendas Maii celebratur.

Marcel lus papa 31.



Arcellus papa natione Ro. patre Benedicto, post Marcelli. põti. sedit annis. 5. & men 6. & diebus. 21. Qui licet multis malorũ turbinibus uexatus fuisset, diui no tamẽ cultu, ut par erat, intẽtus constituit, Gratiano teste, ne quis generale concilium celebrare posset, absque speciali sedis apostо. auctoritate, ut habetur in can. 17. dis. ca. Synodũ. Itẽ uoluit, ut quilibet iudicio grauatus sedem aposto. appellarè posset. 2. q. 6. c. Ad Roma. Censuit item ne quis ullo modo iudicaretur, nisi presentialiter accusaretur uel cõuinceretur. 3. q. 9. c. Nõ oportet. Statuitq; præterea, ne quis clericus cu iuscunq; ordinis existẽs sine sui superioris licẽtia apud secularẽ iudicẽ attraherẽtur, ut. 11. q. 1. c. Clericũ. Hic cum Priscillã matronam Romanam mulierem siquidem sanctitate & diuitiis insignem haberet charissimam, eius suasu cœmeterium magnis impensis in uia Salaria construere fecit. Deinde ipse titulos. 25. in urbe Roma quasi tot diocœses constituit, quãmaxime ad commoditatem baptismi, & ad eorum opportunitatem qui ex gẽtibus ad fidem quotidie conuolabant. Eius autem precibus Lucina nobilissima Roma. matrona ecclesiam Roma. & clerum rerum suarum hæredem instituit. Quod quum Maxentius Cæsar postea intellexisset, Lucinam relegauit, & Marcellum captum, & minis & terroribus 5500 301

episcopatum deponere & Christum negare iussit, qui quum Maxentii præcepta contemneret, iratus Cæsar in uilipendiū Christianæ religionis ad custodienda animalia eum misit, quo tamen in loco nec consuetas orationes unquam, nec ieiunia cōtinua prætermisit, nec etiam clerum epistolis saltem gubernare destitit. Verū cum ibidē captiuus. 9. men. perstitisset, à clericis suis noctu liberatus fuit. Quo audito Maxentius denuo Marcellum in stabulum redegit, ubi cum incommode nimium habitaret, tandem horrore, fœtoréque, ac famis necessitate uitam finiuit. Cuius corpus Lucina in cœmeterio Priscillæ in uia Salaria. 7. cal. Febru. sepeliuit, quo etiam die eius natale celebratur. Eóq; mortuo sedes uacauit dies. 20.

Decima in Christianos persecutio iam. 8. annis a quodam Veturio militū magistro excitata, hoc anno Diocletiani & Maximiani iussu per omnes orbis partes permittitur, quæ quidem persecutio omnibus præcedētibus immanior & diuturnior fuit. Decem namque annis perdurās adeò acerbissima extitit, ut intra. 30. dies ad. 20. hominū milia, ut Euseb. refert, per diuersas mundi prouincias martyrio coronarētur. Ea quippe persecutio primum in Asia apud Nicomediam ciuitatē ob incendium quoddam domus rege fortuitu conflagrat, initium sumpsit: existimans enim imperator quòd id incendiū opere Christianorum factum fuisset, contra eos uehementer exarsit, & multos interfici, plærosq; uiuos in ignem mitti iussit, & ecclesias uastari, scripturásque sacras succendi & exuri mandauit. Hāc quippe sæuitiam quum Diocletianus in oriente, & in Syria, Aphrica, Aegyptóque exerceret, multò magis Maximianus in occidēte exercuit, quia nullū tormēti genus fuit, quod idem iniquissimus, & malignissimus Christianis non adhibuerit, & quum innumerabiles ubique extincti fuerint, infrascriptos clariores passos hic connumerare censui, et primo: Decima persecutio christianorum.

Agnes clarissima Ro. uirgo quidem memoratu dignissima, hac persecutione, testante, Ambro. apud Ro. 13. ætatis suæ anno mortē perdidit, & uitam inuenit, quia solum uitæ dilexit auctorem. Capta igitur à quodā Semproniano urbis præfecto, post minas & terrores ac uerbera plurima in ignē confecta, sed minima læsa, tandē gladio in pectore percussa. 7. cal. Febru. martyrii palmam adepta est. Hanc quippe quum idem Sēpronianus scortari uellet, & ad lupanar nudā perduci fecit. Quæ turpitudinis locum ingressa, angelum Domini præparatum inuenit, qui eam immenso lumine circundedit, adeò ut nullus ingrediens præ nimio splendore unquam uidere, aut contingere eam potuerit, ad quam quum præfecti filius ingressus fuisset, ab angelo præfocatus est. Sed illa postmodum orante iuuenis ille reuixit. Denique illa mortua & sepulta, cum parentes eius assiduis pernoctationibus ad sepulchrum uigilarent, uiderunt in medio noctis silentio beatā Agnetam in exercitu maximo uirginum mirabili ueste fulgentem, quæ dixit eis: Videte amantissimi parentes, ne me quasi mortuam lugeatis, sed congaudete mecum & cōgratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, & illi sum desponsata in cælis, quem in terris posita tota animi intentione dilexi. Quibus dictis Agnes cum exercitu disparuit. Quæ uisio postea diuulgata est, & usque in hodiernum diem hæc uisio uenerabiliter recensetur. Agnes uirgo & mar.

Anastasia etiam illustrissima Ro. mulier, Publii cuiusdā potentissimi Ro. uxor, his temporibus ab ipso Publio cōpræhensa, post diuinam custodiā in carcere pro Christi macerata, tandem cum. cc. uiris & septingentis fœminis ad insulas palmarias delatas, ibidē post uaria supplicia ipsa igni tradita est, sed & reliqui eodē die, qui fuit. 8. cal. Ianua. uariis cruciatibus extincti sunt. Hæc enim quum bonarū literarū eruditissima esset, & de eius persecutione ad diuum Grisogonū martyrē ipsius multæ extant epist. eruditione & eloquētia plenæ. Anastasia mar.

Barbara autem uirgo nobilissima, & ipsa his temporibus in Thuscia post duram carceris macerationem, neruorúmque cæsionem, ac lampadarum exustionem, necnon & mammillarum præcisionem, aliorum quoque innumerabilium tormentorum cruciationem, ad extremum. 2. nonas Decemb, gladio percussa martyrium consummauit. Barbara uirgo mar.

Bonifacius martyr per hoc tempus, ut eius habet historia apud Tharsum Ciliciæ urbem, iussu Diocletiani passus, sed Romam delatus, uia Latina sepultus est, qui cum cuiusdam matronæ nobilissimæ nomine Aglaes procurator esset, & cum ea in stupro sæpe misceretur, tandem diuino nutu compunctus, non modo scelus deseruit, uerum etiam ad culpam diluendam per diuersa tormentorum genera ad martytii palmam ardenter cucurrit, Bonifacius martyr.

& capitis obtruncatione demum nonis Iunii martyrium cœpit quo etiam die eius natale agitur. Aglaes uero beata hoc audito, mundo & pompis eius abrenuncians, uniuersaque possidebat in pauperes distribuit, & toto tempore uitæ suæ Domino in orationibus & ieiuniis seruiuit, a quo postmodum tantam gratiam promeruit, ut in eius nomine multis uirtutum signis claruerit. Superuixitque post eum habitu sanctimoniali annis. 13. & bonis operibus tandem consummata, apud sanctum martyrem Romæ sepelitur

Aglaes mulier peccatrix.

Crispinus & Crispinianus uiri celeberrimi sub hac persecutione apud Suesionem urbem capti & iudici præsentati, post immania tormēta sibi à carnificibus illata, gladio truncati. 8. calend. Nouemb. martyrii coronam perceperunt.

Crispinus & Crispi. marty.

Christophorus martyr incomparabilis magnitudinis & uirtutis uir, per hoc quoq; tempus in Lycia Asiæ prouincia, urbe Samona pro Christo hic mortem pertulit, primo enim uirgis ferreis attritus, flammisque exustus fuit, sed cum diuina uirtute saluatus esset, ad ultimum sagittarum ictibus confossus, martyrium tandem. 8. calend. Augusti, capitis obtruncatione compleuit.

Christoforus martyr.

Cosmas & Damianus Christianissimi uiri ac celeberrimi medici, apud Egeam ciuitatem comprehensi hoc tempore post uincula & carceres, post maris demersionem atque ignem lapidationémque ac sagittas diuinitus superatas, capite præcisi sunt. Martyrizati sunt autem beati Cosmas & Damianus, Antimus, Leontinus, & Cupreptus quinto calendas Octo. hoc est uigesimoseptimo die mensis Septembris.

Cosmas & Damianus marty.

Catarinam Aegyptiacam præclarissimam uirginem his temporibus floruisse, & martyrium pertulisse, eius tradit historia. Hanc quippe generoso sanguine ortam inuenio, cuius pater nomine Costus in urbe Alexandria rex fuit, à quo & si maximum patrimonium accepisset, & in pupillari ætate patre ipso rege, orbata fuisset, non tamē inter diuitiarum delitias ocio & molliciei femineæ deditam fuisse cōperio, quinimò & si præceptorem ignoremus, tanta earū rerum scientia præditā legimus, ut mirabile uisum sit, quòd in tam tenera ætate, ut eius refert histo. cum omnibus certamen disputationis suscepit. Nam tam uersatilis ingenii erat, ut in omnibus per uarias syllogismorum conclusiones allegoricè, metonomicè disertè, ac mysticè responderet. Hæc itaque præclarissima uirgo, adhuc in paterna domo apud Alexandriam existens, feruente adhuc Diocletiani persecutione, & Maxentio Cæsare, Maximiani filio ibidem existente, quum aliquādo quosdā Christianos flentes metu mortis conspexisset, ad prophana sacrificia impelli uehementi cordis dolore sauciata, ad conspectum Maxentii audacter accessit, & eum de crudelitate durius increpauit, propter quod iratus Cæsar, iussit eam in custodiam recludi, cui angelus Domini apparens dixit: Constanter age grata Deo puella, quia tecum est dominus, pro cuius honore certamen suscepisti. Ipse enim impetum uerbi infundet in os tuum, pro quo aduersarii resistere non ualebunt, quinimò per te multi conuersi ad Christū cum palma martyrii introibunt: quod & factum est, quia & quinquaginta philosophos & Porphyriū Maxentii necessariū, ac ipsius Cæsaris uxorem, atq; alios utriusq; sexus innumerabiles, disputationibus & doctrinis, Christi iugo subdidit, & ad cœlestia regna martyri præmisit, illaque diu rota. eculeóq; uexata, & rotarum gladiis dilaniata, & ob hoc à Christo desponsata, tandem obtruncatione capitis, martyrii coronam adepta est, cuius quidem sanctissimum corpus angeli confestim rapientes in monte Sinai detulerunt, & ibidem diuinis obsequiis honorificentissimè sepelierunt, cuius quidem natale celebratur. 8. calendas Decembris.

Catarina uirgo & mar.

Cyriacum quoque diaconum cum Largo & Smaragdo nobilissimum uirum, per hoc tempus cum aliis uiginti Romæ in uia Hostiensi passos, eorum historiæ tradunt, ipse enim Cyriacus quum Diocletiani filiam, nomine Arthemiam, à dæmonio liberasset, & Domino nostro Iesu Christo per baptismum cōsecrasset, atque similiter Iobiam Saporis Persarum regis filiam, à Diocletiani filio tentus est cum aliis Christianis, & in custodiam missus. Indéque paulopost per iudicem Carpasium eductus, primum caput eius pice perfundi fecit, & iterum in carcerem retrudi, Et post dies quatuor rursus è carcere eductus, in catasta ipsum extendi fecit, & neruis crudis durissimè cædi præcepit, quibus gestis, iussit illum Diocletiani filius cum Largo & Smaragdo & aliis uiginti, capite obtrūcari, quorum corpora beatissimus

Cyriacus cū sociis, mar. coronatur

beatissi. Marcellus papa unà cũ Lucina matrona Christianissima in prædio suo uia Hostiensi, miliario ab urbe Roma.7.sepelierũt.6.scilicet idus Aug.quo die eorũ natale celebratur.

Dorothea quoque uirgo gloriosa apud Cæsaream Cappadociæ urbem per hoc tempus comprehensa pro Christo hoc modo martyrium pertulit: primo nanque in eculeo diu uexata:deinde palmis durissimè cæsa,ad ultimum capite punita fuit:in cuius quidem confessione,cum quidam scholasticus nomine Theophilus fuisset conuersus, à carnificibus statim comprehenditur,& ad supplicium perducitur,cúmque & ipse ab eisdem grauissimè diu tortus fuisset,nec à fide ullatenus diuelli posset,nouissimè eodem die gladio cæsus est, quorum festum.8.idus Februarii celebrari iussum fuit. Dorothea uirgo & marty.

Eulalia quædam Hispalensis uirgo,per id tempus cum.13.tantum esset annorum, in ciuitate Emerita,pro Christi confessione Daciani præsidis iussu, primo eculeo suspensa & exungulata,demum quum ardentes ad utrunque latus admotæ fuissent,igne hausto quarto idus Decemb.deo spiritum reddidit. Eulalia uirgo & mar.

Eleutherius quidam clarissimus miles sub hac persecutione apud Nicomediã Asiæ urbem,cum aliis innumerabilibus martyr efficitur, è quibus alii gladiis obtruncati,alii ignibus concremati,aliique in mari præcipites dati,postremo & ipse Eleutherius hic cum diu per singula corporis mẽbra cruciaretur,& semper ualidior efficeretur, demũ uelut aurum igni examinatum,sexto nonas Octobris cum palma martyrii paradisum introiuit. Eleutherius mar.

Euphemia uirgo nobilissima tempestate hac apud Calcedonensem Asiæ urbem à proconsule quodam nomine Prisco,cum aliis.70.cõprehensa,cum deo Marti immolare nollet,omnia tormentorum genera in ea expendit,quæ omnia pro Christo constanter pertulit,uidelicet carceres,uerbera,rotarũ argumenta,ignes, lapidum angularium pondera,bestias,uirgarũ plagas, ac secures, & igneas sartagines,rursumq; à bestia morsa,immaculatum spiritum deo reddidit.Cuius corpus mater nomine Theodora,& Philophion pater sepelierunt.Cõpletũ est autem Euphemiæ martyriũ.16.calen.Octob.& eo die natale celebra. Euphemia uirgo & mar.

Georgius tribunus & uerus Christi miles,hoc tẽpore in Perside ciuitate Diospoli ueluti alter Curtius Ro.& Codrus Atheniensium rex pro patriæ suæ liberatione,sese internitioni ad draconis occisionẽ & martyrii tolerãtiam dedit,quippe interfecto dracone, opus eculei,extensionẽ,totiusq; corporis lacerationẽ,& uiscerũ effusionem,ac salis cõfricationem,necnon & aliorum tormentorum perpessionem,ad ultimũ,martyrium capitis abscisione compleuit:cuius quidem passionis gesta,& si inter apocryphos scripturas computentur,ipsius tamen illustrissimum martyrium inter coronas martyrum Dei ecclesia uenerabiliter honorat,ut ex decreto Niceno patet,sicut habetur in Can.15.di.c.Sancta Ro. ecclesia.De quo diuus Amb.sic ait,Georgius fidelissimus Christi miles,dum Christianitatis professio regeretur,solus inter Christicolas dei filium confessus est,cui & tantã fidei constantiam diuina gratia cõcessit,ut ex tyrãnicæ potestatis præcepto cõtenderet,& innumerabiliũ nõ formidaret tormẽta pœnarũ.O felix inquit,& inclytus Domini præliator,quẽ nõ solũ temporalis regni blanda nõ persuasit promissio,sed persecutore deluso,simulachrorũ eius portenta,in abyssum proiecit: huius aũt inclyti martyris caput,quũ postmodũ Venetias delatũ fuisset,in eius honorẽ monasteriũ & ecclesia erecta fuit,quod nũc usq; maxima cũ ueneratiõe perseuerat. Eius aũt natale.8.calen.Maii ab omnib.Christicolis celebratur. Georgius miles martyr coronatur. Diui Ambrosii uerba in laudem huius.

Gorgonius Romanus miles his temporibus cũ apud Nicomediam existeret, & Diocletiani persecutionem,quam Christianis inferebat,plurimum detestaretur, ab imperatore captus,iussus est & suspendi,& flagris toto corpore laniari,& uisceribus eius pelle nudatis, aceto & sale perfundi:deinde eum in craticula impositum mandauit crudeliter assari, sed adhuc eo superuiuente .5. idus Septemb.laqueo fecit eum necari:interiecto deinde tempore,corpus eius Ro.delatum uia Latina sepultum est. Gorgonius martyr.

Geruasius & Prothasius germani, natione Mediolanenses,patre Vitalo uiro sancto,& matre Valeria una progeniti, hac tumultuante procella, in eadem Mediolanensi urbe à quodam Anastasio comite sunt passi.Hi namque parentibus orbati, cõfestim uniuersum patrimonium uendidernnt & pauperibus arrogarunt,& sese in uno cœnaculo cõcludentes, per. 10 annos ieiuniis & orationibus ac lectionibus continuis Deo seruierunt: Geruasius & Prothasius marty.

tyrio coronatur. Hi nanque ex Orientalibus partibus in auxilium Maximiano accersiti, in Galliam uenerant, uiri in rebus bellicis strenui, uirtutéque nobiles, sed fide nobiliores, qui erga imperatorem fortitudine, & erga Christum deuoti esse certabant: hos itaque Maximianus Augustus, quum ad dilaniandos Christianos destinasset, suis præceptis nequaquam optemperare uoluerunt, propter quod indignatus Maximianus, iussit eos pluribus in locis diuersis cruciatibus interfici, horum autem primicerio & multorum sociorum corpora post multos passionis suæ annos, sancto cuidam episcopo nomine Theodoro reuelata, in eorum honorem ibidem basilicam fabricauit. Eorum autem natale decimo calendas Octobris celebratur.

Petrus quidam Alexandrinus episcopus, uir omnibus uirtutibus insignitus, & in diuinis scripturis nulli priorum hominum inferior, per hoc ipsum tempus ueluti dei sacerdos & hostia Diocletiani iussu subito rapitur, &.7.calen. Decembris capite truncatur. Passi sunt autem cum eo alii plures episcopi, & clerici cum laicis ferè sexcenti sexaginta trucidati sunt. Petrus martyr

Pantaleon uir illustris & medicinæ artis eruditus, & ipse hoc tempore apud Nicomediam ciuitatem pro fide Christi eculei pœna, & lampadarum exustione mirum in modum cruciatus est, sed inter hæc, domino sibi apparente aliquantulum refrigeratus est. Tandem ictu gladii.5.calen. Augusti martyrium consummauit. Hic cũ ab Hermolao presbytero baptizatus fuisset, multa miracula fecit, propter quod & patrem suum, ac senatorem Eustorgium, Christi fidei subiugauit. Panthaleõ martyr.

Primus & Felicianus ciues Romani uiri religiosi hac persecutione à pontificibus templorum apud Diocletianum accusati, quod essent Christiani, comprehenduntur, & ferro uincti in carcerem recluduntur, quibus statim affuit angelus Domini qui eos consolatus fuit: post aliquot uero dies ad Herculis phanum perducti, cum nollent sacrificare, grauissimis pœnis sunt affecti, uerum cum nulla ratione possent eos mouere ut sacrificarent, duxerunt eos extra ciuitatem uia Numentana miliaria.13. ferro uinctos, ubi nunc paria simul, nunc separati diuersa & exquisita perferentes tormenta, tandem simul.8. idus Iunii felicis uitæ cursum, gladio animaduersi, consummauerunt. Horũ autem corpora nocte à Christianis sublata ad arcus Numentanos iuxta arenarium sepelierunt. Primus & Felicianus.

Pamphilus autem Græcus presbyter Euse. Cæsariensis necessarius insignis quidẽ theologus, sub hac persecutione, testante Hiero. apud Cæsaream Palestinæ urbem passus est, cu ius quidem uitam idem Euse. tribus uoluminibus egregie conscripsit: hic adeò diuinorum uoluminum fuit cupidus, ut magnam partem librorum Origenis manu sua descripserit, quos quidem diuus Hieronymus in Cæsariensi bibliotheca tanta auiditate se uidisse & legisse dicit, ac si Crœsi regiam se consecutum fuisse. Scripsit autem hic Pamphilus apologeticum pro Origene, & alia multa. Passus est autẽ hic beatissimus martyr primo die mensis Iunii quo die eius natale celebratur. Pãphilus cæsariẽsis

Saturninus præterea presbyter, & Sisinius diaconus, per hoc tempus Romæ comprehensi, in carcere diu macerantur. Indéque exhibiti ob Christi confessionem à præfecto urbis in eculeo leuantur, & ibidem neruis attractantur, necnon & fustibus ac scorpionibus grauissimè cæduntur. Nouissimè cum adhuc superuiuerent gladio truncati sunt, quibus mortuis eorum corpora uia Salaria sepulta fuerunt. Saturninus.

Sebastianus illustrissimus uir, natione Narbonẽsis, & primæ cohortis Diocletiani princeps & moderator, uerúsque dei cultor, hoc quidẽ tempore cum multos Christi martyres exhortationibus aliísque doctrinis in fide Christi continuisset, & trepidas filiorum mentes confirmasset, quis esset, intrepidè confessus est. Quo audito, statim Diocletianus illum comprehendit, & sub titulo Christianitatis ad Ro. Catacumbas perducere fecit, ubi eum in medio campo à militibus ligari & sagittari crudelissimè præcepit, & cũ adhuc superuiueret, tãdiu eum fustigari præcepit, donec spiritũ redderet, quo mortuo, satellites Diocletiani, corpus eius in cloacam proiecerunt. At Sebastianus beatæ Lucinæ apparuit, dicens: Corpus meum ex tali cloaca leua, & ad Catacũbas perduc, & ibi me sepelire facias, quod & factum est. Martyrizatus est autem hic diuus Sebastianus in urbe Roma, sub die Sebastianus martyr

tertiodecimo calendarum Februarii. Fuit autem hic Sebastianus præter Christianitatis titulum, totius prudentiæ uir, in sermonibus uerax, in iudicio iustus, in consiliis prouidus, & in commisso fidelis, ac in uniuersa morum honestate præditus.

Sergius & Bacchus. Sergius & Bacchus uiri nobilissimi, per hos tumultus apud prouinciam, quæ Augusta Euphratesia nuncupatur, à Maximiano Augusto hoc modo mortem pertulerunt, primo namque Bacchum neruis crudis tandiu cædi fecit, quoadúsque totus corpore discerptus & laceratus ultimum emitteret spiritum, quo mortuo, statim eo die Sergium cothurnis pedibus induens & examinans, cum in fide fixum & stabilem deprehenderet, data sententia, eum decollari præcepit. Idqué nonis Octobris gestum fuisse legimus, Quo quidem die eorum memoria ueneratur.

Theodorus martyr. Theodorus miles & uir Christianissimus per hoc tempus apud Amasiam Marmaritanorum ciuitatem pro confessione fidei captus, in carcerem truditur, & ibidem fortiter cæditur. Sed cum sic non posset ullo modo à fide diuelli, præpositus quidam nomine Brinca, fecit eum eculeo suspendi, & uncinis ita corrodi, donec eius interiora omnia nudarentur. Nouissimé data sententia. 5. idus Nouemb. ignibus ardentibus comburendus traditus est. Quo extincto, quædam mulier nomine Eusebia, illius corpus colligens, trāstulit in possessionem suam, in loco qui appellatur Euchayta.

Theodosia uirgo &' mar. Theodosia uirgo nobilissima, & ipsa hoc tempore apud Cæsaream Capadociæ ciuitatem, confessoribus se ultrò in custodia socians, à iudicibus detinetur, & eculei pœna diu ac diu cruciatur. Sed postquam Domini uirtute, de uinculis, & aquis, ac bestiis fuit eruta, nouissimé capitis abscisione. 4. nonas Aprilis martyrium compleuit.

Vitalis & Agricola. Vitalem & Agricolam per hæc tēpora apud Bononiam Italiæ ciuitatem passos, diuus Amb. refert. Horū primus scilicet Vitalis cum, secūdi esset seruus, à persecutoribus primū tortus fuit, & cū Christum negare cogeretur, ille animo inuictissimus amplius Dominum nostrum Iesum Christum profiteri cœpit, qui ira succensi, omnium tormentorum genera in eo exercuére, & cum non esset in corpore eius locus sine uulnere, orationem ad Dominum fudit, qua completa, spiritum emisit. Agricolam uero cum persecutoribus non acquiesceret, cruci affixerunt. Passi sunt autem prædicti martyres pridie nonas Nouemb.

Victor mar. Victor autem Mediolanensis ciuis à primæua ætate Christianus, his temporibus cum in castris Maximiani Augusti militiæ deseruiret, ad ipsum Maximianum tanquam Christianus perducitur, & cum ab ipsis compelleretur idolis immolare, constanti animo recusauit, propter quod grauiter cædi iussus est, & cum deo protegente doloris expers efficeretur, plumbo bullienti perfunditur, & cum nil etiam ex hoc penitus lederetur, iubente Maximiano. 8. idus Maii capite cæsus est.

Vincentius martyr. Vincentius leuita, uir inuictissimus atque sanctissimus, natione Hispanus, beatissimi papæ Sixti discipulus, diuíque Laurentii martyris scientia & uirtute germanissimus, per hæc quoque tempora apud Valentiam Hispaniæ seu Cathaloniæ urbem unà cū Valerio ipsius urbis episcopo, acerbissimum martyrium à Daciano præside pertulit, ita ut cū summa pœna carceris, famis inopia, catenarum stridore, manibus collo, ceruicibus ferri pondera sustinens, per omnes corporis artus mortalia supplicia pateretur, quod diuus pater Augustinus sermone quodam manifestat, dicens: Magnum & admirandum spectaculū noster animus cepit, nec immanissimam & perniciosissimam, sicut solent in theatris, quarumcunque nugarum, sed plané utilissimam & fructuosissimam uoluptatem oculis interioribus hausimus, cum beati Vincentii passio legeretur. Terret (inquit) uidere inuictā martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sæuitiam imperii Daciani, contra dolores mortis carnis acerrima conflictatione certantem, & in auxilio diu cuncta superantem: nam Dacianus ipse sanctissimum hominem in eculeo primum leuatum toto corpore distendi fecit, distentúmque diuersis uulneribus cruciari, cruciatum etiam pectinibus lacerari, carnificésque ad crudelius sæuiendum, uerberibus fecit urgeri. Eiusdem deinde corpus in craticula positum uncinis ferreis aperiri, & ardentibus laminis insigniri, ac sale ignito aspergi, ac laceratum, in teterrimo carcere fecit includi, atque ibi testas acutissimas congeri, in lignóque pedes eius affigi, & sine humano solatio derelinqui. Ea quippe supplicia, multóq; maiora

Quid senserit August. de Vincentio. (marginal note)

maiora diuum Vincentium præstantissimè uincentem, diuus pater Augu. quasi admirans, alio quodam sermone dixit: Beatus Vincentius uerè Vincentius fuit, quia fortissimè omnia mortis pericula uicit. Vicit inquam in uerbis, uicit in pœnis, uicit in confessione, uicit in tribulatione, uicit exustus, uicit submersus, uicit uiuus, uicit & mortuus: quia eo mortuo, ut eius sacra habet histo. angelos ei dixisse ferunt: Agnosce ô Vincenti, quia pro cuius nomine uiriliter decertasti, ipse tibi coronam præparatam seruat in cælis, qui te uictorem fecit in pœnis. Eiúsque passionem, nobilemque triumphum conspicuus uersificator Prudentius luculentissimis uersibus expressit. Ac sanctus pater Augusti. huius sanctissimi martyris præconium quanto sit laudis honore excipiẽdum, multis sermonibus demõstrat. Eius autem celebre festum. 11. calendas Februarii celebramus.

5504 305 EVsebius papa, natione Græcus, patre medico, & ipse medicus, post Marcellum pontificem pontifex cõstitutus, secundum Euseb. sedit men. septem, secũdum uero Damasium annis sex, & secundum alios, & præcipuè Martinũ, annis duo bus, mensib. 6. & diebus. 25. martyrio à Maxentio tyranno coronatus, qui & Gratiano testante, constituit, ne prophani, quos laicos uocamus, in iudicium suum episcopum uocare præsumant, ut habetur in Cano. 2. q. 7. c. Laycos uero accusare. Statuit item ne infames, aut sortilegi ullo modo testes fieri possent, ut. 3. q. 3. c. Constituimus. Censuitque puellam tantummodo per uerba de præsenti desponsatam monasterium ingredi posse, & id etiam intelligetur de puero, ut. 27. q. 2. c. Desponsatam. Hic etiam multos hæreticos reconciliauit, eis tantummodo manum imponens, cuius temporibus (ut aiũt) crux Domini ab Helena Constantini matre inuenta fuit, & ab ipsa exornata, ac magna ueneratione habita. Et propterea idem statuit festũ de Crucis inuentione ex perpetuo celebrãdum, sicut habetur in Decretis de cõsecra. di. 3. c. Crucis Christi quæ res quomodo stare possit ignoro. Verum hic semel tantum ordinationibus in Decembri mense habitis, sexto nonas Octobris martyrio coronatus est, & in Calixti cœmeterio sepultus est. Eusebius papa 32. Quòd sponsi possũt ingredi monasterium

Viri disciplinis excellentes.

Arnobius Aphricanus clarissimus philosophus & orator disertissimus, Lactantii Firmiani præceptor, his tẽporibus, licet ualde senex, etiam in precio magno habitus fuit, qui cum apud Aphricam Rhetoricam florentissimè diu docuisset, etiam aduersus Gẽtes com plurima ædidit uolumina.

Lucianus eloquentissimus uir & Nicomediensis ecclesiæ presbyter, per hoc tempus, cum nõnullos breues de fide ædidisset libellos, & ad diuersos epistolas multas, ac etiam in sacrarum literarum studio multũ laborasset, in Heliopoli Bithyniæ urbe, pro Christo martyrium constanti pertulit animo. Lucianus.

Lactantium Firmianum philosophum & oratorem eminentissime Arnobii prædicti philosophi discipulum hisdem temporibus floruisse, & magni precii & nominis fuisse constat, eo quòd cum Nicomediæ Rhetoricam doceret, à Diocletiano Augusto propter uirtutis scientiæ magnitudinem uocatus, cum Fabio grammatico Ro. uenit, ubi per aliquod tempus cum docuisset, tandem ob discipulorum penuriam in extremam paupertatem deuenit, quam obrem ad scribendum & componendum libros se contulit, in qua quidem re etiam multum ualuit. Ipse enim secundus post Ciceronis tempora ea in disciplina habebatur. Demum in extrema senectute constitutus, Cæsaris Crispi filii Constantini præceptor in Gallia datus est. Lactantius Firmianus

Eusebius postea Cæsariẽsis episcopus qui ob Pãphili martyris amicitiã Pãphili cognomẽ accepit, eo quòd cũ eo Pãphilo diuæ bibliothecæ inuestigator diligẽtissimus extiterit, uir quidẽ memoratu dignissimus, per hæc tẽpora, tum multarũ rerum peritia, tũ ingenio mirabili, & apud Gentes & apud Christianos inter philosophos præcipuus & nobilissimus habitus est. Hic cũ aliquãdo Arriana hæresi laborasset, ad Nicenã synodum accedens, spũ sancto inspiratus, patrũ sententiã secutus est, ac deinceps usq; ad mortẽ sanctissimè cũ orthodoxa fide uixit, quãobrem apud Græcos fertur eũ ex synodi præcepto, symbolũ maius ædidisse, cuius quidẽ inuẽtioni partes synodi nec aliquid addiderũt, aut detraxerũt: quibus gestis, postea. 14. Euãgelicæ præparationis libros, & in Porphyriũ philosophũ acerrimum Eusebius Cæsar. episcopus

 Christianorum

Christianorum hostem.9.Ecclesiasticæ histo.lib.scripsit.Indéq; de uita Pāphili lib.3.ædidit. In Esaia contra Porphyriū.25.de tēporibus quoq; Cronicorū li.unū, Apologias item sex pro Origene composuit. Item commentarios eruditissimos in.150.Psalmos. Demum etiam cum multas sanctorū martyrum & confessorum cognouisset uitas.20.li.de eisdem sanctis scriptitauit, & hæc inter omnia quammaxime præparationē Euāgelicam scripsisse ferunt, quod cū apud Gētes præcipuus haberetur Philoso. & paternā deorū religionē ob catholicæ ueritatis amorē contēpsisset, partim ad respondendū accusantibus suū proposi tum, partímq; ad confirmādum Christianorū religionem, fecit. Fuit deniq; Eusebius hic, post conuersionem Constātini magni eidem quoadusque uixit multa beneuolentia coniunctus.

Galerius.37. imperator.



Galerius.37. Roma. imperator, hoc anno qui est tertius.270.olympiadis post Diocletianū imperare cœpit, & unà cum Constantio imperauit annis duobus. Nā Diocletiano & Maximiano ab imperio se abdicatis, Galerius hic & Constantius comes, qui primo Cæsares simul fuere Augusti facti, statim imperium inter sese partiti sunt, & Galerio Illyricum cum Asia & penè toto Oriente obtigit, Constantius uero, ut Galliam & Hispaniam gubernandas accepit, quas cum per tredecim annos humanissimè gubernasset, Constantino & aliis sex filiis relictis ex Helena uxore susceptis, Eboratii diem obiit, & ob singularem eius clementiam omnium consensu in deos relatus est. Fuit autem Constantius hic Claudii secūdi ex filia nepos, quem ut Diocletianus imperator unà cum Galerio prædicto sibi affinitate & beneuolentia coniungeret, Theodoram Maximiani priuignam ei uxorem dedit, ex qua postquam sex filios suscepisset, eam repudiauit: qua repudiata Helenam Anglorum regis filiam captiuā, uxorem duxit. At uerò Galerius ipse quū Illyricū, Asiámq; ac fermè Orientem obtinuisset, mortuo Constātio prædicto, cum solus imperium administraret, mox duos Cæsares legit, Maximianum uidelicet, qui cū Diocletiano imperiū deposuerat, & Seuerū, & Maximianū Orienti præfecit, Seuero Italiā cōmendauit, Illyricū uero, id est, Sclauoniam sibi retinens: quibus gestis, eue stigio in ualitudinem incidit, sed ipsius impatiens, manum sibi consciuit, & mortuus est. 5505 306

Cōstantius pater Cōstantini magni.

Melchiades Papa.33.



Melchiades papa, natione Apher, post Eusebium pontificē sedit annis.4. mē.7. & diebus.9. uir sanctitate & scientia multum insignis. Qui constituit ne quis unquam aliqua suspitione, aut ante ueram probationem condemnaretur, ut habetur in Can.2.q.1.c.Semper. Vetuit item diem dominicam, aut quintam feriā Christianis ieiunare, quia eos dies Pagani uelut sacros celebrabant, de conse.di.3.c.Ieiunium dominici. Et cū iam pestifera Manicheorū hæresis in Vrbe inualesceret, multa in oblationibus faciendis constituit necessaria, quibus porrectis, & sacris ordinibus semel habitis, Maximiani iussū martyrio coronatur, sepelitur.4.idus Decēb. in cœmeterio Calixti, uia Apia, & cessauit episcopatus dies.17. 5507 308

Cōstātinus magnus 38. imperator



Constantinus magnus huius nominis primus.38. Ro.imperator.280.olympiade imperium obtinens, imperauit annis.30.& mēsi.10. Vir quidem optimus & omni laude dignissimus, quem cum clarissimo quoq; principe comparare merito possumus: nam militari gloria fortunatus erat, pacē petentibus libenter dabat, sed & liberalitate & gratia, omnium beniuolentiam sibi compararabat. Hic itaq; Constantio patre defuncto, propter corporis & animi dotes, maximo omnium consensu, Occidētis imperium adeptus est, interim Romæ militari tumultu excitato, Maxentium, Maximiani filium, Augustum nuncuparunt. Vnde & Maximianus in Oriente constitutus, spe recuperandi imperii ductus, Ro. statim uenit, Diocletianūq; in solitudine constitutum literis adhortatus est, ut idem facere dignaretur. Cui Diocletianus tale dedit responsum: Vtinam Salone olera nostris manibus instituta inuisere posset, quia profectò de resumendo imperio nequaquam iudicareris. His igitur motibus Galerius prædictus indignatus, confestim Seuerum ducem suum ex Illyrico cum exercitu Romam misit, sed dū Vrbem possideret, fraude militum quòd Maxentium delegerant circunuentus fuit, & cum Rauennam fugere tentasset, occisus est: paululum quoq; abfuit, quinetiā Maximianus à filio Maxētio occideretur: nam Maximianus ipse, militum beneuolentiā pollicitationibus ac largitione, summopere quærere satagebat, sed à filio urbe pulsus, ad Constantinum hunc qui gener eius erat, in

erat, in Gallias fugit. Dúmque ibi etiam Constantinum generum fraudibus circumuenire tentaret, eius fraudes à Fausta eius filia marito deiectæ sunt. Fugiens itaque Maximianus Massiliam, ibidem scælerum suorum pœnas luit. Galerius autem, Seuero duce suo interfecto, Licinum quendam rei militaris præstantissimum apud Tarentum imperatorem delegit atq; creauit, uirum utique pessimum atq; crudelem. Dúmq; hæc in Italia gererentur. Cõstantinus uariis, maximísq; Germanorum tumultibus diutino bello compositis, in Italiam descendit, & Eporediam, aliásq; ciuitates hostibus suis consentientes, plurimum afflixit, Cõ quæsitis omnibus cisalpinæ Galliæ ciuitatibus, Ro. cum magno exercitu profectus est, ubi Maxentium Augustum sibi renitentẽ graui prælio superauit, & in Tyberim fluuium demersit. Quo interfecto, statim gloriosus Vrbẽ intrauit, & imperii insignia omnia obtinuit. Verum cum & ipse plurimas martyrum strages dedisset, & innumerabilem populum per omnes prouincias fecisset uariis pœnarum generibus interfici, Elephãtiæ morbo à deo percussus est. Cui cum uniuersa medicorũ & magorum agmina subuenire non possent. Capitolii pontifices hoc dederunt consilium, ut quædam piscina sanguine infantium paruulorum repleretur, & in illum calidum Augustus lauaretur, ac sic sanitatis beneficium consequeretur. Quod quidem facinus cum exhorruisset, in ipsa nocte apparuerunt sibi apostoli Petrus & Paulus, sibíque sanitatis consequendæ optimum dederũt consilium, de quo infrà mox dicemus.

Maxentius autem imperator & Augustus à militibus sic constitutus. Maximiani Herculei Augusti filius fuit, uir sæuissimus & Christianorum acerrimus persecutor, literarum tamen amator, qui inter cætera suæ crudelitatis opera, cum magica arte plurimum delectaretur, grauidas Christianorum mulieres funestis sacris adhibitis, infantium causa scindere faciebat, & paruulorum corpora concremabat, ac eorum cineribus in ea sua magica utebatur, ut cunctis ostenderet etiam tyrannidem per nephas posse seruari, quæ quidem sæuitia parum ei profuit, quia quinto suæ tyrannidis anno, cum pontem decipulosum contrà Constantinum prædictum super Tyberim iecisset, ipse paulopost suarum fraudũ oblitus, cum magna parte suorum submersus est. Maxentius imperator

Maximinus Maximiani loco à Galerio in Oriẽte Cæsar cõstitutus, uir cruentissimus, consimili crudelitate ea in regione cõtra Christianos utebatur, propter quod quammulti enecabantur, & ob hanc causam magorum magistris, & malarum artium doctoribus præmia decernebat, suis auguriis fidem præstans. Et hæc si quis cõtemnere præsumpsisset, sæuis affici præcipiebat. Vnde multi ex superioribus martyribus martyrio coronati fuerunt. Quo fine uitam clauserit non inueni. Maximianus

Maximianus Herculeus uirorum pessimus, & malorum omnium prædictorum autor, eo quòd sua persuasione dicta persecutio in Christianos fuerat excitata, per hoc tempus apud Massiliam urbem profugus, diuinã in se ultionem præsensit. Nã subitò inflatis ulceribus ita distensus est, ut inter se & putridum cadauer nil interesset, scatẽtibus nãq; undiq; uermibus, & tabo serpente, tanto putore fœtebat, ut sustineri fœtor non posset, qui non solum nostros interimebat, uerum etiam ad cœmeteria uenire non permittebat, & simulacrum Antiochiæ consecratum, subornatis sacerdotib. qui ex aditis id enunciarent, clamasse dicebat pellendos ab urbibus esse Christianos, & præmia in prouinciis distribuit sacerdotibus simulacrorum, qui contrà Christianos agerent. Tandem uero tyrannus pœnitentia ductus, medico suo sibi uerum dicẽte, decreto publico uetuit Christianos lædi, eósque legibus suis uti permisit. Sed hoc ei nihil, sicut nec Antiocho profuit, cum ui fierent omnia, Nam grauissimis morbis diu cruciatus finem fecit.

Deiectis itaque à Constantino magno Maxentio, Licinio & Maximiano tyrannis, omnique tyrannicæ donationis ablata memoria, soliditatem Christiani nominis iam ecclesia catholica obtinere cœpit. Quantóque postmodum religiosius hic princeps Constantinus circà dei cultum studiosus fuerit, inferiori libro latius dicemus. Quapropter nunc huius octaui libri finem hic facimus.

Explicit liber octauus.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER NONVS.

Syluester papa.34.



Yluester huius nominis primus papa, natione Roma. patre Ruffino 5512 313
post Melchiadem ponti.sedit annis.21. uir utique diuinus aspectu,sanctus,angelicus,sermone nitidus,corpore decorus,opere sanctus,consilio magnus & maturus,fide catholicus, spe patientissimus, ac omni charitate diffusus,cui tantam Dominus contulit gratiā,ut non á Christianis modo, uerum etiam á Gentilibus miro coleretur affectu. Hic nanque baptizato Constantino, & ab eo insignibus infrascriptis donatus,ac ecclesiis pace reddita,multa ad cultum diuinum spectantia constituit. Et primo quidem ut in ecclesiis cathedralibus inferiores diaconos,aliás Archidiacono obtemperent & obediant,sicut habetur in Can.93.di.c.A subdiacono.Mandauit insuper laicis,ne cleri cum in iudicium suum uocare præsumerent,ut.2.q.7.ca.Nullus laicus.Vetuit quoque & ipse clericis causas suas in sæculari curia agere,nec ante iudicem sæcularē ullas causas tractare.11.q.1.c.Testimoniū. &.c.Si quis. Statuit item altaris corporalia, neq; serico,neq; tincto panno fieri,sed lineo quidem & albo,ut de conse.di.1.c.Consilio omniū.Sic quoque in albis celebrādum esse dicebat,quemadmodum in linea sindone & alba,Christi corpus sepultum fuit. Gradus præterea in ecclesiasticis ordinibus constituit, ut unusquisque uno tantum ordine contentus esset, & unius solum uxoris uir. Censuit item ut sanctum chrisma ab episcopo tantum consecraretur.Et ut episcopi baptizatum signarent,seu confirmarent,propter hæreticam suasionem, atque baptizatum presbyter occasione mortis liniat chrismate, ut de cōse.di.1.Quartam deinde ac sextam feriam,ac sabbatum ieiuniis obseruandis instituit.Quintam uero & dominicam omnino censuit uenerandam. Nam in ea die scilicet.5.feria Dominus ascendit,sacramentum sui corporis instituit,& sacrum chrisma cōfecit.Hic cum pientissimi animi esset uir,multorum orphanorum, uiduarúmque ac pauperum nomina in quadam matricula habere uolebat, quibus & uitæ necessaria quotidie prouidebat, & cum multis hic sanctissimus pontifex floruerit miraculis, inter cætera sua memoranda,fertur Romanam urbem á draconis pestilentia liberasse.Demum cum sacros septies in Decembri mēse ordines celebrasset, ubi diaconos.6. &.30.presbyteros.42. ac episcopos per diuersa loca numero.45. creauit, pridiè calen.Ianua.obiit. Sepultúsque fuit in cœmeterio Priscillæ uia Salaria.

Cōstātinus magnus impe. Priuilegia per Cōstantinum magnū ecclesiis donata.



Onstantinus itaq; Magnus prædictus, uir optimus hoc anno á diuo Syluestro
baptizatus,á lepræ morbo purificatus, ubi Christianæ religionis honestatē & 5517 318
sanctimoniam intellexit, eam ita complexus est, ut iturus ad bellum non alio insigni, quàm crucis signaculo usus sit. Eo quòd sereno cælo, etiam ante baptismum, dum contra Maxentium iturus esset, signum illud uiderat & adorauerat,atque sanctos angelos audierat dicentes: Constantine in hoc signo uinces, quod & factum fuit, quia cum Maxentium superasset,etiam reliquos tyrānos facilimè depulit & fugauit.Dein de á Syluestro ad optime de ecclesia promerēdum edoctus, mox leges multas ex æquo & bono rogauit,& superfluas,seuerásque omnino abscidit & emendauit,insuper & pro gratiis deo exoluendis,ut Gratianus in.96.decreti sui distinctione tradit,ipsi Syluestro & successoribus suis pallatium Lateranense imperii sui primo tradidit, deinde coronam capitis sui,simúlque

sui, simúlque & frixium, & superhumerale, chlamydémque purpuream, atque coccineam tunicam, & omnia alia imperialia indumenta, & dignitatem imperialium præsidentium æquitum. Contulit præterea sceptra imperialia, simúlque cuncta signa & banna, ac diuersa imperialia ornamenta, & omnem processionem imperialis culminis. Virísque diuersis ordinis reuerendissimis Cardinalibus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruantibus, illud culmen singularis potentiæ habere statuit, uelut amplissimus eius Senatus uisus est gloria adornari, & sicut imperialibus extabat decorata militia, ita clerum sanctæ Ro. ecclesiæ statuit adornari. Quemadmodũ quoque sua imperialis potentia diuersis cubiculariorum, hostiariorúmque ordinabatur officiis, ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari uoluit. Et ut pontificale decus amplissimo semper præfulgeret splendore, decreuit ut eiusdem cleri ei cubiculares, id est, Cardinales, mappulis & lintheaminibus equos æquitarent. Voluit insuper sicut eius senatus calciamentis utebatur, ita & cælestis sicut terrena ad laudem dei decoraretur ecclesia. Decreuit etiam præter hæc omnia, ut & Syluester ipse dignissimus pontifex & eius successores diademate, id est corona, quam ex suo capite illi concesserat, ex auro purissimo & gemmis preciosis uti deberent pro honore Petri apostoli. Ipsam tamen coronam beatissimus Syluester, tanquam religioso capiti minime congruentẽ aspernatus est, sed Phrygia mitra, candidáque tantummodo contentus fuit: præterea quoque Christianissimus Cõstãtinus pro reuerentia diui Petri apostoli æqui pontificis, Syluestri frenum tenens, in subiectionis signum, stratoris officium illi exibuit, publico etiam Decreto statuit omnes eius successores summos põtifices eodẽ frixio in processionibus ad imitationem Ro. imperii uti debere: unde & pontificalis non uilesceret apex, sed magnis tanquam terreni imperii dignitas gloria & potentia decoraretur, ac sic denique tam Romanam urbem quàm pallatium suum, & omnes Italiæ prouincias, loca & ciuitates Syluestro pontifici suísque successoribus Constantinus concessit. Deinde in urbe Ro. nõnullis conditis ecclesiis, imperator ipse mox imperium Romanum in Oriẽtales regiones transtulit, & in Bizãtiæ prouinciæ loco optimo nomini suo urbem ædificauit, alias ampliauit, quam & secundam Romam nominauit, ubi & imperium suum constituit, asserens ubi sacerdotium principatus & Christianæ religionis caput esset, iustum non esse imperatorem terrenum illic potestatem habere. Constructa, imò potius ampliata Constantinopöli, Cõstantinus cum bellum in Persas pararet. Acrione uilla publica anno ætatis suæ. 66. iuxta Nicomediam moritur, & apud Græcos inter sanctos annumeratur. Sunt tamen qui dicant, & quidem male, quòd cum Constantinus hic in Iordane baptizari uellet, atq; idcirco Hierosolymam peteret, morte præuentus, à quodam Euse. Nicomediensi Arriano episcopo rebaptizatus fuit, quæ quidem res Christianissimi principis fidem plærosque in dubium uertit. Nobis tamen non uerisimile uidetur, eundem principem qui per omnem uitam suam Arriani dogmatis acerrimus hostis fuit, in extremo spiritu ei dementiæ concessisse, quam summo studio de suo imperio eliminauerat: hos quippe similitudine nominis deceptos potius putamus, & patri illud ascribere, quod filii scelere factitatum fuit. Hũc itaque beatus Gregorius in registro suo Martiano principi scribẽs, bonæ memoriæ uocat: historia etiam tripartita eius exitum plurimum commendat, sic & diuus Ambrosius in Psalmo. 14. cum magni meriti apud deũ fuisse dicit. Isidorus quoque Hispalensis episcopus & Eutropius, atque Orosius noster, qui omnes eius res gestas diligẽtissimẽ scripsere, ipsum feliciter consummasse affirmant: unde & ante eius mortem stellam crinitam insusitatæ magnitudinis, quam Græci cometam uocant, aliquamdiu fulsisse dicunt, & propterea Græci ipsum sanctorum catalogo collocantes, eius festum. 21. die Martii celebratur.

Basilicæ à diuo Constantino ædificatæ.

5518 519 Basilica Lateranensis quam Constantinam uocãt omniũ Christianorũ primaria his temporibus ab eodem Constantino in proprio Lateranensi pallatio in honorẽ saluatoris mũdi ædificatur & ab ipso præ cæteris donis plurimis exornatur. Fuerũt tamẽ superioribus temporibus (ut dictũ est) aliqua sacella inter Christianos ab apostolis, aliísque patribus erecta, quæ tamen ob crebras tyrannorũ persecutiones occulta erant, atq; ut crediderim, plerúq; subterranea quàm apertis in locis & publicis fierent: hanc itaq; celebrem, amplámq; basi-

licam ad augendam Christianã religionem Constanti.cupidus primũ fuit,ut suo alios hortaretur exẽplo,superna inspiratione ductus Ro.ædificauit, & Saluatoris mũdi imaginem in sella sedentem,ex argento.li.130.eidem obtulit,atq;.12.apostolorum imagines.5.pedum altitudinis li.90.similiter obtulit,saluatorem quoque addidit in throno sedẽtem.5.pedum altitudinem habentem.ponderis li.140.angelos etiam.4.ex argento ponderis li.105.& coronas.4.ex auro purissimo,altaria.7.portatilia ex auro purissimo li.200.& alia propemodum infinitima donaria & preciosissima cum fundis, aliisque prouentibus eidem ecclesiæ condonauit.Basilicam quoque appenditiã,in honorem beati Ioan.baptistæ in balneo caloris sui,in quo quidem loco baptizatus,à lepra meruit purificari. Huic addidit & ibidem sacrum fontẽ ex lapide porphyretico instituit,in cuius medio columnam porphyreticam posuit,super quam phialam auream librarum.50.balsamo plenam collocauit,ubi & Ioanni baptistæ statuam argenteam centum li.fieri uoluit. Cui etiam Basilicæ fundos multos constituit, quas quidem basilicas Syluester papa primum consecrauit.5.idus Nouemb. & morem hunc consecrandi ecclesias deinceps ædicto publico obseruari præcepit.

Basilica sancti Petri. Basilicam item secundam Petro apostolo in Vaticano Syluestri pontificis rogatu ædificauit, quo in loco eiusdẽ apostoli corpus honorificẽ collocauit,supra cuius sepulchrum posuit crucem.150. librarum auri purissimi. Hanc à fundamentis ædificasse constat, ex eo quod ex eius fundamenti apertura Christianissimus ipse princeps.12.cophinos tellure refertos,in honorem.12.apostolorũ propriis humeris exportauerit,huic etiam ecclesiæ quatuor candelabra argentea & tres calices aureos li.12.&.20.argẽteos librarum decem condonauit.Mitras quoque quatuor.250.libra.& patenam auream cum thure,columbam ornatam,gemmísque & margaritis distinctam li.30.obtulit.Eidem etiam cõfertissimos prouentus & Romæ & alibi constituit.

Basilica sancti Pauli. Basilicam præterea tertiam adhuc extantem in honorem Pauli apostoli uia Hostiensi instante Syluestro extruxit, ibíque & ipsius Pauli corpus condidit,eidémque ecclesiæ totidem uasa aurea,argenteáque ac ænea condonauit, maxime uero auream crucem centum & quinquaginta librarum supra sepulchrum Pauli collocauit,& ingentes prouẽtus diuersis ex prouinciis deferendos assignauit,qui & nunc usque in parte extant.

Basilica sanctæ crucis. Basilicam quartam sub titulo sanctæ crucis in Hierusalem in atrio Soforiano Ro.ædificauit, & sanctiss. crucis partem quandam reposuit nuper ab Helena matre repertam, & Ro.in thecis argenteis delatam,cui etiam ecclesiæ hæc munera deferri iussit,argentea scilicet candelabra,quatuor scyphos argenteos.4.calices aureos.10. patenã argenteam inauratam librarum.50.& altare argenteum lib.250.& agros multos ei dedit.

Edificatio ecclesiæ sancti Laurentii & eius dona & munera. Basilicam item quintam in honorem sanctæ Agnetis martyris, ut quibusdam placet, eius iussu & impensa ædificatam fuisse tradunt,& quammaxime Constantiæ eius filiæ rogatu,quo in loco ipsa Constantia & soror eius nominis baptizatæ fuerunt. Huic quoque basilicæ hæc munera contulit, patenam autem lib.20. calicem aureum li.10. & calices argenteos.5.ac fundos multos.

Basilicam insuper sextam in honorẽ diui Laurentii martyris extra urbis muros in agro Verano ædificauit, in qua & schalam maximam ad descendendum & ascendendum, ubi corpus sanctissimi martyris manebat,extruxítque eam ecclesiam multis monumentis argenteis porphyreticisque lapidibus exornauit,& in aditu criptæ eiusdẽ lucernam ex auro purissimo li.15.collocauit,& ante corpus sanctum.10. alias argenteas lucernas li.15.cõstituit,cui etiam multos fundos assignauit.

Basilicam denique septimam beatis martyribus Marcellino presbytero & Petro exorcistæ uia Lauicana inter duas lauros Constantinus extruxit, quo in loco mausoleum in honorem martyrum erexit,cui etiam templo intercessionẽ Helenæ matris suæ & martyrum deuotione hæc dona dedit,patenam scilicet auream li.35.candelabra.4.argentea altitudinis pedum.12.calices aureos.3.cum gemmis preciosissimis,Lamas aureas.2.& aram argenteam li.200.ac scyphum aureum li.20.misit. Fundos quoque.3.assignauit,ẽ quibus sacerdotes prouentus urbis percipiebant. Alias quoque basilicas extra urbem hic princeps extruxit,de quibus nunc non expedit dicere.

Helena Cæli, Anglorũ regis filia, iamdiu captiua, & magni huius Constantini Augusti mater, per hoc tẽpus incõparabilis fidei & religionis mulier habita fuit, hæc quippe baptizato filio, magnitudine animi mota, cũ uidisset Christi prodigia à beato Syluestro in filium & contra Iudæos declarata & facta, ab ipso baptismũ expostulauit, qua baptizata, confestim ad perquirendum crucis lignum, Hierosolymã petiit, ubi cum id fieri difficile uideretur, quia ab antiquis persecutoribus eo loco Veneris simulacrum collocatum fuerat, ut Christiani Venerem ipsam Saluatoris loco adorarent, illa, Iuda Iudæo, à se uocato, suasionibus præcepit, ut lignum sanctæ crucis sibi tantummodo locum ostendere dignaretur. Ipse enim Iudas prædictus postea baptizatus, Cyriacus uocatus, qui oratione fusa statim ei locum ostendit, in quo crux occultabatur. Illa autem ubi locum ruderibus plenum purgasset, confestim ibi tres cruces inuenit, in una quarũ inscriptio illa legebatur tribus linguis I.N.R. Iudæorũ, quæ e uestigio mulieri nuper mortuæ admota, uitam illi restituit. Quãobrem Constantinus Augustus motus, ædicto publico uetuit, quempiam deinceps crucis supplicio puniri. Helena itaque ibidem ædificato templo, inde Cõstãtinopolim ad filium abiit, & clauos Christi secum detulit, quorum unum Constantinus ipse in frenum equi sui transtulit, quo in prælio tantnmmodo utebatur, qui modo in Mediolanensi domicilio maximo in precio custoditur. Alterum uero in galeæ suæ collocauit. Et tertium, teste Ambrosio in Adriaticum mare ad comprimendas sæuientis maris procellas deiecit: sed & crucis ipsius partem etiam detulit, quam thecis argenteis, atque gemmis preciosissimis exornari fecit: quam denique Ro. ueniens, secum cum magna ueneratione detulit, & in basilica sanctæ crucis in Hierusalem, quam filius eius rogatu ædificauerat, collocauit: quibus gestis Helena quando reliquum tempus superuixit, ibidem sanctissimè exegit, & orthodoxæ fidei acerrima protectrix fuit, & quammaxime pauperum, orphanorum ac uiduarum curam gessit, quos tãta prosequebatur humanitate, ac charitate, ut uere omniũ mater uocari mereretur. Hanc tamẽ D. Ambro. sermone quodã non regis filiam, sed stabulariam & humilem à principio fuisse dixit, & ob eius pulchritudinẽ Constantino principi coniunctam quam certè Dominus Iesus Christus de stercore leuans, non modo cum principibus seculi huius, sed etiam cum principibus cælestis gloriæ collocauit, & ut Christo lucrifaceret, semper ut stercus terræ se humiliter existimauit, demũ de deo, déque hominibus benemerita, superstite filio, Romæ diem obiit. 15. calen. Septemb. cui filius ipse Augustus mausoleum erigens, in porphyretico sepulchro collocauit. Et inter sanctas meritò locata, eius natale. 15. calend celebratur. Helena Claui crucis.

Arrianorum hæresis ortus.

5519 320 Arrius quidam hoc nomine appellatus, Alexandrinus presbyter, specie & forma magis quàm uirtute ulla insignis, his tẽporibus: hõ laudis & gloriæ potius quàm ueritatis cupidus apud Alexandrinos non in paruo precio fuit, quo honore inflatus discordiam in orthodoxa fide serere conatus est. Separare enim filiũ ab æterna & ineffabili dei patris substantia conabatur, his potissimum uerbis: Erat aliquando, quando non erat, intelligens per hoc filium patris coæternum esse & fuisse, & eandem in trinitate substantiam, cum dictum sit, Ego & pater unũ sumus, Et quòd Imperatorũ ædicta, aut hostiũ insidiæ, necnõ & tyrannorum gladii cõtra fidẽ catholicã potuerunt, atq; ita his suis fraudibus præualere conatus est, ac sic penè totũ orbẽ suo interfecit errore, quare scelestũ & diabolicũ uirum dominus non permisit impunẽ, quia haud multo post obscœna morte uitã finiuit. Ea enim percussus infirmitate, quòd uiscera ei effluxerũt tota, ita quòd corpus uitalibus uacuũ remanens per os eius reseratum uideret quis in corporis imum, ab eo postea sequaces Arriani hæretici cognominati sunt.

5523 324 Nicena synodus prima omnium synodorum. 318. patrum, anno. 15. imperii Constantini huius perfidi Arrii dogma, Syluestro pontifice & Constantino Augusto iubẽtibus, in Nicena urbe celebratur, ubi aliquandiu & quidẽ acriter disputatũ fuit. Tandem re ipsa eo in cõcilio diligẽter discussa, cõcussum fuit, homoousion scribi debere. i. Christũ eiusdẽ cũ patre esse, sub est cõfiteri debere: nã quidã uiri in quæstionibus callidi. Arrio eidẽ multũ fauebant, simplicitati fideliũ multũ aduersantes, inter quos fuit Euse. noster philoso. postea Cæsariensis episcopus qui diuino tactus spiritu uno momento fidem, quam antea impugnabat Nicena synodus prima.

uelut sanctam & integram complexus est. Et ex sanctorum patrum præcepto symbolum maius ædidit, ubi ad deiiciendam perniciosam Arrii opinionem, filium dei genitum nō factum, consubstantialémq; patri conscripsit, patribúsque tradidit, cui inuentioni & sententiæ nihil penitus detractum aut mutatum, seu additum fuit, nisi solum illud deū uerum de deo uero. Quia si à patre genitum esse non factum, consubstantialémque deo patri filium ad confutationem hæreticorum suffecissent, quia tamen deum filium, patrem uero deū uerum inter hæc distinguentes Arriani prædicabant, patres ad confutādam eorum maliciam Deum uerum de de deo uero, interiecerunt. Qui autem eo in cōcilio Arrii opinioni adhæserunt. 17. fuere, affirmantes extrinsecus dei filium fuisse creatum, & non ex ipsa patris diuinitate genitum, cognita tamen patrum ueritate, Constantinus eorum decreta approbauit, posito contradicentibus exilio. Vnde & sex tantum cum Arrio exulauere, reliqui uero in patrum opinionem & sententiam uenientes. In eo itaque concilio non solum Arriū cum sequacibus suis, sed & Photinianos hæreticos damnauerunt, qui affirmabant Christum à Maria pio coitu fuisse conceptum, Sabelliani quoque damnati fuere, quia unam tantum personam patri & filio & spiritui sancto ascribebant. Multa denique ad honestatem & pacem ecclesiæ pertinentia, ut habetur in Decretis eo concilio constituta sunt, quæ breuitatis causa omittuntur.

Marcus papa. 35



Arcus papa, natione Ro. patre Prisco, post Syluestrum pōtificem sedit annis duobus, men. 8. uir siquidem bonus & Christianæ religionis amator, qui pontificatu suscepto, statim ad eius curam conuersus, Gratiano testante, constituit, nullum omnino clericum ad sæcularia quouis modo pertrahi posse, sicut habetur in Decretis suis. 11. q. 1. cap. Quicunque uoluit. Item ut Hostiensis episcopus semper Ro. pontificem consecrare deberet, & pallio uti posse. Mandauit insuper diebus solennibus in missa post Euangelii lectionem Symbolum Eusebii à clero & populo magna uoce cātari, prout in prædicta Nicena synodo fuerat declaratum. Hic duas ecclesias in urbe Roma condidit, unam uia Ardeatina, in qua & sepultus fuit, alteram ibidem ad Platanas, quas quidem Constantinus imperator adhuc uiuens multis exornauit muneribus. Denique cum sacros ordines bis in Decemb. mense celebrasset, & multos diaconos, presbyteros, episcopósque creasset emoritur, & in prædicta ecclesia sua sepelitur. 3. scilicet nonas Octobris, & tunc uacauit sedes dies. 20. 5533 334

Sybolū maius in missa hic cantari præcipit.

Iulius papa. 36



Vlius papa natione Ro. patre Rustico, post Marcū prædictum sedit annis. 16. & men. 4. mirandæ quidem sanctitatis & doctrinæ uir, qui & multis uexationibus propter Arrianorū pestiferam hæresim abolendā diu uexatus fuit, sed tamē nō destitit eos reprehendere & persequi, & maximè, quia præter auctoritatē Ro. pontificis Antiochenum inducere præsumpsissent cōciliū, cum sine eius auctoritate id fieri non deberet, nec posset. Tandem hic multis Orientulium episcoporum omissis contentionibus, duas & ipse in urbe Roma basilicas ædificauit, unam iuxta Romanum forum, alteram iu Transtyberina regione. Tertia insuper cœmeteria extruxit, unum in uia Flamminea, & aliud in uia Aurelia, tertiūmque in uia Portuensi, sed & leges nōnullas atq; constitutiones ædidit, & præsertim, Gratiano referente, constituit, ut episcopus in suo iure spoliatus, nullo modo ad synodum uel aliquo alio loco conuocaretur, sicut habetur in Canone. 2. q. 1. c. Nullus potest. Voluit item ut qui iudicem haberet suspectum, Romanam sedem posset appellare. 2. q. 6. c. Ideo huic. Constituítq; præterea, ne quis sacerdos alibi quā apud ecclesiasticum causam diceret. 11. q. 1. c. Is etiam. Demum Arriana inualescente perfidia, multa à Constante Constantini filio pertulit incommoda, à quo etiam decennio exilio damnatus fuit. Nec propterea destitit & monitionibus & scriptis catholicos in fide continere. Vnde & ad Dionysium quendam de Incarnatione Domini perutilem scripsit epistolam, quæ ab omnibus approbata est. Et cum ab exilio reuocatus fuisset, mandauit omnia ad ecclesiam pertinentia, per notarios (quos protonotarios hodie uocamus) conscribi. Ter denique cum in Decemb. mense sacros ordines celebrasset, ubi presbyteros. 18. diaconos. 3. & episcopum unum creasset, pridie idus Augusti uitæ finem fecit, sepultúsq; est uia Aurelia in cœmeterio Calepodii, & tunc cessauit episcopatus dies. 25. 5535 336

Zenon

5536 337 Zenon Veronēsis episco. magnæ sanctitatis & doctrinæ uir, hoc anno magnis ac claris miraculis ad dominum migrauit. De cuius uirtutibus, admiratione dignis, D. Grego. papa in lib. Dialogorũ multa cõmemorat, in cuius quidē honorem celeberrimũ adhuc extans extructũ fuit templũ. Et cum sanctus ab omnib. habitus sit, eius festum. 6. idus Decemb. celebratur. Zenon episcopus Veronēsis

Georgianorum conuersio.

5537 338 Hibernia, aliàs Hiberia, prouincia, quæ hodie Scotia nuncupatur, in Aquilonari parte constituta, hoc anno, fœdera uerbi Dei, & Christi fidem miraculosissimè suscepit, & muliercula quædam Christiana ibidem captiua, huius tanti boni causam præstitit. Quæ cum uitam pudicam & sanctam ea in regione duceret, ac dies noctésq; in oratione consumeret, gentibus illis admirationi fuit. Quibus sciscitantibus, cur se tantopere affligeret, ita se suum deum colere respondit, qui Christus est. Nihil ex hoc amplius mirati Barbari, quàm nouitatē nominis, mulierculã in honore habere cœperunt. Mos itaq; gētis illius fuit, paruulus cũ ægrotaret, per uicinas domos à matribus circũferri remedia exquirētibus: accidit aũt, ut quædã mater, cum puerũ aliquãdiu circuntulisset, nec salutare quicquã inuenisset, captiuã tanquã ebria doloris adiret, eiúsq; opem expeteret. Quæ nihil humani illa se scire respondit, sed Domini quē coleret Iesum Christũ desperatã ab hominib. salutē conferre posse, paruulúmq; cilicio suo superimponēs, & orationē ad Deũ fundens, sanũ matri con festim reddidit. Mox facti rumor totam repleuit urbem, & ad reginã etiam peruenit, quæ dolore quodã afflicta, captiuã ad se adduci curauit. Cúmq; illa regiam domũ ingredi recusaret, orationē ad Deum pro illa fundens, ilicò regina est sanitati reddita, atque ex hoc admonita, ut in Christum crederet, & eum, qui salutem ei præbuisset, adoraret. Quibus beneficiis & uerbis commota regina, rogauit uirum, ut Christianus efficeretur: quod quanquam ille promisisset, segnius tamen erat, ne sæpius ab uxore commotus baptizari curabat, non tam quòd fidei hostis esset, quàm dubius. Contigit autem eum aliquando in syluas altissimas ire uenatum, quò cum peruenisset, coorta subitò tempestate, ita tenebræ cuncta operuere, ut nec comites cerneret, nec ab ullis cerneretur. Ignarus aũt quid facto opus esset, promissiones coniugi factæ recordatus est, & tunc Christũ rogauit, ut si deus esset, ex tantis eum periculis liberaret. Nec mora, dies clarissima mundo reddita est, rex ad urbem perductus, reginæ quæ gesta erant, miraculi loco exposuit: uocatur captiua, & eius consilium audit, illa statim reiicienda idola, & Christũ colendum dicit, eique supplicandũ, & basilicam construendam esse hortatur, conuocato populo rex Euangelium prædicat, & nondũ sacris initiatus, fit suæ gentis apostolus. Credunt uiri per regem, & fœminæ per reginam, construitur templum magni operis, & eleuato pertinaciter murorum ambitu, columnæ collocantur: sed prima ac secunda erecta, tertia nullis machinis, nullisq; uiribus erigi potest. Cúmq; ad noctem usque laboratũ esset, recedentibus omnibus, sola captiua mulier, apud ecclesiam in oratione perseuerat. Postera uerò die, prima luce, redeunte populo, columna reperta est supra basim in aëre suspensa, quantũ esset unius pedis spacium: quo miraculo uiso, omnes magnificarunt deum, uerámq; captiuæ fidem recognouerunt. Et stupentibus omnibus, sensim suprà basim, nullo contingente, deposita est. Móxq; reliquæ columnæ, magna facilitate erectæ sunt. At perfecta ecclesia, & populi fide confirmata, suadente captiua, totius gentis legatio Constantinum imperatorē in Græciam mittitur, résque gesta exponitur, & sacerdotes petuntur, qui cœptum ergà se munus expleant. Quibus & iucundissimo uultu imperator optimè satisfecit. Hi nanque Scoti seu Hiberi hodie Georgiani populi appellantur, & usque in hodiernum diem Christum colunt, quamuis procul ab apostolica sede ueritatis magistra, quia non omnem Euangelii ueritatem seruant, eo quòd Barbaris gentibus circunfusi sunt. Hibernia seu Scotia.

Armeniorum etiam conuersio.

Armenii etiam populi huius religiosissimi principis temporibus, Christi fidem cũ Scotis susceperunt, eo quòd Hiberis prædictis in Occidentali plaga uiciniores essent, & hi Armenii in Asia inter Thaurum & Caucasum montes, constituti erant & sunt. Nam Hiberi & Armenii ac Colchides unà sub prouincia siue regione coniunguntur. Huius itaque conuersionis Tyridates tunc huiusce gentis causa fuit, qui ex quodã mirabili signo circà

domum suam diuinitus ostenso, Christi baptismum suscepit, qui unà cum omnibus suæ ditionis subiectis, una die & una præceptione, deo colla submisere, ex quo factum est, ut ad finitimas quoque gentes Christianum dogma peruenerit, & multitudine dilatatũ sit, quorum commercio etiam Persæ fidei rudimenta aliquantulum susceperunt.

Vandalorum regni procursus.

Vandalia regio est, & Poloniæ Septentrionalis regionis pars fuit, à Vandalo fluuio qui regionem interfluit, cognominata: à qua accolæ nomen habuêre: gentes siquidem inhumanæ & ferocissimæ, hanc quippe regionem his temporibus imperante adhuc Constantino Magno, quidam Geberich Gothorum rex potenter inuadens, Vandalos cum Visimar eorum rege uictos, à propriis sedibus deturbauit, qui Vandalia relicta (nomine retento) Pãnoniam habitandam à Constantino isto impetrauuit, ubi & .40. annis imperatoribus obsequẽtes manserunt: uerum postea cum nec ibi confidenter propter Gothorum metum diutius immorari auderent, ad Oceanum confugientes, piraticam aliquandiu exercuere uitam, sed à Gepidis gentibus fugati, rursus Vandaliam reuersi, locum deinceps incoluerunt.

Stilco deinde patricius Romanus huiusce gentis postmodum dominium accepit, hic enim cum magno precio apud Theodosium secundum haberetur, eidẽ imperator ipse Archadii & Honorii filiorum, ac pallatii totius curam commisit. Qui cum filium nomine Eutherium haberet, in Occidentem cum magna auctoritate misit, cupiénsque illum ibidem ad Augustale fastigium sublimare remp. plurimum perturbauit, & mortuo Archadio confestim Vãdalos istos & Quados, Gepidas, Sarmatas, Alanos, Burgondiones, Saxones & Suncuos in arma sollicitauit, & pro terrenda repub. omnia promiscuit. Cuius quidem suasione Vandali cum reliquis nationibus Galliam omnem inuaserunt, sed Honorius imperator postea Stilconis fraude comperta, aduersus eum commouit bellum, quem & breui cum Eutherio filio superatum interfecit.

Corsico igitur post Stilconis mortem à Vandalis rex constituitur, uir utique ferocissimus, qui statim his sibi adiunctis, per Gallias debacchans, quicquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Oceano Rhenóque includitur, statim occupauit, quo quidem furore capiuntur episcopi, interficiuntur presbyteri, subuertuntur & dissipantur ecclesiæ, martyrum reliquiæ effodiuntur, urbésque euertuntur, nulli indulgetur ætati, sed cædibus incendiis & ruinis atque rapinis omnia miscentur. Demum Arelatum urbem obsidens, à maiori capitur præside, & cathenis implicitus ad improperium per omnes urbes, quas uastauerat, ignominiosè pertrahere fecit, & post multa sæuissima tormenta, misera morte uitam finire coëgit, eóque sic mortuo, Fredebaldus quidam post eum secundo loco super Vandalos regnare cœpit, quem statim Constantinus patricius ingeniosè captum, ad Honorium uinctum misit,

Gundericus deinde tertio loco in regem eligitur, & quatuordecim annis regnauit, quo regnante, Vandali in duas partes sese diuisere, nam eo tempore quidam Barbari qui Honoriati dicebantur, ad tutandas contra Vandalos Pyrenæi angustias deputati, prædationum abundantia allecti, quo magis prædari liceret, & scælus impunitum remaneret, prodita Vandalis Pyrenæi custodia, statim in Hispaniam cum multo tumultu intrarunt, & multas urbes occuparunt, ubi postea post graues rerum, prouinciarúmque uastationes possessione inter eos distributa, quidam sub Gunderico rege manserunt, alia quoque Vandalorum pars Aurelianis remanens, Syngibanum sibi regem constituerunt, qui tamen non multo post in imperii ditione cesserunt, porro Gundericus prædictus Hispaniarum domitor, cum etiam ipse ecclesiis dei insidias tetendisset, decimoquarto regni sui anno Dei iudicio percussus, interiit.

Gynsericus .4. rex Gunderico prædicto successit, uir quidem magnanimus atque ferus, qui suscepto regno, statim exercitu in Hispanis collecto, cum .80. Vandalorum & Hispaniarum milibus Augustum mare septem passuũ milibus coarctatum in Aphrica, uado transiuit, ubi Arriana impietate subornatus, fidem catholicam subuertere conatus est. Quo in tempore diuus pater Augusti. Hipponensis episco. dũ eius ciuitas ab isto rege obsideretur post multas obdormiuit in pace. Hic itaque uniuersa sibi Aphrica subiugata in Siciliam, Apuliámque

Apuliámque transiens, ferro sibi uiam aperuit, & Romam uenit, quam quasi desertã inueniens, & si ab igne & cædibus Leonis papæ rogatu abstinuerit. 13. tamen diebus ipsam militibus in prædam concessit. Quibus ita gestis in Aphricam reuersus, uitã paulopost finiuit.

Honoricus. 5. Vandalorum rex, Gynserico successit, & Zenonis principis temporibus regnauit, qui & ipse Arrianorum perfidia deprauatus, trecentos episcopos cepit, & eorum ecclesiis clausis, in Sardiniam exulare coëgit.

Trasimundus autem, sexto loco Honorico tam in hæresi quàm in regno succedens, & ipse quoq; multis ecclesiis clausis. 30. episcopos in Sardinia exilio damnauit, Childericúmque Honorici filium, cui post eum regni successio debebatur, sacramento adegit, ne catholicos in regno suo consuleret, nec habitare permitteret. Transimundo autem defuncto, ipse Childericus qui & Ilyris dicebatur, priusquam regium diadema susciperet, episcopos catholicos ab exilio reuocauit, ecclesiásque pro uiribus in melius reformauit, & multa ei contulit.

Gilimer autem qui & Godiner, tyrannide sumpta, Childerico prædicto adhuc iuueni regnum surripuit, & eum extra prouinciam depulit, quo audito, Iustinianus imperator Belisarium patricium ad propugnandum eum misit, qui ueniens uouit se Christianũ mox futurum, si Vandalos superare posset. Belisario itaque in Aphricam traiiciẽte, Gilimer tyrannus in maris litore castrametatus est. Sed Belisarius & Antonina eius Christianissima uxor, terrestri, naualíque prælio econtra procedere parauere, Antonina autem primo cum suis classe egressa, Vandalorum mulieres & paruulos omnes deleuit, Gilimer quoque à Belisario in castra compulsus disiecto uallo, cum suis ad internicionem usque cæditur. Qui captus, & catena argentea uiuctus, Iustiniano imperatori Constantinopoli præsentatur: hunc (ut aiunt) eunuchizatum imperator in uicinis prouinciis cõtra Persas patritium creauit, sicque Vandalorum regnum finem suæ diuturnitatis accipiens, in ditionẽ imperii Romani tandem uenit.

Gothorum item regni procursus.

Gothia autem regio, Europæ superioris pars est, finitimáque Daciæ contingentis Alemaniam primam Scythiæ partem, quæ diuiditur in duo regna, nam cũ Arriaricus & Acritus Gothorum reges, hisdem temporibus ad Constantini Magni pœnitentiam cum. 2. armatorum milibus in eius solatium accessissent, Geberic alter Gothorum rex, Vandaliam ut diximus, inuadens, Vandalos & Visimar eorum regem à sedibus propriis depulit, eo quòd Gothi & aliæ Scythicæ gentes à natura ferocissimæ essent. Gothorum regni procursus.

Hermaricus autem Gothorum rex, Geberico patre sublato, regnum accepit, sed quantum regnauerit nescitur: eo nãque regnante immanissima Hunnorum, id est Vngarorum gens, diu inaccessibilibus montibus inclusa, repentina rabie percita, in Gothos exarsit, & uelut examen apum Suburlamur rege suo Gothiã cooperiens, ipsos & Hermaticum istum regem sparsim fugatos ab antiquis eorum sedibus depulit.

Frigdegninus autem post Hermaricum patrem regnauit, qui ad Valentẽ imperatorem confugiens ab eo perbenignè exceptus est, cui & Mesiam Thraciámque prouincias habere concessit. Sed mox per auaritiã Maximiani ducis fama lacessitus, eidẽ rebellauit, qui uniuersa cædibus & incendiis miscens etiam cum ipso imperatore Valẽte dimicare ausus est, cuius exercitum fundens & fugans, ipsum quoque imperatorem saucium in quandam casulam inclusit & combussit.

Eo item mortuo Athanaricus successit, uir scælestus atque malignus, qui etiam persecutionem maximam Christianis intulit. Qui cum tandem se, suósque Theodosio seniori tradidisset, quarta die decessit.

Alaricus autem prædicti Athanarici regis filius, regnũ accipiens cũ omnem ipse inuasisset Italiam, ab imperatore eidem Gallia committitur, à Vandalis scilicet defendendam, contra quem Stilco patricius dolosè multos concitauit. Quamobrẽ Alaricus ipse in iram concitatus, Gallia omissa, Italiã regreditur, & Romam accedẽs adeò obsedit, ut præ fame matres filios comedere cõpulerit. Demũ urbe potitus gladio & igni sæuitum est, edicto tamẽ proposito, ut qui in sacras apostolorũ Petri & Pauli ædes confugissent salui fierent, Romã hic obsedit & tandem destruxit.

quod &

quod & factum est,ut inferius loco suo latius dicetur:indéque per Apuliam & Calabriam recedens,apud Consentiam emoritur,& in medio aluei Basenti fluuio sepelitur.

Atthaulphus eius affinis,in regem suffectus,statim cum exercitu Romã rediit,& quicquid residui fuerat,locustarum more cõsumpsit,quibus direptis, mox etiã clarissima quæque urbis loca,quæ ab igne absumi nequierant,fulmina de cælo delapsa consumpsére.Honorius autem imperator,his auditis, Constantii patritii interuentu cũ Atthaulpho isto pacem composuit,sororémque suam ei in matrimonium dedit,& tunc Gothorum regnum bifarie diuisum est. Aliis in Italia sub imperii ditione manentibus,aliis recedentẽ Atthaulphum in Galliam Aquitanicam sequentibus,ubi apud Tolosam urbem regni sui sedẽ collocauit,quo in loco haud multo post interfectus est:post Attaulphũ autem in Gallia Aquitanica quidam nomine Valpa regnauit.

Theodoricus uero post Valpam regnauit,cuius tempore Attila Hunnorum rex superbia inflatus,consilio acer,& potentia informidabilis,in confusione natus, cum Valamuro Ostrogothorum & Ardarico Gepidarum regibus,aliisq; regulis multis, quingentorũ milium numero exercitum secum trahens,ueluti luporum agmina in agnorum ouile,multos execrabili cæde inuasit populos.Quapropter Aetius patricius, qui sub Martiano principe Galliã regebat,intelligẽs quod Syngibanus Vãdalorũ rex eorũ,scilicet qui Aurelianis remanserant fautor partium imperii,uolebat Hũnis præ timore ciuitatem prodere.Theodoricum hunc regem sub pollicitatione dimidiæ Galliæ,si uinceret,in auxilium contra Hungaros euocat.Quo in auxilium reip.properante, Aetius cum simili pollicitatione Attilam contra Gothos per internuncios inuitat,quos Galliam uelle inuadere confingebat, atque ita Gothi & Hũni fallaci promissione illecti,cum in Aluerniam conuenisset, Attilam Gundiocum Burgundionum regem sibi occurrentem peremit, & hincinde acie instructa in Hunnos & Gothos atrox certamen æditur. Gothorum ad ducenta milia cum Theodorico rege Hunnorum,centum quinquaginta milia cum Valamuro Ostrogothorum rege eo prælio cæsa fuére,tantúsque ibi sanguis effusus est,ut modicus qui ibi habebatur riuus,torrens effectus mortuorum multorum cadauera traxerit.

Ducenta Gothorum & Centũ quinquaginta Hunnorum milia cæsa referũtur

Torsimundus Theodorici prædicti filius,& in regno successor,qui huic pugnæ intererat,patris necẽ ulcisci desiderans,triduo rursus cum Hũnis pugnauit,ubi Attila in castris compulsus,innumerabilis Hunnorum multitudo corruit. At Aetius ad Attilam noctu ueniens,ut recedat ei persuadet fugiens,Theodoricum cum Torsimundo fratre nocte proxime futura cum tanta multitudine affuturum esse,ut minime sustinere posset. Sequenti deinde nocte ad Torsimundum Aetius similiter ueniens,simili figmento uisus est, adiecitque uerendum esse,ne dum illic moraretur,fratres eius paternas opes præripiant,atque ita utraque parte recedente, Aetius suos post Hunnos dirigens,eósque ad Turingiam persequendo cæcidit,atque hoc modo Galliã reipu.reseruauit. Torsimundus uero Tolosam regressus, suos de regiis opibus contendentes offendit,sed pace inter eos composita è uita discessit.

Theodoricus huius nominis.2. Torsimũdi prædicti frater post eum regnauit,qui principatu suscepto,cũ Rociario Sueciorum rege Hispaniã inuadente confligens,& ad internicionẽ usq; prosternens,Suecios sibi subegit,& Gotho. regnũ in Hispaniã usq; protulit.

Hẽricus etiã alter frater, Theodorico regibus Hũnis cedẽte,postea super Aquitanicos, Hispanósq; ac Suecios regnauit,cũmq; etiam Arelatũ Massiliã subiugasset, Theodomorus Ostrogothorũ rex Christianiss. à Gothorũ iugo se surripuit,& ad catholi.fidem conuertit

Alaricus prædicti filius,post patrem regnauit, cõtra quem Clodoneus Francorum rex pugnauit,quo interfecto,& Gothis inde fugatis, Aquitaniam cõquisitam sibi subegit,post cuius necem Narbonensis prouincia,quæ Gothia dicebatur,& Hispania in Gothorum ditione tantummodo remansere,in quibus & Amalaricus rex regnauit , qui & ipse tandem apud Bachioniam à Francis interfectus, Theoclas successit, & post eum Agilla regnauit contra quem Athanagildius insurrexit,atque in eo regnum finitum est.

Leouigildus tamen in Hispaniarum regno Alarico prædicto successit, uir quidem iniquus atq; scælestus,qui Ermagildum filiũ Christianissimũ Paschæ nocte ob catholicæ fidei

confessionem

confessionem securi mact auit.

Ricardus uero Leouigildi alter filius patri in regno succedens,baptismũ statim à Leandro Hispalensi episcopo recepit,cum quo tota eius familia ad Catholicam fidem tandem peruenit.

Litibia autem,& Benthicus,& Gundemarus reges successiuè post Ricardũ regnarunt, deinde quidam nomine Sesibirus uir sapientia ornatus,adepto regno,contra rempu. fortiter dimicauit,cuius uirtute regnum Gothorum in Hispania firmatum est. Sesibiro autem Sentillam succedentem,Sisemundus deiecit,cui Cintilla,& Cintillæ Tolga successit, quo etiam deiecto,Cinthasindus ex primatibus unus in regem erigitur,qui cũ susceptos omnes interfecisset,omnem Hispaniam suæ ditioni firmauit, eo quoque defuncto,Richinsindus eius filius regnauit.

Vimba Tholetanus Christianissimus post hunc regnum accipiens,quendam Paulinum Narbonensi prouinciæ dedit procuratorem,qui dominationis ius inuadens, Nemasinum ciuitatem pro se muniuit,deinde Arrianis Aquitanicis in auxilium accitis,regnum uniuersum peruertit,hunc Vimba rex captum,& corio insutum,suffocaréque fecit.

Vinconza denique Vimbiæ successor fuit,qui libidinibus turpiter deditus,extemplò & suo malo sacerdotes maculare annixus est.Sed dei iudicio paulopost à Sarracenis superuenientibus deiectus est,quo deiecto Gothi Gundericum sibi præfecerunt regem,qui & ipse à Sarracenis defectus,Gothorum regnum defecit.

5538 239 Onstantinus eius nominis secundus Magni Constantini filius,secundus Constantinopolitanus imperator post patrem. 279. olympiade imperare cœpit,& cum Constantino & Constante eius fratribus imperauit annis.24.men. quinque,& diebus.12. Fuit & cũ eis successor Dalmatius eorũ fratruẽlis adolescens præclare indolis,qui tertio imperii sui anno,factione Constantii eius patruẽlis,militari tumultu interfectus est:hi itaq; fratres imperiũ inter se diuidentes,paulopost & ipsum iurgiis & bellis lacerauerũt,ac ciuilia bella suscitarunt. Cõstantius enim Arrianus effectus, Arrianis fauere cœpit,quo auxilio multum inualuit,propter quod concilium apud Laodiceam Syriæ urbem indictum est,ad quod Catholici & Arriani cum Arrio magnæ populi stipatus frequentia conuenientes,homoousion quotidie disputarũt, catholici affirmabant filium patri homoousion esse, Arriani autem secus Christũ cum patre refellebant. Quibus contentionibus Cõstantio iubẽte,multi catholici exiliis,carceribúsq; ac uariis afflictionũ modis sunt affecti. Nã ut infrà dicemus inter cæteros Athanasium episcopũ,Eusebiũ Vercellensem,Dionysium Mediolanen. Hilarium Pictauiensem, Paulinum Treuerensem, atq; alios patres crudelem in modum insequi præcepit. Iuliũ etiam papam quod Arrianos & Orientales episcopos repræhendisset,exilio mulctarunt:interim autem Cõstans aduersus Francos bellum mouit, qui post uarios belli euentus illos tandem perdomuit,& pacẽ cum eis composuit:dúmque apud Gallos pace & quiete frueretur,Constãtinus natu maior eidẽ bellum statim intulit,sed dum apud Aquileiam inconsultè cum fratre dimicaret, ab eius exercitu interfectus est. Constantino autem mortuo,prædictus Constans postmodum uaria fortuna contra Persas usus,cum nocte quadam intempesta militum seditione prælium suscipere studuisset,Magetii dolo,non longè ab Hispania,trigesimo ætatis suæ anno, imperii uero sui.13.in castro cui Helenæ nomen erat,interfectus est. Quibus mortuis Constantius hæreticus Arrianus,imperio solus potitus est, móxque repu. turbata, Vetramonius Nursiæ,& Nepotianus Romæ imperatores facti sunt,contra quos Constãtius graue commouit bellum, & haudmulto post Vetramonio apud Naisum à Constantioregiũ insigne detractatum,& Magetius Nursiæ princeps uictus est his gestis,Cõstantius confestim Gallum eius patruẽlem ad tuendã Iudæam Cæsaream misit,& Iulianum similiter eius patruẽlem apud Mediolanum Cæsarem creauit,eúmque contra seditiosos quosdam in Gallias misit,qui & breui ut uir strenuus,ipsorum Gallorũ,ac Germanorum motus,sua uirtute compescuit,unde & militum omnium consensu Augustus appellatus est:quo audito Constantius Parthicis occupatus bellis,omisso negocio,ad ciuile bellum mox se conuertit,& dum grauissima bella excitasset.5.& quadragesimo uitæ suæ anno Appoplexiæ morbo interiit.

Constã tinus secundus imperator.

Constã

Hic licet

Hic licet contra Christianos catholicos impiissimus haberetur, tamẽ propter moderationem & comitatem inter bonos principes ab historicis & uiris doctissimis annumeratur. Nam post susceptum imperium cum triumpho urbem ingressus fuisset, omnes ciues mira benignitate & humanitate ueneratus est, affirmans Romanos ciues tanquam reges omnes se uidisse. Erat hic staturæ paruæ, sed animi excelsissimi.

Viri disciplinis excellentes.

Paulus primus eremita

Paulus primus eremita, natione Aegyptius, in Thebaida inferiore natus, hoc anno. 4. 5644 345
idus Ianuarii.113. uitæ suæ anno, in eremo diem obiit, cuius anima, ut diuus scribit Hiero. beatus Anto. confestim inter choros apostolorum & prophetarum euolare uidit, fuerat hic nobilibúsque parentibus ortus, & literis tam Græcis quàm Aegyptiacis apprimè eruditissimus. Qui cum. 15. ætatis duceret annum, Valeriani & Decii persecutionibus permotus, relicta domo, ad montium deserta confugit, ubi postea necessitatem in uoluntatem uertens, in quadam haud grandi spelunca sibi à deo oblata, per. 98. annos incognitus, in orationibus & ieiuniis solitariam uitam duxit. Cuius quidem uitam diuus Hiero. ut religiosorum mentes ad uirtutem & perseuerantiam feruentius excitaret, cum multa de mundi contemptu ædidisset monumenta, etiam ob eremi laudes eleganti cõscripsit sermone, qui cum meritò inter sanctos sit relatus, eius natale quarto idus Ianuarii celebratur.

Hylarius episcopus Pictauiensis.

Hylarius item illustrissimus Pictauiensis episcopus & omnium literarum eruditissimus, ob catholicam fidem, factione cuiusdam Arelatensis episcopi Arriani, quadriennio apud Phrygiam relegatus ibidem inter alias uirtutes, mortuum ad uitam reuocauit. Sed deniq; post multas Arrianorum uexationes ad urbem suam reuersus, anno salutis nostræ. 371. migrauit ad dominum.

Anathasius episcopus.

Athanasius insuper Alexandrinus episcopus uir sanctitate & scientia conspicuus, hisdem temporibus plurimas & graues quidem persecutiones ab Arrianis pertulit: nam superioribus annis in Laodicensi concilio contra Arrianos constitutus, cum rationibus euidentissimis atque argumentis fortissimis filium patri homoousion esse affirmaret, quod Arrius & eius sequaces refellere non poterant, uniuersum penè orbem in sui persecutionem concitauit, qui fugiens, ut diuus Hierony. testatur, sex cõtinuis annis in cisterna sicca delituit, ubi nunquã solem uidit, sed peractis annis prædictis, cum quædam puella eũ ibi adesse indicasset, dei nutu inde profugit. Coierant enim tunc uniuersi principes terræ, gentes & regna ac exercitus omnes ad eum insequẽdum, propter quod multa perpessus Arrianorum insidiis toto orbe profugus agebatur, adeò ut ei ad latendum tutus non superesset locus, tandem post multos agones, multásq; patientiæ coronas, tempore Valentiani & Valentis imperatorum, anno scilicet Domini. 379. sacerdotii uero sui sexto & quadragesimo, 6. nonas Maii migrauit ad superos, & inter sanctos relatus, eo die natale celebratur. 5547 348

Liberius papa



Liberius papa, natione Romanus, patre Augusto post Iulium pontificem sedit annis. 16. men. 7. & diebus duobus. Cuius tempore celebrato apud Mediolanum à sectatoribus Arrianæ hæresis concilio, ipse cũ multis catholicis episcopis urbe pulsus est. Iam antea Ariminẽsem synodum cõgregauerant, ubi multæ disputationes callidæ actæ fuerant, negãtes Christum cũ patre homoousion esse. Quapropter cum ea apertè impugnasset, ab Arrianis triennio in exilium actus est: unde à sacerdotibus synodo congregata, Felicem presbyterum uirum optimum in Liberii locum suffecerunt, qui pontificatu suscepto, statim conuentum. 48. episcoporum congregauit, & duos presbyteros, Vrsatium & Valentẽ, ab ecclesia separauit, eo quòd cum Constantio & Arrianis in fide sentirent. Ea propter eorum precibus motus Constantius, Liberium papam ab exilio reuocauit, qui imperatoris beneficio permotus, cũ hæreticis tenere cœpit, quãuis, id cum catholicis sentiret, hæreticos, scilicet ad fidem redeuntes, non esse rebaptizandos, expulso itaque Felice, & Liberio ad pontificatum reuocato, Vrsatii Valentísque instigatione Constantius uehementissimam persecutionem in catholicos commouit, adeò ut etiam in ecclesiis presbyteri & clerici passim trucidarentur. Hic autem pontifex quãquam cum Arrianis sentiret, dei tamen ecclesias quoad potuit diligentissimè exornauit, uoluitque decreto publico, uicem suam dolens, ne quis episcopus de cætero propter aliquam infestationem 5558 352

Persecutio Catholicorum ab Arrianis.

infestationem gregem suũ ullo modo deserere posset, sicut habetur in Cano. septima quæstione, capitulo primo. Suggestum. Ferunt autem Fortunatum quendam Aquileiensem episcopum, Liberium hunc fidei causa in exilium pergentem, ut in discordiam laberetur sollicitasse. Denique cum Liberius hic bis sacros ordines in Decembri mense celebrasset, ubi presbyteros.18. diaconos.5. & episcopos per diuersa loca.19. creasset, uitæ suæ finem fecit. Cuius corpus uia Salaria, in cœmeterio Priscillæ sepelierunt, & tunc sedes uacauit dies sex. Inter hos autem à Liberio isto sacris ordinibus initiatos, diuum Hironymum presbyterum cardinalem creatum fuisse tradunt. S. Hieronymus cardinalis presbyter creatur


Elix papa, eius nominis primus, patria Ro. patre Anastasio, Liberio prædicto ab hæreticis pulso, ab ipsis pontifex creatus, sedit anno uno, mensibus quatuor, diebus duobus, uir sane optimus, & multa laude dignus, quem hæretici ad cooperimentum sui erroris ideo elegerunt, ut Liberium rationabiliter eiecisse demonstrarent. Qui tamen papatu inito, ubi Constantium imperatorem ab hæreticis rebaptizatum didicit, eum hæreticum & orthodoxæ fidei inimicum, ac secũdo rebaptizatum omnibus promulgauit, propter quod indignatus Constantius, suasione Versarii & Valentis, à sede eum deiecit. Et cum nulla ratione ab orthodoxa fide diuelli posset, ab aduersariis unà cum multis bene sentientibus interficitur, martyrióque coronatur, ac.4. calendas Augusti in basilica, quam ipse uia Aurelia ædificauerat, secundo ab urbe miliario sepelitur. Felix papa.38

5552 353 Donatus hæreticus natione Apher, à quo Donatistæ hæretici nomen sumpsere, hac miserrima & infelici tempestate uiguit, qui ex Numidia prouincia ueniens, multa contra catholicos scripsit, & totam pene Aphricam atq; Iudæã, sua pestifera persuasione decepit: eius nanq; error atq; deceptio erat, quod filium patre minorem esse dicebat, & spiritũ sanctum filio minorem, & catholicos esse rebaptizandos, sicut habetur in Can.24.q.3.c. Quidam uero cognita eius falsitate ac deceptione. Non multo post è Carthagine cum multo probro pulsus est, quidam etiam eius sectatores Montenses appellati fuerunt, eo quòd ecclesiam primũ Ro. in monte habere cœperunt. Scripsit autem multa, & quammaxime librum de Spiritu sancto Arrianam doctrinam continentem. Donatistarum hæreticorũ errorẽ explicat.

Eunomius etiam alius hæreticus hisdem tẽporibus fuit, à quo Eunomiani hæretici: uir quidem callidus, animo ac corpore leptosus, nec secus interius quàm exterius Regio morbo correptus, qui eum primum Arrianæ perfidiæ sectator fuisset, aliam quoque adiecit, & disseminauit falsitatem, dicens filium patri in omnibus esse dissimilem, & spiritum sanctũ cum patre & filio nihil commune habere.

5553 354 Macedonius quoque Constantinopolitanus episcopus, à quo Macedoniani hæretici superioribus annis à catholicis ibidem legitimè præsul creatus, hoc tempore ab Arrianis hæreticis sede deiicitur, eo quòd filium patri similem fateretur, licet spiritum sanctum non secus quàm illi: eius autem error erat quòd spiritum sanctum negabat deum esse, & multa scandala concitauit.

Viri disciplinis excellentes.

Achatius homo luscus, Cæsariẽsis ecclesiæ in Palestina episcopus, his temporibus cum esset doctor eruditus, multa in Ecclesiastẽ scripsit Cõmẽtaria. Hunc autẽ tantæ auctoritatis ob eloquẽtiam & uersutiam, apud Constantiũ imperatorẽ fuisse diuus Hiero. scribit, ut Ro. Felicẽ presbyterũ Arrianũ Liberii loco papã cõstituere fecerit, quẽ tamen (ut diximus) catholicũ & uirũ sanctum fuisse cõstat, præter autẽ quos diximus libros à se æditos, & alios quoq; composuit tractatus, & maximè in Ecclesiasten libros.17. & alios duos. Achatius.

5555 356 Eusebius etiam Eusenius episcopus elegantis & Rhetorici ingenii uir, per hoc ipsum tempus innumerabiles pene libros ædidit, è quibus præcipui habentur, qui aduersus Iudæos, & Gentes, & Nouacianos inscribuntur, scripsit quoque alios decem in Epistolã ad Galatas, necnon & in Euangelia complures & breues Omelias.

Victorinus insuper natione Apher, per hoc tempus Ro. accuratissimè rhetoricam docens ob elegantiam & ingenii magnitudinem, ac legendi præstantiam, statuam æream in foro promeruit, qui postmodum in extrema senectute ad fidem Christi conuersus, librum

aduersus Arrium dialectico more cõscripsit, qui non nisi à doctissimis uiris legi, aut intelligi potest. Item Commentarios quosdam in apostolum Paulum composuit.

Asterius philosophus. Asterium quendam Arrianæ factionis philosophum, hisdem temporibus fuisse & floruisse dicunt, & multa in epistolas ad Ro. & in Euangelia, ac in Psalmos Commentaria composuit, atque alia multa suæ hæresi fauorabilia scripsit, quæ quidem ab omnibus tunc hæreticis studiosissimè legebantur.

Donatus quoque non minus Rhetor quàm philosophus & Grammaticus, diui Hiero. præceptor Ro. tum insignis plurimum fuit, qui inter cætera in Virgilium & Terentium egregiè commentatus est.

Minernius etiam Burdegalensis Rhetor cum prædictis Ro. Rhethoricam florentissimè docet. 5557 | 368

Macharius & Amathas ac alii multi beati Antonii discipuli per hæc tempora, tũ sanctitate, túmque doctrina insignes habentur, quorũ quidem uitam atque finem diuus Hiero. singulis libellis ad humanam instructionem explicauit. 5559 | 360

Arriminẽsis synodus. Arriminensis synodus hoc anno qui est. 22. imperii Constantii, ipso iubente, & Thauro præfecto mediante, indicitur, in quam multi Orientales & Occidẽtales sacerdotes conuenere, ubi cum multi callidi & acuti Orientales simplicitatẽ & ignorantiam Occidentalium suis fallaciis & argumentis in suam sententiam trahere niterentur, ut Christum cum patre homoousion negarent, diuino nutu inspirati illã disputationem usque ad tẽpus prætermiserunt, propter quod antiqua Niceni cõcilii fides Arrianorum suggestione ea in synodo damnata est, quam tamen postea Romana synodus extunc & in perpetuum uoluit esse damnatam, ut etiam Gratianus in Can. 15. di. c. Sancta Ro. ecclesia, testatus est.

Iulianus apostata. IVlianus apostata, Galli Cæsaris germanus, & prædicti Cõstantii patruelis, tertius Constãtinopolitanus imperator, hoc anno qui est. 285. olympias, apud Mediolanum, Augustus Cæsar imperauit annis. 2. & mensi. 8. Hic ex Constantio patris Constantini. M. fratre natus est, cui ideo apostatæ cognomen fuit, quia susceptam Christi fidem abnegans, librum eloquentia & pari impietate redundantem, in Christi dogma euomuit. Erat enim liberalibus disciplinis tũ Græcis, túmque Latinis perornatus, multæ etiam memoriæ & ingentis facundiæ: uir in amicos liberalis, prouincialibúsque iustissimus, sed gloriæ cupidus, quæ quidem omnia ad extremum euertit, dũ Christianos callidissimè persequi cœpit. Callidior nanque inter cæteros persecutores fuit, quia blandam persecutionem facere curauit, alliciens magis quàm impellens ad sacrificandum, propter quod multi Christianorum sponte corruẽre. Dum hæc agerentur accidit, ut in Persas bella ingentia pertractans, teste Amiano histo. sagitta in incertũ missa brachio sauciaretur, quo uulnere. 32. ætatis suæ anno interiit. Legitur tamẽ in Vita beati Blasii episcopi, quendam Mercurium militem Christianum ab ipso passum, illum transfixisse. Qui statim manum ad cœlum extendens, ac si contra Christum clamaret, dixit: Vicisti Galilee, uicisti, etiam & te nunc negabo, facia te de cætero. Sunt qui dicant Iulianum hunc in diaconatus ordine fuisse initiatum, sed Gallo Cæsare eius germano defuncto, ut erat gloriæ & ambitionis cupidissimus, à Constãtio Augusto in Gallias se mitti cõtra seditiosos quosdam procurauit, ubi & breui Gallorum & Germanorum motus, ingenti uirtute compescens, reiecta diaconi dignitate, à militibus se Augustum appellari fecit. Cuius quidem rebellione tantum animi dolorem contraxit Constantius, ut ex hoc moriretur. 5562 | 363

Martyres sub Iuliano passi.

Ioannes & Paulus Christianissimi uiri, & Ro. præclarissimi ciues, unus præpositus, & alter Constantiæ uirginis, Magni Constantini filiæ primicerius, hoc anno à quodam Terentiano campi ductore, capti, ad Romã urbem post innumera uerbera Iuliani ipsius iussu. 6. calen. Iulii martyrii palmam gladio cædente adepti sunt, quo quidem die festo honorantur. 5563 | 364

Gordianus & Epi. Gordianus & Epimachus uiri præclarissimi, & ipsi sub hoc tumultu Ro. in uia, quæ Latina nuncupatur, martyrio coronantur, quorum prior pro nominis Christi cõfessione, diu plumbatis cæsus, postea sexto idus Maii capite truncatur.

Donatus

Donatus Aretinus episcopus, uir sanctissimus, & literis tam humanis quàm diuinis sufficienter instructus, hisdem temporibus post martyrium patris ac matris, cum magnas & ingẽtes uirtutes apud Hetruriæ prouinciã operatus fuisset, à Iuliano apostata captus, martyrii coronam adeptus est. Hic inter cætera suæ uirtutis opera memoratu digna, dum aliquando missam celebrasset, & de corpore Christi, ac de sanguine ipsius populum recrearet, subito Paganorum impulsu calix sanctus confractus est, quod cũ cerneret populũ tristem & mœstum, colligens eius fragmenta in pristinam formam suis orationibus restituit. Quo signo confusi Pagani deitatem Christi confessi sunt, & circiter.185.animæ baptizatæ sunt, hæc ipsa beatus Gregorius in libris Dialogorum suorum meminit, huius autem natale, 7.idus Augu.celebratur. Donatus.

Blasium episcopum, uirum sanctissimum hisdem tumultibus crediderim ego apud Sebastem seu Samariam fuisse passum, qui multis patratis miraculis, in eadẽ urbe à quodam præside nomine Agricolao captus, post diutinam cæsionem, & carceris squalorem, ac ligni suspensionem, ubi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ & dilaceratæ fuerũt, post iterum teterrimum carcerem, & laci dimersionem, unde desuper uadens saluus exiuit, iubente iniquissimo ipso iudice ad extremum.3.nonas Feb.cum duobus pueris, capite truncato, ad cælestia regna gloriosus migrauit. Blasius

Iulianam insuper uirginem Ro.idem sacrilegus Iulianus facultatibus plenam, tam diu plumbatis cædi fecit, donec & ipsa spiritum emitteret, & propterea eius festum.4.nonas Decemb.celebratur. Iuliana

Demetria iterũ Ro.uirgo sub hac persecutione Ro.martyrio coronata est, quam cum ad Iulianum impiissimè introduxissent, & crudelissimè uerberata in confessione Christi perseueraret, ad ulti.11.Iulii spiritum emisit. Demetria uirgo.

Quiriacus qui & Iudas Hierosolymitanus episcopus, hac tempestate cum Anna matre sua pro Christo martyrium constantissimè sumpsit. Hic ille est Iudas qui Helenæ Cõstantini matri locum, in quo Christi crux fuerat abscondita, ostendit, qua inuenta ob eius miracula semper eius gloriã prædicare, & annũciare uoluit. Quamobrem à Paganis captus, & ipse cruci affixus est, & propterea crucifigerorum ordo ab ipso Quiriaco (ut multi asserunt) initium sumpsit. De quo inferius sub Innocentio quarto dicemus. Quiriacus.

5564 365 IOuinianus quartus Constãtinopolitanus imperator, post Iulianũ apostatã omnium cõsensu imperator factus, imperauit mensibus.8. Hic Christianissimus imperator, natione Pãnonius fuit, & ab ipsa adolescẽtia omnibus uirtutibus ornatus. Quãobrem nondum adolescẽtiam supergressus, eum exercitatus imperatorem creauit, quod opinio erat, multa eũ præclara facturum: ipse autem cũ ab uniuerso exercitu Augustus diceretur, non prius Augusti nomen profiteri uoluit, quàm omnes conclamarent se Christianos fore. Quibus collaudatis, & imperiũ suscepit, & exercitum è Barbarorũ manibus liberauit. Verũ necessitate cogẽte, & Nisibin & magnam Mesopotamiæ partẽ Sapori Persarum regi tradidit, quæ scilicet ante eũ annis trecẽtis duobus de uiginti, ex quo Ro. imperium conditum fuerat, nusquam acciderat. Tandem cruditate stomaci siue prunarũ odore, quas nimium adoleri iusserat.34.ætatis suæ anno diem obiit. Iulianus,

5565 366 VAlentinianus natione Pannonius, quintus Constantinopolitanus imperator, hoc anno qui est tertius.285.olympiadis, imperare cœpit, & unà cũ fratre suo Valente imperauit annis.11.mensibus.5.hic primũ scutariorum tribunus fuit, quem apud Niceam urbem Iouiniano mortuo, Augustum licet inuitum milites præfecerunt, princeps siquidem inter bonos numerandus: nam & Aureliano persimilis erat, nisi quòd seueritatem eius nimiam & parcitatem, crudelitatẽ, ac auaritiam interpretabantur, qui & Valentem fratrem suum in partem imperii assumens, Orientem ei regendum assignauit, postea uero.3.imperii sui anno Gratianum filium adolescentẽ ad preces uxoris Augustum nuncupauit, qui statim Præcopum uirum audacem apud Constantinopolim res nouas molientem, unà cum satellitibus suis mira celeritate oppressit. Valens autem ab Eudoxio Arrianorum episcopo rebaptizatus, in hæresim declinauit, & catholicos ubique persequi ac in exilium mittere cœpit, Ad hoc etiam Lucius quidam hæreticus Valẽtinianus imperator.,

instabat, hostilem in modum catholicos persequẽs, & eos qui in eremo habitabãt, aut trucidabat, aut in exilium mittebat. Sed Valens à Themistio philosopho Christiano per literas admonitus, aliquantulum mitius agere cœpit. Valentinianus uero dum hæc in Græcia agerentur, ut erat rei militaris scientia & uirtute insignis, Saxones & Burgondiones, qui erant in littoribus Oceani maris locis inuiis positi, maxima uirtute oppressit. At dum Sarmatæ per Pãnonias sese effudissent, ac contra eos bellum præpararet, subita sanguinis eruptione, quam Græci Apoplesim uocant, apud Brigionem oppidum emoritur. Valens uerò eius superstes, dum contra Gothos in Thraciam cum exercitu ire disponit, reuocatis monachis, quamuis serò, quos in exilium pepulerat, prælio uictus & captus, uiuus meritò tanquam hæreticus exuritur. Et hæc quidem clades Romani imperii ac totius Italiæ exitium fuit.

Clades maxima in Ro. imperio.

Terræmotu hoc anno, qui est secundus imperii Valentiniani annus, per uniuersum orbem facto, mare littus egreditur, & Nicea, quæ sæpe antea corruerat, funditus est euersa, in Sicilia quoque & in multis insularum urbibus innumerabiles populi oppressi sunt, inde apud Constantinopolim tanta orta est tempestas, ut miræ magnitudinis grando decidens, nonnullos homines interficeret. Templum etiam Hierosolymitanum à Iudæis tempore Iuliani apostatæ mira impensa instauratũ, hoc terræmotu corruit, & multos Iudæos oppressit, postea sequenti die incendio eo in loco diuinitus inmisso, etiam ferramẽta ipsa consumpta sunt, quo miraculo multi Iudæi timore concussi, Christi fidem recepêre. Valẽs enim hæreticus cum Christiani nominis inimicus esset, ut Christianis catholicis etiam stomacum faceret, Iudæos in Hierusalem introduxit, ut & templum denuo restituerẽt, & licentiam & auxilium præstitit, dicens se non alibi quàm Hierosolymis sacrificare posse, quod certè, ut aiunt, tanta arrogantia elati Iudæi, multo maiore impensa quàm antea restituere decreuerant. Id tamen Iuliano apostatæ non Valenti hæretico ascribunt. 5566 357

Damasus papa. 39.



Amasus uero papa, natione Hispanus, patre Antonio, post Liberum pontificẽdit annis. 18. mẽsi. duo. & diebus. 10. Vir sanè bonus & optimus pontifex, quo pontificante haud multo post, Vrsicinus diaconus à quibusdam scismaticis, seditiósisque clericis papa per scisma constituitur, & mox basilicam, quæ siciniũ appellatur, Vrsicinus cum suis inuadit, ubi & multæ utriusque partis populo confluente ceciderunt, sed paulopost diuina uoluntate, clericorum populique consensu, Damasus in pontificatu confirmatus est, Vrsicino ad Neapolitanam urbem misso, sed & postmodum Damaso à suis subditis adulteri crimen obiicitur, qui. 40. episcoporum concilio congregato, causam publicè dicens, ut innocens ab omnibus absoluitur, ut habetur in Canone. 2. q. 6. c. Nos si. Et eius accusatores tanquam falsò deprehensi damnãtur, & ab ecclesia reiiciuntur. Hic ex fratrum consensu constitutionem fecit, ut qui deinceps aliquem falsò accusaret, talionis pœnam subiret, ut. 2. q. 3. c. Calumniator. Censuit item ne in iudicio quis antè factam examinationem damnaretur. 11. q. 3. c. Eorum qui. Mandauit etiam sub anathematis pœna, ne quis temerario ausu à sede Ro. concessa præsumeret usurpare. 17. di. c. Huic sedi. His constitutionibus promulgatis, & ecclesia optimè pacata, Damasus ocio delectatus, Vitas pontificum præcedentium diligenti cura conscripsit, & opuscula quædam Heroicis uersibus composuit, indéque diuo Hierony. mandauit ut ecclesiæ officium ordinaret, quod & fecit, unde uirtute & sanctitate uiri commotus Damasus, primus Hierony. scriptis auctoritatem dedit, cum prius Septuaginta interpretum atque aliorum translatorum scripta in precio solum haberentur. Nam extũc Hierony. biblia legi & diuulgari cœpta est, & eius Psal. fideliter ex Hebræo traducti, propter quod & ipsius D. Hiero. suasione statuit, ut gloria patri & filio & spiritui sctõ &c. in fine cuiuslibet Psal. diceretur, quos alternatis uicibus in ecclesiis uoluit decantari. Voluit etiam ut eo in officio symbolum tacitè per ferias singulis horis canonicis diceretur, & ex condito uniuersalis synodi similiter symbolum maius in missa decantaretur. Confessionem præterea in principio cuiuslibet missæ dicendam ordinauit, prout modo fit, hoc modo sanctissimus hic pontifex diuinum cultum auxit & templis & aliis plurimis donis. Denique cum quinquies ordinationes in Decembri mense celebrasset, ubi presbyteros. 30. diaconos. 11. & episcopos per diuersa loca numero 5567 368

ca numero.42.creauit nonagenarius prope diē obiit,&.3.idus Deceb.in basilica à se condita,uia Ardeatina cum matre & sorore sepelitur, & eo die eius natale celebratur, & tūc cessauit episcopatus dies.21.

Viri doctrinis excellentes.

5570 371 Euseb.gloriosus Vercellensis episcopus,natione Sardus,quem superioribus annis ob fidei confessionem Constantius Arrianus hæreticus, ut diximus, primo Sithopoli, deinde Cappado.relegauerat,hoc anno cum ad suam ecclesiam honorificē reuersus fuisset, Arrianis persequentibus.calen. Augu.martyrium ea in urbe ab eisdem passus est, qui cum esset uir eruditissimus inter cætera in Euseb.Cæsariensis in Psalterium Cōmētarios,quos Latinos ē Græco fecerat,scripsit.

Apollinaris Laodicenus episcopus his temporibus floruit, & Hiero.teste, multimoda nostræ religionis scripta composuit, inter quæ.30.lib. aduersus Porphyrium conscripsit, quæ inter cætera, eius opera uel maximē probantur. Obiit denique Theodoro seniore imperante. Apollinaris episcopus.

Didymus Alexan.doctor ab infantia cæcus factus,& eam ob rem primarum literarum ignarus,ita Grāmaticam,Geometriam.Dialect.quæ non sine magno percipiūtur usu, didicit,his quoque temporibus clarus existens,præclara quædam scripsit opuscula,uidelicet contra Arria.li.2.De spiritu sancto li.1.In Esaiam li.19.Oseæ ad diuum Hiero.li.3.in Zachariam li.5.In Psalmos quoque, & in Matthæi, Ioannisque Euangelium, necnon & in Iob Commentarios præclarissimos,atque alia multa ædidit. Didymus.

5571 372 Basilius Magnus ille Cæsariensis Cappadociæ ciuitate & monachorum multorum institutor & pater,uir certē omni sapientia, omnique uirtute conspicuus, per hæc tempora mirabiliter effulsit, qui inter cætera suæ uirtutis & sanctitatis monumenta,iuuenem quendam ob amorem puellæ diabolo obligatum, deo reconcialiauit, & obligationis suæ chartam sibi reddi impetrauit,qui cum egregius doctor haberetur,egregios etiam contrā Eunomium ædidit libros. Atque in Hexameron li.9.De spiritu sancto lib.1.Monachorū regulam lib.1. Atque alios breues, uariósque tractatus ædidit, monachorum ordinem in Græcia instituit, quibus & regulam approbatam tradidit. Obiit denique sanctissimus pater & episcopus, teste Amphibilogio Iconii episcopo, hoc anno qui est sextus imperii Valentiniani, die prima mensis Ianuarii multis miraculis clarus, memoriam uitæ suæ omnibus derelinquens,qui secundum operationem spiritus sancti uiuunt. Ordo sancti Basilii.

5572 373 Ambrosius Mediolanensis episcopus & diui patris nostri Augustini pater,patriæ Ro. & consulari dignitate insignitus, uir planē sanctissimus & omnium doctorum sui temporis præcipuus atque supremus, hoc anno à Valentiniano Augusto, ē Roma (ut Liguriam Aemiliámque prouincias regat) Mediolanum mittitur,ubi & statim post Auxentii Arrianorum episcopi feram mortem, seditio maxima in populo exoritur, ad quam ex officio reprimendam Ambro. in ecclesiam ingressus, cum multa de partium concordia ut uir eloquentissimus dissereret, subitō infantis uox insonuit, dicens: Dignus est Ambro. hic,ut sit episcopus. Ad cuius uocis sonitum,fauens resultat populus,succlamánsque, non alteri quàm Ambrosio episcopatum committi debere, quod & communi omnium consensu & pace factum est, qui statim ex catecumino Christianus effectus, etiam sacris initiatus, decimo imperii Valentiniani anno nonus,Mediolanensium creatur episcopus,quo in sede constituto,euestigio omnis Cisalpina Gallia orthodoxam recepit fidem,cuius certē tanta fuit comitas,morum sanctitas, ingenii acumen, diuináque scientia, ut non modo uiuens, sed & uita functus Italiam & omnem orbem in sui deuotionem, charitatem, uenerationémque perduxit, qui etiam præter sanctitatis gratiam per omnia Platoni philosopho,& ortu, & infantia, atque disciplina persimilis extitit. Sicut enim Platoni infantulo in cunis dormienti, apes non paruam mellis uim labellis inseruere, sic & Ambrosio huic persimile prodigium, imò altius euenit, quia ut sacra eius refert historia, cum Ambrosius infantulus in cunis dormiret, subitō examen apum os eius & faciem ita compleuit, ut quasi in alueolum intrandi & exeundi frequentaret uices, quæ quidem prodigia ab omnibus interpretibus declarata, nil aliud significare uoluisse, quàm ex eius ore sua- Sāctus Ambr. Meodiola. episcopus

 uitatem dicendi

uitatem dicendi melle dulciorem fluere debere, quod quidem augurium euentu uerissimum demonstratum est, si uidelicet intelligendi subtilitatem uel disputandi uim, aut dicendi, scribendíque dulcedinem contemplemur, scripsit hic diuus Ambro. infrascriptos ir refragabiles & emēdatissimos libros, quorum sentētiæ, ut diuus Hiero. ait sunt fidei ac ecclesiæ, necnon ut uirtutum omnium firmissimæ columnæ, in quibus libris (ut pater Augustinus inquit) Romana relucet fides, quia inter scriptores Latinos quidam flos emicuit.

Cyrillus Hierosoly. Cyrillus Hierosolymitanus episcopus eximiæ sanctitatis & doctrinæ uir, huius temporibus in præcio existens à Valente imperatore sæpe ab ecclesia sua propellitur, sæpéque recipitur, postea à Theodosio principe inconcussum episcopatum obtinens, nonnullos adhuc extantes composuit libros.

Epiphanius natione Cyprius Salaminæ urbis episcopus, per hos dies insignis & inclytus doctor habitus est. Qui (ut diuus testatur Hieronymus) aduersus omnes hæreses multa scripsit, quæ ab eruditis uiris propter res à simplicioribus propter uerba ignota parum lectitabātur. In extrema denique senectute constitutus, uaria condidit opuscula. Moriens denique ut sanctus habitus, eius festum quarto idus Maii celebratur.

Gregorius nazanzenus. Gregorium etiam Nazanzenum episcopum diui Hieronymi in diuinis eruditionibus præceptorem, his diebus ob sanctitatem, eruditionémque atque eloquentiam maximo in precio fuisse dicunt, cuius hæc ista fuerunt opuscula, aduersus Eunomium libri duo. De spiritu sancto lib. I. Contra Iulianum apostatam lib. I. Apologeticum præterea de morte Cæsarii. Laudes Athanasii episcopi, laudes Maximi philosophi, ac uirginitatis, laudes hexametro uersu conscripsit. Tandem Hierony. teste, sub Theodosio principe uita decessit.

Photinus hæreticus. Photinus hæreticus Gallatiæ Græcus, Smyrnensis olim episcopus & Marcelli Antiarani discipulus, à quo Photinianum dogma nomen accepit, hisdem temporibus in Gallacia moritur. Hic primo Hebionis Hæresim, quæ asserebat Christum purum hominē fuisse, instaurare conatus fuit, & cum eam ob rem à Valētiniano principe pulsus fuisset, plurima uolumina scripsit, in quibus præcipua sunt, quæ aduersus Gentes, & ad Valentinianum ipsum principem inscribuntur.

Iouinianus hæreticus. Iouinianus quoque Hæresiarcha hac tempestate, suam hæresim dogmatizare cœpit, cuius tamen secta & impietas cito extincta fuit, nec ad aliquos sectatores peruenit. Hic primum monachus fuit, postea clericus factus, docebat hominem post baptismū peccare non posse, nec ei prodesse uirginitatem, ieiunia, uiduitatem, & similia, & fornicatos post pœnitentiam æquabat, ac uniuscuiusque meriti ac præmii retributionibus ordinísque omnes iustos esse apud Dominum: destructum autem fuit eius dogma à beato Hierony. per librum aduersus eum conscriptum, qui incipit: Pauci admodum dies.

Mellania quoque diui Hieronymi discipula inter Romanas mulieres nobilissima, Marcelli quondam consulis filia, hoc anno, qui est decimus imperii Valentiniani annus, Vrbano unico eius filio, tunc in urbe Romana prætore propter Christum derelicto, Hierosolymam nauigat, ubi tanto uirtutum præcipuè humilitatis miraculo fuit, ut Teclæ nomen accipere meruit. De hac in lib. de Claris mulieribus diffuse mentionem fecimus.

Mirabilis reginæ uirtus atq; potētia. Mannia seu Manica quædam Aegiptiorum regina, hisdem temporibus defuncto eius uiro, & ipsa suæ gentis ueluti altera Semiramis regni gubernacula suscipiens, ob animi præstantiam uiribus auctis, Romanis quammaxime formidabilis fuit. Et hoc anno cum frequentibus præliis Romanorum opes attriuisset, etiam Palestinorum & Arabici limitis oppida uastauit, cuius pacem cum Valens imperator & Lucius hæreticus expostularent, non aliter eam promittere uoluit, quàm Moysem eremitam sanctissimum genti suæ episcopum designarent, quod cū Lucius quàm libentissime facere conaretur, Moyses tenuit dicens. O Luci te certe Christiani catholici ad metalla damnati, & per uarias insulas relegati, ac in carceribus trusi arguunt. Quamobrem nisi liberos omnes iniuste damnatos ire permiseris, tuas manus ad me consecrandum nunquam inicies. Quibus uerbis Lucius unà cū Valente Augu. episcopos, reuocauit, atque ita consecratum hoc modo Moysem reginæ obtulerunt pontificem, ac per hoc pax Romano imperio tradita est.

Macharii

Marcharii autem duo beati Antonii discipuli, unus scilicet Aegyptius, & alter Alexandrinus, hisdem temporibus ueluti duo cæli luminaria refulsere. Hi nanque sicut in uocabulo nominis, ita uirtute animi & cælestium gratiarum magnificentia concordabant. Vterque enim abstinētiæ exercitiis & uirtutibus animi æqualiter pollebat, hoc solo Aegyptius præcellens, quod quasi hereditatem gratiarum & uirtutum beati Antonii possidebat, eorum autem uitam & excellentia facta diuus Hiero. conscripsit, ut habetur in Vitas patrū, parte prima.

Hilarion sanctissimus abbas per hæc tempora apud Cyprum insulam non longe à Salamina urbe.12.calen. Nouemb. diem obiit. Vir siquidem sanctissimus & omnibus sæculis memorandus, cuius sane conuersatio & abstinentia ac præclara dona mirabilium, quæ operatus est (ut diuus ait Hieronymus) tanta ac talia fuere, quantum uix os extollere posset. Hic natione Palæstinus fuit ex uiro Gazæ urbis, parentibus Paganis oriundus, ex quibus tanquam rosa de spinis floruit, à quibus Alexandriam eruditionis causa missus, ibidem quantum tenera ætas patiebatur, magna ingenii & morum documenta præbuit breui, audiensque celebre nomē beati Anto. quod per omnes Aegyptii populos ferebatur, incensus uisendi desiderio, ad eum perrexit, & ab eo religionis habitum mox suscepit, & omnibus rebus à se prorsus abdicatis, cum solo sacco & pallio, quod ei beatus Anto. dederat, in uastissima quadam & terribili solitudine secessit, ibidemque per multos annos asperrimam uitam duxit, nam quindecim tantum caricas post solis occasum comedebat in die. Erat quippe tunc annorum quindecim, & usque ad octogesimum uitæ suæ annum cum incredibili abstinentia uitam suam in seruitio Christi transegit. Tandem Cyprum insulam deueniens, apud Epiphanium Salaminæ episcopum per aliquod tempus ibidem conuersatus est, ubi & post quinquennium, multis quidem miraculis clarus, uitæ suæ finem fecit. Sed Esycius eius discipulus, inde ipsum corpus sanctum & furtim auferens, in Palæstinam transtulit. Eius autem historiam primò Epiphanus Salaminæ episcopus, & post eū diuus Hierony. optime descripserunt. Hilariō abbas.

Paphuntius abbas per id tempus apud Thebaidam tanquam angelicus uir nominatissimus fuit, & multos ad religionem perduxit, ac Taysim meretricem impudicissimam ad Christum conuertit. Et cum etiam literarum multarum non mediocriter eruditus esset, post multa documēta, etiam beati Onofrii anachoritæ uitam conscripsit, cui tandem post multam & abstinentiæ & laborum tollerantiam, astitit angelus Domini, dicens: Veni iam benedicte Domini, & ingredere ea quæ tibi debentur æterna tabernacula. Ecce enim mecum adsunt prophetæ, qui te secum in suum suscipiant chorum: quibus auditis, Paphuntius sequēti die multis astantibus presbyteris & monachis & uidentibus ab angelis in cælum susceptus est. Paphū tius abbas.

Agatonem item abbatem hisdem temporibus magnæ auctoritatis & precii ob sanctitatem & doctrinam fuisse dicimus, qui, ut scribitur, per triennium lapidem in ore detulit, ut silentii uirtutem percipere meretur.

Euphrasia uirgo sanctissima & genere & uirtutibus præclarissima, sub Theodo. seniore apud Alexandriam in monasterio, uirtute abstinentiæ ac miraculis multis inclyta fuit. Hæc enim Antigonum quendam patrem habuit, uirum siquidem genere & societate imperatoris præstantissimum, ac matrem nomine Euphrasiam religiosam & timentem deū, quibus orbata ad monasterium se transtulit, ubi per.10. &.8. annos cum incredibili abstinentia, obedientia, humilitate, mansuetudine, longanimitate, atque labore usque ad trigesimum uitæ suæ annum permansit, quibus ita gloriosissimē expletis astantibus abbatissa & sororibus, animam deo reddidit, & sepelierunt cum genitrice sua Euphrasia. Euphrasia uirgo.

Mariam Aegyptiacam meretricem primo appellatam, deinde sanctitatis, & pœnitentiæ, ac perseuerantiæ exemplum, per hoc tempus cum.xl.&.septem annis mirabilem pœnitentiam in deserto peregisset.4.no. April. migrauit ad Dominum, cuius corpus Zozimas sanctissimus abbas sepeliuit. Eius autem historiam uirtutibus admirandam beatus Hieronymus eleganti stylo conscripsit, licet sit qui id opus cuidam Paulo ecclesiæ Neapoli diacono scribant. Maria Aegyptiaca.

Euagrium autem monachum Macharii Aegyptii discipulum, utique uirum sanctissimum, ac per omnia mirabilem, & multarum literarum eruditum, per hæc tempora fuisse, & librum, qui Vitas patrum inscribitur, compofuisse, ferunt. Creditur etiam quod alia monachis necessaria multa ædiderit, & quammaxime aduersus octo principalium uitiorum suggestiones. Item librum centum sententiarum, qui dicitur Anachoteus per capitula digestum. Item doctrinam communi uitæ aptam pro cœnobitis scripsit, sed & ad uirginem quandam li.6. & alias sententiolas quasdam ualde obscuras post se reliquit. Sed & inter cæteras animi uirtutes, tanta illi concessa fuit gratia discernendorum spirituum, & purgandorum cogitationum, ut nullus alius putaretur ex fratribus ad tantam subtilium & spiritualium rerum scientiam peruenisse, & licet hic iucredibilis fuerit abstinentiæ, tamen longissima uita uixit multis signis & uirtutibus clarus.

Anachoreus liber

Barlaam quoque eremita sanctus, qui Iosaphat regis Indiæ filium conuertit, hisdē temporibus in prætio fuit, & alii innumerabiles, ut in Vita patrum habetur.

Valens imperator. Monachos militare coegit.



Valens prædicti Valentiniani frater, sextus Constantinopolitanus imperator post eundem fratrem anno.2.288.olympiadis imperare cœpit, & cum Gratiano & Valentiniano fratris filiis imperauit annis.4.hic ut præmissum est à Lucio Constantinopolitano patriarcha rebaptizatus, persequi Christianos Catholicos non destitit, legémque tulit, ut monachi & eremitæ per Nitriam & Thebaidam constituti, aut militarent, aut fustibus cæderentur. Et tūc multi monachorum in Aegypti eremo hac ratione per tribunos & milites cæsi sunt. Huius nanque uiri auaritia atque imprudentia Phothi, in Romanum proruperunt imperium, qui cupientes effici Christiani catholicos ab ipso petiere. Sed ipse sua imprudentia atque dementia Arrianos efficit, cum quibus postmodum dum pari imprudentia pugnaret, quarto imperii sui anno, iusto dei iudicio ab eisdem superatus, omnis eius exercitus ad internicionem usque cæditur, ipse autem sagitta saucius cum turpiter fugeret, ac ob nimium dolorem equo sæpe dilaberetur, ad uillulæ cuiusdam casam deportatus est, quo cum peruenissent, Gothi domum & ipsum incenderunt, & tanquam hæreticus sepultura meritò caruit. 5577 378

Iustina autem imperatrix Valentiniani Christianissimi uiri uxor, & Gratiani ac Valentiniani Augustorum mater, & ipsa hoc anno post uiri interitum Valentis, cognati sui suasione, in Arrianorum hæresim declinans, ipsorum Arrianorum facta est alumna, quæ, ut undecimo Ecclesiasticæ historiæ habetur libro, catholicorum uirorum statum mox conturbare cœpit, atque de exilio & pulsione sacerdotes comminari, nisi Ariminensis synodi decreta confirmare & approbare decernerent, quo quidem in bello (ut diuus scribit Hierony. ecclesiæ murum & turrim ualidissimam Ambrosium præcipuè pulsabat. Sed ipse contra reginæ furorem non manu aut telo se defendebat, sed ieiuniis & continuis uigiliis sub ipso altari positus, per obseruationes & lachrymas suum ac ecclesiæ defensionem præparabat deum, qua autem finierit morte Iustina, non habeo. 5578 379

Fridegninus secundus Gothorum rex, de quo sub Constantino Magno mentionem fecimus, hoc anno qui est tertius Valentis imperii annus, unà cum Sarmatis, Quandis, Alanis, Hunnis, Vandalis, & Mercomanis Barbaris gentibus, cum sese superioribus temporibus Romana imperio tradidissent, ob Maximini Romanorum ducis auaritiam fame coacti, contra Ro. uno animo insurgūt, & inter Constantinopolim urbem & Alpes Iulias, per multos annos omnia uastantes, Romanorum sanguinem tupiter fuderunt, quæ quidem res imperii exitium fuit: nam superato interfectóque Valente Augusto, Scythiæ regiones, Thraciǽque ac Macedoniæ, Thessalonicæ, Achaiæ, Epyrhi, Dalmatiæ, cunctǽque Pannoniæ Gratiano & fratribus Augustis abstulerunt, in quibus quidem prouinciis, quot & quanta à Barbaris istis fuerint perpetrata mala, animus referre horret, quot enim matronæ, quot uirgines Christi, & ingenua corpora his bellis ludibrio fuerint dicere non attinet. Capti insuper episcopi, sacerdotes interfecti, subuersæ ecclesiæ atque equis stabulata, & martyrium reliquiæ ignominiosè fuerunt effossæ, ubique enim luctus, ubi gemitus audiebatur. Sed nec temporibus nostris regionibus illis minora illata sunt à Turcis damna, immunia ab his malis hucusque uix noster Europæ angulus extitit. Et utinam Turci 5579 380

nostris nitiis aliquando fortiores non efficiantur, atque utinam Ro. ecclesia in robore suo persistere ualeat. Nec dominus noster secundum peccata nostra faciat nobis, aut secundum iniquitates nostras retribuat nobis, Horrenda Christianorũ mala

Gratianus Valentiani senioris septimus Constantinopolitanus imperator, anno. 2. ducentesimæ octogesimænonæ olympiadis post Valentem patruũ suum cum Valentiniano fratre suo imperare cœpit, & imperauit annis. 6. Vir quidẽ ab ipsa sua adolescentia militia strennuus & religione elatus qui & ab ipsa sua adolescentia apud Argentinam Germaniæ urbem uno prælio ad. 30. Alemanorum millia, qui fines Romanorum uastabant, cum minimo suorum damno interfecit. Suscepto itaque imperio, & Iustina eius matre defuncta pulsis omnibus hæreticis, totam Italiam ad ueram fidem mox redegit, quo pacto catholicorum templa destructa resarciri, ac instaurari fecit. Sed cum instantibus Gothis his rempubli. in maximo discrimine uideret, Theodosium Hispanum uirum utique clarissimum regno socium, ac comitem sibi delegit, qui superatis Alemanis, Hunnis, & ipsis Gotthis, mox Orientale imperium restituit, inito cum Athanarico & Alarico Gotthorum regibus fœdere, ipse uero in occidente superatis pacatisque Alemanis necnon & repressis Scythis, siue Tartaris, sexto imperii sui anno è uita discessit. Triginta Alemanorũ interfecta.

5582 383 Augustinus futurus pater noster, & Ipponensis episcopus, hoc anno, cũ decem & octo ætatis esset annorum, librum qui Hottensius inscribitur legens, in Manichæorum hæresim statim incidit, ut ipsemet in tertio confessionum suarum libro contestatus est, nam tunc ea in adolescentia iam ita doctus euaserat, ut cætera superaret quæ afferre possunt Aphricæ ornamenta.

5584 385 Siricus papa, natione Ro. patre Tyburtio, post Damasum pontificem sedit annis. 15. men. 2. die. 25. Hic, Gratiano teste, constituit ne clerici cum mulieribus in eadem domo, nisi cum consanguineis, cohabitare præsumerent, ut habetur in canone. 81. di. c. Fœminas: instituitque ut sacri ordines initiandis per tẽporum interualla ab episcopis darentur. 77. di. c. In singulis. Voluit quoque, ut quicũque aut uiduam, aut secundam uxorem duxisset, ab officio ecclesiastico prorsus pelleretur, ut. 26. dist. c. Acutius, &. c. ulti. Item censuit presbyteros ab episcopo tantum consecrari debere. 24. di. c. Episcopis. Vetuitque generale baptismum non nisi in sabbato sancto fieri debere, de conse. di. 4. c. Non ratione. Hic cum Manichæos quos in urbe inuenerat exilio dãnasset, prohibibuit etiam ne cum fidelibus communicarent. Censuit quoque ne ullus de eorum secta reciperetur, nisi ea conditione, ut in monasterium tanquam in carceres perpetuò damnarentur, Ibique ieiuniis & orationibus se macerarent, & tantummodo in ultimo uitæ suæ, cum de eorum conuersione constaret, uiaticum salutis sumerent. Tandem uero cum concilium. 1350. episcoporum ad Constantinopolim celebrasset, ubi ecclesiæ res optimè composuit, creatis etiam multis presbyteris, diaconibus, & episcopis, moritur, & uia Salaria in cœmeterio Priscillæ. 8. cal. Mar. sepelitur, & tunc cessauit episcopatus dies. 20. Siricus papa.

Ioannes eremita, natione Aegyptius, uir optimus, cuius tanta fuit sanctitas atque perfectio, ut mentes religiosas atque deuotas ad uirtutis culmen erigere, & ad perfectionis uestigia concitare solus inter omnes sufficiat, hic, ut bea. refert Hiero. à quadragesimo usque ad nonagesimum uitæ suæ annum in quadam ardua Thebaidis rupe semper permãsit, nec unquam ex ea exiuit, sed in uigiliis & continuatis orationibus, aliisque contẽplationibus feruentissimè deo seruiuit, pro quo in tanta mentis synceritate peruenit, ut non solum eorum quæ erant scientiam consequeretur à domino, uerũ etiam eorum quæ futura erãt, prescientiam mereretur. Euidenter nãq; ei dominus prophetiæ gratiam cõtulit, ita ut non tantum ciuibus & prouincialibus suis, si fortè percunctaretur futura, prædiceret, sed & imperatori Theodosio uictoriam de Maximino tyranno prædixit. Deniq; cũ centesimũ ageret annũ post plurima miracula & prophetias, per triduũ in eadẽ spelũca nullũ ad se uenire permisit, sed positis genubus in oratione. 6. cal. Apri. reddidit spiritũ, atq; ita perexit ad dominum. Eius autem uitã uirtutibus admirandam beatus Hieronymus elegãti stylo cõscripsit. Ioãnes eremita

Germanus Antinodorensis episcopus, uir fide, uirtutúmque, meritis, ac miraculorum gloria, plurimum insignitus, per hæc tempora Rauennæ diem obiit.

Maximinus Britannicus impera.

Maximinus quidam, Britannicus, uir quidem rei militaris scientia præclarus. 6. Gratiani imperii anno, teste Eutropio in Britannia per seditionem imperator factus, in Gallias cum exercitu mox pertransiens uniuersam prouinciam cum Germania per crudelissima bella sibi subiugauit. Et Gratianum imperatorem apud Lugdunum fugatum mox suis machinationibus interficere fecit. Valentinianum autem eius fratrem pene pubescentem post fugam, póstq; exilia ac recuperatum imperium multos ibidem etiam obtruncauit, quibus interfectis Maximinus confestim Victorem filium regni seu imperii consortē fecit. Sed anno euoluto à Theodosio superatus, captúsque statim regiis spoliatur indumentis, quibus denudatus subsistens illum capite truncari præcepit. Victor deinde filius cum in Galliis ab Arobaste superatus esset, ibidem interfectus est.

Theodosius. 8. impe. constã.



Heodosius senior genere Hispanus, octauus Constantinopolitanus imperator hoc anno qui est primus. 290. olympiadis post Gratianū & Valentinianum imperator factus, imperauit annis, 2. Princeps siquidem Christianissimus, optimúsq; & præstantissimus, ac Traiano, à cuius consanguinitate, ut nõnulli affirmant originē ducens, persimilis, qui breui postquā tyrānos omnes sustulisset, auxilio domini nostri Iesu Christi fretus, in quo maximē fidebat, & Androgeum seu Androgatum Maximini ducem, ac Abrogastē Eugeniúmq; Galliarū tyrānos & Persia Germanæ inuasores superauit & occidit, quod eiusdem historiæ celebrator Claudianus poëta admirans ait, O nimium dilecte deo tibi militat æther. Et coniurati ueniunt, ac classica uenti: Hic licet historico careat auctore, ab Ambro. tamē & diuo patre Aug. lib. 22. de Ciui. dei, magnis extollitur laudibus, cui ad disciplinam militarē addunt ingenii & religionis laudē, in quibus plurimum ualuit, & inter cæteras uirtutes humilitatem coluisse uideo, quia cum aliquādo uiri Thessalonicenses postea Bononienses nuncupati ut ex legenda sancti Petronii habetur, iudicem suum in theatro occidissent, & ex hoc ira plurimum percitus fuisset, Ambrosii precibus eis clarissimē pepercit. Verum postea agente curialium suorum malitia, eius iussu ad quinq; hominum millia occisa sunt, quod ubi Ambro. intellexit imperatori apud Mediolanum existenti ecclesiæ introitū (nisi pœniteret) interdixit, sicut habetur in canone de pœ. di. 2. c. Secunda: quā quidem admonitionē ita æquo animo Augustus tulit, ut ultra Ambrosio gratias egerit atque pœnituerit, & urbem ipsam laceratam instaurauerit, ut notatur in prohemio. ff. Hæc autem tria, in glosa, scilicet Roma, unde & pœnitētia pacta legem tulit, ut principū sententiæ super mortis animaduersione prolatæ, usque in trigesimū diem ab executoribus semper differrerentur, quatinus locus misericordiæ, uel si reo exigeret pœnitentia, non deperiret, ut patet. 2. q. 1. c. Cum apud. e. l. Si uendicari. C. De pœnis. De cætero autem im maxima pace gubernauit imperium, nec in nullo per iracundiā circā iram legúmq; custodiā, aut bonorū memoriam mandatorū memor extitit. Et cūcta quæcunq; optimi principes facere cõsueuerāt, cū integritate præcipua semper celebrauit. Sítque postea si aliquando iraparcitus esset, hac cõtractione usus est, ut teralphabetū morosē proferret, antequā quicquā uerbo proferret. Ferunt hunc Ioannis eremitæ prædicti familiaritate apud Thebaidam plurimūusum fuisse, cuius etiā consilio & bellū tractabat, & pacē, huic autē principi tanto Placilla uxor fuit immensæ pietatis & religionis mulierr, ex qua Archadiū & Honoriū filios Augustos suscepit. Deniq; hic memorandus princeps cū omnia perfecisset quæ principi optimo conueniūt, apud Mediolanū coram D. Ambro. anno ætatis suæ. 50, defunctus est, cuius corpus eodē anno Constantinopo. translatū est. 5587 388

Diui Augustini conuersio.

Augustinus Christianus esse ctus,



Vgustinus pater noster, D. Ambro. in fide discipulus & filius doctorū omniū præcipuus, hoc an. ætatis suæ. 30. apud Meliola. Cisalpinæ Galliæ Metropolim, prædicationib. beati Ambrosii episco. ex Manichæo Christianus efficitur, uir sane sciētia atq; sapientia, omnib. qui antē fuerāt, uel post futuri erant, celsior, quia teste Volusia. legi dei de est, quicquid Aug. cõtigerit ignorasse, qui quidē quāta nobis postmodū, ac hūano generi cõtulerit laudatiss. salutis beneficia facilē oēs intelligūt: nā ab ipsa puerili ætate tāta discēdi flagrabat cupiditate, ut nõnullū disciplinæ genus sibi incognitū pati uoluerit unquā. Fuit itaque diuus pater hic natione Apher, ex honestis Christianísque parentib. in urbe Thagathensi 5586 398

gathensi natus, eorum quoque accuratissima cura & diligentia enutritus, impensius etiam sæcularibus literis apprime eruditus, omnibus uidelicet disciplinis imbutus, quas liberales uocant illas equidem cum esset acris ingenii adolescens per semetipsum (nullo tradēte do ctore) didicit & intellexit, ita ut ad singula quæ in mundo sunt natum diceres. His itaque uirtutibus fultus Augusti. adhuc quasi adolescens, ex Carthagine matre Monica nesciente Romam uenit, postmodum Mediolanum ut rhetoricam doceret, uocatus concessit, ad quem locum Monica eius mater sanctissima statim subsecuta est, ubi & paulopost cū preci bus suis, suffragante maxime D. Ambro. doctrina ad ueræ religionis iter conuertit, quod ipsemet confessionum li. his uerbis contestatus est dicens, uocasti & clamasti, & rupisti do mine surditatem meam, choruscasti & splenduisti, ac fugasti cæcitatem meam. Fragrasti & duxisti spiritū et anhelo tibi, Gustaui, & esurio, & sitio te. Tetigisti me & exarsi in pacem tuam. Eò itaque loci beatissimus Aug. conuersus & cathecuminus factus diuino spiritu illustratus, iam tractatus de Christiana religione componere orsus est, uidelicet: De achademicis, de ordine, Deq; uita beata, ac soliloquiorum ædidit libros. A diuo deinde Ambro. unà cum filio suo, nomine Adeodato baptizatus. Te deum laudamus hymnum cecinit, & cum ipso Ambro. in finem usque cōpleuit, quo quidem baptizato, haud multo religionis habitum ab ipso Ambro. (ut idem Ambro. testatur) suscipiens ad diuum Simplicianū tunc abbatem statim concessit ut de optimo uiuendi modo æstus suæ mentis cum eo conferret, ubi biennii tempus permanens orationibus & ieiuniis semper uacauit. Nec satiari quidem poterat dulcedine quadam inenarrabili, considerans altitudinem consilii diuini super salutem generis humani. Vnde (ut Possidonius ait) uehementer affectus in hymnis & canticis suaue sonantis ecclesiæ uocibus indesinenter flebat, quibus permotus statim de musica libros composuit. Inde uero matris instinctu ut patriam repeteret multis consociatus fratribus discessit, & Romam uenit. Et per Hetruriam transiens sanctos eremitas diuersis in locis montis Pisani uitam agentes inuisit & salutauit, cum quibus, referente etiam Francisco Petrarcha uiro religioso atq; doctissimo lib. scilicet. 2. de uita solitaria dies aliquot in eodem habitu & uitæ proposito egit, quos sua suaui oratione & sciētia incredibiliter refecit eorum uitam & uiuendi modū, sicut in quodā eius sermone patet, maxime probans. Inde etiam profectus centum Cellas non procul ab urbe Roma adiit, & eadem ratione Christo deditos inuisit, quos etiam se laudatos in proposito salutis adipiscendæ sua oratione confirmauit. Cúmque demum Romam concessisset cum Manichæis ibidem diu conflixit, ac duos libros contra eos scripsit, quorum unum de ecclesiæ catholicæ moribus, altermu uero de ipsorum Manichæorum moribus, intitulauit. Ibidem etiā consistens libros de quātitate animæ, & de libero arbitrio cōposuit, e Roma postea profectus unà cum matre sua & multis fratribus cōsociatus ad ostia Tiberyna peruenit, ubi nauigationi se instaurantes Monica ex filii cōuersione & religiositate gaudio repleta, cū his uerbis alloqui tur, (quid inquit) fili hic faciā? cúrque hic sim nescio? Iam consumpta spe huius sæculi, unum erat, propter quod in hac uita immorari diutius cupiebam, ut Christianum tantum uiderem priusquam morerer. Sed cumulatius hoc mihi deus præstitit, ut non modo te Christianū catholicū, sed & contēpta felicitate terrena uideā seruum eius, quibus dictis factum est ut intra quinq; dies illa decūberet febribus, nonóq; suæ ægritudinis die, anima illa religiosa, & pia, corpore soluta sit, peractis uero ex more maternis exequiis. Aug. cū fratribus suis Carthaginē adnauigauit. Laréſq; paternos repetens, confestim patrimoniū satis amplum uēdidit, & pauperibus erogauit, ibiq; haud lōge in nemore monasterio extructo, cū dei seruis uiuere cœpit secundū morē & regulā sub sanctis aposto. cōstitutā, ob cuius uiuendi formā in honore & præcio habitus est, ut multi ac multi sæculo renūciātes, sese sanctissimi uiri magisterio ultro subderētur, cū quibus etiā per triēniū ieiuniis & orationibus uacās lib. ædere nō detulit, ac exēplo, prædicationibúsq; (quibus multū ualebat) indoctos & ignaros docere curauit, factus deinde presbyter nōnullos ex fratribus suis sacris ordinibus initiari fecit, & tunc apostolicā regulā conscriptā eis obseruandā contulit. Denique in Ipponēsi ecclesia, licet inuitus episco. promotus. 2. annos superuixit, cuius cū tēpora obsa çerdotū, clericorūq; ac Manichæo. petulātiā inquieta ac difficillima uiderētur, monasteriū aliud

Augu. libros ædere incipit.

Te deū lauda mus compo nitur.

Verba sanctæ Monicæ matris diui Augu.

aliud canonicorum intra episcopum sibi constituit,& cum eis de cætero etiam secundum regulam antea eremitis in solitudine collocata uixit,ad quem etiam tum multi ob sanctitatem,& doctrinam transferentes,eius discipuli efficiebantur. Verum cũ multa sint eloquentissimorum sanctissimorúmque uirorum testimonia qui hunc celeberrimum patrem miris extollunt laudibus,finiendo dicere ausim omnia in Augustinum fuisse perfecta,quæ ad uiri integritatem pertinebant cui & permultum humanum genus debet, quòd disciplinas omnes,tum humanas,tum diuinas in unum quasi redegerit corpus,ita ut qui saluus fieri cupit,hunc solum legendo imitandóque salutem consequatur. Tot autem libros in omni doctrinæ genere scriptitauit, ut ne numerari quidem, nédum legi queant. Non enim solum hos tantummodo scripsit,quorum titulos indies in hominum manus uersari uidemus sed longè plura, quæ deperdita sunt, in quibus certè præ cæteris ecclesiæ doctoribus uidetur se paruulos instruere,mediocres alere,& robustos in diuinis exercere,ac perficere uoluisse,necnon & omnis generis & ætatis fidelium curam suscepisse uidetur. Equidẽ hunc ipsum fontem illum è paradisi medio egressum fuisse dicere ausim, ex quo omnis religiosorum mendicantium ordo tanquam flumina prorupere,à quibus omnis Christianus orbis irrigatur,fœcundatur atque illustratur.

Monica diui Augustini mater. Monica itaque diui patris Augustini mater ,hoc anno in ostiis Tyberinis nonis Maii anno ætatis suæ.56.migrauit ad dominum,cuius admirandam uitam & uirtutibus plenam Paulus noster Bergomensis eisdem sanctissimæ matris deuotissimus nostríque eremitarum ordinis præcipuus pater è libris diui Aug.excerptam pulcherrimè descripsit,Vbi ostendit quàm pia mater ipsa fuerit,quàm casta,quàm sobria,quàm sapiens,quàm mitis,quàm benigna,quàm modesta,quàm patiens,quàm constans,quàm prudens, quàm humilis,quàm in orando,meditando,contemplandóque extiterit deuota:necnon & quantum in uigiliis,ieiuniis,& eleemosinis elargiẽdis assidua,ac etiam in animabus deo recõciliandis mira ardentique charitate flagrauerit. Eius itaque sanctum corpus ibidem à filio conditum usque ad Martini quinti pontificis tempora per mille & uiginti annos perstitit. Verum eo præsulante circa annum domini,142 tertio idus Aprilis. Inde Romam cum ingenti pompa translatum ,curæ fratrum nostrorum eremitarum tanquam ueris matris hæredibus commendatum est.Cui & Mapheus Vegius Laudensis poëta sui tẽporis laudatissimus,& tunc Martini ipsius papæ datarius, ob eius singularem quam in filium Augustinum , matrémque Monacham gerebat deuotionem. Mausolum mira arte elaboratum multa impẽsa extrue re fecit.

Ordo diui Augustini. Ordo eremitarum Aurelii ipsius patris Augustini hoc anno ab ipso fundatore præceptoréque ab duce Augustino apud Thagathẽsem & Hipponẽsem Aphricæ urbes initium sumpsit, Nam ut dictum est,cum diuus pater Augustinus matrem apud ostia Tyberina sepulturæ mandasset,statim multis consociatus fratribus Aphricam adnauigauit, & patrimonio pauperibus erogato in nemore haud procul ab Hipponensi urbe monasterium primum construxit,& ibidem cum dei seruis eremiticè uiuere cœpit, secundum regulam à sanctis apostolis constitutam,quod quidem uiuendi genus(Possidoneo referente) Augustinus etiam prius fecerat antequam de transmarinis partibus remearet.Cúmque ibi triennio constitisset regulam secundum apostolicam formam primitus ædidit,eisque ac successoribus omnibus obseruandam tradidit.O quàm sanctissimam uiuendi formam, multi non modo sæculares,sed & eremitæ , aliíque innumerabiles uiri se sanctissimi uiri magisterio professioníque obtulere, quo factum est,ut præ multitudine religiosorum multa & penè innumerabilia in Aphrica sub eodem duce & eremitico titulo sint extructa monasteria, quæ quidem primo ipsius Augustini mortem(sæuiente Vandalica persecutione)multis in locis deleta fuere,nam tanta eorum fuit rabies,ut multæ urbes,euersáque templa, & Christi nomen penè in omni Aphricano orbe extinctum sit,horum itaque fratrũ,quidam Italiam repetentes,in Hetruria potissimum aliísque locis, eremitanum ordinem pro uiribus conseruare & instaurare annixi sunt,sed cum postmodum Gothorũ, ac Longobardorum aliorúmq; scismatũ perfidia inualescente,dei ecclesia maximũ accepisset incõmodũ,eremitarum similiter & monachorũ ordines fermè cõsumpti sunt. Hoc nãque modo Hic ordo perturbatus

5597 398

perturbatus sæpe collapsu sæpéque à multis(ut fit)instauratu & reformatu, ab ipsis etiam locis instauratis aut reformatis, uaria postmodum sortitus est nomina, prout etiam nostra ætate apud monachos sancti Benedicti & Minores gestum esse uidemus. Nã in diui Francisci ordines alios Bernardinos, alios Amedeos, alios uero Minores non in unà prouincia tantum, uerumetiam in unà eadémque ciuitate appellare consueuimus, cum tamen omnes à Seraphico Francisco originem habere probentur. Sic & de congregatione sanctæ Iustinæ Patauinæ dicendum est, quæ à primo loco Pataui sub titulo sanctæ Iustinæ extructo, & in ordinis sancti Benedicti institutis reformato, id præcipuum nomẽ sortiri meruit, cuius quidem congregationis monachi ut uerissimi religionis & regulæ sancti Benedicti obseruantissimi esse censentur, hoc quippe in nostro ordiue certissimum esse uidemus. Cum enim multis in locis hic eremitarum diui patris Augustini ordo labefactus uideretur. In Gallis primũ sanctus Gulielmus qui fuit Aquitaniæ dux surrexit, & suũ ordinem, suámq; religionem uerbo & exemplo plurimum iuuit, ipse enim huius ordinis professor existens Cisterciensi in Galliis exemplo permotus, cum ordinem suum tum in moribus, tum in locis uastatum adeò uideret, ut nulla quasi in eo regularis facies uidetetur. Collabẽtes namque ordinis ecclesias, collapsa monasteria, & muros refractos, ac nemorosos ubique ortulos aspiciebat. Quorum quidem calamitate permotus Gulielmus ad componendos religiosorum suorum mores, & ad instauranda extruendáque noua monasteria ita animum adiecit, ut breui cõualescens, ordo ipse in Galliis meliorem faciem præ se tulerit. Ipse siquidem primus relicto eremo apud Parisium, monasteriũ ordinis extruxit, & mendicitatem Anastasio quarto pontifice approbante exercere cœpit, idque multis in urbibus agere curauit. Quamobrem religio ipsa eum non modo patrem, sed etiam religionis conditorem appellauit, & de cætero ad perpetuam sui memoriam ordinis fratris non eremitas sancti Augustini, sed Gulielmitas uulgo in Galliis appellare consueuit. Eiúsque exemplo cõfestim in Vmbria & Flamminea Italiæ prouinciis Iohannes bonus Mãtuanus, incredibili feruore eodem modo surrexit, qui magis exemplo quàm uerbo, & ipse collapsum ordinẽ instaurauit. Vnde factum est, ut & multi uiri sanctitate permoti, se suáque ordini tradentes, religionis habitum ab eo susceperunt, & multa cõstructa sunt monasteria, inter quos & Seraphicũ Franciscum minorum fundatorem fuisse constat, eam item ob rem & in Flamminea & Vmbria eius ordinis religiosi non heremitæ sancti Augu. sed Zamboniti dicti fuerunt. Sic & in Hethruria, ac aliis plurimis in locis ita gestum est, cũ alii à loco de Fabali, alii à loco de Beritiis sic reformati, cognominari uoluerint, quorũ quilibet proprium caput differentes constitutiones suas, eadem tamen regula, sicut in prædictis ordinibus gestum esse uidemus, usq; Innocentium quartum habuere. Quo in tẽpore Alexander quartus Innocentio suffectus, uisione quadam primogenitus, qua quidem beatissimum Petrum Augustinũ capite grandi, & exilis membris uidit, eúmque monuit, ut ordinem suum iam per Gallicanas ciuitates effusum, ut & ipse incrementum more prædicatorum & minorum sortiretur, in ciuitates reduceret, qui statim euigilans ordinauit, ut prædicti fratres omissis prædictis titulis & nominibus, sub uno capite regerentur, & uno scilicet eremitarũ diui Augusti. nomine censerentur, atque eos relictis nemoribus ciuitates incolere coëgit, necnon & omnia indulta, atque priuilegia diuersis prouinciis, ac locis per summos pontifices collata, eis censuit esse communia. Quantum deinde, & locis, & uiris, sanctitate, & scientia præstantissimis floruerit hic ordo, in inferioribus dicemus.

5599 | 400 Canonicorum autem ordo, scilicet regulariũ diui Augustini, hoc anno ipso patre Augustino iam episcopo ordinato apud Ipponensem Aphricæ urbem ab ipso patre initium sumpsit. Nam ut sermone de communi uita clericorum ab ipso ædito ad uerbum habetur. Augustinus idem cum molestia episcopus presbyter factus, quia cum fratribus eremitis, sicut antea habitare non poterat, clericos intra episcopi domum etiam habere curauit, & cum pariter secũdũ apostolicã formã quoad uixit, degere uoluit. Quibus omnibus placuit unum in deo sentire, & omnia cõmuniter possidere. Verum quis horũ canonicorũ fuerit habitus, à nullo autẽtico scripto, aut approbata cõsuetudine inuenire potuimus, cũ diuersis in locis diuersi habitus reperiantur canonici, quia alii albo uestiuntur habitu cum hasta superiori

Canonicorum regularium ordo

superiori linea, alii tunica nigra cum hasta desuper linea & alba, ut plærique cathedralium canonicorum in Galliis constituti, alii uero habitu tãtummodo albo, & chlamide alba, alii cum tunica nigra & camisia linea sine scapulari, sed cum capucio sæcularium more sacerdotum, alii etiam cum laneo scapulari albo & hasta supra lineam camisiam, ut hi qui sancti Saluatoris in Senensi agro prius à quodã fratre nostro eremita instituti, alii quoq; cum linea chamisia, clamidéque desuper nigra, sed bireto albo, ut hi qui Venetiis sancti spiritus locum inhabitant, ab alio similiter eremitarum fratre constituti. Reperiũtur & alii canonici qui Lateranẽses nuncupantur, in agro Lucensi loco, qui dicitur Frixonaria à quodam Brixiano fratre ordinis sancti Dominici prius constituti, & hos prædicatorũ fratrum more id in omnibus præfatus institutor esse uoluit, camisia linea episcoporum more excerpta & bireto nigro, Qui & uulgari sermone fratres de la camisa appellantur, alii insuper canonici reperiuntur diuersis habitibus distincti, qui omnes singularibus priuilegiis in canonicos computantur. Et horum quidem à beato Marco euangelista, quidam a beato patre Augustino, quidámq; in Gallia atq; Italia à beato Ruffo, & alii complurimi fueruntá superioribus distincti, ab aliis etiam instituti, de quibus infrà locis suis dicetur.

Viri doctrinis excellentes.

Claudianus poëta. Claudianus poëta natione Aegyptius, his temporibus apud Florẽtiam Ethruriæ urbem in precio existens duos libros, Claudianum scilicet maiorem & minorem ædidit, in quibus certé multæ extant sententiæ celebres, ac notabilia prouerbia, librum quoque de Theodosii laudibus uersibus exaratum confecisse ferunt.

Prudentius. Prudentium etiam poëtam Christianum, uirum utique sæcularium literarum scientissimum per hos dies claruisse, & in precio fuisse tradunt, qui & nonnulla in diuinis laude dignissima composuit, quorũ de numero extat liber de Martyribus, liber Hymnorum, de Origine peccatorum lib. I. De compugnantia lib. I. Sed & in exameron & in toto nouo & in ueteri testamento pulchré commentatus est, duos insuper de Trinitate scripsit libros, atque aduersus Symachum idola defendentem librum composuit, & quædam alia.

Heraclides. Heraclides monachus, uir quidem sanctus, & ipse per hoc idem tempus existens, inter cætera Vitas sanctorum patrum composuit.

Apolinaris episco. Apolinaris Laodiceæ Syriæ urbis episcopus, per hæc ipsa tẽpora in precio existens, cum esset in disputando uehementissimus, aduersus Porphyrium philosophum triginta ædidit libros, adeo ipsum acutum fuisse tradunt, ut diceret corpus non animam à domino in dispensatione susceptum, qui cum rationibus urgeretur, dixit eum quidem animam habuisse,

Apollinaristæ hæretici. non tamen ex ea parte, qua rationalis est. Sed ex ea solum, quam corpus uiuum reddit. Ad supplementum uero rationalis partis ipsum uerbum dei fuisse perhibebat. Et hinc Apolinaristæ hæretici originem & denominationem habuere. Hic cum superiori tempore grammaticæ multã dedisset operam, episcopus factus in sacris scripturis multa ædiderit opera.

Patianus Barchinonensis episcopus, uir sanctitate atque eloquentia insignis, his temporibus de fide sentiens contra Nouatianos nonnulla ædidit opuscula, eósque quibus potuit, uiribus impugnat.

Escicius Gregorii Nazanzeni discipulus, his temporibus diem obiit, hic ab adolescentia cum eodem apud Cæsaream enutritus, ac eruditus fuit, à quo cum eruditissimus euasisset uir, postea bibliothecam Origenis & Pamphilii corruptam membranis multo labore correxit, multáque memoratu digna composuit.

Bricius Mertulensis episcopus, hoc ipso tempore, posteaquam apud eãdem urbem pro Christo multa pertulisset damna, & ab angelo atque beato Petro apostolo cõfortatus, magnam populorum multitudinem deo lucrifecit, quibus strenué gestis, septimo idus Iulii in pace sancta quieuit.

Heresiarchi. Heluidium heresiarcham Auxentii Arriani discipulum, uirum utique callidum atque 5605 406
doctissimum tẽpestate hac insaniendo suã hæresim dogmatizasse ferunt, affirmabat enim beatissimam uirginem Mariam post Christum, & alios de uiro suo Ioseph suscepisse filios, quem quidem beatus Hieronymus in suis scriptis impugnare non destitit. Et ideo contra eum librum de perpetua ipsius uirginis Mariæ uirginitate ipse composuit,

qui sic incipit: Nuper rogatus à fratribus.

5606 407 
Rchadius Theodosii magni filius nonus Constantinopolitanus imperator, olympiade.393. post patrem imperium suscipiens, imperauit cum Honorio fratre suo annis.13. hi nãque cum miræ indolis & ingenii adolescẽtes essent, etiam Christianissimi habebãtur, qui dũ imperii gubernacula suscepissent, paribus auspiciis illud tantum administrationibus rexere diuinis, & Archadius quidẽ Orientem, Honorius uero Occidentem gubernabat. Verum quia pater eorum Theodosius, ipsis adhuc adolescentulis, tres duces tutores reliquerat, uidelicet Ruffinũ qui Orientem, Stilconem qui Occidẽtem, & Gildonem qui Aphricam regerent, mortuo patre, quilibet eorum imperandi cupiditatem permotus, regnum quisq; inuadere conatus est suum. At Gildoni res nouas in Aphrica molienti, frater eius Mescelger uiriliter obstitit, eúmque è regno fugauit, qui ita haud multo post animi dolore mortuus est. Verum Mescelger ea uictoria elatus, cum nullis omnino parceret, & ipse statim à propriis militibus occisus est. Ruffinus uero, dum Orientale imperium inuadere conaretur, ab Archadio licet adolescente opprimitur, Stilco etiam qui Ro. copiarum uirtute Rhadagasum Gotthum uirum audacissimum cũ innumerabilibus Gotthis in Fesulanis montibus apud Ethruriã superauit. Alaricúmq; eorum regem apud Rauennam multis cladibus affecit, cum in Galliam ab eisdem Gotthis superatus fuisset, & ab Honorio imperatore auxilinm postularet, indignatus imperator, statim duces misit, qui eum interficerent.

Archadius imperator

5608 409 
Nastasius papa, natione Ro. patre Maximo, post Syricũ põtificem sedit annis trib. & diebus.10. Homo siquidem opti. qui põtificatu initio rei diuinæ curam gerens, Gratiano teste constituit, ne debiles uel manci, néue mẽbro aliquo mutilati in clericorum numerũ reciperẽtur, ut habe. in cano.55. di. c. Qui partem digiti. Vetuit item ne peregrini, & maximè transmarini in clerum reciperentur Ro. nisi quinque episcoporum cyrographũ signatũ exhiberent.37. di. c. Fxtraneo: & hoc quidem fecisse dicitur, ne Manichei qui in Aphrica existimatione magna habebãtur ad fidem corrumpendam, de suis cum fraudibus eodẽ modo mitterent. Mandauit rursus ut cum sacrum Euangelium in ecclesia dei legeretur, aut caneretur, non sedendo, sed stando cum reuerentia ab omnibus Christicolis audiretur, de conse, di.1. c. Apostolica auctoritas. Bis deniq; in Decemb. mense ordinationibus celebratis, ubi presbyteros octo, dyaconos quinque, & episcopos per diuersa loca decem creauit, moritur & in cœmeterio ad Vrsum Paleatũ quinto calendas Maii sepelitur, & tunc cessauit sedes dies.21.

Anastasius papa.41. Euangelium stãdo audiatur.

5609 419 Martinus monachus, & Turonensis episcopus, uir sanctitate & pietate clarissimus, hoc anno qui est primus Anastasii pon. annus apud eandem urbem.3. idus Nouemb. ætatis suæ uero.81. migrauit ad dominum, cuius quidem uita tãtis extitit gloriosa miraculis, nt trium mortuorum more Domini nostri Iesu Christi meruerit esse suscitator magnificus, cuius quidem exequiis cum diuus Ambro. doctor miraculosè interfuisset, & eius sanctitatẽ atq; uirtutem didicisset, cõfestim de eo talia protulit uerba, dicens: Beatus Martinus prophani erroris tẽpla destruxit, uexilla pietatis ipse erexit, mortuos suscitauit, ab obsessis corporis dæmonia sæua exclusit, ac uariis laborãtes languoribus, salutis remedio subleuauit, quia, inquit, ita perfectus est, ut Christũ texisset in paupere, & uestẽ quã egenus acceperat mundum, dominũ induisset, O fœlix largitas qua diuinitas operitur, O chlamidis gloriosa diuisio, quæ militẽ texit & regẽ, O inestimabile donum, quod uere meruit diuinitatem. Dignè huic domine confessionis tuæ præmia contulisti, dignè Arrianorũ subiacuit feritas, dignè amore martyrii persecutoris tormenta non timuit. Quid erit pro oblatione integri corporis recepturus, qui pro quantitate uestis exiguæ, uestire deum meruit & uidere. Sic sperantibus contulit medicinam, ut alios supplicationibus, alios uisu seruaret, hæc Ambrosius de beato Martino ad uerbum. Eius itaque festum tertio idus Nouembris celebratur.

Sãctus Martinus Turonensis archiepi.

Paula matrona Romana mulier sanè sanctitate admirabilis, & diui Hiero. in Christo filia atque discipula, hoc anno quo & sanctus Martinus ætatis suæ.56. sexto calend. Februarii apud Bethleem Iudææ ciuitatem, longo coronato martyrio, quieuit in pace. Cuius quidem dignitatem, monasticámque conuersationẽ, desertionem patriæ, & ad Hierosolymam

Paula matrona Ro.

profectionem diuus ipse Hiero. libellum quendam magnis effert laudibus,ubi etiã omnem eius peregrinationem per loca sancta,humilitatémque,continentiam,clementiam,profusam in pauperes beneficentiam,iucredibilem patientiam,institutionem,ordinem monasterii,hospitalitatem,atque fidem,& aduersus hæreticos constãtiam,& ad extremum eius felicem exitum,& in exequiis sanctorum concursum narrat atque frequentiam. Eo etiam in libro ipsius filium Eustochium & hæredem uirtutis consolatur. Dicitque eandem Paulam ab Agamennone rege prædicto qui Troiam deleuit,traxisse originem,quæ tradita fuit uiro clarissimo ex nobilissima Iuliorum familia procreato,in cuius quidẽ tumulo idem sanctus Hieronymus tale inscripsit carmen.

Respicis angustum præcisa rupe sepulchrum
Hospitium Paulæ cælestia regna tenentis
Fratres,cognatos,Romam,patriáque relinquens
Diuitias sobolem Bethlemitico conditur antro
Hic persæpe tuum Christe atque mystica magi
Munera portantes,hominíque deóque dedere.

Dormiuit itaq; sancta & beata hæc Paula,ut dictum est,septimo Febru.tertia sabbati post solis occasum,& sepulta fuit.5.calen.earundem,uixit in sancto proposito Romæ, annos quinque,Bethleem autem,annos uiginti.

Donatus episcopus. Donatus Epiri episcopus,uir sanctitate & scientia præcipuus,per hoc tempus in precio existens etiam draconẽ immensæ magnitudinis in eius ore spuẽdo occidit, quem adeò magnum fuisse ferunt,ut octo boum iuga,uix ad incendii loca eum perducere potuerunt.

Pelagius hæresiarcha à quo Pelagiani. Pelagius quidam monachus & hæresiarcha pessimus,è Roma in Angliam proficiscens, insulam illam omnem execrabili infecit errore:prædicabat enim hominem sine gratia dei, saluari posse,& unumquenq; suis meritis, propriáque uirtute,ad iustitiam regi. Infantésq; præterea sine originali peccato nasci dicebat,non ideo baptizari oportere,ut à peccato liberentur,sicut habetur in canone.24.q.3.c.Pelagiani.Contra quem diuus pater Augusti. cum cæteris presbyteris se uiriliter infundens,librum de baptismo paruulorum primo, & postea alium librum conscripsit,ut etiam habetur in canone,de consecra.di.4. Sed & sanctus Hiero.contra eum dialogũ rectæ fidei tribus libris perscripsit,qui sic incipit:Dic mihi Critobole.Is autem Pelagius antequã proderetur hæreticus,tres libros de Trinitate fidei composuit.Et postquam hæreticus publicatus fuit,etiam hæresi suæ fauentia conscripsit.

S. Alexius. Alexius Romanus Patricius cõfessor dignissimus,atque sanctissimus, hoc ipso anno.6. calen. Augusti.Ro.in domo patris sui nomine Ephemiani Senatoris incognitus,lõga exercitatus patientia,migrauit ad dominum,cuius exequiis miraculis plenis,interfuere Archadius,& Honorius imperatores,Hic pro domino sponsam elegantissimam deseruit, ut etiam Gratianus in Canone.27.q.2.Para. Ecce quod coniugati testatus est. Eius autem natale eo die,quo obiit celebratur.

Innocẽtius papa.42. INnocentius huius nominis primus papa,natione Albanus,patre Innocentio, post Anastasium pontificem,sedit annis.15.mensi.2. & diebus. 20. hic sanctus fuit,& multa ad religionem Christianam pertinentia,Gratiano etiam testante, constituit,uidelicet ut nullus publicè pœnitens in clericum reciperetur, sicut habetur in canone,quinquagesima distinctione,capitulo.Canones. Voluit item ut ecclesia semel consecrata amplius non cõsacraretur.68.distin.cap. Ecclesiis semel.Cẽsuit item, ut clericus qui sine episcopi consensu ordinaretur,ordinatio fieret irrita 78.distin.capitulo,Si quis ausus.Declarauítque præterea quòd episcopi qui prebendas uel prioratum, uel decanatum,aut honorem, uel dignitates,seu aliquod sacramentum,ut puta oleũ sanctum, chrisma,consecrationes altarium uenderent,pro symoniacis punirentur, ut.1.q.3. cap. Si quis prebendas. Voluit quoque ut prima sedes alicui alteri iudicio non subderetur.9.q.2. cap. Pax igitur. Constituit insuper sabbato ieiunium celebraretur, eo quòd tali die Christus iacuisset in sepulchro,& eius discipuli ieiunassent, de conse.di.3. cap. Sabbato uero. Damnauit etiam Pelagium prædictum & Cælestinũ monachos hæreticos,cũ omni eorum execrabili doctrina,sicut patet.24.q.1.cap. De hac materia:de Iudæis quoque & Paganis, déque 5610 411

déque monachis regulas quasdam tulit, ut habetur.26.q.2.c. Nunquid. Cathaphrigas autem hæreticos quorum, ut diximus, auctores fuere, Montanus Prisca, & Maximilla ab urbe expulit. Archadium etiam imperatorem excommunicauit, eo quod expulsioni Ioānis Chrisostomi consensisset, cuius eiectionem Eudoxia imperatrix prouocauerat, quod cōtra mulieres prædicasset, quia circà ipsius Eudoxiæ imaginem ludebant, huius etiam tempore grande & inauditum miraculum in Vercellensi Cisal. galliæ urbe contigit de quadam muliere coniugata falsò accusata, quæ eo qui dicebatur adultero confitente tormentis supera re non potuit, & capite uix.7. ictu truncato diuinitus uitæ reddita, imperiali tādem rescripto, libertati reddita est. Quamobrem diuus Hieronymus hic pontifici sancto ad continentiæ & innocentiæ coniugalis exemplum hæc scribere uoluit. Hic etiam ponti. dignissimus basilicam Geruasii & Prothasii in urbe dedicauit. Et cum ordinationes quater in Decembri mense habuisset, ubi presbyteros.30. diaconos.12. & episcopos per diuersa loca numero.54. creasset, moritur, & in cœmeterio ad ursum paleatum.5. calen. August. sepelitur. Et tunc sedes uacauit dies.22.

Viri disciplinis excellentes.

Ioannes cognomēto Chrisostomus, Constantinopolitanus episcopus, hoc anno postea quàm Christianæ religioni uerbo & exemplo, atque doctrina plurimum profuisset.6. calē. Februa. in pace quieuit. Hic propter ueritatem & iustitiam defendendam ab Eudoxia & Archadio eius filio multas pertulit iniurias, sed inter hæc etiam præter sanctitatem maximam pro ingenii sui magnitudine hos infrascriptos ædidit libros. Ioan. Chrisosto.

Super Matth. duo uolumina, Iicipiuut: Oportuerat. Super Ioan. Omelias.88. prologus incipit, Omnibus in Christo. De dignitate sacerdotali, per modum dialogi, lib.6. Multi fuerunt. De eo, quòd nemo læditur nisi à seipso, lib. unum, Scipio quòd cras. De reparatione lapsi, ut multi opinātur, Quis dabit. De laudibus Pauli, Omelias.6. Nihil proculdubio. Item super Machabæis. De militia spirituali. De compunctione. Sermones quoque de Sanctis, & epistolas multas ad diuersos.

Cassianus item monachus Constantinopolitanus, seu ut Helymando placet, Scita, prius Ioannis chrysostomi magnus dyaconus, per hæc quoque tēpora floruit, & multa ac multa ædidit, hunc nanque Massiliam presbyterum ex Constantinopoli mittens duo ibidē monasteria condidit, ubi multos utriusque sexus cōgregans monachos, hæc quæ subiecta sunt pro maiori parte conscripsit opuscula. De canonica oratione & Psalmorum mō. lib.4. De origine & qualitate, ac remediis octo uitiorum principaliū. li.8. Collationes patrum Aegypti cum eis quandoque habitās digessit. De distinctione monachi ac fine. De discretione. De tribus ad seruiendum deo uocationibus. De pugna carnis aduersus Christū & est contra. De natura omnium uitiorum. De nece sanctorū. De mobilitate animæ. De octo principatibus. De oratione. De integritate orationis. De perfectis. De castitate. De protectione dei. De scientia spirituali. De diuinis carismatibus. De amicitia. De finiendo uel nō finiendo. De tribus antiquis monachorum generibus & quarto nunc exorto. De fine zenobitæ & eremitæ. De satisfactione pœnitentiæ. De remissione quinquagesimæ. De nocturnis illusionibus. De eo quod Apostolus dixit. Nō enim quod uolo bonum hoc facio. De mortificatione aduersus Nestorem, & de incarnatione domini lib.7. Cassianus,

Symphonium autem beati Hierony. auditorem, atque discipulum, uirum apprimè eruditissimum his temporibus fuisse & floruisse constat. Hic adhuc puer, ut diuus refert Hiero. Bethleem laudes composuit. Postea de submersione idoli Serapis, & ad Eustochiū uirginem. De uirginitate quosdam libros ædidit, necnon & Hilarionis monachi uitam, atque alia beati Hierony. magistri sui opuscula de Latino in Græcum transtulit. Symphonius.

Atticus Constantinopolitanus post Ioānem Chrisostomum episcopus uir doctissimus tempestate hac floruit, & de fide, déque uirginitate peregregium opus ad reginas Archadii imperatoris filias conscripsit: in quo quidem perueniens Nestorianum dogma impugnauit. Atticus episcopus

Iulianus Campanus episcopus uir ingenio acer, & in diuinis scripturis sufficienter doctus, ac Græca Latináq; lingua eruditus tempestate, istac ad patrem nostrum Augu. illius Iulianus cāpanus.

Pelaginæ hæresis maximum impugnatorem lib.4.in defensionem illius erroris & hæresis, atque alios octo cōscripsit libros.Hic antequam huiusmodi impietati se aperiret inter ecclesiæ doctores clarus & insignis habebatur.

Ruffinus Aquileiensis. Ruffinum Aquileiensem presbyterum uirum utique clarissimū, atque eruditissimum, hisdem etiam temporibus floruisse constat,eo quòd diuus Hiero. nōnullas dederit epistolas,in quibus eum tanquam amicum dulcibus alloquitur uerbis,atque ad charitatis perseuerantiam exhortatur,sed paulopost amicitiæ perseuerantia inter eos destitit. Hic itaq; cum eruditus esset,& si opus aliquod nō æzideriт,tamen in trāsferendo de Græco in Latinum multū laborauit, & quāmaxime multā partem Græco.Codicū Latinis exhibuit, uidelicet lib.Iosephi Iudæi.libros Basilii episcopi,& Gregorii Nazanzeni.Clemētis Ro.Euse. Cæsariensis.Sixti presbyteri.Euagrii sententias,Pamphyli martyris aduersum Mathematicos, atque Origenis aliquos transtulit.Sed & in Symbolum nonnulla disseruit.Scripsitq; præterea benedictionē Iacob super duodecim patriarchas triplici sensu,scilicet historico, morali,& mystico.Scripsit etiam epistolas ad dei timorem hortatorias,& obtrectatori opusculorum suorum duobus uoluminibus respondit.

Honorius imperat. Onorius Archadii prædicti frater.10.Constantinopolita.impera.eius fratre Archadio defuncto,secūdo an.26.olympiadis imperiū iterum suscipiēs,cum Theodosio fratris filio imperauit annis.15.uir certe moribus & religione patri Theodosio consimilis,qui principatu suscepto,confestim Constantinum quendā tyrannum aqud Arelatum captum interfecit.Constantinum autem prædicti Constātini tyranni filium,Gerūtius comes in bello apud Vienam occidit,& statim eius loco Maximum quendam constituit.Quo substituto milites sui non multo post Geruntium ipsum interfecerūt:post quem & Ionius nobilis Gallicus,cum in Gallia quadam temeritate rempu. inuasisset,ipse & Sebastianus eius frater,interfecti sunt: Ataulphus autē Vesegotthorū rex, cum pacē ab Honorio postulasset,nec impetrare potuisset,Hispaniam & Aphricam traiiciens eas cum quodam Attalo imperatoris nomine inuadere tentauit.Sed Attalus ab Heracliano Aphricæ præfecto maritimo bello superatus & captus, ad Constantium comitem Honorii cognatum,Arelatum uinctus mittitur.Deinde ad Honorium Ro.missus ante currum suum in triumpho ludibrio fuit.Heraclianus autem hāc ob rem elatus & ipse in perfidiam prolapsus est. Qui adepto consulatu statim cum tribus milibus & septingentis nauibus ex Aphrica Romam uenit.Sed Constātini comitis prædicti occursu ita attritus est, ut solus raptim rediret Carthaginem , ubi è uestigio militari tumultu peremptus est. Tūc quoq; præcipiente Honorio,& fauente Constantino sopitis apud Aphricam rebus,expulsisque hæreticis,ecclesiis pax reddita est.Denique Honorius pacatam rempu.relinquēs anno.15.imperii sui,Ro.defunctus est,nulla post se scholæ relicta.Sepultúsq; est iuxta Petri basilicam in Mausoleo pulcherrimo.Duas quippe Stilconis filias,uidelicet unam post alteram duxerat uxores, quæ subita morte præuētæ ex hac luce uirgines migrauere. Quam obrem imperium eius Ioannes occupare annixus est. 5610 411

Romanæ urbis captiuitas.

Alaricus. Alaricus.4.Gotthorum rex ex nobilissima Balthorum in Gotthis familia natus,hoc anno qui est.1164.conditionis,& quintus regni ipsius Alarici annus calendásque Aprilis post longam & grauissimam obsidionem Ro.urbem rerum omnium dominam cœpit & incendit. Nam cum Alaricus hic regnū suscepisset,Redagasum quendam in Gothis potentissimum sibi adiungens, exercitum ducentorum milium coadunauit, statimque Thraciam, Pānoniam,Noricum,Illyricum & primam Italiæ partem ut diximus,miserabili strage afflixit.Sed Redagasus ultro progrediens in Fesulanis montibus non procul à Florētia consedit,ubi à Stilcone duce obsessus rerum omnium pertulit inopiam,& cum se fugæ commisisset,ab exercitu Ro.interfectus est.Quo superato & interfecto,tanta ut Paulus Longobardorum historicus refert, captiuorum Gotthorum fuit multitudo,ut omnium greges pro singulis aureis,pecudum more uenderentur.Eam ob cladem permotus Alaricus cum innumerabili Vesegotthorum multitudine Italiam intrauit,& nō longe à Rauēna considens ibidē omnia rapinis & direptionibus inuoluit.Quo audito Stilco impigerrimus dux, 5611 412

statim

statim è Constãtinopoli cum omnibus copus mouens terrestri itinere Italiã uenit, & per Aquileiam ac Patauinum agrum delatus in Rauenatum, ubi nunc Ferraria est, quæ tunc uicus erat, consedit. Congressúque in Alaricũ facto, ipsum plurimis affecit cladibus, quem si uoluisset, etiam omnino delere potuisset, ac ita (ut aiunt) bellum protraxit trib. annis. Deinde inter Honorium & Alaricum pace confecta, imperator Galliam, quam Sueui, Alani, Burgundionésque cum Vandalis occupauerant, Alarico possidendam concessit: quam quidem possessionem Stilco qui in Italia & Gallia imperatoris uices gerebat, comprobasse usus est, imò & maiora eidem Alarico pollicitus. Sed haud multo post dum Gotthi eo in loco securi consisterent, Stilco in die paschæ Saulum quẽdam Iudæum ducem cum exercitu misit, & cum Saulo Christiani maximo essent odio, de Gotthis cruentissimam ædidit cædem, quo uiso, Alaricus raptim aciem struxit, & in Saulum ruens eius copias omnes deleuit, & ita ira succensus, omissa Gallia, aduersus Stilconem omnem suam uim conuertit. Stilco cum ab imperatore auxilium postulasset, imperator duces misit, qui eum interficerent, digna suæ fraudis sibi retributa mercede. Alaricus autem multa indignatione commotus, cum per annum uniuersam fuisset depopulatus Italiam Romam tandem obsedit, quæ fame tabefacta matres etiam filios comederunt, unde & certè prius fame periit quàm gladio. Ac sic Alaricus calen. Aprilis post obsidionis annum, urbem quæ totum cœperat orbem, nullo quasi defensam præsidio, paruo negocio compræhẽdit, diripuit, & incendit. Ferunt tamen Alaricum hac moderatione in Romanos usum, ut suis mandauerit, à cæde & à sanguine quoad fieri posset abstinere, ut quæ ad basilicas Petri & Pauli confugientes non lederent. Tradũt quoque Placidiam Theodosii senioris filiam captiuam abductam fuisse. Alaricus uero cum Gotthis suis tertia die urbe egressus, in Lucanos Brutiósque profectus est, ubi cum omnia depopulatus fuisset, tandem apud Cosentiam ciuitatem ui captam, & direptam. 6. regni sui anno moritur, & ac sic postea Roma rerum omnium domina, eiúsque regnum declinare cœpit, quod Blondus Foroliuiẽsis histo. duobus & triginta libris accuratissimè describens, deflere non destitit, è quibus & nos ueritati eius inherentes multa ad uerbum excerpsimus. Alarico namque recedente reliqua clarissima urbis loca, quæ comburi à Gotthis nequiuerãt, fulminibus, ut Paulus refert, diruta sunt, propter quod in tota urbe Christi blasphemia fuit, acclamantes hoc ideo urbi euenisse, quia sacra deorum neglexerant. Quam ob rem & diuus pater Augu. cõtrà obtrectatores Ciuitatem dei ædificauit & composuit.

Gotthorum cædes.

Roma à fulmine tacta.

Attaulphus autem & ipse Balthus post Alarici mortem ob ipsius affinitatem & generis nobilitatem Gotthorum rex omnium consensu creatus, quinto loco regnare cœpit, & 3. annis regnauit, uir siquidem magnanimus atque excelsus qui in Romanam urbem plurimum inflammatus, suscepto regio nomine, confestim cum exercitu regressus est, ut urbem omnino deleret, & nouam conderet, quam Gotthiam appellaret, sed Placidia eius uxor & Theodosii senioris filia, iam ab Alarico captiua abducta, ubi hominis mẽtem intellexit, ita eum dulcibus uerbis deliniuit, ut urbem dimiserit, & à cædibus, atq; rapinis se temperauerit, urbem quoque suis magistratibus regendam dimiserit. Et non modo hæc præstãtissima mulier maritum à tanto facinore retraxit, sed etiam inter ipsum & Honorium imperatorem fratrem, & eius nepotem & Theodosium, pacem composuit. Quod cum nunciatum fuisset, inter Gotthos, Attaulphus hic a suis militibus statim interfectus est.

Placidiæ reginæ uirtute Roma nõ euertitur.

5612 413 Concilium Carthaginense scilicet ducentorum decem & octo patrum hoc anno Innocentii papæ iussu contra Pelagium indicitur, in quo quidem sanctissimus pater & doctor Augu. affuit, uir certe omnium qui tunc aderant, doctissimus, qui fidem nostram acutissimis disputationibus egregie defensauit.

Conciliũ Carthaginense.

Viri doctrinis excellentes.

Lucianus Hierosolymitanus presbyter uir sanctitate & scientia præcipuus tempestate hac floruit, & corpora beatorum Stephani prothomartyris, & Gamalielis, diuina reuelatione reperiit, eámque reuelationem & inuentionem cum esset disertissimus uir ad omnes ecclesias insigni uolumine Græco sermone conscripsit.

Lucianus presbyter.

Paulinus Nolanus episcopus pientissimus quidẽ uir, hac Gotticha perturbatione pro

cuiusdam uiduæ filio captiuo redimẽdo se in seruum tradidit,& ut diuus pater Augu.lib. primo de Ciui.dei.c.t.& Grego.in.3.dyalo.c.1.tradunt,in Aphricã perductus est, ubi do minis suis tandem conuersus in patriam suam cum gloria regredi meruit. Ad hunc nanq; episcopum sanctus Hiero.episto. ad sacras literas exhortatoriã scripsit. Feruntautẽ hunc Paulinũ nonnulla breui sermone cõposuisse,scilicet ad Cæsum quendã episcopũ de morte consolatoriũ libellũ, Ad Seuerũ epist.multas, & ad Theodo.iuniorẽ Panagiricũ prosa cõscripsit. Item ad sororẽ de sacramẽtis liber.1. & de contẽptu mũdi epist. multas, sed &, tractatus multos diuersis de causis ædidit,& præsertim de pœnitẽtia & martyrũ laudibus.

Fastidius Anglus. Fastidius quidam Anglorum episcopus, per hæc tempora quædam sana & deo digna ædidit opuscula,ẽ quibus de uita Christi unus erat liber,& alius de uiduitate seruanda.

Simplicianus monachus,patria Mediolanensis,& post Ambrosi.etiam ipsius urbis epi scopus cum ab ipsa iuuentnte sua deo deuotissimẽ atque sanctissimẽ uixisset,his etiã temporibus tam uerbo quàm uita multo in precio hahitus est, propter quod & diuus pater Augu.post baptismum & religionis habitum susceptum ad eum statim pro fidei Christianæ eruditione suscipienda concessit,à quo optime edoctus tandem discessit, & cum sufficienter eruditus esset,ad eundem Augu.adhuc presbyterũ,& ad alios,multas epistolas ædi dit,in quibus ipsum exhortatur,ut ingenium suum in sacrarum literarum expositione agitet.Hic tam in uita quàm in morte,cum multis signis,& uirtutibus claruerit,in sanctos re latus,eius natale.14.die Augu.celebratur.

Bassianus quoque Laudensis Cisalpi. Galliæ urbis episcopus,uir omni uirtute,sanctitate atque doctrina conspicuus,hoc anno beatum cælo reddidit spiritum.

Nestoriani hæretici. Nestor hæresiarches Constantiuopolitanus episcopus,hoc tempore postquam pontifi 5614 415
catu donatus fuisset, apertum se ecclesiæ hostem ostendit, & cum ex tempore præcipuus declamator esset,prædicauit Christum hominem purum fuisse non deum, unde & librum quasi de incarnatione scribens sexagintaduobus diuinæ scripturæ testimoniis suo prauo consensu confirmauit. Scripsit etiam nonnullos alios tractatus.

Prædestinatorũ etiã hæresis per hæc tẽpora scripsit,qui omnino affirmabãt nil ad uitam prodesse quòd homines uirtuose uiuerẽt,sicut habetur in Can.24.q.3.c.Quidã.Quis aũt.

Valba sextus,imò potius septimus Gotthorum rex hoc anno Attaulpho,inuentor hu 5615 416
ius erroris fuerit non habetur,rege & Singerico eius successore interfectis, eo quòd cum Honorio imperatore contra militum uoluntatem composuerat eis subrogatus regnauit an nis.10. uir quidem prudentissimus,atq; mitissimus,qui cum uideret milites pacis impacien tes ad eorum rabiem explendam magnam eorum partem nauigio & armis instructam in Aphricam transmisit,qui omnes dei iudicio in Gaditano freto naufragantes perierũt, qua clade territus Valba pacem cum Honorio protinus percnssit,& adinuicem obsidibus datis etiã Placidiã prædecessoris sui uxorẽ reddidit, ac quoq; aduersus alios Barbaros obsequiũ cõpromisit. Paceq; firmata Honorius(ut diximus)ipsam Placidiam suam sororem Cõstantio Cæsari uxorem dedit,ex qua Valentinianum tertium suscepit. Præterea Honorius ipse imperator Tolosanam urbem cum aliquibus aliis urbibus Valbæ concessit,ubi & in posterum Gotthorũ regni sedes fuit,tũc ea regio Nasconia dicta est, id est occidẽtalis Gotthia, & hi Vesegotthæ dicti sunt,alii uero qui Orientem tenuere Ostrogotthæ appellantur.

Placidia Cõstantio in uxorem datur.

Zozimus papa.43.



Ozimus papa natione Græcus,patre Habraam post Innocentium pontificem 5618 419
sedit anno uno,mensi.8.& diebus.25.Vir quidem sanctus atq; optimus,qui licet fuerit in multa rerum perturbatione,diuinam tamen rem nũquam præter misit, unde & constitutione ædita,uetuit ne omnino serui in clericos reciperentur,dicens huiusmodi uiros liberos& integros esse oportere,ut habetur in cano.54.di. c.Episcoporũ.Nonnullis uetuit etiã clericis potũ in publico uendere.44.di.c.Non oportet.Censuit item diaconum præsente episcopo, uel presbytero eucharistiæ sacramentũ mi nistrare non debere.93.di.c.Præsente presbytero:mandauit itẽ ut in parrochiis cæreus sab bato sancto semper benediceretur. Ferunt hunc ad Carthaginense concilium Faustinum quẽdam episcopum & duos urbis Ro.presbyteros misisse,ut ostenderet nil usquam publi cẽ agi debere sine Ro.ecclesiæ consensu.Deniq; semel tantũ habita ordinatione, ubi presbyteros.

sbyteros.10. dyaconos.3. & episcopos per diuersa loca numero octo creasset, moritur & 7.calen. Ianuarii iuxta corpus sancti Laurentii sepelitur. Et tunc uacauit sedes dies.11.


5619 420 Onifacius primus papa, natione Ro. patre Iocūdo presbytero, post Zozimum prædictum sedit annis.3. mensi.4.& diebus.7. Hoc namq; pontifice creato maxima statim in clero orta est seditio, quia Eulalius alter in Cōstantiana Basilica pontifex electus, Bonifacio huic obiicitur, & hoc quartū ecclesiæ scisma fuisse dicitur. quod ubi Honorius qui tum Mediolani erat intellexit instāte Placidia ambo urbe pelluntur. Septimo deinde mēse Bonifacius reuocatus solus urbis præsul constituitur, qui postquam pontificatum pacificé adeptus est, Sotheris papæ Decretum confirmauit, ne sci licet mulier ulla, aut monacha pallas attractaret, aut thura in ecclesia adoleret, sicut in Cano.23.di.c. Sacratas. Néue a'iquis sacerdos ante an.30. ordinetur, ut patet.78.di.c. Si quis triginta. Voluit item ne absentes, in iudicio ul'o modo, aut accusarētur, aut dānarentur.3. q.9.c. Decernimus. Hic inter cætera condidit oratorium in cœmeterio sanctæ Felicitatis martyris eiusq; sepulchrum argento & marmoribus ornauit. Nam & pateram argenteam librarū uiginti eo dono dedit, & schyphū similiter argenteū librarū decē, & coronas tres ac duos calices minores, unámq; tātum fecit ordinationē, in qua presbyteros.13. diaconos tres, & episcopos per diuersa loca nūero.36. ordinauit, moritur, & in Basilica prædicta sanctæ Fœlicitatis uia Salaria.8.cal. Nouēb. sepelitur. Cessauitq; tūc episcopatus dies.9. Bonifacius pa. 44.

Viri doctrinis excellentes.

Proba mulier elegantissima Adelphi cuiusdam proconsulis Ro. uxor, per hæc tempora floruit; & tam literarum quàm nomine memoratu fuit dignissima, hac nanq; cū Christianissima esset, etiā liberalibus studiis plurimum ualuit. Et inter alia eiusdem studia adeó peruigili cura, Virgilii carminibus familiaris fuit, ut ferè omni opere a se cōfecto testem in conspectu & memoria semper habuerit, quæ quidem aliquando cū perspicaciori animaduertentia legeret æstimationem, incidit, ex illis omnē ueteris & noui testamēti historiam, placido atque expedito, & sicuti pleno uersu posse describi. Operam igitur pio contēptui præstans, nunc huc, nunc illuc, per Bucolicum, Georgicúmque atque Aeneidum saltim discurrendo carmen, nunc hac ex parte uersus integros, nunc ex illa metrorum particulas carpens, miro artificio in suum redegit propositum, adeó apte integros collocans & fragmenta connectēs, seruata lege pedum & carminis dignitate, ut nemo nisi expertissimus compages posset aduertere, & bis ab orbis exordio principium faciens, quicquid historiæ in ueteri atque nouo legitur testamēto, & usq; ad missionē sancti spiritus tam compté posuit, ut huius compositi ignarus homo prophetā pariter & euangelistam facile credat fuisse Virgiliū, ex quibus sumitur huic egregiæ mulieri sacrorū uolumimū integrā fuisse notitiā, uocauitq; opus suū à se cēpositū Cētonā, quod quidā persæpe uidi. Erat itaq; hæc Proba tam Græcarū quàm Latinarum eruditissima nationeq; Romana. Alii tamen uolūt eam tēpore Antonii pii floruisse, & laudem, hāc Eudochiæ Theodosii uxoris ascribere uoluit. Proba Cento na liber

Gelasius Cæsaræx Palæstinæ post Eunomium episcopus, & ipse per hæc tempora adidit insignia opuscula, & cum accurati atque elegantis esset ingenii nonnulla laude digna composuit opuscula.

Heros sanctus uir, diui Martini discipulus, his temporibus ob doctrinam in precio fuit, qui cū Arelatensis factus fuisset episcopus, aliquando iniuria pulsus nōnulla composuit.

5623 424 Elestinus papa, natione Romanus patre Prisco, post Bonifacium pontificem, sedit quasi annis octo, qui diuino cultui admodum intētus, instituit Psalmum: Iudica me Deus ante introitum missæ à sacerdote celebraturo dici debere. Constituit item, ut psalmi Dauid, uidelicet.150. ante sacrificium antiphonatim ab omnibus canerentur, quod ante fieri non consueuerat, perlecta enim epistola & euangelio finis sacrificio imponebatur. Vnde & ex hoc instituto excerpti sunt introitus & gradualia atque offertoria ante sacrificium. Mandauit similiter Gratiano referente, ut omnes sacerdotes scirent ecclesiasticos canones, sicut habetur in Decretis.3. distin.c. Nonnulli sacerdotum, huius iussu & Theodosii iunioris tertia synodus ducentorum episcoporū apud Ephesum collecta fuit, in qua impius Nestorius cum hæresi sua, cúmque Pelagianis omni- Celestinus pa. pa.45.

 bus, qui

bus,qui dogma illud omni iuuabant conatu omnium consensu. 13. canonibus eorum stultitiam impugnantibus damnata est, prædicabant enim ut dictum est, Christum ex Maria hominem tantum, unde diffinitum est in Christo unam esse personam,& quod beata Maria uirgo uocaretur theoticos,id est mater dei,ut patet.15.distin.c.1.&.24.q.3.Hic basilicam Iuliam dedicauit, cui & permulta cōtulit dona. Tandem cum ter in Decembri mense ordinationes habuisset,ubi & presbyteros.32.diaconos duodecim,& episcopos.42.creauit,moritur, & octauo idus Aprilis uia Salaria in cœmeterio Priscillæ sepelitur, & sedes uacauit dies.21.

Sanctus Hieronymus.

Diuus Hieronimus.  Ieronymus uir familiarissimus & doctor celeberrimus sanctæ Ro. ecclesiæ cardinalis presbyter, natione Italicus ex oppido Stridonis in Histria prouincia constituto, quod quidem à Gotthis euersum fuerat, Pānoniæ quondam Dalmatiǽque confinium, patre Eusebio natus,hoc anno apud Bethleem Iudæ ciuitatem,pridie calendas Octob.91.uitæ suæ anno migrauit ad dominum. Vir sanè eloquentissimus, qui & multarum diuersarūmque literarum peritiam, & linguarum experientiam habuit, orationisque facundiam, rectos fabularum sensus, multam historiarum memoriam, naturalium rerum cognitionem, moraliūmque sermonum, tum sacræ scripturæ, ac ueræ theologiæ perceptionem. Hic itaque ut fide integer, & uita purissimus erat, cum primum iuuentutis annos exegisset, Dalmatis nationi suæ propinquis quasdam literas à Latinis, Græcisque,diuersas imprimis adinuenit & composuit,quæ quidem postea Sclauonicæ sunt appellatæ,eo quod Sclauonibus quibusdam Germaniæ populis dederit. Et non solū eas literas composuit, sed & officium quo nos utimur ex Græco in id ipsum idioma traduxit, & etiam contulit, quod etiam nouissimis temporibus Eugenius papa.4. pontifex maximus eisdem confirmauit. Adeò equidem eius sanctissima uita uerbis explicari non posset,quæ quidem cum non sit propositi mei omittendo, de eius tantummodo scriptis luculentius differemus. Qui cum esset eloquentissimus atque disertissimus uir ad utilitatem hominum multa ædidit opuscula. 5628 429

Eusebius. Eusebius,natione Cremonensis beati Hierony. discipulus præcipuus,hisdem temporibus floruit. Vir certè magistro suo eloquentia persimilis,qui inter cætera uitam omnem & transitum ipsius præceptoris suo pulchro conscripsit sermone.

Paladius. Paladius Scothorum episcopus. Homo planè uita & doctrina diuinus, per hoc tempus illo à Celestino missus,magnam Occidētis partem sua opera ad Christi fidē conuertit.

Patricium etiam Conctes sancti Martini sororis filium, his temporibus fuisse & floruisse ferunt. Qui ibidem scilicet Scotia episcopus constitutus, incredibili feruore Christum euangelizauit.

Philippus presbyter. Philippus presbyter diui Hieronymi etiam auditor, per hoc idem tempus, cum eruditus esset,nonnulla scripto mandauit,& quammaxime in Iob commentarios ædidit, & familiares epistolas plurimas ad paupertatis & doloris tollerantiam exhortatorias scripsit.

Elcherius quoque Lugdunensis episcopus,hoc eodem in tempore in precio fuit, atq; paulopost diem obiit,qui cum eruditus esset,de contemptu mundi epistolam secularis philosophiæ plenam scripsit. Ac etiam quæ opuscula beati Cassiani lato tenso sermone in unum coartauit sermonem,seu uolumen.

Vincentius gallus. Vincentius quidam presbyter natione Gallus,homo sanè in scripturis sanctis egregie doctus,hoc tempore clarus existens,ad euertendos hæreticos ualidissimam disputationem nitido sermone construxit.

Eutropius. Eutropium etiam presbyterum beatissimi patris Augu.discipulum, hisdem quoq; temporibus claruisse constat,qui quidem Romanæ historiæ Epithomen elegāti satis stylo & oratione conscripsit,ab urbe condita recipiens usque ad tēpora sua prosequens. Alia quoque multa scripsit,& præsertim ad duas sorores uirgines epistolas composuit duas in modum libelli,id est,de pudicia & religionis amore.

Euagrius alter uir doctus,per hoc tēpus Symonis Iudæi altercationem scripsit, ac etiā Theophili Christiani.

5629 430 Hetius Patricius Romanus, uir fortissimus atque strenuus, quem superiori anno Honorius imperator in Constantii locum magister militum subrogauerat, eo quod Burgundiones bello compescuisset, & Francos Gallias occupantes superatos incredibili cæde rep pulisset atque Alanos acerrimis prælijs agitasset, hoc anno Vandalorum ac Sueuorũ motus pertimescens, ex Hispania ulteriori in citeriorem confugit, quod ubi intellexit Honorius ægrè tulit, & eo statim abrogato Castinum comitem Scytham genere, magistrum militum ac consulem declarauit, qui receptis Hetii copiis & exercitu reparato in ulteriorem Hispaniam se conuertit, ubi & auxilio Bonifacii comitis, qui Aphricã procurabat, & beato patri Augustino amicissimus erat, res præclaras cõtra Barbaros ipsos gessit, imperiúmque Romanum magnopere extulit. Cúmque ex anno defunctus esset Honorius, Castino procurãte, & Hetio assentiente, Ioãnes quidam imperium inuasit, & hoc Hetium sensisse dicunt, propter ignominiam ab Honorio imperatore receptam, qui eum magistratu priuauerat. Nec eo contentus Hetius, sed etiam Hunnos, id est Vngaros ad Italiæ inuasionem excitauit. Sed cum Romæ hanc obrem captus fuisset, promisit quod Alanis & Hunnis persuaderet, ut apud Pãnonias se continerent, quod effecit, eo quod in gratiã à Theodosio imperatore receptus fuisset, & Galliæ præfectus fuisset.

5630 431 Heodosius iunior Archadii imperatoris filius, undecimus Constantinopolitanus imperator, hoc anno, qui est.30. olympias, mortuo Honorio patruo suo in imperio confirmatus cum Valentiniano Placidiæ amitæ suæ filio, septem & uiginti annis imperauit, princeps siquidem Christianissimus, atque perhumanus, qui imperium in multa rerũ perturbatione accepit, & possedit. Nam Aphricam fermè uniuersam Genserico Vandalorum regi ablatam amisit, & Aegypti partem deperdidit. In Pannonia quoque & Hunni, Attila rege duce imperium uastauere. Multas etiam in Britannia calamitates direptiones, uastationésque pertulit. Deinde Vesegotthi, Sueui, & Alani, Lusitaniam, Tharaconensémque, Hispaniam & Aquitaniam capiẽtes, à Ligeri flumine, usque ad Carthaginem omnia occupauere, prouinciis quibusdam exceptis, uidelicet Cantharis, & Asturibus, qui pro sua constantia Romanorum milites conseruauere, quæ quidem præmeditans Theodosius, Valentinianum statim Cæsarem fecit, quem quidem & cum Placidia matre ad regendum Occidentale imperium misit. Quo namque tẽpore Ioannes, quem diximus (imperii inuasor) dum Aphricam quam Bonifacius comes imperii nomine obtinebat, bello reposcit, ad sui ipsius defensionem infirmior factus est. Quapropter Theodosius, & Valẽtinianus Cæsar, mira felicitate ipsum Ioannem tyrannũ oppressere, regnúmque omne recepere, Hetio nenia data, quod Hunni, quos per ipsum Ioannes acciuerat, eiusdem studio & cõsilio ad propria rediere. Castinus autem auctor Ioannis tyrannidis, in exilium actus est, statimque totius Italiæ consensu Valentinianus Augustus & imperator appellatus est, & apud Rauennam imperii gubernacula suscepit. Theodosius autem cum prædictum tempus laboriosissimè imperasset, ex peste defecit, nullo superstite filio derelicto.

Theodosius iunior.

5631 432 Ixtus eius nominis tertius papa, natione Romanus, patre Prisco post Celestinum pontifi. sedit annis.8. & diebus nouem. Qui pontificatu inito, à Basso quodam præsbytero de adulterio reus in iudicio accusatur. Sed septẽ & quinquaginta episcoporum synodo congregata, ita causam suam purgauit, ut ab omnibus uno consensu absolueretur, & Bassus calumniator iniquus Valentiniano & Placidia annuentibus in exilium mittitur, ut habetur in Cano.2.quæst.5.ca.Mãdastis. Aiunt autem Bassum hunc post exiliũ non multum superuixisse, sed tertio mense diẽ extremum clausisse, cuius quidem corpus Sixtus ipse manibus propriis cum aromatibus sepelire uoluit. Hic itaq; statuto mandauit nullum clericũ in alterius parrochia ordinari omnino debere, ut habemus in Cano.71.distin.ca.Clericos. Aedificauit autẽ hic Basilicam beatæ Mariæ uirginis iuxta Marcellũ Lybiæ, quæ postea sancta Maria maior appallata est. Cui quidem pontifex multa dona obtulit. Tandem ut uir mirificus, cum omnia quæ habuit pauperibus erogasset, nõnullisque presbyteris, diaconibúsque, ac episcopis ordinatis moritur, & apud corpus beati Laurentii in Cripta sepelitur, & tunc sedes uacauit dies.22.

Sixtus papa 46.

Bonifacius comes, genere Thrax, Aphricæq; procurator, & beatissimi patris nostri Au 5633 4334
gu. intimus amator, uir quidem catholicus & bello strenuus. Qui cum Ioānem tyrannum
in Aphrica post multa uariis quidem in locis & euentu uario commissa prælia intercessis-
set, & ab ipso Valentiniano imperatore prouinciam repetitam non reddidisset, hoc anno
à Sisulpho egregio Valētiniani duce, ex Carthagine pulsus, in Mauritaniam fugit, ubi cum
prouinciam cōtra eum obtinere non posse cerneret, Vandalorū, & Alemanorum, ac Got-
thorum gentes, ab Hispania in Aphricam cum Genserico quibusdam conditionibus appo
sitis inuitauit. Quod audiens Gensericus, statim traiecit, & uniuersam prouinciam ferro,
flammisque depopulatus est, & diuina, humanáque fœdans, etiam episcopos multos in exi
liū misit, & Arrianas introduxit. Cúmque Carthaginem & Ipponem ciuitates cœpisset,
nec Bonifacio isti pacta seruaret, Bonifacius ipse mœrore profectus, uita excessit.

Gensericus autē secūdus Vandalorum rex, quamuis medio regni sui tēpore Hispanos, 5635 436
Gallos, Romanósque contriuerit, hoc anno Carthagine illa præpotente ciuitate capta,
quinquagesimo &.35. uidelicet anno postquam Romanis cœperat esse subiecta, ibidem tri
ginta septem annis regnauit, & omnē prouinciam, Aegyptúmq; usq; ad Aethiopiā, cum
cædibus & rapinis multis, suo subiugauit imperio. Eáque per annum potitus, etiā classem
maximam in Siciliam duxit, magnámq; prædam abduxit, & in Aphricam transportauit.
Eo autem Genserico sine uirili prole defuncto, Hymericus eius gener eo crudelior succes
sit, & septem annis, &.5. mensi. regnauit. Is Arrianorū suasione trecentos episcopos exilio
relegauit. Quo etiam morte sublato, Gūtamundus, Gēserici fratris filius, regnū accepit, uir
catholicus atq; deuotus, qui statim catholicos omnes ab exilio reuocauit. &.12. annis re-
gnauit, post quem Transimūdus Hymerici prædicti filius regnauit quasi annis.x.&.8. Et
ita cum Vandalia persecutio centum annis durasset, sub Chilperico rege cessauit, in quo
quidem Vandalorum regnum finem accepit, Iustiniani tempore, ut infra.

Diui Augustini obitus.

Augu-
stinus.


Vgustinus autem maximus omnium pater, & Ipponēsis episcopus uirorum 5636 437
omnium cum scientia atq; sanctitate præcipuus, hoc anno Genserico prædi-
cto Vandalorum rege Ipponensem ciuitatem suam obsidente, cum.76. uitæ
ageret annum, & in episcopatu quadragesimum.5.cal. Septemb. & tertio ob-
sidionis mense, ante Bonifacium comitem amicū suum, diem obiit. Id enim à domino pe-
tierat, ne patriam suam à Barbaris, quod cito euenit capi aut dirimi uideret. Nouem dein-
de mensibus Gensericus rex urbem obsedit, quam demum cum ingenti cæde cœpit, eius
autem sauctum corpus in Basilica à diuo Stephano dedicata, eius mandato sepelitur, comi
tante uniuerso clero, ac Ipponensi populo, qui non aliter flebat, si unico ac optimo paren
te orbata fuisset, inualescente postea cuncta sedante Vandalorum perfidia, recedentibúsq;
cunctis Christi fidelibus, id sanctissimūm corpus in Sardiniam insulam transtulerunt. Re-
gnante deinde in Lombardia Luitprando Longobardorum rege, anno salutis nostre.737.
cum Sardiniæ ducentos & quinquaginta annos honorificē tumulatū stetisset, idem Luit-
prandus illud ad se daferri curauit, & Papiæ cum honore collocauit. Hic itaq; sanctissimus
doctor uerbum dei, usque ad extremam suam ægritudinem alacriter & fortiter, sana men
te, sanóque concilio, sanctæ ecclesiæ prædicare, integro aspectu, atq; auditu non desiit, &
coram stantibus fratribus, dormiuit cum patribus suis. Testamētum nullum fecit, quia un-
de faceret non habuit.

Hyla-
rius.

Hylarius Gallus Arelatensis episcopus, per hæc tēpora sanctitate & doctrina insignis 5638 439
fuit, qui adeò paupertatis amator extitit, quod pro reficiendis pauperibus etiā labores ru-
sticanorū, licet clarissimus haberetur, persæpe exercebat, nec propterea spiritualia neglige
bat. Tradūt hunc quædā moralia opuscula ædidisse, & potissimū, Honorati prædecessoris
sui uiri sauctissimi uitā, ad multorū utilitatē cōposuisse. Et Omelias penè innumerabiles.

Sylua-
nus.

Syluanus Massiliensis presbyter, uir diuina humanáq; disciplina edoctus, his tēporibus
eas ob res sua in urbe in precio fuit, qui & de uirginitatis bono elegāti & aperto sermone
libros tres composuit. Atq; de auaritia libros quatuor. De præsentique iudicio libros sex.
Epistolarum librum unum. In Genesi Examenon li.1.& Omelias multas.

Victorinum

5639 440 Victorinum similiter Massiliensem rhetorem luculentissimum his diebus uita excessisse tradunt, qui & in Genesi.1. à principio libri usq; ad obitum Abrae pulchre commentatus est, & alios metro Christiano sensu aedidit libros. Victorinus

Maximus natione Italus Thaurinēsis episcopus, in diuinis scripturis eruditus, & ad docendā ex tēpore plebē sufficiens hoc an.7.cal.Iulii apud eandē urbē quieuit in pace. Qui praeter sanctitatē etiam in cōponendis omeliis atq; sermonibus celebris extitit. Cōposuit nāq; inter caeteros tractatus, De apostolorū, déq; Ioānis bap.laudibus, ac de beato Euseb. Vercellēsi, & sctō Cypriano duos tractatus, & de baptismi gratia librū unum. De auaritia & hospitalitate lib.1. De lunae defectu lib.1. De eleemosynis lib.1. De ieiunio lib.1. De passione Christi lib.1. De Iuda proditore lib.1. De cruce domini lib.1. De sepulchro eiusdem lib.1. De resurrectione lib.1. De accusatione domini ad Pilatum lib.1. De calēdis Ianuarii omeliam. De natale domini omeliam. De Theophina, & de Pascha, & de Pentecoste multas, déque hostibus carnalibus non timendis. Et de gratia post cibū agenda, atque de Niniuitarum poenitentia lib.1. Et sermones alios atq; omelias. Maximus Thauri nen.episcopus.

Orosius Hispanus, patria Taraconensis, diui patris nostri Augustini discipulus, uir eloquens, & multarū rerū cognitor, his temporibus, defuncto patre Augustino, Ro.uenit, & septē libros aduersus Gētes aedidit, in quibus totius penè mundi calamitates & miserias, ac bellorū in quietudines replicās, ostendit magis Christianae obseruātiae esse, quòd cōtta me ritum suū Ro.respub.adhuc duraret, & pace culturae dei pacatū retineret imperiū, quàm &c. Chronicā ab exordio mundi usq; ad sua tempora scripsit. Et de Ormista, id est de miseria mūdi intitulauit. Hic ipse est ille Orosius, quem pater Augusti.pro adipiscēda animae ratione ad Hieronymum Hierosolymam misit, qui dum rediret, etiam quasdam Stephani prothomartyris reliquias inuentas, primus attulit Occidenti. Paulus Orosius.

Petronium monachum Bononiensem episcopū, sanctissimū uirum hisdem temporibus floruisse dicunt, qui ab ipsa sua adolescentia in regulis monachorum exercitatus, Vitas patrum conscripsit, quas quidem, uelut confessionis suae normam, monachi omnes postmodum complexi sunt, Fertur & eius de episcopi ordinatione tractus.

5640 441 Diabolū hoc anno in Creta insula Moysi personā assumpsisse tradūt, multósq; Iudaeos ea in insula decepisse, dū eos ex eadē insula in terrā promissionis ad similitudinē ueteris testamēti historiae sicco pede per mare perducere pollicetur, quia ex his qui falsum Moysen secuti sūt, undis periere. Quo cognito, reliqui Iudaei ea in insula Christi baptismū suscepere. Leo papa.47.

5641 442 LEo, eius nominis primus papa, natióe Thuscus, patre Quintiano, post Sixtū pontificē sedit annis.21.men.1.& dieb.13. Hic ob praecipuā doctrinā cognomēto magnus, & dignitate primus habitus fuit, eo quòd eloquētia nemini cesserit, & uniuersae uirtutis ac sanctitatis penè artifex fuerit. Et propterea in synodo Calcidonensi summa patrum omniū admiratione & concordia, ter sanctus acclamatus est. Ipse enim Leo, fuit ecclesiasticae ditionis [illegible], theologiae Homerus, rationū fidei Aristoteles, Petrus in pontificio trono, & Paulus in pulpito Christiano: qui certè ad confirmandā Christianorū fidem, tyrānorū rabie quassatam ac semi collapsam, Gratiano teste, multa cōstituit: Primo, ut nullus seruituti obnoxius, ad clericatus officiū promoueretur, nisi de licētia speciali sui episcopi, ut habetur in Decretis d.54.c. Nullus episcoporū seruū: Item, ut nullus Metropolitanus absq; Primatis conscientia ordinaretur, seu consecraretur.65.dist.c. De persona. Item, ut necessitate cogente, omni tempore quis baptizari possit, de consecra.distin.4.ca. Hi qui necessitate. Voluit item eo in baptismo, aut confirmatione, unus tantum acciperetur patrinus, de consecratione distinctione.4. cap. Omnis praesbyter. Mandauit etiam alleluia, & Gloria in excelsis deo, in Septuagesima intermitti, de consecratione, distinctione.2.ca. Hi duo. Constituítque, ut intra actionem mysterii diceretur, Hanc igitur oblationem usque placatus accipias. Item ut nulla monacha uelamen capitis benedictum acciperet, nisi approbatum fuisset eam.40.annis castè & integrè uixisse.34.quaest.5.ca. Illae famulae. Multásq; hic urbis reparationes fecit, ac multa templa collapsa restituit. Sepulchris quoq; apostolorum Petri & Pauli ex clero Ro. custodes addidit, quos cubicularios appellauit. Monasterium insuper propè sanctum Petrum condidit, & multos prouentus

assignauit

tulli

assignauit, postremo uno & .80. presbyteris creatis dyaconibus .30. & episcopis per diuersa loca numero .86. 4. idus Aprilis moritur, & in Vaticano apud sanctū Petrum sepelitur. Hic itaq; doctissi. ponti, Decretales, epistolas plurimas, & omelias atq; sermones ædidit.

Merlinus Anglus. Merlinū Anglū uatē insignē ex regia filia monacha & incubo dæmone natū ut nōnullis placet, his tēporibus claruit. Huius nanq; mater Demetiæ regis filia fuit, quæ inter quasdā monachas sancti Petri enutrita in urbe Chacimedin, uirū nūquam cognouisse contestata est. Sed aliquādo dixit, uisum ei fuit quendā pulcherrimæ speciei uirū eā fuisse amplexatā, indéq; euanescentē grauidā se cognouisse, & illū tandē peperisse, & postea in uirū magnū euasisse. Huius aūt Merlini instinctu Vortigerius Britonū rex, Christi fidem in immēsum auxit, cui successit Vterpādragon eius frater magni Arturi pater, deinde idē Vter prophetauit esse caput draconis, quia per draconem stella prænunciatus est. De cuius Merlini gestis multa scribuntur. 5645 446

Hunnorum regni principium.

Hunni Scythicæ gentes, efferacissimæ quidē fuerūt, ac in Scythia originē habuerūt, & Ripheos mōtes Gotthiæ propinquiores primū incoluerūt, hi nanq; Gotthos qui post Cōstantinū magnū, ut premissum est, multis cladibus ab ipso acceptis in eorū natali solo per annos circiter septuaginta primū suo imperio subiecerūt, propter quod & Gotthi bifarie se diuidentes, alii Ostrogotthæ cognominari uoluerūt, & hi Orietales fuere, Occidētales uero Vesegotthæ appellati sunt. Vesegotthas aūt superioribus diebus Hūni suis sedibus eiiciētes regnū eorū adepti sunt. Horū igitur Hunnorū reges primi fuerūt Oetar & Reas filii cuiusdā nobilissimi inter Hūnos Mūdzeturo nomine, quibus defunctis, in regno Bleda, & Attila Germani successerūt. Attila aūt cū superbissimus esset & bellorū amator, Bleda aūt pacificus, nec Attilæ iniquitati assentiret, lōgiorémq; militiā dissuaderet, & alios reges uidelicet Ostrogottharū & Gepidarū, non tāquam subditos, sed ut ueros socios habendos esse censeret, indignatus Attila cū Budaliæ urbis muro cingendā operā daret, ipsum Bledā per fraudes interfici procurauit, quo mortuo Attila cū unicus Hūnorum rex, & rector haberetur, ut etiā omnibus terrori esset, Ostrogottharū & Gepidarū reges socios, subditorū loco habere cœpit. Inde cū uniuersas Pānonias occupasset, etiā Macedoniā, Mysiā, Achiā & utrasque Thracias, ferro flammáque cum fratre primo deuastasset, eo fratre obtruncato animas sumens ad occupandū Occidentale imperium, copias undique collegit, atque iter statim cœpit, cōtra quem Valentinianus Cæsar qui ipsum Occidētale imperium regebat, pugnaturus misit epistolam ad Ostrogotthas sub his uerbis: Prudentiæ uestræ conspirare aduersus tyrannum interest, qui optat mundi generale seruitiū, qui causas prælii non refugit, sed quod libuerit, legitimū putat, Sola licentia superbiā sanat, cunctorū deniq; meretur odium, qui omnium se gratis facit inimicum. Sed illi in hunc modū rescripsere: Vos fecistis Attilam inimicum, Desiderium uestrum habetis. Cōueniturítaque apud Aluerniam in campis Cathelaunicis Tolosa subiectis, ibique magno animorum ardore prælīū utrinq; committitur, cum quidē simile nulla retro narrat historia. In quo quidem prælio ad centum octoginta millia hominū utriusq; partis cecidisse Eutro. refert nullo inclinā te aciem aut cedente. Eo tamen in prælio Theodoricū regem suorum magis præssura allisum quàm hostium ferro, cum Burgundiæ duce occubuisse ferunt. Vnde & Hunnis terga uertentibus Attila in Pannoniam semiuictus refugit, ut scilicet colligeret exercitus. 5648 449

Attilla flagellū dei se dici uoluit. Attila igitur Hunnorū rex hoc anno exercitu instaurato ad priorē fermē magnitudinē per Germaniam in Illyricum, in Sclauoniam redut, & statim Traguriū, Sibinicum, Belgradum, Iadera, Seginam, Polam, & alia multa oppida diripuit & incendit, Inde & Arsiā fluuiū, & Tergestinum sinum transcendens, uiam ferro sibi aperuit, & in Aquileiā se recepit quam cū per trienniū obsedisset & pugnasset, tandē multis machinis cōcussam, cœpit, diripuit, atq; incendit, qui nulli hominū parcēs flagellū dei, se nominauit. Inde ruptis claustris per totā Italiā se effudit, & urbes oēs occupās, uidelicet Patauiū, Vincētiā, Veronā, Brixiā, Bergomum, Mediolanū, Papiā, Bononiā, ac uniuersam Marchiā multas strages dedit. Hinc per Ethruriæ urbes id ipsum peregit malū. Florētiā uero quāquā se spōte dedisset, uniuersam diripuit, qua direpta solo æquauit, quæ & usq; ad Caroli magni tēpora sine habitatore fuit. Iturus 5649 450

fuit. Iturus postremò Romam, ut id ipsum faceret. Leo pontifex Italiæ & urbis Romanæ calamitatis miseratus. Valentinianum principem etiam hortatus est post aliquot dies eo in loco, ubi Mintius fluuius Padum influit uenit, & ei obuiam factus persuasit, ne ultra progrederetur, qui, statim pontifici paruit, unde non solum Romanam, sed etiam totius Italiæ reportauit salutem, mirantibus uero Barbaris cur sic contra omnem eius consuetudinem Attila pontificem ueneratus fuisset, Attila respondit quod dum simul loquerentur, duos se uidisse uiros supra caput suum strictos tenere gladios, ac mortem minitantes, nisi pontifici pareret. Hi nāque Petrus & Paulus apostoli fuere, inde statim mouens, Pānonias repetiit, & in Noricum ubi nunc Bauaria & Austria est, resedit, ibique à suis militibus paulopost multis uulneribus confossus, interiit. Alibi tamen habetur quod proprio sanguine suffocatus fuerit: hic multas uno tempore habuit uxores, inter quas celebris erat Idicon speciosissima mulierum, cum quadam aliquando dormiret, sanguine effuso suffocatus est. Fuit hic forma breuis, pectore lato, capite grandiore, minutis oculis, rara barba, canis aspersus, simo naso, tetro colore, ferocitatis suæ signa præ se ferens: duos habuit filios Hernachum & Dunthum, cōtra quos Quadi & Eruli, ac Thuringi suasione Ostrogottharū regia arma mouētes, ipsos superarunt, qui terrore concussi, in Scythiam fugerunt, nec ultra Hunnorū arma in Gotthos audita fuerunt. His separatis Theodemus Ostrogottharum, & Dedericus Gepidarū reges, statim in libertatē se uendicauere. Eadem aūt nocte, qua Attila mortuus est, Martianus imperator apud Cōstantinopolim per somniū arcum Attilæ fractum uidit.

Viri disciplinis excellentes.

5650 | 452 Desiderius Linconiensis episcopus, uir sanctitate, hoc anno. 10. calen. Iunii apud eandem urbem à Vandalis & Hūnis martyrio coronatur, qui cum plebē suam uideret ab exercitu Vandalorum plurimum uexari, pro eo supplicaturus exiit, statimq; iugulare iussus est. At ipse intrepidè pro ouibus suis ceruicem libentissimē extendens, gladio percussus migrauit ad Christum, cum quo etiam alii multi ex grege suo passi referuntur, & apud eandem urbem conditi. Desiderius Linconiensis episco.

Aduentius Hispanus episco. magni ardoris & sanctitatis uir, per hoc tempus aduersus hæreticos, De fide Catholica librum egregium ædidit, in quo maxime cōtra Photinianos, Manichæos, Sabellianos, & Arrianos disputans, ostendit Dominum nostrum filium dei coæternalem fuisse patri.

Prosperum etiam Aquitanicum, Rheginum episcopum, uirum eruditissimum, per hoc tempus floruisse constat, eo quòd à Leone pontifice magno ob eloquentiā Notarius apostolicus electus fuerit, & ipsius Leonis papæ epistolas aduersus Euticē de uera Christi incarnatione ad diuersos datas, ab isto Prospero emanatas fuisse credatur. Scripsit itaque hic Prosper de uita contemplatiua lib. 3. principiū eius sic incipit: Contemplatiua uita. Item summam grandem ad trecentarum &. 30. positionū, principium: Scientia uera est quæ nec sibi. Item historiam apprimi hominis conditione iuxta diuinarum scripturarū fidem usque ad Valentiniani principis obitum cōscripsit. Item de Romæ captiuitate à Genserico rege facta. Extant quoque & eius opera aduersus Cassiani opuscula, & alius liber Heroicis uersibus: atque ita, cum multis meritis, & celebri doctrina Christi illuminasset ecclesiam, atq; Euthicianam & Nestorianāhæresim scriptis plurimū repressisset. 17. calend. Iulii apud eandem Rheginam ciuitatem quieuit in pace, & eodē die eius natale celebratur. Prosper Aquitanus.

Paulus quoq; Pānonius præsbyter, hac tempestate in precio existens de uirginitate seruanda libellos ædidit multos. Atque de contemptu mundi. Dēque uitæ institutione, ac alios duos, & quidem diuinos ad Constātiam uirginem æditos obtulit, in quibus meminit uoluptatem & libidinem Iouiniani hæretici prædicatoris, cui in tantum continentiæ & castitati uitæ institutio contraria fuit, ut inter luxuriosas epulas animam euomerit.

Museus Massiliensis ecclesiæ præsbyter, in diuinis scripturis sufficiēter edoctus per hoc tempus de Sacramentis uolumen egregiū cōposuit, ac Omelias multas declamauit, atq; ex sacris scripturis lectiones totius anni, festiuis ac dominicis diebus aptas, excerpsit & ordinauit, ac etiam respōsoria, psalmos, & capitula tempori & lectionibus congrua, cōposuit, quod quidem sanctissimum opus postmodum illi ecclesiæ confirmatum fuit.

Tymotheus quidam hæreticus & Heresiarches episcopus, his fermè temporibus insaniens multos errores disseminauit, & ad Leonem imperatorem postmodum libellum ualde suasorium scripsit, & misit, quem quidem prauo sensu patrum testimoniis in tantum roborare conatus est, ut ad decipiendum imperatorem & suam hæresim constituendam, Leonem penè papam, & Calcidonensem synodum ac omnes Occidentales episcopos, illorum adminiculo Nestorianos ostenderet, sed fauente deo, ab ipso Calcidonensi concilio perpetuo exilio damnatus est.

Euthices similiter heresiarches Constantinopolitanus abbas, & ipse per hoc tempus suum dogmatizat errorem, asserens unam esse naturam uerbi dei & carnis, quam hæresim cum Flauianus episcopus damnasset, Theodosio fauente, Ephesina indicitur synodus, in qua Dioscoro Alexandrino episcopo præsidēte, Euthices ipse iā dānatus exilio relegatur.

Sāctus Sāctus Sāctus quis primum instituit.

Terræmotus maximus apud Constantinopolim per quatuor menses continuos hisdem temporibus fuisse dicitur, sed infante quodam monente, ut cantaretur ter Sanctus, Sanctus, Sanctus, Deus fortis & immortalis miserere nobis, statim omnino cessauit, quod quidem uerbum postmodum in Calcidonensi concilio dici in ecclesiis mandatum fuit, ut habetur in canone &c.

Torsimundus. 8. Gotthorum rex, Theodorico patre in bello Attilæ interfecto in regnum Gotthorum successit, & .7. annis regnauit, qui cum id tempus regnasset, mortuo Theodosio, & Valentiniano Augustis, uidens imperii calamitatem, nihilque amplius timens citeriorem Hispaniam, & quasdam Galliæ ciuitates extra Burgundionum & Francorum ditionem cōstitutas omnes inuasit & sibi subegit, Hic nāq; Torsimundus eum cum patre in bello contra Attilam militaret, & mortui patris repperisset cadauer, statim regiis exequiis illud apud Tolosam sepeliuit. Quo sepulto, Hetio Galliarū præfecto suasit, ut Hūnos superatos persequeretur, sed ille renuēs dixit & Hūnos uictos, & Vesegotthas uictores uereri, quo respōso Torsimūdus in regnū rediit, quod certe fratres occupare conabātur.

Martianus imperator

Martianus. 12. Constantinopo. impera. Theodosio ex peste sublato imperauit cum Valentiniano iā Cæsare constituto, annis. 7. Is princeps catholicus fuit, & catholicis plurimum fauit, qui ut imperaret, Theodosii sororem cum Orientis imperio uxorem accepit, Et Attila mortuo (ut diximus) eadē nocte per somnium eius arcum confractum uidit. Eo itaque imperium suscipiente, cum imperium Occidentale ab Orientali quasi diuisum esset, has prouincias, uidelicet Germaniam, Daciam, Sarmatiam, Hispaniam, Aquitaniam, Valconiam, Eduentium, & Gallias, Orientale imperiū amisit, nec ultra deinceps reparare potuit, & iam Francis imperii portæ aperiri uisæ sunt. Etlicet Torsimundus Tolosanus rex citerioris Hispaniæ ciuitates occupasset, Francorum tamen ditionem minimè tentare uoluit. Cūmque in his pressuris, 7. annis imperasset, & iā Valentinianum imperii cōsortē à Transilla Hetii commilitone obtruncatum intellexisset, dolore animi & ipse sine liberis mortuus est.

Francorum regni principium.

Francorum regni origo.



Pharamundus, primus Francorum rex, Meronei filius, his temporibus in Gallia regnare cœpit, & regnauit annis. Hi nanque Franci primum Germani populi fuere, à quodā nomine Fraco-Troiano nobili, ut superius lib. 3. dictum est, nominati in Franconia prouincia constituti. Quam quidē prouinciam, Constantius, magni Constantini filius, cum omnibus populis domauerat. Hi quippe usque ad Honorii & Archadii imperatorum tempora, quieti in eadem patria permansere. Sed septimo imperii eorum anno, mutandi melioris solis gratia, patriis sedibus relictis, Rhenum fluuium transierūt, & apud Treros, Metenses, & Marcomenses, Tullensesque, ac Veredunenses consederunt, sed paulò post etiam ultra Rhenum repulsi, iterato his tēporibus, & Franconio profecti, in Senonensiū prouincia, apud Parisium, Clodione, & Moroneo eius filio ducibus sedem

ſedem poſuere. Quibus mortuis,hic Seramundus regnũ ſuſcepit, & multa ſtrenuè geſſit.

5652 453 Synodus quarta uniuerſalis ſexcentorũ & triginta epiſcoporũ,hoc ipſo anno apud Calcidonenſem urbẽ,autoritate Leonis papæ & Martiani principis,indicitur, quorũ autoritate decernitur credendũ,duas in Chriſto fuiſſe naturas,atq; unus idem Chriſtus, deus & homo crederetur.Quibus ex ſẽtẽtia Decretis ſtatim Neſtorius & Euthices nephãdus hæreticus Manichæorũ præſul damnatur,ac omnes Manichæorũ libri, publicè cõbuſti ſunt. Concilium Calcidonẽſe.

Vrſula uirgo glorioſa,natione Anglica,his temporibus apud Coloniam Germaniæ urbem,quum undecim uirginum milibus ab Hunnis,ſub Attila rege militantibus,glorioſiſſimo martyrio coronata,duodecimo calend.Nouemb.migrauit ad ſuperos, quorum corpora ibidem á Chriſtianis ſepulta,maximo in precio ſemper habita ſunt. Sanctiſſimũ autem Vrſulæ caput,Bergomum poſtea translatum,in conuentu noſtro diui Auguſtini, maxima in ueneratione habetur:celebratur autem eorum feſtum.11.calend.Nouenbris. Vrſula uirgo.

5655 456 Maximinus Patricius Ro.hoc anno qui eſt quartus imperii Martiani annus, Valẽtiniano imperatore,á Darſallia milite interfecto,imperiũ Occidẽtale occupauit,& ſtatim Eudoxiam ipſius Valentiniani uxorẽ,uiolentis nuptiis ſibi adiungit : quapropter Vandali ex Aphrica acciti,Genſerico rege duce,Romã hoſtili manu ingreſſi, ipſum Maximinũ in illo tumultu occidunt,& in Tyberim proiiciunt. Quo mortuo, per urbem debacchantes, uniuerſam diripiunt, atque iterato incendunt,templa quoq; & ſacraria uniuerſa ſpoliant, nec Leonem pontificem deprecantem,exaudire uolnerunt . Vrbem deinde ſpoliatam relinquentes,Eudoxiam,etiam & eius filiam,á Valentino ſuſceptam,ſecum in Aphricã perduxerunt:& hic fuit annus ſextus Martiani imperii.

Inclytæ Venetiarum urbis principium.

5655 456 Enetiæ ciuitas, noſtro æuo per potentiã & excellentiã cantatiſſima, hoc anno, Richobaldo Ferrarienſi hiſto.teſte,in Venetia prouincia extruitur. Sunt tamen qui dicunt eam ab Eneto ſeu Veneto quodã Troiano principe,primo conditã. Alii autem á quibuſdã piſcatoribus initium ſumpſiſſe ferunt. Veruntamẽ eodem autore lib.10.referente,hac ipſa tempeſtate examinata Hunnorũ terribiliſſimo hoſte Italia,& confugientibus undiq; conuicinarũ urbium,uidelicet Aquileiæ, Altini,Concordiæ, Caprularũ,& Laureti, necnõ & Patauii,Vicentiæ,Veronæ,Mantuæ,Brixiæ,Bergomi, ac Mediolani,& Papiæ nobilibus, & per proximã paludem conſiſtere ac latere conantibus, in extrema penè Adriatici ſinus ora,ubi intra paludẽ campus aſſurgebat plurimus:nõ dico paſtores aut piſcatores,ſed nobiliſſimi ciues ibidẽ conuenere. Ibiq; exſiccato quotidie de induſtria ſolo,manſiones muniere, quas á cõmuni prouinciæ nomine, unde conuenerant, Venetias dixerunt. Aquileienſes aũt primi gradum, deinde Concordienſes Caprulas condidere. Altinates uerò,ſex oppidula, uidelicet Torcellũ cum quinq; aliis condiderũt. Patauini deinde partem Riuialti extruxerunt .Poſtea monte Silicenſe, Metemanchũ Albiolam Philiſtinã,& quædã alia poſuerunt, atq; ita hæc celebris & inclyta ciuitas ilicò mirum in modũ,& ultra quàm credi poteſt,creuit. Cuius quidẽ urbis,cum multæ pateant latiſſimæ & laudatiſſimæ cõmendationes,illa imprimis extat. Aliæ enim quas accepiſſe lectitaſſéque,aut á nobis ipſis per uarias orbis terrarũ oras aſpexiſſe contigit, celebres,glorioſæque uocantur.Hæc admiranda una eſt,cui tantum cæleſtis aſpirauit fauor,ut ipſa rerum natura ceſſerit,cum certè mortalium ingenio,opibus, manibúſque quod humanitus dici poteſt,iactis humi fundamentis,conditæ ſunt.Hæc inter fluctuoſos maris impetus,& medios pelagi uortices,quaſi regina,in alias caput extulit urbes,per tot templa, tot regias ampliſſimáſq; ædes,turres,naualia,portus aſſurgẽs,ut quæ ad unius urbis decorem collata ſunt,multarum ornamentis ſupereſſe queant. Eam nimirum gentibus omnibus tutam ſedem,commune domicilium,& hoſpitale generis humani,receptaculúmque ab immortali Deo inſtitutã eſſe crediderim,cum eo tot opportunas fluuiinũ deriuationes adeò cõmodè adiacentes,quaque uerſum regiones tot cingentium littorum quaſi mœnia,uallúmque cõſpicio,quo ex mediterraneis locis,fruges,ac alia uitæ neceſſaria deuehantur,quo ita maritimi cõmeatus accipiantur,ut nullos externarũ claſſiũ, nullos infeſtantiũ prædonũ reformidaret incurſus,quaſi ad urbis incrementũ & imperaturã ciuitatẽ ſuperi auſpices cælum & cuncta Venetiarum urbs cõſtruitur

& cuncta concesserint, habet quippe hæc ciuitas ut Cassiodo. inquit, pro pauimẽto mare, pro muro aquas maris, & pro tecto cælum. Ibi enim mare uoraginem quandam habet, cuius rei causam fluxus & refluxus semel in die contingit, tanta nãq; est huius urbis amplitudo, tantáque dignitas, ut non solum Aquileiæ patriarcharum cõsecuta sit, uerumetiam inter ferocissimas gentes eo fastigii peruenerit, ut latè mari ac terris imperet, ac benignos omnibus ac liberos sinus aperiat, quæ res efficit, ut sine patria sese appellare debeat nemo, cum in hac ipsa, sicut his qui parentibus orbati sunt, eo adoptari pacto liceat, ut parui tem poris consuetudine beneficentia, comitatio filios constet fieri legitimos, nec nos in pœnitentia præclaram regendi Venetorum conditionem, non proprias leges, nõ rerum gestarum amplitudinem, non ipsas omni in bellorum genere uictorias, non denique prope diuinam administrationem ducti sumus, quod opus non modo immensum, sed etiam supra humanas uires esset, uerum illud summatim attigisse satis arbitramur, quòd cum præter magnas uirtutes illud imprimis Veneti accuratè tenuerũt, ut æquissimi essent & haberentur, quippe qui nemini iniuriam, aut bellum intulisse cœperint. Addamus & illud quod uere huius urbis peculiare decus est, quod uniuersum reip. corpus ab eis semper ita curatum & in commune consultũ, ut in aliqua parte tuẽda ne reliqua unquam desertas omiserint, quæ res adeò ciuiles discordias & populares seditiones omnino auertit, ut huic urbi primo hominum memoriam sine factionibus & intestinis contentionibus, tam immensum, tam diuturnum genere licuerit imperium, ut autem in bellis inferendis semper tardissimi extitere Veneti, sic ab armis pro sua, amicorũmq; salute, dignitate, fortunis, imperio, in alias nationes suscipiendas nullus eos terror, nulla iactura, nullũmq; discrimẽ absterrere unquam potuisse, est enim eis antiquus mox & sanctissima, ac singularis in Christianos beneuolentia, qua uere alterum Italiæ columen toti gentium Christianitati meritò appellari licet. Nam cum prudentia, fortitudine, magnificentia, benignitate, clementia, reliquisq; uirtutibus antecellant Veneti, id enim sibi maxime ascribunt laudi, ut hi qui eorum quæ sunt commissi in pace securi degant. Síntq; quàm beatissimi, quot monstris terras & tyrannis ciuitates exonerarũt. Quot reges & principes aliorum fraudibus, & ui deiectos, magnis sumptibus, ac detrimentis, regnis incolumes restituerunt? Neq; illud reticere fas esse credimus, quod in dominum Venetorum maximã redumdat gloriam. Classem enim ducere Nauarchis militibus remigibus omni telorum genere instructam, quotannis emittuntur, quæ maria, in singuláisq; sagaci lustret indagine, ut si maritimi usquam prædones compareant, eos insectentur, profligent, crucient, Tutum mare mercatoribus, cæterísque mortalibus reddant, ut iure ipsis Venetis optandum sit.

Ragusium Dalmatiæ ciuitas.

Ruguriũ Dalmatiæ ciuitas.

RAgusium autem Dalmatiæ ciuitas, ab Epidaurensibus Epidauro à Gotthis euerso auspicaci loco, hoc quoque tempore & anno conditur, quæ præ cæteris Dalmatiæ urbibus publicis & priuatis operibus magnificè est extructa, habet & ipsa naualia & portum optimum catena clausum, cuius ciues cæteros Dalmatas & opibus & reliquis bonis, atque uirtutibus superant, qui cum liberi sint legibus, moribúsque instructi Venetorum more, senatum & magistratus, ac Patriciorum ordinem habent à plebe distinctum, Patricii soli rempublicam ipsam administrant, plebs tamen suis rebus studet, & de publicis minimè curiosa est. 5656 457

Leo primus imperator

5657 45

LEo huius nominis primus, decimustertius Constantinopolitanus imperator, hoc anno Martiano defuncto, eius loco ex Græca natione suffectus imperauit annis sexdecim, qui statim filium suum eiusdem nominis creauit Augustum. Quo imperante, Romana respublica, magnas pertulit calamitates, subortis quibusdam tyrannis, imperium ipsum usurpare conãtibus. Gensericus Vandalorum rex, ex Aphrica statim in Italiam nauigat Romanum inuasurus imperium, quod ubi Leo intellexit, repente Basilicum patricium cum ualida classe auxilium Atheni principis Romam mittit, qui ambo coniunctis copiis ad populonium Genserico obuiam fiunt, hominémque classe decernere cõpellunt, qui tãdem ab ipsis superatus, turpi fuga in Aphticã rediit, post hæc quidã nomine Asper patricius Constantinopo. cũ duobus filiis Leonẽ hunc interficere curauit

cere curauit, cui cum res nõ successisset, apertũ ei bellum mouit: sed cum Basilicus ei rediisset, Asper cum filiis captus, obtrũcatur: quibus gestis Ostrogottharũ rex Theodemir, Hunnis superatis, Illyricum, seu Sclauoniam uastare cœpit: nec quieuit, donec Pãnoniam & Messiam prouincias obtinuit. Leo denique, cum pacem cum Ostrogottharum rege fecisset, ualetudine correptus, apud Constantinopolim, Leone ex sorore nepote imperatore designato, è uita discessit.

Maioranus quidam patricius Ro. hoc anno Maximino prædicto tyranno à Genserico interfecto apud Rauennã ab exercitu imperator, Leone suadente, subrogatur, & imperauit annis.3. qui cum iniustè nimiũ imperium regeret.30. anno, ab eodem exercitu ad Therdonam Cisal. Galliæ urbem interficitur: & Seuerianus quidam surrogatus est, qui & ipse cum Alanis inter Benachũ lacum & Brixiam, uictoriosissimè confligens, ipsorũ regẽ interfecit. Seueriano deinde defuncto, Anthenius quidã; Martiani imperatoris gener, suffectus est: qui, ut præfertur, Gensericũ regem, cum Basilico patricio cognato suo, in Aphricã repulit, & Germandũ Narbonensem præfectũ, in Gallia tyrannidẽ exercere præsumentem, per duces suos superauit, & cœpit, atq; exilio damnauit: tandem cum imperator ex Constantinopoli Olimbriũ ducem suum, in subsidiũ ei misisset, depositis imperialibus insigniis, ad priuatã uitam se conuertit, & imperiũ senatui populóq; Ro. cõmendauit: sed cum iterum ad eundem magistratũ, soceri ope fuisset assumptus, ab eodem etiam paulò post per carnifices, interfectus & laceratus est, cum imperasset annis.4. Sed & ipse eius socer imperator post generi crudelem cædem .4. men. acerbissimis cruciatibus consumptus est. Eo item mortuo, Olimbrius dux, à Po. Ro. ex Rauenna Ro. uocatus, imperator Occidentalis imperii appellatus, imperauit tantũmodo mensib.4. & ita discessit: quo mortuo, Glicerius quidã, senator Ro. imperator cõstituitur. Sed à Ro. etiã postmodũ deiectus, Salernitanus episc. mox cõstituitur. Hæc de imperatorib. Ro. constitutis Leone imperante, sufficiant.

Seuerianus imperator

Glicerius. epis. & impera.

Acephalorũ pessima hæresis Calcedonense conciliũ impugnantiũ, per hoc tẽpus exoritur, qui ideo Acephali dicti, eo quòd sine capite .i. sine auctore habeantur, ut habemus in cano.14.q.3.c. Acephali. Hi quippe, duarũ substantiarũ proprietatẽ in Christo negabant, unam tantum in eiusdem personæ naturam prædicantes.

Acephali heretici.

5662 463 Hilarius papa, natione Sardus, patre Crispino, post Leonẽ pontificẽ sedit an.6. mensib.3 dieb.10. qui licet in multarũ rerum perturbationẽ fuerit, rem tamen diuinã nunquã prætermisit. Vnde & Gratiano referente, constituit, ut nullus literarum inscius, in clericũ ordinaretur, ut habetur in cano.55. dist. c. Pœnitentẽs. Instituit item, ne pontifices deinceps successorẽ sibi deligerẽt, ut.8.q.1.c. Plæriq;: quæ quidẽ institutio, ad omnes ecclesiasticos gradus pertinet, & postea per totum orbem sparsa est. Hic cum eruditissimus haberetur, tres epistolas de fide catholica scripsit, tres Synodos confirmantes, Nicenam, Ephesinã, & Calchidonensem: duas etiam bibliothecas in Vrbe construxit, & ad lunam in Vrbe monasterium cõstruxit. Multa præterea dona, & quasi infinita, templis obtulit. Deniq; cum omne tempus in docendo, admonendo, eleemosynas faciendo contriuisset, multósq; præsbyteros, diaconos, episcopos creasset, uitã sanctissimè finiuit, & iuxta corpus B. Laurẽtii in cripta sepelitur, & tunc uacauit sedes dies.10.

Hilarius papa 48.

Viri doctrinis excellentes.

Victorinus, natione Aquitanicus, insignis Arithmetricus, per hoc tẽpus in precio existens, ab Hylario papa imitatus, rationem Paschæ, ad cursum lunæ composuit. Eusebium & Theophilum ac Prosperum magistrum suum, ea in re superans.

Lupus Ceracensis, Galliarũ urbis episco. his temporib. fuit & floruit, qui cum B. Hylario pontifice, Christianã religionẽ, Gẽtilium, & Pelagianorũ opere plurimũ labefactatam multum iuuit. Hic itaq; cum beato Germano Antisiodorensi episcopo, etiã ob hanc causam in Britanniã missus fuit, ubi duobus &.50. annis sacerdotio uenerabiliter functus est. Quo aũt anno obierit, non satis constat. Eius uerò festum quarto calend. Aug. celebratur.

Lupus episco.

Theodorus præsbyter, natione Syrus, homo nõ mediocriter eruditus, per hoc tempus librum scripturæ sacræ consonantia noui scilicet & ueteris testamẽti, contrà antiquos hæreticos ædidit, & postea, Zenone imperante, diem obiit.

Faustinus

Faustinus quidam in regno Galliarum episcopus, in diuinis scripturis satis instructus, hac tempestate librum de spiritu sancto composuit. Aliud quoque egregium opus de gratia Dei ædidit. Item libellos plures aduersus Arrianos & Macedonianos, & aduersus eos, qui in creaturis aliquid incorporeũ esse dicunt. Item epistolam in libelli modum ad quendam diaconum Græcum, qui ad Næstorianam impietatem abierat. Extat & alia eius epistola pulcherrima ad Dei timorem exhortatoria, ac plurima alia eius scripta, & propterea inter doctores egregios annumeratur.

Simplicius papa. 49.



Implicius papa, natione Tyburtinus, patre Castino, post Hilarium pontifi. sedit annis. 15. mẽ. 1. dieb. 7. Hic à iuuẽtute nõ modo simplex, sed & rectissimus ac timens deum fuit: qui & Gratiano referente, multa constituit: Et primo, ut nullus inuitus in episcopum pœnitus promoueretur, sicut habemus in canone. 74. dist. c. Vbi ista. Item censuit, ne clericus ullus possessionem alicuius beneficii à laico recognoscere præsumeret, ut. 16. q. 6. per totum. Quod postea quidem à Gregorio, aliisque pontificibus confirmatum fuit. Hic optimus pontifex, infrascriptas in Vrbe basilicas ædificauit: & primo basilicam S. Stephani prothomartyris, basilicam S. Andreæ apostoli. nõ longè à templo sanctæ Mariæ maioris: aliam quoq; basilicam S. Stephani, apud sanctũ Laurentiũ dedicauit, & etiam basilicam sanctæ Viuianæ martyris ad palatium Lucinianum, ubi corpus ipsius uirginis repositum est, tandem cum Ro. ecclesiam non solum bonis institutis, uerumetiam & donis plurimis auxisset, plurimósque presbyteros dyaconos & episcopos creasset, decessit, &. 7. no. mart. in beati Petri templo sepelitur, ac post, sedes uacauit dies uigintisex. 5668 469

Arthurus Britannorũ rex.

Arthurum Britannorum regem. & quidem cantatissimum, per hoc tempus regnum suscepisse ferunt, uirum sanè bellicosissimum atque fortissimum, qui & lorica pulcherrima utebatur regi quidem tanto condigna. Sed & in capite aurea galea in qua draco sepultus uidebatur. Clypeum aureum præ se ferre faciebat, in quo dei genetricis imago depicta uidebatur, ut eam semper aduocatam suam in memoriam in omni reducere posset, lanceam præterea nomine Ron arduam latãque & cladibus aptam, quam quidem quocunque ibat secum deferri faciebat, calyburnum etiam gladium eum habuisse & portasse dicitur, cũ quo quadringentos. &. 60. uiros uno prælio eum interfecisse perhibetur, hunc etiã uirum optimum & Christianissimum esse ferunt, & ecclesiæ collabenti in Gallia & Britannia plurimum subuenisse, necnon & Catholicam fidem mirum in modũ ampliasse, unde & regiones multas, Franconiam uidelicet, & Dariam, Guasco. & Ger. eamobrem suo subiecit imperio, tam multa etiam commisit prælia, ut breui ad. 30. regna sibi uendicauerit, quaobrem & rotundam mensam apud Corimbiam ciuitatem instituit. Tandem cum in prælio multas hostium strages dedisset, & ipse uulneratus in insulam defertur, ibique constitutus, ut Britonum tradunt historiæ inde sublatus, nunqnam comparuit, quem & nunc usque & Britones expectare eum dicuntur.

Viri doctrinis excellentes.

Genadius Constantinopolitanus episcopus, uir doctrina & lingua nitidus, hoc tempore inter Ecclesiasticos doctores insignis fuit, qui inter cætera totum Danielem prpohetam ex integro ad uerbum commentatus est, similiter & multas Omelias composuit.

Ioannem quendam Antiochenum, ex Grammatico presbyterum factum, hac tepestate fuisse, & quædam contra eos, qui in una tantum substantia Christum adorandum prædicabant, scripsisse tradunt ubi quasdam ex Cyrili episcopi sententias incautè forte ab illo aduersus Nestorem prolatas impugnat, quod robur Thimoteanis hæresibus addebant.

Zeno hisauricus imperator



Eno hisauricus. 14. Constantinopolitanus imperator à Leone ante mortem Augustus cum filio declaratus, imperauit annis. 17. Leo enim ut dictum est, ualitudine correptus, primum nepotem suum ex Mariagene sorore sua filiũ nomine Leonem imperii successorem designauerit, qui puer cum pancis diebus imperasset, hunc Zenonem patruum suum propria manu coronatum imperatorem fecit, sed cum paulo post in Calcidonem perrexisset, Verina socrus sua Basilicum ducem uirum strenuum fratrem suum in Constantinopoli imperatorem appellauit, quos audiens Zeno 5673 474

Hisauriam se contulit, malens cum Mariagene uxore sua exulare, quàm rempu. perturbare, cuius fugam libenter Basilicus suscepit, uerum cum ciuitas Cōstātinopolitana eius hæreses, & turpitudines ferre nō posset, Zenonem in urbe reuocauit, qui reuersus, Basilicum cognatum & eius filium, quem Cæsarem fecerat, atque Verinam eius socrum in Capadociam relegauit, interim uero Odoacer cum magna Tucilingorū & Herulorum manu Italiam ingressus horrestem militiæ magistrū apud Papiam superatum & captum Placētiam perducens ibidem uniuerso spectante populo interfecit. Zeno autem Italiæ calamitatem miseratus, Theodoricum Gotthorum regem iam antea apud se suósque prædecessores in honore habitum contra Odoachrum cum ingētibus copiis in Italiā mittit, qui horrestem Odoacri patrem & ducem suum superauit, cunque etiam contra Odoachrem, seu Odoacrum sæpius conflixisset, illum tandem in Rauennā urbem obsedit, & eo impulit, ut eum etiā imperii socium acciperet, quod & fecit, uerū sequenti die Theodoricus ipsum Odoachrem, & eius filium contra fidem datam interfecit, & postea nemine contradicēte totius Italiæ imperio potitus, tandem & hic Zeno cū multas condidisset leges & Bulgari uniuersam Thraciam deuastarent, ne eis propter recessum Theodorici resistere posset, uisa etiam maxima Constantinopoli conflagratione dolore animi morbum contraxit, ex quo paulopost uitam finiuit.



5678 479 CLodoueus quintus, ut fertur Francorū rex, hoc anno Childerico eius patre morte sublato, in regnum successit, & regnauit an. 30. uir utique potens & armis strenuus, qui Theodoricum solum ex concubina habens filiū, Chrotildem Chilperici Burgundiorum Regis filiam forma elegantissimam & Christianissimam duxit uxorem, cuius sororem patruus eius Gūdebandus Burgūdiæ Rex exilio damnauerat, & utrunque eius parētem necnon & duos fratres, ac etiam Godesillum eius patruū gladio obtruncauerat, hæc itaque Chrotildis regina facta, mox uirum suum Clcdoueum regem diui Remigii Remensis episcopi interuētu ad catholicam fidem conuertit, Clodoueo ipsi baptismum suscipienti & dicenti: Mitis depone colla, Sicamber adora quod incendisti, incendéq; quod adorasti, percepta igitur baptismi gratia, confestim Francorum regnum in immensum auctum est. Et propterea Anastasius imperator cū eius famam atque uirtutes intellexisset, reperire coronam auream gēmis ornatam cum tunica & baltheo eidem ex Constantinopoli in Galliam transmisit, à quo die & consul & imperator designatus, trabea etiam consulari indui meruit. Ac deinceps Romanum imperium, quod dudum apud Constantinopolim in amplum fuerat, indies minui cœpit, & Frācorum regnum augeri. Clodoueus itaque Parisiorum urbem regni sui caput etiam constituens, inde uniuersos expulit hæreticos, & catholicos introduxit.

Clodoueus Francorū rex baptismū suscepit.

5683 484 FElix eius nominis tertius, natione Ro. patre Felice presbytero ex regione Fasciolæ, beati Gregorii papæ attauus, post Simplicium pontificē, sedit annis. 8. mensi. xi. & diebus. 19. uir utiq; optimus, qui inito pontificatu statim ex Græcia religionem accepit. Petrum Euthicianum, quem antea diximus ob hæresim in exilium fuisse pulsum ab Achatio Constantinopolitano episcopo esse reuocatum, unde concilio congregato Felix ponti. hic auctoritate sedis apostolicæ Petrū hæreticum & ipsum Achatium episcopum damnat. In eo item cōcilio constituit accusato apud iudicem semper propter responsionē darētur induciæ, ut habetur in Can. 2. q. c. De induciis. Cōstituit etiā ut ecclesiæ ab episcopis cōsecrarētur, ut de cōse. di. 1. c. Si non alii. Hic basilicā beati Agapyti martyris non lōge ab ecclesia sancti Laurē. ædificauit, & cū his in urbe Ro. sacros ordines celebrasset, ubi presbyteros. 8. & 20. dyaconos. 5. episc. per diuersa loca nūero. 30. creauit, moritur, & in ecclesia B. Pauli sepelitur. Cessauit tūc episcopatus dies. 6.

Felix papa. 50.

5685 486 Conciliū Aurelianēse tertiū tēpestate hac Clodouei regis iussu indicitur, quod quidē

sauctus Mellanius cõgregasse dicitur, quo in loco etiã quatuor alia cõcilia cõgregata fuissent, scribitur primuũ sub btõ Syluestro papa, auctore Marino episcopo: secundũ auctore Aureliano episcopo, Tertiũ hoc idẽ Mellanio episcopo auctore, quartũ auctore Albino Andagauensi episcopo. Quintum Honorato Bituriẽsi episcopo auctore, quod probatur in Decretis. 15. di. c. Sexta synodus.

Rauennati reges.

Theodoricus Theodemiris Ostrogottharũ regis ex Arilena cõcubina filius. 15. imperii Zenonis anno Italiæ totius dominio potitus est, & regnauit annis. 25. uir omniũ Barbarorũ mitissimus, qui & si Rauẽnatem urbẽ regni sui sedem fecerit, urbẽ tamen Romanã quoad potuit honorauit. Nã & Octauii sepulchrũ exornauit, & spectacula de more exhibuit, & alia ædificia publica & basilicas multas extruxit, nihilque omisit quod ad optimum principem pertineret. Et ut regnũ suum aliquãdo stabiliret, Clodouei Francorũ regis filiã nomine Andeflenã, uxorẽ duxit, & sororẽ Honorico Vandalorũ regi, & alteram Alarico Vesogottharũ, Tertiámq; Gundibato Burgũdionũ regi in matrimoniũ copulauit, Indéq; paulopost Clodoueo Frãcorum regi socero suo bellum intulit grãde, eo quod Alaricũ Vesogottharũ regem generũ suũ interfecisset, & Vasconiã partem regni sui occupasset, ac Gallis ingenti prælio superatis, Vasconiã iterato recepit, receptámque pro Almerico paruulo Alarici filio donec adolesceret gubernauit, his optimẽ gestis, ut erat ingentis animi & potentiæ uir, etiã Siciliã, Dalmatiã, Hyberniã, Illyricũ, Narbonẽsem, Galliã, atq; Burgundiã, suo subiecit imperio. Tridentinã postea urbẽ in Alpibus positã pulchro cinxit muro, & Italiã omnẽ ab extremo hoste tutatus est. Collocatisq; herulis in extremis Italiæ partibus apud Augustã prætoriã, interfecto Odoachre, alium regem dedit, quẽ adhuc adolescẽtem in adoptiuũ suscepit filiũ. Hic Boetiũ & Symachũ consulares uiros Romanos ob suspicionem affectatæ libertatis, exilio primũ damnauit, & postea interimere fecit. Cúmq; in Arrianam postmodũ hæresim declinasset, Ioãnem papã & nonnullos alios catholicos apud Rauennã in carcerem trusit, ubi eum cũ aliis multis inædia atq; aliis suppliciis interire fecit. Sed hanc sæuitiã dominus nequaquam permisit inultã, quia Ioanne papa mortuo, & ipse post septuagesimũ diẽ Appoplexi correptus statim hæreticus expirauit, cuius animã Grego. in suo dyalogo referẽte eremita quidã in lyparis in ignem uidit immersam, huic autem Theodorico Athanaricus eius ex filia nepos in regnum successit, Athanarico autẽ Theodatus suffectus est. Quo deiecto, Vitigis regnnm accepit, sed eo à Bellisario capto & Iustiniano imperatori præsentato regnum iterato in imperii ditionem cessit.

Tridentinã urbẽ muris cinxit.

Burgundionum regni finis.

Gundebandus ultimus Burgundionum rex, Chrotildis reginæ Francorũ patruus per hoc tẽpus interfectis fratribus suis, regnũ omne occupat, sed quãtũ regnauerit ignoratur. quippe Gundiocho eius patre defuncto, quatuor eius filii hæredes in regno sunt instituti, sed hic reliquis eius fratribus interfectis, cum earũ coniugibus ac filiis duabus tantummodo fratris filiabus, uidelicet Sedelena, & Chrotildi superstitibus, regnũ omne solus obtinuit. Qui regno in pace adepto, cõfestim in Italiã per Domussule montẽ agri Nouariẽsis ingreditur, & magnas strages Nouariẽsibus, Comensibus, Vercellensibus, Taurinensibus, atque Eporediensibus dedit. Quo absente, Clodoueus Francorũ rex statim Chrotildem eius neptem Chilperici filiã per internuncios pertẽtare fecit, an se in uirũ suum habere uellet, cui cum libentissimẽ id facere optaret, raptam uxorem duxit, & paulopost duos ex ea filios suscepit. Cúmq; postea Clodoueus uxoris hæreditatem ab ipso Gundebando expostularet, nec obtinere posset, aduersus eum bellũ mouit, & ciuitates omnes inter Lygierim & Sequanam fluuio sitas, suo statim conquisiuit imperio, cumq; quod reliquũ superfuerat, bello etiam sibi uendicare tentasset, interueniente Chrotildi pacem præstitit, pacéq; confecta Gundebandus ad cõfirmandum regnũ suum Theodorici prædicti Italiæ regis filiã duxit uxorem, & ex ea mox filium suscepit. Quæ cum nouercã se ut uideret, eius filius post mortem patris regnare posset, priuigno Sigismundo insidias tetendit, & tandem ueneno eum sustulit, Mortuo deniq; Clodoueo Frãcorum rege, hic filiis Clodouei molestus esse cœpit, qui matris Chrotildis persuasionibus stimulati, maximo exercitu comparato, in eum mouent, quo fuso ac superato eius regnum in Francorum regnum cessit.

Vnericus

5658 489 Vnericus Gensferici Vandalorum regis filius, hoc anno patre defuncto apud Aphricam Vandalis regnare cœpit,& regnauit annis.8. Qui Patarinis Arrianis fauens catholicos persequi non destitit,& die una ad quatuor millia nongentos septuaginta sex Christi confessores diuersis suppliciis eum interfecisse dicitur,quorum cum multi essent ecclesiarum episcopi,presbyteri,& dyaconi,associatis sibi fidelium populorũ turbis,pro catholicæ confessionis defensione in horribilem eremum primũ exilio trusi,ad extremum.4.idus Octobris uariis cruciatibus afflicti,martyrium consummauerunt,inter quos Cyprianus & Felix domini nostri sacerdotes præcipui & primicerii fuere,quo autem genere mortis hic Vnericus obierit,non satis constat. Patarini arriani hæretici pessimi.

Viri doctrinis excellentes.

Mamerus Viennensis episcopus, hisdem temporibus ob sanctitatem atque doctrinam magno habetur in precio, qui inter cætera suæ uirtutis monumenta, primus supplicationes quas Græci letanias uocant,instituit, & hoc quàmmaxime propter frequentes terræmotus, qui tum Gallias acerbissimè molestabant, atque uexabant, ac propter bestiarum quarumdam incursiones, quæ tunc populum suum plurimum contriuerant, & hæc quidem letania minores dicuntur ad maiorum differentiam, quas magnus Grego. in sancti Marci festo instituit.

Remigium etiam Remensem episcopum,& quidem doctissimum atque sanctissimum, per hæc tempora floruisse constat,eo quòd Clodoueum Francorum regem cum innumerabilibus Francis baptiuauerit. Qui præter sanctitatem maximam cum in diuinis scripturis præclarissimus haberetur,Commentarios petutiles in nouo & ueteri ædidit testamento.Septuaginta & eo amplius annos cum in episcopatu explesset,inter cætera suæ sanctitatis miracula facta, puellam à morte corporis suscitasse legitur. Obiit autem anno domini.468.calen.Octobris. Sãctus Remigius.

5689 490 Nastasius.15.Constãtinopolitanus imperator post Zenonẽ imperauit in Oriẽte tantum annis.36.hic Clodoueo Francorum rege, eo quòd Eugorismam & Burdegaliam ciuitates celebres à Vesegotthis, qui Arrianam hæresim tenebant, abstulisset, præciosam (ut diximus) transmisit tunicam, eúmque patricium creauit. Sed postmodum per Achatium Constantinopolitanum episcopum corruptus,factus est hæreticus. Eam ob rem cum ab Ormisda pontifice Ro. per legatos moneretur, ut ab Euthicetis hæresi discederet, iratus confestim oratores ab urbe eiecit, dicens:Nos & pontifici & aliis iubere uolumus, non autem iuberi. Et propterea paulopost suis omnibus astantibus principibus, ut sceleris & superbiæ pœnas daret, ictu fulminis interiit. Anastasius imperat.

Elasius eius nominis primus papa,natione Apher,patre Valerio,post Felicem ponti.sedit annis.4. mensi.8. & diebus.17. hic uir sanctus fuit, qui ut ad pontificatum assumptus fuit,mox Manichæos in urbe depræhensos exilio damnauit,eorúmque libros quoscũque inuenire potuit, apud basilicam sanctæ Mariæ maioris publicè cõbussit. Deinde diligens,quæ dei sunt,multa constituit,quæ ad ecclesiasticum cultum pertinebant. Et primo,ut nullus bigamus ad sacros ordines,nisi de licentia sedis apostolicæ promoueventur,ut habetur in Cano.52.di.c. Nam confidit. Voluit item ut seruus clericus factus,seruituti etiam permaneret obnoxius. 54.distin.c. Frequens. Statuit item,ut nullus membro mutilatus, aut carens oculo ordinaretur presbyter.55.distin.ca. Si euangelica. Vtque episcopi à suo tantum metropolitano, & ipse ab eis ordinaretur.64.distin.ca. Qui per ambitiones. Censuit etiam,ut clericorum ordinationes quater in anno de cætero fierent,& die sabbati tantum.75.distin. ca. Ordinationes. Distinxit quoque gradus, per quos uoluit,ut si quis ad episcopatum ascenderet, scilicet ut primo hostiarius fieret,deinde lector, exorcista, acolitus, subdyaconus, dyaconus,presbyter,& demum episcopus,ut.77.distin.ca.Illud nos. Constituit præterea,ut inimici & suspecti in iudicio ab accusationibus repellerentur.3.quæst.5.c. Omnis qui. Vetuit item huiusmodi Decreto seruis, ne omnino testamentum condere possent.13.q.1.c. Frater & coepiscopus. Mandauit item sacerdotibus celebraturis,ne corpus unquam sine sanguine conficerẽt Gelasius papa 51

passio Cyri & Iulitæ, & passio sancti Gregorii martyris apochripha. Filateria omnia quæ non angelorum, ut nonnulli confugiunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt. Hæc & similia quæ Simon magus, Nicolaus cherintar, Martion, Basilides, Ebion, Paulus Samaritanus, Photinus Bonosus, & qui similiter errore decepti sunt, Montanus quoq; cum suis obscœnissimis ac sequacibus Apollinaris, Valẽtinus, Manichæus, Faustus, Aphricanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunonius, Nonatus, Donatus, Eustasius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, Elamẽsis, Priscillianus ad Hispaniam, Nestorius Constantiuopolitanus, Maximus, Vnicus, Iapecius, Dioscorus, Euthicianus Petrus, & alius Petrus, quibus unus Alexandriam, & alter maculauit Antiochiam. Acharius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon & omnes eorum discipuli, uel scismatici docuerunt, uel scripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiauerunt, uerum etiam ab omni Ro. ecclesia catholica & apostolica eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorúmque sequacibus sub anathemate indissolubili uinculo in æternum confitemur (inquit) esse damnatos.

Apochriphus itaque dici potest latine absconditus uel abditus. Nam componitur ex apo præpositione quod est de, & chrysis secretũ, quasi occultus, ut prænominati libri, de quibus eorum ueritas occulta est, id est dubia, quia non bene patet, uel occultũ habet auctorem, quia eius doctor ignoratur, uel dicitur ab apo quod longe significat, & chrysis, quod est iudicium, quasi longe à iudicio quia non potest certum haberi de eo iudicium siue de ueritate, siue de auctore.

Michaelis archangeli reuelationem Gelasio isto pontificante apud Apuliam in monte Gargano. 3. calen. Octobris factam fuisse tradunt, ubi & postea templum miris ædificiis extructum fuit, eóque loci ob deuotionem, tantam populorum frequentiam singulis annis conuenire dicitur, ut non solum Christiani, sed & infideles quoque ad patricium sancti angeli implorandum frequentent. S. Michaelis reuelatio.

Epiphanius episcopus, uir diuina humanáque sapientia prudentissius, his quoque temporibus apud Theodoricum regem propter eloquentiam & sanctitatem magno in precio habitus est. Cuius auctoritate & sanctitate Italia à Barbaris uexata, liberata est.

5694 495 Nastasius eius nominis secundus papa, natione Romanus, patre Fortunato, post Gelasium pontificem, sedit anno uno men. 10. & diebus. 24. hic cum primum bonus & catholicus haberetur ab Achatio seductus fuit, uerũ dum occulte eum reuocare tentasset, clerum se alienauit eóque fessum à communione maxime subtraxit, hanc obrem ut etiam Gratianus testatur, diuino nutu morbo statim correptus est, & cum in laterina esset, ut naturæ necessitati obtemperaret, intestina effudit, ut habemus in Cano. 19. distin. c. Anastasius. Is itaque secundus papa infamis fuit: Constituit tamen ut nullus clericus propter iram uel odium in ecclesia officiũ suum intermitteret missa excepta. Excommunicauit etiam primo Anastasium imperatorem, eo quod Achatio hæretico faueret, & hæc de Anastasio isto dicta sufficiant, quin etiam in Septembri mense semel ordinationibus celebratis duodecim præsbyteros, & episcopos sexdecim creauit, atque ita tertiodecimo calen. Decembris in basilica beati Petri sepultus fuit, & post uacauit sedes dies sex. Anastasius Papa. 52.

5698 499 Ymachus papa, natione Sardus, patre & ipso Fortunato post Anastasiũ non sine magna discordia pótifex creatus, sedit annis. 15. men. 6. & . diebus. 22. Cum enim hic in Lateranensi palatio ordinaretur. Laurentius quidam in æde beatæ uirginis, quæ noua dicebatur ab aliis per contentionem pontifex subrogatus est. Res autem cum apud Theodoricum ageretur, Symachus hic in pontificatu confirmatus est, sicut etiam Gratianus in canone meminit, scilicet. 17. di. c. Concilia. Qui confirmatus hac clementia in Laurentium usus est, ut ipsum Nicerinis episcopum dederit. Post quatuor deinde annos iterum maxima altercatio in clerum surrexit, & hoc propter crimina Symacho obiecta, quia Romani pace fastiditi Laurentium reduxerunt, & sextũ dissidium fecerunt. Rex autem Theodoricus canonum ecclesiasticorum ignarus, Petrum quondam Altinum episcopum é Rauenna Romam misit, qui utroque pontifice deiecto, se pontificem fecit. At Symachus centum & uiginti episcoporum synodo congregata, Symachus papa. 53.

de obiectis criminib. cõstanti animo se purgauit, ac Petrũ, Laurẽtiũmq; malorũ omniũ capita relegari obtinuit. Symachus itaq; cum gloria & honore restitutus, cõfestim Manichæos ab urbe expulit, & eorũ libros iterũ publicè cõcremauit. Et postea basilicas multas, aut ornauit, aut à fundamẽtis erexit. Constituit aũt sub anathematis pœna, ut nemo adhuc uiuente papa, de electione futuri põtificis præsumeret loqui, sicut habemus in can. 79. d. c. Si quis. Mandauit quoq; clericis, ne cum mulierib. nisi cum consanguineis in una eadẽq; domo cohabitarẽt, ut. 81. d. c. Volumus. Cõstituit item, ut dieb. dominicis, & in martyrum natalitiis, Gloria in excelsis, in missis semper caneretur. Fuit hic pontifex pauperũ & maximè episcoporũ ac clericorũ amator, quibus in Aphrica & Sardinia exulantib. pecunias & uestes pro posse ministrauit, multos & captiuos in diuersis prouinciis multa pecunia redemit. Tandẽ creatis. 92. præsbyteris, diaconis. 16. et episcopis per diuersa loca numero. 117. moritur, &. 14. calen. Aug. in basilica beati Petri sepelitur, & uacauit sedes dies septem.

Viri doctrinis excellentes.

Fulgentius. Fulgentius, natione Apher, Rupensis episcopus & præclarissimus doctor, his temporibus floruit, qui ex Aphrica cum innumerabilibus Catholicis, in Sardiniã à Torsimundo Vandalorũ rege, ob Catholicæ fidei defensionẽ exulatũ missus, corpus sanctissimi patris nostri Augustini, ac alias nõnullas sanctorũ reliquias secũ detulit, ubi & quod reliquum uitæ suæ fuit tempus, cõsumpsit, ibidẽmq; cõstitutus nihil prætermisit, quod ad uerè Christi fidem pertineret, prædicãdo, docendo, monendo, & libros cõponendo. E quibus libris à se æditis, hi præcipui sunt. Ad Euticianũ, De remissione peccatorũ lib. 3. ad Donatũ de fide, lib. 1. De mysterio mediatoris, lib. 2. de Prædestinatiõe & quibusdã aliis quæstionib. li. 3. Contra obiectiões Torsimũdi regis Arriani, lib. 1. de Continentia coniugatorũ seruãda, lib. 1. Ad eandẽ de oratione, lib. 1. ad Eugippum de charitate habenda, lib. 1. ad Theodorũ senatorẽ, lib. 1. ad Venantiũ de pœnitẽtia & indulgẽtia, lib. 1. Orationes quoq; multas habuit ad populũ, elegantes quidem & graues, & præsertim de natiuitate domini, & de beato Stephano martyre. 5698 499

Hegesippus. Hegesippus uir fortissimus, per hæc tempora in precio existens, etiam ecclesiam Dei plurimum iuuit. Hic cum gloriosissimus haberetur, etiam monachorum regulas accuratè composuit, & sancti Seuerini abbatis uitam, eleganti stylo conscripsit.

Genadius Massiliensis episcopus, uir Græca Latinaq; lingua eruditus, & ipse tempestate hac diligens, patris nostri Augustini imitator, librum de dogmatibus Christianis composuit, & ibidem quid cui ad salutem necessarium esset, declarauit. Item diuum Hieronymum imitatus, librum de uiris illustribus ædidit: multaq, præterea, ipso referente, de Græco in Latinum transtulit.

Symachus. Symachus, patricius ac senator Ro. & philosophus insignis, hisdẽ temporibus cũ Romæ clarissimus haberetur à Theodorico rege, ob suspicione affectatæ libertatis, apud Papiam exilio damnatur, & in carcere per aliquod tempus truditur: deinde ab exilio reuocatus, diris suppliciis tandem interfectus est: hunc nanque Romanam rempub. sua sapientia suisque scriptis plurimum illustrasse dicitur, eo quòd librum epistolarũ elegantissimarum scripserit, à quo & nos hanc celeberrimam excerpsimus sententiã: Semper natura æqualibus gaudet, & tunc familiare sibi est omne quod simile est.

Boetius seu erinus. Boetius Ancius Manilius Seuerinus Christianissimus uir, & consulari dignitate insignitus, poẽtáq; ac philosophus celeberrimus, Symachíq; prædicti gener, hisdẽ quoq; temporibus Romæ clarissimus fuit: hũc ideo Maniliũ uocant, eo quòd à Manilio Torquato originem duxisse tradant. Qui cum uerè catholicus esset (nec Arrianis etiam persæpe rogatus) obtemperare uellet. Et ipse à Theodorico rege sub uelamẽto affectatæ libertatis, post socerũ suum Ticinii exulare iubetur. Et postmodũ instigantibus hæreticis, perpetuò carceri damnatur. In qua quidẽ calamitate cõstitutus, ad recreandũ animũ suum, cũ in Mathematicis doctissimus esset, Chiterinũ è neruo primus excogitauit, & excidit, quod quidem modernis temporibus musicis, celebre instrumentũ habetur. Ibidem quoq; constitutus, ad multorum utilitatem, præclarissima atque innumerabilia quasi ædidit opuscula. 5699 500

Lotharius. Lotharius, aliàs Clotarius. 6. Francorũ rex, hoc anno, Clodoueo rege defuncto, regnũ 5701 502

suscipiens,regnauit in Gallia annis.51. Clodoueus enim post se quatuor reliquit filios,tres
scilicet legitimos,Clodemirem,Clotharium,Childebertũ, atq; Theodoricũ naturalẽ, qui Clotharius.
inter sese regnũ à patre occupatum,æquis portionibus diuisere. Clodemiris aũt natu ma-
ior,statim deficiens,duos filios infantes post se reliquit:quos cum Clotildis mater,& eorũ Childebertus.
auia,unicè diligerent,in regno, siue in patris portione, quæ fuit in Burgundia & Alema-
nia,usq; ad Italiam,enutrire curarunt. Quod perpendens Clotarius hic, & Childebertus Theodoricus
frater,statim infantes suscipiunt,& terræ allisos interficiunt : quibus interfectis Theode-
bertus,Theodorici prædicti filius, præclarus adolescens, cum Childeberto patruo suo, in
hunc Lothariũ coniurarunt : quibus ad præliũ exeuntibus, Clotildis mater eos cõposuit,
& Childebertus cum Lothario isto in Hispania contra Gotthos Arrianos,exercitũ duce-
re hortata est.Qui illò accedens,statim Cæsaraguſtanã ciuitatẽ obsiderunt. Theodebertus
aũt prædationibus assuetus,in Italiam ueniens,Lyguriã nostram omnẽ mox obtinuit,ibi-
démq; præda magna conquesita,in Galliã rediit. Mortuo deinde Childeberto fratre mi-
nore,Clodotharius iste regnum omne obtinuit : qui ut regnum etiam confirmaret,filiam
Chlotismundam Albonio Longobardorum regi potentissimo, uxorem dedit. Hic deniq;
apud Parisius moriens, cum etiam Theodeberti nepotis sui regnum obtinuisset, quatuor
filios,scilicet, Arimpertum, Guntauinium, Chilpericum, & Sigipertum post se reliquit,
qui postea inter se totum regnum concorditer diuiserunt.

5711 512 HOrmisda papa,natione Campanus,patre Iusto,post Symachũ ponti.sedit an- Hormisda papa.54.
nis.9.& dieb.18. Hic pontificatu inito,Theodorico hortãte,statim apud Vrbẽ
prouincialem synodũ cõgregauit, in qua præsertim Euticianã hæresim dam-
nauit. In ea quoq; synodo,Gratiano teste,multa cõstituit:Primo,ut nullus so
lenniter pœnitens de cætero ad sacros ordines promoueretur, ut habetur in Decre.51.di.
c.Pœnitentes. Eodémq; decreto uetuit aliquẽ in episcopum ex secularibus debere eligi,
ut.61.di.c.In sacerdotibus.Mandauit item episcopis aliisque subditis, metropolitanorum
suorũ decreta inconcussa seruare.25.q.2.c.Seruatis. Voluit item Christianorũ nuptias nõ Ne matrimonia fiat occultè
occultè,sed publicè fieri debere,ut.30.q.5.c.Nullus fidelis. Vetuit præterea sacerdotibus
& aliis,ne altaria in ecclesiis cõsecratis erigerent sine speciali episcopi licentia,de Con.di.
1.c.Nullus præsbyter. Hic Græcos reconciliauit,clerumq; composuit,ac Manichæos ite-
rum in Vrbe pullulantes expulit, atq; eorum libros publico incendio consumpsit. Huic
Clotharius Francorũ rex prædictus plurima dona,& quædã præciosa obtulit:similiter &
Theodoricus rex,trabeam argenteã.140.librarũ dono misit. Et propterea ipse ut erat mu
nificentissimus pontifex cum eisdem principibus muneribus certauit. Vnde & ante altare
basilicæ Constantianæ coronam argenteam librarũ.20. & cantaros argenteos se collocauit,
atque aliis multis donis Christi ecclesias exornauit,quibus optimè gestis, multis quoq; sa-
cerdotibus,aliisque clericis ex more creatis.8.idus Augusti emoritur,& in beati Petri apo
stoli basilica sepelitur.Quo mortuo,sedes uacauit dies sex.

5714 515 IVstinus senior.16.Constantinopolitanus imperator,hoc anno Anastasio impe- Iustinus impera.16.
ratori subrogatus,imperauit annis.8. Is orthodoxæ fidei amator & protector
acerrimus fuit,& ut diligentissimũ fidei obseruatorẽ se profitetur,hæreticorum
nomẽ pro uiribus extinxit,& quãmaxime Arrianos oẽs ex Constantinopolita-
na urbe expulit expulit,atq; eorum ecclesias Catholicis assignauit. Quod quidẽ Theodo-
ricus rex,ea labe infectus,ægrè ferens, Symachũ & Boëtiũ Ro.consules, Papiam relega-
uit,& Ioannẽ pontificẽ Ro.cum multis nobilibus Romanis,ire Constantinopolim iussit,
mandans eis,ut Iustino suaderent Arrianos restituere, alioquin ipse omni regno suo epi-
scopis Catholicis uices redderet. Iustinus aũt Ioannẽ papam magno cũ honore excepit,
& ne Christiani catholici trucidarẽtur,postulata concessit. Legatos quoq; Ro.multũ ho
norauit,multisq; muneribus eos donauit. Quod ubi Theodoricus audiuit,ægrè tulit,& ad
se regressos,in carcerẽ misit: quos omnes fame cum ipso Ioanne pontifice interire fecit,
Symachũ Boëtiúmq;,Papiæ iugulari præcepit. Quibus Iustino relatis,ipse mœrore & se-
nio confectus, Iustiniano sororis suæ filio imperatore designato,uitæ finem fecit.

Monachorum regulatio.

Benedictus monachus. Benedictus monachus Italicus, monachorũ omnium pater & præcipuus regulator, his 5719 520
temporibus nõ longè ab Aquino Aprucii ciuitate, in monte Cassino, ubi olim Cassinẽsis ciuitas fuerat, monasteriũ Cassinense toto orbe celeberrimũ extruxit, ubi abbas ipse primum cõstitutus, dispersos monachos in unum collegit, atque diuino spiritu illustratus, eis regularem uitam primũ composuit, & eisdẽ obseruandã tradidit. Eius aũt sanctissimi uiri uitam insignem & miraculis claram, B. Grego. 2. dialogorũ suorũ scribit. Fuit enim uir hic sanctissimus, inter cætera uirtutũ suarum monumenta prophetico spiritu plurimũ illustratus, quo multa futura & occulta cognouit. Cuius fama Totilla Ostrogottharum rex ductus (ut Grego. eodem lib. meminit) ut ipsius tentaret sanctimoniã ad eum se contulit, & sese famulũ indumento mentitus, alium præmisit, qui in regio ornatu, & apparatu regem Totillam simularet. Quẽ statim cognitũ sanctus uir cum placido uultu, licet sordidè uestitum, digito ut erat significatũ, ad se in monasterii uestibulum uocauit, propter quod deinceps rex eum in summa ueneratione habuit. Hæc & alia propemodũ infinita sanctitatis signa, clarissimus & sanctissimus Benedictus ostendit. Nec tamen Longobardi nostri, quãuis uiri sancti signa plurima uiderunt, cõtinuerunt quin præscito & per ipsum monachis prædicto dei iudicio celebre id monasteriũ diruerunt. Fuit itaq; hic Benedictus ex nobili genere in prouincia Nursiæ ortus, Romæ liberalibus literarũ studiis traditus fuit. Sed cum in eis multos per abrupta uitiorũ ire cerneret, eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, pedem retraxit, ne si quid de sententia eius attingeret. Ipse quoq; postmodũ in immane præcipitium totus iret. Despectis itaq; literarũ studiis, relicta domo, rebúsq; paternis, soli deo placere desiderans, sanctæ conuersationis tandem habitũ suscepit, & deserta loca per aliquod tempus incognitus incoluit, & arctissimã uitam duxit. Cuius lucernã cum dominus mundo clarescere uellet, ad Cassinensem locũ illum perduxit, ubi extructo monasterio, tam & si monachi longè ante illum fuerint plurimi, monachis tamem regulam, & optimũ uiuendi modũ primus dedit. Quam ob rem & discipulos fermè innumerabiles ibidem, & alibi congregauit, quorũ ope (ut ita dixerim) totum orbem terrarũ obtinere meruit. Ex cuius clarissimo ordine cum plurimi, tum sanctitate, tum scientia, atq; papatus dignitatis emersere uiri, illámq; regulam primũ monachis nigris contulit, de quibus etiã fit mentio in Clementinis de statu monachorũ, ca. Ne in agro. Qui quidẽ ordo cum persæpe à fundatoris sui regularibus institutus declinasset, omissis aliis plurimis reformatiõibus, nõ modicã reformationẽ anno salutis nostræ. 1409. apud Patauinã urbem, in monasterio sanctæ Iustinæ sumpsit. Qui & ipsi sibi speciales institutiones cõstituentes, Eugenius. 4. pontifex, eos sub titulo cõgregationis sanctæ Iustinæ approbauit, de qua, loco suo infrà dicemus. Eam aũt regulam ab ipso patre & institutore æditam, nonnulli postmodũ complexi sunt monachi, quorũ de numero fuerunt Cistercienses à diuo Bernardo plurimum aucti, Camaldulenses, Cluniacenses, Celestini, Montis olïueti nouus ordo, Siluestri, & qui Humiliati appellantur. Hi omnes, & alii plurimi, quãuis diuerso habitu, diuersisq; cõstitutionib. inter sese differant, eam tamẽ profitentur regulam dignissimã, atque approbatã. Traduntur autem ex huiusmodi sanctissimi patris ordine, ad uiginti quatuor summos pontifices emersisse, cardinales uerò centum octoginta tres, archiepiscopos & episcopos. 1464. abbates insignes. 15070. fuere, atque canonizati monachi (ut Ioannes uigesimus secundus scribit) 5555. Quo autem annno, uel qua sua ætate diuus Benedictus obierit, non satis patet, sed nec sanctus Gregorius scribit. Eius uero festum duodecimo calendas Aprilis celebratur.

Ioãnes papa 55.  Oannes eius nominis primus papa, natione Thuscus, patre Constantio, post Hormisdam pontificem, sedit annis duobus, mensibus octo. Qui suscepto pontificatu (ut Gratianus refert) mandauit hoc in foro iudiciali obseruandũ esse, ut ante litem contestatam, antequam ultrà procedatur, prius possessori cuncta restitui, ut habetur in canone. 2. q. 2. c. Antiquitus decretum. Sed in urbe multa cœmeteria restituit, & ecclesias multis muneribus exornauit, de quo Gregorius in quarto dialogorum libro refert, quòd propter orthodoxam fidem à Theodorico rege (ut dictum est) apud Rauennam diu in custodia tentus fuit, ubi & pedore, sitíque, atque inædia, cum aliis Catholicis, postea quinto calen. Iunii, cõsumptus est: cuius postea sanctissimũ corpus ex Rauenna in urbem 5720 521

in urbem delatũ, in basilica beati Petri sepultũ fuisse tradunt, & tunc sedes uacauit dies. 18.

Brigida uirgo sanctissima, natione Schotica, pœnitentiæ & morum omnium speculum ac cœnobiorum multorum, tam uirornm quàm mulierum fundatrix, hoc anno post multa miraculorum insignia, calendas Februarii emisso spiritu, euolauit ad superos: cuius etiam natale eo suæ dormitionis die celebratur. Brigida uirgo.

5723 524 Felix, eius nominis quartus papa, natione Samius, patre Castorio, post Ioannis pontificis felicem dormitionem, sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus tredecim. Is fuit proauus magni Gregorii, qui ut uir optimus rerum diuinarum curam gerens, multa in urbe extruxit ædificia, & maximè Cosmæ & Damiani templum, quod adhuc extat. In uia quoque Salaria basilicam sancti Saturnini incendio exustam restituit. Hic inter cætera suæ sanctitatis opera, iuxta doctrinam beati Iacobi apostoli mandauit infirmos ante obitum inungi. Denique ex sacris ordinibus celebratis, ubi præsbyteros quinquaginta quinque, dyaconos quatuor, & episcopos per diuersa loca numero uiginti nouem creasset, moritur, & quarto idus Octobris in ecclesia beati Petri sepelitur. Et tunc sedes uacauit dies tres. Felix papa 56. Extremæ unctionis institutor.

Viri disciplinis excellentes.

Ioannes quidam doctor ecclesiæ Antiochenæ præsbyter, his temporibus in precio existens, multa contra eos scripsit, qui in una substantia Iesum Christum adorandum censebant. Ioãnes Antiochenus.

Dionysius abbas & doctor egregius, per idipsum tempus laudatur, eo quòd Romæ computum suum, id est, paschale calculum mira ratione composuerit.

5724 525 Iustinianus Magnus imperator & semper Augustus, decimo septimo anno, Constantinopolitanus imperator, Iustini prædicti ex sorore nepos, post eum imperauit annis triginta octo. Vir certè maximi & diuini ingenii, ac ingentis doctrinæ. Cuius rei gratia, leges Romanas sparsas, & incompositas, ad utilitatem hominum, in ordinem redegit pulcherrimum. In quibus, ea quæ superflua & inutilia uidebantur, abscidit, & per Ioannem Tribunarium Patricium, ac quendam Theophilum Dorotheúmque, doctrina & authoritate insignes uiros, easdem omnes Romanas leges in duobus penè librorum millibus, & tredecies centenis uersuum millibus prolixasset, inutili consonantia conscriptas, intra unum, duodecim librorum, uolumen coartauit, quem Codicem Iustinianum, appellari uoluit: fecítque & per eosdem uiros Pandectas, id est, Digestum: quod quidem tribus uoluminibus distinxit, in quibus omnem ciuilem doctrinam declarauit, idem quoque legum Epithomen quatuor librorum fecit, quas quidem leges nouellas uocari mandauit, quæ Aucténticæ communiter appellantur. Sunt etiam qui dicant ipsum quoque, De incarnatione Domini, libros ædidisse elegantes. Hic itaque imperio suscepto, Belisarium Patricium, uirũm in armis strenuum, belli dúcem cum ingenti multitudine constituit, quo auxiliatore, de Persis & Vandalis triumphauit. Nam Belisarius ipse, ut erat præstantis animi, & singularis uirtutis uir, in Aphricam traiiciens, Vandalos superauit. Et eorum rege Gelismero capto, propè deleuit. Et cum Romanam sedem uenerareturLegatos insignes, cum muneribus misit, & Ioannem pontificem, suo nomine salutare fecit, ac preciosa munera eidem, & beato Petro obtulit. Sed cum postmodum in Euticetis errorem incidisset, ab Agapyto pontifice (Ioannis successore) reuocatus est. Sed & postquam de Vandalis triumphasset, per Mundum alium sui exercitus ducem, scilicet, Alonas urbem munitissimam à Gotthis occupatam, cœpit, & Gotthos eo in prælio cum ingenti cæde superauit. In quo quidem prælio, & Mundus ipse occisus fuit. Inde quoque, & Belisarium cum copioso exercitu in Italiam misit, eámque à Gotthorum crudeli tyrannide quasi liberauit. Nam idem Belisarium, quinto anno, postquam in Italiam uenisset, apud Rauennam Vigitim Ostrogotharum regem cœpit, & eum cum omni familia ampla, & magna procerum suarum parte, Constantinopolim duxit. Quibus ita gestis, Iustinianus per eundem Belisarium Mauros (Aphricam extunc uastantes) perdomuit, & de eorum spoliis, duo hospitalia apud Romam erexit, & monasterium apud Ortham urbẽ condidit, cui & fundos ex proprio suo patrimonio plurimos addidit, unde mo- Iustinianus magnus.

unde monachi uiuere possent. Ex eis etiam Maurorum spoliis, Belisarius crucem auream gemmis ornatam, & alia munera beato Petro dono misit. Denique hic Iustinianus, cum templum toto orbe celeberrimum in honore dei patris & sanctæ Sophiæ sua impensa ædificasset, & collapsum imperium mirum in modum per duces suos Belisarium & Narsetem instaurasset, amens & stultus factus, interiit.

Theodatus secundus, imò potius tertius post Theodoricum Ostrogottharum rex, hoc anno Athalarico rege paruulo mortuo Amalasuntha regina eius consobrina in societatem regni assumptus, regnauit in Italia annis quinque, qui regno suscepto, ut solus regnaret, mox consobrinam suam enecari fecit, propter quod Iustinianus mortem illustrissimæ mulieris ægrè ferens, bellum illi inferre statuit. Sed Agapytus pontifex, Constantinopolim ad Iustinianum missus, pacem ab eodem impetrauit. Verum Gotthi, propter reginæ mortem, ab eodem infensi, seditione militari concitati, Vitigim sibi regem creauere. Qui mox, ut & ipse solus regnaret, ipsum Theodatum interfecit. Quo mortuo, statim reginæ filiam in uxorem accepit, & regni sociam Rauennæ constituit, ac sic postmodum quinque annis & ipse regnauit. 5726 | 527

Bonifacius papa.57.



Onifacius, eius nominis secundus, papa, natione Romanus, patre Sigismundo, post Felicem pontificem, sedit annis duobus, & diebus uiginti sex. In huius autem Bonifacii creatione (ut quidam affirmant) contentione in clero suborta, Dioscorum quendam in demortui Felicis loco elegere, qua quidem seditione clerus diebus uigintiocto exagitatus, tandem à perturbatione liberatur, & boni præficitur, qui statim ad ecclesiam confirmandam instituit, ut tempore missæ populus, ac clerus esset, uetuitque quòd neque ciuili, neque criminali causa, episcopus apud ciuilem iudicem aduocari posset, sicut habetur in canone.2.quæstione.1.capite, Nullus. Tandem uita functus, in beati Petri basilica sepelitur, & post uacauit sedes mensibus duobus. 5727 | 528

Ioãnes papa.58



Oannes secundus papa, patria Romanus, patre Proiecto, ex Celio monte, post Bonifacium sedit annis duobus & mensibus quatuor. De isto pontifice pauca habetur, qui ubi pontificatum iniit, Anthimum episcopum hæreticum statim damnauit, eo quòd in hæresim Arrianam declinasset. Huic nanq; Iustinianus ex Constantinopoli misit schyphum aureum, gemmis ornatum librarum sex, & duos argẽteos, librarũ.12. ac calices duos lib.15. Et semel tantũ ordinationibus celebratis, anno secundo pontificatus sui moritur, & in templo beati Petri, sexto calen. Iunii sepelitur: & uacauit sedes dies sex. 5729 | 530

Agapytus papa.59.



Gapytus papa, natione Romanus, patre Gordiano, post Ioannem prædictum sedit anno uno. Hic quintam sanctam synodum uniuersalem apud Constantinopolim celebrare incepit, in qua imperatorem Iustinianum, Arriana hæresi deprauatum, conuertit, ubi etiam constituit, dominicis diebus processiones fieri debere, quibus optimè gestis, ibidem haud multò post moritur. Indéque corpus Romæ perlatum, in basilica Petri sepelitur. 5732 | 533

Siluerius papa.60.



Iluerius papa, natione Campanus, patre Hormisda episcopo, post Agapytum pontifex factus, sedit anno uno, mensibus quinque, & diebus duodecim. Hunc clerici, iubente & minitante Theodato Ostrogottharum rege, pontificem delegerunt. Quam ob rem indignatus Iustinianus, Belisarium patricium cum exercitu in Italiam misit, quò cum uenisset, Vigilio dyacono Romano instigante & accusante, quòd Siluerius Romam Gotthis prodere uoluisset, Theodora Augusta, operante etiã Antonina Belisarii uxore, Siluerius hic in Pontum insulam relegatus est, ubi & statim non sine opinione martyrii mortuus est: cuius quidem festum .20. die Iunii celebratur. 5733 | 534

S. Maurus, Benedicti discipulus.

Maurus Romanus monachus beatissimi patris Benedicti præcipuus discipulus, hoc anno ab eodem Benedicto ex Aprucio in Gallias missus, ibidem monachis omnibus, & exemplo, & doctrina, rationem bene ac beate uiuendi dedit, atque ibidem etiam multa ac plurima monasteria ædificauit. Quibus gestis, post annos uiginti & octo, scilicet anno salutis nostræ.560. post multas uirtutes & miracula inibi facta, non sine magna sanctitatis opinione bona senectute.18.calend. Februaii quieuit in pace, cuius festum eo die celebratur.

Vigetes Gotthus, obscuro genere inter eos natus, hoc anno, uiuente adhuc Theodato rege, apud

rege,apud Rauennam rex creatur,& quinque annis regnauit. Vir certè rei militaris scien tia præclarus,qui regno suscepto,& ipse confestim Theodatum regem,per quendam Got thum nomine Octarum obtrūcare fecit.Quo mortuo Rauennam properauit, & omnes per Italiam dispersos Gotthos congregauit, & Mathasunthā Theodorici regis ex Amalasuntha filia neptem inultam uxorem duxit,quæ Vigetis ignobilitatem plurimum contempsisse dicitur.Hic itaque cum multa certamina cōtra Belisarium ducem concertasset, tandem ab eodem Belisario perditis omnibus Italiæ ciuitatibus in Rauēna obsessus est,ubi & denique captus,cum cæteris Gotthorum principibus & regiis thesauris, ac reliqua gaza in Constantinopolim,ab eodem Belisario perductus fuit.Ac sic quasi Gotthorum regni,hic finis fuit.

5734 535 Igilius papa natione Ro.patre Ioanne consule,post Siluerium exulem, & abrogatum,pontifex creatus sedit partim Romæ,& alibi annis.17,& mensi.6.& diebus.26.hunc nanque eadem causa qua & suus predecessor,uidelicet & qui Anthimum hæreticum restituere noluit,ad Theodoram Augustam Constantinopolim ductum fuisse tradunt,ubi & præcepto ipsius Augustæ ita crudeliter uerberibus cæsus fuit,ut paululum abfuerit,quin & tum in eis moreretur,postea cum etiam in proposito constāter persisteret,iniecto in collo ei fune,tanquam latro per totam urbem tamdiu tractus fuit,donec expirauit,cuius corpus postea Romam delatum apud sanctum Marcellum uia Salaria honorificè sepelitur. Et post sedes uacauit mensibus.3.& diebus.15. Vigilius papa 61.

5737 538 Synodus quinta apud Constantinopolim, Iustiniani & Agapiti pontificis iussu, tandiu inchoata,hoc anno perfecta fuit.Hæc enim contra hæreticos, & maximè cōtra Theodorum & Antimum episcopos hæreticos atque scismaticos habita fuit, qui affirmabant beatissimam uirginem Mariam solum hominem,& non deum & hominem peperisse.Et propterea ibidem declaratū est,ut beata uirgo Maria Theotocos diceretur,idest quod Deum & hominem suo partu ædidisset.Cui quidē Synodo uniuersalis ecclesia auctoritatem maximam contulit,sicut & aliis quatuor dedit,ut habetur.15.di.c.&c. Synodus Cōstantinopolitana.

5742 543 Totilla qui & Baduilla dicitur ultimus Ostrogottharum rex,hoc anno Vigete prius à Belisario capto,& deinde Idonampo eius patruo & successore à Gotthis suis interfecto, ac etiam Athalarico qui mensibus quinque regnauerat,ab eisdem etiam obtruncato subrogatus,regnauit annis.9.qui magistratu inito,regnum Italicum à Gotthis Belisario duce sublatum pro uiribus recuperare annixus est,& propterea exercitu non modico congregato in Neapolitanos primum mouit,& eam urbem tandem non incruēta uictoria recepit, indéque Belisario absente,totam Italiam inuasit,diripuit,& multis cladibus afflixit, Vrbem denique Ro.ingressus illam etiā diripuit & incendit,ac murorum partem euertit.Ciues quoque uarie iactatos urbe demum penè desolatam,ac sine ullo quasi habitatore reliquit, pari quoque feritate in Hetruriæ urbibus & quàmmaxime Perusii deseuit, ubi Herculianum Pusinorum episcopum,ut Grego.libro dialogo.refert, decapitari fecit,indéque in Siciliam nauigans totam insulam iuxta diui Benedicti uaticinium obtinuit, prædixerat enim sanctus Benedictus Totillam hunc urbem Romanam potiturum,& Siciliam intraturum, ac denique nono regni sui anno superaturum & interfecturum, quod & factnm est. Totilla itaque postquam Siciliam obtinuit,ibidem quatuor ducibus suis relictis in Italiam redíit,eo quod Narseten eunuchū Italico bello à Iustiniano imperatore præfectū fuisse, & in Italiam cum innumerabili multitudine,& maximè Longobardorum uenisse intellexisset. Verum cum Narsetes multam Lombardiæ partem obtinuisset,& Longobardorum copias apud Brixellum tunc ciuitatem collocasset,qui ibidē manentes Placētinis & Parmensibus multa inferrēt dāna. Totilla in eos mouit,cum quibus diu & acre pugnasset,tandem à Longobardis ferocissimis ibidē superatus.9.regni sui anno cum ingenti Gotthorū multitudine Totilla hic interfectus est.Gotthi uero qui cædi superfuerunt,statim Thriā quendam Gotthū regē sibi creauerūt,qui & ipse post multa prælia quibus cōtra Narsetē sæpe uictor euaserat,dū in Apulia tādē cū totis uiribus pugnaret,& multos suis manibus interfecisset,apud quendam flu.cōfossus interiit,eóque mortuo Gotthi uiribus & animis destituti,icuncta quæ possidebant mox Narseti restituere, & eam obrem pacem promouere, ac sic

ac sic.72.anno postquam Theodoricus Italiam adeptus fuerat, Gotthis deletis eorum nomen euanuit, nam qui prælio superfuerāt, non Gotthi, sed Itali uocari uoluerunt, eo quod in Italia nati & enutriti essent.

Cilpericus septimus, Francorum rex hoc anno, Clotario patre defuncto in Francia regnare cœpit, & regnauit annis.23.hunc quippe crudelissimum fuisse tradunt, & inter cætera suæ uesaniæ & crudelitatis facinora uxorem propriam sine causa interfecit, quæ & postmodum multis miraculis claruit.

Mediolanum Cisalpinæ galliæ metropolim, hoc ipso anno regnāte Totilla rege à Gotthis penè subuersum fuisse tradunt, in quam quidem uastitate supra triginta Mediolanensium milia interfecta fuere. Nam etiam superioribus diebus in tota eius diocesi adeò fame laboratum fuerat, ut matres filios comederent. 5749 550

Pelagius papa 62. Elagius papa, eius nōminis primus natione Ro. patre Ioanne post Vigilium pontificem, sedit annis.2.& diebus.19.hic & si multis in periculis Ostrogotharum maximè fuerit, nequaquā tamen Christi ecclesiam deseruit, sed ad eandem confirmandam multa Gratiano referente constituit. Et primo clericis in sacris constitutis mandauit, ut.7.horas canonicas quotidie celebrarent, ut habetur in Decretis.91.di.c.Eleuterius frater. Voluit item ut unaquæq; prouincia decem uel duodecim contineret ciuitates, ut.6.q.3.c.Scitote. Vetuit quoque Episcopis ut de rebus ecclesiasticis ullam alicui facere præsumerent securitatem.8.q.5.c. Talia quidem. Statuit præterea ut hæretici & scismatici non solum ab Ecclesiasticis, sed etiam secularium manibus punirentur, quando uidelicet ad sanitatem de rationibus nequaquam deduci possent.23.q.5.c.Quia nos. Voluit insuper ut nullus in abbate promoueretur nisi qui canonicè electus fuisset.18.q.2.c. Abbatem in monasterio. Voluit quoque ut si quis accusationis libellum absente reo, in foro obtulisset omnino repelleretur, 3.q.9.c. Carte quas. Statuit item ut nullus patriarcharum uniuersalitatis uocabulo uteretur, nisi pontifex Romanus.99. di. cap. Nullus. Concessit etiam præsbyteris in quadragesima mysteria, seu missas hora nonæ celebrari posse, ut de conse.di.1.c.Solent. Hic autem accusatus fuit quòd malorum Vigilii papæ causa fuisse, sed ipse clero & populo congregato crucem Domini tangens, atque Euangelium iuramento suscepto à tanto se crimine purgauit. Et demum cum ex sacris ordinationibus his in Decembri mense habitis præsbyteros uigintisex, diaconos duos, & episcopos per diuersa loca numero.39.creasset, è uita discessit, & in basilica Petri sepultus fuit, & tunc sedes uacauit men.3.die.26. 5752 553

Viri disciplinis excellentes.

Cassiodorus. Cassiodorus monachus Rauenensis, uir quidem doctissimus, his temporibus ob clarissimam eius doctrinam magno fuit in precio, qui cum primum consul esset, deinde senator diuino tactus spiritu res mundanas spreuit, & monasticam uitam complexus est, ubi ad agitandum intellectum Psalterium primo luculenter exposuit. Deinde Chronicam insignem de pontificibus, atque imperatoribus compilauit, in qua præsertim de Theodato Rauennæ rege contemporaneo suo multa conscripsit. Aedidit præterea librum unum de anima, & de ortographia alium librum, necnon & de negociis familiaribus epistolas composuit multas.

Sanctus Germanus. Germanus autem Parisiensis episcopus præclarissimus, per hoc tempus migrauit ad Dominum, qui quantæ sanctitatis & doctrinæ uir fuerit, quibúsue floruerit miraculis Fortunatus episcopus stylo digessit eleganti, eius enim festum quinto calendas Iunii celebratur.

Libros Prisciani commemorat. Priscianum quoque eruditissimum Grammaticum, atque Philosophum, patria Cæsariensem uel potius Rauennatem homo certè Græca, ac Latina lingua doctissimum, per hoc ipsum tempus floruisse ac claruisse tradunt, qui cum Grammaticorum omnium princeps haberetur, ea in facultate perutilia ædidit opuscula. Nam de partibus orationis ad Iulianum Patricium consulem librum conscripsit. Similiter & de constructione, déque accentibus alio libros ædidit. De naturalibus quoque quæstionibus ad Cosorem Persarum regem uolumen egregium scripsit. Atque de Cosmographia libellum composuisse fertur.

Arator sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis,diaconus & poëta laureatus,hac tempesta te mira floruit eloquentia,qui inter ingenii & uirtutis suæ opera apostolorum actus uersu exametro exornauit,atque alia quædam composuit.

5753 554 Narses Iustiniani Augusti Eunuchus & militiæ imperator reique bellicæ gloria præstans,hoc anno contra Totillã Gotthorum regẽ Italico bello ab ipso Iustiniano dux præficitur,qui in Italiam ueniens cum ingenti gloria Gotthos ipsos omnes superauit, & Italiam omnem ab tyrannide eorum liberauit,hunc quippe nonnulli antea Cat thulariũ fuisse affirmant,quem cum Iustinianus aliquando in cubiculum accepisset, cognita hominis uirtute, confestim eum Patricium declarauit,& primum in consilio suo,nec non & imperialium pecuniarum receptorem,ac dispensatorem instituit. Erat nãque inter cætera religione,pietatéque,ac munificentia insignis,& ob hoc etiam Barbarorum regibus amicitia iunctus fuit.Qui magnis comparatis copiis in Constantinopoli egressus, terra marique in Italiam tandem peruenit,& ad Aquileiam urbem perueniens ibidem constitit, & uniuersum eius exercitum congregauit,quod audiens Totilla statim ex Sicilia iusula Papiam uenit.Et Theiam ducem suum cum parte copiarum Veronam misit,ut scilicet Narseo transitum prohiberet,hoc cognito Narseo.12.Lomhobardorum millia,quæ Alboynus rex ei tradiderat per mediterranea ad Brixellum Padi oppidum misit,& Narses ipse cum suis copiis ex Aquileia ciuitate Rauenam se transtulit,indéque cum Ro.quasi trepidus peteret, Totilla à Longobardis apud Brixellum superatus,& interfectus est. His auditis Narses in itinere Narniam & Perusiam urbes munitissimas cœpit,indéque Romam profectus eam obsedit,atque obtinuit,Eáque obtenta,Theiam regem Totillæ suffectum non longè à Niceria urbe fortiter pugnantem postea oppressit,& Gotthos omnes Italiæ depulit, atq; ut dictum est,septuagesimo secundo anno posteaquam Theodo. primus eorum rex Italiam intrauerat Gotthorum nomen cum regno interiit.Narses deinde summis honoribus exceptus,Italiam per decem & septem annos in pace possedit,& Aquileia ab Attila Honnorum rege destructa aliquantulum instaurauit,& multa ædificia hinc inde condidit,& primo apud Vene.propter beneficia ei à nobilibus Venetis collata Sacellum sancti Theodo. mart.ubi nunc est templum diui Marci celeberrimum ædificauit,atque ibidem aliam ecclesiam in honorem sanctorum Mẽnæ & Germiniani ex Gotthorum manubiis extruxit postea Gotthorum omnium bona publicare,& omnia Rauennati ecclesiæ cõdẽnare uoluit. Mortuo uero Iustiniano imperatore,& Iustino iuniore loco eius suffecto,cum Narses ipse nimium locupletatus esset,quidam Ro.iniqui & perditissimi eius non uirtuti, sed diuitiis inuidentes plurimis modis apud Sophiam Iustini uxorem eum accurrunt,quæ delatoribus nimium credula suasit marito,ut successorem Narseti mitteret,Oratorémque Narsati misit cum hiis litteris conuiciando,quod ad dispertienda inter hanc illa pensa reuocabat.At ille indignatus ut par erat legato & Sophiæ respõdit talem se ei orsurum telã quam ipsa dum uiueret perficere non posset,quod & fecit,nam audito successoris aduentu Neapolim è Roma concessit,Et e uestigio ad Alboynum legatos in Panoniam misit suadens ut se cum Longobardis suis in Italiam celebrem patriam transferret. Quo audito Alboynus rex exhilaratus quàm libentissimè oblationem suscepit.Sed dum aliquandiu moraretur, Ioannes pontifex his auditis statim Narsetes ex Neapoli Ro.conuenit, & intellectis uiri contumeliis ei quicquid uoluit concessit,atque eum Ro.consulem cum Basilio à Iustino creari obtinuit,& ibi decem etiam annis stetit,quo in tempore Longobardos rogauit, ut in Panoniam aliquandiu se continerent,quod & impetrauit,Verum eo defuncto Longobardi Italiam,ut mox dicemus obtinuere.Sed iam cũ de Gotthis satis dictum sit,ad Longobardos nostros transeundum est. At sic liber Nonus explicit.

Narses eunuchus.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DECIMVS.

Ioãnes papa.63 Armeni fidẽ recipiũt



Oannes tertius papa, natione Ro. patre Anastasio illustri uiro natus post Pelagium ponti. sedit annis fermè.13. uir quidem prudentissimus mitisq; cuius tempore Armenii Christi fidem publicè susceperunt, licet multarum rerum perturbatione hic Narserem Eunuchum indigna à Romanis passum, Romam ex Neapoli reduxit, & consulatum ei impetrauit. Postmodum ad fabricas conuersus, multa sanctorum coemeteria in urbe restituit, & apostolorum Philippi & Iacobi ecclesiam à Vigilio pontifice inchoatam perfecit. Eius autem pontificatus anno octauo, igneæ acies per Italiam in cælo sanguinem emittentes uisæ sunt, & in Liguria præsertim mira quædã signacula Grego. teste apparuere per domos, ostia, uasa, & uestimenta, quæ si quis abstergere tentasset, eo magis multiplicabantur, in immensum etiam Tyberis fluuius ita excreuit, ut sua inundatione populo Romano magnas detulerit calamitates, id quod multis in urbibus contigisse dicitur, quæ quidem prodigia cladem mox Italiam passuram protendebant, quod breui post euenit. Denique Ioannes hic perturbationum ac dolorũ plenus, ætatéque grãdæuus .13. pontificatus sui anno uita decessit, & in beati Petri basilica sepultus fuit, & tunc sedes uacauit men.10. 5762 563

Viri disciplinis excellentes.

Leãder Hispa. episco. Leander Hispalensis episcopus, uir planè sanctus & doctrina atque eloquentia præcipuus, temporibus his floruit, cuius prædicatione, exemploq; ac industria tota Vesegottharum gens per Recaredum eorum Regem ab Arriana impietate conuersa est, quamobrem & multa ad nostri dogmatis confirmationem, & ipsius Arrianæ hæresis cõfutationẽ composuit, nam & eandem pestem, Vandali illo ex Aphrica detulerant, huic autem insigni uiro beatus Grego. papa, adhuc monachus, moralium suorum lib. scripsit, eiúsque uita cum multis signis, & miraculis in finem claruerit, inter sanctos relatus, eius festum tertio calend. Martii celebratur.

Ioãnes Elimosinarius. Ioannes Elymona, seu Elimosinarius, Latinæ Alexãdriæ urbis episcopus, per hoc tẽpus Orientalem ecclesiam hæresibus quassata, quoad fieri potuit in fide continuit, uidelicet legendo, disputando, scribendo, monendo, orando, dicendo, ac signa magna, necnon eleemosynas plurimas, ac alia pietatis opera faciendo: cuius celebrem & admirandam Leontius quidam Neapoleos Cypriorum insulæ episcopus, ut in Vitas patrũ pulcherrimam scripsit, quam si quis uidere desiderat in parte prima eius lib. uidere poterit.

Columbanum abbatem uirum, religione & sanctitate insignem per hæc tẽpora in Hibernia insula claruisse tradunt, ubi multis constructis monasteriis, postea in Burgundiã uenit, ibidémque Luxouiense monasterium constituens, innumerabilem quasi gentem aggregauit, & rectum uiuendi modum omnibus tradidit, quibus optimè ex sententia gestis in Italiam etiam transmigrauit, ubi etiam eodem modo monachorum agmina coadunauit. Sunt tamen qui dicant eum in Italiam anno salutis nostræ, 620. uenisse, & apud Bouiũ Cisalpinæ galliæ urbem monasterium celeberrimum Theodolindæ Longobardorum reginæ impẽsis ædificasse, atq; ibidẽ multis clarus miraculis in domino.3. calen. Nouẽb. quieuisse.

Leonardus

Leonardus subdiaconus, & eremita quidē sanctissimus natione Gallus ex ciuitate Cenomanorum oriundus, per id tempus multos agones plurimáque uincula ac carceres pro Christi nomine constantissimè pertulit, & reges Franciæ populósque dissidentes in officio continuit, eo quòd in ipso maxima pietas ac religio atque gratia reluceret.

5763 564 IVstinus iunior.18. Constātinopolitanus imperator post Iustinianū magnum imperauit annis undecim. Homo quidē per omnia Iustiniano dissimilis, scilicet auarus, improbus, rapax, deorum hominúmque contemptor, qui cum cupiditati & auaritiæ inhiaret, à deo merito percussus in insaniā deuenit, quamobrem eius uxor Sophia imperium usque ad Tyberii secundi tempora gubernauit, cuius etiam imprudentia regnum Italicum à Constantinopolitano iugo per Longobardos ablatum est. Cum autem Iustinus hic Tyberium adoptasset in filium, eúmque Augustum appellasset, statim amens effectus, dolore pedum uitam finiuit. Ferunt hunc urbem in Histria regione Italica condidisse, & ex suo nomine eam Iustinopolim appellasse, quam quidem in loco munitissimo propter Barbarorum incursiones constituit, ut populi ab eisdem agitati, ibidem tuerentur. Iustinus im pe.18. Iustinopolis ciuitas.

Pestis horrendissima per hoc tempus in uniuerso orbe fuit, quæ miserabili strage Italicos omnes, & præcipuè Lygures prostrauit, quapropter sicut Paulus historicus narrat, homines terrore concussi, ueluti amentes domos deseruere, & per nemora quæque fugere: unde factū est, ut idem ad uerbū refert, ut nullus pastor in uineis, nullúsque in agris cultor aut messor inueniretur. Nocturnis quippe horis & diurnis uicissim tuba personabat, & quasi murmur gradiētis exercitus audiebatur, sed nulla conuicantium apparebāt uestigia.

Longobardorum regni principium.

5766 567 Lombardia autem regio nostra à uariis uicissim ab initio possessa, usque in id tempus diuersa sortita est nomina, à primo quidem dicta fuit Hesperia ab Hespero Atlantis fratre, qui ab Hispania à fratre pulsus in hanc regionem, quæ nunc Lombardia appellatur, uenit, qua occupata ipsam Hesperiam à se nominauit. Postea etiam Enothria cognominata fuit, siue ab optimo uino, quod hic nascitur, siue ut docet Plinius.3.naturalis histo. ab Enothrio Sabinorum rege, in ea regnante. Deinde Italiæ nomen accepit ab Italo Siculorum rege, qui ut ait Seruius, uenit ad eam partem, in qua regnauit Turnus, eámque à suo nomine Italia nominauit, quod Virg.lib.1. Aeneidorum confirmare uidetur. Post hæc uero magna Græcia dicta fuit, inde quoque ab alpibus usque Ro. Cisalpinam Galliam nonnulli dixere, ipsámque Cisalpinam Galliam, ut iam semel dictum est. Quidam in sex diuisere prouincias, quarū prima Cenomanensis dicta est, in qua posuerunt Bergomum, Brixiam, Cremonam, & Mātuam: secunda Cenonēsis, quæ continet Veronam, Vicentiā, Patauium, Taruisium, Rauennam, Forliuium, Arriminum, usque Senogallia, ac Senas, aliásque plurimas ciuitates, & ibi Senogallenses fuere de quibus scribit Liuius, quòd multa cum Romanis commisere certamina. Tertia dicta est Boiorum Gallia à Gallis bois de Orientali Gallia egressis, qui ex suo nomine ciuitatem condidere, eam Boilam nuncupantes, hæc inter Padum & Trebiam fluuios fuit: quarta Lygurū gallia dicta fuit, quæ continet Thaurinum, Secutiam, Sabatiorum montes, Augustam, Eporediam, ac montem regalem. Quinta insubriū Gallia fuit, in qua sunt Mediolanū, Comū, Papia, Lauda, Nouaria, & Vercellæ. Sexta denique dicta fuit Gallia Genuensis ab ipsa Genua urbe, continétque Derthonā, Alexandriam urbem, Aquensem, Asthensem, Sauonensem, Nolensem, & Albigamensem. Verum nos ut ex Lombardica Chronica collegimus Italiam omnem, quam exteri Lombardiam appellant, in quindecim regiones subdiuisam inuenimus, quarum prima est Venetia cuius capita sunt Bergomum & Aquileia, altera Lyguria eius caput est Mediolanum. Tertia regio est Rhetia siue Pedemontium prouincia, & hæc duplex, cuius caput est Thaurinum. Alia uero agrestis, quam agrestes siue Montani incolunt. Itē Alspicotia alia est regio, ubi Genua maritima ciuitas est, & reliquæ ciuitates. Est & præterea Thusca regio, in qua Romam collocant. Sexta Campaniæ regio, ubi est Neapolis, & Luchania, in qua ponunt Pistorium & Apennina, in qua est Bobiū, & decima Emilia, in qua designatur Bononia usq; Placentiam inclusiue, & Flāminea, in qua habetur & Picenum urbis habens Asculum & Italia 15. regionibus diuiditur.

Adriã & Sannitum, in qua est Beneuentum, ac demum Apulia, in qua ponuntur Brundusium & aliæ ciuitates. His itaque regionibus ter & quater ac pluries nomina sunt immutata. Blondus autẽ noster Forliuiensis uir certe dignissimus & accuratissimus in sua Italia illustrata omnem Italiam præter insulas in quatuor & decem subdiuidit, & describit regiones, illarúmq; notiora nomina ætatis nostræ sequens aliis nominibus explicat, & suos terminos cuilibet regioni imponit, & primo à Lyguria inchoando, dicit ipsam alios habuisse aliquando terminos, ut superius monstratũ est, sed nunc Lyguriæ terminum à Varo flumine usq; ad Maehre amnem imponit. Et hinc Apẽnino monte, indéq; in infero mari eã claudit, & in hac quidẽ regione sunt Genua, Sauona, Naulũ, Albigena, & Mutimilũ ciuitates, atq; Monichum castrũ. Ethruriã autẽ secundã dicit esse regionẽ, eiúsq; cõfines a Malchra fluuio usq; ad Tyberim amnẽ collocat, qui inter se centum & septuaginta quatuor passuũ millibus distare dicũtur, & ab Apennino monte usque ad mare inferũ, uidelicet eius maris pars, quæ à dictorũ amniũ hostiis longitudine, & ad Sardiniã usq; latitudine ipsam terminat. Et in hac sunt hæ ciuitates, uidelicet Perusia, Senæ, Pisæ, Luca, Pistoriũ, & Forentia.

Lyguria regio prima.
Ethruria. 2.

Tertiã regionẽ Aprutiũ fecit, in qua præcipue Troiã, Aquilã, Ortonã, Aquinũ, & mõtem Casinũ ponit. Quartã itẽ Campaniã dicit, quæ à nõnullis terra laboris uocari solet, in qua Neapolis regia ciuitas est, & Cumæ, Nola, atque Capua, & aliæ ciuitates dirutæ. Apuliam quoq; Quintã regionem fuisse dicit, in qua montẽ Garganum, Barum, & Beneuentũ, atq; alia uetusta constituit. Sextam quoq; regionẽ Latinã facit, & hanc Cãpaniam maritimam aliquando fuisse ostendit, cuius fines à regione maritima incipientes dicit ab ostiis Tyberinis usque ad Sitauum suum esse, in qua Sinuessa ciuitas maritima fuit, & in mediterraneis ponit. Aborigenes, Rutilos, Volscos, Henricos, & alias Gẽtes, quæ proximum maris incolunt. Apenninum usque ad ueteris Campaniæ terminos. In ea nempe Romanam urbem, Ostiam, Caietam, Viletrum, Ananiam, Choram, & alias uetustas ciuitates collocat. Septimam regionem Spoletani ducatus Vmbriam appellant, in qua Yiphernum, Castellinum ciuitatem, Spoletum, Fulgineum, Nuceriam, Aretium, & Sabinorum regionem ponit. Picenum siue Marchiam Anchonitanam pro octaua regione collocat, quæ & aliquãdo Marchia firmana dicta fuit, in qua Firmum, Asculum, Camerinum, Vrbinum, Eugubium, Recanata, Ançona, Senogallia, & Pisaurum. Romandiolã autẽ, siue Falmmineã pro nona regione instituit, in qua & Emiliam compræhendit, ubi Arriminũ, Cæsenã, Forliuiũ, Fauentiam, Imolam, Rauennam, & Bononiam designat. Decimam Marchiam Taruisinam dicit, in qua Feltrum, Taruisium, Patauium, Vincentiam, & Veronam ponit, Vndecimam uero Venetias pro una regione non immeritò ponit eo quòd non solum eius opes aliis regionibus essent æquiparandæ, sed etiam quia multæ urbes & multa Venetiarum oppida excisa eam cõdidere urbem. Eius autẽ regionis termini habent in lõgitudine octoginta passuum millia, uidelicet ab aquis olim gradatis ad Lauretũ oppidum nunc Pado proximnm, latitudo uero uaria est, nullos habẽs terminos. Duodecimã forum Iuliũ nominat in Aquileia & Vtinum solum habemus. Tertiamdecimam deinde regionẽ ex Italia elicit, quam Histriam appellat, in qua Iustinopolim Iustini iunioris opus & Polam esse dicit, & Stridonem oppidum sanctissimi Hieronymi patriam, quod hodie Strigna appellatur. Vltimam autẽ regionem Lombardiam nostram facit, in qua innumerabiles quasi ponit ciuitates, & in primis Mutinam, regiũ Ferrariam, Mantuam, Parmam, Cræmonã, Brixiam, Bergomum, Comum, Nouariam, Vercelles, Erepodiã, Thaurinũ, Secutiã, Montem regalẽ, & innumerabilia penẽ pedemõtium, & Mõtisferrati insignia oppida, atq; Astensem, Albã, Aquensem, Cassale, Alexandriã, Derthonam, Bobium, Placentiã, Papiã, seu Ticinũ, Cremam, Laudã, & Mediolanũ metropolim collocat. Has igitur prouincias siue regiones cum Longobardi (præter Romam) inuasissent, diuque tenuissent, ac suos duces, suósque præfectos ubiq; posuissent, Italiæ nomine oblitterato à se Lõbardiam appellauerunt. Verũ apud Ticinũ urbem regni sede constituta, postea à circunstantibus urbibus ille locus Lombardiæ nomẽ accepit, quod postea à Carolo magno cõfirmatum & declaratum fuit, & hoc solum inter Vercellas, Tridẽtúmq; ad Veronã, & Bononiã, necnon & Lygusticorũ mõtes usq; in præsens reseruatum est. Hi nanq; Lõgobardi omnium qui in Italia exterorum occupauerãt, superbissimi, Italiæ

Aprutiũ. 3.
Campaniæ. 4.
Apulia 5.
Italia. 6
Ducatus Spoletanus seu Vmbria. 7.
Piecenum. 8.
Flãminea. 9.
Marca Taruisina. 10.
Venetia. 11.
Histria 12.
Forum iuliũ. 13
Lõbardia. 14.

bissimi, Italiæ nomẽ omnino euertere conati sunt, & propterea nõ solũ regionũ nomina, sed et leges condẽtes, mores ritúsq; Romanorũ ac rerũ uocabula ita mutarũt, ut affirmare ausim etiam Latinitatẽ, qua Romani et plæriq; alii populi utebantur, eosdem permutasse, & uulgarẽ locutionẽ, Italicam nunc appellatã, introduxisse: quam tamẽ Latinitatẽ celebrem antiquã, Gotthi plurimũ corruperant. Longobardi aũt ipsi (ut Paulus lib. 5. refert) à longis barbis sunt dicti, eo quòd capitis comam à ceruice usq; ad occipitiũ tondebant, & à facie usque ad os, comam demissam & discriminatã habebant, eorúmq; uestimẽta larga & longa, & quammaximè linea, qualia etiam Angli Saloues habere consueuerant. Ornati etiam erant latioribus institis, uario colore contextis, ac calcei usq; ad poplitem scissi & corrigiati, caligæq; à poplite pendentes, corrigiarũ laqueolis hincinde ligatæ. Hi nanq; primũ insula Scandiana originẽ duxerant, ex qua profecti, Aionem & Thaonẽ duces hubuerunt: quibus defunctis, Agilmundus Aionis prædicti filius rex creatus est, & .33. annis super eis regnauit. Cuius tẽporibus, ut Paulus scribit, meretrix quædã uno partu .7. ædidit filios, quos quum in piscinã enecandos proiecisset, Agilmundũ regem eò loci transire cõtigit, uidénsque rex paruulos, exhorruit facinus, & quidnã hoc esset admirans, hasta, quam manu gestabat, eos uoluere cœpit, unus uerò ex eis, cum statim iniecta manu, hastam compræhendisset, rex super eum misericordia motus, illum magnũ prænuncians, statim è piscina educandũ abduxit. Et quia de piscina (quæ eorum lingua lama dicitur) extraxerat, eum Lamusium nominauit, qui cum adoleuisset, strenuus in omnibus euasit adolescẽs. Cum autem Agilmundus rex à Bulgaris fuisset interfectus, Lamusius ipse siue Lamusio subrogatus est, & .40. annis regnauit, qui regno suscepto, Bulgaros homicidas, maximis afflixit cladib. Quo mortuo, tertio loco Letheius eius filius ei successit, qui etiam ipse .40. annis regnauit. Illo defuncto, Gildoochim filium successorẽ reliquit, quem secutus est Codoochus, & regnauit annis .12. Quo regnante, Rugilandam prouinciam, Danubio contiguam, cœpit, & regno suo adiecit. Eo quoq; defuncto, Daphon eius filius succedens, regnauit annis quinque. Cui successit Tantus filius eius, & regnauit annis decem. Qui Erulis profligatis, paulò post interfectus est. Post hunc Vnachus eius nepos regnauit annis decem & octo. Cui successit Valtharathis filius, & regnauit annis septem. Post quẽ alter Vnachus eius filius regno suscepto, cõtra Gepidas bellũ mouit, & illos, ac Sueuos uicit. Et hi octo ex una eadémq; Linthigorũ familia nobilissima descenderunt. Vnachone aũt sine liberis mortuo, Vualtherius nono loco Longobardorũ regnum accepit. Post quẽ Adoynus decimus Longobardorũ rex fuit, qui primus Lõgobardos in Pannoniã & Regilandã prouincias duxit, ubi duobus & .40. annis habitauere Longobardi. Alboynus aũt deniq; eius filius, post patris interitum ad regendos Longobardos undecimo loco cunctorum uotis accessit, & regnauit partim in Pannonia, partimque in Italia annis .31.

Longobardi unde nomen accepe runt.

Meretrix uno partu 7 filios peperit

Linthigorum clarissima regũ familia.

5768 569 Alboynus igitur undecimus Longobardorum rex, uir armis & animi uirtute insignis, hoc anno postquã Gundimundũ Gepidarum regem occidisset, & Gepidas ipsos usque ad internicionem deleuisset, ac Narseti bellorum principi contra Totillam auxilio fuisset, ipsum quoque Totillam interfecisset, cuius etiam uirtute uniuersa Gotthorum gens ex Italia pulsa fuerat, rogatus ab ipso Narsete eunucho relicta Pannonia cum omnibus Longobardis suis, tam mulieribus quàm uiris, adiunctis etiam sibi uiginti Saxonnm milibus, cum ipsis uxoribus ac liberis, armentis quoque, per forum Iulii, Italiam intrauit. Et primo ipso foro Iulio occupato, Sisulphum nepotem suum ibidem primum ducem præfecit, indéque procedens, totam Venetiam mox subegit. Cúmque Taruisium peruenisset, & accolæ deditionem facere recusarent, eam omnino diripere & euertere constituit. Quo audito Felix quidam, ipsius tunc episcopus, uir sanctus atque eloquens, sua prudentia, uiri barbariem atque sæuitiam deliniuit, ciuésque per deditioues ei reconciliauit. Postea etiam Verona, Brixia, Bergomo, ac Como urbib. captis, Insubrium prouinciam ingressus est, ubi Mediolanum ui capiens diripuit, Papiam uero triennio obsessam, in suam tandem redegit potestatem: qua uictoria lætus Alboynus Veronam cum ingenti gloria se contulit, & ludos ibidem multos constituit, ibidémque regni sedem sibi constituens, conuiuium grande principibus suis celebrauit: iucundus ex conuiuio factus, Rosimundam uxorem suam Gu-

Rosimunda regina.

dimundi Epidarum regis filiam, ex patera capitis patris confecta, bibere compulit. Nam Alboynus ipse cum Gunimundũ regem interfecisset, ex eius capite scutellam inauratã cõficere fecit, quã & secum ubiq; deferri præcepit, ac sic de illa filiam suã bibere compulit, quæ iniuria cum mulieri nimiũ inhæsisset, de illo ultionẽ suscipere statuit. Erat tum in exercitu Alboyni Helmechildus Longobardus moribus & forma præstãtissimus, uir etiã nobilissimus & armis exercitatissimus, qui cum Rosimũdæ ancilla consuetudinẽ habere consueuerat, huic aliquando Rosimũda pro ancilla se supposuit. Quod cum Rosimũda fecisset, quis esset aperuit, & ad occidendũ regem sub spe regni impulit. Obtruncato itaq; rege, cum regina eum regem loco mariti constituere uellet, Longobardi re cognita, recusarunt, & ambos occisores interficere statuerunt. Quod cum didicisset, regina statim cum adultero, & Alsiunda eius filia, ac multa pecunia, Rauennam ad Longinum Exarchũ confugit, ubi nõ ita multò post, referente Paulo historico, seipsos inuicem ueneno sustulere.

Scandinauia aũt horum Longobardorũ patria est, insula in Oceano Septentrionali posita, in Codano uidelicet sinu constituta. Qui Codanus etiam est in Germanico Oceano à Seuo monte, usque ad Cymbrorũ promontoriũ, hac quidẽ insula, & aliis quidẽ plurimis refectis. Eam Plini. lib. 4. dicit esse incõpertæ magnitudinis portio, cuius tantũ Hillenionum gente nota est, quæ quidẽ gens quingentos pagos in ea incolit. Dicũt eam insulam alterũ orbem terrarũ esse: ex hac igitur insula, ut præmissum est, ipsi Lõgobardi emersere.

Exarchatus dignitas hic incipit.

Longinus Græcus, primus Italiæ Exarchus, hoc anno post captã uniuersam fermè Italiam, ac uniuersalẽ magistratus dignitatem suscipiens, regnauit in Rauenna annis. 11. Hic quippe cum superioribus diebus à Iustino imperatore in Italiã missus fuisset, hoc tẽpore in Rauenna & aliquibus Venetiæ prouinciæ ciuitatibus à Longobardis reseruatis, quæ nunc usque qualibet de per se suo magistratu gubernata fuerat, hunc nouum magistratus modũ introduxit: quem quidẽ Exarchatũ appellauit: qui tanquã Aegyptiorũ Dynastia, summus Italiæ magistratus interpretatur. Hic itaque ex Ro. Rauennã ueniens, ibidẽ tanquam rex se continuit, nec deinceps Ro. adire uoluit: propter quod Roma post Basilicũ consulem, qui cum Narsete consul fuerat, unquam consulem aut senatum habere promeruit, sed per ducem ab eodem Exarcho ex Rauenna misso, ipsa Ro. respubli. administrata fuit. Durauit quippe hic magistratus fermè centum & uiginti quatuor annis. Eoque defuncto, Smaragdus suffectus fuit. 5769 570

Daphon. 2. in Italia Longobardorũ rex, Alboyno rege opere reginæ obtruncato, regnauit anno. 1. & mensib. 7. Vir quidẽ genere & uirtute nobilissimus, sed cruditate quadã infamis. Hic nanq; regno suscepto, cum multos Romanorũ nobiles & potentes interficeret, eo timore nobilissimi uiri urbibus desertis, per maritimas paludes confugientes, in Venetiam ciuitatẽ se contulerunt. Quorũ quidem aduentu ipsa Veneta ciuitas incrementum maximũ suscepit. Hic itaq; forum Cornelii, ciuitatem à Narsete eunucho dirutam & solo æquatam, reædificauit, & Imolam urbem appellauit: hoc ideo fecisse dicitur, ut inde Rauennates uexare posset. Hic etiam cum strenuus haberetur rex, Latinã regionem seu prouinciam, suo adiecit imperio. Cũmq; etiam in suos nimiũ sæuiret, & multos ac multos exilio damnaret, à puero obsequi sui dolo suorum amicorũ tandem iugulatus fuit. Quo mortuo, Longobardi. 10. annis sine rege fuere, sed. 30. duces seu consiliarios sibi creauere: qui tanquã cõsules Ro. multa conquisiere. Ipsi nanq; Campania uniuersa sibi subiugata, atq; Pincentibus & Marsis statim ducem unũ in Spoleto, & alterũ in Beneuento constituere.

Imolá ciuitas reædificatur.

Lotharius. 8. Francorũ rex, Chilperici regis filius, hoc anno patre defuncto, Francis regnare cœpit, & regnauit annis. 54. Hic Tendibertum & Tendericum germanos habuit, qui inter se diffidentes & debellantes, prouinciis suis maximo fuere damno.

Tyberius imp.


Yberius Constantinus. 19. Constantinopo. imperator, post Iustinũ iuniorem imperauit annis. 7. Hunc Iustinus ipse adoptauerat in filiũ, & multò antequã amens efficeretur, Augustũ appellauerat: & quidem merito, cum in eo omnia essent ornamenta, quæ optimo principi cõuenire uidebantur. Erat enim tum omni uirtute, tum clementia, iustitia, pietate, religione, sapientia, cõstantiáq; ac fortitudine insignitus, 5770 571

insignitus,& inter cætera Christianitatis opera in pauperes pientissimus ac beneficus fuit, adeò ut thesauros sui imperii larga manu in eos exhiberet: ob quam causam deus illi præter spem,tantam auri argentiq; contulit copiam,quantā eius requirebant beneficia. Nam & Narsetis thesauri ei ex Italia delati fuere,diuina hoc illi præsentāte uoluntate, quos ad munificentiā & liberalitatē conflatos etiam in simile cōuertit opus.Hic exercitū in Persas misit,eósque fudit atq; fugauit:multam quoq; prædam cum elephantibus.20. adductis de eis triumphauit,indéq; populū Ro.quoad fieri potuit,ab hostibus defendit, & quammaxima frumenti quantitate ex Aegypto allata,eum à sæuissima fame liberauit, & hoc Benedicti pontificis interuentu,quē mirum in modū dilexit . Tandem extremū sibi imminere diem præsentiens,Mauricium genere Cappadocem generū suum,uirum ntiq; strenuū, ad imperium ex Sophiæ Augustæ consilio euexit,quo cōfirmato paulòpost in pace quieuit.

5776 577 Benedictus primus papa, natione Ro.patre Bonifacio, post Ioannē pontificē sedit annis.4.mense uno & diebus.28. Vir sanè optimus,& tanto honore dignus,qui & Italiæ & præsertim Romæ,fame laboranti,unà cum Tyberio Augusto subuenit. Maximā enim frumenti quantitatē ab Aegypto aduehens, Vrbem ipsam ab inædia consumptam,releuauit. Verum paulòpost ex sollicitudine ac dolore, quem in Vrbis calamitatibus ac totius Italiæ ab Longobardorum uexationibus cōtraxerat,mortem obiit,in cuius tumba sic scriptum tradunt: Benedictus pa pa.64.

Magna tuis monumenta pater Benedicte relinquis,
Virtutum titulus ô decus atque dolor. In eius autem morte sedes uacauit mensibus duobus,& diebus decem.

5777 578 Mauritius Tyberii prædicti gener.20.Constantinopo.imperator,post Tyberium socerum suum imperauit annis.20.Qui licet genere Cappadox esset,imperiū tamen ob animi uirtutem, & in rebus gerendis strenuitatē merito suscepit, qui cū primum imperiū suscepisset, Armenos & Persas per præfectos suos debellauit. Verū cum postea contra beatissimū Grego.seditiones suscitasset, & Longobardos contra eundē Romanósq; concitasset,multis etiam iniuriis ecclesiā dei perturbasset, diuino tandē operante consilio,non sponte tamen,sed coactè,pœnitentia ductus,cum Grego.pacem cōponens, mitius agere cœpit , quod intellexerat angelum quendā monachi habitu indutū strictum gladium in manu tenentē,in Constantinopolitano foro clamasse imperatorem breui gladio moriturū.Hoc idem eius somnium confirmauit, quo se uxorémq; ac liberos cædi uidit. Interim uero milites eius, suis stipendiis fraudati, Phocam centurionem imperatorem creant, & ipsum Mauritium propter auaritiam in suorum odium prolapsum, unà cum uxore ac liberis omnibus obtruncant. Mauritius imperator Somnium.

5781 582 Pelagius.2.papa,natione Ro.patre Vingeldo, post Benedictū pontificē sedit annis.10.mensi.2.& dieb.10.Hic cum absq; principis iussu præter consuetudinē ordinatus esset,pontifex timens sibi Grego.monachū uirum approbatū Constantinopo.ad placandum imperatorem misit,qui eò accedens,omnia ex pontificis sententia apud imperatorē perfecit,atque ibi moraliū libros in Iob composuit, & Eutichium eiusdem urbis episcopum ita Augusto præsente disputando conuicit, ut omnia quæ malè de resurrectione senserat,retractare coactus fuerit,ipse enim Euthicius multa de eo articulo contra orthodoxam fidem exponebat.Pelagius aūt hic,posteaquā Hermetis martyris cœmeteriū,& S.Laurētii basilicam à fundamētis extruxisset, & ipsum Grego.rogatu populi Ro.ad urbē reduxisset,pestilentia,quæ cū maximè totam uexabat Italiā,cōsumptus est, & in Vaticano sepultus . Et tunc cessauit episcopatus menses sex,& dies uiginti sex. Pelagius papa 65.

Viri disciplinis excellentes.

Gregorius monachus Romanus,postmodū summus pontifex diuini ingenii, magnæq; authoritatis & gratiæ uir,his temporibus ob probitatem & sanctitatem maximo in precio habitus fuit,qui & multa tum Constantinopoli,túmque Romæ & ante papatum, & in ipso papatu pro Christiana religione,ad multorum eruditionem ædidit opera, & præcipuè ea quæ sequuntur:Moralium in Iob,lib.25.incipit: Reuerendo ac sanctissimo,Dialogorum ad Petrum,lib.4.Quandam diem dum. Pastoralium, lib.unum, incipit, Pastoris

curæ. Item registrum, lib. unum. Super Ezechielem partes duas, Prima incipit: Deus prophetiæ. Secunda: Quia multis curis. Et Omelias quadragintaduas, & quædam alia.

Honoratus Mediolanensis episcopus, uir eloquentia & sanctitate ornatus, per hoc tempus floruit, & nõnulla in diuinis scripturis cõposuit. Qui cũ Alboyni Longobardorũ regis impetũ expauesceret, ecclesiã suã ad tempus deseruit, & ad Genuensem urbem confugit. Hunc autem D. Gregorius in libro dialogorum multis effert præconiis.

Artharis Flauius.3. Longob. rex, hoc anno posteaquã Lombardi.10. annis sine regeste 5782 | 583
tissent, ab eisdẽ creatus rex, regnauit annis.7. Hic Daphonis prædicti regis filius fuit, quẽ Longobardi Flauiũ cognominauere: qui licet adolescens rex sublimatus fuerit, multis tamen æditis facinoribus, laudes ingentes promeruit: & eas ob res, omnes Longobardorum duces, dimidiã pecuniarũ suarum partem ei obtulere. Hic Pharam oppidũ nõ ignobile, in Abduæ fluminis ripis condidit, ac Brixellũ ciuitatẽ, in margine Padi positam, obsedit & debellauit, ac tandẽ solo æquauit. Sed & Francorũ regem cũ ingenti multitudine ipsorũ atque Germanorũ deuicit, ac ex Italia fugauit: qua quidẽ elatus uictoria, ad Siculũ fretum omnia conquisiuit, ac multas alias Italiæ ciuitates, in suam potestatẽ redegit, indéq; Francilionem Romanũ ducem, ex Como ciuitate, Cumacináq; insula, quæ in lacu Lario erat, expulit, & ingentes inde diuitias sustulit: qua ditatus præda, statim Theodelindã Garibaldi Bauarorũ regis filiam Christianissimã, duxit uxorem. Quam ob rem Chilpericus Francorum rex, qui huic Arthari inimicissimus erat, in Bauarũ furens, eum inopinatè aggreditur, & ex Bauaria expulit. Qui relicto regno, cum filia Theodelinda in Italiam ad generũ fugit. Huic tamen Gandulphus Bergomensiũ dux, & Vulpharis Taruisinus, atque alii plures Longobardorum duces postea nimium aduersari cœperunt. Quibus pacatis, eo anno, quo Theodelindam duxit uxorem, defunctus est.



Gregorius papa.66.



Regorius magnus papa, eius nominis primus, natione Rom. 5791 | 592
patre Gordiano uiro Senatorio, post Pelagiũ pontificẽ, sedit an.13. mens.6. & dieb.10. doctor quidẽ eruditiss. humillimus, atq; sanctiss. qui primus omniũ pontificũ se seruũ seruorũ dei nominauit ac scripsit. Hic, ut dictũ ẽ, primo monachus & leuita existẽs, põtificale munus in multa rerum perturbatiõe tandem inuitus suscepit, in quo sanè ita uixit, ut usque ad tempora nostra neminem ex successoribus habuerit parem, nedum superiorem, uel sanctitate uitæ, uel diligentia in rebus agendis, uel doctrina & scriptis. Ea propter merito terrestris angelus uocari promeruit. Hic itaque suscepta dignitate, synodum apud sanctum Petrum.4.&.20. episcoporum babuit, in qua quidem, Gratiano testante, multa sustulit quæ nocitura erant, & multa ædidit quæ profectura fidei nostræ uidebantur, & præsertim quæ subiecta sunt, ordinauit. In ea quippe synodo primo quatuor concilia, scilicet, Nicenũ, Constantinopolitanũ, Ephesinum, & Chalcidonense, decreto publico approbauit & confirmauit, necnõ & quintum ueneratus est, ut habemus in Canone.15. dist.c. Sicut sancti euangelii. Vetuit item eo in concilio, ut nullus bigamus ordinaretur præsbyter.33. di.c. Maritũ duarum. Statuit etiam, ut episcopus semel duntaxat consecraretur.68. di.c. Sicut semel. Prohibuit insuper Christianis audire missam præsbyteri concubinarii.8. d.c. Si qui sunt. Vetuit etiam in una eadémq; prouincia duos esse metropolitanos.101. di.c. Peruenit. Concessit quoq; sacerdotibus à populo accusatis, suam posse innocentiã iuramento affirmare.2.q.5.c. Præsbyter. Mandauit præterea ultimã defuncti uoluntatẽ modis omnibus obseruari debere.13.q.1.c. Voluntas ulti-

Kyrieleyson, Gloria in exc. Deus in adiuto. instituuntur.

ma. Vetuit etiam mulieribus monachorũ monasteria introire & eorum commatres fieri posse.18.q.2.c. Peruenit. Addidit deniq; quadragesimali ieiunio quatuor dies, primo uidelicet quartam, quintam, sextam ferias & sabbatũ, ut habetur de conse.di.5.c. Quadragesimam. Introitúmq; missæ cum uno uersu alicuius psalmi ordinauit. Eius etiam inuentum fuit, ut nonies Kyrieleison diceretur, & Alleluya, & offertoriũ, ac post cõmunionẽ caneretur. Idem similiter in Canone addidit, Diésque nostros in sua pace disponat. Mandauit rursus, in principio omnium horarum canonicarum, Deus in adiutorium meum intende, cum Gloria patri & filio, dici debere. Supplicationésq; maiores propter pestem sedandã, atque sta-

atque stationes pro maiori parte instituit. Quid plura? omnem ecclesiastici officii institutionem ipse sanctissimus pontifex instituit & approbauit. Ipse quoque adhuc monachus, in Sicilia sex monasteria ex paternis facultatibus ædificauit: domum suam insuper Romæ religione dedicauit. Ipse etiam Traianum imperatorem ab inferno liberauit: pauperes præterea in domum paternam undique confluentes excepit, & in uita cibóque ac potu semper ministrauit. Fuit denique uir hic omni laude dignissimus, si uitam, si mores, doctrinam que inspicias, & tum in diuinis rebus ac in humanis prospicias. Hic quoq; Anglos omnes, per quosdam probatissimos monachos, ad fidem Christi conuertit, & Vesegotthas hæreticos ad ueritatis unionem reduxit. Confirmata denique hoc pacto ex omni parte ecclesia. Sanctissimus hic Gregorius, secundo Phocæ imperatoris anno, migrauit ad dominum, cuius corpus in diui Petri basilica, omnibus collachrymãtibus, quarto idus Martiĩ sepultum fuit, atque eo die eius natale celebratur. Eóque mortuo, sedes uacauit mensib. 5. & die. 19.

Tunica inconsutilis Domini nostri Iesu Christi à beata uirgine Maria confecta. Tempestate hac non procul à Hierusalem in Saphat oppido ab episcopis Gregorio Antiocheno Thomáque Hierosolymitano, ac Ioanne Constantinopolitano, in quadam arca marmorea eò loci apposita incorrupta & immaculata inuenta fuit: qua suscepta, maximo in precio habita fuit, qui ipsam suscipientes, Hierosolymam detulerunt, & in eburnea arca collocaueruut. Hæc ipsa est, quæ in morte Domini, ut sacra Euangelii habet historia, uni militum obtigit. Quid postea de ipsa gestum fuerit, non habeo.

Hermigildus quidam Vesegottharum & Hispaniarum regis filius, per id tempus, à patre Lemugildo rege, carcere intruditur, & pauló post iniquissimé interficitur, eo quód Leándri Hispalensis episcopi uiri sanctissimi prædicationibus ab Arriana impietate ad ueram catholicámque fidem conuersus fuisset. Nam cum Leander ipse Hermigildum conuertisset, & ipsum catholicum declarasset, pater ira commotus, Leandrum pontificem multis incommodis & iniuriis affecit, & filium ipsum constantissimum, tandem interfecit. Sed & ipse pater pauloṕost in ægritudinem prolapsus, Leandrum reduxit, & de iniuria atque peccato ueniam postulauit, & Richardum secundum filium regem constituens, catholicum & uerum Christianum effici procurauit.

5792 593 Augustinus & Miletus, optimi monachi, natione Romani, & Anglorum episcopi atque apostoli, his temporibus in precio habiti à beato Gregorio pontifice maximo, ob probitatem atque doctrinam in Britanniam cum quibusdam aliis probatissimis monachis mittuntur, ubi deo auxiliante, & monitis ac efficacissimis prædicationibus, totam illam insulam ad Christi fidem tandem perduxere: ibidem demum senio confecti, non sine magna sanctitatis opinione, in Domino quieuere, & cum sancti fuerint habiti, eorum festa septimo calendas Iulii celebrantur. Angli conuer tuntur.

Agilulphus quartus Longobardorum rex, post Artharim regem super Longobardos regnauit annis. 21. Mortuo nanq; Arthari rege prædicto, cum Lõgobardi de electione futuri regis diu discordes fuissent, tandem ita conuenerunt, ut ille ex Longobardis haberetur rex, quem Theodelinda sibi in uirum suum deligeret, quæ statim hunc Agilulphum Thaurini ducem, uirum utique bellicosissimum, & prudentia, formáque egregium sibi maritum, & Longobardis regẽ declarauit. Qui regno suscepto, confestim cum Cacano Hunnorum rege, pacem firmauit, ipso eam per legatos ex Pannonia postulante, sequenti deinde anno Tridentinorum etiam duce intercedente, similiter cum Francorum rege pacem composuit. Postea Munulphum insulæ sancti Iuliani ducem, & Zanguilphum Veronensium ac Gayndulphum Bergomensium duces, quibus ter iam pepercerat, superatos interemit. Rebúsque pacatis, bellum contra Romanos suscepit, & oppidis circunquaq; captis, Romam per annum obsedit, & multas illi clades intulit. Quo in tempore Zotus Beneuẽtanus dux, eius auxilio fretus, unà cum rege ipso, ruptis induciis, Cassinense monasterium, iuxta Benedicti prophetiam, inuasit, & omnibus rebus direptis, illum à fundamentis penitus euertit. Postmodum in Patauinos duxit, & urbem uallo tantum & fossa sine mœnibus munitam obsedit, & cum à Totilla rege ipsa ciuitas fuisset diruta, habebat omnia ædificia ex lignorum materia fabrefacta: quod cernentes Longobardi, ignem mittentes, urbem

prorsus excusserunt, idque in monte Silicis oppido fecerunt. His gestis Agilulphus, cum didicisset eius filiam ac generum nomine Godestaldum apud Parmam ciuitatem à Gallinico Romanorum præfecto fuisse captos, & Constantinopolim missos, contractis undiq; copiis, Cremonam uenit, & eam obsedit, ac expugnatam tandem cœpit: qua capta & direpta, usque ad solum demoliri fecit. Parique modo Mantuam expugnans, eam sine muris dereliquit. Tandem & hunc B. Gregorius papa, per intercessionem Theodelindæ religiosissimæ reginæ, cui dialogorum libros scripserat conuertit, qui omissis idolis Christi fidem cum omnibus Longobardis suis complexus est, & omnia ecclesiasticorum bona ablata restituit, & ad labem diluendam ecclesias multas, plurimáque monasteria sua impensa fabricauit, & apud Modoeciam insigne oppidum in honore beati Ioannis Baptistæ celeberrimum templum ingenti impensa fabricauit. Eo denique uita functo Adoaldum puerulum filium, cum Theodelinda matre & regina, regni successorem reliquit.

Longobardi fidem recipiũt.

Theodelindam autem reginam eius uxorem Bauarorum regis filiam generositate & sanguinis claritate inclytam fuisse constat, quæ & si in primordio regni sui ætate iuuenis, formaque spectabilis, ac diuitiis abundans fuerit, moribus tamen & castitate, prudentia, eloquentia, ac religione conspicua fuit. Cuius quidem uirtutibus commotus beatus Gregorius, eidem dialogorum libros composuit atque misit, cuius lectione ipsa mota, Agilulphi animum ad religionem & ad pacem cum omnibus Longobardis conuertit, & mores uitámque eorum mirabiliter composuit. Sicque hæc religiosissima ac Christianissima fœmina, multorum bonorum causa fuit. Hæc quippe præter reliqua pietatis opera, monasteriũ celeberrimum in honorem sancti Columbani abbatis, apud Bobium ciuitatem, superbissimis ædificiis sua impensa condidit, & plurimos fundos eidem assignauit. Alia quoque monasteria & templa & quammaxime apud Modoetiam agri Mediolanensis oppidum in honorem sancti Ioannis Baptistæ à fundamentis erexit, quam & prædiis, aliisque uasis aureis argenteisque plurimis adhuc extantibus exornauit, in qua quidem basilica, corpus suum sepeliri mandauit: & ex illo, ac deinceps, propter mulieris exemplum, Longobardi nostri omnes Ioannem Baptistam in patronum præcipuum susceperunt.

Monasteria ab hac extructa.

Romanus Patricius Cõstantinopolitanus, tertius Italiæ Exarchus, hoc anno post Sma 5793 594
ragdum à Mauricio imperatore cum ingenti multitudine Rauennam missus, regnauit anno uno. Qui cum applicuisset, statim Patauio & Cremona ac Mantua à Lõgobardis penè destructis, instauratis & munitis, cum omnibus copiis Romam perrexit, ubi Longobardis strage inflicta, multas ciuitates atque oppida recuperauit, postea in omnem libidinem prolapsus, tamque uirtutis pristinæ & ingenii immemor factus, cum Longobardis sentire cepit, nec Romanos amplius defensare curauit: sed eodem anno cum ignominia mortuus, Gallinicum habuit successorem.

Gallinicus itaque quartus Exarchus Romæ suffectus, præfuit annis duobus. Hunc uirum bonum & contra Longobardos animatum fuisse tradunt: sed cum res neglectas uideret, Gregorii pontificis suasu, cum eis pacem & inducias fecit. Cúmque postea ruptis induciis, Parmam urbem inuasisset, & Agilulphi regis filiam cum uiro nomine Godestaldo cœpisset, Constantinopolímque misisset, Agilulphus ira succensus, Sclauos in auxilium euocat, & contra Romanos implacabile bellum suscipit, & oppida multa, multásque urbes euertit, eóque anno Gallinicus hic, morte deficiens, Smaragdus rursus à Mauricio imperatore Italiæ Exarchus mittitur.

Prodigia.

Prodigia multa, & quidem horrenda, tempestate hac in Græcia apparuere, quæ sanè futuras Mahumeti calamitates portendere uidebantur. Nam uno & eodem anno cometes perlucidus Bizantii uisus fuit: & puer quadrupes natus: necnon & apud insulam Delon, duo marina monstra omnino humanam speciem habentia, uisa sunt: & alia multa hinc inde consimilia apparuere.

Mahumetis uita.

Mahumetes, aliàs Mahumetus, genere Arabs, Pseudo propheta, qui postea tanquã ma- 5794 595
gnus, imò falsus dei propheta Saracenis leges dedit, hoc anno in Arabia regione ex nobili patre Gentili, matre uero Hebræa, Hismaëlitici generis nascitur: qui postmodũ adultus factus, cum

ctus,cum esset annorum uiginti & octo, maximum in Christianos excitauit incendium. Nam cum uersutus & acris ingenii esset uir,ac inter Christianos diu conuersatus, omniúmque sectas & leges cognosceret,nouam quandam & nephandam superinduxit superstitionem,qua propemodũ nostra extincta est religio. Ausus est etiam ingenti comparato exercitu Arabum & Persarum Romani imperii fines infestare, & Alexandriam atque alias Aegypti ciuitates sibi subiicere,sed eius motus per Heraclium imperatorẽ cito repressi fuerunt,exinde ad uerorum prophetarum imitationem,personam in se loquentis Dei, assumpsit,sic præmittens in libris,quos condidit:Locutus est dominus ad Mahumetum prophetam suum dicens, ut sic uel diuinæ authoritatis pondus habere crederetur, quod ab eodem seductore confingebatur.Cúmque non tantum subacti populi,sed etiam longinqui ad eum confluerent, accensus libidine latius dominandi, sub suæ religionis prætextu propagandæ,tanquam ex dei præcepto finitimas inuasit gentes,& astu efficiens, quod armis non poterat.Vnde cum Aegyptum, Lybiam, Arabiam, Syriámque totam subegisset, & ut religiosior uideretur, subiectos populos propriis ritibus abiectis,in suã superstitionẽ attraxit.Paganis quidam idololatriam inhibens,indies iuxta ritum eorundem circuncisionem concessit.Nouas deinde quasdam leges de suo confinxit, testimonia de utroque testamento adhibens,quas Saraceni & Turci usque hodie suas leges appellant.Vnde secundum Iudæorum ritum Saracenos iussit circuncidi, & suillæ carnis esum suis sequacibus interdixit.Et imitandos quoque Christianos,crebras lauationes seu ablutiones membrorũ tanquam baptisma pro delictorum expiatione,fieri instituit. Et ut seductos ita populos, fortius sibi irretiret,statuit pro lege, quod nouerat homini placere, scilicet, quod homo tot uxores ac concubinas habere possit, quot facultatibus suis alere posset. Vxores etiam usque ad quaternarium numerum de propria cognatione sumere, & usque quater repudiare,rursusque resumere permisit.Emptitias uero siue captiuas quot uellet quisque habere concubinas,& eas quandocunque uendere liceret, nisi illarum aliquam grauidam reddidisset.Sobrietatem autem in cibo potúque sanciunt, uni quoque usum præterquam in certis quibusdam solennibus diebus interdixit.Vnum deum omnipotentem omniũ creatorem coli & honorari mandauit, asserens Moysen & Ioannem Baptistam magnos dei fuisse prophetas,sed Christum omnium prophetarum maximum, quippe qui diuina uirtute,non humano semine,de uirgine Maria ortum fuisse dicebat.Hic itaque Mahumetus, cum (ut ita dixerim) sex annos ita regnasset, post multa adulteria & ebrietates, aliaque scelera,anno domini.632.ætatis uero.34.mortem obiit,cuius corpus apud Mecham sepultum,ab omnibus maximo in precio nuncusque habitum est.Eóque mortuo,principatum iniit quidam nomine Calipha,cui successit Acali,quo expulso,regnauit Ali:contra quem eo quod superstitiosus esset,nouum Caypham Aegyptii sibi ducem creauerunt.Qui ordo usque in hodiernum diem apud Saracenos seruatur.

Leges Mahumeticæ

Successores Mahumeti.

Alcoranum autem librum,ipse Mahumetus auxilio Ioannis Antiocheni hæretici, Sergiique Arriani,ac etiam cuiusdam Iudæi astronomi, composuisse dicitur, in quo quidem prædicta omnia,& alia multa pro lege descripsit, falsa quibusdam ueris immiscendo, asseréńsque Christum ad cælos eleuatum,sed non occisum: dixítque præterea Iudam proditorem, dum Christum Iudæi quærerent,in spelunca, in similitudine Christi mutatum, & loco eius crucifixum. Per singulos quoque annos, suos sequaces, domum dei quæ est in Mecha si possent adire omnino iussit, quo conuenientes circuire deberent cum similibus uestibus induti,& lapides per media foramina parietum tanquam diabolum lapidando iactare. Ipsam enim domũ Abraam pro filiis suis potissimum Hismaëlitis orationis causa, construxisse dicebat,in eo quoque Alchoram libro, legem tulit, ut qui cum adultera depræhensus fuisset,statim lapidaretur,cum soluta autem,octoginta uerberibus plecteretur. Voluítque fur,ut prima & secunda uice tantum uerberibus cæderetur,tertia uero manus, quarta denique pedes eidem prociderentur.His autem,qui hæc & alia legis suæ præcepta seruarent,ut asseruit,Dominus promisit paradysum,uidelicet delitiarum hortum, ubi nulla intemperies,ubi nulla incommodi aut mali afflictio,sed omnium delitiarnm fruitio perfecta erit. Nam ibidem optati cibi ad uota succedent, pulcherrimásque uestes ad amictũ,

& uirgines ad compressum, angeli pulcherrimi illi ministrabunt. His autem qui legem ipsam contemnerent, gehennam & infernum comminatus est.

Phoca impera tor.



Hoca.21. Constantinopolitanus imperator, post Mauricium imperator factus, imperauit annis tredecim. Hic cum Centurio esset, militari tumultu Augustus creatus, Mauricium prædictum cum Theodosio, Tyberio, Constantino & Aduocato, filiis aliisque complurimis, apud Calcidonem interfecit. Veniénsque Constantinopolim ut imperator receptus, magnam de se spem præbuit. Romæ quoque declaratus, statim suam & uxoris suæ Leontiæ imagines in oratorio sancti Cæsarii, inter aliorum Augustorum imagines, cum summo gaudio collocauere. Sed rerum exitus, multorum fefellit opinionem, quod suæ futuræ segniciei præsagium nomen accepit. Nam sicut Plinius nono naturalis histo. libro ait: Phoca uitulus marinus nominatur, qui præ cæteris animalibus grauissimo somno premitur: quod sensisse uidetur Iuuenalis cum ait: Pro re magna in tertia Satyra: Eripiunt somno druso, uitulísque marinis. Tantæ enim somnolentiæ & pigritiæ iste Phoca fuit, ut Persarum rex Cosdra Romanorum prouincias grauissimis prælis oppresserit, ipsámque sanctam crucem è Hierusalem abstulerit, captamq; urbem, Christianorum templa prophanauerit & diripuerit, & Zachariam uirum sanctissimum eiusdem ciuitatis patriarcham captiuum abduxerit. Quas ob res cum etiam Phoca in suos maximè deseuiret, & imperium eius negligentia indies deperiret, senatus eius homicidia non sustinens ad Heraclium patricium in Aphricam mittit, rogans, ut Heraclium filium contra Phocam imperatorem mittat, quod & statim adimpletum est. Nam Heraclius ipse nauigio Cõstantinopolim ueniens, subito Phocam deuicit & cœpit: quo capto, primo eidē manus & pedes obtruncauit, & postea cum lapide ad collũ in mare demersit. 5797 598

Plinius

Sauinianus papa.67.



Auinianus papa, cuius patria ignoratur, post Gregorium factus pontifex, sedit anno uno, mensibus quinque, & diebus nouem. Hic statuit, ut horæ diei cum campanis pulsarentur in ecclesiis, distinguerentúrque officii gratia: & ut lampades ac censæ continuè in templis retinerentur. Verum cum gestis optimi beati Gregorii aliquantulum aduersaretur, eo quòd in suo põtificatu fames plurimum inualuisset, instarétque pauperes, ut Grego. pietatem æmularetur, nil aliud respondisse fertur, quàm Gregorium popularem famam affectantem ecclesiæ patrimonium largitionibus dissipasse. Tanta insuper ira atque inuidia erga Gregorium exarsit, ut eius libros exuri tentauerit. Vnde & beatus Gregorius eidem per uisum apparuit, & ter durè redarguit: quartóque cum se corrigere nollet, ab eodem in capite percussus expirauit. Cuius quidem cadauer ueluti infamis ad pontem Miluium delatum in quadam basilica Petri sepelitur. Et ideo tertius pontificũ habitus est, qui culpabili morte damnatus sit: & tunc cessauit papatus mensibus decem, & dies uiginti. 5804 605

Bonifacius papa.68.



Onifacius tertius papa, post Sauinianum potificem sedit mensibus octo & diebus uiginti & octo. Vir sacerdotio satis dignus, qui & Gratiano testante, synodo habita instituit, ne quis anathematis pœna in locum demortui põtificis aut episcopi subrogaretur, nisi tertia saltem post eius obitũ die, ut habemus in canone.79.di.c. Nullum. Constituítque ut nitidus pannus, quod corporale dicitur, super altari in consecratione semper à sacerdote poneretur, de conse.di.1. Hic etiam Constantinopolitanum patriarcham compescuit, sese principem appellantem, iubente Phoca, ut Romanæ ecclesiæ obtemperaret.22.dist.c. Renouantes: ac sic tandem è uiuis discedens in basilica Petri sepelitur: & tunc uacauit sedes mense uno, & diebus sex. 5806 607

Bonifacius papa.69.



Onifacius quartus papa, natione Marsus, de ciuitate Taleria, patre Ioanne medico, post Bonifacium prædictum pontifex factus, sedit annis nouem, mensibus octo, & diebus duodecim. Hic templum sanctæ Mariæ rotundæ, quod ueteres Pantheon appellabant à Phoca impetrauit. Quod, eiectis prius Gentium simulacris, qnarto idus Maii, in honore beatæ Mariæ uirginis, omniúmque sanctorum martyrum consecrauit. Quo facto, etiam paternam domum in monasterium redegit, suósque fundos eidem in monachorum usum adscripsit, quibus & prædicandi, baptizandi, ac absoluendi potestatem tribuit. Quibus gestis, indè paulò post 5807 608

diem

diem extremum clausit, & in basilica beati Petri sepultus fuit, & post pestem & aquarum inundantiam cessauit episcopatus menses septem, dies. 25.

5808 609 Cacanus, Hunnorum siue Bauarorum rex, hoc anno apud Bauaros Hunnos regnum accipiens, multis annis regnauit. Qui mox maximo comparato exercitu, ex Norico in Italiam transgressus, forum Iulii & Venetia prouincias turpiter inuasit, ac quosdam Longobardorum præfectos ita profligauit, ut paululum absuerit quin forum Iulii prouinciam omnino obtineret. Sisulphus autem eiusdem prouinciæ dux eum prælio aggredi tentasset, maximo conflictu commisso, Cacanus uictor euasit. Et licet ea in pugna multos é suis Cacanus amiserit, prouinciam tum inuadere statuit. Rex itaque uictoria parta, ducéque interfecto, audiens ducis uxorem Romildam cum filiis Rhodoaldo & Grimoaldo maximis opibus in quadam forum Iulii urbe se conclusisse cupidiue allectus eó eum exercitu accessit, ubi dum urbem obsidens aliquando circum equitaret, á Romilda ducissa á mœnibus, flauis crispantibúsque capillis, uisus est, & eius amore capta oratores eidem misit pollicens se urbem prodituram, modo eam in uxorem duceret. Quo audito, ille promisit, & urbem accepit, qua capta, statim ipsam incendit & euertit, ut uix urbis uestigium cernere tur, Romildam uero una duntaxat nocte ad se admisit, manéque facto, uelut impudicam mulierem militibus suis passim prostituendam exposuit. Qua diu illusa, acutum etiam palum in medio campi fixit, in quo quidem & ipsam Romildam per media crura confixit, dicens: Talem maritum decet meretricem crudelem habere. Eius uero filiæ, non matris libidinem, sed castitatem zelantes, ne ab Hunnis contaminarentur, crudorum pullorum carnes inter mammas sub fuscia sibi apposuere, quæ ex calore putrefactæ, fœtidum exhalabant odorem, quúmque eas Hunni contingere uellent, fœtorem non uolentes sustinere, ab eis tanquam execrabiles repellebantur. At sic puellæ nobilissimæ, ista astutia Barbarorum libidinem euasere, utile profecto seruandæ castitatis exemplum posteris fœminis mandantes. Cacanus autem captiuos omnes in terram suam abducens, ibidem puberes omnes interfecit, & pueros sub corona uendidit.

5810 611 HEraclius uicesimus secundus Constantinopolitanus imperator, post Phocam imperauit annis uigintiseptem. Hic ubi imperium adeptus est, magnum comparauit exercitum, & Eleutherium patriciæ gentis cubicularium suum rei bellicæ scientissimum in Italia concitus misit, & ipse contra Persas progrediens, multas prouincias á se occupatas recuperauit, & in suam prorsus potestaté redegit. Nam Persarum ducem singulari certamine uincens interfecit, & Cosdram eorum regem oppressit, ac filium eius captum & baptizatum, in regnum restituit. Persidem deinde ingressus, turrim Cosdræ thesauris plenam cœpit & spoliauit, & ipsorum partem militibus suis dedit, partémque in reparandis templis, quæ Persæ diripuerant ac uastauerant, designauit. Ipse uero alia onustus præda, cum septem elephantis Hierosolymam rediit, crucémque domini á Persis captam secum deferens, eodem loco ubi antea fuerat collocauit. Ob cuius rei memoriam Exaltatio sanctæ crucis dehinc celebrari cœpta est. Zachariam quoque patriarcham & alios captiuos in patriam suam remisit. Rediens postmodum Constantinopolim, literis & ocio delectatus, ad Astrologiam etiam se contulit, & imperii res in suos duces reiiciens, luxui se immersit. Mortua namque Eudoxia uxore, & partu quo Constantinum peperit, Myrtinum ex sorore neptem, incestuoso sibi matrimonio copulauit, & Heraclium filium ex ea suscepit. Illáque paruo tempore post defuncta, eius ex primo uiro filiam adolescentulam, senex accepit uxorem, & ut scelus sceleri adderet, quod sæpe contingit, in peruersam Eutichianam delapsus est hæresim. Quam ob rem in extremo uitæ tempore (ut nonnulli tradunt) Saraceni & Arabes, duce Mahumeto, arma sumentes, ita eius duces separarunt, ut perdita Antiochia & Hierosolyma, hominem primo felicem, mox infelicissimum reddiderint. Verum cum Arabum & Saracenorum impetum uideret, Crucem Domini nostri Iesu Christi, ex Hierosolyma Constantinopolim apportari fecit. Tandem Theodoro patricio, cognomento Caliopa, ad regendum Italiam Exarcho misso, morbo intercutis aquæ, quam Græci Hydropisim uocant, diem obiit. Et tunc maxima imperii inclinatio fuit.

Heraclius imperator.

Crucē Christi hic recuperat.

Deusde dit papa.70. Eusdedit papa, natione Ro. post Bonifacium prædictum pontificem sedit an. 4. 5814 615
Hic cum esset optimus pater, clerum mirum in modum dilexit & auxit, & tan
tæ (ut fertur) sanctitatis fuit, ut quendam leprosum sibi obuium, suo osculo sta
tim liberauerit. Constituit autem hic, Gratiano referente, ne patrini filius puel
lam ex sacro fonte à patre leuatam in uxorem ducere possit, ut habemus in Can. 30. q. 1. c.
Huius nanque tempore multi terræmotus fuere, & scabies quædam ita ad elephantiam
tendens, ut deformitate cognosci homines non possent. Obiit denique quarto fermè pon
tificatus sui anno, & in diui Petri basilica sexto idus Nouembris sepultus est. Quo mortuo
sedes uacauit mensem unum, dies sexdecim.

Siseburus Vesegotthorum rex, Richardi regis filius, hoc anno regnare cœpit, & regnauit annis. 36. Hic cum primum Gentilis esset, Christianus factus statim plurimas Hispaniarum urbes quæ ad Romanos defecerant recepit, & Iudæos in suo regno cõmorantes, exhortationibus atque aliis pœnis, ad fidem Christi tandem conuertit. Nec multò post cum esset strenuus uir, omnes Hispaniarum ciuitates Romanis abstulit. At tum demum Constantinopolitani imperatores in Hispania imperare desierunt. (Græci Imp. in Hispania imperare desinũt)

Viri disciplinis excellentes.

Hysidorus noster, post Leandrum Hispalensis episcopus, beati Gregorii papæ discipulus, his temporibus propter doctrinam, uirtutésque, ac crebra eius miracula, maximo in precio ubique fuit. Qui cum esset multarum literarum non mediocriter eruditus, multa ad fidem pertinentia literis commendauit.

Ioannes monachus Vesegotthus Gerundensis postea episcopus, apud Hispanos in Lusitania prouincia ortus, hac tempestate Christianã religionẽ, & prædicatione, & scriptis, ubique plurimum iuuit. Hic cum sapere aliquid per ætatem cœperit, ardore & desiderio discendi, ex Hispania Constantinopolim petiit, ubi cum literarũ Græcarum & Latinarum doctissimus euasisset, in Lusitaniã prouinciã suam rediit, atque ibidem Arrianam hæresim inualescentem, sua doctrina facillimè confutauit. Quamobrẽ hæreticis odiosus factus, in Barchinonia relegatus fuit. Demũ post multas persecutiones in patriam reuersus, monasterium condidit, & multa in eo cõclusus conscripsit, ac rationem uiuendi monachis dedit.

Eutropius similiter Hispanus episcopus eruditissimus uir, per hæc tempora Hispanis plurimum profuit, atque eos doctrina & exemplo in fide continuit. Cuius uitam uirtutibus & miraculis illustrem, Verus Hispalensis episcopus, luculento sermone postea descripsit. Eius namque festum apud Hispanos sexto idus Iunii celebratur.

Anastasius Persa, monachus quidem sanctissimus, per hoc idem tempus pro Christi nomine à Persis infidelibus cum aliis septuagintis martyrium pertulit. Nam cum in Palestina prædicaret, ab eisdem captus, post multa carceris, uinculorúmque ac uerberum tormenta, quæ in Cæsarea eiusdem prouinciæ urbe fuerat perpessus, ad ultimum decollatus est. Cuius corpus postea Romam delatum, ad aquas Salinas, in beati Pauli monasterio repositum est. Eius uero festum XII. decimo calendas Februarii celebratur.

Adoaldus uero Agilulphi regis ex Theodelinda filius, post patrem cum matre ipse 5815 616
Theodelinda regnauit annis decem. Huic namque pater ad præsidium acquirendum uix dum quadriennio Theodoberti Francorum regis filiam desponsauit: qui regno suscepto, ob matris prudentiã, pacem cum omnibus Longobardis Italicisq;, per decenniũ quietissimè tenuit. Quo in tempore multa, ut diximus, ecclesiis donauit.

Bonifacius papa.71. Onifacius. 5. papa, natione Campanus, patre Ioanne, post eum sedit an. 5. & die 5817 618
bus. 10. Vir certe singularis humanitatis atque clementiæ. Qui cum esset doctus multa ad iustitiam pertinentia constituit, uidelicet, ne quis ratione delicti ad ecclesiam confugiens à nemine extrahi posset. Statuit item, ne accoliti martyrum reliquias attractare præsumerent, cum sit præsbyterorum officiũ: mandauitq; ut sacrilegi ubiq; anathematizentur. Voluit item, ut testamenta iussu principis facta, ubiq; ualerent. Et cum multa sanctitate insignitus esset, clericos religiosè & honestè uiuentes, unicè diligebat. Tandem cum nonnulla cœmeteria extruxisset ac dedicasset, defunctus, in basilica diui Petri, collachrymantibus omnibus, sepultus est: cessauítque episcopatus dies. 13.

Eleute-

Eleutherius, nonus Exarchus, natione Græcus, patriciæ gentis nobilitate insignitus,
Heraclii imperatoris cubicularius, & rei bellicæ scientissimus, hoc anno post Ioannem &
Smaragdum Exarchos, ab Heraclio in Italiam missus, sedit annis quinque, qui statim in
Rauennã applicuit sese, Italiæ regem declarauit. Sed postea cum Romam petere uellet,
ob arrogantiam, à militibus suis in itinere interfectus est: quo mortuo, milites caput suum
Constantinopolim miserunt.

5821 622 HOnorius primus papa, natione Campanus, patre Petronio uiro consulari Bo Hono-
nifacio pontifici prædictus subrogatus, sedit an.12.mensi.11.dieb.17. Hic san- rius pa
ctissimus fuit pontifex, qui collapsum quasi clerum, doctrina & exemplo re- pa.73.
nouauit, atque multas in Vrbe ecclesias restituit, & B. Petri basilicam tegulis
æneis è templo Romuli ablatis cooperuit, ædemque sanctæ Agnetis uia Numentana ex-
truxit, & sancti Pancratii uia Aurelia, & in aquis Salinis sancti Anastasii, cuius corpus ex
Perside delatum, Heraclius imperator eidem miserat, atque alias multas ædes ædificauit.
Qui cum Pyrrhum patriarcham Constantinopolitanum hæreticum, qui Heraclium impe
ratorem deceperat, relegasset, uita decessit, & in Petri basilica sepultus fuit: & tunc cessa-
uit episcopatus mensibus septem, & diebus decem & octo.

5824 625 Dagobertus nonus Francorum rex, hoc anno, Lothario patre defuncto, regnare cœ-
pit, & regnauit annis.34. Hunc fernnt bonis omnibus fuisse insignitum. Arnulphus siqui-
dem Methensium episcopus magister suus ipsum in officio cõtinebat. Hic cum esset Chri
stianissimus uir, beato Dionysio martyri templum celeberrimum apud Parisium ædifica-
uit. Verum ab Anglis infensus, perpetuam cum eis suscepit ininicitiam. Hic intercessione
Heraclii imperatoris, omnes Iudæos qui in regno suo erant, baptizare fecit.

Arioldus, quintus Longobardorum rex, post Theodelindæ obitum, deiecto eius filio
Odoaldo adolescente, regnare cepit, & regnauit annis duodecim. De isto nil memoriæ di
gnum literis mandatum inueni.

5834 635 SEuerus primus, natione Romanus, patre Labieno, post Honorium pontificem Seue-
sedit anno uno. Vir siquidem singularis pietatis & religionis, pauperum præci rus pa-
puè amator, & in calamitosos benignus, atque in reliquos omnes gratiosus & pr.73.
munificus, & ad reparandas collapsas ecclesias splendidus: qui cum in his sum-
mopere uersaretur, statim obiit, & in Petri basilica sepultus fuit: quo mortuo, sedes uaca-
uit mensibus quatuor, diebúsque triginta.

Isarius, decimus Italiæ Exarchatus, patricius Constantinopolitanus, hoc anno Eleuthe
rio suffectus, multis annis apud Rauennam & Romam, primatum tenuit. Qui postquam
Seuerum, secundum consuetudinem confirmasset pontificem (erat nunc consuetudo, ut
nullus in papam coronaretur, nisi prius ab Exarcho confirmaretur) statim omnes thesau-
ros Lateranensis basilicæ expoliauit, & partem militibus concessit, partémque secum Ra
uennam detulit, reliquam uero imperatori Constantinopolim misit.

5835 636 IOannes quartus papa, natione Dalmata, patre Venantio scholastico uiro, post Se Ioãnes
uerum pontificem sedit anno uno, mensibus nouem, & dieb.18. Hic pontificatu papa
suscepto statim mandauit, Si quis res ecclesiæ aliqua temeritate inuadere præsu- 74.
meret, ad quadruplum restituere cogeretur, ut habemus in canone.1.q.2.c. In antiquis.
Et cum esset singularis pietatis uir, ex reliquis thesauris, quos Isaurus Exarchus in Latera
nensi ecclesia reliquerat, multa captiuorum millia per Istriam & Dalmatiam à captiuita-
te redemit. Quibus expletis, plenus operibus bonis, obdormiuit in domino, & quarto idus
Octobris in Petri basilica sepelitur: & tunc cessauit episcopatus mense uno, & diebus.13.

Rhotaris.6. Longobardorũ rex, post Arioaldum regem, regnauit annis.16.men.4. Qui
licet multis fuerit præditus uirtutibus, Arriana tamẽ labe inquinatus, omnes Lõgobardos
in eadẽ præcipitanter traxit, ita ut nulla fuerit eius ciuitas subiecta, quæ duos non habue-
rit episcopos, unum scilicet Catholicum, & alterum Arrianum. Et licet sæpius à Roma-
nis pontificibus fuerit requisitus, ut ab Arrianis recederet, nequaquam à proposito uo-
luntatem mutare uoluit. In re tamen militari adeò præstans fuit, ut Hethruriam omnem,
atque Lyguriam cum locis maritimis usque Massiliam, in suam redegerit potestatẽ. Tanti
insuper

insuper fuit ingenii,ut leges quæ sola memoriæ in usu habebat,in seriem quendã redegerit, & librum ipsum adhuc extantem ædictum appellari mandauerit, ab illo enim tempore,& supra Longobardi sine lege fuerant. Erat autem ipso in eodem codice referente annus.71.quo Longobardi Italiam intrauerant,ut in eiusdem libri prologo patet. Hic autẽ cum aliquando Theodorus Exarchus bellum indixisset,nec ipse certamẽ recusasset, adeó apud Scultenam Mutinæ urbis amnem acriter pugnatum est, ut Exarchus é suis, septem millia eo in prælio amiserit. Tandem Rhotaris hic,sine filiis defunctus,eidem successit.

Viri doctrinis excellentes.

Eligius Nouionensis. Eligius Nouionensis episcopus his temporib.ob innumerabiles eius uirtutes multo in precio fuit:cuius admirandã uitam etiam multiplex signorũ numerus cõmendat.Hic cum primũ aurifaber haberetur,mũdo abrenuncians,monachũ sese professus est, in quo mirabiliter crescens,etiã multa monachorũ cœnobia ædificauit.Vnde factum est,ut eius exemplo in Galliis infiniti efficerentur monachi, cuius uitam cum omnes mirificé laudarent, ad eundem Nouionensem episcopatum tandem inuitum assumpserunt, ubi quantum circa Christianam religionem profecerit,exitus acta probarunt.Erat quãmaximé in Christi pauperes beneficus, bene de Christi religione meritis assiduus.Propterea inter sanctos relatus est, cuius natale.1.calen.Decemb.celebratur.

Aurea uirgo. Aurea autem uirgo sanctissima, ipsius Eligii pontificis discipula per ipsum tempus apud Parisios disciplina & sanctitate plurimum floruit: cuius sanctitate & prudentia permotus Eligius,ipsam.300.uirginibus præfecit.

Vincentius Beluacensis episcopus, his temporibus, ut quidam afferunt, sanctitate & doctrina apud Gallos multo in precio fuit.

Iudocus eremita sanctus,huic per hoc tempus nequaquam uirtutibus inferior fuit:qui cum esset Britonum regis filius, spretis mundanis pompis, in eremum secessit, ubi cum aliquamdiu sanctissimé uixisset,in pago Pontico tandem multis miraculis clarus in domino quieuit.

Froseus item Hiberniæ regis filius,per id tempus,cum duobus germanis, Foilano scilicet & Vulcano, contemptis regni sui pompis, monachalem habitum susceperunt, & in Galliis uenientes, Latiniachum cœnobium fundauerunt,& in magno precio euasere.

Heraclion imperator.



Eraclion. 23. Constantinopo. imperator, post Heraclium patrem imperauit. 5837 638
cum Martina nouerca annis duobus, in locum tamen demortui Heraclii primo suffectus fuerat Constantinus eius filius:sed.4.imperii suscepti mense,insidiis nouercæ Martinæ & huius Heraclionis germani, ueneno extinctus fuit. Mortuo igitur eo,Heraclion hic imperiũ tenuit.Sed cum turpiter & iniquissimé rempu. administrarent, Senatus,populúsq; Cõstantinopolitanus propter eorum scelera,in eos cõsurrexerunt,& Martinæ linguam,Heraclioni uero nasum præcidentes,é regno expulerũt.

Theodorus papa 75



Heodorus papa,natione Græcus,ex Hierosolyma oriundus, patre Theodoro episcopo,post Ioannẽ pontifi. sedit an.6. mensib.5.dieb.8.Qui pontificatu suscepto,omnia quæ ad religionis Christianæ dignitatẽ pertinere arbitrabatur, curioso circunspexit animo,maxima erga pauperes usus fuit pietate. Constituit aũt hic inter cætera,cærei Paschalis benedictionẽ fieri in sabbato sancto. Censuítque neminem separari debere qui nupserit post simplex uotum,sicut testatur Gratia.in cano. 27.d.c. Si uir uotũ.Hic Pyrrhum patriarchã Cõstantinopolitanũ, Sergiúmque ac Cyrum hæreticos, rursus exilio damnauit,eo quód Pyrrhus ipse Heraclionem Augustum instigauerat,ut Constantinum fratrem interficeret,unde & postea á Constantinopolitano populo occisus est. Theodorus autem his gestis,ad rem diuinam conuersus,multorũ sanctorum corpora exornauit, & potissimum Primi & Feliciani, unámque basilicam apud pontem Miluium,uia Flamminea ædificauit:quibus peractis,defunctus est,& in beati Petri basilica pridié Idus Maii sepultus: & post cessauit episcopatus dies.52.

(Margin: Cæreus benedicatur in sabbato sancto.)

Cõstãtinus 3.



Onstãtinus.3.24.Cõstãtinop.imp.post Heraclionẽ prædictũ patruũ suũ regnauit annis.27.Hic Cõstantini Heraclionis fratris filius fuit,uir certé pessimus,hæreticúsq;,ac reipu.desolator,cupidus quoq;,et ad omnia facinora prolapsus:qui 5839 640

ſuſcepto imperio,ſtatim Paulum epiſcopũ hæreticum in locũ Pyrrhi patriarchæ Conſtan
tinopolitani etiam hæretici in deſpectũ pontificis Ro.ſuffecit,cuius quidẽ auxilio & con-
ſilio atq; perfidia Conſtãtius ipſe in hæreſim peſſimã deuenit,unde & Martinũ papam po
ſtea exilio damnauit.Hic nanq; perfidus imperator, cum Exarchũ Theodorũ in Italiam
contra Longo.miſiſſet,& apud Scultenã fluuiũ turpiter profligatũ intellexiſſet,deſpera-
tione motus,cum magno exercitu ſtatim Romã uerſus uenit.Cúmq; in Apuliam perue-
niſſet,Luceriã urbem cœpit,& direptã,ſolo æquauit,indéq; cum Ro.cum.20.milibus in-
greſſus fuiſſet,quinta die ad direptiões ſe cõuertit,& inter cætera uniuerſas ſtatuas ex ære
et marmore,ad urbis ornamentũ poſitas diripuit,et alia eccleſiarũ ornamẽta ſuſtulit,unde
is auariſſimus,plus Vrbi in.7.die.detraxit,quàm Barbari antea in.258.annis:indéq; in ma-
lam rẽ abiẽs dũ Syracuſiã perueniſſet,ibidẽ in balneo,libidinib.uacãs,à ſuis interfectus eſt.

Cæſarea quædã Perſarũ regis uxor,hoc anno,ignorante uiro,cum paucis fidelibus Cõ
ſtantinopolim uenit,& ibidẽ ſacrum baptiſma deuotiſſimè ſuſcepit : quo andito, uir eius
confeſtim legatos ad imperatorẽ Conſtantinopolim miſit, qui uxorem ab eo repeterent:
quibus Cæſarea reſpondit,nunquã in ſuam patriã ſe rediturã,niſi & ipſe rex maritus ſuus,
Chriſtianus efficeretur.Hoc cognito,rex mox cũ.40.milibus Perſis,Cõſtantinopo. ad im
peratorẽ pacificè uenit,à quo perbenignè exceptus,unà cũ omnib.baptiſmũ accepit:quo
ſuſcepto,multis muneribus ab imperatore donatus, in patriã ſuam cũ uxore lætus rediit.

5844 645 MArtinus,eius nominis primus papa,patria Tudertinus,patre Fabricio, poſt Theo Martinus papa.76.
dorũ pontificẽ ſedit an.6.men.1.dieb.26.Qui pontificatu inito, ſtatim Cõſtanti-
nopolim legatos miſit,qui Paulũ patriarchã adhortarẽtur,ut hæreſi dimiſſa, fidẽ
catholicã obſeruare dignaretur: at ipſe nõ modo monitis põtificis obtẽperare uoluit, ſed
etiam legatos põtificis in diuerſas inſulas,Cõſtantii iuſſu & authoritate relegauit. Quam
ob rem Martinus ſynodũ.150.epiſcoporũ Ro. cõgregauit, in qua Cyri Alexandri. Sergii
& Pyrrhi Cõſtantinopolitanorũ patriarcharũ cõdemnationẽ cõfirmauit,& Paulũ patri-
archam quãmaxime priuauit,propter quod Cõſtantinus imp.indignatus,Olympiũ cubi-
culariũ ſuũ,Italiæ Exarchũ ſtatim creauit,mandãs ei ut Manichæorũ ſecta per oẽm Italiã
extenderet,Martinũq; ponti.aut captũ ad ſe mitteret,aut iugularet.Olympius itaq; Ro-
mam cũ ueniſſet,inuẽta ſynodo,nulli ſuũ errorẽ ſuadere potuit:ob quã rem, lictorẽ inter
poſuit,qui Martinũ in eccleſia B.Mariæ maioris interficeret,quod ille(ſubita cæcitate per
cuſſus)perficere nequiuit. Martino aũt reconciliatus Olympius, paulòpoſt uita diſceſſit.
Sed Cõſtantius iterato Theodorũ Exarchũ in Italiã mittens,iuſſit omnino ut Martinum
pontificẽ ad ſe uinctũ perduceret.Veniens quoq; Theodorus Ro.& pontificẽ ſalutatum
iſſet,ei cõfeſtim cathenas iniecit,uinctúmq; Cõſtantinopolim miſit.Indéq; uſq; ad Cerſo
nam ciuitatẽ in exiliũ actus fuit.In qua urbe B.Clemens papa,ut diximus,lõge antea ex-
ulauerat,ubi & ipſe paulòpoſt uitã finiuit,multis uirtutũ ſignis uſq; in hodiernũ diem re-
fulgens.Et quia hic inter ſanctos relatus eſt,eius feſtũ.10.die menſis Nouemb.celebratur.
Hic aũt pontifex,ea in ſynodo mnlta cõſtituit ad decorẽ religiõis Chriſtianæ, & maximè
pertinentia.Primo præcepit clericis,ne omnino comam nutrirent,ut habemus in can.24. Clerici
diſt.c.Non liceat. Mandauit item,ut ſponſi & ſponſæ,ante carnalem copulã à ſacerdote comam
benedicerentur.24.diſt.c.Sponſus.Prohibuit quoq; dyaconos ordinari, niſi caſtitatẽ pro nõ nu-
fiterentur.27.di.c.Dyaconos. Voluit inſuper clericũ poſt emendã in ſuam recipi debere triant.
dignitatẽ.5.diſt.c.Si quis. Vetuit præterea fidelibus Chriſtianis calendarum obſeruantias
27.q.7.c.Non licet.Conſtituit inſuper,nil aliud præter aquã & uinũ & panẽ in altaris ſa
cramento à ſacerdote offerri debere,de conſe.diſt.2.c. Non oportet . Præcepit denique
omnibus epiſcopis,ut ſacrũ chriſma ſingulis annis conficerent, & per omnes dioceſis ſuæ
eccleſias deſtinarent, de conſe. diſt.4. c. Omni tempore. Eo itaque mortuo,cum Romæ
ignoraretur,quatuordecim menſibus uacauit epiſcopatus.

Saraceni qui Aegyptum incolunt, tempeſtate hac diſcordiis Orientalis & Occidenta
lis eccleſiæ freti,ex Alexandria cum ingenti claſſe ſoluentes,maximam Aphricæ partem
occuparunt, indéque cum ingenti tumultu Rhodium inſulam peruenientes, urbem cœ-
perunt,& Colloſum, fama celeberrimum, à quo urbs primaria ſuum nomen acceperat,

demoliti

demoliti sunt, ex cuius ære, ut supra diximus .90. camelos onerauere, & in Alexandriam misere. Dehinc multis in Aegeo mari afflictis insulis in Siciliam peruenerunt, atque ibi multa loca uastauerunt. Atque ita Saraceni isti in his tumultibus ad.150. hominum millia de imperatoris exercitu interemerunt, Hispanos quoque Vesegotthæ sibi subdiderunt, infinita propè damna ibidem Christianis inferentes.

Eugenius papa.77.

EVgenius primus papa, natione Ro. patre Ruffiniano, post Martinum pontificem sedit annis quasi tribus. Vir certè miræ pietatis, religionis, mansuetudinis & munificentiæ, qui & Gratiano referente statuit, ut quilibet episcopus carceres haberet, ad pœnitentiam delinquentium clericorum, ut habemus in Decretis.81.dist.c. Sacerdos. Voluitque, ut iuxta ecclesias sacerdotum domicilia construerentur.12.q.1.c. Necessaria est. Mandauit quoque monachis, ne quauis ex causa, sine sui superioris licentia claustrum exirent.16.q.1.c. Placuit communi. Vetuit insuper, ut nullus inuitus monachus in monasterio teneretur.20.q.1.c. Si qui. Defunctus denique quarto nonas Iuuii in Petri basilica sepelitur, & tunc sedes uacauit mense uno, & diebus uiginti & octo. 5850 651

Rhodoaldus.7. Longobardorũ rex, Rhotaris regis filius, hoc anno patri in regno succedens, regnauit annis quinque. Hic Gundibergã Theodolingæ reginæ filiam duxit uxorem, quæ religionis matris imitatrix facta, sicut illa Modociæ, sic & ipsa in Papiensi urbe, Ioanni baptistæ templum mirificum ædificauit, plurimo quidem auri & argenti apparatu. Verum Rhodoaldus rex libidinibus immersus cum aliquando in adulterio Longobardæ mulieris depræhensus fuisset, à uiro illius occisus fuit. 5851 652

Vitelianus papa.78.

VItelianus papa, ex oppido Seginensi, prouinciæ Volscorũ, patre Anastasio natus post Eusebiũ ponti. suffectus, sedit annis.14.& mensib.6. uir quidẽ optimus & diuini cultus cupidus atq; assiduus. Quamobrẽ & ecclesiasticã regulam composuit, cantúmq; ordinauit, adhibita organi consonãtia. Hic Theodorũ monachũ uirum optimũ doctissimúmq; in Angliam misit, & Cantuariẽsi ecclesiæ episcopũ præfecit. Qui Theodorus Anglos prædicatione & exemplo ad Christũ conuertit, & in fide quàm diu uixit, optimè continuit, unde & librum egregiũ conscripsit, quo declarauit, qua pœnitentia dilui unumquodq; peccatũ posset, de quo etiam in iure Canonico persæpe fit mentio. Tandem cum Vitelianus hic ecclesiam in omnibus bene gubernasset .6.calen. Febru. defunctus, in B. Petri basilica sepultus est: uacauit tunc sedes mensib.4.dieb.15. 5853 654

Aripertus.8. Longob. rex, post Rhodoaldũ in regno succedẽs, regnauit annis.9. Hic Gundualdi filius ex Theodolingæ frater fuit, qui inter cætera apud Papiam oraculũ pulcherrimũ in honorẽ Saluatoris condidit, & uariis ornamentis insigniuit, ac fundis plurimis dotauit. Duos hic filios, teste Pau.lib.3. successores reliquit, uidelicet Partheritem, & Gundibertũ, quorũ tempora Longobardi cum Ro. pacem seruãtes inter sese, hi duo multis cladibus agitauere. Grimoaldus enim Beneuentanus dux, Rhomoaldo filio ibidẽ duce relicto, cum ingenti exercitu Papiam uenit, & Patheritem puerum inde fugauit, & Gundibertum alium fratrem Mediolano expulit. Quas res intelligens Clodoueus Francorum rex, condolens adolescentiũ infortuniis, confestim magnũ exercitũ in Italiam misit, ut adolescentes primũ in paternũ regnũ restitueret, unde & in Citrapadana regione cruentissima prælia commissa sunt. Verũ Grimoaldus uictor existens, Gallos Italia pepulit: refert Pau.hist.lib.4.c.5. Hac ratione Gallos fuisse deceptos & superatos, Longobardi siquidem nõ longe ab Astensi urbe, simulata fuga, rerum omniũ copia, ac uini maximè optimi plena uasa relinquentes detulerunt, Gallica uero castra ingressi, rati uero ueram esse hostium fugam, læti in oẽm cibi potúsq; uoluptatẽ sese effuderunt. Quare superuenientibus hostibus cum somno & crapula grauati essent, passim ueluti pecora sine custode iacerent, ita ut ab hostibus cæsi uix superfuerat unus, qui tantam cladem Clodoueo regi nunciaret. 5855 656

Galli à Lõgobardis per fraudẽ cædun tur.

Gundipertus igitur Ariperti prædicti filius.9. Longobardorũ rex, defuncto patre, regnauit in Papia annis.2. Hic (ut præmissum est) cum Patherite germano, qui Mediolanũ continebat, plurimũ contendit, & demum regnum amisit. 5866 667

Adeodatus papa 79

ADeodatus papa, natione Ro. patre Iouiniano, post Vitelianum pontificen sedit annis quatuor, mensib. duobus, & diebus quinque. Fuit hic homo sanctimonia & religione plurimum decoratus, in delinquentes quidem clemens, in pauperes pientissimus, 5867 668

pientissimus, in hospites benignus, & erga miseros & calamitosos plurimum misericors. Qui inito pontificatu monasterium ubi ipse uitam monasticam duxerat, confestim in Celio monte & ædificiis & fundis plurimum auxit, ecclesias alias nonnullas instaurauit, & ad abolenda prodigia quæ sæpenumero tempore suo apparuerant, supplicationes frequentes habuit. Tandem cum è uita excessisset, collachrymantibus omnibus in Vaticano in basilica Petri sepultus fuit: & tunc cessauit episcopatus mensibus quatuor.

5868 669 MEzentius, aliàs Missessus. 25. Constantinopo. imperator, post Constantiũ imperauit men. 6. Hunc Constãtũ imperatoris militem, & natiõe Armenũ fuisse tradunt, qui ipsum dominũ suum apud Siciliã in balneo fraude interemit: hoc iterũ Missessus mortuo constantio, dum in Sicilia sibi uendicat imperiũ, nõ conciliatis militũ animis, à superuenientibus ex Italia atq; Aphrica copiis statim interfectus est, & omnes copiæ ad Constantinũ Constantii filiũ inclinatæ sunt. Verum cum omnes milites passim dilaberentur, Saraceni apud Aegyptũ hoc audientes, magna comperta classe, totam Siciliæ insulã, & maximè Syracusanã ciuitatem occupauerũt, & inde magnã prædam, & præsertim ea ornamenta, quæ Constantius ex urbe Ro. secum detulerat, in Alexandriam detulerunt. Constantinus enim, ut præmissum est, multa urbis Ro. ornamenta Syracusas eo animo adduxerat, ut inde Constantinopolim traicerentur. Mezentius imperator

5898 669 COnstantinus Cõstantii filius. 26. Constantinopo. imperator, post prædictũ Missessum tyrannũ, imperauit an. 17. Vir utiq; catholicus, modestúsq;, ac omni bonitate integerrimus. Qui suscepto imperio, Heracliũ atq; Tyberiũ fratres suos, in imperii consortiũ accepit, licet sint qui dicant eosdem fratres suos, ne ad imperium aspirarent, naribus mutilasse. Inde mox ecclesias collapsas, quæ sub Heraclio ab hæreticis dirutæ fuerunt instaurauit, atq; alias denuo plurimas ædificauit. Et cum esset armorum uir strenuus, Saracenos Ro. imperio infensissimos, bello deuicit, ac uectigales reddidit: & sic pace cum eis inita, Constantinopo. rediit, & ut Græcos Ro. ecclesiæ uniret, sextam synodum Agathonis papæ rogatu cõgregauit: in qua quidem permissum fuit sacerdotibus Græcis uti posse uxoribus legitimis, Latinis uero nequaquam. Denique cum esset bonis operibus plenus. 16. imperii sui anno, apud Constantinopolim è uita decessit. Constãtinus. Sacerdotibus Græcis uxores ducere permittitur, Latinis uero non.

5869 670 Grimoaldus. 10. Longobardorũ rex, Gundiperto paruulo expulso, regnauit annis. 9. Vir hic fuit mediocris staturæ, in quo, ut Pau. lib. 4. refert, fuerunt multæ, tum corporis, túmque animi dotes, & quidem præclarissimæ. Erat enim corpore ualidus, capite caluo, præmissi barba, atque animo & corpore in rebus agendis promptissimus: prudentia quoque ac consilio, nõ solum in rebus externis, sed etiam domesticis multũ ualuit: nam quædam capitula perutilia Rotharis regis edicto addidit, quæ & ipsa postea legis formam accepere. Huius, ut præmisimus, Rhomoaldus Beneuentorũ ducis, filius fuit, cui Constantinus prædictus imperator, durum bellum mouit, ea propter ad patrem legatũ Ticinũ misit, ut contra imperatorem sibi auxilio foret, aliter de ipso actum esse. Quo audito Grimoaldus hic, statim magno comperato exercitu, contra Constantinũ ire statuit, & Lupo Foroliuianorũ duci, regnum & oues commisit. Lupus autem rege digresso, Italiæ regnum sibi uendicare disposuit. Vnde & in Hetruriã atq; Aemiliam ultra Padanam, omnia tumultibus inuoluit. Quapropter Grimoaldus apud Beneuentũ hoc audiens, Bauaros duce Cacano pecuniis & pollicitationibus in Lupum concitauit: qui facto magno impetu, mox à Lupo ipse in primo congressu Bauari superati sunt. Verum sequenti die prælium repetentes, Lupum superant & obtruncant, totumq; Forolíuium diripiunt & incendunt. Reuersus uero Grimoaldus, gratias Cacano egit, quòd sibi auxilia præstitisset, suasit ut copias reuocaret, deinde clàm in forum Pompilium, id est, Imolam duxit, ulturus iniuriam, quam à Rauennatibus ibi acceperat dux, scilicet transiret in auxilium filii sabbato sancto, ex inopinato ciuitatem ingressus est, clerúmq; cum omni populo primũ interfecit, deinde urbẽ solo æquauit: inde quoq; Arnescum Lupi filium, ad paternũ ducatum aspirantẽ, apud Forumliuiũ cum multis Sclauis interfecit: tandẽ & ipse. 9. die post flebothomiã in brachio factam, dum arcu columbã sagitasset, erupto denuo sine intermissione sanguine, diem obiit, & apud Papiam in B. Ambrosii basilica, quam ipse sua impensa struxerat, sepultus est.

Lotharius secundus Francorum rex hoc anno, Clodoueo patre defuncto, regnum accepit, & regnauit annis quatuor. 5870 | 671

Bonus papa 80

BOnus papa, natione Ro. patre Mauricio genitus, post Adeodatū ponti. sedit an no uno, men. 2. dieb. 5. Quo quidē anno maximi imbres fuere, & multi fulminibus afflati interiere, & frumēta in agris emarcuere. Vnde ob hoc pontificatum maximis turbinibus suscepit. Fuit aūt adeò sanctitate & doctrina ualens, ut clerum diuersis distinxerit ordinibus, diuersisque auxerit honoribus. Et Rauennatē ecclesiā à Romana iam din segregatam, & eam ob rem Aliocephalim appellatam, sedi apostolicæ multa cum pace reduxerit. Theodorus enim, eiusdē ecclesiæ præses & episcopus sanctissimus, in hanc opinionē omnes reduxit. Hic præterea quosdā monachos Syros, cum Nestorianis sentientes, damnauit, uariisq; monasteriis eos diuisit. Hic insuper B. Petri uestibulū, quod paradysum uocant, marmoribus ornauit, ac etiam ecclesiā apostolorū uia Hostiensi, & B. Eufemiæ, uia Appia sitam instaurauit, atq; alia multa diuino honori cōtulit beneficia: defunctus tandē, in basilica Petri sepultus fuit: & tunc cessauit episcopatus mensib. 2. 5871 | 572

Agathon papa 81.



AGathon primus papa, natione Siculus, patre Romano, dono suffectus, sedit annis. 2. men. 6. & dieb. 15. Hic monachus existens, ob maximā eius sanctitatē. 4. pontifex ex monachis creatus est. Pontifex certè tantæ sanctitatis & perfectionis, ut leprosum obuium sibi factum osculando satis liberauerit. Tantæ etiam clementiæ & mansuetudinis extitit, ut neminem à se unquā tristem dimiserit. Habuitque (ut præmissum est) imperatorem moribus & uirtutibus suis consimilem. Quapropter Monothelitarum causa, concilium apud Constantinopolim habere uoluit, unde & eidem legatos cum primùm pontificatum iniit Constantinopolim misit, quos perbenignē suscipiens adhortatus est, ut omissis altercationibus, ex æquo & bono unam ecclesiam duabus facerent. Huius tempore post lunæ & solis eclypsim, tanta peste apud Romanos laboratum est, ut etiam istum pontificem uirum sanctissimum quarto idus Ianuarii sustulerit. Quo mortuo, eam ob rem cessauit papatus anno uno & mensibus septem.

Synodorum omnium epilogus.

Synodus uniuersalis. 6. 289. scilicet episcoporū, hoc anno apud Constātinopolim intra imperatoris palatiū, authoritate Agathonis papæ & Constātini imperatoris, contra Macharium Antiochenū, & Grego. Constantinopo. episcopos ac eorum sequaces, indicitur: Acta nanque est causa Monothelitarū hæreticorū, qui unam tantū in Christo dicebāt fuisse uoluntatem: Ad quā Agathon pontifex, doctos Christiani nominis uiros, uidelicet Ioannem Portuensem episcopū, & alterum Ioannem, Romanæ ecclesiæ dyaconū cardinalem misit. Aderant quoque & hi præcipui defensores hæresis Grego. prædictus Constantinopo. & Macharius Antiocheni episcopi, ubi & post multas disputationes, præfatam hæresim condemnarunt, quam ob rem Grego. sententiā mutauit, Macharius autem eo quòd in proposito pertinax, dignitate sua priuatus fuit, & cum complicibus suis Ro. relegatus est, anathematizando itaque Græco sermone patres concilii nouem capitula scripserunt, in quibus Augusti. Ambro. Hierony. Cyrill. Atha. Basi. Grego. Diony. & Hylarii sententia conclusum fuit, duas naturas & obseruationes in Christo fuisse, sicut patet per Gratia num. 15. dist. c. Sexta synodus. Quapropter Ioannes Portuensis episcopus, octauo die Paschæ, coràm imperatore & Grego. patriarcha, coràm uniuerso Constantinopolitano, pro gratiarum actione deo exoluenda, in basilica sanctæ Sophiæ, missam latinè celebrauit, omnibus qui aderant approbantibus illum sacrificandi morem. Sex itaque approbatas synodos ex superioribus celebratas fuisse constat, quas etiam epilogando recenseri indignum hic non puto.

Monotheliti hæretici.

Primam itaque uniuersalem synodum Nicenam fuisse constat, quæ. 318. patrum contra Arrium congregata fuit, qui tres gradus in trinitate ponebat, patrem scilicet maiorē, filium minorem, & spiritum sanctum creaturam. Hæc autem Constantini & Syluestri papæ, Machariique Hierosolymitani, atque Alexan. Alexandrini patriarchæ temporibus celebrata fuit, qui condemnantes eam hæresim, statuerunt. 20. canones, quarum author maximè præstans Alexander fuit, cuius quidem authoritas par euangeliis fuit.

Secunda

Secunda fuit Cõstãtinopolitana.150.patrũ Gratiani & Theodosii principum, ac Damasi papæ, Cyrillique Hierosolymitani, atque Nectari, Alexan. patriarchæ temporibus contra Macedonium Constantinopolitanum episcopum & Eudoxum, qui negabant spiritum sanctum deum esse,& hi omnes condemnata præfata heresi,quatuor canones statuere,quarum author maximè beatus Constanti.fuit.

Tertia,Ephesina,ducentorum patrum,magno Theodosio principe,& pontifice Cœlestino,Iuuenaléque Constantinopolitano episcopo,atque Cyrillo Hierosolymitano,contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum qui beatam uirginem Mariam non dei,sed hominis tantũ genitricem appellabat,ut scilicet aliam carnis personam, aliam faceret deitatis.Hi quippe.15.capitula contra huiusmodi blasphemias, authore deo, eodémque sancto Cyrillo anathematizando descripserunt.

Quarta Calcidonensis.630. patrum, Leonis pontificis,& Martini principis, Iuuenalis quoque Hierosolymitani, & Anatholi Constantino.episcoporum tẽporibus contra Euthicem Cõstantinopo.abbatem,asserẽtem Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere,& hi quidẽ præscriptam hæresim condemnantes.28.canones statuerunt,quorum author maximè sanctus Anatholius episcopus fuit.

Quinta item celebrata fuit Constantino. contra Theodorum Mopsotenum,& omnes hæreticos, qui Mariam uirginem solum hominem peperisse dicebant,non autem deum & hominem:qua in synodo constitutum fuit,ut beata uirgo Theotocos diceretur, quia uere deum & hominem peperit: hæc autem Iustiniani principis temporibus & Iulii papæ, ac domini Antiocheni,atq; Eutici prædicti & sociorum eius blasphemias. Et hæc de sex principalioribus synodis sub epilogo dicta sufficiant.

Fuere & aliæ uiginti tres synodi,ut habetur in Can.15.di. diuersis temporibus habitæ, quæ tamẽ eiusmodi authoritatem quam sex prædictæ principales non obtinuerunt, quas hic breuitatis causa omitto.

Viri doctrinis excellentes.

Theodorus Anglorum Archiepiscopus,uir doctissimus optimúsq; per hoc tẽpus apud Angliam floruit,& inter cætera,ut Paulus histo.refert, librũ egregium ædidit,in quo declarauit,qua pœnitẽtia unumquodque peccatum dilui posset,sed & alia Cõmentaria perpulchra in diuinis codicibus scripsit.

Damianus insuper Papiensis episcopus,& Mansuetus,Mediolanensis similiter episcopus,his temporibus in Italia & doctrina & sanctitate plurimum ualuere,quorum epistolæ, atque tractatus prædictam sextam synodum multum iuuere, in quibus hæc potissimum aderant scripta,hæc est uera dei & hominis fides,ut duæ credantur in deo uoluntates,duæque operationes.

Seuerinus Agabunẽsis abbas doctissimus,ad hæc usq; tẽpora cũ gloria peruenit,qui in uita pariter & in morte multis claruit miraculis, & inter cætera fertur ipsum Clodoueũ Francorum regem languidum,à diutina sua infirmitate precibus liberasse.

Stella quam Græci cometam uocant,hoc eodem anno per.3.continuos menses apparuit,& pluuiæ maximè,frequentissimáque tonitrua, qualia nunquam antea audita fuerãt, quæ omnia maximas,& quidem proximas clades indicauere, unde mox maxima,uniuersalisque pestilentia subsecuta est,qua certe primũ Papia ferè tota depopulata,& per annum derelicta est.Scribit enim Paulus histo.lib.5.Hic frequentibus pluuiis omnes segetes conculcatas,iterúmque fuisse renatas, & ad maturam frugem etiam peruenisse,& præsertim in urbibus nostris Cisalpinæ Galliæ. Papia propter pestẽ per annum desolata.

Theodorus.12.Francorũ rex hoc anno patre sublato regnare cœpit,& regnauit annis 14.uir certè callidi & astutissimi ingenii,nec manu minus quàm consilio prõptus, & propterea multas in urbe tyrãnides exercuisse fertur. Hebroynũ quippe quẽdã nobilissimũ habuit necessariũ,cuius cõsilio ipse rex omnia agebat,& inter cætera cũ Austrasios populos exosos haberet,contra eos regẽ concitauit. Qui magno exercitu comparato,aduersus eos duxit, sed ipse author malorum Hebroynus a Papino Austrasiorum regulo interfectus,

mox etiam rex superatus est. Quo uiso Theodorus rex, Pipinum in locum Hebroyni suffecit, & maiorem domus regiæ, regnique gubernatorem uoluit esse. Quo autem genere mortis obierit non inueni.

Garibaldus Grimoaldi regis filius.11. Longobardorum rex, hoc anno puer, patre mortuo, regni iura suscipiens, regnauit tantū mensibus tribus. Eo tempore Partharis, quē puerum Grimoaldus Papia depulerat, teste Paulo historico libro.5.capitulo.34. Dum exul ex Gallia in Britanniam traiiceret, incerta uoce admoneretur, ut mortuo Grimoaldo paternum regimē repetat. Qua quidē uoce permotns, licet incertus haberetur author, in Italiā rediit. At.3.mens. post Grimoaldi mortem regno paterno sine contentione potitus est. 5877 678

Partharis.12. Longobardorum rex Aariperti regis filius repetito regno, regnauit post solus, annis octo, móxque cum Iuniperto filio annis decem, uir sanè bonus & Christianæ religionis amator. Cuius rei causa multas ecclesias, ac sanctæ Agathæ monasterium ædificauit. Cuius etiam uxor Rhodelinda eius exemplo permota, & ipsa gloriosæ uirginis Mariæ Basilicam quæ ad Perticas dicitur extra muros pulchram extrūxit, & maiora extruxisset, nisi Alachis Longobardus Tridentinorū dux illum perturbasset, qui elatus uictoriam contra Bauarorum regem.150. apud Bauzanum oppidum fuerat, in reges suos arma mouere præsumpsit. Verum Partharis hic comparato exercitu, hominem primo impetu fugauit, & tandem usque Tridentum illum persequens in urbe aliquamdiu obsedit, & cū fuga salutem sibi quæsiuisset, Partharis urbe potitus est, tanta tamen huius regis clemētia fuit, ut hominem ad se redeūtem in gratiam reciperet, & Brixiæ ducem ad Iuniperti filii preces crearet, reclamante tamē sæpius patre, quod in suā hic Iunipertus faceret perniciem, qui hosti suo ad malignandum uires præberet, Brixiana nanq; ciuitas magnam semper nobilium Longobardorum mutitudinem habuit, nec in præsentiarum secus is Partharis rex optimus, tādem ab hac fece subtractus in basilica Saluatoris, quam eius pater in Papia extruxerat, sepelitur.

Leo papa.82. Pacis dandæ in missa institutio. 5878 679

LEo eius mominis secundus papa, natione Siculus, patre Paulo, Agathoni pōtifici succedens, sedit mensi.x. & diebus.17. uir quidē sanctitate & scientia conspicuus, cuius scripta extant elegantissima, & ultra doctrinam, atque eloquentiam singularis religionis, pietatis atq; clemētiæ fuit pontifex, qui omnes uerbis & exemplo ad iustitiā, ad fortitudinē, ad humanitatē, benignitatémq; hortabatur, hic quippe in missarum celebratione pacis osculū post Agnus dei dari instituit: Concessitque necessitate urgente, omni die baptizari debere, sicut habemus in Can. de conse.di.4.c.Hi qui. Sextam quoq; synodū prædictam ab Agathone celebratam approbauit atq; suscepit, & eos anathematizauit, quos illa sancta synodus præsente Constantino damnauerat. Instituítque præterea & quidem sanctè, ne ad archiepiscopatum assumpti, pro usu pallii, alliorúmue officiorū quicquā ecclesiæ persolueretur. Obiit denique uir optimus, atq; sanctissimus.4.cal. Iunii, quo quidē die eius natale celebratur, & collachrymātibus omnibus in ecclesia beati Petri cū magna reuerentia sepelitur, & tunc sedes uacauit men.11. & dieb.21.

Benedictus papa.83. 5880 681

BEnedictus.2. papa, patre Ioāne Ro. natus, post Leonem & ipse sedit men.10. & die.12. Is unus fuit qui merito omnium suffragiis indemortui Leonis surrogari debuit. Nam ab ineunte ætate exemplo militari cœpit, & in diuinis scripturis ab ipsa pueritia operam dedit, adeo ut in ipsis doctrina & exercitatione singularis tunc haberetur. Ob cuius sanctitatem permotus imperator ad eum hac sanctione misit, ut deinceps quem clerus & exercitus Ro. deligeret in papam nullā imperatoris, aut expectata licentia euestigio cōfirmaretur, quod diu obseruatum est. Hic itaq; beati Petri beatiq; Laurē. in Lucina, ac beati Valētini martyris uia Flāminea, necnon & uirginis dei genitricis ad martyres, basilicam restituit, eásque aureis ac argēteis uasis, uestibus, aliisque ornamentis plurimum exornauit.11. uero mense omnibus charus atque acceptus è uita decessit, & apud sanctum Petrum in Vaticano sepultus fuit idibus Iunii, & post sedes uacauit mens.2. & .diebus.15.

Vngarorum regni principium.

Vngarorum seu Bulgarorū regnū per hoc tempus initium habuit, hi namque Bulgari ex Scythia

ex Scythia nouiter primo impetu Thraciam Europæ regionem inuaserunt, quos cum imperator retardare tentasset, in furorem uersi illum inter Pãnoniam & Mysiam ingenti clade superarunt. Fugientique pacem non æquis conditionibus dederunt, per quam Pãnoniam & Mysiam prouincias consecuti sunt, ubi & per.800.&.6.annos sedem obtinẽt non sine magno reipu. Christianæ emolumento, & maximè cõtra Turcas assidua bella gerentes, quibus primo Trebellius rex regnauit, qui Iustinianũ.3.ab imperio deiectum, postea armis restituit. Mysia aũt prouincia, quæ Vngariæ pars est, Phrygiæ prouincia erat, & adiacet Helespontо, & teste Pli.5.lib.natu.histo. contra eam habet Eoliam, in qua est ciuitas Mesia haud longe à Troia. Carolorum etiam gloriosum nomen per hoc tẽpus apud Francos initium sumpsit. Erant aũt duo fratres Austriæ duces, unus Martinus, & alter Pipinus, cognomento uetulus siue breuis. Pipinus autem cum intellexisset Hebroynũ regis Theodori necessarium, atque domus regiæ tum primarium, regem in Austrios concitasse & maxima eis damna intulisse, unà cũ fratre suo exercitu congregato regem in bello expectauit, & certamine inter eos gesto, rex prædictos fratres fudit, & Martinum per fraudem interficere fecit, sed & paulòpost etiam Hebroyno occiso, Pipinus reintegrata pugna, regem cum Francis superauit, deinde pace composita alium in locum Hebroyni constituere impetrauit, & ipse in Austriam cum suis rediit. Verum cum intellexisset regem omnibus odiosum esse, quòd Bertarii cuiusdã ignobilis consilio & opera omnibus in rebus uteretur, ipse regnũ occupare decreuit, & copiis plurimis in unum coactis, cũ magno tumultu traiecit in Galliã, & facto iterũ cum rege & Bertario cõgressũ, uniuersum eorũ exercitum in fugã uertit, & Bertarius fuga sibi salutẽ quæsiuit. Theodorus autẽ sine exercitu in regnũ sese recepit, pacéque obtenta, Pipinum uictorem, regni gubernatorem, & maiorem domus regiæ designat, & ex tũc apud Gallos Francorũ reges à solita fortitudine & belli scientia degenerantes, ii qui uictores esse uidebãtur, regnum administrare cœperũt. Quippe cum è cælo datum esset, hanc regni dignitatem ad Austriorum progeniem deuoluendam. Pipinus iam in Francorum regnum regnare cœpit. Viro in rebus regni composito, Nodoberto quodam consanguineo suo, in administratione constituto, ipse in Austriam rediit, quæ erat Francorum Orientalium regni pars, ubi.17.annis rexit. Caroli magni progenitores ex Austria prouenerũt.

5881 682 IOannes papa.5.natione Antioche.patre Cyriaco, post Benedictum ponti.sedit anno.1.& die.10.uir singularis religionis & mansuetudinis, atque doctrinæ qui bellum de pallii dignitate composuit, & propterea in ecclesia sancti Saluatoris apud Lateranum ab episcopis Ostiense, Portuense, & Viletrense, consecrari se fecit, quem quidem ritum cæteri postea obseruauere: obiit autẽ post annum 4.nonas Augu.& apud sanctum Petrum sepultus fuit. Ioã. papa.84.

5882 683 COnon papa, paterna origine Thrax, patre Benedicto natus, post prædictum Ioannem pontifex factus sedit mensi.11.& die.3. uir quidem bonus, & tanto principatu dignus, & eas ob res à nonnullis angelicus uocatus, eo quòd erat ueneràda canicie & formæ dignitate insignissimus. Cúmq; Romani Petrum hunc archiepiscopum & exercitus Theodorũ præsbyterũ cardinalẽ sibi peterent, Theodo. Exarchus, Cononem hũc ob eius uirtutes acclamantibus cunctis confirmauit: qui inito pontificatu statim in inualitudinem incidit, de qua & mortuus est, ac sepultus apud sanctum Petrum.11.calen. Octob.& cessauit sedes quasi.3.mensi. Conon papa 85

Viri doctrinis excellentes.

Ioannes Bergomensis episcopus tempestate hac, Paulo histo.li.6.c.6.testãte, & doctrina & auctoritate floruit: uir utique eruditione, fide, conuersationéq; ac moribus omnibus ornatus, cui propter egregias eius uirtutes etiam principes cuncti honoris gratia assurgere consueuerant, hic cum Iunipertũ Longobardorũ regem sæpenumero salutis gratia argueret, ea de causa aliquando eũ in conuiuio ostẽdit, qua ex re regẽ ad indignationem cõmouit, & ei ad hospitiũ reuertẽti equũ ferocẽ & indomitũ, qui immẽso fremitu super se ascẽdẽtes terræ allidere cõsueuerat, parari fecit. Cui cũ sanctus episcopus insedisset, ita mãsuetum animal reddidit, ut eũ suaui incessu domũ propriã usque portauerit, quod rex intelligens ex eo & deinceps episcopũ tãquam uirum optimũ maximo honore prosecutus est.

Equúmque quem suæ sessioni dedicauerat, ei etiam dono dedit. Atque ferram, rusculúmque, quem Alacis tyrannicæ ecclesiæ abstulerat, eidem episcopo restituit.

Beda uenerabilis. Beda anglicus cognomento uenerabilis, uir Latina, Græcáque lingua non mediocriter eruditus tempestate hac pro Christiana religione multum laborauit, eo quòd docendo, & prædicando usque in senium omnes perstrinxerit terras, & adeò laborauit, ut per nouem &.20. annos docere & libros componere nūquam lassus uisus fuit, ea propter uenerabilis cognomētum meruit, qui cū circa annum domini.734. ætatis uero.72. plenus bonis operibus diem obierit, in sanctorū numero cōputari meruit, cuius corpus postmodū ad Genuensium maritimā delatū, in diui Benigni basilica conditū nunc usq; manet, Hic aūt cū doctissimus esset, hos egregios ædidit Commētarios, atq; libros, uidelicet, Super Mar.li.4. super Gene.lib.1. Super Thobiā li.1. De quæstio.li.1. Reg.li.1. super Lu.li.1. super Samue.li.4. super Psal.li.1. De tēporibus Chroni.li.1. super Episto.cano.li.7. super Taber.moysi li.3. super Parabo.li.1. De luna, li.1. super Actu.apo.li.1. super Salo.templo.li.1. super Canti.cāti.li.5. Digestis anglo.li.1. super Apoca.li.1. super Esdra, li.3. De locis sanctis, lib.1. Omelias multas, atque sermones quibus Gallici sacerdotes utuntur. Habuit hic duos germanos doctissimos & nominatissimos, uidelicet Strabonem, Hemyonem, quorum alter plærásque Omelias eleganti sermone composuit, & alter in Genesim commentatus est.

Sergius papa. 86 Sergius papa, natione Antiochenus patre Tybe. natus Cononi pontifici succedēs, sedit annis.14. mēsi.8. & die.14. magnæ doctrinæ & sanctitatis uir, quam ob causam licet maxima cum difficultate, quia cū alii Theodorum, alii Pascalem archidiaconū postularent, in Cononis defuncti locū suffectus est, quem postea Iustinianus imperator, cum suæ synpdo nollet acquiescere, ad se uinctū per Zachariam Prothospatarium suum Constātinopolim trahere præcepit, sed milites Italici id admittere & tolerare noluerunt, & nisi ab eodē ponti. Prothospatarius tutatus fuisset, protinus trucidatus fuisset, uerum cū pacem obtinuisset, ut uir sanctissimus ad ecclesiarū instaurationem manum apposuit, & quammaximè Petri basilicam semi dirutā restituit, atq; multa dona preciosa obtulit, ibique cum basilicam reficeret partē dominicæ crucis in arcula æburnea repperit, atq; beati Leonis papæ corpus uilissimè iacens, domino reuelāte, in honestiorem locum trāstulit: Hic inter cætera constituit, ut Agnus dei iter ante fractionē panis Christi, semper in ecclesia caneretur. Eiúsq; uirtute & sanctitate Saxones oēs, fidem nostrā susceperunt. Tandem uero in domino quiescens. 6. idus Septemb. collachrymantibus cunctis, in basilica Petri sepelitur, & tunc cessauit episcopatus die.50. 5885 684

Agnus dei in ecclesia dici iubetur.

Clodoueus eius nominis secundus, Theodori regis filius 13. rex Francorum, hoc anno, Francis post patrem puer regnare cœpit, & permittente Pipino, regnauit annis duobus, quo mortuo Childibertus Theodori frater, regnum accepit, & decimusquartus Francorum rex habitus est. Ad quem Pipinus ex Austria (præsumptam continuans reginæ possessione) Grimoaldum filium gubernatorem regiæ domus statim misit, cuius authoritate rex omnia administrauit. Ipse autem Pipinus interim cum Sueuis & Germanis populis plurima bella gessit. 5884 685

Iustinus imperat. Iustinus.2. Constantini prædicti filius.27. Constantino. imperator, post patrē imperauit prima uice annis.10. homo sanè bonus prudénsq;, ac eleemosinarū profusus largitor, quas obres Constantinopolitanum admodum auxit imperiū, & multas leges condens, diuinam honorauit religionem. Deinde cū Saraceni Lybiam & Aphricam inuasissent, & omnia maris exposita occupassent, eorum malis permotus Iustinianus, cū immēso exercitu in eo statim prorupit, & tantū terroris eorū duci Habdimelech incussit, ut ultro pacē expostulans, Aphricā occupatam restituerit. Facta itaque pace haud multò post Iustinianus & in deum, & in homines, multa inconstantia uti uisus est, quod primo Saracenos ipsos, deinde Vngaros, præter pacis fœdera adorsus est, à quibus tamē plus incōmodi accepit, quam intulit, unde Cōstātinopolim rediēs, in maximū ciuiū odiū deuenit, quod præfecti urbis sæuitiā nō cōpescuisset, quódq; synodū habuisset, in quā prædictā sextā synodū, quam pater suus fecerat, infringere conatus sit, quódq; Sergiū pontificem Ro. interficere uoluisset, quapropter uniuersa in eum cōmota ciuitas, Leontium 5885 686

patricium

patriciũ nobilissimum ac potentissimum, cũ uniuersa plebe in eũ excitauit, qui refracto urbis carcere, multisque eductis morti dãnatis, ipsum Iustinianum imperio deiecit, naribúsque mutilatum, in exilium apud Cersonam ponti. ciuitatem misit, & ipse Leontius imperium admisit.

5894 695 Oannes eius nominis. 6. papa, patre Petronio Græco oriundus, post Sergiũ pōti. annis. 3. & mẽ. 3. sedit. Hic ut multi asserũt martyrio coronatus est, sed à quibus nõ satis cõstat, qui & beati Andreæ basilicã in Vaticano collapsam restituit, ac beati Petri altare cum duabus colũnis detexerat, leuáq; exornauit, atq; etiam (ut erat animo pius) ex ærario ecclesiæ, multos captiuos redemit, & in Samum cum pace remisit. Mortuus tandem martyr ad cathacumbas uia Apia, apud sanctum Sebastianum sepelitur, & tunc sedes uacauit mense uno, & diebus. 19. Ioãnes papa. 87.

5895 696 Eontius patricius. 28. Constantino. imperatore pulso Iustiniano, imperium occupans, imperauit annis. 3. Hic Gallinico patriarcha annuẽte, cum omni urbana plebe Iustinianum deiecit, & imperium obtinuit, quod intelligens Habdimelech Saracenorum Admiratus, mox Aphricam inuasit, aduersus quem imperator hic, Ioannem patriciũ misit, & eos Saracenos ex Aphrica exterminauit. Sed cum non speraret aduersus magnas Saracenorum copias Aphricam diu tueri, Ioannes ad imperatorem pro auxilio impetrãdo reuersus est, quo recedente, interim exercitus Tyberium quendam ciuẽ Cõstantinopolitanum imperatorẽ sibi creauit, qui mox cum exercitu Constantinopolim nauigauit, captúmque ibi, Leontium naso, sicut & ille Iustinianum, priuauit, atque in carcerem trusit. Leontius imperą.

Iunipertus, alias Compertus Partheretis regis filius. 13. Longobar. rex hoc anno, patre ipso defuncto, solus regnauit annis. 12. uir omni bonitate conspicuus eloquentissimúsque, atque cunctis amabilis & gratiosus, necnon & in bellis exercitatissimus ac audacissimus, cuius gesta apud Pau. historicũ præclara habẽtur. Hic inter cætera apud Papiam urbẽ, ubi bellum contra Alachis gesserat, monasterium pulcherrimum in honorem beati Georgii martyris extruxit, atq; alia in urbe refecit & ædificauit. Tandem bona gratia & pace uita functus, uniuersis Longobardis collachrymantibus, teste Paulo libro quinto, capitulo. 12. apud sancti Saluatoris, quod auus suus struxerat, sepelitur.

5898 699 Yberius eius nominis. 3. secũdus Constãti. imperator, Leontio capto & incarcerato, imperauit annis. 7. Hic Constanti. nobilissimus erat ciuis, qui alio nomine Absinarus uocabatur, qui suscepto principatu, Philippicum Nicephori patricii filium suum, ad obtinendum imperium fautorẽ in Pontum exulare continuò iussit, dixerat enim idem Philippicus imperatori, se per quietẽ uidisse aquilã caput suũ obumbrare, quod imperator imperii præsagiũ id existimãs statim eũ relegauit. Verum etiã cum Iustinianũ olim imperatorẽ apud Cersonam Ponti. relegatum interimere statuisset, id audiens Iustinianus, sibi cauens, ad Cacanum Bauarum confugit, à quo honorificentissimẽ susceptus, etiam eius filiã sibi uxorem dedit, quod ad recuperandum imperium ei auxilium præstitit, quo auxiliatore, Tyberium hunc eiecit, & imperium rursus recepit. Tyberius imperą.

5903 704 Oannes. 7. papa, ex Grego. patre Græco natus, post alterũ Ioannẽ pontificem hoc anno delectus, sedit annis. 2. & mẽ. 7. & die. 18. homo sanctitate & eloquẽtia clarissimus, qui & ipse in basilica Petri oratoriũ in honore genitricis adhuc extans, extruxit, & sanctæ Eufemiæ basilicã restituit, cœmeteria quoq; nõnulla, & præsertim sanctorum Marcellini, Marci & Damasi ponti. exornauit, alias etiã basilicas picturis & sanctorum historiis cultiores reddidit. Is tandem omni grauitate præclarus 15. cal. Decem. in basilica quam construxerat sepultus est, & uacauit sedes men. 3. Io ãnes papa 88.

5905 706 Vstinianus olim Augustus, iterum opere Cacani soceri sui Constantinopolim reuersus, rursus imperauit annis. 6. qui cum primum adeptus est imperiũ, Tyberium & Leontium imperatores, à quibus fuerat imperio priuatus, in carcerem inuentos eduxit, & utrunq; uniuerso spectãte populo, interfici mãdauit, Gallinicũ uero patriarchã obcæcatũ, Ro. relegauit, ac multos ex inimicis suis uario mortis genere medio sustulit, plærósq; in carcerem trusit, quorũ de numero quotiẽs truncis naribus Iustinianus impe.

murcum abstergebat, & indies aliquem supplicio afficiebat. Deinde in odiũ pontificii nominis, ubi exulauerat, Mauricium patriciũ & Helyam Spartarium, Gersonam cum classe misit, qui omnes mares pubertatem supergressos ibidẽ interfecit. Verum de pristina uita, ob calamitates perpessas, Iustinianus nihil immutare uoluit, nisi quod pontificem Ro. ueratus est. Nam Constantino pontifici classem quo tutius Cõstãtinopolim ueniret misit, rogans ut dignaretur ad se proficisci, quia iam ex multo tempore erat cupiens summũ aliquem pontificem uidere: quo obtemperante Iustinianianus, Tyberium filiũ cum regio comitatu, & Cyrum patriarcham cum omni clero honoris gratia, usque ad octauum lapidem ei obuiam misit: & pontificem quidem Vrbem ingressus, non solum complexus est, uerum etiam eius pedes uenerationis gratia exosculari uoluit, omniáque pontificũ Romanorum Decreta approbauit & confirmauit. Discedens autem ab eo pontifex, hominẽ adhortatur, ut cum omnibus pacem conseruet, & quæ pacis sunt, maximè cum Philippico magni animi uiro, in Cheronensi insula exulanti inquireret. At Iustinianus consilio pontificis bene merentis non obtemperans, interficiendi Philippici eam classem in Pontum misit, & cum Philippico dimicare tentasset, ab eodem cũ Tyberio unico filio interfectus est. Eas ob dissensiones Aphrica & Lybia, ac Granatæ regna, à Saracenis occupata fuerunt, quæ usque in præsentem diem illis parent.

Sisimus papa. 89. Sisimus papa, natione Syrus, Ioanni. 7. in põtificatu suffectus, sedit tantũmodo die. 20. quo tempore magnũ scisma fuit, qui licet in pontificatu podagra adeò laboraret, ut non modo ambulare, uerum nec cibũ per se sumere posset, tamen ita reipu. & urbi Ro. curam gessit, ut nil prætermisit, quod bonum pastorem deceret: Sed subita morte correptus, in basilica Petri sepultus est. Et tunc sedes uacauit men. 1. dies. 18. 5905 706

Venetorum ducatus initium.

Paulus Lucius Eradianus, primus Venetorum dux, hoc anno à patriarcha populóque Veneto, uidelicet tribunis, proceribus cunctisque plebeis in Eraclea ciuitate creatus dux, ducauit annis. 8. men. 1. & diebus. 5. A conditione nanq; urbis Venetæ, usq; in præsens tẽpus, cũ Veneti gubernationis formã sub tribunis & centurionibus habuisset, nunc uero per frequentes aduersariorũ incursus reprimendos de cõmuni omniũ consilio hunc hominem tanto dignum honore delegerũt, qui magistratu suscepto statim cũ Longobar. ubiq; iniit, sed & Venetã ciuitatem pro uiribus ampliare curauit. Vnde & inter cætera Eracleæ fines à plano maiore usq; ad minorem perduxit, usq; in hoc tẽpus Veneta ciuitas parui momẽti fuit, sed eo duce auctore, extructa & ampliata, instructisq; classibus, tanquam nobilissimi incolæ, Veneti huc atq; illuc pro exercendis negociationibus nauigare cœperũt. Et cum superioribus diebus ab æmulis magnas paterentur perturbationes & discrimina, hunc ducem uirum strenuum sibi deligentes, aduersarios & Piratas repressit. 5905 706

Cõstantinus papa 90. Constantinus papa, natione Syrus, post Sisimũ ponti. sedit annis. 7. & die. 15. uir doctissimus, & lingua Latina Græcáque eruditus, cuius tempore Ro. triennio fame laboratũ est, in qua quidẽ penuria pauperes quammaximè iuuit, unde & omnes pontificẽ istum è cælo missum acclamare cœperunt. Hic ut præmissum est, ad Iustinianum imperatorem amoris gratia Constantinopolim se transtulit, Inde Iustiniano defuncto, Philippicum successorem hæreticum declarauit, Saxonúmq; duos reges, ut Pau. li. 6. scribit, uoti religionisq; causa Romam uenientes baptizauit, qui etiã regno & pompis renuntiantes monasterium ingressi sunt, ubi etiam paulòpost deuotissimè obiere. Nec etiam ipse Constantinus diu superuixit. Quo mortuo, in basilica sancti Petri sepultus fuit. Et tunc cessauit episcopatus men. 2. 5906 707

Luitpertus. 14. Longobar. rex, Iuniperti regis filius, regnauit mensi. 8. Hunc Iunipertus rex puerulum reliquit successorem, cui & tutorem dedit Asprandum, quo audito Ragimpertus Thaurensium dux, quem Grimoaldus reliquerat paruulum, cũ ualida manu aduersus hunc & Asprandum tutorem uenit, & cum apud Nouatiam urbem adinuicem conflixissent, ipse Asprandus cũ Rhotario Bergomate duce auxiliatore suo, superatus est. Eóq; superato, Longobardorum regnum ipse Ragimpertus obtinuit, sed anno uitam finiuit.

Ragimpertus igitur.15.Lõgobar.rex Luitperto rege paruulo deiecto,regnauit anno.1.
5907 708 Aripertus aũt Ragimperti regis filius.16.Lõgobar.rex,post patrem regnauit annis.12. uir iustitiæ & pietatis cultor,& maximè in pauperes munificentissimus,qui zelo Christianæ religionis ductus,ut Pau.li.6.ait. Alpes Cocias, in quibus Genua est, & quicquid ab ea ad alpes usque Galliarum fines continebatur,beato Petro donauit. Hic iterato cum Luitperto olim rege paruulo,& Asprãdo eius tutore prædictis, aliisque ducibus apud Papiam pugnans omnes fudit,& in fugam uertit,& Luitpertum regem compræhendit, ac tanden interfecit,persecutúsque est Rhotarium Bergomatem ducem,qui ausus fuerat regnũ cum Luitperto & Asprando inuadere,indeq; Laudum urbem expugnauit, & Bergomum obsedit,illam quoque uicit & cœpit,atque ducem ipsum Rhotarium ibidem comprahendit, ac Thaurini imperpetuũ relegauit,ubi paucis diebus uitã finiuit,totámque insuper Asprãdi tutoris familiam extinxit,Luitprando paruulo filio excepto, qui iusto dei iudicio præseruatus est. Verum Asprandus ipse ad Bauarium regem confugerat,paulòpost ipsius auxilio fretus,in Italiam descendit, & collatis signis cum Ariperto isto acerrimè pugnauit, ac tandem uictor euasit. Aripertus autẽ dum trepidè auro onustus fugeret, in Ticino fluuio summersus est,cuius corpus in crastinum inuentum,ad Saluatoris templum, quod Ariperti proauus construxerat, cum ingenti pompa perlatum,sepultum est. Rhotarius bergomensis dux.

5909 710 Philippicus,qui & Dardanicus.30.Constantino.imperator,post Iustinianũ imperauit ann.01.& men.6.uir sanè magni animi,atq; maximi cõsilii,qui omniũ cõsensu imperio suscepto,Cyrũ patriarchã in Põto relegauit,eo quod bene cum Ro. ponti.sentiret,in cuius loco quendam Ioannẽ hæresiarchã abbatem suffecit,cuius quidem dogmata statim Ro.misit,iussitque ut omniũ consensu affirmarentur,& approbarentur. Sed Constanti. pontifex synodo habita,non modo Philippici & Ioannis abbatis opiniones improbauit,sed etiam decreuit,ut sanctorum imagines quæ.6.cõsiliis ab omnibus probatis,qui interfuerant,iussit,in porticu beati Petri depingerentur,ipsum quoque imperatorem hæreticum declarauit,uoluit ne imperatoris hæretici nomẽ publicis scriptis reciperetur,sed cum in his deliramentis pro obstinato corde persisteret,ab Anastasio deiectus est. Philippicus impe.

5910 711 Anastasius autem cognomẽto Arthemius.31.Constanti.impe.post Philippicũ imperauit annis.3. qui principatu inito statim Philippicũ captum oculis priuauit, post hæc ad Ro. ponti. literas dedit, quibus catholicæ fidei ac sextæ synodi se acerrimum defensorem futurum polliceretur:inde cum ingentem classem Alexandriã misisset,cuius duces in itinere rebellãtes,in ipsum rettulere,Theodorũ quendã imperatorem creãtes,qui mox apud Niceã contra Anastasium cõfluxit,eúmq; uictum clericũ ordinauit. Anastasius impera.

5911 712 

Dagobertus.15.Francorũ rex,hoc anno patre defuncto successit: Cuius regni anno primo Grimoaldus Pipini filius propter quasdã secretas factiones Parisius à Rothogalio Leudicẽsi,dolo perẽptus est,& pro eo eius filius Theobaldus auctoritate Pipini regis,palacio præfecit, móxque Pipino rebus humanis exempto, Franci in Theobaldum Pipini nepotem irruunt, & domo effugant,quo fugato,Raguntredum quẽdammaiorẽ domus regiæ constituũt.Pipinus autem Carolũ cognomine Martellũ unicum filiũ reliquerat. Defuncto deniq; Dagoberto Franci Danielẽ quendã,ignotæ prosapiæ clericũ,in regem suũ erigunt,& eũ Chilpericum tertiũ nominant,quem Ragũfredus regiæ domus præpositus,in Carolum Marcel.ducere cõpulit,ac maximis incõmodis ipsum Carolũ effecit.Seb paulòpost,Carolus iniurias receptas ulturus, & ipse in Chilpericum regem atq; Ragunfredũ gubernatorem duxit,eósque in agro Cameracensi,prælio uictos,fugauit,ingentẽq; prædã in Austriã secũ duxit,ibidẽ Clotario quarto Carolus in regẽ sublimato,denuò Ragunfredũ persequi non destitit,atq; eum tandẽ uicit,cui principatu adempto solam Andegauiam prouinciam ei possidendam concessit.Chilperico rege demum mortuo, Frãci Theodoricum quartum Dagoberti tertii filium, & post eum Clotarium quintum, ad Faustum regium promouẽr, sub quo quidem Carolus Marcellus in Austria,palatio præesse cœpit. Dagobertus Francorũ rex.

Gregorius papa.91.

Gregorius eius nominis secundus papa, patre Marcello, Ro. natus. post Constantinum pontifi. sedit annis.16. mensibus.9. & diebus.15. Vir certe optimus atque sanctissimus, tantæque eruditionis, ac facundiæ habitus, ut facile conuinceret omnes malè de catholica fide sentientes, qui pontificatu inito, statim urbis mœnia ex parte collapsa restituit, ac templa Petri & Laurentii extra muros instaurauit, atque idem in aliis basilicis effecit, ac eas muneribus multis exornauit. Monasteriúmq; insuper uia Hostensi, non longe à Paulino basilica positum restituit, necnon & beati Andreæ monasterium quod Barbaræ nuncupatur. Eius quoque opera Germani populi ad fidem sunt conuersi. Idémque Leonem imperatorem hæreticum (habita synodo) excommunicauit, eo quòd sanctorum imagines abolere nõ desineret. Denique uir sanctus postquam domum paternam sanctæ Agathæ ædificasset, in ea monasterium extruxisset, ac multos suo exemplo ad uirtutem & sanctitatem excitasset, tertio idus Februarii ad dominum euolans, eius corpus in basilica beati Petri sepelitur, & tunc cessauit episcopatus dies trigintaquinque. 5912 713

Marcellus secundus Venetorum dux, hoc anno apud Eracleam suffragiis Paulo Lucio duci suffectus, ducauit annis.7.men.3.& die.6. hic ex clarissima Funicalium familia originem duxit, de quo nil memoria dignum habemus.

Viri doctrinis excellentes.

Benedictus Mediolanensis archiepiscopus tempestate hac, Paulo histo.lib.6.ca.24. testante, & Mediolani & in tota Italia non solum in humanarum, sed & in diuinarum eruditionum scholis inclytus & clarus fuit, ac nonnulla laude digna composuit, qui cum Romæ etiam causam pro Papiensi ecclesia diu egisset, perdidit, quia ibidem declaratum fuit Papiensem episcopum Romanæ sedi tantum, non autẽ Mediolanensi episcopo obtemperare debere. 5913 714

Theodosius impe.

Theodosius eius nominis tertius.32. Constanti. imperator, hoc anno Anastasio superato, ac Tonsorato imperium occupans, imperauit anno uno. Hunc ignobilem & deiectum hominem fuisse tradunt. Quippe qui apud publicanos scripta facere consuerat. Verum suscepto imperio ita catholicæ fidei æmulator existere cœpit, ut catholicus & Christianissimus ab omnibus diceretur, & in signum huius statim imagines sanctorum patrũ à Philippico prædecessore suo ubique demolitas, in pristinum statum restitui mandauit, sed anno imperii sui primo, Leone tertio, deiectus, & sine læsione dimissus, clericum se creari fecit, & in monasterio ingressus, reliquum uitæ suæ, sanctè egit. 5914 715

Leo impera.

Leo tertius.33. Constanti. imperator, post Theodosium prædictum imperauit, cum Constantino filio, an.24. hic ab hæresiarchis seductus, cum in pontificem Ro. inuehi non posset, teste Pau.li.6. c.26. ædictum proposuit, ut omnes qui sub imperio Ro. essent, apud Constantinopolim sanctorum omnium imagines & statuas ab templis abraderent auferréntque, affirmans se id facere, ad tollendam idololatriam, qui uero secus fecisset, eum se pro hoste publico habiturum. At Grego. ponti. tantæ impietati non solum non obtemperauit, sed etiam omnes catholicos monuit, ne timore uel ædicto principis in tantum errorem ullo modo dilaberentur, qua adhortatione adeò Italiæ populi animati sunt, ut paululũ abfuerit, quin sibi aliũ delegerunt imperatorẽ quo minus aut id fieret, auctoritate sua Grego. obtestari annixus est. Rauennæ tamen tanta seditio orta est (cum alii imperatori, alii pontifici obtemperandum ducerent) ut in ipso tumultu Paulus Exarchus cũ filio occideretur. Mittitur deinde ab imperatore Heutichius Eunuchius qui pollicitationibus & donis Longobardos à pontificis beniuolentia seiungeret, uerum id frustra tentatum est. Leo rursus diabolico spiritu incitatus omnibus mandat, ut simulachra omnia ad deum deferant uel incendant, non obtemperantes punit, Germanum patriarcham id potissimum improbantem in exilium mittit, & in eius locum Anastasium malè cum episcopo sentientem suffecit, quem postea habita synodo priuauit, & ab officio diuino semouit, nisi ad catholicam fidem reuerteretur. Ipsum præterea imperatorem admonuit, ut omissis erroribus ueram tandem dignaretur amplecti fidem, & sanctorum imagines 5915 716

rum imagines abolere desineret, quorum memoria exemplari excitarentur homines, uerum cum in obstinatione persisteret, á Gregorio huiusmodi successore imperio simul & fidelium communione priuatus est, & postremo excommunicatus & maledictus interiit.

Carolus Martellus, Pipini senioris filius, hoc anno patre defuncto palatio regis Franciæ præficitur, & in eodem magistratu atque in Austeria regnauit annis.27. Nam Pipinus duos filios habuit, hunc uidelicet Carolum, & alium. Quo mortuo hic solus regnũ & principatum obtinuit, multis tamen cum aduersitatibus possedit, eo quòd Eudonius Aquitaniæ dux, & Clotarius rex quoad uixerunt sibi plurimum aduersati sunt. Sed his mortuis, Carolus hic totam Austeriæ regni partem regens, Saxoniam, Bauariam, Frixiam, Alemaniámque contriuit, & regno Massiliam adiecit, ac per Grego. papam ad principium uocatus cum intellexisset Sarracenos ex Aphrica in Hispaniam traiectos, omnem prouinciam prorsus depopulasset, atque inde ab Eudone in Galliam uocatus uenisse magnis itineribus in hostem ecclesiæ causa exilio etiam Luitprãdi Lõgobardorum regis fretus, illò proficiscitur, ibidémque apud Turonem urbem pugnandi occasione suscepta hostes contriuit, & in eo prælio, ut Paulus histo. li.6. ca.48. scribit, ad.360. sarracenorum millia cecidere & ex Francis mille & quingenti fuerunt desiderati, sicut ipsæ Caroli literæ ad pontificem scriptæ testificantur, qua quidem uictoria, Saraceni Caroli beneficio à ceruicibus Hispaniarum, Gallorúmque sunt expulsi. Carolus deinde in prouinciam regressus apud omnes maximo in precio habitus est. Atque postea Vasconiam inuadens regni totius obtinuit principatum. Et ex tunc regia Francorũ potestas ad maiorẽ domus in omnibus fuit, hoc dum taxat excepto quod qui rex dicebatur semel in anno in Martis campum curru inuectus, ibidem in eminenti sedens, se populo spectandum præbebat, publica dona ei solenniter oblata suscipiens, maiore domus ante se stante, & quæ eo anno agenda erant, populo nũciante, ita rege domum reuecto maior domus cætera regni negocia administrabat, licet priuilegia & carthæ regis nomine signarentur. Hic Carolus tãdem post clarissimas & ingentes res gestas deficiens, Pipinum & Carolomanum reliquit filios. (Carolus Martellus Pipini filius.)

5920 721 Vrsus Ippatus.3. Venetorum dux, Marcello in Eraclea, siue ciuitate noua suffectus, ducauit annis.9. Hic Eraclianus ciuis fuit, Vir siquidem pessimus atque malignus, qui cũ insolesceret, & multas indies cædes atque tyrannides exerceret, ciuili tumultu obtruncatus est, ac sic Veneti nostri laborum suorum initia in hoc habere cœperũt. Post cuius necem cessauit ducatus an.6. Et illo tuuc res Veneta per magistratus & milites agi cœpta est.

5921 722 Asprandus Longobardus Luitperti olim regis paruuli tutor.17. Longo. rex hoc anno Ariperto rege superato regnũ recuperauerit, & reguauit, Paulo testante, mensi.3. uir per omnia egregius, cuius prudentiæ nulli æquandi sunt superiores, hic filium Luitprandum per omnia sibi similem antequam moreretur, approbantibus cunctis, regni successorem reliquit.

5922 723 Luitprandus autem Asprandi prædicti regis filius.18. Longobar. rex, hoc anno superstite adhuc patre regnum accipiens, regnauit annis.31. & men.7. uir certè tanto principatu dignissimus, si prudentiam, sapientiam, consiliúmque, quo plurimũ ualebat, inspicias. Fuit quippe gigantheo corpore atque uasto, & manu adeò promptus, ut nemo eo pugnacior haberetur. Iustitia uero atqne clementia ita insignis habebatur, ut difficile iudicabatur, qua in re maiorem promereretur laudem, Christianissimus etiam adeò fuit ac religionis amator, ut nullibi templa sine suo suffragio ædificare permiserit unquam. Nam ut de cæteris taceam Papiæ templa plurima miro extruxit ornatu, additis multis prædiis, intráque pallatium suum oratorium in honorem saluatoris mundi construxit, ubi & sacerdotes & clericos multos instituit, qui die noctúque diuina exoluerent officia. Insuper ad corroborationem prædictorum, primo regni sui anno, donationẽ quam beato Petro Aripertus rex Cocias alpes donauerat, confirmauit. Verum Rauennam diu ab Exarchis possessam obsidens tandem cœpit & diripuit, & quicquid præclarum in ea fuerat, Papiæ detulit. Carolus autem Martellus huic compater & amicissimus fuit, & ei auxiliares copias contra Saracenos ex Italia transmisit, Pipinum quoque filium in Cisalpinam Galliam ut ei ex more capillum succideret, transmisit, quem Luitprandus perbenignè suscipiens, collato sacramento (Rauenna capitur & bonis omnibus spoliatur.)


lato sacramento ad parentes multis donatum muneribus cum gaudio remisit. Sed duodecimo regni sui anno cupiditate latius dominandi allectus captis circumquaque Oppidis Romanam urbem sedit. Quo tremore Grego. pontifex Carolum auxilium postulauit. Ad quem Carolus cõfestim Oratores misit, rogans ne urbem opprimeret, aut pontificem uexaret. Quo audito libenti animo Luitprandus urbem obsidione soluit, atq; Zachariæ pontificis hortatu Romanis oppida ex Sabinis excerpta reddidit. Narniam præterea & Anconam ex Picentibus, & quicquid à Longo. 20. annis in Hetruria occupatum fuerat, restituit. Verum non ita multo plus rex omni laude extollendus ætate grandæuus, uitæ cursum expleuit, eiusque corpus Papiæ in basilica beati Adriani, collachrymantibus uniuersis sepultum fuit.

Augustini patris nostri sanctissimum corpus, Paulo histo. li. 6. c. 4. testante, quod antea 5925 726
ducentis fermè & quinquaginta annis ab Ippone in Sardiniam fuerat translatum, cũ sancti Vandali prædabundi Aphricam uastarent, hoc anno huius Christianissimi principis diligentia, ex Sardinia Papiam defertur, in celeberrimo ipsius urbis loco seu tẽplo, quod Cælum aureum dicebatur, ab ipso rege in honorem beati Petri extructo collocatur.

Pestilentia maxima hoc anno in Constan. urbe fuit, quæ supra trecenta hominum mil- 5926 727
300. hominum millia ex peste perierunt lia, ut Pau. histo. lib. 6. cap. 49. testatur periere, cuius causa triennalis Saracenorum obsidio fuit. Nam (ut diximus) Saraceni à Caro. Marcel. ex Hispa. Galliáque expulsi, rabiem omnem & indignationem ex clade. 360. millium interfectorum conceptam in Constantino. uerterunt, & eorum urbem triennio terra maríque obsiderunt. Sed cum fame, frigore, peste, & bello, multa paterentur incommoda, obsidionem soluentes, ac si perterriti abcessere, qui inde digressi, Bulgaros qui super Danubiũ erant bello aggrediuntur, & ab his etiam uicti, ad sua cum ignominia redierunt.

Cometæ duæ hoc anno Ianua. men. per. 15. dies in cælo uisæ sunt, quarum una solem præcedebat in mane, alteram uero uespere sequebatur.

Gregorius papa.92.



Regorius eius nominis. 3. papa, Ioan. patre Syro natus, post Grego. põtifi. 5931 732
secundum sedit annis. 10. mensi. 8. die. 24. Vir planè singularis doctrinæ & eloquentia, & in lingua tam Græca, quàm Latina sufficiẽter instructus, atq; orthodoxæ fidei acerrimus defensor, qui ob pietatem & humanitatem adeò Christi pauperes complectabatur, ut neminem sine eleemosina à se unquam dimiserit. Hic itaque pontificatu inito statim consilium mille penè episcoporũ Romæ celebrauit, in quo quidem Leonem, ut dictum est, imperio simul & fidelium cõmunione priuauit, eo quod statuas & sanctorum imagines demolitus esset. Declarauítque in eo imaginum sanctorum uenerationem esse licitam, & huiusmodi statuti uiolatores excõmunicationis sententia innodauit, ut habetur in Cano. de conse. distin. 3. ca. Perlatũ. Hic oratorium pulchrum in beati Petri basilica construxit, in quo de reliquiis ferè omnium sanctorũ recondens ibidem quotidie celebrari mandauit. In canone quoque missæ adiunxit hæc uerba, Quorum solennitas hodie in conspectu diuinæ maiestatis tuæ celebratur domine deus noster in toto orbe terrarum: hic nonnulla templa uetustate & incuria prædecessorum collapsa instaurauit, nec non & multa monasteria partim restituit, partimque à fundamentis erexit, & monachis repleuit, quibus & regulam integrè sanctéque uiuendi tradidit. Mœnia insuper urbis collapsa multis in locis restituit. Idem fecit centum cellis iam propè desertis. Tandem de deo, déque hominibus benemeritus quarto calen. Decẽbris moritur, & in diui Petri basilica sepelitur, & tunc cessauit sedes dies nouem.

Vesegotthi & Gotthi omnes qui citeriorem Hispaniam, Galliámque longe ante occupauerant, his temporibus teste Pau. li. 6. auxilio carentes in Caroli Marcelli potestatem deuenere. Nam & Luitprandus rex huic bello ipsi Carolo multas copias transmisit. Ac sic Vesegotthæ & Gotthi qui trecentis quasi annis in Italia Galliáque, ac Hispania imperauerant, funditus deleti sunt, præter paucos, quos Barchinonẽses liberauerant, unde & nũc Gottholani dicti sunt.

Adeodatus Eracleanus ciuis, Vrsi quondam ducis filius, quartus Venetorum dux, hoc 5936 737
anno in Mathemauco omnium suffragiis, mutata magisterii sede & militũ nomine exploso creatus

creatus dux, ducauit annis.11.& men.2. Vir quidem auarissimus execrabilísque & à ciuibus infensus, qui cum & ipse nimium crudelesceret, multásque uiolentias & tyrannides indies exerceret, plebe in eum à nobilioribus excitata, ad arma concurrit, & refractis palatii custodiis eum deposuerunt, & eius effossis oculis extra urbem epulerunt.

5939 740 Onstantinus quintus, Leonis imperatoris filius.34. Constantinopolitanus imperator, post patrem solus imperauit annis.33. qui paternarũ impietatũ æmulator, leges & patrum sanctiones pro uiribus persequi non destitit, & in omni uitæ suæ tempore maleficiis, ac magicis artibus, luxuriisq; deseruiuit: inimicus quoque Christi fidei, qui & clericos, multósque monachos, ac seculares Catholicos Anastasii hæretici Constantinopolitani patriarchæ suasu interfecit, ad quem Paulus Ro. ponti. nuncios è Roma Cõstantinopolim misit, qui ipsum adhortarẽtur, ut sacras imagines restitueret, & ab impiissimis cædibus cessaret, quod si facere recusaret, eum anathematis uinculo innodaret, ac Constantinus Pertinax, sanas pontificis admonitiones contempsit, & Sabinum Bulgarorum regem in demoliendis sacris imaginibus eius impietatem imitatum in gratiam recepit, cum antea Bulgaros bello plurimum persecutus esset. Quo autem mortis genere postea obierit, ignoro. Cõstantinus impe.

Carolomanus autem, Caroli Marcelli prædicti primogenitus, hoc ipso anno patre defuncto apud Austriam, & Sueuiam magistratũ sumpsit, & maior domus regiæ dictus est: Nam Carolus pater duos post se reliquit filios hunc uidelicet & Pipinum iuniorem, quibus & regnum à se armis occupatum adhuc uiuens diuisit, Carolomano huic nato maiori Austriam & Sueuiam. Pipino autem Burgundiam & Franciæ partẽ tribuens. Hic autem primo sui principatus anno cum Romam deuotionis causa cum paucis deuenisset, Zachariæ pontificis suasu dimissa regni gloria mundo abrenũciauit, & ab ipso Zacharia clericus factus in Cassinensi monasterio uitã monasticam egit. Verũ post aliquod tempus unà cum aliis monachis è Cassinensi monasterio ad Zachariam eundem papam ueniens ab eo præcibus obtinuit, ut liceret eis corpus sancti patris sui Benedicti, iam.34. annis elapsis furtim à Gallis monachis unà cum corpore sororis suæ Scolasticæ ablatum repetere, cuius præcibus Zacharias pontifex motus, ad Pipinum fratrem literas exhortatorias misit, ut pateretur monachos Cassinenses corpus sancti Benedicti ex Floriacensi monasterio exportare. Quod quidem rex, & si moleste nimiũ, concessit. Quod cum uiderent Floriacenses monachi se tanto patre priuari, ad orationem cum lachrymis se contulerũt, quamobrẽ nuncii qui corpus deferre debuerant, cæcitate percutiuntur, & sine corpore ad propria reuertuntur, hunc Carolomanum cum Desiderius Longobardorum rex ex Cassiensi monasterio in Galliam ad Pipinum fratrem regem tandem mississet, ut ei in Longobardos bellum dissuaderet, non modo eum non exaudiuit, sed indignatus, eũ in Vienensi monasterio perpetuò relegauit, ubi & paulòpost uita defecit. Carolomanus Marcelli filius.

5046 741 Acharias papa, natione Græcus, patre Polycronio natus, post Grego. prædictum ponti. sedit annis.10. men.2.& die.15. hunc inter optimos pontifices iure cõnumerandum puto, quòd mitissimus, suauissimus, gratiosúsque, ac omni uirtute præditus fuerit, ac etiam clerici populique Ro. amator, qui initio sui pontificatus omnem Italiam ardentem inueniens, uirtute, sua sanctitatéque ac prudentia ad concordiam perduxit, postea ad templa ruinam minitantia bellis restituendam manum apponens multa restituit, & Lateranenses ædes auxit & exornauit. Petri quoque basilicam confractam instaurauit, eique uestem insignem, quam Piuiale dicimus, auro & gemmis distinctam condonauit, in qua depicta erat polymito opere natiuitas domini nostri Iesu Christi. Templis quoque ab ipso instauratis extructísque, fundos unde sacerdotes uiuerent designauit, cunque Græca, Latináq; lingua eruditissimus haberetur. 4. dialo. li. beati Grego. in Græcum uertit, atq; alia quædam composuit. Tãdem cum populum sibi creditum sanctè & integrè per decennium gubernasset, idibus Martii sanctum deo reddidit spiritum, & in beati Petri templo sepelitur, & cessauit episcopatus dies.12. Zacharias Papa.93.

5943 744 Aldebrandus Luitprandi regis nepos.19. Longobardorum rex hoc anno defuncto, auo in regnum succedens, regnauit tantummodo mensibus quinque. Cui sine liberis defuncto successit

succeſſit Rachis Thaurinenſium dux, & regnauit annis.7. Vir certe omni perpetua laude dignus, ad quem Zacharias pontifex ſtatim pro integrando pacis fœdere legatos miſit, qui cum eſſet animo pius & religionis amator, ex animi ſententia omnia accepit & comprobauit. Ac poſt aliquod tempus diuino numine tactus, regno renuncians, uitam monaſticam unà cum uxore ac filiis magna cum deuotione complexus eſt.

Gabanus quintus, Venetorum dux hoc anno Adeodato duce deiecto, ab omni populo in Mathemauco electus ducauit anno uno, & menſi.6. uir truculentus & tanto magiſtratu indigniſſimus, propter cuius ſæuitiã tumultu denuo excitato, & ipſe depoſitus eſt, atq; eius effoſſis oculis extra urbem propelliur, propter quod Veneti nouã regiminis formam inuenerunt, quia cum duce alios duos tribunos annuales elegerunt, qui cum duce pari poteſtate conſederant, quæ forma nunc uſque perdurat. 5945 746

Dominicus Mongarius, ſiue Sclauus ſextus Venetorũ dux, Gabano in Mathemaucum ſuffectus, ducauit annis.5. Huic propter prædeceſſorum improbitatem, ut diximus, additi ſunt duo annui tribuni, qui pari poteſtate cum eo ſederẽt, quibus Zacharias papa ſub anathematis pœna prohibuit, ne ſeruos Chriſti baptiſmate ſignatos de cætero, ut hactenus Saracenis uendere præſumerẽt. Sed & hic poſt.5. ducatus ſui annum, ob eius demerita in tumultu & oculos & ducatum perdidit. Sunt tamen qui dicant, hoc poſt primum annum ducatus ſui accidiſſe. 5946 747

Pipinus iunior.

Pipinus iunior, Caroli Martelli filius, qui ex morte patris cum Carolomano eius fratre Burgundiæ & Franciæ pars obtigerat, cum iam Carolomanus monaſterium ingreſſus fuiſſet, domus regiæ uniuerſalis præfectus factus, hoc anno etiam regnandi cupiditate ductus legatos ad Zachariam pontificem miſit, rogans ut regnum Franciæ authoritate apoſtolica ſibi confirmare dignaretur. Regnabat autem tunc remiſſiſſimus & ocioſiſſimus uirorum Chilpericus rex, qui de regno nil præter inane regni nomen præferebat, pontifex uero auditis Oratoribus eius, precibus ſtatim annuit, & hoc beneficiũ acceptũ & ueteris beniuolentiæ memor, quæ inter põtifices & huius familiæ principes interceſſerat, ac ſic pontificis authoritate, ut habetur in Decre.15.q.5.ca. Alius. Franciæ regnum huic Pipino adiudicatum eſt, & extunc ex maiore domus regiæ Pipinus factus eſt rex, & deinceps reges Franciæ ab ipſo Pipino denominati ſunt. Chilpericus itaque à regno deiectus & in clericum tonſoratus una cum uxore in monaſterium recluditur, ubi uſque ad mortem in quiete fuit. Atque ita Meroningorum regum familia regnare deſiit in Gallia, quæ ut præmiſſum eſt regnauit annis.296. ſub regibus uno &.20. 5947 748

Pipinus itaque iunior hoc anno Childerico deiecto in regem à Zacharia papa confirmatus, regnauit annis.27. quem etiam poſtea Stephanus ponti. in regem confirmãs inunxit, & eccleſia Romana, ducem, ac bellatorem contra Aiſtulphum Longobardorũ regem conſtituit, quo inſtituto ſtatim ad ipſius ponti. preces & præcepta in Italiã uenit, & Longobar. exercitum ſuperauit, atque Aiſtulphum regem in Papia obſedit. Quod cernẽs pontifex, malis etiam quibus Italia indies propter hoc lacerabatur commotus, Aiſtulpho pacem ultrò obtulit, modo oblata ſibi reſtitueret, ob quam rem Pipinus obſidionem ſoluens in Galliam ſuum duxit exercitum, ubi & aliis collectis copiis Saracenos ex Gallia penitus expulit, peremptóque eo rege, Gotthiam, Aquitaniam & Hiſpaniæ partem ui cœpit, ac Saxones in amicitiam recepit, cum Aquitanis autem quoad uixit diuturnum ei bellum fuit. Tandem & ipſe ſenio confectus, & patricius creatus rerum geſtarum gloria conſummata migrauit ad dominum, relicto poſt ſe Carolo magno filio glorioſiſſimo.

Aiſtulphus.21. Lõgobardorum rex, hoc anno poſt Rachim germanum ſuum regnum accipiens regnauit annis.8. qui regno ſuſcepto propter ingenii magnitudinem atque aſtutiam & animi ferocitatem omnibus arma intẽtare cœpit. & ponti. Ro. præcipuè atq; Romanis nobilioribus, quorum ditionem armis ſibi uendicare conabatur. Omnẽ namq; Italiam breui tẽporis ſpacio uexauerat, & Rauẽnatũ exarchatus, magnámq; Flãmineæ partẽ ui cœperat, quibus calamitatibus Stephanus ponti. laceſſitus, Pipini Francorum regis auxilia poſtulauit, qua etiam de cauſa ad ipſum in Galliam profectus eſt. Pipinus autem præcibus Ponti. permotus, cum maximas undique contraxiſſet copias, in Italiam deſcendit. 5953 754

Aiſtulphúmq;

Aistulphúmque apud Papiam eius sedem obsidione cingit, oppugnátque. Stephanus uero prouinciæ calamitatibus permotus, pacẽ Aistulpho obtulit, modo ablata restituat. Quamobrem Aistulphus omnes pacis cõditiones acceptauit, & plurima promisit, propter quod & Pipinus obsidionem soluit, & in patriam reuertitur. Arbitratúsque ponti. Aistulphum promissa seruaturum, Roma regressus est, restitutionem ablatorum expectaturus. Sed Aistulphus breui, post aliis contractis copiis Romam rursus obsidione cingit, omnémq; suburbanum agrum deuastat maiori detrimento quàm antea per. 300. & .44. annos postquam imperium declinare cœperat, nam inde sanctorum multorum reliquias abstulit, & Papiam misit, & ibidem in decenti loco in basilicis plurimis collocauit. At Pipinus iterum in Italiam reuersus Aistulphum ita obsidione cinxit, ut coëgerit ipsum pristinas pacis cõditiones accipere, unde & Romanis & Hethruscis cœperat. Tandem post multa bella in uenatione Apoplexia interiit, qui licet regni sui principio nimis audax & ferox fuisset, in fine tamen moderatus fuit. Erat enim multæ literaturæ uir, & propterea Longobardorum ædicta in leges retulit. Et cum multa sanctorum corpora è Roma Papiam detulisset, ad eorum honorem multa sacella & uirginum monasteria erexit, in quibus etiam multas filias deo consecrauit. Sunt qui dicunt ipsum apud Brixiam monasterium in honorẽ sanctæ Iuliæ uni filiarum extruxisse, eique infinita dona in auro & argento atq; fundis obtulisse.

Eucherius Lugdunensis episcopus. Eucherius Lugdunensis episcopus, hoc tempore multis miraculis clarus fuit, qui cum ex nobili senatorum uirorum ortu fuisset, ad religiosam uitam habitúmq; conuersus, diu intra speluncæ cuiusdam septam in orationibus & ieiuniis deo deuotissimẽ seruiuit. Deinde apud præfatam urbem reuelante angelo in pontificali cathedra solenniter collocatus, multis quoaduixit claruit miraculis.

5951 752 Tephanus. 2. papa, patre Constantino. Ro. natus, post Zachariam pontifex creatus, sedit annis. 5. & men. uno. Vir quidem singularis religionis & prudentiæ clerique amator, ac ecclesiarum restitutor, atque clarissimus in omni scientia doctor prædicatórque accerrimus, necnon & pupillorum, ac uiduarum defensor qui ut præmissum est, Aistulphum Longobardorum regẽ Romanos agros inuadentem primo uerbis & muneribus, licet frustra a tanto scelere auertere conatus fuit, unde lacessitus personaliter in Galliam ad Pipinum pro auxilio implorãdo proficisci coactus est. Cui Pipinus Carolum filium adolescentem, qui magnus postea dictus est, obuiam ad centesimum lapidem misit. Et ipse Pipinus rex ad tertium lapidem equo descendens frenum papalis equi regens ad pallacium usque ita perduxit, At summus pontifex confestim Pipinum in regem consecrauit, atque imperium è Græcis ad Frãcos trãstulit, ut habetur extra de electione ca. Venerabilem. Quam quidem ordinationem Leo tertius postea in integrum executioni mandauit. Hic itaque foris pace obtenta, Synodum magnam habuit. In qua quidem Synodo, oues suas pastorésque recensuit, & errantes in uiam reducere cœpit, ubi & quid deceat episcopum, quid præsbyterum, quid denique omnib. sacris initiatis, docuit, Tãdem quum basilicas, quas Aistulphus rex communiuerat restituisset, & de omnibus benemeritus esset. 6. calen. Maii obiit, & in Petri basilica sepultus fuit, cessáuitque tunc episcopatus dies. 5. Stephanus Papa. 46.

Mauricius Chalbius. 7. Venetorum dux hoc anno Dominico Monagario duce abrogato in Mathemauco bonorum omniũ suffragiis Dux creatus, ducauit annis. 16. qui licet nil tyrannicum prætulerit, tamen in urbe maximum scandalum & exemplum malum intulit, quod filium suum ducatus consortem assumpserit. Nec multòpost aliud maius adiecit quia ita uiolentas manus in Grandensem patriarcham iniecit, ut breuiter ex flagellis sibi illatis obierit. Hic autẽ suscepto principatu iterum Venetam rem ad Eracleanos trãstulit.

Exarcatus regni finis.

5952 753 Auenna hoc anno & magna Flamminεæ regionis pars ab Aistulpho Longobardorum rege capta Exarchatus nomen cessare cœpit, quod centum & .64. annis in Italia durauerat, uidelicet à primo Exarcho, cuius magistratus incepit anno Domini. 389. usque ad hoc tempus sub decem Exarchis, quorum nomina sunt hæc, Patricius primus, Gallinicus. 2. Hysaurius, 3. Theodorus cognomento Caliopa. 4.

liopa.4. Martinus olympus.5. qui eo anno cum in Siciliam deueniisset interiit, Theodorus prædictus iterum qui fuit.6. Ioánes Platina, ut putatur Cremonensis.7. Theophilatius.8. Et Paul.9. sed mox interemptus: quo mortuo Euthicius.10. loco suffectus est, sub quo Italia diuisa, uarie quidem & acriter pugnatum est, ipsa náque Exarchatus appellatione continebatur omne quicquid à Placentinis, agrique Papiensis finibus Padi inter Apennini paludes stagnáque Venetorum ad Adriaticum pertinet, & Arriminum, in quo Exarchatum erant infrascriptæ ciuitates, uidelicet Rauenna, Cæsarea, Forli. forum, Pompi. forum Cor. nunc Imola dictum, Bononia, Mutina, Regium, Parma, & Placentia, hæc omnia Pipinus rex superato Aistulpho Romano pontifici donauit.

Paulus Papa 95  Aulus primus papa, natione Ro. patre Cöstantinuo natus, Stepha. patruo sui rogatus, sedit annis.10. & men.10. homo sané mitissimus ac clemens, qui Christi edoctus exemplo, nulli unquam malum pro malo, sed ecötrario, bona pro malis reddidit, pupillorum quoque ac uiduarū maximé curam suscipiēs etiam eleemosynis frequētissimis sustentabat: hic inter cætera Petronillæ sanctæ corpus cum sepulchro marmoreo his literis notato, Petronillæ filiæ dilectissimæ. ex uia Apia in Vaticanum deferri fecit. Et postea cum multas in urbe basilicas uetustate collapsas restituisset, mortem obiit, & in Vaticano solenni pompa sepultus fuit: quo mortuo cessauit papatus anno uno, & mense uno. 5956 757

Turcorum regni principium.

Turcorum regni principium. Turci Scythicæ gentes, ut diuus scrib. Hiero. hi fuerunt, quos Alexander Mace. inter Hyperboreos montes ferreis clausis repagulis, qui tempestate hac, ut Othus tradit histo, Caucaseas portas egressi cū Auaribus, uiris ferocissimis, bello (multis ex utraque parte interfectis) confixerunt, & exinde Pontum, Cappadociámque transgressi, ad reliquas finitimas gentes paulatim se infuderunt, ubi haud multópost, latronum more, furtiuis quibusdam excursionibus uires sibi uendicātes, occupatis mōtibus & opportunis claustris, unde per occasiones facile irruptiones fieri possent, usque adeó emersere, & animis sublati sunt, ut palàm iam, parique marte aduersum finitimos de agri possessione certare presumerent, & procedente tempore non solum Pōtum & Capadociam, sed & Gallitiam, Bithyniam, Lycaoniam, Pysidiam, utramque Phrygiam, Pāphiliam, Ciciliam, Cariam, & oēm Asiam, quæ minor uocatur, ultra citróque Thaurum ad ora usq; Ioniæ & littora Græci maris occuparent, nec unum quidem ut modo principem, sed alios atque alios duces sequebātur: et primo quidem (ut diximus) Asiatica Scythia ultra Hyperboreos montes ad Tharacunthas insulas cōtra Aquilonis ubera sedes patrias habuere. Postea diffusi, uniuersam Asiam & Græciam omnem occupauere, uiri utique truculenti, & in cunctis stupris ac lupanaribus ignominiosi, fornicaria comedentes quæ cæteri abhominabantur, iumentorum, luporum ac uulturum carnes, & quod magis horrendum est, omnium etiam abortiua comedunt, de quibus etiam locis suis infra dicemus, cū de Othomanorum regibus tractabimus. 5957 758

Desiderius.22. & ultimus Longobardorum rex, Aistul. rege defuncto, regnauit an.18. hic primo Hetruriæ rex fuit, qui cum Aistulphi obitum audisset, statim regnum inuasurus, Longob. copias undique contraxit, & ut id obtineret contra Rachesium, qui monachi habitum sumpserat, multa pontifici, ac Ro. pollicitus est. Quamobrem eos in suam sententiam traxit, & ita regnum in pace consecutus est. Eo quippe tunc Longob. uirtus ob delicias languescere cœperat. At Desiderius omnium aduersariorū metu liberatus à sponsionibus pontifici & Ro. factis animum remouit, multasque iniurias illis inferre cœpit, unde ponti. ad Caro. Ma. reclamās rogat, ut Desiderium admoneat ab inferēdis iniuriis pontifici cauere. Quod licet Caro. diligēter effecerit, continere hominem in officio armis nón potuit. Quin imó contractis undique copiis in Rauennates, ditioni Ro. obtemperantes, mouit, & Fauentiam Comachúmque ui cœpit: quod pontifex Hadrianus audiens, primo Desiderium nunciis adhortatur, ut suis finibus se contineret, nec ecclesiæ ditionē occuparet: qui ponti. non audiens, etiam Vrbinum & Senegaliam aliásq; plurimas urbes occupauit: quibus malis motus pontifex, ad Carolum de iniuria iterum reclamare compellitur. Carolus uero Desiderium per legatos admonet, ut res iniuste ablatas, pontifici restituat, aliàs 5958 759

tuat, aliàs se breui cum exercitu affuturum, ut quod sponte & cum pace nollet, id ui facere cogeretur. Parantur igitur utrique exercitus, sed Caro. mira celeritate usus, præmissa copiarum parte, quæ in transitu Alpium Iouis montem occuparet, ipse autem cum reliquo exercitu per montem Cinisium in Italiam descendit, ibidémque fuso ac fugato Desiderio, qui ei obuiam se fecerat, omnia longe latéq; depopulatur, & capit, pro quibus Desiderius rebus desperatus de tanto accepto incómodo, Papiam se recepit & inclusit, uxore ac liberis Veronam missis, quæ haud multò post, in partes Francorum uenit. Nam Berta Carolomani uxor, quæ mortuo marito ad Desiderium confugerat, Veronæ deditionem fecit. Aldegisius autem Desiderii filius inde ad Constanti. imperatorem confugit. Carolus uero è Roma Papiam rediēs. 6. men. postquam obsideri ciuitas cœpta fuerat, ipsa potitus est, ubi & ipsum Desiderium regem unà cum uxore & liberis cœpit & spoliauit, ac regno spoliato, Lugdunum relegauit, & in Papia Mediolanóq; urbibus Francos præfecit, qui Longob. & eorum regiones usque ad alpes tendentes fouerent, & in pace retinerent. Atq; ita anno salutis nostræ. 774. & . 5. pontificatus Hadriani papæ regnāte apud Constanti. Constātino prædicto, Logob. finem accepit, quod per annos. 204. sub duobus, & . 20. regibus dignoscitur fuisse porrectum.

5967 768 Carolus Pipini regis filius, cui postea ex rebus strenuè gestis, magno cognomen fuit, hoc anno patre defuncto, regnum accipiens, regnauit in totum annis. 46. Reliquit autem Pipinus rex duos post se filios, Carolum hunc & Carolomanum, qui ambo patris regnum inter se æquis portionibus partiuere. Sed Carolomano biēnio post defuncto, Carolus hic totius regni gubernacula rexit. Verum Berta eius cognata Carolomani uxor Caroli uxori inuidens propter amplitudinem, Mari Adoarii cuiusdam necessarii sui consilio usa, nulla ui compulsa, cum filiis suis ad Desiderium regem in Italiam confugit, qui & eam perbenignè suscepit, eo quòd se tutiorem futurū hac ratione à Gallorum impetu existimabat, & quod Frācos propositis Carolomani filiis facilius arma in Carolum sumpturos, si quid in se mouere arbitraretur.

Ioannes Chalbius Mauritii ducis filius. 8. Venetorum dux, hoc anno in Eraclea omnium suffragiis confirmatus dux, ducauit solus post patrem annis. 19. Hic ab ineunte ætate in nauali militia ita enutritus & doctus fuit, ut dignus esset, quem præ cæteris interponeret. Vir certe ingenii mitis, qui omnes uno ordine dilexit, & neminem unquam odio habuit, honoris patriæ procurator, ac defensor habitus. *



5967 768 Onstantinus eius nominis secundus papa, natione Ro. Paulo pontifi. succedēs, sedit anno uno & men. uno, hic per Constantini imperatoris Desideriique regis fauorem, fauente etiam Thotone fratre Nepesino duce, fauentibus quoq; quibusdam maliuolis largitionibus & pollicitationibus corruptis, ex layco simplici, in pontificem assumptus fuit, quamobrem in ecclesia multæ discordiæ excitatæ sunt, per quas Philippus quidam ab aliis eligitur pontifex, qui & breui deiectus est. Constantinus autem hic pertinaciter egit, ac pontificalia administrauit, sed postremo in tribus foris, ubi sancti Hadriani est ecclesia, à clero populóque Ro. concilio congregato, Stephanus Siculus in pontificem est electus, qui uocatis ex Francia multis episcopis conciliū in Laterano habuit, in quo quidem Constantinum damnauerunt, & in monasterium tanquam in perpetuo carcere incluserūt, ubi paulòpost eum oculis excæcauerunt, & sunt qui hūc inter pontifices nominarent. Cōstantinus papa 96



5968 769 Tephanus itaq; eius nominis. 3. papa, Oliuo patre Siculo natus, deiecto Constantino prædicto pōtifex creatus, sedit annis. 3. men. 5. & diebus. 28. Vir utique eruditus, & in rebus agendis maximè ecclesiasticis strenuus, qui ubi pontificatum iniit, statim è Gallia præsertim & Italia synodo congregata, Constantinum prædictum, qui papatum inuaserat, & cuncta quæ ordinauerat abrogauit, quibus optime ex sententia gestis, institutum in ea fuit, ne quis de cætero, nisi per gradus ecclesiasticos ascendisset, pontificatum adire præsumeret, sub anathematis pœna, sicut habetur in Decre. 49. q. di. c. Oportebat: promulgatúmque est in ea synodo, ut quæcunq; idem Constantinus in re sacra egisset, præter baptisma & chrysma, irrita haberentur, sed & alia Stephanus papa. 97.

multa ea in synodo constituta fuerunt, ut habetur in Cano. Quibus peractis sequenti die itum est processionaliter ad sanctum Petrum cum maxima deuotione, uidelicet nudis pedibus, & à pontifice & ab aliis omnibus qui aderant: tandem hic uerus Petri successor & Christi Iesu imitator, omnibus consumatis, quæ ad uerum & optimum antistitem attinebant.5.calen. Ianuarii quieuit in pace, sepultúsque in beati Petri basilica cessauit episcopatus dies.9.

Hadrianus papa.98.



Adrianus primus papa, natione Ro. patre Theodoro summæ nobilitatis uiro, post Stephanum ponti. sedit annis.23.mensi.10.& die.18. Hic ex magnitudine animi, consilio, doctrináque atq; uitæ sanctitate, cum quouis optimo pontifice comparari potest: cuius amicitiam querēs Desiderius rex, frustratus est, dicente eo non posse in eo confidere, qui totiens fidem fregit: quibus responsis indignatus Desiderius, multa ac plurima ecclesiæ intulit damna. Vnde cum pōtifex ad Carolum magnū reclamasset, Desiderius tādem è regno eiectus est, & pace de Longobardis parta, septimam synodum.300.&.50.episcoporum habuit, in qua primū Feliciana hæresis de imaginibus tollendis abrogata est, ut testatur Gratianus de conse. distin.3.c. Septima. Mandauitque laicis, ut nullo modo de pontificis Ro. electione se intromittere præsumant, ut in Cano.63.di.c. Nullus laicorum. Vetuit etiam infames ad sacerdotiū promoueri.6.q.1.c. Omnes. Mandauit item ne clerici extra forum suum in iudicio traherentur.2.quæstio.1.c. Clericus. Et cum à bellis demum securus fuisset, ad exornandam urbem, sacrásque ædes animum adiecit. Et primo caput beati Pauli apostoli laminis argenteis inclusit, & altare beati Petri pallio aureo exornauit, ac nōnullas basilicas uetustate collapsas restituit. Multos quoque aquæductus, turres, & urbis muros, magna impēsa instaurauit, quibus quamdiligentissimè expletis moritur, & in Petri templo.6.calen. Ianuarii sepelitur, & tunc cessauit papatus dies.3. 5971 772



Eo quartus, &.5.&.30. Constantinopoli. imperator, post patrem Constantinum imperauit annis.5. cuius tēpore uis imperium etiā nomine uigebat, nam illud in Oriente Barbari continue occupabant, & Romani iam à bello destituti, ad Gallos respiciebant. Hic itaque mortuo patre, qui de Bulgaris triumphauerat in Syriam expeditionem duxit, sed leuibus factis excursionibus, ubi hostes in se uenturos didicit, domum trepidus rediit, & ocio deditus, se innumeris immersit flagitiis. Amabat autem lapides preciosos, & propterea coronam preciosis ornatam lapidibus ex sanctæ Sophiæ sacrario sustulit, & capiti suo imposuit, qua propter gemmarum frigiditatem paulòpost ad interitum illum perduxit. Huic Hyrenes uxor fuit, quæ post eius mortem (ut mox dicemus) cum filio suo imperium rexit. 5972 773

Hyrenes autem prædicti imperatoris uxor fuit nobilissima Atheniensis mulier, & insignis decoris conspicua, propter quam pulchritudinem Constantinus prædictus imperator, è patria Constantinopolim uocauit, & filio suo Leoni uxorem dedit, ex quo filium peperit, nomine Constantinū, sed mortuo Leone suo marito, ipsa cum Constātino admodum adolescentulo per decennium imperiū egregiè rexit, sed eo grandiusculo facto eam 8. annis à societate remouit. Tandem Hyrenes imperii auida, ut erat ingentis animi mulier, fœmineo quodam astu, iuuenem uiribus suis fidentem cepit, & ab imperio depositum in carcerem trusit. Et in solio imperiali ipsa conscendens præ cæteris mortalibus cum ingenti gloria.5. annis sola imperauit, post illud autē tempus Hyrenes amicorum Constantini opere, culmine deposita fuit, & Constantinus à uinculis absolutus, in throno absumptus est, & licet Hyrenes imperii fortunam deposuisset, egregium tamē seruauit animum & reseratis thesauris suis clam principum imperii sibi fecit accommodos, quos cum amplis muneribus in suam deduxisset sententiam egit, ut qui illam deposuerant, Constantinum filium denuo caperent, & luminibus priuarēt, ac sic denuo animosa mulier sublatum sibi olim reassumpsit imperium. Quamobrem Constantinus filius morbo correptus statim interiit, tandem & ipsa cum quinque iterum annis imperasset à Nycephoro rebellante in pallacio Eleutherii obsessa est, cui cum omnes thesauros aperuisset, Nycephorus illam cœpit, & in exilium Lesbos illam relegauit, in qua iam sene uitam claram terminauit, ali

uit,alii tamen de fine illius aliter sentiunt.

5977 77 Constātinus eius nominis.6.Leonis prædicti ex Hyrene uxoris filius.36.Cōstantinopolitanus imperator hoc anno patre rebus humanis subtracto, imperauit unà cum Hyrene matre prædicta annis.10.Quæ quidem prudentissima & religiosa mulier,statim imperio adepto,concilium secundum in Nicena urbe trecentorum &.30. episcoporum congregauit, in quo institutum fuit,ut qui sacras imagines delendas de cætero dicerent, perpetuo anathemate necterentur. Sancitúmque fuit,spiritum sanctum à patre filióque procedere,sed non tulit diu Constantinus hic sanctum matris imperium,quia patris flagitia subsecutus,quorumdam flagitiosorum suasu non multò post id decretum abrogauit. Cum igitur Constantinus iste cū matre Hyrene decem annis imperasset,orta discordia matri imperii administrationem uiolenter abstulit,& à societate sua remouit,solúsque annis quinque imperauit,& Mariam quandam duxit uxorem. Cui cum postmodū ancillam nomine Theodorem arderet,ut ea licentius potiretur,ipsam uxorem in monasterium detrudens,adulterā imperiali corona decorauit,sed & aliud huic addidit flagitium,quod multos nobilium suorum sine causa excæcauit, asserens eos cum Hyrene matre contra eum coniurasse, quibus flagitiis irritati ciues Hyrenem reuocarunt. Quæ reuersa Constantinum cœpit,& effossis oculis in carcerem misit,ubi & merito tanquam patricida & sacrilegus uitam finiuit. Mater autem sola (ut dictum est)quinque annis imperauit. Quæ audita Caroli magni fama è Constantinopoli legatos in Italiam misit, ut cum eo fœdus inirent, imperiúmque cum suis terminis diuiderent,in qua quidem diuisione Hyrene ea in Italiæ pars obuenit,quæ ad dexteram Neapolis incipit,& ad sinistram Mamfredonia,quæ cū infero & supero mari clauditur, ac etiam Sicilia. Reliqua uero pars Carolo ex fœdere obtigit.

Constātinus impe.

Imperii diuisio.

Sanguis Christi Mantuanus.

Iudæus quidam his temporibus apud Syriam existens quadā die in uilipendium Christianorum ira succensus,Christi imaginem lancea suffodit,& ex ea statim sanguis ubertim effluxit,quo prodigio tremore correptus, ne sanguis idē deperiret, uas uulneri apposuit, de quo cum nonnullos languentes linuisset, & sanitatis beneficium protinus recepissent, eam ob rem Iudæi in illa regione multi compuncti,ad fidem Christi sunt conuersi. Quem quidem sanguinem diuino consilio postea Mantuæ allatum, ibidem usque in præsens propter crebra eius miracula,maximo in precio & gloria habitus est. Carolus autem imperator postea auditis miraculis ad Leonem papam scripsit, petens ab eo de hac re certificari. Leo igitur pontifex receptis Caroli literis (cū Romanos molestos haberet) sumpta occasione statim Mantuam uenit,uisisque eius frequentissimis miraculis,ipsum uerum Christi sanguinem esse dixit & approbauit,quod & nōnulli alii pōtifices postea effecere.

5987 788 Obelerius Ancierus Mathemaucensis tribunus.9.Venetorū dux,hoc anno in Mathemauco omnium suffragiis creatus dux,ducauit annis.2. Vir tāto indignus magistratu,qui cum principatum adeptus fuisset, miro odio in ciues suos exardescere cœpit, seditiones namq; ac tyrannides plurimas in urbe excitauit,unde & merito ipse à ciuibus odio habitus,patria propellitur,& Taruisium fugit, postmodū uero ab exulibus Venetis rursus reuocatus,denuo dux sublimatus est,quo confirmato statim Beatum fratrem ducatus cōsortem accepit,sed cum perturbationes iterū magis ac magis indies suscitaret à populo magistratu priuatus,in patibulo uitam exhalare fecerunt.

5989 790 Beatus autē ipsius Obelerii ducis Germanus.10. Venetorū dux post fratrē prædictum ducauit an.3.& die.4.Cuius instigatiōe cū Pipinus Caroli filius Venetis bellū induxisset, eósq; apud Taruisiū superasset,Veneti cū eodē filio,& eius patre Carolo per fœdera conuenerūt,quibus fœderibus actū est,ut Beatus ipse ad Mathemaucū in exilium mitteretur, quamobrē indignati Veneti Eracleā destruxerūt,& tūc multi Eracleani nobiles in urbem confluxerunt,quorū aduentu Venetiarū ciuitas plurimū aucta fuit, quo etiā anno Aquileienses,deserta Aquileia Venetiarū ciuitatē populariter cōmigrarunt,adeò tunc secunda urbis conditio fuisse dicatur,qui postea urbi optimum regendi modum tradiderunt.

5991 792 Angelus Baduarius.11. Venetiarū dux hoc anno defuncto Beato in Riuoalto omnium

suffragiis creatus dux, ducauit annis.18. qui magistratu inito confestim palatium in insula Riualti nunc extans ædificare cœpit, quo completo, post tertium annũ cum esset Eraclea nus Parthiciachus Eracleam destructam denuo reædificauit, & nouam ciuitatem ipsam ap pellauit, quæ & nuncusque episcopatus ratione nomẽ retinet. Hic duos filios suos ducatus consortes assumpsit, & monasteriũ sancti Zachariæ ædificauit, atq; ibidem sancti ipsius re liquias collocauit, sed & tẽplũ beato Hylario sua impensa cõstruxit, in quo sepeliri uoluit.

Leo papa.99.  Eo eius nominis.3.papa, Azulpho patre Ro. natus, post Hadrianum pontificem, sedit annis.20.men.5.& dieb.9. Vir quidem doctissimus, qui ab ineunte ætate ita disciplina ecclesiastica eruditus fuit, ut dignus esset, qui cæteris pro poneretur. Erat præterea castus, integer & pudidcus, facundus, & doctorum uirorum, ac pauperum amator, atque orphanorum pupillorúmque procurator ac defensor: qui dum aliquando cleri professionem à beato Grego. institutam perageret, excitato tumultu Paschalis primicerii & Cãpuli præsbyteri machinationibus interceptus est apud sancti Siluestri ædem, & multis uerberibus cæsus, ac lingua oculisq; priuatus in carcerem coniectus est. Verum omnipotens deus mox illi uisum loquelámq; restituit, unde & postea Albini cubicularii sui auxilio liberatus, & ad Petri basilicam perductus, ibidem diu latuit, donec Vinigisius Spoletanorum dux cum cohorte accersitus ad Spoletanam urbem eum perduceret. Quo audito eius & Albini domus direptæ sunt. Leo autem confestim ad Carolum de iniuria cõquæsturus iu Galliam perrexit. Carolus autem auditis seditiosorum in pontificem iniuriis, ipsum cum honesto comitatu Romam remisit. Cui ad pontem Miluuium clerus cum ingenti gaudio cum omni populo obuiauit, & non multo post, Carolus ipse pro componendis rebus subsecutus est: ubi ex omni Gallia & Italia episcopos conuenit, ut in Petri basilica synodum habuit, à quibus astante populo & clero de uita & moribus Leonis papæ sententias rogauit. Leo autẽ hic offensus id iudicium quammaximè expostulabat, sed cum omnes affirmarent sedem apostolicam caput omnium à nemine iudicari debere, ipse coram Carolo & uniuerso cetu sumpto in manibus euangelio, ut habetur in Cano.2.q.5.c. Auditu. Iuramẽto affirmabat se omnium rerum quæ sibi obiiciebantur insontem esse. Põtifex itaq; infamia liber, Carolo aliquam relaturus gratiam, cum uideret imperatores Constantinopolitanos ægre id nomẽ tueri, idibus Decembris anno salutis nostræ.800.in basi.beati Petri, post sacra solennia apo. Ro. præcibus rogatus, Carolum Ro. imperatorem declaratũ, dyademate decorauit, acclamente ter populo, Carolo Augusto à deo coronato magno, & pacifico imperatori uita & uictoria: inunxítq; eum põtifex unà cum Pipino filio, quem regem Italiæ declarauit, ac sic Carolus oblitteratum iam penè in Italia Ro. imperium reassumpsit, assumptáque imperii dignitate, Carolus nouas leges cõscripsit, quas per omnem Ro. orbem obseruari uoluit, & pontificis Decreta publico ædicto itidem mandauit obseruari, sed & omnium imperatorum leges solicite obseruari monuit, ut habemus in Can.10.di.c. De epistolis. Voluit item omniũ doctorum scriptis decreta põtificum præponi, ut di.20.c. De libellis: uetuit quoque ne qua ecclesia siue parrochia sine Christi prouisione regeretur.10.q.1.c. Regenda: mandauit præterea Christianos non pluribus, sed uno tantum patrino in baptismo uti debere, ut de conse. di.4.c. Non plures. Tandem hospitali permagnifico apud sanctum Petrum extructo, ac aliis multis, tum spiritualibus, túmque temporalibus ecclesiæ exhibitis beneficiis, moritur, & in beati Petri basilica idibus Iunii sepelitur. Et tunc cessauit sedes dies.3. 5995 796

Carolus magnus in ungitur imperator.

Viri disciplinia excellentes.

Paulus Longobardus historicus Aquileiẽsis patriarchatus dyaconus, ac Desiderio regi suo familiarissimus atque clarissimus, per hoc tempus & doctrina & eloquẽtia plurimum claruit, quem cum Carolus magnus cũ Desiderio rege suo captiuum duxisset in Galliam, postea ob ingenii sui magnitudinem eum summo habuit iu præcio, ubi cum multo tempore constetisset, postmodum diuina inspirante clemẽtia Cassinense monasterium ingressus, omne uitæ suæ tempus maxima cum sanctitate consummauit, hic cnm esset eloquentissimus uir, Aldepergæ Desiderii filiæ & Arachis eius matris rogatu, Eutropii historiis duos libros addidit, rogatúque Caroli uitas & lectiones cuilibet sanctorum festiuitati conuenientes colle-

nientes collegit, hymnos etiam elegantissimos ædidit, inter quos Vt queant laxis resonare fibris, hymnus elegantior habetur, multas quoque epistolas humanitatis & succi plenas ad Carolum dedit.

Isuardum quoq; monachum, natione Gallum, uirum in omni doctrina eruditissimum tempestate hac floruisse constat, eo quod Eusebii Cæsariensis more, Caroli magni iussu omnes actus & sanctorum legendas breues elegātissimo stilo in unum collegit, & in uno uolumine redegit, quod martylogium appellauit Martylogium quis ædidit.

Alquinus natione similiter Gallus, Caroli magni (ut aiunt) præceptor, uir Græca Latináque lingua egregiè doctus, necnon & theologorum philosophorúmque sui temporis princeps, his temporibus eas ob res apud Carolum magnum maximo in precio habitus est, qui & Bonifacii Maguntini episcopi precibus, orationes missales atque alia ecclesiastica officia Gotthorum perturbatione perdita optime refecit. Atque eius rogatu Carolus Gymnasium è Roma Parisius transtulit, quod etiam ab Athenis eò loci translatū fuisse constat. Gymnasiū Parisii.

5995 796 Rolandus Palatinus comes Caroli ex sorore nepos, miræ magnitudinis & incomparabilis uirtutis & fortitudinis uir, cuius quidem gesta etiam nostris temporibus cantatissima habentur, hoc anno cum Pyrenæos Hispaniæ montes, sic enim à crebris ignium fulminibus illi montes cognominantur, una cum Carolo & cæteris ducibus trāsierit, in Guasconum insidias incidit. Et prælio inter eos inito post multam & ingentem æditam hostium cædem. Rolandus ipse unà cum Anselmo Egibardóque summi Caroli duces, licet se acriter tutatus fuisset, cedit. Eo tamē in prælio Vasconos ipsa a Carolo superati meritas perfidiæ suæ dederunt pœnas, sunt tamen qui dicant Rolandum hunc, sitim, non uulnere periclitasse, post cuius interitum paulòpost in Ronciuallo multi Christianorum contra infideles decertantes ciciderunt, inter quos ferunt .15. reges nostros decessisse. Rolandus Caroli nepos.

5996 797 Nicephorus patricius .37. Constātinopolitanus imperator post Hyrenem Augustam imperauit annis .9. Hic egrè ferēs Hyrenis imperium, eam iam senem dolo cœpit, & in Lesbum insulam relegauit. Is enim cū esset cupidus & auarissimus egit, cuius rei causa etiam multos ciues suos lesit. Qui imperio suscepto hoc bonum tantum agere sciuit, quod fœdus antè per Hyrenem cum Carolo initum per legatos renouauit. Contra hunc Aron Saracenorum admiratus cum trecentis milibus in Asiam uenit, ac Nicephorus, ut pacem consequeretur, trecenta aureorum milia in annos singulos promisit, cuius filius quem imperii consortem fecerat, cum eius fœdera postea rupisset, multa incommoda ab eisdem recepit. Nicephorus impe.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER VNDECIMVS.

Carolus magnus impe.





AROLVS igitur cognomento magnus, pro suis egregiis meritis singularique erga omnium Christianorum libertatem fide, hoc anno scilicet.5.pontificatus Leonis papæ, summi imperii dignitatem, quæ quingentis fermè annis a Constantino magno fuerat amissa, & iam nimia uetustate oblitterata, egregia sua uirtute Occidẽti restituit, & Augustus appellatus imperatorum nomẽ dignitatémque suscepit, & non solum, ut præmissum est, assentiente, sed etiã applaudente, Po. Ro. atque ita imperauit annis.14. Cuius excellentissimam uitam & egregia ac fortissima eius bella sic introducimus, mortuo namq; patre ipsius Pipino & Carolomano fratre, ipse totius regni gubernacula suscepit. Et intelligens Himoldum olim Aquitaniæ regem uirum sanè potentissimum, Aquitaniam ferme totam ad defectionẽ perduxisse, quam pater eius Pipinus armis sibi subiecerat comparato magno exercitu, ingenti celeritate ipsi Himoldo regi obuiam progreditur, atque eius conatus primo aduentu repressit, nec multo post etiam eum superauit, & regnum obtinuit, his confectis rebus Hadrianus papa cum à Desiderio opprimeretur, audita Caroli fama ipsum per legatos monet, ut ecclesiæ Ro. auxilio adesse dignaretur, aliter de ea actum esset, quibus uerbis permotus Carolus in Italiam maturandum sibi existimauit, & alpibus superatis in Thaurinensem agrum posteà Vercellensem, ubi Desiderius castra posuerat descendit, & utrinque pugna commissa, Longobardi magna suorum parte amissa fugam arripuerunt. Desiderius uero fusus Papiam cum paucis trepidus se recepit, sed & non multo post, cum Carolus per Bernardum patruelem suum.6.mensi.urbem obsedisset, tandem deditione facta Desiderium cœpit, ipsúmque cum uxore, ac filiis secum in Galliam duxit, ut etiam habetur in Can.23.q.8.c.Hortatu & precibus Hadriani. Statímque omnes Italiæ urbes quæ ad Desiderium defecerant recuperatis, põtifici restituit. Ob cuius rei gloriã Carolus præsentibus episcopis multis ob pontificem laudatus est, & præconiis amplissimísque priuilegiis, ac titulis insignitus in Galliam perrexit, Carolomani fratris uxorem, ac liberos secum ducens, quos quidem semper precipuo habuit in honore, reuersus quoque ex Italia, Carolus nulla interposita mora in Saxones idolatras, qui ob eius in Italiam discessum rebellauerant, bellum mouet, eósque (cum quibus ad.30.annos bella gesserat) uicit, ad Christi fidem suscipere coegit, uerum Saxonico durante bello, multas interim suscepit expeditiones, quas ita integrè administrauit, ut per uniuersum orbem eius fama diuulgaretur, diceretúrque ipsum non sine diuina ope bella gerere. Erat autem Carolo huic in bellis gerendis iste primus propositus finis, ut Christianæ fidei legem quantum in se esset extolleret, & eius omnes aduersarios deprimeret. Conuersus uero in Hispanos à fide nostra alienos Pampalunam, & Augustam nobilissimas Ciuitates cui cœpit, captásque militibus suis diripiendas concessit, nullo pacto eis pacem daturus, nisi Christi fidem integrè reciperent, in

Galliam tum quoque rediens rebus bene ex sentētia gestis, dum Pyrenæos transit in Guasconum hominū insidias incidit, quo in prælio licet acriter se tutatus fuerit, Anselmum, & Egibardum atq; Rolandum suum ex sorore nepotem, summos in bello duces amisit. Guascones deinde à Carolo superati, defectiones, ac perfidiæ suæ meritas dedere pœnas. Britones quoque qui eius mandata neglexerant paulòpost superauit. Beneuentanis præterea, qui pontifici Ro. bellum inferre statuerant, his auditis tantum terrorem incussit, ut iureiurando adepti, pollicerentur se in posterum perpetuo sub ecclesiæ ditione permansuros. Dum autem hæc in Italiam gerūtur, Taxillus Bauariæ dux, Desiderii (ut diximus) gener stimulis uxoris concitatus, Hunnis sibi confinibus solicitatis, bellum in Carolum mouet, quod quidem Carolus celeritate sua prius penè confecit, quàm ab ipso inchoatū fuerit, huic etiam pacem non negauit, obsidibus antè receptis, cum per idem tempus quidam Abdorici Valataborum aliarùmque Bauarorum gentium uariis excursionibus, incendiis, cædibúsque uexarentur, opem à Carolo pro societatis iure petiere, quos quidē unico nuncio sua authoritate in officio continuit. Quibus gestis cum in magna gloria magnisq; opibus Francorum regnum perduxisset, Carolus statuit aduersus Vngaros qui hostibus suis auxilia subministrauerant, bellum suscipere. Hos cum multis uicisset prælus, tandem. 8. anno postquam bellum susceperant pœnitus superauit, nec constat ullum unquam bellum à Carolo gestum in quo maior hostium fuerit cædes ædita, maiórque illo illata clades. In eo nempe ut omnes authores conueniunt ingentem Vngarorum multitudinem & pene nobilissimum quemque eo bello assumptum, maximam quoque uim auri atque argenti, multámq; præciosam suppellectilem quam Hunni uariis ex gentibus direptam in suum cōgesserant regnum, Franci in Galliam transtulerunt. Nec multo post rebellantibus undiq; multis, rursus Pipinum filiū in Vngaros misit, quos grauibus præliis superatos ad deditionem compulit. Adelphonsus autem eo tēpore Austriæ & Gallaciæ rex, acceptis à Carolo auxiliaribus copiis, superatisque Saracenis, Vlixbonam ciuitatem ui cœpit, qui uero in præsidio Barchione erant, audita Adelphonsi uictoria Carolo se confestim dedunt, superantur & Bauari qui Foroiulianos uexabant ab Henrico Caroli præfecto, sed & cum Ro. aduersus Leonem ponti. coniurassent, & urbe eum pepulissent, Carolus ponti. audito confestim cum exercitu in Italiam uenit, & ibidem omni tumultu sedato, pontificem cum ingenti gloria in sedē restituit, à quo pro suis benemeritis Augustus, & imperator appellatus, diademate & imperiali donatus est, accepta uero imperii potestate in Galliam proficiscens incredibili honore exceptus est. Ferūt hæc bella. 46. annis, quibus regnauit incredibili felicitate, tum magnitudine quadam animi, tum etiā ingenii atque consilii Carolum non solum gessisse, sed etiam confecisse, quibus regnum satis amplū à patre acceptum longe maius posteris suis reliquit. Vnde eam sibi famam per uniuersum mundum comparauerat, ut undique ad eum legationes conuenirent, amicitiámque publice ac priuatim peterēt, nonnulli autē authores tradunt & præsertim dominus Iacobus de Voragine theologus Genuen. archiepiscopus, in sua chronica rem memoratu dignam, Carolū in Longobardorum bello apud Genuam conuentū habuisse, ibidémq; ad preces Constantini imperatoris, Cōstantinopoli classicos exercitus cōtra Aphros & Saracenos comparasse, quibus fretus auxiliis in Barbaros Hierosolymam occupantes exercitum duxisse, profligatisq; exinde Barbaris atque ex omni prouincia pulsis, Christianos in Hierosolymam restituit, & firmis muritam præsidiis relinquens Bizantium ad Constantinum imperatorem profectus, magno & incredibili honore susceptus est, ibique cum oblatos thesauros repudiasset, multis sanctorum reliquiis donatus est, ac paulòpost in Galliam rediens coronæ domini nostri Iesu Christi partem, partémque dominicæ crucis & clauum unum, sudariúmque, necnō & beatissimæ uirginis Mariæ camisiam secum detulit, ad basilicam Aquisgrani transmisit. Carolus autem ob beneficium à Genuensibus susceptum cum eorum ciuitas parum humane à Longobardis fuisset gubernata, & in protectionem suscepit, & multis priuilegiis exornauit, ac deinceps cum summa iustitia & humanitate gubernauit, quibus & ducem pro administranda repu. primnm præfecit, concessit & Venetis extunc propriis uti legibus. Florentiam deinde Hetruriæ urbem desertam instaurauit, & ciues suos in ea cum summa charita-

Egibardus & Rolandus excellētissimi uiri occisi.

Taxillus Bauariæ dux.

Adelphōsus austriæ & Gallaciæ rex.

 te collegit,

te collegit, ac alia pené innumerabilia beneficia Italiæ urbibus contulit. Cæterum enarratis Caroli huius clarissimis gestis, restat, ut eius habitum naturámque, ac mores conscribamus. Fuit in primis Carolus hic statura procera, lato pectore, latis humeris, magnis oculis, naso pauló eminentiore, forma denique totius corporis adeó pulchritudine eximia, ut decorem simul cum quadam regia maiestate coniunctum, præ se ferre uideretur, habebat in uoce splendorem, in incessu grauitatem, totóque corporis motu summam dignitatem, promissam gerebat barbam, ualitudine erat prospera, pro qua uenationibus, Francorum more plurimum studebat. Fuit præterea amicorum studiosissimus, pietate in parentes, amore in filios, atque in omnes alios humanitate superabat. Berta Constantinopoli imperatoris filia ei mater fuit, quam semper summo in honore & reuerentia habuit, sororémque unicam habuit, quam certé incredibili amore semper dilexit. Omnem denique familiam suam tanta complectabatur charitate, ut quocunque accederet, secum habere uellet. Fuit etiam in remunerando largus, in puniendo mitis & clemens, in iudicando æquus, in gubernando moderatus, erga hospites, peregrinos, ac omnes eos qui paupertate nimia laborabant, summa liberalitate profusus. Cœnobia (ut Aquilinus præceptor suus ait) ad numerum literarum alphabeti fundauit extruxitque, ac copiose prædus aliisque bonis dotauit, adeó etiam cum per ocium ei liceret, studio delectabatur litterarum. Erat enim non modo Latinis, sed & Græcis literis sufficienter instructus, filios quoque suos doctissimis hominibus erudiendos tradidit, & filias ne ocio torperent lanificio assuescere fecit. Pontem opus egregium quingentorum latitudinis apud Maguntiam extruxit, regias insuper ædes uariis in locis per tempora ædificauit, & inter cætera in ciuitate Aquisgrani, ubi regni sui sedes erat, templum maximis sumptibus beate Mariæ dicatum condidit, rebus autem suis ita compositis dum Aquisgrani esset ualitudinis causa propter aquas calidas quæ ibi scaturiunt, febre ac laterum dolore correptus, moritur anno scilicet ætatis suæ.72.calen. Februarii, salutis uero nostræ anno.815. Eius uero corpus cum ingenti pompa in templo beatæ uirginis Mariæ, quod ipse extruxerat sepelitur, hoc scilicet epigrammate notato, magni Caroli Christianissimi Romanorúmque imperatoris corpus hoc sepulchro conditum iacet. Fuit autē Carolus ipse, si cuius res, tum domi, tum foris gestas inspicis, tātæ amplitudinis & integritatis uir, ut postea neminē parem, nedum superiorē Gallia habuerit.

Pipinus Caroli magni filius.

Pipinus autem ipsius Caroli filius natu maior, & ipse eodem anno, quo & pater Augustus á Leone papa solenni Decreto Italiæ rex declaratus, regnauit annis.13. uir quidem clarissimus, nec patri ulla in uirtute dissimilis, & ideo pater de eius præstantia confisus ante susceptam imperii dignitatem eum in Vngaros misit, quos cito grauibus præliis superatos ad deditionem compulit. Eóque bello egregié confecto, pater ipsum in Beneuentanos misit, qui Grimoaldo duce finitimos pontificis agros turpiter uexabant, eos namque ita perdomuit, ut egré se mœnibus tuerentur. Verum cum per aliquot menses frustra eos oppugnasset, Theate se contulit, & oppidum ui cœpit diripuitque ac incendit, inde in Orthonam & Luceriam mouens, eandem terrore percussas in deditionem accepit, & ibidem Grimoaldum ducem compræhendit, quo pacto, non ita multo post animi dolorem periit. Hūc etiam pater Carolus in Venetos sibi infideles falso accusatos misit, & Eracliam atque Equalium inuasit, propter quod multæ familiæ nobilium Venetias migrarunt, quibus gestis etiam multis aliis præliis egregié confectis, Mediolanum ueniens, ibidem uitam cum multa gloria in pace finiuit.

Corpus sancti Marci euangelistæ. Venetie delatū est.

Iustinianus patriarchus.12. Venetorū dux, hoc anno patri Angelo, in Riuoalto suffragiis omnium suffectus, ducauit annis.2. & men.6. uir certé tanto magistratu benemeritus, 6009 | 810
cuius uirtutibus atque industria res Veneta plurimum creuit, unde & rogatu Michaelis Constantinopolitani imperatoris, classe non modica contra Mauros Siciliam in insulam occupantes misit, quos tamen haud prohibere potuerunt, quo minus magnam ipsius insulæ partem uastarēt. Cuius & temporibus corpus diui Marci euangelistæ á quibusdam mercatoribus ex Alexandria Venetias delatum est, ubi & postmodum in magna ueneratione habitum in celebriori urbis loco, in eius honore celeberrimum templum ipse fundauit, quod frater eius Ioānes successor postea perfecit, in quo quidem multa dona ipsi Germani duces primum,

ces primum,& postea posteri recondidere,& tunc Senatus Venetus, Marci ipsius imaginem tanquam urbis patronum in uexillis suis deferri statuit. Hic inter cætera beati Hylarii episcopi templum multis exornauit donariis,& collocatis ibidē sacerdotibus multis, qui diuina quotidie celebrarent,prouentus multos quibus uiuerent,assignauit, & ibidem corpus suum tandem sepeliri mandauit.

6010 811 Ademarus quidem,natione Gallus,Caroli magni,& Pipini eius filii Italiæ regis necessarius Francorum comes,his temporibus ab ipsis Augusto patre & rege filio eius,Genuensium dux præficitur,uir quidem ingentis animi,& bellorum tum terrestrium, tum naualium scientissimus. Nam (ut dictum est) cum Genua ciuitas à Rhotario Longobardorum rege Ro.fuisset ablata,& immanè satis ab ipso rege & cæteris Longobardis diu fuisset gubernata,hac tempestate in Caroli ipsius manus deueniens,cum summa iustitia atque humanitate tam ipse, quàm reliqui imperatores Galli, per centum annos gubernauerunt, atque illi omnes Liguriæ ciuitates unà cum Corsica insula subdiderunt,& Ademarū hunc illi ducem præfecerunt.Qui Ademarus magistratu suscepto, ut erat ingētis animi uir,cum intellexisset Mauros etiam Corsicam occupasse, coadunato exercitu suo,ueloci cursu eò concessit,& impetu facto.14.eorum naues cœpit & demersit,& innumerabilibus cæsis insulam ab eisdem liberauit,sed eo ab ipsis Mauris tandem interfecto,Corsica nihilominus à successoribus Genuensibus conseruata est. Ademarus Gallorum comes.

6011 812 
Ichael.38.Constantinopolitanus imperator,hoc anno post Scauratium sororium suum imperium assumens, imperauit annis.2. Nicephorus imperator eius prædecessor prælio à Bulgaris in superiori Mesia superatus, statim occubuit, & Scauratius eius filius in eodem prælio etiam uulneratus, cum Constantinopolim reuersus fuisset,in locum patris in imperio successit, & tribus tantum mensibus imperauit, eo quòd Michael iste eum dispòsuerit, & illi etiam successit, uir sanè pius & sanctarum traditionum æmulator, qui imperio suscepto confestim in Gallias ad Ludouicum imperatorem oratores transmisit, qui eum consulerent, quid de imaginibus fiendum censeretur, quos benignissimè suscipiens illos ad pontificem Romanum remisit dicens, hæc ipsa pontifici interesse decreuere. Hic autem cum aliquandiu aduersus Bulgaros præliis superior existens, postremo apud Andrinopolim uictus fugatúsque, copias atque animum amisit, Constantinopolímque reuersus imperio se abdicauit, & monasterium intrans usque ad mortem religiosissimè ibidem uixit. Michael imperat.

6012 813 Ioannes parthiciachus.13.Venetorum dux,hoc anno post Iustinianum fratrem in Riuoalto ab omnibus dux constitutus, ducauit annis uigintitribus, & dieb.19.hic fratri Iustiniano prudentia & religione persimilis fuit,& diui Marci templum à fratre fundatū excellentissimè perfecit,hic ex senatuscōsulto exercitum in Methemauco cōtra Obelerium Methemaucensem nonum ducē ibidem exulatum duxit,& eo tandem superato ac interfecto,Methemaucensem ipsam ciuitatē destruxit.Quamobrem Ioānes ipse à Ludouico imperatore in Franciam uocatus accessit,cuius absentia senatus Venetus Castellano episcopo,& duobus ciuibus Riuialti curam administrationis reipu.quoadusq; regrederetur tradidit,deniq; cum bona gratia ex Francia reuersus,cum nimium luxuriæ ocióq; uacaret,& reip.curam postponeret,ciuili tumultu è ducatu deiicitur. At ille in se reuersus delictum recognouit, & monasticum habitum suscepit, ingressúsque monasterium, reliquum uitæ suæ tempus in orationibus lectionibúsque, ac ieiuniis contriuit.

Bernardus aūt Caroli magni nepos,hoc anno post Pipinū à Carolo magno, Italiæ rex declaratur,& regnauit annis.5. Hūc autem cum Carolus constituit regem, mādauit ut in omnibus Ludouico eius filio & imperii successori obtemperaret, sed Carolo mortuo eius mandatis obsequi noluit, imò quibusdam episcopis Italicis & seditiosis ciuibus instigantibus ab imperio omnino defecit,& ciuitates quasdam ac populos in sua uerba iurare coëgit.Quā ob causam Ludouicū imperatorē in se ad iracundiā cōcitauit,& propterea quosdam copiarū suarū duces,cū ualida manu ex Gallia in Italiā cōtra Bernardū misit. Quorū impetus cū ipse Bernardus retardare conaretur, ab ipsis in Alpibus superatus est, & ibidē

seditionis authores capti statim necantur, ipse autem Bernardus quamuis supplex ueniam precaretur, Aquisgrani perductus, capitali supplicio punitur: episcopi quoque tanti mali authores, & rei synodali decreto, in monasteriis diuisis tanquam ad carceres perpetuos relegati fuerunt.

Ludouicus pius frãcorum rex & impe.



Vdouicus eius nominis primus cognomento Pius, secundus post Carolum Gallorum imperator, hoc anno patre Carolo defuncto imperium suscipiens, imperauit cum Lothario filio annis.25. qui imperio suscepto contra Vascones qui ab imperio defecerant, bellum induxit, cum quibus per multos annos grauissima bella commisit, & tandem in suam potestatem eos redegit. Deinde Britones seu Anglos res nouas molientes armis in officio continuit. At postea Saracenis Cæsaream Augustam incolentibus concessit: his optime & feliciter gestis apud Aquisgranum conuentum habuit, ubi & Lotharium natu maiorem assentientibus cunctis imperii, socium sibi delegit, & Pipinum secundũ Aquitaniæ, ac Ludouicum tertium filium Bauariæ reges appellauit: post contra Bernardum prædictum Italiæ regem ab imperio deficientem bellũ mouens eum superauit, & interfecit, ut prædictũ est: quo tumultu sedato in Saxones iterum ab imperio deficientes copias mittit, eorũmque tyrannum uero Marchũ, regnum affectantem, & secum aggredi ausum, superat & interficit, Bulgaros præterea Pãnonios inuadentes primo quidem reppulit. Verum cum Naydo Aquitaniæ præfectus rebellasset, Aderemani Saracenorum regis auxiliis fretus, tantum bellum omittere necesse fuit, hanc obrem Bulgari per Pãnonias in Dalmatiam infesto agmine penetrarũt, sed antequam Ludouicus ipse in Naydonem mouisset, magnam Hispaniæ partem, deficientibus populis, iam occupauerat, dimissa circumquaque classe, quæ maritimas uexaret ciuitates: solus autem Bernardus Barchinonensis comes terra marique uexatus in imperatoris fide permansit. Lotharius uero Italia pacata in Galliã rediens, cum Ludouicus pater Carolum, cui Caluus postea cognomẽ fuit, natu minimum fratribus cæteris, in omnibus præfert, inuidia stimulatus, ipsum Ludouicum patrem imperio deposuit, & captũ in custodia reclusit. Verum eodem anno inter eos conuẽtione facta ipse Ludouicus liberatus in imperio restituitur. Erat autem Ludouicus natura clemens, atque mitissimus, qui cum regni & ecclesiæ iura semper tutatus fuisset.25. imperii sui anno moritur, & in beati Arnulphi basilica sepelitur. 6014 815

Stephanus papa.100.



Tephanus eius nominis.4. papa, Iulio patre Ro. natus, hoc anno Leoni pontifi. suffectus sedit an.3. & men.7. uir quidem nobilissimus, & nobilissimis parentibus ortus, ac multæ doctrinæ & integritatis pontifex, qui suscepto pontificatu post.3. mens. ad Ludouicum in Gallias profectus, apud Aurelianos ipsum inunxit, ac coronauit, atque inibi Campulanis (qui tunc inualescebant) sedatis, compositisque Italiæ rebus, Romam rediit, secum crucem magnæ existimationis deferẽs, quam quidem Ludouicus prædictus imperator sua impensa beato Petro dicauerat: moriens denique hic sanctissimus ponti. in beati Petri basilica sepelitur, & tunc cessauit episcopatus dies undecim. 6016 817

Paschalis papa 101.



Aschalis eius nominis primus papa, Bonosi cuiusdã Ro. ciuis filius, hoc anno Stephano prædicto ponti. succedens, sedit annis.7. men.3. diebus.7. Hũc prædictus Stephanus ponti. dum uiueret, propter eius uirtutes atque doctrinam monasterio beati Stephani abbatem præfecerat: inito igitur pontificatu confestim cleris quibuscũque anathematis pœna mandauit, ne ecclesiastica beneficia à quouis seculari obtinere præsumerent, ut habetur in Cano.16.q.4.c. Si quis clericus. Deinde Lotharium Italiæ regem à Ludouico patre constitutum in basilica beati Petri inunxit, Augustũmque etiam appellauit, postea multa sanctorum corpora minus religiose iacentia in urbe, cum magna ueneratione introduxit, honestiũsque recondidit. Et tẽplum beatæ Praxedi à fundamentis extruxit, multa quoque sanctorum corpora inibi & congregationem Græcorum collocauit. Ferunt etiam beatæ Ciciliæ ecclesiam ab eo conditam fuisse, ubi tanquam in honestiori loco ipsius uirginis, ac Valeriani Tyburtiique corpora sociarentur. Multas etiam basilicas uetustate quassatas restituit, ac multos captiuos persolutis creditoribus libera- 6019 820

ribus liberauit. Tandem cum nullum religionis prætermisisset exemplum.8.pontificatus sui anno moritur, & in beati Petri basilica sepelitur.

6020 821 Michael iunior.40.Constantinopolitanus imperator,post Leonem à se interfectum,imperauit annis.9.Nam Michael senior,cum ab imperio se abdicasset, Leoni Pardi patricii filio imperium dimisit,qui suscepto imperio statim Grūminum Bulgarorum regem Andrinopoli potitum, & in Constātinopoli arma uertantem circa urbis mœnia interfecit, propter quod Orientale imperium per aliquod tempus pacatum fuit: cunque & ipse.8. annis imperasset, ab isto Michaele domesticorum suorum comite interfectus est,& ita imperium huic Mechaeli per arma permissum est. Qui principatu accepto, confestim Venetis inhibuit ne mercimonia Occidentis in Asiam perferrent, eósque compulit classem in auxilium Siculorum contra Saracenos mittere. Michael iunior.

6026 827 Eugenius eius nominis secundus papa,natione Romanus, patre Boemūdo natus,hoc anno Paschali prædicto suffectus,sedit annis quatuor.Cuius tempore octauum scisma fuisse ferunt,uidelicet inter hūc Eugenium & quendam nomine Zinzinum,propter patrum discordias. Sed Eugenius hic propter eius religionem,sanctitatem, doctrinam, humanitatem, atque eloquentiam,omnium consensu tandem obtinuit : qui inito pontificatu, cum Roma fame ingenti laboraret, frumentum adeo abundanter in urbem introduxit,ut nullibi uilius quàm ibidem annona uenderetur,pauperum uero pupillorum,ac uiduarum causas ita tutatus est, ut ab omnibus pauperum pater appellaretur. Tādem cum optimus hic pontifex in artibus hic perseueraret, ab æmulis (ut quidam aiunt) oculis excæcatur, & martyrio coronatur,eiúsque corpus in basilica Petri cum omni deuotione sepelitur. Eugenius papa.102.

6029 830 Valentinus papa,patria Ro. Leontino patre natus, Eugenio pontifici suffectus,sedit diebus.40. Qui apud Paschalem & Eugenium prædictos pontifices sanctissimos à teneris annis enutritus,doctrinam & rationem bene uiuendi usque ad maturam ætatem didicit,adeo quippe uirtuosus & sanctus euasit, ut cum tantum dyaconus haberetur, summum pontificatus gradum Valentinus ipse meruit.Creatus itaque omnium cōsensu pontifex,non secus quàm in priuata uita se habuit, scilicet in pietate,clementia,& liberalitate, ita ut nulli maiorum in pontificatu secundus sit habitus.Verum existentibus fortasse hominum peccatis, qui tunc aderant.40.pontificatus sui die mortem obiit,& in beati Petri basilica sepelitur. Valentinus papa 103.

6030 831 Gregorius.4.papa, ciuis Romanus, patre Ioanne natus. Valentino pontifici succedens, sedit annis.16. uir nobilitate insignitus, sanctitate clarus, doctrina & eloquentia præcipuus, ac diligentia solitudinéque rebus in omnibus admiratione dignus. Qui pontificatu suscepto, mox corpus beatissimi Gregorii transtulit,& ubi nunc iacet magnis cum ornamentis collocauit, corpora etiam Sebastiani & Tyburtii ad basilicam Petri transferri curauit. Insuper & rogatu Ludouici imperatoris omnium sanctorum cōmemorationem in calēdas Nouēbris instituit obseruandam,quam quidem celebritatem Galli,& Germani primo obseruare cœperunt:post multa autem bona opera,denique hic sanctissimus Grego.obiit, pōtificatus sui anno.16.& in basilica Petri sepelitur,& tunc sedes uacauit dies quindecim. Gregorius papa.104. Omniū sanctorum festiuitas

6031 832 Grandinem autem miræ magnitudinis hoc anno in Galliam decidisse tradunt, quæ pecora multa & nonnullos homines interemit, uisum est tunc in ipsis grādinibus quoddam grandinis granum durissimum longitudinis pedum duodecim.

Centum Ethruriæ oppidum.

6032 833 Centum Cellensis Ethruriæ oppidum,quod nunc ciuitas uetus appellatur, hoc anno ab Aphris Saracenísque in eiusdem portu, ex Aphrica delatis occupata,& bonis omnibus expoliata exuritur. Superioribus enim temporibus regnante Bernardo Caroli magni nepote in Italia, Saraceni iterum destruxerunt eam,sed Grego.3.ut supradictum est, eandem ciuitatem seu oppidum penè desertum resti-

sertum restituerat. Fuit ipse locus per tempora Hadriani imperatoris ciuitas non ignobilis, in qua idem Hadrianus centum ædificauit cellas, centum uidelicet iudicibus ibidem ab ipso institutis, pro audiendis causis eo præsente deputatus. Quo quidem in loco, ut supra diximus, diuus pater Augustinus eremitas sanctos inuisit, & ibidem nonnullos ædidit libros, ut ipse Retractionum suarum libro commemorat, & sunt qui dicant eundem libros de trinitate dei ibidē inchoasse. Hi itaq; Saraceni inde Romā cum exercitu uenientes urbem oppugnauere, & suburbaniis incensis etiam beatorum Petri & Pauli basilicas exussere, sed mox à Guidone Lombardiæ Marchione, auxilio etiam Longobardorum, Saraceni ipsi ex Italia pulsi sunt, qui ex Italia recedentes Tarentum & Siciliam omnem inuaserunt, quam magna ex parte occupata, Panormum urbem uastauerunt. Bonifacius autem Corsicæ dux, cum auxiliis primo Genuensium suorum, ac quorumdam Tuscorū classe in Aphrica delatus, inter Vticam & Carthaginem quater cum eisdem congressus, tantam illorum stragem ædidit, ut coacti fuerint Mauri suos ex Sicilia reuocare, qui patriæ laboranti opem ferrent, hac itaque ratione Italia & Sicilia, hostibus liberatæ sunt.

Bartholomei apostoli translatio.

Sicardus quidam Beneuentanorum præfectus, huic bello presens extitit, qui ueritus ne sanctissimi Bartholomei apostoli corpus in Barbarorum manus deueniret, ex Lypari insula, illud cum magna ueneratione Beneuentum transferri fecit.

Viri disciplinis excellentes.

Rabanus monachus, natione Germanus, Maguntinus archiepiscopus, theologus quidem præclarissimus, ac insignis poëta, per hoc tempus in prosa & carmine duobus dicendi modis plurimū ualuit, & multo in precio fuit, qui ex ingenii sui magnitudine multos commentatus est, & ædidit lib. quorum tituli sunt isti, prout inuenire potui, & primo super Genesim lib. 4. incipit, In principio: super Exodum lib. 4. Exodus exatus. Item super epistolam ad Ephesi. li. 3. super Leuiti. li. 1. sequentis libri. De institutione clericorum li. 1. super Deutero. lib. 1. Hæc sunt uerba: super Matthæ. li. 8. Expectationem itaque: super librum Paralipo. & super Macha. lib. commentatus est, habuitque sermones ad populum plures & elegantes. Item de laude sanctæ crucis lib. 11. De uniuerso lib. 22.

Theodulphus episco. Aurelianen. — Theodulphus Aurelianensis episcopus, uir genere scientiáque ac disciplina præcipuus, his etiam temporibus in precio existens, apud Ludouicum impera. falso accusatur, & carceri mancipatur, ubi & nonnulla insignia ædidit monumenta, & præcipuè uersus illos, qui in ramis palmarum antè fores ecclesiarum decantantur composuit, uidelicet, Gloria laus & honor tibi sit rex christe redemptor: quibus & aliis multis æditis, contigit imperatorem in festo palmarum illàc iter facere, dúmque episcopus illos decantari faceret, imperator demolitus est, & optimum, atque insontem episcopum absoluit, & ad suum episcopatum cum gloria remisit.

Theophilus impe. Cōstantino. — Heophilus primus, & 40. Constantinopolitanus imperator, hoc anno Michaële iuniore mortuo succedens, imperauit annis 15. Hic est ille, quem Michaël prædictus imperator cum classe maxima ad Saracenos miserat, sed uisa multitudine, illos aggredi timuit donec à Petro Venetorum duce 60. Triremium classem obtinuerit, cui coniunctus in illos statim duxit. At Saraceni peterriti, Tarentina obsidione soluta, uentis uela dedere, sed casus magis quàm uirtute Sabbas eorum dux cum Christianis confligens, uictor euasit, & omnes Venetorum Triremes cum militibus suis, aut cœpit, aut demersit, Theophilus autem cum paucis Constantinopolim fugit. Elatique hac uictoria Saraceni, omnia longe latéque depopularunt. Cumq; Anchonam ciuitatem etiam diripuissent, & domum redirent, permittente deo, in medio mari fluctibus obruti sunt. Theophilus autem hic post multos conflictus deficiēs, Michaëlem filium successorem dimisit.

Petrus Gradenicus Pola oriundus. 14. Venetus Ioāni duci, hoc anno suffectus, ducauit annis uigintinouem. Qui magistratu suscepto, confestim Ioannem filium, ducatus consortem sibi constituit, & in deuotionis signum ecclesiam diui Apostoli in urbe ædificauit. Inde à Theophilo imperatore prædicto rogatus ex senatusconsulto 60. naues seu Triremes eidem 6035 836

mes eidem in subsidium contra Saracenos misit, quæ omnes tãdem à Saracenis superatæ,
aut captæ, aut demersæ fuerũt. Eo etiam regnante post prædictam cladem, quasdam etiam
naues mercimoniis præciosissimis onustas, è Syria uenientes, idem Saraceni in Tergrstinum
sinum interceperunt, & omnes mortales in illis repertos, ad unum usque trucidarunt. Ve-
rum cum dolosus iniquúsque uir haberetur, & eius omnis intentio ad rapiendum, compri-
mendúmque duceretur, & omnia per nephas coaceruare, & congregare anniteretur, se-
ditione tandem in eum mota, apud sanctum Zachariam finitis uesperis obtruncatus fuit,
& in eodem loco sepultus. Sunt tamen qui dicant id filio, nomine Ioannes, duci, non sibi
contigisse.

6040 841 LOtharius Ludouici prædicti imperatoris filius, tertius Gallorum imperator, Lotha-
post patrẽ imperauit cum Ludouico filio, quẽ imperii consortem fecerat, an- rius im
nis quindecim. Huic Lothario Pipinus & Ludo. ac Carolus, cognomẽto Cal pera. &
uus, fuerunt fratres. Sed Ludo. patre defuncto, pro Aquintaniæ regno, quod Franco
eorum frater Pipinus iam defunctus tenuerat, omnes decertare cœperũt. Ludouicus enim rũ rex.
& Carolus cõtra Lothariũ hunc eorũ fratrẽ, pro huiusmodi regno acriter decertarũt. In
quo quidẽ prælio multi utrinq; cecidere. Lotharius tamẽ postremo uictus, ex agro Frõta
nici Aquisgranũ confugit. Inde etiã deturbatus instãtibus hostibus, Vienã cum cõiuge, ac
liberis se cõtulit. Quo audito, fratres illum eũ exercitu insecuti sunt, propter quod Lotha
rius illũ comitatum totũ amisit, & adeò eius exercitus eo in prælio dilaceratus fuit, ut uix
solus è trecentis equitibus à tam grandi strage prolabi potuerit. Sed Sergius põtifex Ro.
his auditis, totius regni interitũ miseratus, ad eos placãdos ex Italia legatos strenuos misit,
qui unà cũ regni proceribus, pacis fœdera inter eos, hoc pacto cõposuerunt, uidelicet, ut
pars illa Occidentalis regni, que à Britãnico Oceano, usq; ad Mosam flumen pertinet, Ca
rolo Caluo obtẽperaret, Ludouico uero Gemania usq; ad Rheni fluẽta, & quicquid trãs
Rhenũ genitor possedisset, cõtingeret. Lotharius autẽ, imperii titulũ, Ro. cum Italia ob-
tineret, eam partem Galliæ, quæ olim Narbonensis, nunc Romana prouincia appellatur,
addentes etiam eam partem quæ inter Scaldam & Rhodanũ fluuios, Lotharingiæ nomen
ipsum accepit ab ipso Lothario. Rebus igitur cõpositis, Lotharius hic Ludouicum filium
suum imperii socium asciuit. Et cum senex effectus fuisset, & ipse inter filios regnũ suum
diuisit, Ludouicum imperatorem relinquens. His ita gestis ipse monachorum habitum su
scepit, & non ita multò post, uitam cum morte mutauit.

SErgius eius nominis secũdus papa, natione Ro. patre Sergio natus, post Gre. Sergi-
6045 846 pontificem sedem hoc anno accipiens, sedit annis. 2. & mẽ. 3. Hic cũ prius os us papa
porci uocaretur, ob deformitatem nominis, mutare uocabulũ coactus est, & 1:5
se Sergiũ appellari fecit. Et inde mutandorum nominum cõsuetudo sumpta Cõsue-
est. Ferunt hunc ex illustri familia natũ à suis maioribus non degenerasse: quippe qui nu- tudo
tritus fuerat à sanctis pontificibus Leone. 3. Stephano. 4. & Eugenio secũdo, quorum do- mutãdi
ctrina & moribus plurimum claruit. Hic itaque pontificatu suscepto, in ornandis templis pontifi
animũ adiecit, & inter cætera basilicas Siluestri & Martini uetustate collapsas restituit, in cũ no-
eásque multa sanctorum corpora collocauit, & iuxta basilicam sancti Siluestri monaste- mina.
rium à fundamentis in honorem apostolorum Petri & Pauli cõstruxit, ubi integrè res age
rẽtur diuinæ. Re aũt publica bene & optime ab ipso gubernata, patriæ pater appellari me
ruit, ac sic moriens in beati Petri basilica sepelitur: & post sedes uacanit men. 2. & dies. 15.

6046 847 MIchael eius nominis. 3. Theophili prædicti imperatoris filius secũdus, &. 40.
Cõstantinopolitanus imperator, hoc anno patre defuncto, unà cum Theo-
dora matre imperauit an. 11. & postea solus annis. 13. qui imperio inito, mox Micha-
legatos ad Nicolaum pontifi. maximum, & quammaximè ad uisenda aposto el impe
lorum limina transmisit, quibus & patenam auream cũ calice similiter aureo, magni pon- ra. Cõ-
deris, cum gemmis magnæ extimationis ornatos, dono misit. Quos legatos pontifex per- tino.
benignè suscipiens, etiam cum muneribus magnis domum remisit. Hic Basilicum quen-
dam uirum strenuum, tandem imperii consortem fecit, à quo demum ut solus imperaret,
interfectus fuit.

Leo papa. 106.


Eo.4.papa professione monachus,patre Rodulpho Romano natus, hoc anno Sergio pontifici suffectus, sedit annis.8. mensi.3. & dieb.6. Vir certè religione,innocẽtia,pietate,humanitate,omnique bonitate atque doctrina præclarus,cuius gesta præclara si cuncta conscriberentur,uoluminis modum excedere uiderentur. Fuit nãque tantæ sanctitatis,ut orationibus suis basiliscum serpentem, cuius uenenato anhelitu perierant multi,é fornace sanctæ Lucinæ depulerit,crucisque signo maximum illud incendium extinxit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum uagatum fuerat,& diui Petri basilicæ appropinquabat. Ob cuius rei memoriam mandauit assumptionis octauas,qua intercedente hoc miraculum impetrauerat perpetuo cecelebrandas. Hic igitur urbis mœnia & portas uestutate collapsas restituit, & turres.15.à fundamentis erexit. Quatuor coronatorum corpora sua diligentia inuenit, quibus sub altari collocatis eorum templum instaurauit, ac multa alia sanctorum corpora ibidem addidit. Dúmque his sanctissimis uacaret operibus, Saraceni cum magna classe contra Neapolitanos Romanósque uenere, contra quos pontifex ipse quanta potuit manus eis statim auxilio fuit. Verum ut sanctum decebat pontificem, primo ante dominum orationem fundens dixit: Deus cuius dextera beatum Petrum ambulãtem in fluctibus,ne mergeretur erexit &c. orationéque fusa signum crucis contra hostes faciens pugnandi copiam suis dedit, qui post longum certamen hostes uirili animo superarunt, atque cum ingenti cæde fugarunt. Inde cum gaudio Ro. reuersus, statim Vaticanum mœnibus cinxit,& à se deinceps Vaticani locus Leonina ciuitas appellata est. Consueuerant enim hostes antea leui incursione basilicam Petri in Vaticano spoliare,& propterea id põtifex effecit,atque ita urbem ipsam in quinque annis absoluit. Postea fores Petri à Saracenis direptas,ex ipsorum Saracenorum manubiis restituit. Tandem bonis omnibus repletus ad cælestia regna gloriosus migrauit. Cuius corpus.16.calen. Augu. collachrymantibus cunctis in beati Petri basilica sepelitur,atque inter sanctos relatus eo die,cuius natalitia celebratur. Et tunc cessauit episcopatus dies quindecim. 6047 848

Octaua assumptionis institutio.

Anglia ecclesiæ Ro. efficitur tributaria

Alidulphus quidam Auglorum rex, uir quidem Christianissimus,& Ro. ecclesiæ deuotissimus,hoc anno in Anglia regnum accipiens,regnauit annis.7. Vir quidem optimus ac sapiẽtissimus,qui inter cætera memoratu digna,ob singularem religionem, uniuersam insulam Romanæ ecclesiæ tributariam fecit,uoluit namq;,ut singula domus, quotannis singulos argenteos ipsi ecclesiæ persolueret. 6049 850

Ludouicus impera.


Vdouicus eius nominis.4. Gallorũ imperator, patre Lothario hoc anno defuncto,imperauit solus annis.21. Nam Lotharius (ut diximus) iam natu grandæuus sumpto monachi habitu hunc imperatorem designauit, & cum exercitu in Italiam ad percipiendam coronam uenire suasit, qui nimia elatus felicitate quocunque iter faciebat,omnia cædibus & rapinis inuoluebat. Verum cũ Romæ appropinquasset,ei Romani ciues honoris gratia omnes obuiauerunt,quamobrem omnẽ ferocitatem deposuit, & mitior omnibus in rebus esse cœpit,quòd ei præter sententiam Vrbem ingredi licuisset. Deductus itaque cum crucibus & clero,ad beati Petri gradus,pontificem Sergium offendit,& mutuis osculis mutuáque data & accepta salutatione in octaua Pentecostes templum beati Petri sunt ingressi: ubi pontifex ipsum Augustum declarans,imperii corona eum coronauit,atque quicquid honesti postulasset qnotiens ab urbe discederet,facile concessit. Cæsar itaque & Augustus declaratus,& coronatus,statim Roma egrediens, pacato agmine Papiam concessit, ubi deinceps omnem uitam suam Romam eundo & redeundo contriuit. Seditiones tamen & conspirationes & ipse à Carolo filio sustinuit. Quam ob causam multos in Cisalpina Gallia principes propter suspitionem interfecit. 6055 856

Edimũdus Anglorum rex.

Edimundus Anglorum rex, hoc anno post Alidulphum patrem Anglis regnare cœpit,& regnauit annis.14. uir quidẽ & ipse,ut pater,religione & sanctitate præcipuus, qui cum esset acerrimus Christianæ religionis defensor, multa bella contra Dannos infideles gessit, à quibus multas incursiones & damna perferens, cum esset uiribus impar, tandem superatus & captus,martyrio coronatus est. 6056 [illegible]

Ioannes

6057 | 858 IOannes.7.papa natione Anglicus,post Leonem pontificem,pontifex factus, sedit annis.2.& men.5.hunc tradunt fuisse fœminam, quæ adolescens admodum ex Anglia Athenas cũ quodam doctissimo amasio suo profecta, ibidem bonarum artium præceptores audiendo tantum profecit, ut Romam ueniẽs, paucos admodum etiam in sacris literis haberet pares,ea quippe legendo disputando docendo orando tantam beniuolentiã & gratiam sibi comparauit,ut mortuo Leone prædicto pontifice, in eiusdem locum (ut multi affirmant) omnium consensu,pontifex crearetur:uerum postea à familiari compressa grauidatur, & papa existens peperit.Nam ex Vaticano ad Lateranensem basilicam aliquando ad letanias profecta, inter Coliseum & sanctum Clementem,præter spem doloribus cricumuenta,sine obstetrice aliqua,publicè peperit, & eò loci ab omnibus mortua,ibidem sine ullo honore cũ fœtu misera sepulta est, ad cuius detestandam spurcitiem & nominis continuãdam memoriam,in hodiernum usque,summi pontifices rogationum cum populo & clero sacrum agentes,eum locum partus medio eius in itinere positum abhominẽtur,eo omisso,declinãt ad diuerticula uicósque, & sic loco detestabilis postergato reintrantes iter proficiunt, quod ceperunt. Et ad euitandos similes errores, statutum fuit,ne quis de cætero in beati Petri collocaretur, sede priusquam per perforatam sedem,futuri pontificis genitalia ab ultimo dyacone cardinale attractarentur.

Ioãnes papa fœmina

Mos creãdo rũ pontificum Ro.

6059 860 BEnedictus.3.papa, natione Roma.patre Petro oriundus, postea suffectus illi mulieri, sedit annis.2.mensi 5.dieb.9.qui ob uitæ sanctitatem meritò Benedictus appellari debuit.Ferunt quippe in eius electione omnes patres sic unanimiter conuenisse, quod tanquam sydus à deo in terra missum uidebatur. Ipse autem flendo,deum & sanctos testes faciebat,se nequaquam dignum esse,qui tantæ sedi præficeretur, sed omnibus acclamantibus,& eius electionem omnino approbantibus, inuitus pontificium munus suscepit,quod cum iniisset, persæpe & ieiuniis & orationibus uacabat,deum rogans,ut sanctè & integrè ecclesiam gubernare posset,qui tantæ mansuetudinis tantæque animositatis uir fuit,ut tam in pontificatu, quam in priuata constitutus uita,charus omnibus acceptúsq; haberetur.Nam quicquid in pontificatu uerbis instituit, facto & opere in omnibus cõprobauit.Opera enim misericordiæ cupidissimè persoluens, funeribus sacerdotum semper interesse uoluit.Visitabat namq; infirmos, alebat pauperes, desperatos & calamitosos consolabatur,necnon & uiduas,pupillos oppressósque acerrimè tutabatur , & his artibus omnem uitam suam continuè ducebat. Multásque ecclesias uetustate collapsas, in urbe restituit,eisque multa dona obtulit. Tandem uir sanctus moriens,suum corpus antè fores ecclesiæ beati petri sepeliri mandauit: & tunc uacauit sedes dies quindecim.

Benedictus papa.107.

6062 863 NIcolaus eius nominis.1.papa, patria Roma.patre Theodosio, post Benedictum pontificem sedit an.9.men.2.& die.20.& post hũc,ut aliqui dicunt sedes uacauit an.8.mẽsi.7.& die.20.Hic perfectissimus ponti.in omnibus fuit & magno Gre.in omnibus persimilis,eo quòd à teneris annis benè & sanctè educatus fuerit, qui etiam Benedicti prædecessoris sui corpus propriis manibus tumulo commandauit,quem & post multas orationes uigiliásque ac ieiunia,Patres pontificem,licet absentem,creauere.Quo audito,Gregorii magni pontificis more, uitandi honoris causa,in Vaticanum fugiens ibidem latuit.Sed inuentum,in atrium Lateranense perduxerũt, nolentémque etiam,in solio collocarunt apostolico. Deinde in basilica Petri consecratus, sumpta de more pontificia corona,multa cum Ludouico Cæsare qui præsens aderat,locutus est,tum ad pontificatum,tum ad imperium pertinentia.Michaël quoque Constantinopolitanus imperator audita eius fama,ut præmissum est,uisendi gratia legatos cum muneribus Romam transmisit. Cum autem hic pôtifex post multas perturbationes à molestiis liberatus fuisset,multa ad cultum diuinum pertinentia,& quidem memoratu digna, gessit opera,& in primis cũ multas basilicas restituisset, postmodum Ludouico præsente, & approbante, multa instituit,& primo ne ullus secularis princeps, aut rex,præsumeret usurpare quæ sunt sacerdotum, ut testatur Gratianus in Cano.10.di. ca. Imperium uestrum.

Nicolaus Papa.108.

Voluit

Voluit ut pontificum prædecessorem suorum Decretales atque epistolæ,authoritatis uim ubique obtinerent, ut.19.di.c.Romanorũ pontificum. Vetuit item inferioribus,sub anathematis pœna,ne superioribus maledicere præsumerent.21.di.c.Submittitur. Constitutionem præterea perpulchram de Ro.pontifice deligendo ordinauit,ut.23.di.c.In nomine domini nostri.Mandauit rursus omnibus fidelibus Christianis,ne sacerdotis concubinarii missam audirent.32.di.c.Nullus missam.Decreto quoque publico statuit : Si quis pro papa se ingereret,nisi unanimiter ab omnibus fuisset electus,non apostolicus, sed apostaticus censeretur.49.di.c.Si quis apostolicæ sedi.Mãdauit etiam iudicibus omnibus ne ullam ferret sententiam parte aliqua absente.3.q.9.c.Reuera.Noluit item Decreto eodem, ullum à sede sua deiici episcopum,propter infirmitatẽ.7.q.1.c.Pontifices.Constituit insuper nuptias non clandestinè,sed publicè celebrari.30.q.1.c.Nostratea. Voluit denique,ut in cœna domini sacerdotes,propter solennitatem instituitionis sacramẽti,Gloria in excelsis deo,in missa canerent,de conse.di.1.c.Gloria in excelsis : Noluit præterea baptismi sacramentum iterari, etiam si à Pagano ministraretur, de conse.di.4.c. A quodam Iudæo. Hic demum pontifex, in omni uirtutis genere illustratus,cũ moriretur ex testamẽto man dauit suum corpus,ad prædecessoris sui exemplum,antè fores basilicæ beati Petri sepeliri.

Sanguinem autem hoc anno apud Brixianam Cisalpinæ Galliæ urbem præter tres dies & noctes pluisse dicitur.

Prodigia. Locustæ insuper innumerabiles hoc ipso anno in Galliam apparuere,senas alas,sexque pedes habentes:quæ ut castrorum acies turmatim uolitantes,uniuersa quæque uiriditatem habentia uastarunt,omnibúsque consumptis in Britannicum mare sese præcipites dedere: ab undique demersæ in terram reiectæ fuerunt,& aërem inficientes, maximam & generalem hominum mortalitatem suscitarunt. 5063 864

Tyberis quoque fluuius & ipso hoc anno adeo Ro.urbem uexauit,ut non nisi lintheribus è uico ad uicum transire liceret,unde & multæ basilicæ in Roma,& præsertim sancti Laurentii Lucina,& monasterium sancti Siluestri,cum uniuersa ipsa regione illa occupauit, ut diluuium instare putaretur : qua inundatione multæ domus,multæque arbores euersæ fuerunt,sata quoque Romæ in tota Cisalpina Gallia dissipata sunt.

Bulgarorum conuersio.

Bulgaria Boemiæ regni pars est,cuius rex his tẽporibus, literis & admonitionibus Nicolai papæ,ad fidem Christi,cũ omni prouincia conuersus est:quibus statim pontifex ipse episcopos atque præsbyteros destinauit,qui pulso inde Photino hæretico Neophitos omnes in fide confirmarent.Nam Photinus ipse in errorem Bulgaros omnes detinebat:Horum namque rex tantæ fuit perfectionis & sanctitatis, ut maiore filio in regno collocato ipse monachi habitum susceperit,uerum cum idem filius corruptus,idolis imolaret, pater zelo fidei succensus,dignitatem reassumpsit, & in filium concitatus, illum regno deiecit, atque eius effossis oculis in carcerem coniecit,iunioréque filio in regno collocato, rursus monachi habitum resumpsit,eo tamen mortuo,Bulgari non ita multo post, Constantinopolitanorum sacerdotum,donis & pollicitationibus corrupti,pulsis sacerdotibus Latinis, Græcos acceperunt: quæ quidem seditiones malorum incendia inter Græcos & Latinos suscitarunt multa.

Vrsus Particiacus.15.Venetorum dux,hoc anno Petro duce merito obtruncato à Venetis cunctis eidem suffectus,ducauit annis.14.& mensi.7.Hic itaque magistratu suscepto post tertium annum,Ioannem filium suum ducatus consortem accepit,qui ut erat uir ingentis animi & patriæ amator,maximas res non minus Italiæ quàm Venetis solis,gloriosas gessit,eo quod Saracenos qui Anchonam ciuitatem spoliauerant & incenderant, atq; omnem Italiæ oram, quæ ab Anchona ipsa ad Idruntum usque intercedit afflixerant ab Italia omnino populi,atque ita sua uirtute Italia omnis pacatissima redita est.Eo autẽ clarissimo facinore bene gesto,Basilius Græcorum imperator ad gratificationem rei bene gestæ,Vrsum hunc ducem prothospotharium declarauit suum, quamobrem & ipse dux accepti muneris gratia,campanas.12.magni põderis,ipsi imperatoris Constantinopolim dono misit,quæ quidem campanæ primæ fuerunt,quas Græci habuerunt. 6064 865

Basilius Michaelis imperatoris prædicti filius.43. Constãtinopolitanus imperator hoc anno patre defuncto imperium suscipiens imperauit annis.14. Huius quidem rogatu Hadrianus ponti. Ro. concessit, ut synodus apud Constantinopolim pro Bulgaris, nuper ad fidem Christi conuersis, celebraretur, ubi post longam cõtentionem in ea adiudicatum est, Bulgaros Romanæ sedi subiectos esse debere.

6072 873 Hadrianus eius nominis.2. papa. Thalato patre Romano genitus, hoc anno Nicolao pontifici suffectus, sedit annis.5. & men.9. Vir quidem optimus liberalisque, ac in pauperes quammaximè munificus, cuius rei causa etiam nolens pontifex creatus est. Quo audito Ludouicus imperator, confestim legatos Romã misit & huiusmodi electionem approbãs, Romanos plurimum laudauit. Qui pontificatũ suscepto, omnia quæ ad honorem dei pertinebant circũspiciens, uerbis & exemplo, atq; authoritate, tum sua, tum maiorum, unumquemque ad benè beatèque uiuẽdum cohortatus est. Tandem cũ sese omnibus Christi ecclesiæ hostibus, quoad fieri poterat obiecisset, cum mortuo Ludouico imperatore, Carolũ filium inuncturus esset, moritur, & in basilica Petri sepelitur, & tunc cessauit papatus dies.12. Hadrianus Papa.109.

6078 879 Ioannes.8. papa, natione Ro. patre Gundo natus, hoc anno Hadriano pontifici surrogatus, sedit annis.10. Hic cum in initio sui pontificatus, Carolum secũdum, qui tũc Romã pro corona uenerat, inungere decreuisset, à Romanis capitur, & in uincula coniicitur. Sed quibusdam amicis suis adiuuantibus, fuga prolapsus, ad Ludouicum Balbum regem, in Franciam se contulit, & ibidem per annum mansit. Inuncto ibi Ludouico rege, à Carolo.3. Romam uocatus redijt, eundemque etiam inunctum, imperii dyademate ornauit, in Gallias autem apud Trecas urbem, concilium celebrans, multa ad fidem pertinentia, Gratiano referente, constituit, & inter cætera statuit: Si quis sacerdos aut laicus homicidium faceret, perpetuò irregularis haberetur, & ad sacros ordines nullatenus admitteretur, nec de cætero missam celebrare præsumeret, ut habetur in canone di.50.c. Miror. Statuit item: Si quis sacrum de non sacro, aut non sacrũ de sacro abstulisset, sacrilegii pœna mulctaretur.17.q.4.c. Si quis. Et cũ eruditissimus pontifex haberetur, cum adhuc dyaconus existeret, magni Gregorii uitam quatuor libris exarauit. Tandem uita functus in beati Petri basilica sepelitur. Ioãnes papa 110.

Carolus eius nominis.2. cognomento Caluus, Ludouici prædicti frater.5. Gallorum imperator, anno isto qui est primus, Ioannis prædicti papæ, imperare cœpit, & imperauit an.6. Hunc enim Carolum cum Ioannes in principio sui pontificatus Augustum appellasset, indignati filii Ludouici cum multo exercitu in Italiam contra ipsum Caro. descenderunt, ut eũdem patruum suum imperio simul & uita priuarẽt. Quibus auditis Caro. mox Veronam cum exercitu properans, Tridentinos saltus nepotibus occludere decreuit, sed apud Mantuam languore correptus, ex uenenata potione, quam Sedechias Hebræus medicus suus dederat, mortuus est. Quo defuncto Ioannes ponti. totis uiribus eius filium Ludouicum Franciæ regem studuit imperatorem sustinere. Romani autem proceres omnibus conatibus obstitere ne id efficeretur, cupientes Carolum.3. Germaniæ regem imperatorem esse. In ea itaque seditione cũ non deessent qui Ludouico fauerent, pontifex Ro. capitur, & in uincula conuincitur. Hic autem Carolus cum esset uir Christianissimus ac deuotissimus, multa monasteria atq; ecclesias celeberrimas hincinde condidit, & rem diuinam admodum auxit. Carolus Caluus rex & impera.

Saraceni iterato hoc anno insula Creta potiti, confestim cum ingenti classe in Italiam uenerunt, uniuersa quæque circa oram maritimam uastauerunt, sed & per mediterranea discurrentes, etiam monasterium montis Cassini prorsus diripuerunt, quod audiens Ioannes pontifex, pro posse exercitum congregauit, adiuuantibus potissimum Venetis atque aliis principibus Christianis, magnam de illis ædidit cædem, & ex Italia ac Sicilia illos pro maiori parte expulit.

Viri disciplinis excellentes.

6079 880 Ioãnes Scotus ingenii perspicacis atq; diuini uir, ac in diuinis scripturis eruditissimus, his temporibus apud Carolum prædictum multo in precio fuit, nam ex Scotia prouincia in Franciam Ioãnes Scotus

in Franciam ad ipsum Carolū imperatorē ueniēs, ipsius imperatoris iussu atq; rogatu, Hierarchiam Dionysii è Græco Latinā fecit, deinde de naturæ diuisione librum cōposuit, atq; li. unū de Eucharistia conscripsit, qui tamē postea in Vercellēsi synodo sub Leone. 9. celebrata, dānatus fuit, demū sicut Vincentius li. 24. historiarū suarum refert à discipulis quos docebat, stilis confossus mortem crudelissimam pertulit, & martyr Christi habitus est.

Anastasius. Anastasius etiā ecclesiæ Ro. bibliothecarius, & ipse his tēporibus utraq; lingua plurimū eruditus, multo in precio habitus est, qui inter cætera suæ uirtutis opera, septimā uniuersalē synodū, & unā Dionysii Hierarchiam, ac multas sanctorū uitas, Caroli imperatoris prædicti gratia, in Latinum eleganter & doctè transtulit, atq; alia quædam composuit.

Mimenus. Mimenus Anglorum rex, hoc anno post Edumundum prædictum regnare cœpit, & regnauit an. 22. qui dum Galliam crebris excursionibus uastare & perturbare non desisteret, à sancto Mauro diuinitus tandem interfectus est. Quo sine prole mortuo, Angli de regno inter se contendere cœperunt, quamobrem ab excursionibus cessauerunt, & multorum malorum Galli immunes & liberi fuerunt. 6080 881

Carolus Gallo. rex & impera.  Arolus eius nominis. 3. cognomēto Grossus. 6. Gallorū imperator, post Caluum imperauit an. 22. Hic Galliæ ac Germaniæ rex primū existens, à Ioāne pōti. ut in urbe Ro. liberius uiuere liceret imperii corona donatus, Augustus appellatus est. Voluerat enim (ut diximus) Ioānes pōti. Ludouicū Balbū, superioris Caroli filiū, Francorū regē, imperatorē declarare, sed Ro. cōturbati, ipsum pōtificē in uincu lis coniecere. Quibus malis permotus pontifex, postquā Ludouicus duobus an. imperasset, & iam assumpto ueneno obiisset, Carolū hūc inūxit, & solus imperauit an. 10. Qui imperii dyademate insignitus, cōfestim in Normanos qui Franciā & Lothoringiā infestabāt, bellū duxit, atq; eos tā acriter perdomuit, ut Rodifredus eorū rex pacē supplex peteret, & ab hoc Christi fidē cū omni populo susciperet. Quē imperator in gratiā suscipiēs de baptismatis fonte leuauit. Ferūt hūc Carolū post multa bella cū Normanis & Pānonib. strenue gestis ita animo & corpore debilitatū fuisse, ut ab optimatibus suis impe. deiiceretur: quo deiecto, Lādobertus quidā Lōgobar. animo erectus in Italiā surrexit, & apud Rauēnā regnū occupauit, propter quod tā in Gallia quā Germa. atq; Italia multiplicata sunt mala. 6081 882

Ludouicus autem & Carolus, Ludouici Balbi filii, hoc anno Francis regnare ceperūt, & regnarunt annis. 5. De quibus nil memoriæ dignum habemus. 6083 884

Ioānes Partichiacus, Vrsi ducis filius, hoc anno post patris interitū. 15. Venetorum dux cōfirmatus, ducauit annis. 6. uir disciplinis omnibus (ut aiunt) apprimè eruditus, non ludis, non iocis, aut uoluptatibus aliquibus intētus, sed doctrinā, & iustè uiuēdi formā, ex patris sui immutatione sumēs. Cuius tāta fuit ingenii dexteritas, tātāque eloquētia, ut facile quicquid uellet, & quod nollet dissuaderet, nihil tamen nisi sanum & quod iustitiā saperet, in senatu proponens, populique sui cōmoda mirum in modum curans, ipse enim solus Comaclum ciuitatem de Rauennantibus cœpit, & populo suo addidit, quamobrem iam imperii fines aperire cœpit. Diuites namq; quoad uixit in officio cōtinuit, & pauperes pro uiribus pauit & fouit, ac ciuitatem multis ædificiis auxit, & sua impensa ecclesiam sanctorū Cornelii & Cypriani in Mathemaucensi littore pulchram ædificauit. Verum cum omnia tanquam Numa Pōpilius Romanus, bene ordinasset, sexto magistratus sui anno, ducatui cessit, & uitam priuatam deuotissimè duxit.

Leo & Alexāder, Basilii imperatoris Græci filii. 4. & . 40. Cōstantinopolitanus imperator, hoc anno, patre defuncto, imperium suscipientes, imperarunt in Oriente annis. 17. 6085 886

Martinus papa. 111.  Artinus papa, natione Gallus, patre Palumbo, hoc anno Ioanni. 8. suffectus, sedit anno uno & men. 5. uir quidem superbus atque ambitiosus, qui cū malis artibus pontificatum obtinuisset, breuiter & merito quidem in eo permansit. Et ideo nil memoria dignum gessit. 6088 889

Hadrianus papa. 112.  Adrianus, 3. papa, patria Ro. Benedicto patre natus, Martino prædicto pontifici succedens, sedit anno uno, & mē. 3. Hic uir magnanimus fuit, & ideo in initio pontificatus sui statuit, ne imperatores de cætero in pontifice creando aliquo modo se intromitterent, néue eius authoritas expectaretur, sed decreuit 6089 890

libera esse

libera esse cleri suffragia,ut Gratianus refert in Decret.62.d.per totũ. Vnde propter eius animi magnitudinẽ,clerus,populusq; Ro. magnã de eo concepit spem. Verũ exigentibus fortassis hominũ meritis,qui nunc aderant,repentino tempore sublatus est,& ingemiscẽtibus cunctis,in B.Betri basilica sepelitur.

Normandiorum regni principium.

Normandia,quæ est Gallorũ regni pars,à Normãnis nuperrime ad fidẽ Christi cõuersis illam incolentibus,nomen assumpsit. Hi nanq; unà cum Danis per Galliã igne ferroq; debacchantes à Carolo prædicto imperatore multis præliis attriti, coacti sunt Christi fidẽ & uictoris leges accipere. Fuerat enim Carolo ipsi postquã eos superauerat in animo,omnino hanc inquietã delere. Sed cum uideret id nõ sine suorũ magna clade fieri posse,partem illã Galliæ illis ad incolendũ concessit,quæ ultra Sequanam flumen est, & quæ hodie Normãdia ab ipsa gente uocatur:hac tamẽ lege cõcessa,ut singulis annis uectigal Frãciæ regibus aliquod afferret,ne ui,sed Caroli ipsius imperatoris benignitate loca illa obtinuisse uiderẽtur. Horũ igitur primus dux post Rhotifredum regẽ, Robertus fuit, qui genuit Guilielmum,Guilielmus autem Richardum,Richardus uero, alium nomine Richardũ secum,& Robertum Guiscardi,qui Apuliam,Calabriam & Siciliam,ut infra dicemus, deuicit,ac Venetos & Alexium Græcorum imperatorem superauit.

6091 892 Tephanus huins nominis.5.papa.patria Ro:patre Hadriano,post Hadrianũ prædictũ ponti.sedit an.6.& die.9.Hic quoaduixit in multa perturbatiõe Normanorũ,Hunnorũq; ac Italicorũ semper fuit,sed multorũ uirorũ illustriũ,& quãmaximẽ sanctitate Luitprandi Papiensis ecclesiæ diaconi Valdridi,Bauari & Berardi Pictauiensis episcopi,mirificẽ recreatus fuit,eorũ uita & mores, multũ Christianã fidem adiuuerint, & multa monasteria maximis sumptibus in utraq; Gallia construxerint. Obiit deniq; hic pontifex.6.pontificatus sui anno,sepultusq; cũ patrib.suis in ba.B.Petri. Stephanus papa.113.

6062 893 Petrus Candianus.16.Venetorũ dux, anno primo huius Stephani pontificis, Ioanni duci suffectus,ducauit anno nno,& men.6.Vir quidẽ rei militaris præstãtissimus multa prælia contra Illyricos strenuẽ gessit. Verũ cum Sclauos seu Illyricos apud Muranũ uno prælio superasset,alio reintegrato ab illis superatus,tandẽ interfectus fuit, atq; ibidẽ in Grandensi ecclesia sepultus:eo mortno,Ioãnes Partichiacus rursus licet inuitus magistratũ sumpsit,qui extinctis Illyricorũ perturbationibus cũ ducasset men.6. iterũ principatui cessit.

Petrus cognomẽto Tribunus.18. Venetorũ dux,post Candianũ factus dux,ducauit an. 23.& die.7. Vir & ipse animo atq; armis insignis, qui Vngaros ex Scythia paulò ante in Pannoniã delatos,uniuersam prouinciã Venetã, ferro flãmáq; uastãtes, nauali prælio aliquãdo uicit,& in turpissimã fugã uertit:nam ciuitatẽ Nouã, hoc est Eracliã Clugiãq; ac Aggeris caput,iam omnino depopulati fuerãt,et à Taruisio usq; Mediolanũ cædib.omnia fœdauerãt,sed eius uirtute ac beneficio,uniuersa prouincia mũdata est. Eã ob rem hic dux inter cætera sua monumẽta,partẽ urbis Venetiarũ à Riuoalto castelli,ad sanctam Mariam in Iubanico,muro cinxit,& canalem maius cathena ferrea clausit: postremò pace ubique parta,moriens,apud monasterium sancti Zachariæ sepelitur.

Michaëlis Archangeli apparitionem,ut eius legenda manifestat, huius Stephani pontificis anno.4.in Apulia iuxta Sipontum urbem in monte Gargano facta fuisse constat:quo quidem in toto postea ob huiusmodi memoriam oppidũ unà cum templo ædificiis, alióq; apparatu clarissimo conditum fuit,ad quod nunc usque totius Christiani orbis populi maximo concursu frequentare dicitur. Apparitio sancti Michaëlis

6093 894 Ormosus papa, hoc anno post Stephanũ pontificẽ electus,sedit an.5.& mensi. 6.Hic cum Portuensis esset episcopus,Ioannis.8.pontificis sæuitiã ueritus,episcopatũ deseruit,& in Galliã fugit:sed cum reuocatus redire nollet,anathemate notatus,ecclesiastica etiam dignitate priuatur:hoc ideo (ut fertur) ei accidisse, quòd eius cõiurationis cõscius & author fuit,qua Ioannes ipse pontifex in uincula coniectus fuerat. Hac igitur cõtumelia permotus Formosus ab urbe discessit,& iureiurando affirmauit se nunquã Romã,uel ad episcopatũ amplius rediturũ. Sed Martinus Ioannis successor,ipsum postea iuramẽto solutũ,in patriã ac suã restituit dignitatẽ:unde & ad ponti- Formosus papa.114.

ficatū nō ita multo post largitione potius quàm uirtute, quibusdā cōtradicentib. assumitur. Hunc nihil aliud memoriæ dignū egisse constat, nisi quòd B. Petri basilicā leui picturā exornauit. Viri disciplinis excellentes.


Remigius Altisiodorēsis episc. diuinarū scripturarū insigniss. cōmentator, per hæc quidem tēpora clarus existens, multa ad cōmune cōmodū cōmentatus est, & potissimum in Matthæū euangelistā, ac Pauli epistolas. Et super Cantica canti. li. 1. De festiuitatib. sanctorum, li. 1. De officiis diuinis, li. 1. Ad episcopū Eduorū, li. 1. In canonē missæ, li. 1. In totum Psalterium pulcherrimē, & incipit: Prophetia diuina inspiratio. Et sermones multos.


Breno abbas Ginginiaci cœnobii, patria Burgundus, ex quadā comitū clarissima familia natus, his temporibus ob sanctitatem & clarissimam doctrinam mirificè laudatur.

Clunia censiū or. mo. primū. Guilielmus aūt cognomēto Pius, Aquitaniæ dux & Aluerniæ comes, hisdē tēporibus & fide, cōuersatione, moribus religioneq; atq; doctrina in precio maximo fuit. Qui cū uirili prole careret, Cluniacense monasteriū Burgundiæ in paterno fundo, magnificentissimis inchoauit operibus, & Brenonem prædictū uirum doctissimum, eidem loco abbatem præfecit, maximis prouentibus ei designatis, unde monachi possent uiuere.

Arnulphus imperator.  Rnulphus. 7. Gallorū imp. hoc anno post Carolū. 3. Augustus declaratus, imperauit an. 12. Hic quippe Caroli prædicti nepos, & Germaniæ rex fuit, quem Formosus ponti. à persequētib. iniuriatus, in Italiā in sui tutelam euocauit, & primo quidē ingressu Bergomo ciuitate nostra capta, Ambrosiū eius comitē suspendio necauit: indéq; Ro. petens, Formosum ponti. in pristinā dignitatem restituit, à quo deinde coronatus, in Franciā rediit. Hic primo quidē sumptis armis, strenuè Maguntinos debellauit, inde in Normānos qui cū Danis (alias Dacis) per. 40. an. Galliā infensissimē uastauerant adhuc rebellantes, mouens tandē maximis cladibus perdomuit. Verū postea nimio successu elatus, ita se uoluptatibus immersit, ut nō multo à suo cognomēto distaret, unde & in omnibus, & præsertim ecclesiasticis, cōtumax & rebellis esse cœpit. Quàobrem iusto Dei iudicio, longa infirmitate correptus, nullo medicorū suffragio unquam defendi potuit, quin pediculari morbo consumeretur. 6093 894

Bonifacius papa. 115.  Onifacius. 6. papa, natiōe Thuscus, hoc anno Formoso succedens, sedit die. 15. 6098 899
cuius res gestæ, propter temporis breuitatē nullæ habentur: legitime tamē & rectè creatus fuit pontifex: moriens uero, in B. Petri basilica sepelitur.

Stephanus papa. 116.  Tephanus eius no. 6. papa, patria Ro. Anagninus episc. à Formoso papa dudum creatus, post Bonifaciū ponti. sedit anno. 1. & men. 3. Qui creatus pontifex, tanto odio Formosi nomen persecutus est, ut statim Decreta omnino abrogauerit, & nō modo actibus ei desæuit, uerūetiā multa cū rabie, cōcilio habito, Formosi corpus è tumulo extrahi fecerit, tractūq; pōtificalib. exui uestimētis, ac seculari indui habitu, abscisis duobus dexteræ eius digitis, in Tyberim proiici, deinde in laicorū sepultura sepeliri mandauit. Magnū nanq; & inauditū fuit hoc scandalū. Tandē uero pœnitentia ductus (ut quidā aiunt) relicto pontificatu, monasterium ingressus, maximam pœnitentiam egit. 6099 900

Romanus papa. 117.  Omanus papa, Stephano surrogatus, & ipse sedit men. 3. die. 21. qui nō ambitiōe aut largitionib. (ut multi sui tēporis) pontificū munus obtinuit, sed more Petri eum obtinuit. Veruntamē & ipse scandala scandalis addidit, quia pōtificatu inito, Stephani pontificis acta decretáq; improbauit atq; destruxit. Horū nempè pontificum intentio atq; uirtus tota in alterius nominis ac dignitatis extinctione erat. 6100 901

Theodorus pa. 118.  Heodorus. 2. papa, natiōe Ro. post Romanū sedit die. 20. De isto etiā propter temporis breuitatē nulla habetur memoria, nisi quòd creatus ponti. & ipse in uiis seditiosorū pōtificū ambulauit: qui nulla uirtute præditus, postposito Dei timore atq; honore, Formosi acta restituit, eiusque sectatores multo in precio (habuit. 6102 903

Constantinus Leonis imp. filius. 5. & . 40. Constātinopo. imperator, post patrem imperauit unā cum Alexan patruo suo an. 2. móxq; solus annis. 39. Hic namq; ignauia & pontificū scandalis fretus, Symbathicū Prothospatariū suū, in Italiā magno cū exercitu transmisit, qui Beneuentū ciuitatem antea à Longobardis per. 30. annos possessum. 3. men. postquā obsidere cœperat, in potestatē suā redegit. Verū . 3. anno post, Guido Longobardus

gobardus uir magnanimus Græcis pulsis, urbem recuperans, denuo ad Longobardos suos redire fecit.

Elphredus Anglorũ rex, hoc ipso anno, post Mimenũ regẽ regnare cœpit, & regnauit an.40. uir tum ingenio, túmq; sanctitate, ac rebus bene gestis plurimũ insignis, quẽ ferunt hoc modo suũ contriuisse tempus, octo uidelicet diei horas in orando, meditando, legendo, ac scribendo exoluebat, alias octo in regni negociis, reliqua uero in sui corporis cura.

6103 | 904 Carolus cognomento simplex, Ludouico Balbi filius, hoc anno post patrem regnum accipiens, regnauit annis uiginti sex, de quo nil memoratu dignum habemus. Carolus simplex Francorũ rex.

Saraceni qui Aphricã incolebant, per hoc ipsum tempus Siciliam & Apuliam ingressi, occupato Gargani monte, magnam inde hominum & pecorum uim abduxere: quo audito, Itali omnes tumultuaria manu comparata, magnam ex hostibus ædidere cadem & prædam omnes recuperarunt.



Oannes.9.papa, natione Ro. post Theodorũ pontifi. sedit an.2. Qui etiam ipse, suscepto pontificatu, Formosi pontificis causam in integrum restituit, contradicente tamen magna Po. Ro. parte, quamobrem magna in eo orta est seditio: qui timore perritus, Rauennam profugit, atq; ibi .74. episcoporũ concilio habito, & Stephani res gestas improbat, & Formosi acta restituit, asserens à Stephano male iudicatum fuisse. Hic autem præter scandala nil aliud memoria dignum gessit, nisi quod seditiones propè extinctas reuocauit & suscitauit. Ioãnes pa.119.

6105 | 906



Enedictus.4.papa, natione Ro. post Ioannem pontifex suffectus, sedit an.3. Vir certè clementia & humanitate præclarus, qui maxima tum laude, tum maximè in tantis corruptis pontificũ moribus uitam constaret, et sine infamiæ nota perduxit, ueruntamen nec quippiam ab ipso factitatum compertũ habemus, quod magnopere laudari possit. Acciderat enim illi ætati quod omnis uirtus, tam in capite quam in membris, ex hominum ignauia consumpta fuerat. Benedictus papa.120.

6106 | 907



Eo papa, cuius patria ignoratur, post Benedictum pontificem sedit tantummodo diebus quadraginta, quo quidem die ab eius præsbytero Christoforo familiari dominandi cupiditate allecto, cum maxima seditione capitur, & in uincula coniicitur. Qui uidens se honore spoliatum, & maximè à familiari, cui multa cõtulerat beneficia, dolore animi paulò post obiit. Leo papa.121.



Hristophorus autem Leone deiecto, papatum inuadens, sedit mensib.7. qui & ipse sicut pontificatum malis artibus adeptus est, ita & male amisit, & mensurã quam Leoni domino suo mensus fuerat, & ipse recepit, quia septimo mense pontificatu deiectus, monasticam uitam obire cogitur. Sergius autem eius successor postmodum cognita hominis iniquitate, illum è monasterio traxit, & in custodia publica in uinculis coniecit: nec multo post ad maiorem sui pœnam in arctiori custodia eum reuinxit, ubi & tandem miserabiliter defecit. Christoforus pa.122.



Ergius eius nominis .3. papa, natione Ro. patre Benedicto, post Christoforum prædictum, sedit an.7. men .3. & dieb.15. Hic itaq; diaconus existens, Formosi factionẽ ne pontificatũ cõsequeretur, plurimũ prosecutus fuit, ea propter à Formoso ipso reprobatus est: sed ipse suscepto pontificatu in Galliam fugit, ibiq; Lotharii regis gratiã & beneuolentiã obtinens, eius auxilio in Italiam rediit, & Christoforum monachum papatus inuasorem capiens, etiam in uinculis reuincit. Formosi quoq; acta iterum improbauit, atque in ultionem suæ iniuriæ, eius cadauer è sepulchro tractum, ac si uiueret, capitali affecit supplicio, corpus uero in Tyberim truncatum proiici iussit, tanquam sepultura indignum, omnes præterea per Formosum ordinatos denuò admitti & ordinari mandauit. Ferunt tamen ipsum corpus post Sergii mortem à piscatoribus inuentum, & in basilicam delatum: dúmq; funus celebraretur, sanctorũ imagines ibidem positæ, cunctis cernentibus idem corpus adorasse: ob quam rem creditur Formosum tali iniuria indignum fuisse. Sergius itaque Lateranensem basilicam nuperrimè uetustate collapsam restituit. Sergius pa.123.

Ludoui cus imperator  Vdouicus eius nominis.3. Arnulphi imperatoris filius, hoc anno à Francis & Germanis patri imperator surrogatus, imperauit an.6. licet ad imperii coronã peruenire minimè potuerit, contuso existente imperio. Dolebant enim Romani & uniuersi Italiæ populi, quòd ad Germanos transferetur imperiũ, & propterea Ro. pontifices Transalpinos imperatores usq; ad Othonem primũ deinceps imperii corona insignire uoluerunt. Fuerunt enim hæc tempora pontificũ ambitione, & sæua (ut ita dixerim) eorum tyrannide infelicissima. Pontifices namq; postposito Dei timore atq; diuino cultu, inimicitias nõ minus ac si essent tyranni crudeles, inter sese exercebant. Imperatores uero ignauiæ dediti, ab industria & imperatorii nominis dignitate defecerãt. Ludouicus igitur cũ Berengario Foroiuliano duce, qui à Longob. regib. originẽ ducẽs, regnũ paternũ repetebat, armis decernens eum primo quidẽ superat, móxq; renouato prælio, apud Veronam ciuitatem Ludouicus hic cum ingenti suorum clade capitur & oculis priuatur, ac sic imperium quod annis centum & decem Caroli magni progenies possederat, demum ad Longobardum transfertur. 6107 | 908

Berengarius imperator.  Erengarius aũt eius nomi. primus Foroiulianorũ dux, ex Longobardorũ regum stirpe progenitus, & in bellicis artibus prudentissi. hoc anno apud Veronam Ludouico prædicto superato, primus in Italiã imperiũ sibi uendicauit, atq; ita imperauit an.4. Non tamẽ Itali nostri in deligendo imperatore concordes fuere, quia alii etiam Longobardi Guidonẽ Spoletanũ ducẽ, Italiæ regem declarauere, contra quẽ hic Berenga. bellũ intulit maximũ, superauitq; ac demũ interfecit: idem fecisse dicitur Ambrosio alio Bergomensi comiti, quibus sublatis & inter fectis Berengarii in unum copiis suis contractis, cum Ro. etiam bellũ gessit, quod quidem Landonis papæ prudẽtia cito sedatũ fuit: plurimas etiã concertationes cũ Lamberto Guidonis Spoletani ducis filio habuit, à quo nõnulli affirmant, postquã ab Vngaris cum quatuordecim armatorũ milibus apud Forumiuliũ fugatus fuerat, apud Veronã superatus est, grauissima quippe bella inter Italos Germanósq; ac Francos pro imperii possessione fuere, quæ sine multo prouinciarũ incõmodo & multorũ interitu extingui non potuere. Ferunt hunc Berengarium à Landone Pon. Ro. fuisse incoronatum. 6111 | 912

Conradus autem Alamanus mortuo Ludouico, imperauit in Gallia annis septem. Sed nec ipse inter imperatores connumeratur, cum non ad imperii coronam peruenerit, nec in Italia imperauerit: qui moriendo coràm regni sui principibus Henricum Othonis Saxoniæ ducis filium designauit regem. 6112 | 913

Anastasius papa.124.  Nastasius.3. papa, natione Ro. hoc anno Sergio pontifi. surrogatus, sedit annis 2. & men.2. Hic quippe cum esset uir bonus, modeste & integre in pontificatu uixit, à quo haud quicquã habetur quod merito repræhendi queat. Et certe hac in re plurimũ laudãdus est, quòd præter sui temporis pontificũ morem neminem eorũ qui ante se in pontificatu fuerunt, ulla maledicentia prosecutus est, eáque in innocentia moriens in beati Petri basilica sepelitur. 6114 | 915

Vrsus eius nomi 2. genere paticiatus.19. Venetorũ dux, hoc anno post Petrũ Tribunum ducẽ, legitimis omniũ suffragiis creatus, ducauit an.9. In quo quidẽ magistratu uitam integerrimã duxit, & quantũ in se fuit, reipub. suæ semper consuluit, & inter cætera ab imperatore Conrado priuilegiũ signandi pecunias obtinuit. Erat namq; uir catholicus & religionis amator, qui cum omnia bene rectéq; ex sententia ordinasset, officio à se abdicato, monasticam uitam apud sanctum Felicem complexus est, ubi postremo uita functus, multis claruit miraculis.

Ordo Cluniacensis. Ordo Cluniacensiũ sub regula D. patris Benedicti, hoc anno in Burgũdia in Masticensi pago ab Odone abbate uiro utiq; sanctissimo initiũ sumpsit, iam enim eiusdẽ ordinis monachi à primis eorũ patris Benedicti plurimũ declinauerunt, quamobrem permotus Odo ipse abbas, feruorem semimortuũ denuo excitauit, & multa ad monachorum instructionẽ scripsit, ubi & paulò post in domino sanctissimè quieuit. 6115 | 916

Lando pa.125.  Ando papa, natione Ro. post Anastasium pontificem sedit mensibus sex. Cuius uita admodum fuit obscura, ideo nil de eo memoria dignum habemus: moriens autem

autem in beati Petri basilica sepelitur.

6116 917 Berengarius huius nominis.2. post Berengariũ primũ accepto imperio in Italia imperauit annis.4. Hic itaq; cum Cisalpinam Galliã tantũmodo tueretur, iter Vngaris dedit, ut in Hethruriã irent modo sine ullo suorũ maleficio transirent. At Vngari postea fœdus non seruantes, multis in locis desæuierunt, & multis incensis euersisq; urbibus quas ipsi occupauerant, ingentẽ inde prædam asportarunt. Contra autem hunc Berengariũ Rodulphus Burgundiorũ rex hostili manu in Italiã descendit, & suorum fraude eum deniq; regno priuauit & spoliauit, in cuius quidem loco postea tribus annis regnauit. Ipse autem Berengarius ad Vngaros confugiens, post tertium annũ Salardo duce in Italiam ueniens, & Brixiam & Bergomum atque Papiam ui captas spoliauit, ac eas igne & ferro magna ex parte uastauit. Berengarius impera

Ioannes eius nominis.3.papa, Sergii papæ filius, post Landonem pontificẽ sedit annis.13.men.2.& dieb.3. Hic primo cum uiolenter episcopatũ Rauennatũ occupasset, populi tumultu pulsus, Romã uenit, & papatũ intuitu patris obtinuit, quem cum adeptus fuisset, confestim contra Saracenos Italiam multis in locis occupantes, unà cum Alberico Hethruriæ marchione in auxilium uocato conflixit, & superatos ab Italia depulit, quo facto ipse pontifex in triumphi modum Romam rediit. Sed cum ex huiusmodi triumpho uictoriã sibi soli uendicaret. Alberici odiũ in se plurimũ concitauit. Qua ex re magna quoq; inter ipsum pontificẽ & marchionẽ orta est dissentio, ita ut pontifex marchionẽ è Roma expelleret, indignatus etiam marchio Ortham oppidum concessit, ibiq; constitutus, Vngaros in Italiam inuitauit, qui prouinciã ingressi plus ferè calamitatis Italiæ intulere quàm antea Saraceni, & licet Albericus ipse cum Vngaris pepigisset, ut Thuscos intactos permitterent, minimè tantum fœdus seruarunt, imò cum ipsis magis sæuiere, pueros ac uirgines fœminas abducentes & natu grandiores interficientes. Hac igitur præda dulcedine illecti Vngari frequenter postea Italiam repetebant. Nec ab eorum excursionibus Lombardia nostra immunis fuit, quibus complurimæ urbes in solitudinem sunt redactæ. Eo siquidem tumultu mœnia urbis nostræ Bergomi, & ædes penè omnes sunt euersæ, Mantua etiam fermè tota fuit destructa, unde & ad perpetuam cladis memoriam etiam locus ubi hactenus ciuitas erat, Vngaria nuncupatur. Hac itaq; iniuria permoti Romani, cum ferocem hostem superare nõ possent, Albericum marchionẽ apud Ortham oppidũ capiunt, & de eo suppliciũ suscipiunt, Ioannẽ uero à militibus Guidonis captũ in uincula coniectũ enecarũt, in cuius locũ alter Ioãnes surrogatur. Verũ quia Petri sedẽ ui occupasse dicitur, è sede statim deiectus inter põtifices cõnumerari nõ meruit. Ioãnes pa.126.

6120 921 Henricus primus, Othonis Saxonũ regis filius, hoc anno in Germaniam imperiũ assumens, imperauit an.18. Sed nec ipse inter imperatores cõputatur, eo quòd in Italia nõ imperauerit, nec per pontificẽ coronatus fuerit. Fuit hic in coercẽdis Vngaris atq; Bohemis uir gloriosissimus, cuius uxor Mathildis illustrissima matrona miræ suauitatis & gratiæ, ac mãsuetudinis mulier, omniũq; aliarũ uirtutũ splendore illustrata fuit, de qua nõnulli celeberrimi scriptores mira scripsere, quæ sua uirtute Saxonũ familiam plurimum exaltauit.

6120 921 Hugo Arelatensis comes, post Berengariũ imperauit in Italia an.10. Hunc Itali contra Rodulphũ Burgundũ, qui Berengariũ imperio priuauerat in Italiã uocauere, cui absq; contentione Rodulphus cedens in Burgundiã se transtulit. Qui imperio suscepto, mox qui ipsum in regnũ uocauerant susceptos habens, multos illorũ in exiliũ misit, qui ad Arnoldũ Bauarorũ ducem accedentes, tandẽ illum in Italiam duxerunt. Cum aũt Veronam peruenisset, ciues statim intra urbis mœnia benignissimè recipientes, Italiæ regem appellauerunt. Verum Hugo hic in eum mouens, in prælio commisso, hominẽ superauit, & Veronam recepit. Tandem Hugo cum parasset iniurias Stephani pontificis mulctati ulcisci in ipso apparatu moritur. Hugo comes Arelatensis.

Leo.9.papa, natione Ro. hoc anno post Ioannẽ pontificẽ legitimis suffragiis põtifex creatus, sedit men.6.& dieb.15. uirtutiq; bonus, qui nil tyranni cũ in uita præ se tulit, imò reuocare ad concordiã ciues temeritate ac stultitia priorũ pontificum adhuc tumultuantes, cõponereq; res Italicas, pacare externũ hostem, Leo papa.127.

propulsare Barbaros ab Italiæ ceruicibus conatus est. Sed dum in his laudabilibus operibus uersaretur, sexto pontificatus sui mense moritur, & in beati Petri basilica sepelitur.

Rodulphus autem Burgundiæ dux, qui superioribus diebus Hugoni Arelatensi comiti in Italia cesserat, hoc anno Francorum rex factus, regnauit annis duobus.

Stephanus papa.128. Tephanus eius nominis septimus papa, natione Ro. post Leonem sedit annis.2. mense uno, & diebus duodecim. Cuius quidem uita mansuetudinis ac religionis plena fuit. Moriens autem in beati Petri basilica sepelitur. 6130 931

Spireneus quidem Bohemiæ dux, uir iustitia & religione illustris, hoc tempore Henrici Germanorum regis suasu, primus Christi fidem deuotissime recepit. Quo facto mox una cum fide opibus & copiis auctus, etiam rex appellatus est.

Vlbertus Lothoringiæ prouinciæ princeps, uir sanctitate & cæteris uirtutibus insignis, hisdem temporibus uirtutibus & miraculis clarus inter sanctos ascribitur. Qui inter cætera suæ uirtutis opera dum uiueret Gamaltense cœnobium in Francia propriis expensis magnificentissimis operibus extruxerat.

Vincenslaus autem prædicti Spirenei Bohemiæ regis filius à patris bonitate nequaquã degenerans, his quoque temporibus à fratre nomine Boeslao propter regni cupiditatem, seditiosissime interimitur, cuius uita postmodum comprobata & miraculis post mortem æditis inter sanctos referri meruit. Cuius necem cum intellexisset Otho Germanorum rex, eam mulctam nequaquam pati uoluit. Eidem enim parricidæ fratri bellum indixit, & multis ac uariis eum cladibus afflixit. Quo tandem superato, prouinciam in suam potestatem redegit.

Sanguis in Genua urbe pluit. Sanguinis fons hoc anno Vincentio Gallo & Philibertho historicis dignissimis testantibus, in Genua urbe maritima, in loco ubi dicitur Fontanella, per diem integrum largissime effluxit, qui & futuræ calamitatis urbis ciuibus demonstrauit, quia eo eodem anno Saraceni ex Aphrica soluentes in Italiam uenere, & Hethruriam primo omnem depopulantes, etiam Genuam usque peruenerunt, & eam graui obsidione pressam, tandem cœperunt. Quam cum hostili manu diripuissent, trucidatis omnibus qui arma induere poterant, impuberes ac mulieres omnes nauibus imposuerunt, & ingenti ditati præda, domum regredi cœperunt. At Genuenses mercatores, ut Iacobus eorum theologus in sua Chronica scribit, hæc audientes, conturbati, tumultuariæ classem coadunarunt, & illos cum ingenti fremitu insecuti sunt, & de hostibus strage ædita, prædam omnem cum liberis & uxoribus recuperauere. 6131 932

Ludouicus Caroli Simplicis filius, hoc anno post Rodulphum Francis regnare cœpit, & regnauit annis sedecim.

Lotharius papa.129. Otharius eius nominis secundus, Hugonis prædicti filius, hoc anno patre defuncto imperium suscipiens, imperauit in Italia annis duobus. Hic Ro. amicus existens, contra Othonẽ Hẽrici filium, bellũ durissimũ suscepit, quia cũ Otho Ro. ingredi anniteretur, hic eidẽ aduersari cœpit, pro quo maximæ cædes hincinde cõmissæ sunt: huius uxor Adalinda mulier clariss. fuit, quæ eo mortuo Othoni nupsit. 6132 933

Ioãnes papa 130. Oannes.11. papa, natione Ro. hoc anno Stephano pontifici subrogatus, sedit annis quatuor, mensibus decem, & diebus quindecim, & post cessauit sedes dies.12. De isto nil memoria dignum habetur.

Petrus Candianus & ipse hoc anno suffragiis omnium.20. Venetorũ dux creatus, ducauit annis quatuor. Hic propter Italiæ imperii debilitatẽ occasionem nactus, primus Venetorum potentiam in Lyburnis & Dalmatis auxit. Deinde Genua à Saracenis nuper spoliata in mari suos exaltauit, & super omnes Italos potentiores demonstrauit, propter quod Albertum Berengarii.3. filium, qui tum Rauennæ præerat, qui auxilio Comaclensiũ & Iustinopolitanorũ mercatores Venetos infestabat, deuicit, & Comaclũ urbem expugnauit, & tandem captum diripuit & succendit. Inde in Iustinopolitanos mouens, eorum urbem similiter spoliauit & exussit. Quibus malis permoti Iustinopolitani, ut pacem sibi compararent, eidem Petro duci & successoribus suis centum amphoras uini singulis annis exoluere promiserunt.

Berenga-

6134 935 
Erengarius eius nominis tertius, primi Berengarii ex filia nepos, hoc anno in Italiam ueniens mortuo Lothario imperatore, imperio potitur, & cum Alberto filio imperauit annis undecim, uir certe dignissimus, ac acri animo & industria celebris, qui cum apud Vngaros exul à patria militaret, audiens Henricum Bauariæ ducem Vngaros superasse, & uniuersam Citrapadanam oram occupasse, cum magno exercitu in Italiam descendit, & Henricum ex Italia depulit, quo effugato ipse uniuersam Italiam obtinuit, & imperatoris nomen sibi indidit, & Albertum filium, Italiæ regem nuncupauit. Cumque Italos nimium oneribus & uectigalibus præmere cœpisset, Alunda Lotharii uxor mulier siquidem celebris & famosa eidem pro uiribus resistere cœpit, propter quod indignatus Berengarius, eam comprahendere fecit, & in Garda Veronensis agri oppido, carceri mancipauit, sola ancilla eidem pro seruitio concessa, & hoc quammaximè ne Papiam dotalem urbem repetere aut alienare posset. Quod uidentes Italiæ proceres hominis scilicet superbiam atque iniustitiam, quia omnia contra ius fasque sibi uendicaret, unà cum Agapito pontifice Ro. Othonem Germaniæ regem in Italiam uocant, qui Forumiulii cum .40. armatorum milibus ingressus, Berengarium & Albertum filium, regno Italiæ deturbauit. Alundam uero Lotharii relictam, è carcere eductam uxorem duxit, indéque discedens, hac moderatione usus est, ut rebus inter pontificem ipsum & Berengarium compositis, eidem Berengario & Alberto ueniam præstitit, ac Lombardiam omnem Romandiolamque, Aquileia & Verona exceptis, gubernandas concesserit, cum & Otho, cum Alunda in Germaniam concessisset, Berengarius haud multo post ira succensus contra Athonem quendam Canusse oppidi dominum eo quòd Alundam liberasset, bellum indixit, atque ipsum eo in oppido diu obsedit. Dúmque tribus annis & eo amplius cum dura obsidione oppressisset, Atho tœdio affectus, Othoni ipsius tyrannidem significauit. Quamobrem Otho permotus, statim contra Berengarium in Italiam descendit, quem & post longas concertationes, ac plurimas cædes, tandem uictum, in potestatem accepit, & statim alterum Constantinopolim, alterum uero in Austriam exili relegauit, ubi & demum ambo uitam finierunt. Berengarius imperator. Alunda.

6137 938 
Eo septimus papa, natione Ro. hoc anno Ioanni pontifici succedens, sedit annis tribus, mensibus sex, & diebus decem. Qui assumpto pontificatu cum esset remissus uir, nil memoria dignum post se reliquit. Mortuus uero in beati Petri basilica sepelitur. Leo papa.131.

Petrus Vrsi Parthiciaci ducis Veneti filius, hoc eodem anno.21. Venetiarum dux creatus, ducauit annis tribus, de quo nil memoria dignum habere potuimus.

Petrus autem Candiânus, huiusce gentis secundus Petri Candiani quondam ducis filius, post prædictum Petrum ducem legitimis suffragiis secundus & uigesimus Venetiarum dux creatus, ducauit annis.17.

Eodem autem anno sol per aliquot dies ueluti sanguinem emanans apparuit, & statim apud Venetias quammaximè, ac etiam alibi repentinæ plurimorum hominum mortes sub secutæ sunt.

6141 942 
Tephanus octauus papa, natione Germanus post Leonem pontificem prædictum, sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus quindecim. Hic cum pontificatum suscepisset, ita Romanorum seditionibus uexatus est, ut nihil memoria dignum ab eo geri potuerit, quin tam turpiter ab eis mutilatus, támque ignominiosè truncatus fuit, ut quoad uixit in publicum prodire non fuerit ausus. Eodem autem mortuo cessauit episcopatus dies decem. Stephanus papa.132.


Onstantinus prædicti Constantini filius.46. Constantinopolitanus imperator, post patrem imperauit annis septem. Contra hunc nobiliores plebem Constantinopolitanam tumultuariè concitarunt. Quo denique ab eisdem capto, eidem caput & barbam abraserunt, & sic delusum in insulam quandam relegauerunt. Verum non ita multo post Romanus eius filius seditiosos ciues capiens, eos ea turpitudine affecit, qua & ipsi patrem affecere. Constantinus.

Marti-nus papa.133.  Artinus tertius papa, patria Romanus post Stephanum pontificem sedit annis tribus, mensibus sex, & diebus quatuordecim. Vir quidem mansuetissimus atque placabilis: qui omissis bellorum contentionibus, totum se religioni dedit, templa restaurans, pauperésque mira pietate fouens: & tandem moriens, in beati Petri ecclesia sepelitur. 6144 945

Agapi-tus papa.134.  Gapitus eius nominis secundus papa, natione Romanus, post Martinum pontificem sedit annis nouem, mensibus septem, & diebus decem. Homo sané magnanimus, qui Othonem Germaniæ regem contra Berengarium imperatorem, ut dictum est, in Italiam uocauit. Cuius ope inter huuc pontificem & ipsum Berengarium lites compositæ sunt. Fuerat hic ualde innocens, & reipublicæ Christianæ amator præcipuus. Qui cum mortem obiisset, in beati Petri basilica sepelitur. 6148 949

Viri disciplinis excellentes.

Hæresis Antropormothitarum. Antropormothitarum hæresis per hoc ipsum tempus in Citrapadana prouincia quam maximé surrexit, sed parum durauit, quia Rachesius prædictus Veronensis episcopus uir doctissimus, & cæteri comprouinciales episcopi uirili animo occurrentes exterminarunt. Dicebant autem Antropormothitæ, ut Gratianus.34.q.3. scribit, pro eo quòd quadam rustica simplicitate Deum humana membra habere, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrabantur. Antropos enim Græce, Latiné nuncupatur homo, ignorantes domini uocem, qui ait: Spiritussanctus est deus, incorporeus enim est, nec enim membris distinguitur, nec corporis mole censetur. 6149 950

Lotharius Ludouici Francorum regis filius, hoc anno Francis regnare cœpit, & regnauit annis.32. Quo quidem anno tanta fames in Gallia & in Burgundia fuit, ut populi uix humano cibo sustentari possent. 6153 654

Petrus.23. Venetiarum dux, hoc anno communibus suffragiis electus, ducauit annis.7. & diebus sex. Hic Petri Candiani ducis frater fuit, uir sané lubricus ac luxuriosus. Qui cũ uxorem nomine Ioannam haberet, in monasterio sancti Zachariæ monachari coëgit, ut Hugonis Hetruriæ comarchi sororem honestius ducere posset, ex qua iam filium susceperat. Quam cum duxisset, indignati affines & alii Veneti ciues contra ipsum conspirationẽ fecerunt, conspiratione'que facta, in ipsum populum concitauerunt, qui, impetu facto illum in palacio recluserunt. Cumque se palacio tueretur, ignem & cum puluere & sulphure mixtum proiecerunt, qui illum unà cum filio uxoréque iu palacio, necnon & in templo sancti Marci, sancti Theodori, sanctæ Mariæ in Iubiniaco ecclesias, ac plusquam trecentas ciuium domus combusserunt. Ducis uero cadauer tandem ad macellum probrosé delatum, membratim ceciderunt. Eo namque regnante Othone imperatore concedente grandensis ecclesia patriarchalis Venetis ipsis declaratur. 6157 958

Ioãnes pa.135.  Oannes duodecimus papa, natione Lombardus, Alberti (ut aiunt) Italiæ regis filius, hoc anno Agapito pontifici suffectus, sedit annis quatuor, mensibus decem, & diebus quinque. Hic primo Octauianus dicebatur, homo siquidem ab ipsa sua adolescentia probris & sceleribus omnibus contaminatus, ac magis uenationibus & uoluptatibus quam orationi & lectioni deditus. Cuius quidem indignitate permoti cardinales, literis Othonem Germaniæ regem obsecrant, ut clerum populúmq; Romanum é Ioannis istius manibus liberare dignetur, aliter de Christiana fide actum esse. Et dum Otho expectaretur, re per iudices patefacta, Ioannes hic ira parcitus, duos cardinales cœpit, & huic nasum, illi uero manum abscidit. Otho itaque in Italiam ingressus Romam cum magno comitatu accessit, & à Ioanne honorificentissimé suscipitur, atque ab eo (ut quidam tradunt) conoratur, indéque aliquantulũ ciuitatis statu composito, conuocatisq; Italicis episcopis conciliũ indixit. In quo quidem concilio hominis uita pessima adiudicata est. Sed dum in turpitudinibus Ioannes hic pertinax haberetur, é Roma tandem fugit, & in montibus quibusdam diliuit. Nec propterea perniciosissimus hic uir à malis suis pedem auertere uoluit, sed in proposito malo sic perseuerans, tandem in adulterio depræhensus à uiro adulteræ confossus interiit. 6158 959

Schisma decimum & undecimum.

Deposi-

6159 960 Depositóque Ioanne pontifici, populus ac clerus Romanus Leonem quendam Romanum ciuem Lateranensis ecclesiæ diaconum, pontificem creauit & elegit, quem statim Otho confirmauit. Quo confirmato, statim Otho ad Spoletum ciuitatem se transtulit. Verum eo absente, populus Romanus à consanguineis Ioannis prædicti pontificis instigatus, eo Leone Ioannem reuocauit. Leo autem pulsus, ad Othonem Spoletum confugit, quem dum reuocaret, etiam dum arma præparat, Ioannes præfocatur. Nec propterea eo mortuo, seditio leuata est, imò Romani in eius locum Benedictum quendam subrogant, & ab imperatore confirmari contendunt. Quod cum ille recusaret, nihilominus in beati Petri sede pro pôtifice pertinaciter locarunt. Ea de re indignatus Otho, coëgit Romanos abrogato Benedicto, Leonem suscipere.


Enedictus eius nominis quintus papa, natione Romanus, hoc anno ex seditione ab his qui Ioanni cognatione ac factione coniuncti fuerant, pontifex creatus, sedit mensibus duobus, & diebus quinque. Sed Otho eius electionem nequaquam approbans, imò Romanos id maxime fieri simpliciter expostulantes, à se reppulit, & ferro flammáque omnia uastando quæ circa urbem erant compulit, deiecto Benedicto, Leonem suscepere, adegítque sacramento nil earum rerum immutaturos, quas ipse imperator in re pontificia constituisset. Compositis itaque hoc modo rebus, Otho in Germaniam rediit, Benedictúmque istum secum ducens, qui non ita multo post dolore animi apud Haysburgam ciuitatem, ubi relegatus fuerat, moritur. Benedictus papa.134.

Guido quidam monachus celeberrimi nominis musicus, patria Hethruscus, ex ciuitate Aretio oriundus, ipse per hoc tempus plurimum uiguit, & præter philosophiam maximâ, qua eruditissimus etiam canendi modum in sacris, uidelicet per flexuras & digitorum notas dinumerando meliusculum reddidit. Scripsit hic inter cætera ingenii sui opuscula côtra Berengarium hæreticum De corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, librum unum. Et de musica, libros duos, qui incipit: Igitur quæ nostram disciplinam.


Eo itaque eius nominis octauus papa, à clero, populóque Romano, pontifex creatus, sedit anno uno, & mensibus quatuor. Hunc (ut dictum est) in locum Ioannis electum Romani abrogâtes Benedictum suffecerunt. Qua ex re Otho iratus, compulit eos Leonem suscipere: qui statim pontificatu inito, ad reprimendam Romanam malitiam, qui suos passim intrudebant, Othonémque ipsum coronauit, & uniuersalem Augustum declarauit, omnémque eligendi pontificis authoritatem à clero populóque Romano abstulit, & Gratiano referente, in ipsum Othonem transtulit, ut habemus in Canone.63.dist.c.In synodo. Et non modo imperiales titulos, uerumetiam omnes donationes per Iustinianum Carolúmque imperatores ecclesiæ Romanæ factas, Leo hic Othoni & eius successoribus, ut scilicet Italiam ab inuasoribus defensarent, sicut habetur in Decretis eadem distinctione per totum. Quo autem genere mortis hic obierit, non habetur. Leo papa.135.


6160 961 Icephorus Constantini imperatoris filius.47. Constantinopolitanus imperator, post mortem patris imperauit in Oriente annis decem. Hunc ciues per factionem regno pulsum Otho egregius adolescens primi Othonis filius, annuente patre, in regnum restituit & confirmauit. Ea propter Nicephorus sororem suam Teophaniam à patre Constantino primo pactam, sed postea denegatam in matrimonium confirmauit. Nicephorus imperator.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DVODECIMVS.

Imperium à Germanis trãslatum.



Mperium titulíque imperiales à Romanis Gallisque ac Longobardis nostris ablati,& in Othone nunc translati,hic primum in Germaniam transierunt,ubi & nunc usque conseruantur. Et quoniam Deo auxiliante hoc in loco in Germanorum imperium deuenimus, non alienum uidetur pro huius excellentissimæ dignitatis cognitione conscribere, quo potissimum tempore hoc imperatorium nomen, quod quidem in tanto habitum est,præciosum initium sumpserit. De quo sane altius repetentes sic habetur: Romam urbem, ut supra dictum est, Reges primum gubernabant, qui nullis obnoxii legibus domi populum,foris exercitum pro suo arbitratu regebant: & nunc belli,nunc pacis artibus rem Romanam hac arte plurimum auxere, eóque perduxere,ut bonam libertatis frugem maturis iam uiribus ferre non posset. Tarquinio Superbo, deinde propter immoderatam dominandi licentiam,regno exacto, regia potestas prorsus in urbe cessauit,sub consulibus postea & dictatoribus, consularique potestate & tribunus, qui fuerunt populi magistratus,nomen imperii emersit,pro quo Aphrica penè tota, Asiæque pars ultra Armeniam,& Caucasum montem armis subactæ sunt. Europa uero, Hispania,Gallia,Græcia, Thracia, aliisque subinde regionibus bello domitis longe latéque Romanorum opes porrectæ hoc tam amplo (ut superius expressum est) per quadringentos & sexagintos annos ab una republica parto auctóque imperio stetit. Deinde per intestina arma stare non licuit,quorum causa ex immoderata regnandi cupiditate,& certamine factionum ortum fuisse,imperatores hinc creari cœpti sunt,quod ante castrorum armorum nomen fuit:idque tanquam intestino uigente bello intra mœnia inductũ, uerbo quidem legitima potestas,re autem uera dominatio erat. Qui cum republica occupata Romanis dominabantur imperatores se appellari non solum æquo, sed etiam libenti animo patiebantur,quia imperatorium nomen,& grauius & tollerabilius Romanis erat, quàm quisq; alius titulus,qui damnationis speciem præ se ferre uideretur. Erat quippe imperatoria dignitas apud priscos Romanos longe inferior regia dignitate. Nam post regem apud ipsos Romanos secundum dignitatis locum tenebat Dictatura, Post dictaturam uero imperium tertium locum consequebatur. Cur autem postea hoc imperatorium nomen in tanto habitum sit precio, causam fuisse existimo, quia cum illi rempublicam Romanam, totíque penè terrarum orbi dominabantur,se imperatores nuncuparent forte posteriores credidere,sicut illi potentia alios anteibant, sic etiam nomen quo utebantur, reliquis omnibus anteponendum esse. Hinc talis opinio orta,deinde multis temporibus inueterata obtinuit, ut imperatoria dignitas aliis excellentior haberetur,sed ab initio quidem singulis imperatoribus, cum Marcus Lucius primus, aliique simili exemplo ducti, sibi consortem imperii delegissent, duo interdum principes extitere, qui se Romanorum imperatores nuncupabant:postea uero quàm Constantinus magnus relicta Roma ad Orientem secessit, factum est consuetudine, ut diuisum Orientis illud, hoc Occidentis uocaretur. Vastata deinde à Gotthis Italia,imperium usque ad Carolum magnum in Occidente cessauit. Carolo magno postea imperii dignitatem Occidenti restitutam, usque ad Ludouicum Arnulphi filium

filium imperium apud Gallos non parum habuit incrementum. Verum postea principum illorum ignauia, splendor ille Romani imperii in obscuras tenebras conuersus est: atque ita imperium quod annis centum & decem Franci potiti fuerant, demum in Longobardos nostros translatum est, indigentibus postremo nostris duce tam praclari nominis in Germanos, duce Othone Henrici regis filio translatum est, atque usque in præsens obseruatur.

Germani namque Ro. consulum temporibus, modici aut nullius fermè fuerunt precii, & propterea ueteres scriptores, pauca de istis scripsere, quod ipsa Germanorum prouincia per tempora Iulii Cæsaris imperio cœpit aliqualiter esse subiecta. Et ideo pauca in ea rebus gestis illorum temporum similia contigit fieri. Et si quid fortè memoria dignum ab eis gestum fuit, scriptores (ut crediderim ego) propter nominum illarum gentium barbariem scripto mandare nescierunt. Ferunt tamen Plinium & Samonicum historicos aliqua de ipsis Germanis scripsisse, quæ antiquorum negligentia interiere. Cornelius tamen Tacitus de Germanis legatis Romam tempore Pompeii magni missis, sic inquit, intrauere Pompei theatrum, quo magnitudinem populi uisere ut illic per ocium, neque enim ludi eris ignari oblectabantur, dum consessum caueæ, discrimina ordinum, quis eques, ubi senatus percunctantur, auertere quosdam cultu extraneo in sedibus senatorum, & qui nam forent rogantes, postquam audierunt earum gentium legatis id honoris datum, quæ uirtute & amicitia Ro. præcellerent, nullos mortalium armis & fide ante Germanos esse exclamant, digrediuntúrque, & inter patres considunt, quod comiter uisentibus excipiunt. Hæ quippe gentes, cum ad arma uideantur natæ, licet ab initio fortunis Romanorū aliquando cesserint, postea tamen de Romanis, de Gallis, de Hispanis, de Hungaris, déque aliis plurimis gentibus sæpenumero triumphauerunt, & sic antiquos suos fines mirum in modum auxerunt. Nam Rhetiam & Noritiam inuaserunt, & in Italiam usque pedem extenderunt, Prusiámque magnam prouinciam, ex manibus infidelium detraxerunt, adeóque magni & præpotentes Germani euaserunt, quòd super omnes mortales Romanæ potentiæ obsistere potuerunt. Nam terrarum ille domitor Iulius Cæsar, quamuis subactis Gallis résque magnas in Germania gesserit, tamen Sueuos seu Suiceros nunquam domare potuit, cum essent uiri indomiti, neque Octauianus Augustus, cui uniuersi orbis reges munera mittebant, & si semper fortunatissimus imperator extiterit, nullibi unquam, nisi apud Germanos succumbere uisus est. Cum Lellianam & Varianam cladem in Germania perpessus fuerit, in qua quidem ipse Augustus Octauianus tres legiones cum duce & legatis uniuersis cesæ ab ipsis Germanis fuerunt: longum profectò esset enarrare, quas intulerūt Romanæ reipublicæ Germani molestiaa. Nec ipsi Romani cum rerum potirentur, res magnas sine Germanis auxiliaribus, gerere potuerunt, quorum tanta in bello erat uirtus atque fides, ut Cæsarei corporis custos, cohors ex Germanis legeretur.

Germaniæ totius descriptio.

Germania itaque regio pro more suscepto, post Scythiam inferiorem inter Danubium Rhenúmque fluuios, atque Oceanum conclusa est. A Septentrione autem & Occasu, Oceano cingitur. Ab Ortu uero, Danubio. Et à Meridie, Rheno finitur. Hæc quippe in duas diuiditur partes, Superiorem uidelicet & Inferiorem. In Superiore autem sunt Saxones, ab Rheno diuisi, ubi Oceanum influit, quibus semper quasi bello contendunt. Deinde Bauaria, Austria, Sueuia, Bohemia, & Alemania, ac secus Lemni fluenta est Curnania, & aliæ nationes multæ, de quibus omnibus mox dicemus. In Inferiori autem Germania ab Albio flumine ad Oceanum protensa, quæ circa Rhenum consistit sunt, Albia, Daunia, Rusia, Marchomandia, & aliæ multæ nationes. Ferunt uniuersam Germaniam quinquaginta & quatuor gentes inhabitare, Vt, Ansimari, Quadungeri, & aliæ gentes ferocissimi & indomiti animi, quarum immanitas etiam in ipsis uocabulis horrorem significat. Germaniæ descriptio

Prouinciæ Germanorum.

Austria

Austria Germaniæ prouincia. Austria est Germaniæ prouincia, & hæc olim Panonia superior dicebatur, quæ ab Oriente habet Hungariam, ab Occidente Bauariam, à Septentrione autem Boemiam, & Morauiam, à monte uero montes Styriæ, qui longo tractu ab Alpibus deriuantur. Terra sanè nobilis, aquis irrigua, uitibus consita, lignorum copiosa, agro feraci, piscibus plena, & inter cætera adeò uino exuberat, ut Boemis, Bauaris & aliis nationibus in eo dando sufficiat, ac satisfaciat affatim, exindéque maximas opes colligat. Danubius fluuius eam mediam interfecat. Inter præcipuas eius ciuitates est Vienna clarissima Panoniorum maximum emporium. De qua etiam mox aliquid dicemus.

Bohemia. Bohemia etiam Germaniæ prouincia est, de qua supra libro tertio perpulchrè differuimus.

Bauaria Bauaria est item alia Germaniæ prouincia, quæ ad ortum æstiuum, ac Meridiei partem Franconiæ proximat. Et hæc quidem præclara, atq; admodum diues terra est, cui ad Meridiem Italiæ alpes iunguntur. Sueui uero ad Occidentem, & Bohemi ac Australes Orientem tenent, quam Danubius mediã fermè perlabitur. In hanc & Austriam, quidã Isaram, quidam Eunum fluuios, terminum posuerunt. Lycus amnis, Sueuos à Bauaris disterminat. Priscis etenim temporibus Bauari à Boiariis nomen accepit. Eius terra in omnibus cultissima est, & magnas atque ambitiosas habet urbes, & nobilissima oppida, quorũ splendorem uix in tota Europa inueniri quæ uincere posset: in ea est Saltisburga metropolis, quæ quatuor habet suffraganeos. Hanc antiqui scriptores Noricum uocarunt.

Flandria. Flandriam etiam prouinciam habet Germania, quæ est ad littora Septentrionalis Oceani posita, quo uarios habent populos, inter quos sunt Cymbri, qui ex Dacia prodierunt. In qua regione panni ex lana miro artificio conficiuntur pulcherrimi, in quibus uariæ texuntur picturæ.

Saxones. Saxones populi sunt in Germania, à quibus Saxonia prouincia hæc non longe à Cymbris est constituta, ut lib. 2. scribit Ptolemæus, quæ in Oceani Septentrionalis littoribus & paludibus inuiis constituta habet. In ea uiri bellicosi sunt, uirtute & agilitate habiles. Hi cum Carolo magno tribus & triginta annis semper bellum uaria fortuna gesserunt: tandem uictos suæ ditioni parere coëgit. Hæc autem ducem, seu Ducatus titulum habet.

Sueui. Sueui seu Suiceri, populi sunt in Germania superiori Britanniæ finitimi, qui ultra Constantiam nobilissimã ciuitatem plusquã centum pagos habent: gens ualida & bellicosissima super omnes Germanos, unde & laudem maximã ex hoc sibi ascribunt. Et hoc proprium uirtutis sibi arrogant, quòd nemo prope illos audeat obsistere.

Teutoni. Theutoni seu Theutones, populi etiam in Germania sunt, qui ut Pomponius scribit loca incolũt prope mare Accacũ, similiter & Cymbri acie mare. Hi quondã è suis finib. pulsi, sese Cymbris et Tygurinis sociarũt, quos Marius magna strage uicit, déq; his triũphauit.

Phrysia. Phhrysia prouincia etiam est in Germania ad Oceanum sita, ab Oriente Saxoniã contingit, à Meridie Vuestphales, ad Occidentem Traiectensium terræ iungitur, huius terræ gentes feroces sunt & armis exercitatæ, cũ homines sint robusti & decori corporis, ac securi & intrepidi animi liberos se esse gloriantes, & suis moribus utentes. Exteris nec parere sustinent, nec dominari cupiunt. Dignitas militaris inter eos inuisa utique est. Fœminarum impudicitiam seuerius puniunt. Sacerdotes sine coniuge non facile admittunt, ueriti ne alia polluant cubicula. Eorum substantia potissimum in pecoribus est: ager planus & palustris est, multo gramine facundus, ligno omnino carens, sed bituminoso cespite, & sicco stercore boum ignem fouent.

Holandia. Holandia item alia prouincia est in Germania inferiore, quæ à Septentrione Oceano mari alluitur, quod autem reliquum est, Rheni fluminis brachia intercipiunt, insulámque eam conficiunt. Est itaque hæc prouincia admodum pascuosa, sed palustris, quod pluribus stagnis, ac maris interfusa sit finibus. Forma autem uirorum ac mulierum huius prouinciæ egregia est, qui ab exterorum incursu se propria uirtute defendunt, cum uires non habeant: eorum potus Cereuisia est. Traiectum ciuitas hac in regione est, populosa ualde, cuius Episcopus undecim milia pugnatorum, si quando necessitas ingruerit, in bellum educit.

Selandia quoq; alia est in inferiore Germania prouincia ad Septentrionē & Occidentem uersus,quæ potius insula Rheni dici potest,in qua Mitelburgensis præcipua habetur ciuitas egregie munita,opúmque diues,quòd negociatoribus sit accommodata, cuius nō paruam partem quasi temporibus nostris assumpsit incendium. Est & ibi Briellum oppidum non ignobile aquis (ut aiunt) circundatum. Selādia

Vuestphalia etiam alia est in Germania prouincia, Archiepiscopo Coloniensi subdita, quæ ab Occidente Sibene fluuio clauditur,ab Oriente uero Vesera fluuius,à Septētrione aūt Phrysiā & Traiectū habet,Meridiē Hassiæ mōtes excipiunt. Hanc prouinciā Salas fluuius omnē irrigat.Cum Vuestphalis Carolus magnus multa gessit prælia,eósq; magnis afflixit cladibus,coegítq; Christi Domini nostri religionem & amplecti relictis idolis. Vuestphalia.

Rusia etiam alia est Germaniæ prouincia Linoniæ contermina, cuius populi Grossoni sunt appellati,gens prorsus barbara & incomposita. Et in hac prouincia est ciuitas permaxima Nogardia appellata,in qua nostris etiam temporibus episcopatum tenuit quidā Sabinensis cardinalis Isidorus nominatus. Ad hanc prouinciam (ut aiunt) alii Theutonici maximo labore & periculis accedunt,eo quòd maximæ ibidem opes habeantur argenti, uidelicet & pellium preciosarum. Fertur in medio urbis foro lapidem adesse quadratum, quem qui ascendere potuerit,nec deiici possit,urbis principatum assequere. Rusia.

Massegeta à qua Massegetæ populi,alia est nō lōge à Germania prouincia haud magna inter Prusiā & Linoniā cōstituta,quā unius diei lata itinere,sed longissimā esse affirmant, cuius gentes,neq; Gentiles,neq; Christianæ sunt.Hæc nō Germanis, sed Polonorū imperio paret,atq; hinc Poloniæ regnū ad mare protēditur,et Baltheū sinus,ipsa est prouincia, de qua D.Hiero.in prolo.Bibliæ loquitur,quòd magnus ille philosop. Appollinaris intra Persas pertrāsiuit Caucasum Albanos,Scythas & Massegetas rei. De hac supra li.2.dixi. Massegeta.

Hercinā syluā nō solū Germaniæ, sed totius mūdi permaximā hic ponendā & describendā abre nō erit alienū,cuius latitudo & lōgitudo Italiā superat totā.Nam Cæsar in.6. Cōmentariorū li.de eius latitudine scribit,quod.9.dierū iter expedito patet,lōgitudo uero dierū amplius.40.Dicit enim idem Cæsar,ipsam oriri ab Heluetiorū & Nemetū & Tauriacorū finibus usq; ad fines Dacogū & Anartiū se protendit:multa in ea genera ferarū,ex quibus sunt alces cōsimiles capris,quibus uarietas pellium inest plurima,quæ magnitudine capras antecellunt,quæq; crura habent sine nodis, unde si aliquo casu ceciderint, erigere sese nō possunt,sunt & uiri magnitudine paulò infra elephantes,figura tauri,quibus magnauis magnáq; uelocitas,neq; hominibus,neq; feris parcentes.Sunt & boues,cerui effigie seu figura,quibus unū cornu excelsum exisūt,cum ramis in summa sicut palmæ. Hercina.

Viennæ magnæ Austriæ prouinciæ ciuitatis cum fuerit à principio imperii Germanorum sedes descriptionem facere post prouincias plurimas non erit alienum. Hæc quippe ciuitas ab exordio imperii,haud magna fuit, uerum succedentibus rebus, adeo in immensum aucta est,ut nunc in ea populus adsit maximus,nam ita ut plusquam.50.milium communicantium referatur,& eius ambitus duorum milium Theutonicorum passuum cingatur ultra suburbia, quæ permaxima sunt, & ipsa nihilominus habent ambitiosas fossas uallo & cincta mœnia autem huius ciuitatis spissa sunt,atque sublimia,cum plurimis turribus & propugnaculis ad bellum præparatis, ipsius ædes amplæ & mirum in modum ornatæ, in quibus nobiliores & potentiores ciues propter asperitatem frigoris ædificarunt hypocaustorum domorum suarum facies altas, quæ magnificentiam maximam præ se ferunt. Verum earum tecta plærumque sunt lignea, ipsæque domus intus & exterius pictæ sunt, cum maximo urbis splendore,plateas habent multas,quæ lapide duro stratæ sunt,ne plaustrorum rotis conteri possint.In ea etiam templa Deo dicata adsunt plurima, ampla quidem & splendida,ex sectis lapidibus extructa, cum columnarum ordinibus admiranda, in quibus sunt plurimæ sanctorū reliquiæ, auro & argento ac gemmis coopertæ.Hæc tamen ciuitas episcopū non habet,sed in parrochia Patauiensi,maior filia matre:qui clero hac in urbe præest solo Ro.ponti.subest.Quatuor ordines mendicantiū cōuentus habēt amplissimos, quia mendicitate procul absunt: aliáq; monasteria quamplurima in ea sunt magna & ditia:in hac urbe schola magna est liberalium artium,ac sacræ theologiæ, & iuris pontificii, Vienna austriæ ciuitas.

tificii:in qua magnus studentium confluit numerus. Verum (ut fertur) ipsi studentes pauci emergunt docti, cum uoluptati nimium operam dent, & mulierum procacitas eorum mentes à studio alienet: princeps prouinciæ decem & octo deligit uiros, qui curam ciuitatis habent, inter quos unum præeligit, pro iure reddendo, & alterum cui curam ciuium gerat. Magistratus præter ipsos alii non sunt ulli: incredibile uidetur quanta sit uictualium copia, quo in ea per singulos dies inferunt, uidelicet ouorum, carnium, piscium, uolatilium, quæ ante uesperas illius diei adeò uenundata sunt, ut nihil ex eis uenale inueniatur. In hac tamen tam nobili ciuitate quoddam dedecorosum persæpe perpetratur, & quædam enormia fiunt, quod die noctúque rixæ admodum belli fiunt, Nunc artifices aduersus studentes, nunc curiales in artifices arma corripiunt, ita ut rara solennitas sine homicidio peragi possit. Nec princeps neque magistratus ullus inuenitur, qui custodiam tantis malis adhibere uelit. Meretricum in ea maximus est numerus, & paucæ sunt (ut fertur) mulieres, quæ uno uiro sint contentæ. Viuunt huius ciuitatis uiri sine ulla scripta lege, sed mores aiunt quosdam se tenere uetustos. Excommunicationes tamen, utplurimum pertimescunt. In ea multi barones habitant, atque prælati quamplurimi qui ciuitatem mirum in modum illustrare uidentur, utpote episcopus Saltiburgensis, Patauiensis, Ratispanensis & Frisingensis. Hi omnes consiliarii principis Austriæ habentur, quos ueluti maiores ipse princeps honorat.

Patauia austriæ ciuitas. Patauia autem Austriæ ciuitas, prædictæ Viennæ matrix, est quidem præclara atque diues, & admodum antiqua, quam sanè ciuitatem Cæsares postea Germani, ecclesiæ suæ per omnia tradiderunt, & est inter Danubium Euúmque fluuios constituta: in longum tendit, & quia insulæ modum suscipit, ibidem sunt pontes longissimi, unus super Euum, & alius super Danubium, miro artificio constructi. In medio huius urbis foro, est templum imperfectum, diuo Stephano prothomartyri ædificatum seu dicatum, apud quod sunt ædes episcopales splendidissimæ & capacissimæ. Habet hæc ciuitas ultra Viennam agrum optimum, & plurima castella.

Otho primus imperator germaniæ



Otho itaque primus Germanorum imperator, Henrici quondam regis ex Mathilda uxore filius, hoc anno postquam in Germania decem & octo annis regnauit, Imperator & Augustus à Leone pontifice declaratus, imperauit annis duodecim, uir certe Christianissimus & ecclesiæ Ro. amator, atque acerrimus defensor. Qui domito Boleslao Bohemorum rege, & Vgone Parisiensium comite superato, etiam aduersus Hungaros Germaniam uastantes pluribus diebus decertauit, eósque tandem ad internicionem usque deleuit. Tres quoque in prælio eorum regulos à militibus suis captos, & ad se perductos, cum ob clementiam seruare conaretur, Germani eo nolente suspendio necarunt. Ad quem ob tot uictoriis gloriosum, duo cardinales supplices literas dederunt, orantes & supplicantes, ut Romam aduersus Ioannem pontificem, in omnem luxuriam dissolutum emendandum, & aduersus Berengarium atque eius filium Albertum Italiam uastantes, uenire dignaretur. Quibus literis permotus, ut erat religionis amator, mox ingenti exercitu coacto, in Italiam cum ualida manu descendit. Et primo Berengarium & eius filium, regno deturbauit, ac paulò post cum in persecutionis sententiam persisterent, iterato in Italiam reuersus eosdem superatos & captos, in Græciam alium, aliúmque in Germaniam relegauit. Inde quoque Ioannem papam minus religiosè uiuentem pontificatu summouit, & Leonem (ut diximus) populo suadente, pontificem creauit. Alia insuper facinora laude digna inuictissimus hic imperator strenuè gessit, quæ breuitatis causa omittuntur. Erat enim hic mitissimus & singularis clementiæ homo, & adeo Saluatoris nostri Iesu Christi imitator, ut nunquam malum pro malo reddiderit, sed econtra bona pro malis. Suscepta itaque imperii dignitate, singulis annis ex Germania in Italiam ueniebat. Tandem admodum senex, Othonem filium Alunda uxore (iam dudum à Berengario captiuata) susceptum, imperii consortem fecit, ut quod per se facere nequiret, per filium adimpleretur. Quo facto, in Germaniam profectus est, ibidémque senio confectus Viennæ moritur. Cuius corpus in Madeburch Germaniæ urbem delatum in templo sancti Martini, quod ipse sumptuosissimè struxerat, sepelitur.


6161 962

5161 962 
Oannes eius nominis decimustertius papa, natione Italus, ex Narnia ciuitate, hoc anno Leoni pontifici suffectus, sedit annis sex, mensibus.11.& diebus.10. Hunc Romani plurimum persecuti sunt, dederuntque operam, ut Campaniæ comes eum in Lateranensi ecclesia caperet. Sed cum idem Campaniæ comes nomine Iofredus, cum filio à Ioanne Capuanorum principe trucidatus fuisset, Ioannes hic post undecimum suæ calamitatis mensem liberatus, Romam rediit. Eam ob rem indignatus Otho imperator, cum filio suo, statim paratissimum ex Germania Romam misit exercitum. Vbi & consules Ro. atque urbis præfectum, cum duodecim decurionibus cœpit, & in carceribus coniecit, quod omnis capturæ & ignominiæ pontificis causa fuerunt. Et consules in Germaniam deportari mandauit, Decuriones uero laqueo suspendi, ac præsertim quendam nomine Petrum, malorum omnium auctorem, cum ignominia per publica urbis loca tractum, & uirgis cæsum, in Germaniam misit. Denique isto mortuo, sedes uacauit dies tantum tredecim. Ioãnes pa.140.

963 Sclaui populi, qui Hadriani ponti. eius nominis tertii temporibus, fidẽ Christi susceperant, hoc anno zelo fidei ducti, in Italiã ex Macedonia uenerunt, & Saracenos qui Garganum montẽ diu occupauerant, ingenti clade superatos, è loco deiecerunt. Hoc idem Grimoaldus Longobardorũ rex, ut habetur supra li.10. effecerat. Nam cum montẽ illum & adiacentia loca occupassent Saraceni ipsi, idem rex expulit, populis Christianis ubiq; conseruatis: nec ulla Longobardorũ natio unquam talem Italiæ nostræ præstitit operam. Itidem & Carolus magnus effecit, quod Saracenos ipsum montem Garganum opprimentes expulit. Et deinceps Carolus ipse & successores, usque ad hunc annum omnia pacifice possedit, quæ uidelicet ab ipso Gargano ad Cordubam Hispaniæ urbem intercedunt. Sclaui.

Hungari similiter Sclauorum uirtute & zelo succensi atque permoti, & ipsi statim Saracenorum reliquias attriuerunt Consentia urbe recuperata, iam diu ab ipsis hostibus capta & succensa, ut Othoni magni Othonis filio eo cum exercitu à patre misso, haud difficile fuerit reliquias bellorum absoluere, Græcos qui cum maritis fœdera inierant grauissimis præliis è Calabria & Apulia eiecerit.

6168 969 
Enedictus papa, eius nominis sextus, natione Romanus, Ioanni in pontificatu & calamitatibus hoc anno succedens, sedit anno uno, & mensibus sex. Qui & ipse à Ciritio ciue Romano captus, & in castellum sancti Angeli intrusus, uitam miserabilem finire compulit. Benedictus papa.141.


Oannes Nicephori Constantinopolitani imperatoris filius quadrahesimusoctauus Græcorum imperator, hoc anno patri succedens, imperauit in Oriente annis sex. De isto nil memoria dignum habemus.

6170 971 
Onus papa, eius nominis secundus, patria Rom. hoc anno Benedicto pontifici suffectus, sedit anno uno, & men.6. Hic multæ modestiæ & integritatis uir fuit, & propterea nulla iniuria affectus aut ignominia notatus fuit. Qui tandem moriens, in beati Petri basilica sepultus est. Donus pa.142.

6170 971 
Onifacius papa, eius nominis.7. cuius patria & cognomentũ ob ignobilitatẽ retinetur, post Donũ ponti. prædictũ, sedit mensi.6.& die.12. Hic cum malis artibus hoc pontificatũ munus adeptus fuisset, male uixit, & pessimè uitã finiuit, quia boni ciues in eum conspirauerunt, ob quã rem urbẽ relinquere coactus fuit. Indeq; recedens, ablatis diui Petri thesauris, cũ illis Cõstantinopolim aufugit, ubi omnib. diuenditis, quæ sacrilegio abstulerat, Romã iterũ rediit, ubi dũ nil proficeret, adiuuãtibus quibusdam perniciosis uiris, Ioannẽ cardinalẽ magnæ authoritatis uirum cœpit & oculis priuauit. Quo facto & ipse non multo post, tantorum malorum timore perterritus, uitam turpiter finiuit. Bonifacius pa.143.


Enedictus papa, eius nominis septimus, natione Romanus, post Bonifacium prædictum factus pontifex, sedit annis octo & mensibus quinq;. Hic annuente Othone sene, eius filiũ Othonẽ cum Theophina uxore in Lateranensi ecclesia coronauit, indeq; multos seditiosos ciues in urbe cœpit, & carcerali pœna damnauit. Synodũ etiã Remensem contra Francorũ regẽ celebrauit, ubi Giber- Benedictus pa.144.

ubi Gibertum seditiosum uirum & Necromantem damnans Arnulphum episcopum ab ipso Giberto pulsum in integrum restituit.

Ethagarus Anglorum rex, post Ethescanum patrem, hoc ipso anno, quo & Benedictus papa Anglis regnare cœpit, & nouem annis regnauit, uir per omnia Christianissimus. De quo habetur, quòd inter cætera uirtutum suarum opera, singulo penè anno monasterium unum ædificabat, & illud prædiis dotabat.

Petrus Vrseolus. 25. Venetiarum dux, hoc anno Petro Candiano duci suffectus, duobus annis ducauit: uir quidem optimus, & pietatis ac religionis amator, necnon & pupillorũ ac uiduarum protector, de quo sic habemus, quòd persæpe clanculum per se suósque familiares pauperum & ægrotantium cubicula inuisebat, & eorum inopiam uerbis & eleemosynis sustentabat, qui insuper gradum ciuitatem muro cinxit, & ecclesiam diui Marci atque alias ecclesias incendio conflagratas instaurauit, & non procul ab ea hospitale egregium pro pauperibus suis impensis extruxit: postmodum officio abrenuncians, in diui Michaelis de Muriano, ordinis Camaldulensium intrauit, ac religionis ipsius habitum suscepit, ubi paulòpost miraculis choruscans, beato fine quieuit, prout etiam infra libro decimoquinto dicemus. Cuius quidem exemplo Ioannes Maurocenus & ipse dux permotus, monasterium sancti Georgii intrauit, & illud maximis impensis ædificauit.

Otho secundus imperator.



Otho huius nominis secundus, Germanorúmque secundus imperator, quem pater imperii consortem fecerat, hoc anno patre defuncto, solus imperare cœpit, & imperauit annis. 17. Vir & ipse optimus patri quam simillimus, Romanæ ecclesiæ acerrimus defensor. Qui cum etiam uir strenuus ante adeptũ imperium Nicephorum Græcorum imperatorem regno pulsum, suum in regnum ingenti uirtute restituit & confirmauit: cum quo etiam Theophania eius sorore uxore accepta pacis fœdera confirmauit. Hic itaque post mortem patris in Germaniam rediens, cùm Henricum Bauarorum ducem rebellem offendisset, statim bello & armis domuit, ac sibi subiecit, indéque in Lotharium Francorum regem Lothoringiam Ro. imperii prouinciam occupantem mouit, & Franciam cum ingenti exercitu ingressus, ipsum Lotharium suum regem superauit: rediénsque postmodum domum apud Auxonam fluuium non parum imcommodi, ac Laudonensium, Suesionúmque agris uastatis etiam Parisiorum ciuitatis suburbia incendit ac cœpit. Postea uero maiore exercitu comparato, in Italiam cum coniuge uenit, ubi prius Dalmatia uastata, Romam petiit, ibidémque maioribus copiis in unum coactis, apud Basentellum cum Constantino & Alexio imperatoribus Græcis, qui Calabriam & eam Italiæ partem quæ ad Siciliam uergit occupauerant, conflixit: cũ quibus uniuerso penè exercitu amisso, ad internicionẽ usq; superatus, turpi fuga in Scapham conscendit, & à piratis quis esset, ignoranter captus, in Siciliam perductus est, ibidémque cognitus, pecunia promissa, liberatus est. Siculi autem sumpto de piratis supplicio, hominẽ cum honorato comitatu Romam perduxerunt. Eóque loci cum Otho hic in Romanos, qui primi ex prælio fugerant ulcisci non auderet, in Beneuentanos paris culpæ Reas conuersus, urbem cœpit & incendit. Translato in Bartholomæi apostoli corpore & in insula Romæ collocato, non multo post ibidem & ipse Otho obiit, atque ibi in uestibulo beati Petri, quem paradysum nocant, in sepulchro porphyretico, quod adhuc introeũntibus ad sinistram apparet, honorificentissimè sepultus est, relicto Othone tertio filio successore, ac Adelisia Alarami Montisferrati Marchionis uxore, de quibus mox dicemus. 6174 975

Vitalis Candianus. 6. &. 20. Venetiarum dux, hoc anno Petro Vrseolo legitimis suffragiis suffectus, ducauit anno uno. Hic Petri eius nominis quartus Candiani ducis, germanus fuit: qui inito magistratu, statim in languorem decidit, propter quod dignitate se abdicãs, religionis habitum suscepit: post cuius conuersionem, dolore grauatus, quarto die uitam finiuit. Cuius corpus in monasterio sancti Hilarii sepultum fuit.

Constantinus Ioannis imperatoris Græci filius, nonus & . 40. Græcorum imperator, post mortem patris, unà cum Alexio, & Emanuēle fratribus, imperium suscepit. Verum quantum imperauerit nescitur. Hos autem fratres Baianus Vulgatorum princeps, magicæ artis peritus ita bello & magicis artibus uexauit, ut à capienda eorum regia parũ abfuerit, & hoc

& hoc Græcorum, & ipsorũ principum negligentia, qui ipsum deserant, inita fuerãt inter eos fœdera, licet noua pax cõposita fuisset. Horum aũt filii Andronicus, Isautius, Alexius, Nicolaus, Mortulphus, Blaudonius, Hẽricus, Petrus, & deinde Robertus unus post alium successerunt, sed eorum tempora non habentur, & propterea Orientales imperatores deinceps usque ad Palealogos dimittemus.

Tribunus Memnius.7.&.20. Venetiarum dux, hoc anno indemortui Vitalis ducis locum suffectus, ducauit annis.14. Hic monasteriũ Venetiis in honore diui Georgii martyris, propriis impensis extrui fecit, multos illi addens prouentus, ad monachorũ usum atq; sustentationẽ. Tandem contra eum seditionẽ urgente populo, magistratu se abdicare compulsus est, & monasticã uitam eam ob rem abire cogitur, ubi &.6. post die dolore (ut creditur) animi uita decessit, & apud sanctum Zachariam sepultus est.

Ioannes papa eius nominis.14. natione Papi. Ben. pontifex hoc anno surrogatus, sedit men.8. Hic post assumptũ pontificatum, mense tertio à Romanis capitur, & in castello sancti Angeli diligenti custodiæ mancipatur: ubi tam diu pudore carceris & inedia maceratus fuit, donec miseram uitam cum morte mutaret. Quo mortuo & in basilica Petri sepulto, cessauit papatus dies decem. Ioãnes pa.145.

6180 981 Ioannes papa eius nominis.15. patria Ro. Leone præsbytero patre natus, & ipse post mortẽ prædicti Ioannis, sedit men.4. Hic pontificatu suscepto, miro odio in clerũ exardescere cœpit. Vnde & ipse merito, nõ modo ab ipso clero, sed & ab omnibus populis odiosus habitus est, maximẽ aũt, quòd diuina humanáque omnia, cognatis & affinibus elargiebatur. Postposito dei timore & honore, ac Romanæ sedis dignitate, quem certe errorem ad nostra usque tempora peruenisse cernimus. His denique erroribus ac rapacitatibus inuolutus, deo sic uolente, & non sustinente, quarto sui pontificatus mense moritur, & in basilica sepelitur. Ioãnes pa.146.

6181 982 Ioannes papa, eius nominis.16, natione Ro. post prædictũ Ioannẽ suffectus, sedit annis.10. men.6. & die.10. Vir certe tanto magistratu dignissimus. Vtpote imprimis in re militari exercitatissimus, & insigni doctrina clariss. quiq; & nonnulla ædidit librorũ uolumina, attamẽ à Crescẽtio urbis Ro. consule sibi imperium uendicare conantẽ, & seditionib. & aliis perturbationib. agitatus in Hethruriã (ut eius cupiditati cederet) exulatũ abiit: sed Crescentius cognita pontificis indignatione, qua iratus Othonẽ Cæsarẽ contra se cum exercitu in Italiã uocabat, ipsius pontificis cognatos atq; amicos, qui in urbe remanserant, ad pontificẽ rogatũ mittit, ut omissa accersendi Othonis cura, ad urbem cum potestate redeat: precibus suorum itaq; permotus Ioannes ad urbem, prodeunte obuiam Crescentio, cum uniuerso populo uenit, & pontifice introducto Crescentius cum uniuersis seditiosis pontificis sedibus prouoluti, ueniam petiere. Atque ita isti ad concordiam redacti, uitam simul quiete usque in finem perduxere. Ioãnes pa.147.

Cometes stella his temporib. apparuit, futuræ calamitatis indiciũ: & propterea statim in Italia fame & peste laboratum est: atque etiam Capua & Apulia terræmotu sunt cõcussæ.

Viri sanctitate & doctrina excellentes.

Albertus, seu Adalbertus Pragensis episc. natiõe Bohemus, hoc tẽpore ob præcipuam eius sanctitatẽ & doctrinã, maximo habitus est in precio. Qui diuino impellente spiritu, ex Bohemia in Pannoniã descendens, Stephanũ Vngariæ regem, cum uniuerso fermẽ ipsius populo, ad baptismi gratiam perduxit, atque omnes illius prouinciæ episcopos, ad bene de Deo, déque hominibus promerendum, uerbo & exemplo instruxit. Exinde quoq; profectus, in Prusiam, dum Christi fidem quamdiligẽtissimẽ prædicaret, martyrio coronatur. Albertus Pragensis episco.

Odilus, seu Odilo Cluniacẽsis abbas, uir quoq; doctrina & sanctitate uitæ insignis, hac tempestate floruit: qui inter cætera suæ uirtutis memorãda, cõmemorationẽ omniũ defunctorũ post festum omniũ sanctorũ, in Burgundia primũ adinuenit & instituit. Quod quidẽ sanctũ institutũ, ad omnes ecclesias prædictus Ioannes.16. ponti. approbauit, & obseruandum transmisit. Scripsit aũt hic egregius doctor ad ædificationẽ fratrum suorum luculentos sermones. Obiit admodum senex, in anno domini.1048. anno ætatis suæ.87. Odilus Cluniacensis abbas.

Eduardus Anglorum rex, & ipse per hoc tempus, cum regno, tum sanctitate uitæ

clarissimus extitit, qui postea nouercæ suæ dolis ac fraudibus interfectus, martyrii palmam adeptus, miraculis claruit multis.

Stephanus .1. Hungariæ rex

Stephanus primus Hungariæ rex, tẽpestate hac Adalberti prædicti Pragẽsis epis. prædicatiõe cõuersus & baptizatus, etiã plurimis claruit miraculorũ signis, qui postea cũ Galla uxore, Henrici imperatoris sancti, sorore Christianissima, uniuersam Hungariã iugo subiugauit.

Montisferrati Marchionatus hic incipit.

Marchionatus Montisferrati initiũ

Mõtisferratus est angusta Italiæ imò Lombardiæ regio, cuius fines sunt Padus fluuius, Apenninus & Tanarus amnis, & in superiori parte (ut Blond. Fla. Foroliuiẽsis scribit) sunt mõtes Mõcalerio proximi, ubi Pedemontiũ incipit regio. Hæc quippe regio ultra Casale principũ sedes, & alba ac aquis ciuitates pluribus uicis & castellis admodũ est insignis: cõputatur etiam in ea Cassinũ & Moncalerũ oppida, atq; Salucia nunc illustriũ Marchionũ illius cognominis patria atq; sedes. Horũ tamẽ illustriũ Mõtisferrati iurisdictio, ab Othone 2. Alaramo eius genero cõcessa, à Salucio nobilissimo oppido incipiebat, & ad Ianuensem urbem maritimã exclusiue protẽdebatur, & quicquid inter mare Lygusticũ & Padũ fluuiũ fuerat, Alaramaro genero suo & successoribus idem imperator cõcessit. Verũ nepotibus postea inter se diuidentibus, Alarami concessio in.7. Marchionatus subdiuisa est.

Alaramus primus marchio montis ferrati.

Alaramus itaq; primus prædictæ regiõis marchio fuit, qui (ut multi referũt) Saxoniæ 6184 985
ducis filius extitit, qui & hoc modo hac tempestate sui principatus fundamẽta iniecit, atq; in ea.5.an. regnauit. Nam ipse Alaramus Saxoniæ unicus gnatus fuit, cuius pater Christianissi. existẽs, etiã tam morũ quàm principatus dignitate praecellebat. Qui cũ prole careret, unà cum cõiuge sua, quæ sibi diuina prouidẽtia tam morũ quàm nobilitatis sublimitate fuerat sociata, D. Iacobũ apost. sibi in præcipuũ ac specialẽ aduocatũ delegerũt, uouẽdo eidẽ, si prolẽ impetrare dignarẽtur, sanctas ipsius reliquias in Hispania uisitarẽt: uotóq; emisso, diuina clemẽtia precibus eorum nõ defuit, nõ pijssimi apost. aures à iustorũ petitiõe nõ defuere, sed eorũ uota deus ex alto prospiciẽs, ipsorũ petitiones affectui mandauit, & statim uxor concepit. Cúmq; dux ipse uxorẽ grauidã præsensisset, dispositis regni sui rebus, unà cum ipsa uxore, ad perficiendũ quod uouerant iter arripuit. Dũ aũt in Italiã peruenissent, nõ procul ubi nunc est Alexandria ciuitas, uxor filium peperit, quẽ Alaramũ in baptismo nominauit. Exactóq; cũ omni lateranense, ibidẽ filiũ cum nutrice & alijs cõplurimis suis proceribus qui infantuli curam gererẽt dimiserunt, atq; cœptũ iter arripuerũt. Dúmq; oẽs limina sanctissimi apost. inuisissent, uterq; in reuersione defecit. Orbúsq; paruulus factus, etiam cum parentib. regnũ pariter amisit. Educatus nihilominus Alaramus ipse procerũ & pædagogorũ suorũ monitis & exemplis, in omnibus uirtutibus egregius tandẽ effulsit. Erat quippe in primis pulcher aspectu, facie lætus, societate & moribus delectabilis, collo quióq; suauis, & omnibus uirtutibus ornatus. Ipsum igitur nondũ pubescentẽ, ob innumeras eius in omni genere uirtutes, Othoni.2. nondũ Augusto, pædagogi sui obtulerunt: quẽ statim ipse, Alesiæ eius filiæ institutorẽ & magistrũ dedit. Erat tunc Alesia ipsa (ut ita dixerim) adhuc infantula. Quæ cum pubertatis annos attigisset, capta magistri sui amore, illum precibus & lachrymis solicitare cœpit, ut illam furtim sibi duceret uxorem. Metuebat autem ipsa Alesia, ne pater ipsam alteri in coniugiũ traderet. Ipsius autem precibus Alaramus tandem permotus, Deo ac beato Iacobo sic uolentibus, mutatis uestibus, adolescentulam clanculum è regia abduxit, atque ita ipsam uxorem accepit, in Alpibus uero mariti mis agri Albigenensis confugientes, tam diu ibidem in despecto habitu dilituerunt, donec tres genuere filios. Postremo ab episcopo Albigensi cognitus, eius intercessione ac meritis beatissimi Iacobi apostoli, in paternam gratiam ipsa Alesia cum uiro suo Alaramo recepta est. Quibus imperator ipse, tunc Augustus factus, in Italiam optimam regionem possidendam concessit, cui Montisferrati nomen imposuit, cuius fines statuerat imperator ipse, ut ex una parte Padus inde Apenninus & mare Lygusticum, & superiori parte mons Vesulus, ac sic eidem Alaramus ab Othone Augusto secũdo huius regionis Montisferrati, ac totius penè Pedemontis hoc modo denominatũ accepit. Indéq; paulò post ipse Otho imperator cognita hominis uirtute atq; præstantia, eidem totius Italiæ regimen commendauit. Adepto itaq; huiusmodi regno adhuc Othone uiuente Alaramo.7. fuerunt liberi.

Quo se-

Quo feliciter defuncto Otho Augustus Gulielmum eius primogenitum loco patris marchionem constituit, reliquis uero sex nepotibus, hos dominatus sub nomine marchionatus tradidit, scilicet, Sueuæ urbis maritimæ, Cenæ incisæ, Ponzoni Boschi, & Saluciarum cum ipsorum uicis & pertinentiis concessit. Gulielmo igitur primogenito Helena ducis Glocesti fratris Ricardi, Anglorum regis filia uxor fuit, ex qua Bonifacium suscepit filium, ui rum magnanimitate quidem cæteros Lombardiæ principes longè præcellentem, qui & ipse Mariam Philippi Francorum regis filiam duxit uxorem, ex quibus Gulielmus cognomento Senex, natus est filius. Gulielmus autem hic Iuliam Conradi Augusti sororem accepit uxorem: qua suscepta, mox cum Conrado socero suo & Philippo Francorum rege, ad Hierosolymorum regnum recuperandum concessit. In quo quidem bello Gulielmus ipse uir magnanimus complurima de se bellicæ artis præbuit experimenta. Ex ipso autem Gulielmo, tres præstantissimi prodiere filii, quorũ primus Gulielmus cognomento Longaspata fuit, Raynerius alter, & tertius Bonifacius dictus est, atque filiam nomine Iordanam genuit, quam quidem Constantinopolitano imperatori uxorem tradidit.

Gulielmus autem cognomento Longaspata primogenitus secundi Gulielmi, post patrem in regno succedens, & apud Hierosolymam consistens, propter innumeras eius in omni genere uirtutes, ab uniuerso tùm populo, túmque Balduino rege leproso eius nominis.4. Hierosolymitano rege, & imperatorem, & campi ductorem electus fuit, quo nemo ea tempestate præstantior aut dignior ad propugnandos hostes uidebatur. Erat tunc Balduino regi soror, nomine Sybilla, Emerici regis primogenita, ac totius regni post fratrem hæres, quam quidem Balduinus ipse rex Gulielmo huic marchioni uiro præstantissimo uxorem collocauit, arbitratus, si opus esset ipsum cum aliis principibus Christianis rei suæ laboranti, opem statim allaturum. Is itaque uxore prædicta suscepta, cum eiusdem etiam regni gubernacula suscepisset, multáque ac præclara facinora contra Saladinum Aegyptiorum Soldanum eius aduersarium strenuè gessisset, & paulò post è uita migrauit, uno tantum alio superstite relicto, nomine Balduino, apud Hierosolymam derelicto.

Balduinus uero ipsius Gulielmi præstantissimi uiri filius, patre eius defuncto, unà cum uiro suo Balduino leproso adhuc superstite remansit, cui idem Balduinus rex auus suus regi diadema adhuc uiuens imposuit, ac primus omnium ex gente Montisferrati coronam gessit. Veruntamen Balduinus hic auo eius defuncto, post ipsum octauo mense adhuc puer, uita decessit.

Raynerius insuper Guilielmi prædicti germanus, post ipsum Gulielmum fratrem adhuc pueruIo superstite, fratris loco Hierosolymorum gubernacula suscepit, cui Emanuel Constantinopolitanus imperator filiam nomine Curamariam dedit uxorem, Thessaliæ regnum nomine dotis concessit, qui & ipse haud paulò post in bello uita discessit, Bonifacio eius nominis.3. fratre in Montisferrato marchione relicto. Qui audiens Gulielmũ Longaspata fratrem defunctum, confestim regno suo derelicto, cum ingenti classe Hierosolymam petiit, ut Balduino puerulo eius ex fratre nepoti contra Soldanum opem ferret. Sed cum peruenisset in Syriam, Balduinum puerum mortuum, & Sybillam eius matrem Guidoni de Lusignano nuptam inuenit: ueruntamen Guidoni ipsi inhærens, contra Mauros multa prælia strenuissimè gessit. Demum cum ipso Soldano, unà cum Guidone pugnans, superatur & capitur, ac in Damasco (suso eius exercitu) ambo perducuntur.

Conradus autem Raynerii filius, audita patris sui captiuitate, magnam in Italia comparauit classem, & uersus Syriam cum pluribus nauigauit: sed uentorum ui compulsi, Constã tinopolim omnes applicuerunt: ubi cum Conradus hic Græcorum imperatorem obsessum cerneret, eum ingenti uirtute liberauit, ipsúmque in integrum in pristinum gradum restituit. Rebus autem Græcis ita compositis, mox Hierosolymam petiit, ubi omnia regni iura à Soldano erepta, præter Soram urbem, inuenit, quam etiam ipse Soldanus terra maríque oppugnabat. Quo uiso Conradus, accinctus fortitudine, omnem Soldani tandem deleuit exercitum, atque Bonifacium genitorem & Guidonem regem captiuos redemit. Ex quibus bene gestis rebus, magnum reportauit triumphum, propter quod Helisabetham Sybillæ reginæ sororem, eidem Conrado dederunt uxorẽ, ex qua unam duntaxit suscepit

filiam. Et tantus uir, post innumerabiles uictorias in Syria partas, ibidem tandẽ uitam cum ingenti gloria finiuit. Conrado itaque mortuo, Bonifacium ipsius genitorẽ, Christiani in Hierusalem iterato ducem sibi delegerũt, qui & ipse cõtra Constantinopolita. imperatorem, quem filius hic Conradus iam obsidione liberauerat, bellũ ob Thessaliæ regnum acerrimũ gessit, quod ei tandem ademit, ubi & postea rex constitutus, Margaritam Hungariæ regis filiam post primam accepit uxorem, de qua tamẽ nullam prolem habere promeruit.

Bonifacius autem eius nominis.2. Gulielmi Conradi fratris filius, post patrẽ in Monteferrato successit, & multos annos regnauit: uir & ipse strenuus ac munificentissimus. Qui cum Constantiã comitis Sabaudiensiũ filiam duxisset uxorem, unicum ex ea genuit filium, quem & Bonifacium nominauit: uirum sanè postea prudentissimũ, ac in re militari scientissimum. Qui sua uirtute Vercellas & Eporediam urbes, ac nõnulla Pedemontium oppida, suo subiecit imperio: atque & ipse Beatrici Hispaniarum regis filiæ coniugi promeruit, ex qua Ioannem unicum filium, trésque suscepit filias, prima quarum Andronico Constantinopolitano imperatori, secunda Aphonso Castiliæ regis filio, & tertia illustri domino Vrso Vrsino Ro. tradita fuit. Ioannes uero prædictus ipsarũ frater, Margaritam Sabaudiensem duxit uxorẽ, ex quibus nulli processerunt liberi. Atq; ita factum est, ut ab isto Ioanne Alarami primi marchionis genus, per lineã masculinã descendens, defecerit. Masculina igitur linea illustrissimæ Montisferrati familiæ in octaua generatione consumpta, ex totius Montisferrati prouinciæ consensu ad Constantinopolitanũ imperatorẽ, nomine Andronicũ, pro filio missa est legatio, cui ex debito maternæ successionis, ipsius Mõtisferrati regnũ debebatur. Quibus & Andronicus ipse imperator confestim Theodorum primogenitũ suum concessit. Theodorus itaque Paleologus Andronici imperatoris Græci filius, mortuo Ioanne marchione auo suo, regnum Montisferrati suscipiens, multis annis regnauit. Vir certe & animi magnitudine, & mentis acumine, ac ingenio prospicaci clarissimus: cuius præclara quidem fuerunt facinora, nõ minus fortiter quàm sapienter gesta, pro quibus Astensem urbem præclaram debellauit, ac tandem suo iuri adiecit. Inde cũ multo esset armatus milite, Insubribus uexatis opem nõ modicam tulit. Quo quidem præsidio Insubres, id est, Mediolanenses de aduersariis cuestigio uictoriam reportarunt, ac per hoc uicecomitum familia in suo regno stabilita fuit. Hic namque cum uxorem duxisset, filium nomine Ioannem genuit, uirum postea in rebus bellicis præstantissimum, ac uiolantem filiam mulierem elegantissimam.

Ioannes autem ipsius Theodori Paleologi marchionis filius, patri in regnũ ipsum succedens, plures annos regnauit: uir ut præmissum est, in re bellica patri cõsimilis, qui & præclara confecit facinora. Hic cũ Helisabethã Maioricæ prouinciæ duxisset uxorem, ex ipsa duos genuit filios, Gulielmũ uidelicet & Theodorũ. Sed Gulielmus adhuc uiuente patre, cum Neapolim cũ exercitu profectus esset, ibidem in prælio extinctus est, cui Theodorus natu minimus frater, post patrem, adhuc puer, Montisferrati regnum suscepit.

Theodorus igitur eius nominis.2. post patrẽ & fratrem pluribus annis regnauit, atque suum regnũ cum ingenti gloria & pace, semper possedit. Qui cũ esset uir Christianissimus & religionis amator, plures ecclesias ac præclara monaster. a extruxit, quibus dotes & prædia multa obtulit. Hic duas uxores habuit, Prima Beati Galliarũ ducis filia fuit, ex qua Ioannem Iacobũ filium, ac filiam nomine Sophiã genuit: quã quidẽ filiam ipse adhuc unicus Constantinopolitano affini suo imperatori (cõcedente pontifice Ro.) copulauit. Secũda aũt huius Theodori uxor fuit Pedemontiũ principis filia, quæ sterilis permanẽs, post mortem mariti, spretis omnibus terrenis rebus, monasterium apud Albam urbem suam ædificauit, & ibidem monachalem habitum suscepit: ubi usque ad mortem sanctissimè uixit.

Ioannes Iacobus autem, patre Theodoro defuncto, in regnũ successit, & plurimis annis regnauit. Vir certe inclytus, prudentissimúsque, ac rei militaris exercitu gnarus. Ob cuius ingentes uirtutes Sigismundus imperator, non solum eidem marchionatus dignitatem confirmauit, uerumetiam & uicarium generalem imperii in Italia constituit. Qui suscepto regno, Alexandriam Lombardiæ urbem, Philippo Mariæ Mediolanensium duci, mox restituit, atque eidem duci ad recuperandum regnum contra tyrannnos hostes, maximo fuit adiumento.

adiumento. Hic Ioannes Amedei primi Sabaudiæ ducis sororem duxit uxorem, quæ eidē quatuor peperit filios, Ioannem scilicet & Gulielmum, Bonifacium ac Theodorum sanctæ ecclesiæ Romanæ præsbyterum cardinalem, omnes cum literis ornatos. Tres tamen natu maiores, arma cum summa laude quoad uixerunt tractauerunt. Sed & duas cum genuisset filias, unam Cyprorum regi, ut suo loco infra dicemus, coniugio copulauit, Secundam autem, Salutiarum marchione uxorem dedit.

Ioannes denique prædicti marchionis primogenitus, patri in regnum successit, & ad tempora nostra usque regnauit. Homo certe forma elegantissimus, & eloquentia, liberalitate, mansuetudine, ac omni uirtutis genere insignitus. Qui & ipsam Margaritam Aloysii Sabaudiæ ducis filiam duxit uxorem: qui ambo Christianissimi ac pientissimi tandem cum odore bonorum operum sine prole ad dominum migrarunt.

Gulielmus eius nominis. 4. Ioanni prædicto fratri successit, qui & multis annis regnauit. Hic ab adolescentia in senium usque arma cum gloria tractauit. Nam & patre adhuc uiuente cum Mediolanense regnum fluctuaret, Alexandriam Cisalpinæ Galliæ ciuitatem cum uniuerso agro pluries debellasset, eidem regno tandem cedens, factus est non solum amicus, sed & Mediolanensium principum gener. Suscepto itaque regno, maximo suæ ditioni semper fuit ornamento & emolumento: quippe qui non solum suam ditionē à quibusdam seruitutibus liberam fecit, uerum etiam illam seruauit illæsam: & non modo seruauit, sed mirum in modum & omnibus clarissimisq; domibus ac monasteriis & hospitalibus auxit. Arces quoque & oppida nonnulla suo in regno erexit. Casale sancti Euasii insuper regni sui sedem olim Burgum, nunc Sixti .4. pontificis maximi concessione, urbem effecit, eidémq; episcopum dedit. Quam quidem urbem ad ampliandum nouis muris, & quidem crassissimis cinxit, ciuésq; præterea suos omnes, non modo diuitiis, sed & quadā modestia atque urbanitate mirum in modum erexit. Erat hic princeps, ceu sol inter sydera, sic inter omnes sui temporis Italiæ principes præcellentissimus, in eo simul conspirabant omnia egregia, & fortunæ, & corporis, & animi bona. Hic duas uxores habuit, è quibus nullam masculinā sobolem habere promeruit, quo circa annum domini.1483. deficiente.

Bonifacium tertium fratrem iam ueteranū habuit successorē. Qui uir strenuus pluribus per Italiam bellis cum omni honore interfuit, in quibus & consilio & fortitudine eius uniuersam uitam consumpsit, nequaquā tamen à rebus diuinis declinare unquā uisus est. Hic Georgii Albani cognomento Scanderbeus, duxit in senectute magna uxorē, ex qua duos genuit extantes filios, è quibus Gulielmus.5. eius nominis primogenitus paruulus succedit. Obiitque & hic admodum senex anno salutis nostræ.149. paruulo filio sub tutela matris & procerum suorum. Et hæc sunt quæ de illustri & clarissima Montisferrati marchionū genealogia sine tempore sub compendio habuimus, quæque & huic operi sub compendio hoc in loco non immerito summatim mādanda putauimus, ut & præsentes & futuri perdiscant, hanc illustrem celeberrimámq; familiam exteris aliis Italiæ nunc extantibus familiis cum genere, tum uirtutibus, diuitiis quoq; ac gloria longè antecellere. Cum constet hos principes in quouis uitæ genere probatissimos clarissimósq; semper extitisse, dignósq; ut inter clarissimos principes merito connumerentur. Et ne existimes eos in tanto rerum culmine positos, pietatis ac religionis officia prætermisisse, scito, eorum impensa infra scripta celeberrima opulentissimáque monasteria fuisse condita, magnis etiam prouentibus aucta, quibus tum religiosi, tum peregrini alerentur. Quorum primum fuit.

Monasteria à principibus Montisferrati condita.

Monasterium apud Secutiam olim Pedemontium ciuitatem non procul ab Alpibus in honorem diui Iusti martyris, ordini sancti Benedicti ædificarunt, cui duo oppida cum iurisdictione omnimoda concesserunt, atque prouentus duorum milium aureorum quotannis concesserunt.

Monasterium aliud, seu præpositura, in regno Francorum, in Delphinatu apud Alpes, sub titulo diui Laurentii martyris, ordini canonicorum regulariū D. Augustini dicarunt. Cui & tria castella cum rusticis prædiis, & ea plurima ad fratrum sustentationē emerunt & contulerunt. Ex quibus singulis annis percipiunt ducatos bis mille.

Monasterium item aliud non longe ab Augusta prætoria, sub titulo sancti Vrsi confessoris, similiter ordini regularium sancti Augustini construxerunt, habens in prouentu singulo anno ducatos bis mille.

Monasterium præterea aliud apud Eporediam urbem, sub titulo sancti Petri apostoli construxere, ordini sancti Benedicti dicatum, habens in prouentu quotannis ducatos mille & quadringentos.

Monasterium celeberrimum, sub titulo sancti Michaelis de la stella, apud Auilianam oppidum, non longe ab Alpibus, ingenti sumptu, ac mirifica arte fabricatum, habens in prouentu per singulos annos ducatos .6000. Habétque id cœnobium plurima oppida, sua sub ditione supposita.

Monasterium quoque aliud sub titulo sancti Benigni confessoris, ordini beati Benedicti dicatum, non longe à Taurinensi urbe condiderunt. Cui in prouentibus assignarunt singulo anno ducatos bis mille.

Monasterium insuper in Monteferrato sub titulo sancti Ianuarii martyris, in loco ubi dicitur ad sanctum Ianuarium fabricauerunt, quod quidem ordini beati Benedicti dicarunt, cui & in singulis annis assignarunt in prouentibus ducatos mille quingentos

Monasterium similiter in Monteferrato sub titulo sancti Victoris martyris condiderunt, ordini sancti Benedicti illud assignantes, habens in prouentibus singulo anno ducatos mille.

Monasterium item in Monteferrato, sub titulo sanctæ Mariæ de Locedio, ingenti impensa condiderunt, quod quidem ordini Cistercienfium assignarunt, cui & per singulos annos dederunt in prouentibus ducatos.6000.

Monasterium denique aliud in Monteferrato, in loco Vezulani, sub titulo beatæ Mariæ uirginis ædificarunt, ordini canonicorum regularium diui patris Augustini dicatum, habens ex prouentibus singulo anno ducatos sex millia.

Hospitale permagnificum Gulielmus Christianissimus marchio, his superioribus annis sua in urbe Casali, sua impensa ædificauit, atque ipsum maximis prouentibus ditauit, quibus peregrini & ægroti atque uulgo concepti, nutriri possint. Atque ea sua in urbe pluri ma alia monasteria instaurauit.

Ludouicus 4. Francorum rex.

Ludouicus eius nominis .4. Francorum rex, ultimus ex Caroli magni genere natus, hoc anno post patrem Lotharium Francis regnare cœpit, & uno tantum anno regnauit. Hic nanque, ut Francorum testantur historiæ, quandam fœminam Blanthyam nomine, duxit uxorem, ex qua nullos suscipere potuit filios. Quam quidē cum nihilominus unicè diligeret, ipsa ne (ut erat mulier cordata) post mortem mariti sine regno remaneret, Hugonem strenuum militem suum (quem maiorem domus regiæ sibi rex hic prælegerat) ad se secreto uocauit, ac iureiurando ipsum astrinxit, quòd ipsius secreta mandata, perpetuo obseruaret. At ille, ut erat uir fidelissimus, quicquid iussisset se obseruaturū, iuramento compromisit. Quo facto, confestim rex graui morbo corripitur, & testamento condito, uxori omne regnum condonauit, mandátque ut post mortem ipsius, Hugoni prædicto se matrimonio copularet, quod & tandem factum est. Nam rege defuncto, euestigio regina Hugonem maritum accepit. Hugo itaque hoc modo Francorum rex effectus, id regnū quod penes Pipini magni genus annis fermè ducentis manserat, in Hugonē transfunditur. Atq; ita in Ludouico isto, omne Caroli magni genus, quoad reges, defecit. Quorum nomina ac tempora licet habeantur confusa, hic more nostro epilogando, ponenda censemus. 6185 986

Pipinus magnus.1.an.17. Carolus magnus.2.an.47. Ludouicus Pius.3.an.25. Carolus Caluus.4.an.34 Ludouicus Balbus.5.an.2. Ludouicus & Carolus.6.an.5. Carolus secundus.7.an.5. Arnulphus.8.an.1. Odo Parisiensis.9.an.11. Carolus Simplex.10.an.26. Rodulphus.11.an.2. Carolus quintus.12.an.25. Lotharius.13.an.32. Ludouicus ultimus.an.1

Otho 3. imperator.



Tho.3. secundi Othonis filius.3. Germanorū imp. hoc anno post patrē, maxima cum difficultate, imperii dignitatē obtinuit, & imperauit annis .18. Hic à parentibus in uirtutibus omnibus, & ecclesiæ Ro. defensione nō degenerās, multa bella cum gloria confecit, propter quæ Mirabilia mundi cognominari meruit, 6186 987

meruit. Qui posteaquam impetator creatus fuit, priusquam Romam peteret, ad componendas suorum Germanorum rixas undecim annos consumpsit. Indeq; profectus, à Gregorio quinto, Romæ imperii corona redimitus est. Atque mox in Apuliam peregrinationis & orationis gratia ad sanctū Michaelem proficisci uoluit. Cumque ex Gargano monte per Beneuentū Romam transiret, corpua sancti Paulini episcopi secum transtulit. Romamque regressus, Crescentium quendam Romanum consulem, qui Ioannem quendam Placentinum episcopum, natione Græcum, uirum utique scelestum ac perniciosum, contra Gregorium pontificem creauerat in Hadriani mole, quam ipse magnopere fortificauerat, unà cum eodem Ioanne adulterino pontifice diu obsedit. Et tandem captum, multis confossum uulneribus, interfecit. Ioannem uero pontificem, primo effossis oculis, pontificatu simul & uita priuauit. Tandem Italia pacata, cum in Germaniam redire decreuisset, à Romanis intoxicatus, ibidem diem obiit, cuius corpus in Germaniam reportari præcepit. In huius autem Othonis tertii creationem, maximam difficultatē fuisse diximus, quia Othone patre eius defuncto, cum alii Henricum Bauariæ ducem, primi Othonis ex fratre nepotem exposcerent, cum Crescentium Humentanum uirum consularem Italos ad resumendum imperium anniti cernerent, omnes in Othonem hunc consensere. Quorum quidem sententiam Benedictus pontifex, qui tunc erat, approbauit.

Petrus Vrsinellus.7.&.20. Venetiarum dux, Petri quondam ducis uiri sanctissimi filius, eo ipso anno in demortui Tribuni Memni ducis surrogatus, ducauit an.10.&.8. Hunc sane uirum humillimum clementissimúmque fuisse tradunt, quémque in uita nil prætermisisse quod ad honorē Dei reique publicæ suæ bonum pertinere dignosceret. Mortuus tandem, ad ipsius comprobandam singularem humilitatem, omni postposita pompa & ambitione, corpus suum in atrio templi diui Zachariæ sepeliri uoluit.

6191 992 Hugo itaque magnus, cognomento Caputius, Ludouico prædicto Francorum rege defuncto, hoc anno ex ipsius testamento regnum eius obtinens, regnauit unà cum uxore annis quatuor. Sunt qui dicant hunc Hugonē primum Parisiensiū comitem & ducem fuisse, & ob rei bellicæ strenuitatem atque præstantiam, à Ludouico prædicto Francorum rege, in maiorem domus suæ gubernatorem fuisse electum. Cuius pater quidam Robertus tyrannus fuit, quem plane uirum Dantes Florentinus poëta suo in tractatu, de purgatorio macellarium fuisse dicit. Hic tamen Francorum regnum non ea amplitudine obtinuit, qua & Pipinus & cæteri reges possidere. Tunc etenim omnis Transalpina Gallia, cum magna Germaniæ parte finibus claudebatur, sed translato in Saxones imperio, non modo Germania & Eluetia siue Squada, ac magna Belgicæ prouincia pars, quinimò & Burgundiæ, quod Arelatense regnum dicitur, in imperium cessit. Hugo caputius Frācorum rex.

6192 993 GRegoriua eius nominis.5. natione Saxo, patre Othone, Bruno antea uocatus, post Ioānem.16. pontifex creatus, sedit an.2.& mensib.5. Hic prædicti Othonis Cæsaris consanguineus erat, & propterea eo uolente & mandante assumpsit. Qui pontificatu inito, & Othone adhuc in Germania existente, Romanorum, & potissimum Crescentii consulis, agitatus fastidiis, in Hethruriam primo; deinde in Germaniā ad ipsum confugit. Quo absente, idem Crescentius, Ioannem Placentinum episcopum uirum subdolum & pecuniosum, pontificem creat. Eóque creato, Crescentius consul cognoscens imperatoris aduentum, urbis mœnia & portas quamdiligētissimè obfirmare fecit, ac Hadriani molem muniuit. Propter quod deinceps ea moles non Hadriani, sed Crescentii arx appellata est. Superueniente tamen postea imperatore cum exercitu magno, Crescentiū ipsum (ut diximus) cum Ioanne adulteriuo papa, cœpit, & truncato primo Crescentio, etiam Ioannem & uita & pontificatu tandem priuauit, Gregoriúmque consanguineum suum pulsum restituit. Vnde & Gregorius ipse, ut imperii dignitas apud Germanos suos perpetuò remaneret, synodo congregata, sanctionem tulit de imperatore deligendo, quæ usque in hodiernum diem obseruatur. Eo denique mortuo, uacauit sedes dies quindecim. Gregorius papa.148.

IOannes itaq; huius nominis.17. adulterinus papa, Grego. prædicto adhuc uiuēte, cum esset Placentinus episcopua, Crescentio consule operante, per factionē pontificatū occupans, sedit mēsib.10. Et in eius morte, antequā Grego. restitueretur, Ioānes pa.149.

uacauit sedes dies.20.Hic,ut dictũ est,potẽtia Crescentii Ro.cõsulis fretus,quẽ grandi pecunia Constantinopoli secum allata corruperat,pontificatũ munus obtinuit: sed quia ut fur & latro,nõ per ostium in ouile intrauerat,ideo post decimũ mensem,postquam pontificatum ipsum sibi usurpauerat,tanquam proditor & latro ignominiose interiit.

Electorum imperii institutio.

Othone igitur.3.per successionẽ,nõ sine difficultate imperatore creato, Grego.prædictus ex eadẽ gente natus,animaduertẽs imperii imbecillitatẽ,& fortunæ uarietatẽ, ut diutius apud suos Germanos summa imperii maiestas remanere posset, hoc anno synodo congregata,statutũ tulit de Imperatore deligẽdo, quod etiam usq; ad hoc tempus cum omni obseruantia seruatũ uidemus,uidelicet: Vt in futurũ, nõ per sanguinis successionẽ imperii dignitas duceretur,sed per solos Germanos proceres,unà cum quibusdã Panouiæ & Vngariæ principibus Imperator deligeretur, qui Cæsar & Romanorũ Augustus appellaretur. Et tunc demũ Cæsar Augustus, ac uniuersalis imperator haberetur,si eum Ro.Pon. confirmasset:ut plenius habetur extra de Elect.c.Vniuersalẽ.Hos aũt imperatoris eligẽdi authoritatẽ,primo Archiepiscopũ Maguntinũ habuisse, Archiepis.Treuerensem, & Coloniensem Italiæ nomine. Alii uero duo Germaniæ Galliæq; nominibus. His additi sunt quatuor principes,Brandeburgensis marchio,imperatoris post electionẽ camerarius, Palatinus comes,qui dapes,Saxoniæq; dux,qui ensem imperatori defert,& Bohemiæ rex pincerna,quem his additum ferunt,ad tollendas Electorum discordias. 6164 994

Electores imperii creantur.

Viri disciplinis excellentes.

Robertus Hugonis magni Francorũ regis filius.hoc anno post patrem Francis regnare cœpit,& regnauit annis.34.Vir certe omni uirtute laudabilis,ac religione præcipua insignis.Qui licet rei militaris admodũ doctus & studiosus existeret,tamen ubi per ocium licebat,Dei templa frequentabat,& ibidẽ diuina officia ardenter celebrabat, ac si Deo in sacris initiatus fuisset. Et cum esset in doctrina clarus,insignisq; haberetur, multa ad multorum eruditionem composuit. Et inter cætera sequentias multas, è quibus præcipua habetur illa,quæ incipit:Sancti spiritus assit nobis gratia. Et, O Iuda & Hierusalem. atq; alia multa. Huius nanque dignissimi principis religio tanta fuit, ut quotiens sibi per ocium liceret,horas canonicas unà cum canonicis in choro caneret:qua quidem pietate ac religione,hoc quidem miraculũ ab eo factitatũ referunt,ut cum aliquando horas suas exolueret, & oppidum quoddam obsideret,Dei nutu & meritis tanti uiri,mœnia dicti oppidi sine pugna ceciderunt,& oppidum sine damno suorum obtinuit. Demum moriens,miraculis clarus effulsit. 6195 996

Robertus Hugo,Frãcorũ regis filius.

Robertus alius Carnotensis episcopus eruditissimus uir,hisdem temporibus & doctrina & uitæ sanctitate multo in precio fuit. Qui cum multa ædidisset librorum uolumina, etiam canendi modum meliusculum reddidit.

Hugo quidam Adeburgensis miles, hac tempestate apud Othonem hunc imperatorẽ maximo habitus est in precio. Cuius rei causa ipsum ex Germania in Thusciam procuratorem suum transmisit,eo quòd inter cætera optimus uir esset, ac pietatis & iustitiæ cultor haberetur. Qui eò accedens,adeò iuste integreq; prouinciã gubernauit,ut optimi principis desideriũ nemini prouincialiũ reliquerit. Vbi cum sex annis eo in magistratu omni cũ laude ipse præfuisset,tandem apud Pistoriũ urbem defecit. Ad quem Hugonẽ omnes Hethrusci post mortem confluentes,nõ secus eum,ac si publicum parentem luxere, omni genere honoris funeri suo adhibito.

Prodigia.

Cometes stella hoc eodem anno in cælo uisus est,pro quo multa ac uaria alia apparuere prodigia,atque terræmotus magni fuerunt,quibus multæ urbes concussæ sunt,ac deinde multa mala subsecuta sunt.

Siluester papa.150.

Siluester papa,eius no.2.natiõe Gallicus,Gilbertus antea uocatus,hoc anno Gregorio ponti.surrogatus,sedit an.4.mense uno & dieb.8.Hic malis artibus pontificatũ obtinuit, eo quòd ab adolescẽtia cũ monachus esset, relicto monasterio se totũ diabolo obtulit,modo quod optabat obtineret:& ut bonarũ artiũ operam daret,primo ad Hispalim Hispaniæ urbem accessit,ubi cum doctrinæ admodum cupidus esset,ea in re tantum 6196 997

re tantū profecit, ut optimus doctor euaserit, & Othonē Augustū atq; Robertū regem, & nōnullos alios insignes uiros habuerit discipulos, quorū ope primo Remensis, deinde Rauennatis archiepiscopus fuerit factus, postremò Ro. pontifex diabolo adiuuante fuerit constitutus: hac tamen lege, ut post eius obitū totus illi anima & corpore esset. Post hoc quæsiuit Gilbertus diabolo, quādiu in pōtificatu uicturus esset? Respōdit: Donec in Hierusalem celebrabis, uiues. Postremo. 4. sui pōtificatus anno, dum quadragesimali tempore in basilica sanctæ crucis in Hierusalē Romæ sacrificaret, fato se moriturū statim cognouit: unde pœnitentia ductus, errorē suum corā populo cōfessus est, rogauitq; oēs, ut corpus suum diabolicis artibus seductū, membratim detruncarēt, disiectūq; ac laceratū, super curru imponerēt, & eò loci sepelirent, quò sponte ab equis foret uectū. Ferūt itaq; Dei nutu (ut scelerati discāt apud deū ueniæ locū sibi relictū esse modo in uita pœnituerint) equos ipsos sponte ad Lateranensem ecclesiam peruenisse, ibidémq; sepultum fuisse.

6200 1001 
IOannes papa, eius no. 18. cuius cognomē & patria ignoratur, post Siluest. ponti. sedit men. 5. De quo, propter pōtificatus breuitatē, nil gestū habetur, nisi quòd, ut aiunt, cōmemorationē omniū defunctorū post festū omniū sanctorū ab Odone supradicto Cluniacensi abbate, in Burgundia iam diu institutū ab uniuersa ecclesia obseruandam mox approbauit. Ioānes pa. 151.


IOannes papa. ipsius no. 19. patria Roma. prædicto pōtifici suffectus, sedit an. 4. & mensi. 4. Qui pontificatu inito, ad ocium conuersus, & ipse nil memoria dignum gessit. Sepultus aūt fuit in basilica B. Petri, & post cessauit sedes dies. 19. Ioānes pa. 152.

Malatestarum principum procursus.

6201 1002 Malatestarum autem uetustissima & regia Flamineæ prouinciæ familia, hoc anno seu his temporibus ex Germania in Italiam ueniens, plurimo adiutorio contra tyrannos Romano imperio fuit, ob cuius beneficia atque sæuitia, Otho tertius Cæsar & Augustus, Ariminum uetustissimam urbem eidem dono dedit & concessit, & multis ac magnis priuilegiis & gratiis illam decorauit. Hi namqne à Germanis originem ducentes, ex illis fuerunt Theutonicis Malatestis, qui Flamineæ prouinciæ partem ab isto Cæsare Othone discidentem occuparunt, & Cesenæ urbi in primis frenū imposuerunt, propter quod & concedente Augusto ipso, Arimino ac multis aliis locis potiri promeruerunt. Quæ quidem clarissima ac regia familia postmodum in suos crescens ortus, quantæ semper maiestatis, quantæque gloriæ nostris Italis fuerit, multis equidem & admirandis testimoniis apertissimè dignosci & uideri potest, cum in ea multi clarissimi principes, fortissimique imperatores, ac grauissimi, doctissimi quoque senatores emerserint. Hinc etenim, ut reliquos missos faciam, primum Mastinus Pandnlphus, & Galeotus principes omni uirtutum genere decorati emersere. Et à Galeoto eodem orti sunt Carolus & Pandulphus secūdus Malatesta, qui ambo inter ætatis suæ principes, semper primarii habiti fuerunt. Nam Galeotus eorum pater, animi uirtute præstantissimus fuit, ecclesiæque Romanæ obsequentissimus, ac contra Carolum eius nominis quartum imperatorem, tempore Innocentii sexti, acerrimus fuit defensor: quamobrem idem Innocentius pontifex, eundem uicarium suum perpetuum, atque eius successores omnes in Ariminensi confirmauit urbe. Carolus uero eius filius, uir bellicæ artis præstantissimus fuit, & M. Catoni Romano simillimus, cuius munera magnificè gesta, & apud Florentinos Venetósque scripta testantur. Pandulphus autem eius frater, fuit uir prudentia clarus, armis clarior, authoritatéque clarissimus: qui & ipse post multa, & apud Mediolanensium ducem fortissimè gesta, Brixiam etiam potentissimam urbem, ac deinde Bergomum clarissimam nostri ortus ciuitatē, in suam redegit potestatem, eásque ciuitates item sua liberalitate & munificentia, & superbissimis ædibus ac ornatissimis sacellis multo clariores reddidit. Malatesta uero tertius eorum frater, eisdem fratribus nulla ratione uirtutis inferior fuit. Eisdem quoque Robertus successit, quem integra fides, præcipua religio, & incredibilis feruor, ac morum omniū compositio, beatum & miraculis clarū effecit. Sigismundus Malatesta hinc etiam emersit, qui a patris moribus degenerans, Ro. ecclesiæ rebellis plurimum & infensus fuit, propter quod & Pius ponti. maximus, ac eius successor Paulus. 2. eidem omnia præter urbem Ariminū & circūquaq; Malatestarum princi- pū cur sus.

trium milium passuum spacio abstulerunt. Robertus autem eisdem Sigismundi, & ipse ut pater ex pellice filius patri successit, qui & animi cōstantia, & corporis robore insignis plurimū fuit, qui in anno domini.1482. Romæ deficiens extra matrimoniū susceptū paruulum reliquit successorē: uirnm profectò à patris moribus omnino alienū, qui tam præclaram, tàmque uetustam Malatestarū familiā sua insania, suâq; multiplici turpitudine extinxit, & è terra deleuit. Rara unqnā fuit familia in omni gente, quæ non aliquādo monstra peperit, & quid mirū, si in hac Malatestarū prosapia, quæ iam quingētis annis regno potita est, unus inuentus est, qui maiorū suorū exempla refugerit? Hunc igitur uirū postquā in paterno solio.18.annis stetit, hoc anno qui est quinquagesimus primus supra millesimū annus, ab Alexan. papa eius nomi.6. per filiū suum Valentinū, eiectum fuisse constat. Atq; ita in eo omnis Malatestarū familia & prosapia post annū sui regni principiū quingentesimū extincta est. Itaq; discant uniuersi, quod sicut iustitia & religio pacem parit, gentem eleuat, solium & regnum confirmat, lætitiam gignit, & amatores suos beatos & immortales efficit, ita & econuersò, ut in hoc experimento probatum habemus.

Sergius pa.153.



Ergius papa, eius nomi.4. post Ioannē prædictū ponti. pontifex suffectus, sedit an.2. & mensi.6. Hic natiōe Ro. patre Martino ortus fuit. Vir sanctissimæ uitæ gratæq; cōuersatiōis, cuius tanta fuit prudētia, ut toto suo pōtificatu nil cōmissum sit, quod merito reprehēdi possit. In deo enim omnem mentē cōuertens, omnia bene & integre gubernabat. Cuius quidem consilio, omnes Italiæ principes fœdere composito, è Sicilia Saracenos expellere constituerūt. Vnde & Gulielmus magni Tancredi Normandorū ducis filius, adiuuantibus Campano & Salernitano principibus, è Sicilia ipsa insula breui temporis spacio omnes expulit. His gestis, cum Italia & totius ferè terrarum orbis fame & peste laboraret, hic uir sanctissimua uita excessit, & in beati Petri templo sepultus est, ex cuius morte sedes uacauit dies octo. 6203 1004

Henricus germanorum imperator.4.



Enricus imperator, eius nominis primus, quartus Germanorū Cæsar, hoc anno Othone mortuo, nō per successionē, sed ab electoribus prædictis, Cæsar & Augustus electus, imperauit annis.10. &.9. & mensibus.5. Hunc primum Bauariæ ducem fuisse constat. Virum utique optimū atque sanctissimū, & eundē uxorem habuisse, quæ nequaquā mariti laudibus, uidelicet pietate, religione, ac præcipua humanitate cederet. Hic itaque secundum Gregorii pontificia prædicti institutionē, Cæsar & Augustus creatus, aliquamdiu in Gallis occupatus, suum in Italia distulit aduentum. Compositis tandem ibidem rebus, confestim Romam uenit, & imperii coronam à Benedicto eius nominis octauo accepit. Acceptáque corona, statim in Campaniam à Saracenis occupatam mouit, quos etiam primo impetu inde expulit, ac Bubagnanum Græcorū ducem, qui Saracenis ipsis fauebat, adeò acerrimo persecutus est bello, ut & eum quoq; Apuliæ finibus eiecerit. Ita autem caste hic sanctus princeps cum Simagunda uxore uixit, ut uterque in morte miraculis claruerit. Nam nil in uita prætermisit, quod ad honorem Dei pertinere dignosceret. Denique post multa bella in Boemia, Germaniáque, ac Italia strenuè gesta, cum soli Deo seruire uellet, Bambergensem fundauit episcopatum, atque sorore Vngariæ regi, nomine Stephano, matrimonio collocata, migrauit ad dominum, magno de se apud omnes desiderio relicto. Qui & post mortem plurimis claruit miraculis. Obiit itaque pridiè Idus Iulii, quo die eius solennitas celebratur, sepultúsque in Bambergensi cathedrali ecclesia à se constructa. Eius autem uxor uirgo permanens, post mortem & ipsa in eodem sepulchro cum uiro suo sepulta fuit, ubi & ambo miraculis claruerunt. 6203 1004

Normandorum principum in Apulia principium.

Normandia, à qua infrascripti principes & reges Apuliæ & Calabriæ originem duxere, est Galliæ ultra Sequanam fluuium regio, in qua semper fuerunt uiri bellicosi, qui à Carolo magno (ob eorum sæuitiam) multis fuerunt prœliis attriti, sed eo persuadente, Christianam fidem suscipientes, postmodum Christianissimi euaserunt uiri.

Apulia autem horum principū sedes (licet supra libro decimo aliquid descripserimus) est Italiæ regio mari Adriatico contermina, olim Iapegia cognominata, à Iapege Dedali filio dicta, ut placet Herodoto & Vergilio in undecimo Aeneidorum libro. Ea itaque regio olim

gio olim populosa fuit,& ciuitatibus nobilissimis tempore Ro. inclyta castris, & oppidis permunita,frumento,uino,oleo,diuersique generis fructibus fertilis. Ex qua equi bellato res proueniunt plurimi. In ea quippe regione Diomedes condidit urbem Argyripam. In summitate autem cuiusdam ipsius montis extat præclarissimum toto orbe oppidum sancti Angeli,ornatum pulcherrimo templo beati Michaëlis archangeli. Hanc regionē Græci Dauniam uocant. Hancque regionem plærique Messapiam, Iapegiam, Calabriam, & Salentinam communi appellatione nuncupant.

Gulielmus eius nominis primus, cognomento Ferrabach, magni Tancredi filius, Apuliæ, Calabriæque comes, hoc anno, cum multis annis ibidem regnasset, diem obiit. Hic primum cum Romandiolam & quandam Hethruriæ partem ab Tancredo patre milite generosissimo occupatam possideret, audiens Saracenos prædictas prouincias (ut dictum est) præmere, inuitatus à Michaële Cathalayco imperatore Constantinopolitano, unà cū Capuano & Salernitano principibus, & Malochio duce, qui pro imperatore ipsas prouincias gubernabat, expeditionem primum in Siciliam sumpsit, pactione cum imperatore ipso adhibita, ut quadrifariam omnia capta diuiderentur. Profectus itaque Gulielmus hic cū prædictis ducibus, mox Saracenos fugauit: quibus pulsis, Sicilia omnino potitus est. Sed Malochius supradictus imperatoris dux, prædam inæqualiter diuidens, Siciliam pro imperatore suo retinuit, & Gulielmi indignationem in se plurimum concitauit. Dissimulauit tamen Gulielmus iniuriam illam usque ad tempus. Pauló post, traductis Gulielmus in Italiam copiis suis, in Apuliam accessit, & magnam illius partem sibi subegit. Qui, ut sedem sibi constitueret, in qua potissimum suorum mulieres ac pueros, necnon & impedimenta omnia tuta seruaret, Melphim ciuitatem arduo in loco ædificauit. Quæ audito Michaël imperator, statim magnis per legatos suos ex Græcia Siciliáque atque Italia congregatis exercitibus, in Gulielmum hunc, & suos Normanos, duci curauit. Cōmissóque ingenti prælio, apud Oliuetum Apuliæ oppidum, Gulielmus cum suis, superior uictórque euasit. Ac sic Apuliæ regnum, dominium isto modo accepit.

Tancredus autem Normanus, prædicto Gulielmo pater fuit: uir generosi animi, qui apud ipsam suam regionem, duodecim ex duabus uxoribus genuit filios. Vbi cum eorum sumptibus admodum præmeretur, nouas sedes sibi quærere constituit, fortunámque meliorem, & opes meliores alio in loco facere confisus, Italiam uenit, & primā, in Romandiola substitit. Eóque in loco consistens, filii eius tanta & talia contra Salernitanū & alios Italiæ principes gessere facinora, ut eos uiros fortes præstātissimósq; suo malo senserint.

Drogo seu Drogus, prædicti Gulielmi frater, siue ut aliis placet filius, hoc eodem anno ipsi Gulielmo in Apuliæ principatu successit, & septem annis regnauit. Contra hunc imperator Græcus quendam nomine Melem, alias Melabter ducem, cum multo exercitu misit, qui in Drogonem istum impetum faciens, ipsum pené ex Apulia proiecit. Verum Drogone exercitu instaurato, superatis Græcis, statim amissa recuperauit. Quibus optimé & ex sententia gestis, moriens, pauló post Gotthifredum fratrem habuit successorem.


6206 1007 Enedictus papa, eius nominis octauus, Sergio pontifici hoc anno surrogatus, sedit annis undecim, & mensibus undecim. Hic natione Thusculanus, patre Gregorio ortus fuit. Qui omnibus in rebus Henrici Cæsaris defensiōe utebatur: sed eo defuncto, é sede pulsus est. Verum postea, inito cum inimicis concordia, pulsóq; adulterino pontifice, in urbem cum dignitate regressus est, nec multo post moritur, & in basilica Petri sepelitur. Petrus aūt Damiani doctor, de isto Benedicto refert, Episcopum quendam, uidisse die quadā in solitudine, hunc Benedictum equo nigro insidentem, eúmq; interrogasse, quid causæ hoc esset, quod post mortē equo ueheretur nigro? Respō disse dixit, Grauiter, inquit, torqueor. Quibus dictis, Benedictum ipsum hominē rogasse, ut pecunias quas ipse occultauerat acciperet, & suo nomine pauperib. erogaret: nam quæ antea eleemosynarū nomine datæ fuerant, nihil ei profuisse, quia ex rapinis fuerant. Fecit mandatum episcopus, & statim episcopatu se abdicans, monasticam uitam complexus est.

Benedictus pa pa.154.

Otho Vrsinellus octauus & uigesimus Venetiarum dux, hoc anno indemortui Petri germani ducis loco suffectus, ducauit annis .19. Vir quidem etiam à puero magnanimus atque

atque eloquentissimus. Ob cuius eloquentiam & magnanimitatẽ anno ætatis suæ decimo octauo dux & princeps delectus fuit. Cuius uirtute & industria fuerunt, Saracenos Barũ Apuliæ oppidum obsidentes ad unum usque interfectos fuisse, & oppidum oppressum liberatum esse. Quo quidem bello optimé confecto, cum statuisset Hierosolymæ laboranti contra Mauros opem ferre, Hadrienses hostes eum deturbauere. Quamobrem indignatus Otho, omnem uim sui exercitus in eos conuertit, atque eos apud Laurentum tanta clade perdomuit, ut dies ille ultimus ciuitati uisus fuerit, unde nec postea Hadrienses amplius finitimis suis bellum inferre ausi sunt. Hic etiam ex senatus sui consilio gradum ciuitatem, á Pepo Aquileiensi patriarcha nuperrimé dolo captam & destructam instaurauit, & alia beneficia Venetæ urbi contulit. Veruntamen anno magistratus sui sextodecimo, forté suis exigentibus demeritis, depositus, apud Constantinopolim perpetuo exilio damnatus est.

Prodigia multa.

Prodigia. Luna hoc anno in sanguinem uersa, uisa est, atque terræmotus magni fuerunt. Insuper 6211 1012
& facula ardens instar turris, cum magno fragore de cælo decidit. Mare quoque, littus suũ egrediens, complurimas submersit urbes. Quibus malis confestim in Italia maximé, & in toto fermé terrarum orbe, ualida fames est subsecuta. Paulóque post etiam in Italia tota tanta peste laboratum est, ut plures mortui, quàm superstites haberentur. Quam quidem calamitatem in Lothoringia Galliarum prouincia, fons saluberrimæ aquæ, in sanguinem fuerit uersus, futuram indicans Christianorum stragem.

Hierusalem ciuitas sancta, hoc anno á Saracenis, direpto domini sepulchro, turpissimé capta est atque uastata: qui Saraceni etiam templum montis Syon & Bethleem capientes & uiolantes, spurcitiæ Mahumeteæ dedicauerunt. Cumque ita per quatuor & triginta annos infecta stetissent, Constantinopolitanus imperator, Leone nono pontifice Ro. procurante & auxiliante, denuo obtenta est. Et sanctissimum Dei sepulchrum sua impensa ipse Orientalis imperator instaurare fecit.

Vngarorum conuersio.

Gilla Vngariæ regina matrona siquidem sanctissima, Henrici supradicti Cæsaris soror, & Stephani Panoniorum regis uxor, Semigundæque imperatricis cognata (de quibus duabus in libro de claris mulieribus diffusé tractauimus) his temporibus multo in precio existens, adiuuante Alberto supradicto Pragensi episcopo, suo spirituali patre sanctissimo, primo regem Stephanum uirum suum, postmodum omnes regni sui populos conuertit, & Christi fidei mirabiliter subiugauit. Erat enim hæc regina, ut eius præclara testatur historia, pietate, innocentia, benignitate, religione atque hospitalitate, adeo insignis & conspicua, ut in toto orbe ei non inueniretur consimilis. Ac post mortẽ crebris claruerit miraculis, ut inter sanctas fuerit relata. Eius autem sanctissimum corpus in Albensi basilica condigno seruatur honore.

Conradus germanorũ imperator.



Onradus eius nominis primus, natione Sueuus. 5. Germanorum imperator, hoc anno biennio post Henrici mortem, póstq; multam contentionẽ, legitimis omnium suffragiis, imperator & Augustus creatus, imperauit (interregno supputato) annis. 30. Vir in re militari admodum præstans, qui & apud Henricum prædictũ Cæsarem diu militiæ dux extitit, cum quo etiam multa bella strenué gessit. Qui inito principatu, coactis in unum properé copiis, in Italiam mox descendit, & Romam uadens, á Ioanne pontifice Romano, imperatorio titulo fuit inunctus. Suscepta igitur imperii corona, mox Longobardos rebellantes, & per uaria nostræ Italiæ loca, & maxime per Venetiam, atque Emiliam, passim & ubique deprædantes, repressit atque contriuit. Indéque Helyprandum Mediolanensium tum principem duxit, eo quód urbem suam, & multas Lombardiæ urbes, ab imperio discedere procurasset. Veniens itaque imperator hic cum ualido exercitu Mediolanum, ipsam urbem primum obsedit, & suburbia omnia succendit. Eo scilicet animo, ut urbem quoque uniuersam sibi rebellem concremaret. Sed uirtute ac magnanimitate Helyprandi uicecomitis, & hortatu Coloniensis Archiepiscopi id ei suadentis, obsidionẽ soluit, ac inde recessit. Cum ille intra missarũ solennia, B. Ambrosiũ, urbem, & populum tuentem inspexisset, discedens deinde ex Italia, in Schlauos & Vngaros sta-

garos statim duxit, atque eos breui perdomuit. Quibus felicissimè ex sententia gestis, non nullas & quidē perutiles tulit leges, inter quas hæc una fuit: Vt qui cum princeps pacem infringere tentasset, capitis pœna plecteretur. Hac ratione motus Lapoldum quendam Germaniæ comitem acerrime persecutus est. Quod ab eo turbandi ocii & quietis ortum fuerat initium, qui sibi cauens, cum uxore & liberis in solitudine aufugit, atq; ibidem præ timore diu dilituit. Nuncios præterea misit, qui Græcis & Normanis de regno Apuliæ concertantibus, ab armis discedere imperarent. Romanis quoque excidium interminatus est, si ulterius quemadmodum cœperant, pontifices Romanos seditionibus uexarent. Quo tandem mortis genere Conradus hic, uel ubi obierit, non inueni.

6221 1022  Oannes papa, eius nominis uigesimus, Benedicto pontifici hoc anno suffectus, se dit annis nouem & diebus nouem. Hic patria Ro. patre Gregorio Portuensi epi scopo natus, nullis initiatus sacramentis, pontificiū munus suscepit. Quem postea Romani seditionibus & apertis præliis plurimum uexauere. Sed tandem Conradi Cæsaris potentia & authoritate liberatus fuit. Cuius quidem uita mirificè ab omnibus laudata fuit. Eóque mortuo, sedes uacauit dies octo. Ioānes papa 155.

Mediolanensium principum initium.

Helyprandus quidam Facii Angleriæ comarchi filius, hoc anno patre ipso rebus humanis exempto, ex totius senatus populique consensu, Mediolanensium regni habenas suscipiens, regnauit annis triginta: uir quidem eo consilio atque uirtute insignitus, ut in toto Cisalpinæ Galliæ urbem eidem par non reperiretur. Qui cum maxime in singulari certamine oblectaretur, fortissimos etiam propugnatores sæpenumero deuincebat. Quem cum Conradus Augustus, post multa facinora ab eo strenuè gesta, aliquando intuitus fuisset, ipsum ingenio dexteráque plurimum ualere adiudicauit, & à Stephano supradicto Panonum rege aliquando interrogatus, qualem fore Helyprandum Mediolanensem putaretur? Vellem, inquit, tam ferax scientia rei militaris & uirtute corporis seculum haberemus, ut aliquos Helyprando non ex iniuria præferre possemus. Hic igitur Helyprandus, ut ex quibusdam habemus historiis, cum Mediolano multisque aliis Lombardiæ urbibus imperaret, ac tum rei militaris scientia, túmq; regni magnitudine aliis præferreretur, effecit (ut ita dixerim) ut totius orbis reges in se uno, oculos conuerterent. Propter quod & Conradus Cæsar eidem bellum implacabile indixit, eo quòd urbem ab imperii obedientia alienauerit. Et propterea egit, ut omnes confines regulos in eum concitarentur. Veniens itaque Conradus Cæsar cum exercitu Mediolanum, postquam diu urbem obsedisset, tandem Bauerium quendam Theutonicum necessarium suum miræ magnitudinis & fortitudinis uirum, quem quasi Achillem aut Hectorem omnes Helyprandi copias profugaturum existimabant, contra hunc Helyprandum ex Alemania accersiuit. Cum hoc uiro uastissimo, tandem Helyprandus hic, communi decreto, singulari certamine extra Meliolanum certamen assumpsit, quem & post longa diráque certamina Helyprandus iste per medias pectoris crates perforauit. Quo quidem uulnere, cum ex equo Theutonicus decidisset, Helyprandus confestim ipsum tuentem intercepit, ac suo proprio ipsum iugulauit gladio. Post cuius ruinam Conradus imperator, mox die secunda tristis factus, cum lachrymis è Mediolanensium finibus cum omni exercitu abscessit. Soluta urbis obsidione Helyprandus contra confines regulos, quos cum Conrado sensisse nouit, arma mouit. Sed omnibus ueniam petentibus, ipse uerterat, animo magno eos benignè suscepit, & deinceps cum ingenti sua gloria in pace quieuit. Tandem uero Conrado Cæsare mortuo, cum Helyprandus contra Henricum imperatorem eius successorem in Germaniam profectus etiam febribus agitatus, è uita migrauit. Quo mortuo, cum maximis omnium lachrymis humatus est, & pater patriæ appellatus est: quem matres, ut moris erat, per annnm planxerunt. Medio lanenfiū principum initiū.

Vicecomitum Angleriæ genealogia.

6222 1023 Helyprandus itaque prædictus Angleriæ comes, Mediolanique princeps (ut diximus) Facium habuit patrem Angleriæ comarchum. Cui Facio (sicut quædam Mediolanensium testantur historiæ) pater fuit Oppizo, uir bellicæ artis peritissimus, qui sub Othone primo feliciter militauit. Oppizoni aūt pater fuit Atho, totius Italiæ generalis imperator, hinc pa

hinc pater Adibertus, qui fuit Berengarii, qui fuit Hugonis, qui fuit Guidonis, cuius innumera magnificé gesta apud clarissimos comperiuntur scriptores, licet ad manus nostras nō peruenerint. Hic Facius á Bernardo Angleriæ comarcho, patrem habuit Desiderium regem, Desiderii aūt pater Astulphus rex, qui fuit Rachis, qui fuit Peridei, qui fuit Gualuagni Angleriæ comitis. Hi omnes, etsi prospere per se pugnauerint, tamen ab alienigenis multis cladibus afflicti fuerunt.

Angleria oppidum Lombardiæ.

Angleriam autem nunc castrum, olim ciuitatem fuisse constat, quod & á Mediolano longe miliario quadragesimo in ripis urbani loci in altis mōtibus, & in præruptis rupibus, magna ex parte inaccessibilibus situm nemo dubitat. Quam quidem ciuitatem post Troianam cladem quidam Troianus princeps profugus nomine Anglus, primo fundauit, & á se Angleriam nominauit. Eam siquidem populosum & amplam aliquando fuisse ex eius ruinis coniici potest. Quam cum Sostri euertissent, postea nunquam coaluit. Eo itaque loci adhuc castellum in tumulo positum est, quod nostris temporibus Doromei clarissimi Mediolanenses ciues multarum diuitiarum potentissimi, summa cum diligentia custodiunt, cui adhuc subest Burgum non ignobile.

Angleriæ autem ipsius urbis reges hi fuerunt, Primo Anglus ipsius conditor, cui successit Abida, deinde Phisoch rex, post quem Philus eius filius, qui genuit Punecium regē, Punecius autem Elimach, Elimach uero Albanicum, Albanicus Sememundum, Sememūdus autem alium uomine Albanicum: quo regnante, Romulus urbem Ro. condidit. Post uero Albanicum ipsum regnauit Ascanius: quo tempore Numa Pompilius Romanis imperauit. Ascanius autem genuit Galeremundum regem, qui Thusciam suo subiecit imperio. Post quem Elimach secundus, qui regnare cœpit Insubribus & Hethruscis: qui genuit Rachim, Rachim uero genuit Belouesum regē, qui multis armatus militibus, tanta uirtute contra hostes pugnauit, ut ad postremum totius fermé Italiæ regno sit potitus. Quo mortuo, in regno eius filius nomine Brigninus successit, qui genuit Brunisedum, quique & ipse animi uirtute Gallos Romanósque congressus, euasit uictor gloriosus. Brunisedus autem Falarandum genuit, Falarandus uero Bridomarium, & Bridomarius Licium genuit filium: quo quidem tempore Pompeius & Iulius Cæsar ciuile gessere bellum. Sub hoc autem regium diadema Angleriæ, ac Mediolanensium cessauit. Vbertinus autem ex Angleriæ familia postea surrexit uir uiribus fortis, qui ingentem draconem apud Mediolanum populo spectante claua solus interfecit, post quem qu'dā nomine Maximus apud Mediolanum magistratum suscepit. Maximus autem genuit Milonem Athletam illustrem, qui supra humanas uires fecisse dicitur, Crothonensi Miloni persimilis, qui uidelicet Taurum in Olympico certamine ictu dexteræ occidisse dicitur, & per stadium in humeris suis sine fatigatione portasse, totúmque una die illum manducasse, nec uereor dicere, illum eundem fuisse, de quo Valerius de mortibus non uulgaribus meminit, quod & Gellius noster Noctium Atticarum lib. 15. affirmat, dicens ipsum demum exitum habuisse miserandum. Post quem eius filius Rolandus surrexit, uirtute & fortitudine patri æqualis, nec & ipse Rolando Palatino inferior, qui apud Angleriam oppidum suum, arcem pugnacissimam extruxit, & puteum profundissimum effodit, qui nuncusque Rolandi puteus nuncupatur. Post hunc Mediolanenses & Angleriæ comites substitere usque ad Gualuagnum Angleriæ & Mediolani comitem. De quo in Genealogia huiusce familiæ pauló ante diximus.

Petrus uigesimusnonus Venetiarum dux, ex Gradenica gente familia nobili natus, hoc anno bonis omnium suffragiis dux creatus, ducauit annis quatuor. De quo nil memoria dignum habemus, nisi quód quarto principatus sui anno seditione contra eum exorta é magistratu deiectus fuit, atque Constantinopolim missus, ibidem in quodam monasterio tanquam in carcere reclusus est. 6229 1026

Vrsus autem patriarcha trigesimus Venetiarum dux, hoc anno Petro prædicto é magistratu deiecto, uniuerso assentiente populo eidem surrogatus ducauit anno uno. Qui magistratu suscepto, statim tumultus & seditiones in urbe compescuit, & multa digna laude in republica peregregie confecit. Verum tamen cum sciret neminem posse duobus 6229 1030

dominis

dominis seruire urgente conscientia, post annum uniuerso astante concilio & populo sua sponte se magistratu abdicauit.

Henricus Francorum rex, Roberti superioris regis filius, qui fuit Vgonis magni, hoc eodem anno post patrem regnum suscipiens, Francis regnare incipiens, triginta annis regnauit. De isto autem nil memoria dignum habetur. Henricus Francorum rex.

6230 1031 Dominicus Vrseolus, primus supra trigesimum Venetiarum dux, hoc anno Patriarcha prædicto magistratu se abdicante, adeò hanc principatus dignitatem importunè quæsiuit, ut nil ambitione aut fraude ad id obtinendum prætermiserit, quod ad eandem rem consequendam pertinere arbitrabatur. Vnde & his artibus etiam per arma ducatum tandem obtinuit. Eoque modo dux constitus, tumultuante populo, tertia die timore perterritus, Rauennam confugit, ubi paulò post morbo contracto, lugubrem uitam finiuit.

Dominicus autem Gradenico, tricesimus secundus Venetiarum dux, eo ipso anno quasi euoluto, Vrseolo prædicto urbe & dignitate pulso, bonorum omnium suffragiis dux & princeps creatus, ducauit annis decem & mensibus quatuor. Hic cum susceptus fuisset princeps, senex admodum & quasi decrepitus habebatur: erat nihilominus grauis & ingenti sapientia illustratus. Qui magistratu suscepto, omnium consensu, magnam synodum sua in urbe congregauit, in qua quidem constituit, Ne quis deinceps dux sibi consortem aut successorem constituere præsumeret, aut ullo modo fieri permitteret. Videbat enim hic sapientissimus princeps iam unumquemque faciosum & præpotentem, eo deuenisse morbo, ut corruptis suffragiis tantam dignitatem in senatu obtinere uellet. Tandem bona senectute confectus, deficiens in Zachariæ templo sepelitur.

6231 1032 Enedictus papa, eius nominis nonus, natione Thusculanus, patre Alberico, Benedicti octaui nepos, hoc anno Ioanni pontifici suffectus, sedit annis decem, mensibus quatuor, & diebus nouem. Hunc Romani tanquam ignauum & nullius precii uirum deiecerunt, eiúsque loco Ioannem Sabinum episcopum constituerunt, & Siluestrum tertium appellauerunt. Quo post quadraginta nouem dies pulso, Benedictus hic denuo restituitur. Is autem post mensem & dies uiginti unum, cum cerneret se iterum eadem discrimina subiturum, Ioanni archidiacono sancti Ioannis ante portam Latinam, qui postea Gregorius sextus est appellatus, pontificum munus, uel uendidit uel permisit. Hanc ob rem Benedictus meritò ab omnibus accusatus, & diuino iudicio pariter damnatus. Nam post mortem eius cuidam sancto eremita ipse Benedictus monstruosus ualde apparuit, à quo interrogatus, Cur tam horrendus & deformis uidetetur? Quia in præsenti (inquit) sine lege rationéque humana uixi, ideóque uolente Deo & beato Petro apostolo, cuius sedem omnibus probris inquinaui, imago mea plus feritatis & bestialitatis habere uidetur, quàm humanitatis. Benedictus pa. pa. 156.

Haimericus Vngarorum rex, Stephani regis sancti ex Gilla uxore filius, his temporibus cum aliquamdiu post patrem regnasset, adhuc unà cum sponsa uxore sua uirgo existens, migrauit ad dominum. Qui postmodum propter ipsius frequentia miracula, sanctus ab omnibus extimatus est.

Gerardus patricius Venetus Panonum episcopus, uir utique bonus atque doctissimus, hisdem etiam temporibus martyrium ab hostibus Christianæ religionis æquissimo pertulit animo. Nam ipsum sanctissimũ pontificem, ipsi increduli comprahendentes, ad quendam currum ligauere, atque in monte altissimo educentes, ipsum in præceps dederunt, & ita turpiter laceratum interfecerunt.

6233 1034 Rodulphus ultimus Burgundionum rex, hoc anno, cum multis annis regnasset, & plurimas suorum seditiones compescuisset, nec quietem suo in regno nancisci posset, Conradi Cæsaris fide confisus, se & regnum suum eidem subdidit. Quod planè regnum cum ipse imperator suo sub dominio acceptasset, illud in prouinciã redegit, & deinceps Burgundia non regnum uel titulum regale, sed imperialis prouincia appellata est.

Burgundia itaque regio est Galliæ Celticæ prouincia, quæ (ut præmissum est) in hodiernum usque tempus sub regibus fuit. Atque ita eo modo regia dignitate amissa, ducatus titulum accepit. Cuius duces cæterorum Christianorum duces facile antecellunt. Burgũdia regio.

Andreas autem Stephani prædicti uiri sancti Panonum regis, secundus filius, & ipse aliquot annis post Haymericum fratrem regnasset, hoc anno Bebla eius fratre assentiente, Salonem filium more Dauid regis regem constituit, & aliquamdiu, uiuente adhuc patre regnauit. Sed patre ipso Andrea defuncto, Salon à Latislao, Beblæ filio, pulsus est. Quem tamen imperator post aliquantulum temporis in regnum restituit.

Comitus, alias Ciuitus Anglorum rex, cum diu in Anglia regnasset, & diuina opera eo in regno plurima gessisset, hoc anno, uoti & religionis gratia Romã uenit. Vbi cum uoti sui compos effectus esset, statim à pontifice maximo multis donatus muneribus, suam in patriam reduit, & filiam suam Henrico Conradi Cæsaris filio, in matrimonium locauit: qua locata statim mortem obiit.

Viri doctrinis excellentes.

Campanus. Campanus natione Lombardus, doctor celeberrimus, philosophus & astronomus maximus, hac tempestate magno in precio existens, nõnulla opuscula accuratissima ædidit, quorum lectio ecclesiarum rectoribus non sunt spernenda: de quibus habentur, quæ hic infra notantur, De computo ecclesiastico, opus magnum & insigne, quod incipit: Rogauit me unus ex his. Item de compositione quadrantis, incipit: Scire debes quod circulus. Calendarium quoque, Liber extat unus. Alia quoque in Astronomia composuit.

Henricus secundus imper. Germaniæ. Henricus eius nomi.2. Cõradi prædicti Cæsaris filius, siue ut alus placet gener, 6. Germanorũ imp. post patrẽ Cæsar & Augustus ab electoribus factus, imperauit annis.17. Qui imperio assumpto, magnũ comparãs exercitũ, statim aduersus Oldericũ Boemorũ regem, dubio Marte, diu pugnauit. Sed altero anno certamine repetito, Oldericũ ipsum certamine superauit & comprehendit, quem sibi tributarium factum, incolumem postea dimisit, mouens deinde in Vngaros, inter se de regno dissidentes, Salonem à Ladislao pulsum, in regnũ restituit. Postmodũ cum apud Romam multi pro pontificatu contenderent, cum magno comitatu ad componendã pacem, Romam uenit: ubi synodo congregata, Benedictum nonum, Siluestrum tertium, & Gregorium sextum, pontificatu se abdicare coẽgit, & Fidegerum Bambergensem episcopum, qui Clemens secundus dictus est, creauit pontificem, à quo etiam mox imperii coronam accepit. Quo facto, Romanos in uerba sua iurare compulit, ut de cætero pontificũ electioni se nequaquam interfuturos, nisi de mandato imperatoris id facere cogerentur. Dispositis hoc modo rebus, Capuam proficiscens, multos milites secum adduxit, qui Saracenis regioni infestis resisterent. Atque in Germaniam regressus, ibidem templum celeberrimum in honorem B. Georgii martyris Bambergi cõdidit. Quod cum cuperet in cathedralem ecclesiam consecrari, annuente Benedicto põtifice maximo, singulis annis ipsam ecclesiam daturam Ro. pontifici centum argenti marchas, cum uno equo fallerato repromisit. Quod quidem donum Leo nonus postea ab imperatore accipiens, ipsi Bambergensi ecclesiæ tale tributũ remisit. Vincentius gallus, & Martinus scriptores, de huius Henrici ortu miraculoso, diuināque promotione, historiam admirabilem, imò admiratione multa dignam composuere, quam si credimus, Mirabilis profectò deus in omnibus operibus suis. 6237 1038

Siluester papa. 157. Siluester papa, eius nominis tertius, natione Romanus, patre Laurentio, in locum Benedicti expulsi, hoc anno surrogatus, non nisi mensibus duobus sedit, quia post id tempus, suorum factione, restitutus fuit. Eo sic pontificatum deuenerat, ut qui plus largitionibus aut ambitione ualeret, is talem gradum obtineret. Hic cum primum Sabinensis cardinalis esset, suis largitionibus contra Benedictum papam pontifex creatus fuit: Sed quia non per ostium in ouile ouium intrauerat, ideo ut fur & latro meritò pulsus est, & Benedictus denuo restitutus, ac sic omnia in tumultu existentia, modo unum, modo alium Romani appetebant. 6238 1039

Gregorius papa. 158. Gregorius papa, eius nominis sextus, sedit in schismate annis duob. & mensib. tribus. Hic autem in ecclesia sancti Ioannis ad portam Latinam archidiaconus existens, pontificatum (ut dictum est) à Benedicto nono accepit, quam ob rem Henricus Cæsar habita synodo, & Benedictum prædictum, & Siluestrũ ac hunc Gregorium abdicare se pontificatu coẽgit, & Clementem secundum pontificem creauit. 6239 1040

creauit. Hunc tamen nonnulli uirum optimum & bene de ecclesia dei meritum fuisse dicunt, cum sedem apostolicam labefactatam sua uirtute animique magnitudine restituerit, quia latrones hincinde debacchantes é medio sustulerit, & ecclesiæ ditionem recuperauit, prius tamen interdictis, & execrationibus admonitos, post ui & armis domitos, hanc obrem á multis homicida & sanguinis humani effusor potentissimus habitus est. Necnon á cardinalibus omnibus facinorosus prædicatus, propter quod in egritudine constitutus, qua & mortuus est. Hic Grego. cardinales omnes ad se uocauit, hósque uerbis & rationibus castigans, id se iuste & charitatiue fecisse retulit, quod ipsi liuore iniquitatis crudelitatis fecisse reprehendebant. Et ut me uerum dixisse sciatis, inquit, cum mortuus fuero, corpus meū ante fores ecclesiæ sistitote uectibus obseraras, si portæ nutu diuino aperientur, me dignum Christiana sepultura censitote, sin aliter, corpus meum una cum anima damnatum, quo uolueritis eiicitote. Mortuo itaque pontifice, cardinales mandata eius fecere, & statim cohorto graui uento, portæ apertæ sunt, corpúsque cum admiratione omnium & magnæ sanctitatis opinione incolatum est.

6240 1041 Lemens papa, eius nominis secundus, Bambergensis episcopus, Syndegerus antea uocatus, uiuētibus adhuc Gregorio, Siluestro, ac Benedicto pontificibus, Henrico Cæsare imperante ac iubente in synodo congregata, pontifex creatus sedit mensibus.9. & diebus.7. nec post eum sedes uacauit, quia illo adhuc uiuente Damasus in pontificatu successit, quem tamen in Augusto creatum, Romani ueneno é medio sustulerunt. Clemēs papa 159

6241 1042 Amasus papa eius nominis secundus, natione Bauarus, nullo populi clerique consensu pontificatum occupans, sedit tantum diebus.23. Adeo enim corruptela hæc inuoluerat, ut cuicunque ambitioso liceret Petri sedē turpiter occupare, sed deus maliuolo & ambitioso uiro, in exemplum cæterorum obstitit, quia tertio &.20. tyrannidis suæ die mortuus est. Damasus Papa.160.

Dominicus eius nominis quartus trigesimussecundus Venetiarum dux, ex nobili contarena familia natus, hoc anno indemortui Dominici Gradenici duci loco suffectus, ducauit annis.25. mensibus.9. Vir sané prudentissimus, ac suæ reipublicæ amator. Qui suscepto magistratu ex senatus sui consilio, Gradum urbem nuper á Pepo patriarcha Aquileiensi authoritate & consensu Benedicti pontificis captam & spoliatam ac dirutam, eiusdem etiam pontificis concessione maxima impensa ipsam instaurauit. Insuper cum esset admodum religiosus & pietatis amator, sua opera & industria monasterium sancti Angeli intra urbem, & in propinquo loco in maris littore aliud monasterium sancti Nicolai de Lido fundauit & erexit. Et ipso tadem plenus dierum, & operibus bonis sepeliri se fecit. Huius namque prudentia compertum fuit in toto magistratus sui tēpore, nil contra senatum rémque publicam suam molitum fuisse mali, sed omnia in pace, summaque iusticia conseruata fuisse.

6248 1049 Eo papa, eius nominis nonus, natione Alemanus, post Damasum papam, pontifex factus, sedit annis tribus, & mensibus.2. & diebus.6. Mortuo namque Damaso pontifice prædicto, Romani ad imperatorem usque in Saxoniam misere, rogantes sibi pontificem dari optimum, quibus Cæsar statim Bauonem episcopum Tulensem uirum doctissimum & bonum, ac simplicem obtulit ac destinauit. Qui cum Romam per Vesuntium ciuitatem in pontificali habitu peteret, quidam Cluniacensis abbas & Ildebrandus monachus, Sena Ethrusca urbe oriundus, eidem forte obuiauerunt, & eum ueluti apostatam reprehendentes dixerunt, ut papalia ornamenta omnino deponeret, uidelicet ab imperatore potestatem non habente concessa, quorum iussa humiliter exequens, in peregrini habitu inuitum Romam perduxerunt. Qui ad cardinalium, clerique ac populi conspectum perductum, se uelut incautum accusauit, eo imperatori in hoc paruerit, rogauitq; ne Petri sedem diutius uacare sinerent. Clerus autē Ildebrando monacho suadēte, ipsum Bauonē in pontificem elegit, Leonémq; nonum uocatū. Qui hoc modo pontifex factus, Ildebrandū ipsum monachū illico cardinalē dyaconū fecit. Fuit itaq; pōtifex hic, uir pietate, innocētia, benignitate, gratia, & hospitalitate adeo insignis, Leo papa.161.

insignis, ut eius domus semper peregrinis & pauperibus patuerit. Qua ex re cōtigit, semel ante fores suas, leprosum pauperem inuenire, quē præ misericordia in lecto suo collocari præcepit, manéque facto nulquam pauperem inuentum fuisse, unde creditum pro certo fuit, Christum illum fuisse, qui pauperis nomine eo in loco recubuit, in rebus præterea ad religionem pertinentibus tanta diligētia usus est, ut mandauerit clericorum domicilia omnia iuxta templa construi debere, ut habetur, in Canone.12.q.1.c. Necessaria. Tantæ denique authoritatis & reuerentiæ fuit, ut præ cæteris pontificibus, suis admonitionibus Constantinopolitanun imperatorem impulerit, sepulchrum domini à Barbaris iam septem & triginta annis dirutum restituere. Hic igitur cum esset uir eruditissimus studiosúsque, non nulla ædidit opuscula, in quibus eius eloquii uenusta & sententiarum sublimitas commendat. E quibus sunt ista, uidelicet, De extirpandis hæresibus lib.1. Ad Constantinum monachum imperatorem li.1. Ad patriarcham Constantinopolitanum li.1. Contra errores Græcorum li.1. Ad episcopos Affric æ& Aegypti lib.1. Epistolarum ad diuersos librū unum. Moriens denique multis claruit miraculis, & apud sanctum Petrum sepelitur.

Viri disciplinis excellentes.

Hugo Cluniacensis. Hugo Cluniacensis abbas, homo sanè præter doctrinam, genere, pietate, religione, clementiaque insignis, per hoc tēpus in Odilionis abbatis loco substitutus, nonnulla perscripsit eruditione & laude digna.

Berēgarius Turonen. Berengarius autem doctor, natione Gallus, patria Turonensis, Andagauensis archidiaconus per hæc tempora, cum diu apud multos sanctitate doctrináque insignis clarúsque fuisset, ob doctrinæ suæ amplitudinem primo confusus, in Eucharistiæ sanctæ sacramento turpiter errauit. Et multorum animos ipso suo errore infecit, sed diuina postea illustratus gratia, & multorum doctissimorum uirorum commonitionibus & scriptis improbatus, suum errorem publico in concilio Vercellis habito, humiliter emendauit, ut habemus in Decretis de conse.di.2.c. Ego Berengarius. Emendatione itaque hoc modo facta, statim studio sophisticæ disciplinæ omisso, primo omnia sua pauperibus erogata, sese pauperrimum effecit, & reliquum uitæ suæ tempus sanctissimè contriuit.

Theobaldus etiam quidam nobilis Francus, uir utique religiosissimus, eisdem quoque temporibus apud Vincentinos Italos, & doctrina, & uitæ sanctitate, multo in precio habitus est, ac quædam opuscula composuit, quæ tamen uidere non merui.

Hermanus cōtractus. Hermanus contractus, natione Germanus, monachus diui Benedicti, ingenii eminentissimi uir, hac tempestate cum diuinis scripturis eruditissimus, exercitatusque multum fuisset, essetque Philosophus, Poëta, Astronomus, Rhetórque ac musicus perfectissimus, nulli sui temporis secundus, esset præterea trium linguarum, uidelicet Latinæ, Græcæ, & Arabicæ sufficienter instructus, scripsit oratione soluta & carmine plurima præclara uolumina.

Gotthifredus tertius Apuliæ comes, Tancredi Normani filius, hoc anno Diogene & Hunfredo eius fratribus defunctis, in Apuliæ comitatu substitutus, multos annos regnauit, eo etiam anno eius consobrino nomine Guaymaro Salerni principe, à suis interfecto, Gisulphus surrogatus est. Qui ambo paulò post Beneuentum urbem Ro. pontifici subiectam occupantes, magnum incendium suscitarunt, aduersus hos Leo pontifex auxilio imperatoris profectus, cum ipsis congredi tentauit, sed pontifex ipse ab ipsis prælio superatus, etiam cum aliquibus cardinalibus captus est. Normani tamen capto pontifice sicut docuit, maxima in pontificem usi reuerentia, eum cum omnibus suis Romam cum honore remisere. Quam ob liberalitatem postmodum pontifex reuersus, sua authoritate ipsis Normanis eam gubernandam permisit, ac quæcunque alia de Italia tunc temporis tenebant. Quo facto Gotthifredus uita functus, Bagelardum filium in ea reliquit hæredem. 6249 1050

Concilium Vercellense hoc anno in eadem Vercellarum Italiæ urbe Leonis pontificis iussu, contra supradicti Berengarii errorem celebratur. In quo quidem concilio idem Berengarius Andegauēsis archidiaconus cuiusdam ecclesiastici erroris author, dānatus fuit, & postmodum (ut dictum est) illustratus optime uixit. 6250 1051

6252 1053 Theodora uirgo, Græca mulier sanè præclarissima. 301. quondam imperatricis uxoris Michaelis Etheriachis Constantinopolitani imperatoris soror, hoc anno Constantino mo nacho eius cognato atque ipsius sorore imperatrice uita functis, ut erat mulier ingentis animi atque uirtutis, imperii dignitatem assumens, duobus annis illam prudentissimè ac iu stissimè administrauit. Qua demum obeunte, Michael cognomento Nouitius, per arma ei- dem suffectus est imperator. Qui & ipse eodem anno ab Isautio Comiano ab imperio de- iectus, monachus efficitur, Isautio item post quatuor annos per arma pulso Constantinus cognomine Dioclesim imperium occupauit. Theodora uirgo.

6253 1054 Victor papa eius nominis.2. natione Alamanus è Bauaria regione oriundus, hoc anno Leoni pontifici suffectus, sedit annis.2. & men.3. ac diebus.14. Hic omnium consensu pontifex electus ac confirmatus, statim magnam synodum Florētiæ celebrauit, in qua multos episcopos & prælatos, tum Symoniæ, tum fornicationis causa notatos, episcopatu & dignitatibus priuauit, ac clerū admonuit, quod maximè ad se pertineret, pœna proposita his qui leges Canonicas infringerētur aut trans grederentur. Tandem ad extremam horam ueniens ibidem uidelicet Florētiæ in domino obdormiuit, & post sedes uacauit dies.11. Victor papa 162.

6254 1055 Othus Angleriæ comes, Mediolaníque princeps unicus Helyprandi gnatus, hoc anno patre defuncto, adolescens in regnum succedēs, regnauit annis.55. Qui paternæ non im- memor uirtutis, inter primos illius suæ ætatis adolescentes effloruit. Erat inter cætera maximi ingenii adolescens, maximáque rerum gerendarum sapientia, ad pacem quidem & ad bella pertractanda idoneus, & potissimum ad literarum studia insignitus. Sceptro itaque paterno suscepto omnibus uno animo esse cœpit, ac diuites & egenos uno ordine habuit, & cum Christianissimus haberetur, Alexandrum pontificem maximum, natione Mediolanensem, maximo in honore atque tutela suscepit. Cuius quidem potentia Cado- li adulterini pontificis exercitus primo profligatus fuit, inde ejus uirtus ubique diuulgata & cognita. Galliarum principes, cum pro terræ sanctæ recuperandæ synodum apud Cla romontem congregare deberent, ad hunc Othonem etiam literas dederunt, ut & ipse tan to apparatui auxilio adesse dignaretur. Qui & pontifici Romā. imprimis aliisque regi- bus & principibus libentissimo annuit animo, Hierosolymam tandem cum reliquis ad bel- lum profectus, uniuersam Iudæam atque Samariam breui temporis spacio Christiani con quisiuere, dúmque urbem Hierosolymam obsiderent, & circa eandem cum reliquis Chri sticolis Othus cum suis hyemaret, quidam princeps transiordanem, nomine Volux uiso Othone, ut erat audacissimus, per interpretem hunc Othonem ad singulare certamen & conflictus inuitauit, quæ res ab eo exorata facillimum promeruit uotū. Atque ita sex- tam post diem ambo armati ad duellum processerunt. Eo enim tempore Othus hic pro insignio septem in scuto coronas gestabat insculptas, Volux uero aliter ornabatur, ex eius namque cono uipera ænea surgebat, miris inuoluta atque implicata spiris, quæ infantem excoriatum adusque costas deuorare uidebatur, humeritium & brachia extabant, & bipar tenti ore penè uociferare uidebatur. Cum his igitur insigniis ambo in pugnam processe- re. Et primo quidem occursu cum Othus Volucem lancea ex equo præcipitem dedisset, statim eleuata claua, adeò illi caput confregit, ut cerebrum totum per solum spargeretur, Quo quidem mortuo, Othus illi galeam exuit, & eius spolia uniuersa pro triumpho re- portauit. Denique cum Mediolanum cum gloria redisset, illud insignium Christo domi- no nostro in templum obtulit. Atque ita sibi successoribúsque suis, eam uiperam, pro sin- gulari insignio perpetuo portandam delegit, quam usque in hodiernū diem Mediolanen- ses principes & reliqui uicecomites gestare cernuntur. Tandem uero ab Hierosolymis re- uersus, dum imperatoriæ res fluctuarent, etiam Mediolanensium rex aliquantulū pertur- bari cœperunt. Quas quidem, cum lancea sedasset, à suis excitatus, magno exercitu coacto in Germaniam contra duos imperatorum exercitus commigrare proposuit. Sed re nun- dum cœpta in matura morte sublatus est. Ac cum ingenti totius populi luctu & mœrore, in diuæ Mariæ templo sepultus fuit. Hic cum Luciam, genere Franciam duxisset uxorem, ex ea Andream solum genuit filium. A quo Mediolanēses sua arma sum psere.

Egeluotus Anglus, Cātuariensis episco. Egeluotus, Cantuariensis episcopus sapientissimus atque doctissimus uir, his temporibus, cum apud Cinitonem Anglorum regem magno haberetur in precio, in Anglia diem obiit, & multis signis atq; uirtutibus clarus effulsit. Hic doctissimus uir, cum diui Aurelii Augustini deuotissimus haberetur, aliquando è Ro. in Angliam rediens, teste Vincentio gallo li. historiarum suarum.26. apud Papiam unum ex brachiis ipsius diui Aurelii Augustini centum talentis argenti & talento auri emit, & in Angliam secum magna cum reuerentia perduxit, illúdque in ciuitate Venturia collocauit. Huius etiam monitu & suasione (ut iam prædictnm est) Cinitus supradictus Anglorum rex, multa monasteria construxit, ac multas ecclesias & erexit & instaurauit, qui cum beatissimæ uirginis Mariæ deuotissimus haberetur, multa in eius laudem ædidit monumenta, atque alia plurima composuit memoratu digna. Ex quibus inter cætera extat epistolarum liber pulcherrimus, in quarum unà gratias agit ipsi Cinitoni regi, quòd largitatis eius uiscera in impensis ecclesiæ Carnotensis effuderit.

Henricus.3. impe. 12.



Enricus eius nominis tertius, Henrici prædicti filius septimus, Germanorum imperator, hoc anno patre eius defuncto, licet adolescens ab electoribus Cæsar & Augustus electus, imperauit annis.48. Vir in bono leuis, in mala uero pertinax. Qui suscepto imperio factus elatior, deū immortalem spreuit, ac religionem Christianam contemnere cœpit. Et à patriis moribus omnino auersus factus calcem & cornua contra dei ecclesiam superbè nimiúmque erexit. Quamobrem Stephanus papa, & reliqui sui tēporis per successionem pontifices Ro. eum hæreticū pronūciarunt, ea maximè de causa, quod summorū pontificū authoritatē potentiámq; semper diminuere subuerteréq; statuisset. Hic cum à Nicolao secūdo papa, unà cum Agnete uxore sua imperii coronā accepisset, toto sui pontificatus tēpore, ob beneficium acceptum, nihil contra ecclesiam Ro. moliri tentauit. Sed Nicolao defuncto, contra Alexandrū secundū, schisma ta suscitauit plurima, & Cadolum Parmensem episcopum (uxore eius Agnete reclamāte) pontificem creauit, cuius rei causa multa scandala, multæq; cædes hinc inde exortæ sunt. Cognito autem postmodum errore suo, apud Mantuam urbem Henricus ipse ueniam supplex expostulauit & obtinuit. Alexandro namque pōtifice defuncto, Gregorius eius loco suffectus, hunc eundem Henricum admonuit, ne deinceps ecclesiastica beneficia per symoniam alicui committeret, cuius sanis admonitionibus non modo non obtēperauit, uerum etiam Agnetem Imperatricem bene admonētem, ab administratione prorsus depulit, quæ Ro. profecta non diu dolore animi superuixit. Tum uero Grego. tantam non ferens iniuriam, Henricum ipsum omni regia administratione & dignitate priuatum, anathemate notauit. Cognita itaque Gregorii pontificis censura, Henricus hic per literas ueniā supplex precatur. Cuius precibus permotus pōtifex, Canossum agri Regiensis oppidū, ad Mathildam comitissam, ex ciuitate Vercellarū cōcessit: illic igitur Henricus imperator cū omnibus copiis suis properè properans, deposito imperiali ornamento, nudis pedibus super glaciem per triduum ueniā precari non destitit, cui demum pontifex ipse Mathildi comitissæ & Adelay Sabaudiensis Comarchi interuētu pro uenia præstitit, & absolutionis beneficiū eidem concessit. Pace itaque iureiurādo firmata, imperator Papiam uersus iter arripuit, ubi paulòpost pacis fœdera abrumpens, rebus nouis studere cœpit, & quorumdam episcoporū seditionibus concitatus, Greg. pontificē denuo deponere studuit. Quibus fatuitatibus Alamani principes indignati, statim posthabito isto Henrico, Rodulphū Saxoniæ regē, ipsius Henrici ducem, uirum utique modestissimum, imperatorem creant, qui coactus humiliter imperii gubernacula suscepit. Qua ex re indignatus Henricus, multos tum seculares, túmque ecclesiasticos uiros interfecit, & habito episcoporum male sentientium conuentu, Gibertum quendam olim Rauennatem archiepiscopum, contra Greg. pōtificem creat, eúmque Clementem appellat. Rodulphus autem apud Saxoniam exercitu comparato, in eum duxit, & maximo commisso prælio, Hēricus superatnr: qua quidem clade adeò perterritus fuit, ut per decem & septem dies uix inueniri potuerit: quo quidem in tempore Germani, Henricū eius filium eiusdem nominis quartū, in eius locum suffecerūt. Qui simul postea in unū copiis iunctis, in Italiā uenerūt, & Clementē scismaticū secū adduxerunt, & Romam simul

6256 1057

simul hostili animo intrauerunt, ubi profanata Petri basilica, & demolito porticu ipsius basilicæ, Grego. pontificem in Hadriani mole aliquamdiu obsiderunt. Sed cum ferre oppugnationem pontifex non posset, ad Guiscardũ Apuliæ ducem pro auxilio misit. Qui concitus, magno cum impetu Romam uenit, quo aduentu Henricus pauefactus statim in Germaniam cum suo Clemente adulterino confugit, ubi sinistro Marte cũ Saxonibus & Rodulpho pugnans, quatuor militum milia uno prælio amisit, quibus incõmodis ecclesiã deperturbare destitit, uerum perniciosissimus homo non destitit, multos Germaniæ Italiæq; principes præliis lacessere, ut eos sancta Hierosolymorũ auerteret expeditione. Tandemq; uero malorũ suorũ pœnas debitas luit, quia eius iunior filius, excandescẽs, maximísq; probris & præliis ipsum afficiens, apud Leodum urbem cum prælio superauit & profligauit: qua iniuria & damno confractus, cum mœrore uitam exegit lugubrem, ac demum cũ dedecore multo uitam exalauit, Spiræ sepultus.

6256 1057 Tephanus papa eius nominis.9. natione Lothoringus Cassinensis abbas, Fredericus antea uocatus, eo ipso anno, quo & Hẽricus Cæsar post Gregorium pontificatum adeptus, sedit men.4. Qui statim ubi pontificatum iniit, curauit ut Mediolanensium ecclesia quæ à Ro. ducentis fermè annis se subtraxerat, prima inter alias, eam maiorem superiorémq; cognosceret, quæ etiam nunc usque maxima cum obedientia perseuerat. Eo itaque ipso anno Florẽtiæ defuncto, in cathedrali ecclesia ibidem sepelitur. Stephanus papa. 163.

6257 1058 Enedictus papa, eius nominis decimus, natione Campanus, Valetrensis episcopus, hoc anno quorũdam nobilium factione, clero dissentiẽte, Stephano pontifici suffectus, sedit men.8. & diebus.20. Et quoniam non per ostium, sed per uim, & largitionibus intrauerat, ab Ildebrando monacho pontificatu deiicitur, quo pudore ductus statim Viletras exulatum perrexit. Benedictus Papa. 164.

6258 1059 Icolaus papa eius nominis secũdus, natione Sabaudiẽsis, Gerardus antea uocatus, Florẽtinus episcopus, uir omni uita probatus, abrogato Benedicto, nõ legitimè creato, Senas propter bonæ eius uitæ famã, à cardinalibus episcopisq; canonicè electus, sedit an.3. men.6. & dieb.26. Qui pontificatu suscepto, statim Sutrium cõcessit, atq; ibidẽ concilio habito, Benedictum prædictũ pontificatu se abdicare coëgit. Inde Ro. proficiscẽs aliud apud Lateranũ conciliũ habuit, in quo uir prudens formam pontificũ Ro. à cardinalibus eligendorũ instituit, sic habemus in decretis di.23. c. In nomine domini. In eodem quoq; concilio, reuocatũ ab errore Berengarium prædictũ fuisse, ferunt. Henricum autem tertium ibidem imperatorem & Augustum ipse declarauit, imperiiq; corona insigniuit. Moriens deniq; cessauit papatus dies.12. Nicolaus Papa.165.

Robertus Normanus, cognomento Guiscardus, hoc anno Gotthifredo eius fratre defuncto, cui iam diu Robertus hic frater Calabriæ & Apuliæ comitatum sponte cesserat, ęgrè ferens quòd Gotthifredus Begelardum filiũ ipsius comitatus hæredẽ instituisset, pulso Begelardo nepote, Calabriam & Apuliam denuo occupat, Troia adiecta, quæ Ro. pontificibus parere consueuerat. Quamobrem indignatus pontifex Ro. nõnihil Roberto huic succensuit. Verũ cum postea Nicolaus pontifex à capitaneis, quos nostris temporibus Romani Barones appellant, agitatus, Robertum hunc ad Aquilam urbem in colloquium accersiuit, & tandem pace composita Robertum hic Beneuentũ, & Troiam ac cætera quæque, que iurium ecclesiæ tenebat, placide restituit: qua urbanitate commotus papa, statim terræ Apuliæ, & omniũ quæ acquisierat & possidebat, sub ducatus titulo, ipsum legitimũ hæredem & possessorem instituit. Quo facto Robertus in capitaneos proceres Romanos ducens, eos tandem omnes domitos, pontifici Ro. parere cõpulit, Paulóque post idem Robertus ecclesiæ Ro. uectigal factus, auctus animo, Gulielmum fratrem Apuliæ præficiens ipse in Calabros iterum duxit, ac sic breui tẽpore unà cum fratribus totam Reatinam terram, que nunc Aprutii regio nuncupatur, obtinuit, & eã Gonfredo fratri gubernandam tradidit. Indéque reuersus, Calabros Brutiósque, ac omnia quæ in ipso regno erãt, in suam fratrúmque potestatem redegit. Et tunc primum Robertus hic Calabriæ & Apuliæ fratrum consensu, rex se appellare fecit. Et ita pluribus annis regnauit. Robertus normanus Calabriæ & Siciliæ dux.

Alexius imper. Alexius Constantinopolitanus imperator, hoc anno patre eius Romano Diogene cognominato defuncto, in imperio paterno succedens, imperauit annis.15. Cuius tẽpore propter prædecessorum negligentiam, eorum imperium adeò à Saracenis imminutum est, ut uix Thraciam, Gallatiam, Pontum, Thessaliam, Macedoniam, & Achaiam prouincias, retinere posset, quin ex ipsis prouinciis, nunc Mauri, nunc Saraceni aliquid quotidie sibi subriperent. 1059

Ludouicus Henrici Francorum regis filius, hoc anno patre adhuc uiuente Francis regnare cœpit, & regnauit annis.14.

Monstrum seu portentum fœminei sexus, hoc anno, in Britannico pago, teste Vincentio Gallo li.26. nascitur, & ad maturam usque ætatem perducitur. Duo, uidelicet habens capita, & quatuor brachia, cæteraque gemina, usque ad umbilicum. Inferius uero omnia singularia, comedebat, uidebat, loquebatur, una flebat & ridebat, altera tacebat, ore gemino manducabat, sed uno meatu digerebat. Tandem una defuncta, altera penè triennio superuixit, mortuam portans, donec fœtore cadaueris defecerit.

Alexãder Papa.166.



Lexander papa eius nominis secundus, natione Mediolanensis, Lucensis primo episcopus, & Anselmus antea uocatus, hoc anno, propter nimiã eius humanitatem & humilitatem, atque consummatam doctrinam, absens, Nicolao pontifici surrogatus, sedit.11.an. & .mensibus sex. Qui pontificatu suscepto, statim Romam perrexit, sed cæteri Longobardi episcopi, quidam Giberto Parmense episcopo annuente, in unum congregati indignum esse dicentes, aliunde quàm ex Longobardia pontificem eligendũ esse, ab Henrico imperatore obtinuerunt (Agnete uxore dissentiente) ut papam eligerẽt, quem uellent. Illi autem cõcilio coacto Cadolum Parmensem Antipapam delegerunt. Cui statim omnes Longobardi præter Mathildim comitissam & uirum eius, obedientiam præstiterunt. Qui Cadolus à capitaneis Ro. uocatus, in pratis Neronis descendit, ubi & bis contra Alexandrum armata manu pugnauit, unde & multi ex utroque exercitu cecidere. Irrumpente uero Othone Mediolanensium principe & Gotthifredo Normano, ac aliis cõpluribus, Cadoli exercitus superatur. Tandem Henrico imperatore intercedẽte, cõcilium Mãtuæ indicitur, in quo quidem schismate cõposito, Alexander cõfirmatur, & Cadolo ueniam petenti ignoscitur. Vbi etiam multa ad ecclesiæ utilitatem Gratiano testante, cõstituta sunt. Et primo, Ne quis omnino missam sacerdotis concubinarii audire præsumat, ut habetur in Can.di.32.c. Prætor, & dist.81.c. Si quis modo. Voluit tamen, ut præsbyterorũ filii authoritate apostolica initiari possent, ut.56.di.c. Apostolica authoritate. Statuit quoq; ut clerici & sacerdotes à symoniaco sciẽter initiati, omnino deponi debere, ut.1.q.1.ca. De cætero. Vetuit itẽ monachis intra claustra existentibus, clericorum officia admitti debere, ut.16.q.1.c. Iuxta Calcidonense. Vetuit insuper clericis omnibus à laico ecclesiastica beneficia obtinere.16.q.7.ca. Per laicos. Statuit quoq; ne quis excommunicatus alium excommunicare præsumat.14.q.1. ca. Audiuimus. Completóque concilio è Mantua Romam proficiscens, dum Luca iter faceret, maiorem urbis ecclesiam beato Martino dicatam, cuius episcopus ipse fuerat, sacris solennibus adhibitis consecrauit, ac eius canonicos ob beniuolentiæ magnæ inditium, speciali priuilegio mitra pastorali insignitos reddidit. Multis etiam priuilegiis, ut ex eorũ annalibus habetur, ipsam ciuitatem insigniuit. Tandem Romã profectus, haud multò post superuixit. Mortuus denique in Lateranensi ecclesia sepelitur. 6261 1062

Cadolus anti papa

Ingens fames & lugubris pestis, hoc anno, teste Vincẽtio Gallo lib. uigesimosexto per totum mundum fuit. 6264 1065

Dominicus Siluius, eius nominis quintus, trigesimus quartus Venetiarũ dux, hoc anno, indemortui Dominici Cõtareni, ducis loco, omniũ bonorũ consensu dux creatus, ducauit an.13. & mensibus.5. Hic præ ceteris Venetis principibus honorabilior & illustrior extitit. Et propterea Nicephorus Græcus imperator magnanimus, qui Michaelẽ & Andronicũ eius filium ab imperio deiecerat, sororem suã speciosissimam, eidem uxorem dedit. Cuius quidem intuitu, hic Dominicus princeps, cõtra Rogerium Apuliæ & Calabriæ ducem, Dyrachiũ imperii iuris ciuitatem obsidentem, non modicã classem auxiliarẽ transmisit. Ab 6267 1068

misit. Ab cuius obsidione imperator ipsum Rogerium depulit, magno illato acceptóque damno. Et eam ob rem male gestam, Dominicus hic à populo magistratu priuatus est. De huius igitur speciosissimæ ac elegantissimæ uxoris delitiis, multa referuntur memoriæ digna. Refert namque Petrus Damiani, & Vincẽtius gallus lib. 26. quod tam delitiosa, támque uoluptuosa mulier erat, quod dictu auditúq; incredibile uideatur. In primis enim hæc delitiosa fœmina, communibus aquis se abluere dedignabatur, sed eius serui suo iussu, quotidie cælestem rorem magno cum labore colligebant, & ex ea artificiosa balnea conficiebant. Cibos insuper suos nullo modo tangere uolebat, sed ipsos ab Ethnicis, minutissimos in frustra incidi mandabat, ac sic illos fistulis aureis absorbebat. Cubiculum eius, & alia quæque uestimenta, cum toto corpore, omnibus aromatibus & thymiamatibus redolebant, adeò ut Salomonis delitias superarent. Quam tandem, diuinum iudicium (& quidem iuste) ita percussit, ut adhuc uiuens, toto corpore tam tetro fœtore cõputrescere cœperit, ut non solũ eius cubiculũ, sed & totã aulam incredibili, imò intollerabili fœtore ita compleuerit, ut nullus seruientium fœtorem ipsius tollerare posset. Non seruus, non ancilla, cuiuscunque conditionis foret, apud eam substitere posset. Et uix tandem uilissima ancilla inuenta fuit, quæ eidem ministrare potuerit, & illa etiam non sine specierum redolentium auxilio, apud eam remanere potuit. Diutius itaque ipsa misera hoc languore decocta, miserabilitérque cruciata, amicis quibusque lætantibus, miseram tandem exalauit animam. Hæc ille, ut supra. De muliere delitiosa nimiũ.

Ordo Vallis umbrosæ hic initium suscipit.

Ioannes Gualbertus patria Florẽtinus, monachus quidẽ deuotissimus, religionis Vallis umbrosæ ordinator & princeps, hoc anno miraculis plurimis clarus, cælestia regna petiuit. Quam ob causam paulòpost Gregorius huius nominis septimus pontifex, eum in sanctorum confessorum numero merito retulit. Hic itaque uir sanctus, patre Gualberto siue Florentino natus, hac de causa (ut ex eius habetur historia) ad monasticam religionem se contulit. Cum inimicitias aliquando aduersus finitimos gereret, qui fratrem suum crudelem in modum obtruncarent, die quadam ex agro Florentiam rediens, armatorum multorum manu stipatus, opportunè in eum qui fratrem interfecerat, non procul à monasterio diui Meniati Montani incidit. Qui cum se circumuentũ uideret, nec ullam salutis spem sibi proponeret, ad huius Ioãnis Gualberti pedes humiliter procidit, suppléxque per Iesum Christum crucifixum postulans sibi ueniam condonari, & fraternæ cædis culpam ignosci. Quibus precibus permotus Ioannes, omne illud quod susceperat odium de fratris nece, confestim infregit, & culpam omnem condonauit. Nec eo contentus, sed cum uterque in diui Meniati templo ante crucifixi effigiem constitutus, ipsum inimicum Ioannes hic obtulit, & Christi domini nostri exẽplo doctus, crimen omne eidem remisit. Quæ res quàm deo grata quàmq; accepta fuerit, miraculo incredibili cõprobauit. Nã illicò cũctis qui ibi aderãt cernẽtibus, ea crucifixi imago, motu capitis illud cõprobasse uisa est. Quod quidẽ posteris pro celeberrimo miraculo, ea crucifixi imago seu effigies, usq; in hoc tẽpus demõstratur. Talis itaq; miraculi monumẽto uir sanctus permotus, statim se religioni cõtulit, & ut eremita, in ea Apẽnini parte, quæ Vmbrosa uallis dicitur, secessit, ubi & uitæ sanctitate, dei summi in se gratiã expertus est. Atq; ita illius sacri ordinis Vallis umbrosæ, illis in locis, tẽplũ & cœnobiũ posuit. A quo postea multa alia loca nomẽ & originem traxere. Quæ quidẽ sancta religio, grisei coloris induta, quantis floruerit uitis, dignitate episcopali, & sanctitate, ac scientia clarissimis, infra suis in locis dicemus. Ipsam enim religionem plurimi pontifices Ro. infinitis priuilegiis & gratiis honestauerunt. Ordo Vallis umbrosæ.

Viri doctrinis excellentes.

Petrus Damianus, ex monacho, ecclesiæ Romanæ Cardinalis episcopus, in diuinis scripturis doctor eruditissimus, his tẽporibus eas ob res magno in precio habitus est. Erat præter eruditionẽ maximã, & religiõe & sapiẽtia ubiq; nominatissimus uir. Erátq; & ingenio mitissimus & acutus, eloquio placidus & cõpositus, & ad persuadẽdum satis idoneus. Qui amore solitudinis & quietis, episcopatum & dignitatem deseruit. Hic cũ esset uir eminẽtissimi ingenii, hæc quæ subiecta sunt, ædidit librorũ uolumina. Et primo, Apollogeticorũ Petrus Damianus cardinalis.

li.3. De incontinentia sacerdotum,li.1. De uxoribus clericorum,li.1. De profectu monachorum,li.1.Regula solitariorum,li.1.Exhortatorium ad monachos,li.1.Miraculorum sui temporis,li.1.Antilogion cõtra Iudæos,li.1.De auaritia prælatorum,li.1.De terrore mortis,li.1.De meditatione mortis,li.1.De insolentia malignorum hominum,li.1.Cõtra episcopos Symoniacos,li.1. Contra quendam episcopum, li.1. Declamationis rhetoricæ,li.1. De naturis quorundam animaliũ li.1.De sanctis Flora & Lucilla,li.1.De sancto Cassiano martyre,li.1.De sancto Bonifacio,li.1.Sermonum.4.omeliarum,lib.1. Et alia multa.

Petrus Alphõsus Iudæus. Petrus Alphonsus, genere Iudæus,Moyses antea uocatus,per idipsum floruit tempus, & Iudaismo relicto,sacrum Christi baptisma deuotissime suscepit. Vir in scripturis sanctis sufficienter eruditus, ac philosophia nobiliter doctus, librum pulcherrimum per modum dialogi elegantem composuit,in quo contra Iudæos & Saracenos egregie disputat.Scripsitque & aliud uolumen : De scientia & philosophia. Sunt tamen qui dicant hunc ad conuersionem uenisse circa annum domini.1106. Et ab Alphonso Hispaniæ rege,ex sacro fonte susceptum,& ob hoc Alphonsi cognomentum habuisse.

Albaterius medicus. Albaterius natione Arabs,philosophus & medicus clarissimus,tempestate hac floruit, & multa ac uaria conscripsit & trãstulit. Et inter cætera Galieni magni physici libros omnes,in linguam suam Arabam conuertit,Seraphione medico testante.c.97.

Serapion medicus. Ioannes medicus celeberrimus,cognomẽto Seraphion, & ipse per hoc tẽpus claruit; et de simplicibus medicinis mira cõscripsit,quem librum, Aggregationem uirtutum medicinarum simplicium inscripsit,illúmque in duas partes diuisit,Qui sic incipit,Postquam uidi librum alium,De moribus arcendis. Et quoniam à cæteris medicis rosas collegit,Seraphion cognominatus est. Seraphion enim uoscon sonat,pro ut testis est Pli.li.12.c.13.

Isaac medi. Isaach Beimiram,medicus clarissimus,Salomonis medici filius,& ipse tempestate istac floruit. Et inter cætera in medicina, De febribus,De urina,& de Stomacho pulchros tractatus composuit. In philosophia uero, De Elementis, & de diffinitionibus libros quosdam ædidit.

Gregorius papa.167. Gregorius papa,eius nominis septimus,natione Hethruscus,patria Senẽsis,patre Bonifacio, Ildebrandus monachus antea uocatus,post Alexan.papã pontifex factus,sedit annis.12.mense uno, & diebus.4. Vir certe deo & hominibus ualde dilectus,prudens quidem,iustus & modestus,pauperũ pupillorúmq; ac uiduarum patronus & pater, necnon & ecclesiæ Romanæ contra hæreticorum improbitatem,& malorum principum potentiam,res ecclesiasticas per uim occupare conantiũ, acerrimus defensor.Qui pontificatu adepto,statim Henricum imperatorem admonuit, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus & ecclesiastica beneficia, alicui per Simoniacam prauitatem committat. Cuius quidem admonitioni, suadente Giberto Rauennatis ecclesiæ archiepiscopo,Henricus obtemperare renuit,imò Gibertus ipse,uir seditiosus contra Grego.hunc Cyncium Ro.ciuem, præfectique urbis filium, uirum utiq; temerarium concitat. Qui structis insidiis,in natalis domini nocte, celebrantem pontificem cœpit, & secum cum dedecore nimio trahens,in turri quadam munitissima reclusit,sed die sequenti Romanis facinore cognito, ipsum Cyncium persequuntur,& pontificem sanctum liberant,turrimque euertunt,ac Cyncii ædes funditus subuertunt atque & uiros & mulieres de eius familia natos obtruncauit. Quo tumultu Cyncius perterritus, in Germaniam ad Henricum imperatorem confugit. Cum Grego.tantam iniuriam diuinæ maiestatis causa non diutius ferens,Gibertum & clericos,cum Henrico & Cyncio,senatum,anathemate notauit. Sed postmodũ Mathildis comitissæ interuẽtu,apud Canussum oppidum suum, ecclesiæ ipsum reconciliauit. Verum paulò post Henricus pacis fœdera abrupit,quod fungeretur. Indeque maiorum decreta (ad rescindendum Symoniæ labem) pertinentia confirmauit,atque alia multa ea in synodo,Gratiano teste,confirmauit. Et primo clericis initiatis interdixit uxores habere,aut cum mulieribus simul habitare, nisi quas Nicena synodus aut cæteri canones permisere. Sed cum hoc sacerdotes paruipenderent, præcepit papa,ut nullus Christianus audiret missam sacerdotis concubinam habentis,sicut habetur in Decretis.32.di.c.Præter hoc.Ea item in Synodo,episcopis interdicit sub anathematis pœna,episcopali, 6272 1073

na episcopali, aut sacerdotali fungi munere, qui fornicationi sacerdotum suorum consentirēt, ut.83.di.c. Si quis episcopus. Præterea declarauit episcopos qui decimas laicis non clericis distribuunt, fore Simoniacos, ut.1.q.3.c. Peruenit ad nos. Decreuit item, ac authoritate apostolica cōfirmauit, ut qui de cætero episcopatum, aut aliquod aliud ecclesiasticum beneficium à laico acciperet, in clericorum numero nullo modo censeatur, ut.16.q.7.ca. Si quis. &.c. Inuestituras. Mandauit quoque omnibus fidelibus Christianis diebus sabbatinis carnes non manducare, ut de conse.di.5.c. Quia dies sabbati. Vetuit denique omnibus monachis esum carnis, de conse.di.5.c. Carnem cuiquam monacho. Tum uero Henricus imperator iratus magis quàm monitus, habito conuentu episcoporum male sentientiū, Gibertum olim Rauennatis ecclesiæ episcopum, ab isto Grego. summotum, pontificem denuo creat, Clementémque appellat. Qui una cum Henrico Romam ueniens, ipsum Gregorium papam diu in Hadriani mole obsedit & afflixit, donec à Roberto Apuliæ duce liberatus est. Qui cum eodem Salerium uadens, ibidem pie in domino quieuit.

6275 | 1076 Mathildis gloriosa comitissa, optima & illustris fœmina, per hoc tempus, cum Ro. ecclesia bene sentiens incredibili uirtute, & rebus optime gestis, clara & inclyta ubique prædicatur. Hæc enim (ut præmissum est) Bonifacium nobilissimum & permagnificū uirum, ac Beatricem Henrici primi filiam, habuit parentes. Quæ cum unica esset hæres post ipsos parentes, in dominio multarum urbium, uidelicet Lucæ, Parmæ Regii, Ferrariæ, & Mantuæ, ac Hethruriæ partis, quā nunc patrimonium uocamus, successit. Quamobrem in tota Italia effulsit clarissima, & propterea quendam principem Gotthifredum nomine, in Italia potentissimum duxit maritum. Cum certe ipsa illustris fœmina, non modo Richardi & Gulielmi, Apuliæ & Calabriæ ducum, sed & Henrici Cæsaris potentiam contra pontifices Ro. exercentem magnanimiter repressit, & quæ de ecclesia iure occupauerant restituere coēgit. Verum cum Henricus Henrici Cæsaris filius, in Italiam à patre missus, cum apud Parmam urbem, Mathildim hanc, & eius uirum profligasset, & Gotthifredum interfecisset, ipsa mulier Azonem Estensem, qui prioris uiri in quarto gradu consanguineus erat, ignorans accepit maritum. Cum quo per aliquot menses cohabitans, tandem re cognita, Gregorium consuluit pontificem, quid super hoc agere consuleret, cui ponti. imperauit, ut protinus ab eius consortio abstineret, ac sic diuortio facto, deinceps orationibus & uigiliis, deo & Ro. ecclesiæ militare studuit. Tandem anno salutis nostræ.1113. ætatis ue ro suæ.69. in Bondeno agri Mantuani oppido, operibus bonis plena, migrauit ad dominū. De hac autem præstantissima muliere, & de eius operibus clarissime gestis, plenius tractauimus in lib. de claris mulieribus, à nobis superioribus annis ædito. Mathildis illustris comitissa

Gibertus Antipapa, hoc anno ab Henrico Cæsare, prius synodo multorum episcoporum male sentientium habita, contra Grego. papam in Germania ponti. creatus Clemensque appellatur, qui mox unà cum ipso Henrico, & eius filio, coniunctis copiis in Italiā descēdens, Grego. è Roma pellere annixus est. Roma igitur introgressus Leoninam urbem mox comprehendit, & Petri ac Pauli basilicas, unà cum Hērico ipso Cæsare, prophanat, quo terrore urbem totam sine oppugnatione in deditionem recepit. Quapropter Grego. sibi non fidens, in Hadriani mole se recipit, ubi tam diu eum obsedit, donec à Guiscardo Apuliæ duce liberatus est. Gibertus itaque cognito Guiscardi ducis aduentu, procurantibus quibusdam episcopis, uidelicet Bononiensi, Mutinensi, & Cremonensi, ab Henrico imperatore in Lateranensi basilica coronatur. Quo facto, statim Senas proficiscitur, ibidemque tam diu cum Augusto mansit, quoad Grego. superuixit: Gregorio uero defuncto Gibertus in Albam Marsorum ciuitatem se transtulit, & ibi usque ad Paschalis pontificis tempora, multis cum seditionibus mansit, octauo autem Paschalis pontificis anno, Gibertus malorum omnium caput, morte subitanea correptus, scelerum suorum pœnas dedit. Hic itaque Gibertus ex Parma Lombardiæ urbe originem duxit, quem Agnes Henrici huius imperatoris dū uiueret, tanquā insignem uirum, Italici regni gubernatorem primum constituerat. Qui primo Cadolum ciuem suum, cōtra Alexandrū ponti. substituere procurauerat. Et postmodum ab Alexandro ueniam postulans, licet omnium malorum auctor extitisset, eum tamen Rauennatis ecclesiæ archiepiscopū constituit. Inde ad pontificium munus Gibertus antipapa.

cium munus uiam quærens,contra Grego.prædictum pontificem,multa mala semper machinare non destitit.

Vitalis Falero.35.Venetorum dux,hoc anno,Dominico Siluio duce, à Roberto Apuliæ duce superato & profligato,& à patribus magistratu deposito, & in carcerem coniecto,in eius locum dux suffectus, ducauit annis.13.& men.4. Hic re paratam illicò classem, ad Alexium Græcorum imperatorem, contra Guiscardum misit. Qui imperator ab ipso Guiscardo duce,infestabatur: sed imperator unà cum ipsa Veneta classe, ad Sasium cum Guiscardo congressus,post duros conflictus, ipse Robertus sup eratus & profligatus fuit. Deinde inchoata Hierosolymorum expeditione,ex Senatus sui consensu,classem ducentarum omnis generis nauium,præfecto Michaele,Vitalis Michaelis olim ducis filio, transmisit: quæ quidem classis non Venetorum militia tantum,sed ex omni orbe Christiano plena erat,cum Genuensibus iuncta,quæ tamdiu perseuerauit,donec Hierosolyma cum toto regno capta fuit.Hic plurima instituit ad rempu. conseruandam, et inter cætera ad alios ciuitatis ordines hoc unum adiecit,quod iudices quosdam instituit,qui propriarii nuncupantur,quorum officium esset dotes & dotalia prædia fœminarnm solenni scripto reciperet,quique tutores pupillis & furiosis in ciuitate imponerent, curatoresque quærerēt bonorum,si qui intestati decederent,& creditoribus siqui essent,satisfacerent. Voluit quoq; ut istorum officium esset de furtis & homicidiis leuioribus,& aliis huiusce sceleribus,cum uigilum præfectis iudicare. Et hunc magistratum instituit, ut princeps ciuitatis aliis curis implicitus,huiusmodi nouorum iudicum munere aliqua ex parte leuiaretur. Voluit etiam hos iudices inter agendū principi in collegio assidere. Balduinus itaque Hierosolymorum rex, propter beneficia in expeditione collata, huic principi & successoribus Venetis, ac Genuensibus amplissima in Hierosolymorum regno statim concessit priuilegia. Demū hic princeps inter cætera sua monumenta,templum beati Marci conflagratum, instaurare fecit,ubi & corpus suum tandem sepeliri mandauit. 6281 1082

Hoc nanque anno,omnia iuxta solis & lunæ cursum completa sunt,sicut in quintodecimo imperii Cæsaris anno, à quo anno usque in præsentem, duo magni cycli fiunt, qui sunt.1064.annis.

Victor papa 168.



Ictor papa eius nominis tertius, Abbas Montiscassini,Desiderius antea uocatus,Gregorio pontifici hoc anno surrogatus,sedit anno.1.& mē.4. Qui pon 6284 1085
ti.factus,statim Gregorii partes contra Gibertum Antipapam tutandas suscepit.Quam ob causam,Henricum imperatorem sibi constituit inimicum, à quo etiam ueneno in calicem misso,tandem è medio sublatus est.

Rogerius Roberti Guiscardi ducis Apuliæ & Calabriæ filius, natu minor, hoc anno 6285 1086
Roberto in Cassiopa insula,cum esset annorum.62.ætatis,defuncto Boemundo fratre maiore,absente, in Apuliæ & Calabriæ ducatu succedens, regnauit an.25. Qui ubi ducatum inijt,confestim Capuam & quicquid inde usque ad Tyberim ad pontificem Ro. pertinebat,ui abstulit.Boemundus autem natu maior è Græcia superueniens, cum Rogerio isto fratre minore pro ducatu contendere cœpit. Quamobrem Vrbanus ponti. synodo habita præcepit eius in loco dictionis ecclesiæ ab armis abstinere, sententiámque ponti.tulit, ut Rogerius Boemūdo fratri Apuliæ partē permitteret,& ipse reliqua possideret.Boemundus autem ea sententia minimè contentus,post aliquot dies dum Rogerius in Siciliā contra Saracenos contenderet,ipse Melphim urbem furto occupauit, qua quidem occupata,maiori accensus gloriæ cupiditate, relicta Melphi, paulòpost pacem cum fratre composuit,& cum cæteris principibus & ducibus Chtistianis in Hierosolymorum expeditione,cum duodecim hominum delectorum milibus accessit.Cuiusanimi præstantia permotus hic Rogerius,cum eo omnia uoluit esse communia,filiúmque suum nomine Tancredum pugnandi cupidum,belli comitem ipse frater Boemundo germano tradidit.Hic itaque Rogerius Halani filiam Roberti Frisonis Flandrensium comitis accepit uxorem, ex qua natus est Gulielmus unicus filius,qui patri in ducatu successit.

Rasis medi.

Viri doctrinis excellentes.

Rasis medicus excellentissimus, natione Penus seu Aphricanus, hoc tempore clarissimus in toto

mus in toto mundo effulsit,cui alii Bachilo proprium nomen fuisse affirmant, sed Auicena in tertio de Feb.tertii canonis,titulo.3.c.7.Meamethum eum appellat.Qui cū in Almãsoria urbe enutritus fuerit,ibidem Aarabieam linguam peroptime didicit,& in eadem lingua ex omnibus ante se medicinæ auctoribus infrascripta collegit librorum uolumina. Et primo,De medecinarum correctione,librum unum. Anthidotarium,li.1.De cura morborum uolumen unum, continens omnem medicinæ scientiam , librūmque Almansoris ad regem eius nominis. Et de moribus puerorum,lib.1.ac de diuisionibus,li.1. In astrologia autem Aphorismorum , atque in Alchimia librum unum. Et alia quædam.

Bruno Carthusiensis.

Bruno philosophus & Theologus sciētissimus,natione Germanus,ex Colonia insigni urbe oriundus,Remensis ecclesiæ canonicus,scholarūmque apud Parisiū magister & doctor,his temporibus, cum in Gallia,legendo, scribendo & disputando clarissimus haberetur,relicto seculo & pompis,cum septem uiris scholaribus suis doctissimis,in eremū Carthusiæ secessit. Et ibidem monasterio à se structo, propositum monastieæ conuersationis, satis arduum, teste Vincentio Gallo li.26. ibidem instituit. Cuius sancti propositi Hugo Granopolitanus episcopus,qui ab eodem Brunone habitum monastieum pereeperat, auctor fuit. Is nanque cum sanctissimus haberetur,cunctis inibi habitantibus,in signe sanctitatis exēplum præbuit. Inter cæteros huius Brunonis discipulos, Vrbanus papa unus fuit.

Prodigia multa,& quidem stupenda,his temporibus pluribus in locis fuisse ferūt,quod domesticæ aues sicut gallinæ,anseres,pauonea,ad montana confugientes,factæ sunt syluaticæ & syluestres,& pisces,tum fluuiales,tūmq; maritimi,magna ex parte periere. Terræmotus etiam in Sicilia adeò magni fuerunt, ut Siracusana ciuitas concussa fuerit, & maior ipsius basilicæ, dum diuina celebrarentur, corruerit in tantum, ut omnes qui ibidem aderant, contertiti fuerint , duobus solum superstitibus, dyacono uidelicet & subdyacono relictis.

Ordo Carthusiensis incipit.

Ordo itaque Cartusiensium in Galliis, hoc anno in dyocesi Granopolitanensi, à Brunone prædicto theologo consummatissimo,uiróque sanctissimo initiū sumpsit, qui ordo, Bernar.teste,inter omnes Ecclesiasticos ordines,primatum,non ratione temporis, sed rigorositatia semper tenuit. Et propterea ipsum ordinem speciosam ecclesiæ columnam appellat.

Vrbanus papa.169.

6286 1087



Rbanus papa, eius nominis secundus, Odo antea uocatus,Cluniacensium abbas Victori pontifici hoc anno suffectus, sedit annis.13.& men.4. Vir quidem & doctrina & sanctitate præcipuus,qui & uerbo,& opere,& exemplis,ac scriptis elegantissimis dei ecclesiam contra hæreticoa mirificè confirmauit. Cuius etiam plurimæ ad Mathildim extant epistolæ,sueeo plenæ. Eiúsque Mathildis comitissæ hortatu,postea quam in Melphi concilium habuisset,cum nullū quietis locum haberet,Placentiam uenit,atque ibi aliam synodum habuit,in qua execrationem in Henricum & Gibertum Antipapam à Gregorio factam confirmauit. Petulantiam quoque quorundam ecclesiasticorum ea in synodo,teste Gratiano, animosissime compescuit. Statuit itaque,ut ordinatio episcopi sine titulo facta,statim irrita est,ut legitur in Decretia di.70. c.Sanctorum canonum. Voluit item;ut omnino beneficiis carerent, qui post dyaconatua dignitatē,uxoribus uacarēt,di.32.c.Eos qui. Vetuit insuper episeopis,ne altaria siue præbendas (ut fieri solebat) omnino alicui uenderēt.ut.1.q.3.c.Quæsitum. Inhibuit præterea sacerdotibus,alterius subditum admittere ad suam pœnitentiam.9.q.1.c.Placuit. Consummata uero synodo,Vrbanus hic Mathildi comitissæ uilefaciens in Gallias trāsmigrauit, ubi denuo de salute fidei cogitans,concilium apud Claromontem Aluerniæ ciuitatem conuocauit,& expeditionem in Saracenos pro Hierosolyma recuperāda persuasit,&.300. hominum milia ea in expeditione cruce signauit,statutaque alia,eo in concilio multa facta fuere. Et inter cætera, ut horæ de beata Maria à clericis quotidie exoluerentur, & eius officium diebus sabbatinia solenniter celebraretur. Eo quoque in concilio Philippum & eiua uxorem excommunicauit. Inter cætera quoque eo in concilio uetuit,regularibus canonicis monachos fieri,ut habetur.9.q.3.c.Mandamus. Quo facto statim Ro.rediit,ut compositis in Italia rebus,Italos quoque principes ad eādem expeditionem animaret,sed maximus seditio-

mis seditionibus à Ioanne Pagano uiro seditiosissimo cœpit exagitari. Quapropter timore correptus in domo cuiusdam Petri Leonis ciuis Ro. potentissimi, bienuio se continuit. Mortuo denique Ioanne prædicto, liberior factus, ad componendum ecclesiæ statum, iterum animum adiecit. Et archiepiscopum Mediolanensem pulsum, eo quòd cōtra ius fasque ab uno consecratus fuerat, in gratiam recepit, & pallium humiliter petenti, cum integra potestate restituit. Hoc idem & Tholetano episcopo fecit. Tandem uir sanctus post multas persecutiones & labores, quarto calendas Augusti moriēs, in sancto Petro Ro. sepelitur. Et post, sedes sexdecim dies uacauit.

Vitalis Michaël sextus & trigesimus Venetiarū dux, hoc anno Fautero duci suffectus, ducauit annis. 3. & mensi. 3. Vir utique prælio nauali exercitatissimus atque inuictissimus. 6294 1095
Cui cum aliquando Pisani, tum potentissimi, qui eidem bellum implicabile indixerant, & cum Triremibus occurrerant, ipse ut erat ingentis animi uir, prœliū non detractauit, imò medio in æquore eisdem occurrit, & tanta occisione eos affecit, ut ex tanta classe uix duæ & uiginti Triremes euadere potuerint, reliquæ uero, aut exustæ, aut in manibus huius principis deuenerint. Alia etiam facinora egregia princeps hic strenuè gessit, quæ commemorare longum foret. Et cum Christianissimus haberetur, & ipse ex senatus cōsilio, subsidiariam classem expeditioni Hierosolymorum transmisit.

Hierosolymorum recuperatio.

Petrus quidam eremita, natione Gallus, prudentissimus quidē ac religiosus uir, hoc anno ex Syria in Galliam reuersus, Vrbanum pontificem ibidem offendit, quibus potuit uerbis, ad suscipiendum bellum contra Caliopam, tum Hierosolymorū regem stimulauit. Retulit autem quòd cum superioribus annis Hierosolymā deuotionis gratia peruenisset, ibidem uidisse Symonem ipsius urbis patriarcham, tanquam uile mancipium à Barbaris illis haberi, & propterea animi dolore sauciatus, confestim in Europam ad ipsum pontificē stimulandum uenire decreuit. Cúmque in Gallias uenisset, Vrbano pontifi. Ro. quæ Hierosolymæ agebantur, cū lachrymis retulit. Quibus uerbis efficacissimis permotus pontifex, unà cum cardinalibus, confestim apud Claromontem Galliarum oppidum, synodum congregauit. Et tanta huius sanctæ synodi uis fuit, ut totam penè Europam contra eundem regem Calipham prouocauerit. Et primo in eadem expeditione, Gotthifredus, & Balduinus cognomento Bolionus, Gallaciæ comarchi, Raymundus sancti Egidii, Hugo magnus Philippi Francorum regis frater, Roberti duo, quorum Normandiæ alter, alter uero Flādriæ comes. Erat & Stephanus Carnoti comes, & Podiensis episcopus, sed ex Cisalpina Gallia magnus ille Othus prædictus Mediolani princeps, & Boemundus Rogerii Apuliæ ducis frater, cum. 12. milibus electorum uirorum profecti sunt. Vitalis quoque Michaël prædictus Venetiarum dux, filium suum cum classe subsidiaria transmisit, sed & Genuenses magnifici, cum quadraginta Triremibus auxilio fuere, qui omnes uno animo, pōtifici summo annuere. Vnde & pontifex ipse Adamarum episcopum uirum insignem, totius exercitus moderatorem præfecit, ac designauit. Erant autem in eo exercitu ad trecenta hominum Christianorū milia, cruce signati. In quibus Petrus eremita ducem se multis exhibens, per Alemaniam & Hungariam, uersus Syriam perrexit. Alii uero transmissis Alpibus per Italiam nauigio usque Hierosolymam accesserunt. Ac sic prædicti omnes cum magno labore, & ingenti feruore, Hierosolymitanum regnū, & ipsa quoque Hierosolyma ciuitas sancta, è manibus Caliphæ regis Barbari, anno salutis nostræ millesimo nonagesimonono excerpta fuit. Cum eo namque Calipha rege pro defensione aderant, Volux princeps in armis strenuus, qui Transiordanem dominabat, & multi Barbarorū reges, necnon & Belzet Auxientis filius, qui omnes magno cum dedecore, non sine ingenti utriusq; cæde, a Christocolis tandem profligati sunt. Caliphas uero ut breuibus utar, deniq; sub murorum ruina, milibus confossis iaculis, animosissimè interiit. 6295 1096

Bellum in Turcas.

Vitalis michael

Raynaldus autem Alemanorum dux, in prædicta expeditione, Petro eremitæ socius factus, hoc anno per Hungariam & Græciam transiens, cum ingenti multitudine in Syriam peruenit, & confestim in agro Niceno duo oppida pugnacissima, uidelicet Excregorgon & Cinitum strenuissimè cœpit, & multa ibidem spolia percepit, Sed dum incautè loca custodiret, 6296 1097

stodiret, subita Barbarorum irruptione Christiani conclusi, Petrus per legationis speciem sine militibus fugit. Raynaldus uero exercitus dux, auxilii spe destitutus, abnegata Christi fide, deditionem fecit. Reliqui autem cum siti maxime laborarēt, ab infidelibus turpissimē trucidati sunt. Que res Constantinopolitano imperatori gratissima fuit, Vide Vincentium Gallum li.26.c.97.

6297 1098 Ordo Cistercensium, hoc anno in Burgundia, in eremo Cistertii à Roberto quodam uenerabili religioso Mollirensi abbate, primo excitatur. Quem quidem ordinem Vrbanus papa sua authoritate, sub diui Benedicti abbatis regula, mox cōfirmauit & plurimis priuilegiis communiuit. Nam idem Robertus uir sanctus, Hugonis Lugdunēsis archiepiscopi, sedisque apostolicæ legati, ac clarissimi principis Odonis Burgundiæ ducis auxilio & authoritate fretus, relicto primo monasterio cum uiginti suis monachis, ut districtius maiorū instituta, regulámque monasticam obseruaret, in Cabilonensi diocesi, Cistertii solitudinem adiit, ibique nouum locum & ordinem ex ueteri instituit, & à loco Cisterciensiū ordinem nuncupare uoluit. Qui & breui in omnibus mirum in modum creuit, ac uiros innumerabiles doctrina, & uitæ sanctimonia, postmodum protulit. De quibus locis & temporibus suis infra dicemus. Ordo Cistercensis initium

Ordelaphus Fallero, sextus & trigesimus Venetiarum dux, hoc ipso anno bonorū omnium suffragiis, post Vitalem prædictum ducem, princeps creatus, ducauit annis.19. Præstantissimi ingenii & animositatis uir, quòd multa bella magnificentissime confecit. Et inter cætera.15. magistratus sui anno, ingenti exercitu comparato, Dalmatiam adnauigauit, & multas ibidem urbes cœpit, & spoliauit. Vbi & tandem in prælio interfectus, Venetias eius corpus delatum, in sancti Marci templo maxima cum pompa sepultum est. Eo namq; præsidente duo maxima incendia Venetiis excitata, multas parrochiales ecclesias unà cum parrochianorum domibus absumpsit, & pœnitus arsit, atque Methamaucensis ciuitas, ipso incendio & maris inundatione uastata, ac penè destructa & desolata remansit. Eo quoque tempore maximus terræmotus superueniens urbem undique afflixit.

Hierosolymorum regni apud Christianos exordium.

6298 1099





Otthifredus Gallatiæ comes, hoc anno Hierosolyma à Christicolis capta, uno omniū Christianorum principum consensu, etiam à militibus omnibus humeris præ gaudio in regiā delatus, ipsius urbis Hierusalem rex declaratus, regnauit anno uno. Qui licet regni titulū non abnuerit, coronam tamen auream reiecit, dicens: Indignum esse hominem Christianū, illic regio & auro dyademate uti, ubi Christus rex regum spineam coronam, pro humani generis redēptione pertulit asperrimam. Regno itaque suscepto, contra Clementem Babyloniorum principem apud Ascalonem mox profectus, cum triginta milibus armatis interfecit. Ascalonéque capta, tantum auri & argenti ibidem depræhendit, quantum unquam ullo alio loco deprehenderat. Indéque cū exercitu & fratribus suis mira uictoriæ felicitate usus, & Iopem & Ramulam urbes munitissimas obsedit, ac tandē expugnauit, atque alias similiter urbes plurimas compræhendit. Aiunt enim cum Gotthifredus hic, & exercitus in Syriam peruenisset, Saracenos primum apud Damascum superasse, & apud Antiochiam Persas & Turcos cōtriuisse, & Mesopotamiā omnem recuperasse. Denique Saracenis in Syria ad internicionem usque profligatis, Marcháque ac Barcha minutissimis populosissimisque urbibus expugnatis, uniuersam Palestinam cum sancta ciuitate cœperunt, possiderúntque Christiani nostri hoc regnum cum mirabili Christiani nominis incremento, annos.8. & octuaginta ad Saladini usque tempestatem. Eo itaque anno, quo id regnum cum incredibili labore obtinuit, Gotthifredus hic rex propter immensos labores febre ualida correptus moritur, ibidémque cum magno luctu sepelitur. Gotthifredus à buillonio.

Antiochia autem maxima Asiæ ciuitas, ab Antiocho rege eius dominatore sic dicta, olim Beblata appellata, urbs siquidem potentissima fuit, quòd duorum murorum ambitu circundabatur,

circundabatur, Petri apostoli prima sedes fuit. Hæc igitur anno isto à Boemundo Normano Roberti Apuliæ ducis filio, uiro utique clarissimo, post durissimam obsidionem capitur, Pyrrho scilicet potentissimo eius ciue ingressum præbente. Nam idem Pyrrhus cum multa de Boemundo, eiusque uirtutibus accepisset, eius colloquium expetiit. Et uiri uirtutem admiratus, illicò ciuitatem se illi traditurum spopondit, si sibi dominium retinere uellet. At Boemundus prudentia usus, à proceribus Christianis sibi urbem retinere obtinuit: quo facto, nocte quadã constituta, Pyrrhus porta aperta, ingressum Boemundo præbuit. Et sic idem Boemundus hoc modo ciuitatem obtinuit. Ingressi itaque urbem Christiani omnibus fermè pepercere. Cassianus autem urbis rex, ad loca montana confugiens, ab Armaniis suis trucidatus est. In hac igitur præclarissima ciuitate, ut dictum est, diuus Petrus apostolus patriarchalem sedem primum tenuit. Eo quòd tunc post Romã & Constantinopolim atque Alexandriam cunctis per orbem ciuitatibus primaria haberetur. Ex ea namque Theophilus episcopus oriundus fuit, ad quem Lucas euangelista apostolorum actus conscripsit, ubi & septimus à beato Petro antistes fuit. Hæc quippe ciuitas mille annis sub Christiano imperio optimè floruit. Et sub eius pontificatu centum & quinquaginta tres fuerunt episcopi. Et in hac urbe similiter trecentæ & sexagintasex fuerunt ecclesiæ.

Vnde Theophilus oriũd.

Lancea Christi in Antiochia inuenitur.

Lancea autem qua Christi latus à Longino milite transfixum fuerat, hoc eodem anno, in prædicta ciuitate Antiochia, in ecclesia sancti Andreæ apostoli, ipso reuelante reperta est. Quam Boemundus dux & cæteri Christiani summa cum deuotione suscipiẽtes, de cætero tanquam optimum uexillum in exercitu suo contra hostes semper pertulere. Cuius deuotione & fiducia freti, statuerunt cum Corbona Armento rege confligere, cuius exercitus uicinos Antiochiæ mõtes occupabat. Missique sunt Petrus eremita, & alius ad Corbonam ut prælium ei denunciarent, sed eo renuente, Christiani nihilominus quamquam fame & siti periclitarent, confugere statuerunt. Et ieiunio prius instituto, ac orationibus præmissis, ad prælium cum hac sacra lancea fiducialiter perrexerunt. Quod cum maximo ardore commisissent, centum milia hostium interfecerũt, & quindecim millia eorum camelos cœperunt. Inde itaque Christiani tantum prædam abdùxerunt, ut ab extrema inopia ad summam omnium rerum ubertatẽ ob lãceæ ipsius miraculum peruenerint.

Paschalis papa 170.



Aschalis papa eius nominis secundus, natione Italus ex Flamminea prouincia oriundus, patre Crescentio, Raynerius antea uocatus, hoc anno Vrbano pontifici suffectus, sedit an.18. mensi.5. & diebus.7. Hic etiam monachus existens, nolens inuitúsque pontifex creatur. Qui ecclesiæ dei prope labenti quorumdam seditionibus consulturus, copias suas in Gibertum Antipapam malorum omnium caput mittit, propter quod Gibertus timore perterritus, non multò post subita morte interiit. Pacata mox ecclesia, Paschalis ingenii magni, & animi maximi uir, à religione ad arma conuersus, adiuuantibus amicis, Castellanam urbem ac Beneuentanam ab hostibus occupatas, ui & armis recepit. His, & aliis plurimis facinoribus strenuè gestis, Paschalis in Cisalpinam proficiscitur prouinciam, ubi ad Guardacastellum agri Cremonensis oppidum, conuentu multorum principum & episcoporum habito, de Homagiis, de Pheudis, de Sacramentis perantea laicis exhibitis, exhibendisúe magna habita est ratio, ibidem quoque Aemiliæ prouinciæ urbes, uidelicet Placentiam, Parmam, Rhegium, Mutinãm, & Bononiam, Rauennati ecclesiæ tanquam metropoli, amplius non subesse cõstituit, quod diu ipsa Metropolis ecclesia Rauennatis, Romano pontifici rebellis fuisset, atque cum intelligeret sacerdotes Gallos non ita integre, ut decebat uitam ducere, eò profectus apud Trecas cõuentum habuit, & redactis ad laudabiliorem uitam & cultum ecclesiis, in Italiam properè rediit, quod intellexerit ibidem omnia seditionibus perturbari. Verũ haud multò post compositis in Italiam rebus, ad bellum Asiaticum literis & nunciis omnes Christianos principes animauit. Verum cum recusaret confirmare episcopos quos hæreticus contra fas iusque pro libidine quibus uoluisset, concesserat, unà cum cardinalibus ab Henrico imperatore capitur, & in carcerem truditur. Hæc inde prius eductus est quàm omnes in episcopatu confirmaret, atque hoc modo rebus compositis imperatorem denuo coronauit. Recedente 6629 1100

dente postea ab Italia imperatore, Paschalis hic aliud concilium apud Lateranum congregans, omnia quæ Henrico promiserat, reuocauit, asserens non sponte sed coacte in Cæsaris sententiam uenisse, post hæc Ro. quindecim ecclesias consecrauit, atque alias plurimas restituit. Mortuus denique in Constantiana basilica, quintodecimo calendas Februarii maxima cum pompa sepelitur.

6301 1102 Balduinus secundus Hierosolymorum rex, hoc anno Gotthifredi frater, fuit surrogatus, regnauit annis. 18. Mortuo enim Gotthifredo fratre, Saraceni magnos exercitus recuperandæ Hierosolymæ causa, eò conduxerunt, in quos Balduinus hic parum intulit conflictus, in quo quidem Boemundus captus & Belensis ac Burgundiæ comites uiri excellentissimi occisi sunt. Rex autem ipse turpi fuga Hierosolymam multis militibus amissis, repetiit. Nec tamen ausi sunt Saraceni urbem obsidere. Boemundus autem Apulus in Asia cognita Gotthifredi morte, statim relicta Antiochia Hierosolymam accesserat, ueritus ne quid mali accideret, idem fecerūt Burgundiæ & Belensis comites, postea nihilominus interfecti. Balduinus Hierosolymorū rex.

Tancredus autem Boemundi nepos, Antiochiam commigrauit. Et Boemundum patruum postea in carcerem triennio maceratum multo auro redemit. Et Antiochiam urbem suam illi cum summa restituit. Quo audito Blanduinus hic, illum Acon ducem instituit, uocauitque Genuenses & Venetos in auxilium, cum. 80. Rostratis, plærisq; aliis Triremibus & nauibus uenerunt, & Acon urbem terra marique acriter oppugnantes, post uigesimum diem illam obtinuit, & Saracenos qui eò tuendæ urbis gratia aduenerant, omnes fugauit, indeque Aegyptios secundo prælio superauit, ac Calipham eorum regem interemit.

6302 1103 Stella insolita hoc anno, prima quadragesimæ ebdomada, feria sexta, circa uesperum in Austrum & Occidentem lucere uisa est, & per dies uigintiquinque, Vincentio Gallo teste, libro scilicet. 26. eadem hora, semper splenduit. Cui ingens trabes ex Oriente occurere uisa est, post hoc in Cœna Domini uisæ sunt duæ lunæ, parum ante diem, una in Oriente, & altera in Occidente. Prodigium.

6305 1106 Genuēses ætate hac, nauali prælio præpotentes, hoc anno (teste Iacobo theologo) cum 60. Triremibus in Syriam denuò profecti, Tripolim primo, deinde Gibeletum, ac Cæsaream urbes maritimas, à Mahumetanis diu occupata, ingenti uirtute compræhendunt atque diripiunt, ubi multis Barbaris spoliatis & interfectis, ipsas urbes Balduino regi tradiderunt. Quibus strenue gestis, & rebus ibidem pacatis, cum Cathino eo, qui in Azymorū cœna cum discipulis domino nostro Iesu Christo appositus fuerat, & aliis maximis, spoliis ditati, cum gaudio ad propria rediere, eo igitur Cathino nūc Genuenses nihil præciosius, nihil charius habere possunt. Eo enim Genuenses ipsi se feliciores cunctis mundi urbibus putāt, quo cæteris hoc dono & cineribus beatissimi præcursoris apud se habitis præeminent. Hac etiam uictoria atque triumpho referunt eos Genuēses præcursoris domini cineres ex Mirea ciuitate, secum Genuam detulisse, ipsis autem sanctis reliquiis præciosissimisque, ea Genuensis ciuitas eo beatior cūctis urbibus, quod sola inter omnes dignatur, beatur, & extollitur. De Cathino domini De cineribus beati Io. bap.

Viri doctrinis excellentes.

Iuo præclarissimus doctor, Canonúmque cautissimus interpres, ordinis Regularium diui patris Augu. ex præposito sancti Quintini Beluacēsis episcopus, hac tempestate apud Gallos maximo fuit in precio, eo quod in diuinis scripturis mirabiliter exercitatus, atque sanctorum Canonum & generaliter conciliorum scientissimus esset. Qui cum incredibili sanctitate & humilitate insignitus esset, etiam ordinem suum in Galliis collapsum, mirifice reformauit. Hic itaque inter cætera sui ingenii opera, post Isidorum Hispalensem episcopum, patrum decreta collegit & abbreuiauit, & in unum ea collegit uolumen, quod Panormiam prænotauit, illúdque in. 10. distinxit libris, qui sic incipiunt, Excerptiones ecclesiasticarum. Illud etiam postea quidam Hugo Cathelanensis episcopus, & post eum Gratianus noster in meliori forma redegit, librum etiam unum epistolarum ad diuersos scripsit qui incipit, Iuo ecclesiæ Carnothensis. Et alia quedam composuit. Iuo carnotēsis episco.

Ildebertus

Ildebertus Cenomanorum episco. Ildebertus Cenomanorum Galliæ episcopus, uir in diuinis uoluminibus multum exercitatus, ingenióque fermé diuinus, hac ipsa tempestate, heroico elegiacóque carmine plurimum ualuit. Et Vincentio Gallo li.26. referente, multas tribulationes, ac carceres & uincula, apud multos pro Christo & eius ecclesia patienter sustinuit. Vbi & epistolas elegantes ad diuersos scripsit, ac uersus quosdam elegantiores de suo exilio, scripsitque elegantissimo metro ualde utilem expositionem super toto psalterio, li.1. Item de miseria huius uitæ, li.1. De sacramento altaris, li.1. Hymnorum & orationum diuerso metro, li.1. Epithaphium Berengarii quoddam, præceptoris sui, in uersibus plurimis, scripsit & alia plura.

Anselmus Lucensis episco. Anselmus Lucẽsis episcopus, natione Mãtuanus, uir doctrina & sanctitate præcipuus, Mathildisque gloriosæ comitissæ confessor & pater, per hæc etiam tẽpora floruit, & præclara quædã opuscula cõposuit. Qui cum esset religionis Christianæ amator inter cætera operam dedit (post plurima monasteria in Cisalpina Gallia ab ipsa comitissa extructa) ut etiam monasterium sancti Benedicti iam diu in agro Mantuano inchoatum, ipsius Mathildis impensa perficeretur, ubi & postmodum defunctus aliquandiu iacuit. Cúmque ibidem miraculis continuis celebraretur, post aliquot tempus ueriti Mantuani, ne á uicinis urbibus furtim surriperetur, in basilica cathedrali Mantuæ illum transtulerunt, ubi & nunc usque miraculis corrhuscans innumeris, conquiescit.

Anselmus Cãtuariensis episcopus. Anselmus alter Cantuariensis archiepiscopus, bonitate uitæ & ingenii acumine præcipuus, & ipse in Anglia per hoc tempus præclarissimus effulsit, & opera pené infinita composuit. Hunc tanti præcii apud Anglos suos habitum fuisse tradunt, ut breui ex monacho abbas, & ex abbate Cantuariensis archiepiscopus fuerit delectus, de quo Vincentius Gallus li.26. multa commemorat.

Arnulphus Lugdunensis episco. Ruffus, seu Arnulphus, præpositus & Lugdunensis episcopus hoc tempore in Gallis & concionandi gratia & doctrina, ac mira sanctitate plurimum effulsit. Qui post beatum patrem Augu. doctorem canonicorũ ordinem regularium, & ipse in Gallis instituit. Vbi & multis fundatis monasteriis cum esset egregius Christianæ doctrinæ declamator, etiam in Italiam descendit, ubi & suis prædicationibus Christi paupertatem, integerrimamq; uitam ipsius, ad imitationem sectandam, omnibus miro ardore proponere non destitit, quam obrem multos ex nobilioribus Romanis ad se traxit, quod tanquam uerum Christi discipulum sanctúmque prophetam arbitrabantur, atque ad cælum usque eum tollebant. Vnde in Hethrutiam maximéque in Luca urbe, & eius agro multa regularium monasteria ad huc extantia erexit. Ea quippe in urbe Luca, & extra sunt, in primis sancti Fridiani, sancti Michaelis de platea, & extra á Boscho, & alia duo uno sub capite gubernata, & aliæ ferme parrochiales ecclesiæ omnes urbis illius suppositæ fuerunt, huius sancti uiri Ruffi regularibus. Extat & Frisonariæ extra urbem ipsam, monasterium Mathildis comitissæ opus, huius optimi uiri iussu fundatum, nunc sub regulari obseruantia excultũ, sunt & alia plæraque monasteria in Hethruria ab hoc sanctissimo homine, sub regulari canonicorum fundata & extructa. Verum hic Ruffus cum Roma acerbe nimium in clericorum lasciuias inueheret, & eorum pompas improbaret, ab eisdem secrete tandem é medio sublatus est. Nec unquam tanti sceleris authores inueniri potuerunt.

Henricus.4. impe.



Enricus eius nominis quartus, prædicti Henrici Cæsaris filius, octauus Germanorum imperator, hoc anno ab Electoribus imperator delectus, imperauit annis.20. Hic patrem captiuauit, & multis probris, & quidem maximis dei iudicio eum affecit, cuius rei causa tristem tandem emisit animam. Quo mortuo in Germania rebus ordinatis, in Italiam cum exercitu magno descendit, sed eius aduentus Paschali Ro. pontifici gratus fuit, quod multas basilicas in trãsitu suo euertisset, & episcopatus cui uoluisset pro libito demandasset. Missis autẽ ad pontificem legatis iureiurando interposito pollicetur se pacato agmine urbem intraturum, episcoporúmque inuestituras renunciaturum, sicut habetur in Cano.63.di. per totum. Ingressus igitur urbem Henricus cum benignitate á summo pontifice Ro. excipitur. Sed ipse gemina uiperarum paternum uolẽs imitari extra Paschalem pontificem & uniuersos ecclesiæ Ro. prælatos per fraudem intercepit, & eorum bona in suorum prædam conuertit. Quapropter pontifex in dignitate tanta 6307 1108

te tanta commotus, contra Theutonicos insurrexit, & multos eorum interficiens, tandem urbe eiecit. Imperator autem in circuitu urbis Romæ, in uindictam omnia suburbia, & in circuitu urbis, alia quoque urbis bona, incendio consumpsit, nec propterea Ro. pacare potuit, donec papam & cardinales omnes restitueret. Restituto igitur pontifice, iterato Henricus inuestituras ab ipso extorquere cœpit. Qui tandem ciuitatem suorum incommodis permotus, quæcunque postulasset, confirmauit, & per Notarios publicos Cæsar ea notare fecit. Hoc modo rebus compositis dimissisque captiuis omnibus, imperator à pontifice confirmatur, & coronatur. Hanc obrem Henricus uoti compos factus, in Germaniam cum pace rediit. Sed Paschalis statim concilium congregans quæcumque promiserat Henrico, reuocauit. Henricus deinde decimo imperii sui anno in Italiam rursus uenit, & Romam absente pontifice intrauit, ubi & concedente populo Ro. aduersantibus tamen patribus, cum rite coronari non obtinuerit, Mauritium quendam suæ patris archiepiscopum euocauit, & ab eo imperii coronam sibi imponi procurauit. Veruntamen tandem a 1 cor rediens, iura ecclesiæ pro quibus pontifices contenderat, in Calixti papæ manibus resignauit, & absolutionis beneficium ab eo impetrauit. Postremo moriens, cum patribus suis apud Spiram urbem suam sepelitur, ad cuius tumulum tale Epitaphium inscriptum fuisse ferunt. Filius hic, pater hic, auus hic, atque proauus iacet isthic.

6308 1109 Ludouicus Francorum rex, Philippi prædicti regis filius, hoc anno ipso patre regge defuncto, Francis regnare cœpit, & regnauit annis uiginti duobus, de quo pauca habentur. Ludo. Fráco-rũ rex.

6309 1110 Andreas Anglerio comes & Mediolani princeps, unicus Othonis prædicti principis filius, & ipse hoc anno defuncto patre. 18. ætatis suæ anno, eidem in principatu succedens, regnauit annis. 45. Hunc tantæ fuisse iusticiæ & æquitatis ferunt, ut neque precio, neque precibus, aut amicitia aliqua, à uero iudicio, ullo unquam tempore flecti potuerit, malos uidelicet suppliciis ita afficiens, ut crudelitatis nomen consequeretur, bonis uero, bona & donaria, ac dignitates munificentissime præbens, sed in hoc tantum patri dissimilis fuisse tradunt, quod bella tanquam pestem semper fugiebat, & paci ac tranquillitati totis uiribus incumbebat. Hic postquam Henricus. 4. patrem in uinculis posuisset, & in Italiam descendens, & Modoëtiæ, ac Mediolani ab Iordano archiepiscopo, eo præsente coronatus fuisset, & ab ipso imperatore confirmationem domini, uidelicet Mediolani & aliarum ciuitatum consecutus est. Tanti namque illius fuisse in imperatore suscipiendo apparatus ferunt, ut imperator ipse maximam in admirationem adductus fuerit. Contra hunc aliquando, quidam Petrus, qui in urbe Cremona sceptrum tenebat, arma suscepit, & in fines Brixiensium usque peruenit, & ibidem statiuam posuit. Quod audiens Andreas, statim contra eum in congressu processit, & illum atque eius exercitum primo impetu fudit, & in turpissimam fugam conuertit. Quod audientes Mediolanenses, ipsum rei militaris scientissimum acclamauerunt. Post dies autem aliquot cum Comenses prætorem suum à se destinatum in seditione occidisse intellexisset, commotus indignatione Andreas subito coactis in unum aliquibus copiis, Comum hostili animo accessit, & ab ciuibus illis cum magna trepidatione exceptus est. Vbi & ciuium suorum cognita insolentia, urbem primo militibus suis in prædam dans, paulòpost illam usque ad solum æquari fecit. Quæ nunc cum in monte sita esset, ciues in inferiorem uallem descendere coëgit, & aliam nunc extantem in cancri forma in ripis laci ædificauit, inde quoque laudem Pompeanam urbem sibi rebellem die. 25. Maii, anno salutis nostræ millesimo centesimo primo, & uigesimo prorsus extitit, propter quod Laudenses ciues per annos nouem, & quadraginta sine urbe murata stetere. Denique papa Alexandro præsulante noua laude fundata fuit. Hic itaque Andreas anno salutis. 1123. cum Adelay Sabaudiensium principis filiam duxisset uxorem, Gualuagnum successorem ex ea suscepit filium, uirum postea mira corporis pulchritudine, ac magnitudine conspicuum, tandem anno ætatis suæ, 63. uitæ finem faciens, Mediolani in templo diui Ambrosii sepelitur. Andreas Anglerius Mediola. princeps.

Pisani hisdem temporibus Nauali potentia & gloria, admodum potentissimi, Paschalis pontificis hortatu, ex insulis Balearibus quas ante occupauerant, in Saracenos mouent maxime quod Christianorum littora infestarent. Qui mox pontifici maximo annuentes, ingentem classem compararunt, & in hostem uirili animo irruerunt, ac illos, aut interfecerunt, aut turpi fuga effugarunt. Verum dum apud uada Volaterana uentũ expectarẽt, Lucenses statim eorũ urbem defensoribus destitutam occupãt, quod Florentini tunc audientes, Pisanorũ precibus permoti, pulsis Lucensibus deinceps illã tutarunt, ob quam rem Pisani de Saracenis uictores redeuntes, Florentinos duabus porphyriticis colũnis donarunt: quæ adhuc ad portam Sacelli beati Ioannis baptistæ uisuntur. 6311 1112

Columnæ porphyritica Florẽtinorum.

Pontremulum oppidum regionis Ethruriæ.



Ontremulum nobile Ethruriæ regionis oppidum, in Apennini radicibus iuxta Macrã fluuiũ constitutũ, iam diu ædificatum, hoc anno ab Henrico imperatore prorsusq; cõplanatur. Eo quod ei Ro. proficiscenti transitũ prohibere oppidani ipsi præsumpsissent. Quam ob causam in Hethruriã ingrediens, omnibus terrori esse cœpit. Quo autẽ tempore id oppidũ tam celebre tamq; pugnacissimum cum arcibus aliis fortilitiis pugnassimis instauratũ fuerit, uel à quibus incertũ habemus. Claret enim nunc monasteriis, ac oppidanorum nobilium ædibus superbissimis, principibus etenim Mediolanensium iam diu paruit, à quibus incremẽtum maximum accepit, infelicitatem autem maximam superiori anno, qui fuit. 96. supra millesimũ quadragesimum Sueuis Caroli octaui Francorum regis armigeris id oppidum persensit, qui illud in reuersione belli Neapolitani sub specie pacis incenderunt. Nunc autem Ludouico Frãcorum regi cum toto Mediolanensi regno, paret. 6312 1113

Prodigium. Sanguis hoc anno teste Vincentio Gallo in agro Aemiliano & Flamineo idibus Iunii pluit, quod quidem prodigium maximo omnibus terrori fuit. 6313 1114

Dominicus Michael eius nominis sextus. 37. Venetiarum dux, hoc anno Ordelapho Phalero duci suffectus, ducauit an. 11. præstãtissimi animi & exquisitæ eloquentiæ uir, ac morũ omniũ insignissimus. Qui cũ esset Christianæ religionis amator, ex senatu sui cõsulto Balduino Hierosolymitano rege capto, à Ferramũdo Hierosolymitano patriarcha rogatus, ac etiam Calixti pontificis Ro. suasu ducẽtorum nauiũ classem armauit, & ad Iopem concito flatu accessit. Quam ciuitatem Saraceni Babylonii cum septingentis nauibus præmebant, ubi demum disiectis eorũ nauibus, ipsisq; Saracenis fugatis, multis quoq; eorum captis & interfectis, urbẽ ipsam graui obsidione liberauit, deinde unà cum patriarcha ipso in Tyrum iuit. Quam (licet prius à Christianis tãtam) strenuissimus hic princeps, statim non incruẽta uictoria recepit, & nihilominus eam Hierosolymitano regi subiecit. Verum Emanuel Græcorum imperator Calo Ianni suffectus, tantam uictoriã Italis inuidẽs, senatui & duci huic præcepit classem omnino reuocare, cui Dominicus obtẽperans, cum domum rediret, ira succensus, Rhodum, Chium, Samũ, Mithilenẽ, Andrunq; ipsius Græci imperatoris insulas diripuit, & Mothonum urbem insularem accepit, & ex senatus sui nomine cõmuniuit, eamq; usq; in præsentem annum, qui est millesimus quingentesimus primus possedit, indéque domum applicans, Spalatrum & Tragurum urbes ab Hungaris eripuit, & dominio suo subiecit. Domum tandem multa cum gloria reuersus, lapidem super quẽ Christus apud Tyrũ sedisse fertur, secũ attulit, ac Theodori martyris corpus ex Rhodo Venetias comportauit. Hæc itaq; tot & tanta facinora illustris Dominicus dux in triginta mẽses feliciſſime confecit: quãobrem multa priuilegia, ac dignitates à Balduino Hierosolymitano rege promeruit. Tandem uita functus in claustro cœnobii sancti Georgii maioris Venetiarum, marmoreo sepulchro adhuc extante sepelitur. 6314 1115

Gelasius papa. 171.



Elasius eius nominis. 2. patre Crescẽtio ciue Caietano, hoc anno Paschali põtifici successor factus, sedit anno. 1. & men. 5. Hic à teneris annis ingenuè educatus, in Montecassino religionis documenta sub Odorosio abbate sanctissimo suscepit, ac peroptime didicit, uir & ipse sanctissimus & omni laude dignissimus, si uitã cõtinentissimã, si mores, si doctrinã singularem inspicias, nam cõstãter & sanctæ mẽtis in procellis humanarũ perturbationũ uitã duxit. Vnde Cyncius Fregipinus 6357 1158

patricius

patricius Ro.uir potentissimus,quia contra eius uoluntatē pontifex creatus fuit,ira percitus eum statim compræhendit,& in terram deiectum,& calcibus & pugnis primo contriuit,ac postmodum in uincula coniecit.Verum à populo confestim liberatus,à clero de more coronatur,persequente deinde illum Henrico imperatore,in Gallias confugit,ibiq; à Cluniacense abbate honorificentissimè susceptus.Cumque in monasterium peruenisset, Pleuresi correptus moritur,atque ibidem intra Cœnobiū limina sepelitur.

Balduinus eius nominis.3.atq; ex nostris.3.Hierosolymorum rex, uno & eodem anno cum Gelasio ponti.regnare cœpit,& regnauit annis.13.Hic prioris Balduini consobrinus fuit,qui & secundo sui regni anno Gazim Turcum minoris Asiæ ducem,cum magnis copiis Hierosolymam petētem,bello superatum cōpræhendit,& in carcerē coniecit,sequentiq; anno Damasci regem ex improuiso,cū exercitu hostili animo & ipse Hierosolymā petentē fudit,atq; fugauit,duobus hostiū milibus cæsis,& mille captis.30.tantū de suis amissis. Verū & ipse superueniēte Balaach Parthorū rege unà cū proceribus suis captus, & in Parthiā perductus,ibidē in carceribus & in uinculis cōiectus est,sed precio postmodū redemptus Hierosolymam rediit,& Christianam rempu.iam labentem reintegrauit. Antiochiámque ciuitatem Hierosolymitano regno adiecit. Deinde Ascalonitanum regem Hierosolymitanos infestantem,unico repulit prælio,atque Balduinum Damasci regulū idem molientem,tribus præliis fudit,multis eorum,more pecudum cæsis.Hic tādem defunctus, nullum ex se dimisit filium,sed unicam tantum filiam.

6318 1119 Ordo Præmonstratensis sub diui Benedicti regula,hoc anno in Landinēsi dyocesi sub quodam Nothoberto nomine,patria Coloniensi initiū sumpsit,quis tamen ordo iste fuerit,nobis non constat. Ordo Præmō straten sis.

Prodigia multa.

Porca quædam hoc anno in Liginensi dyocesi seu parrochia, Vincētio Gallo li.26.teste,enixa est, porcellum hominis faciem habentem. Eodem quoque anno pullus gallinæ quadrupes natus est, & hyems insuper asperrima fuit, pro qua ualida fames statim subsecuta est,ac hominum mortalitas, luesque animalium agrestium & domesticorum, strages quoque auium mutuo inter se concertantium extitit. Prodigia.

Terræmotus præterea permaximi in Italia multis in locis, quadraginta dierum spacio perdurarunt,ita ut nilla quædam pergrandis de loco suo corporaliter fuerit trāsportata, & alibi collocata,atque alia plurima fuere prodigia.

Ordo templariorum militū (ut multi asseuerant) sub Gelasio isto pontifice apud Hierosolymam initiū sumpsit, & ducentos ferme annos perdurauit.Hi primū deuotionis gratia Hierosolymis non longe à domini sepulchro habitātes,peregrinos Christianos ingenti claritate suscipiebāt,atque eos per sacra loca armati deducebant, & inde sine aduersariorum molestia reducebant.Hos namq; uita fide & gratia insignes,multi peregrini in Europam redeūtes,mirū in modū cōmendabāt,& eleemosinas grādes donariaque largissima eis conferebant.Hi in principio cum mātellis albis & cruce rubea incidebāt,& ut plurimum omnes natione Gallici erant,quibus & beatus Bernardus abbas regulam composuit obseruandā,ueruntamen Clementis quinti papæ tēporibus, cum à nostris scitū fuisset illos ad Saracenos defecisse,& in multis uitiis propter rerū abundantiam prolapsos fuisse,à Christianis compræhensi,tanquam infideles & hæretici,omnes in Syriā interfecti sunt.Et non modo in Syriam & Asyam,sed etiam in Galliis, cum ubiq; ignominiose nimiū uitā ducerent,à Philippo Francorū rege summo ponti.Romano cōcedente. Quibus exterminatis eorum bona opulentissima, partim militibus Rhodianis,qui insulam Rodum paulò ante occupauerant,& partim nouis religiosis in Anglia consignata sunt. Ordo templariorum militū crucis.

Portus Veneris oppidum.

Portus Veneris oppidum,non ignobile in Lygurū finibus non longè à Luna olim uetustissima urbe in maris littore constitutum,hac tempestate à Genuensi populo maximo cum ardore cōtra Pisanos inimicos extruitur, & eiusdē populi Colonia efficitur,Primo nāq; Genuēses ipsi eidē portu,Lunæ portū nomē imposuerūt,sed postmodum cū Genuenses eo in loco Venerii cuidā sancti hominis corpus ex Luna trāstulissent,

omisso primo nomine, deinceps oppidum istud Veneris portum appellarunt, in eius insulæ tamen supremo fastigio olim quoddam Veneris templum habebatur, in quo quidem templo idem sancti Venerii corpus collocatum fuerat. Et idcirco quidam uoluerũt ipsum oppidum Veneris portum esse appellandum. Idem enim locus Genuensium confinium terminum fore. Claret quippe locus iste mercatoribus plurimis, & uiris nauali prælio strenuissimis.

Templum maius ciuitatis Genuæ in honorem diui Laurẽtii martyris nuper cõditum, hoc anno, à Gelasio prædicto põti. Ro. solẽni pompa dedicatur, & multis indulgẽtiis pluribúsq; priuilegiis ab eodẽ exornatur. Idem nãq; pontifex, ut Iacobus ipsius ecclesiæ episcopus refert, cũ è Roma pulsus eò peruenisset, & sui discessus rationẽ reddidisset, ab ipsis Genuẽsibus perbenignè exceptus est, & propterea ad retributiõis indiciũ, urbẽ ipsam multis exornauit priuilegiis, & tẽplum istud uniuerso astãte & applaudẽte populo dedicauit, atq; ibidẽ cum magnis indulgentiis sacros cineres præcursoris domini ex Myrea urbe nuper allatos collocauit, & illos ueros approbans, multa donaria eidem loco obtulit.

Reliquiæ sancti Ioan. Bap.

Calixtus papa. 172.



Alixtus papa eius nominis. 2. Vienẽsis Archiepiscopus, natione Burgũdus cõmitisq; Burgũdio frater, hoc anno à cardinalibus qui ibidẽ aderãt Gelasio põtifi. substitutus, sedit annis. 5. & mẽ. 10. Hic ex regũ Franciæ Angliæq;, ac Germaniæ prosapia oriũdus fuit, Guido antea uocatus, iuris ciuilis, ac sacræ theologiæ doctor, qui non prius pontificatũ acceptare uoluit, quàm cardinaliũ Ro. existentiũ, cleriq; ac populi Ro. cõsensu habuisset. Quo quidẽ habito, Romã uenit, & magno desiderio, magnoq; honore exceptus est. Exceptúsq;, statim Beneuentũ se trãstulit, atq; ibidem oẽs principes cõuenit, & quãmaxime Gulielmũ Apuliæ ducẽ, Iordanũ Cãpaniæ comitẽ, ac alios insignes uiros illius Italiæ partis principes, quibus adhibito sacramẽto iureiurãdo promiserũt, se in potestate Ro. ponti. semper affuturos: indéq; Romã rediẽs, legatos ad Hẽricũ imperatorẽ, qui pacẽ cum eo firmarẽt, misit, atq; rursus Beneuentũ rediit. Causa autẽ illius itineris fuit, quòd Gulielmus Apuliæ, & Calabriæ dux, Alexii imperatoris Græci filiam ducturus uxorẽ, cũ Cõstãtinopolim nauigasset, curã sui ducatus huic põtifici cõmisit, seu reliquit, cũq; ibidẽ multos suorũ febribus amisisset, & ipse tandẽ ægrotus Ro. relatus est, ubi ualitudine reintegrata, apud Lateranũ. 90. patrum conciliũ celebrauit, ubi Decretũ, militiæ & auxilia mitti, ne Christiani qui in Asia erant opprimerentur, unde & Genuenses, & Venetos, ac Pisanos magna classe in hostem cõcitauit, in ea namq; classe, ut Iacobus theologus scribit Genuenses sui. 70. onerarias naues misere, quibus optimè ex sententia gestis, Calixtus aliquid quietis ab externis nactus, basilicas multas in urbe refecit, ac urbis mœnia instaurauit, atque arces omnes cõmuniuit, nec non & aquam quãdam in urbe introduxit, multa quoque donaria ecclesiis hincinde obtulit. Tandem de deo, déq; omnibus benemeritus anno quinto sui pontificatus quieuit in pace. 6319 1120

Burdinus Antipapa.

Burdinus quidam sic nomine appellatus Antipa. natione Hispanus, quem superioribus diebus Henricus Cæsar contra Gelasium pontificem creauerat, cui & Benedicto nomẽ datum fuerat, hoc anno etiam pontificis nomen sibi cõtra Calixtum papam usurpare uolẽs, quorumdam tyrannorum auxilio fretus, Sutrium ueniens ibidem se cõtinuit, & Ro. incursibus & rapinis quotidianis uexare cœpit, ac peregrinos ad urbem accedẽtes spoliat, propter quod Calixtus papa suas copias repente congregat, & Ioannẽ Cremẽsem sancti Grisogoni præsbyterum cardinalẽ cum expeditissimo exercitu in eum misit. Deinde & ipse pontifex subsequens post multas concertationes & cædes, tandem ipsum Burdinum unà cum urbe profligatum cœpit, & uinctũ retrorsum facie uersa, cum cauda in manibus Camelo impositum, in triũphi speciẽ Ro. cum magna populi ridicula perducere fecit, quem tamen uita donatum, pontifex in monasterio reclusit, & ibidem tristem uitam finiuit.

Viri doctrinis excellentes.

Põtius Cluniacensis.

Pontius Cluniacensis abbas, uir sanctitate & doctrina insignis, his temporibus ob industriam & maximam doctrinam Ro. multo in precio habitus est, quamobrem & eius familiaritate pontifices Ro. sui temporis mirificè delectati sunt, multaque donaria eidem contulerunt atque priuilegia amplissima.

Petrus quidam Compostellanus archiepiscopus per hoc idem tempus,& fide,& eruditione,& conuersatione ac moribus omnibus insignissimus fuit,propterea Calixtus ponti. ob ingentes eius in omni genere uirtutes,& beatissimi Iacobi deuotionẽ eidem loci illius archiepiscopatus dignitatem contulit. Et Emeritanam prouinciam sibi subiecit, & inter cætera cum beatissimæ uirginis Mariæ matris dei deuotissimus haberetur, nõnulla in eius laudem composuit. Petrus Cõpostellanus.

Bernardus Clareuallensis dignissimus abbas,natione Burgundus, & ipse sua insigni uita,suaq; doctrina hæc tempora reddidit illustrissima.Hic itaq; ex Castellione Burgundiorum oppido nobili genere ortum habuit,& ibidem cum.22.attigisset annũ, unà cum triginta sociis relicta domo paterna, in Cisterciensi monasterio religionis habitum suscepit, in quo tantum profecit,ut temporis spacio tanti precii ob maximam eius sanctitatẽ & doctrinã haberi cœptus sit,ut Clareuallis monasterii pater & abbas ab omnibus creatus fuerit,cui quidem loco maxima cum gloria per sex & triginta annos præfuit, in quo præter laudabilem uitam & sanctitatem,maxima ac præclara reliquit sui ingenii monumenta. Sãctus Bernardus Clareuallen.

Hugo natiõe Gallus ex oppido sancti Victoris oriũdus,canonicus regularis Parisiensiũ clarissimus doctor,& magister,hac tẽpestate ibidẽ floruit,& multo in precio fuit,qui præter sanctitatẽ,de qua mira legitur,tum docẽdo,tũmq; scribẽdo,multis admodũ profuit. Hugo de sãc Victo.

Rupertus monachus & abbas,natione Teutonicus,hisdẽ tẽporibus in diuinis scripturis doctissimus,in Germaniã plurimũ effulsit,& multa opuscula dignissima composuit. Rupertus.

6325 1126 Honorius papa,eius nominis.2.natione Imolẽsis,Hostiẽsis episcopus,Lãbertus antea uocatus,hoc anno Calixto pòti.suffectus, sedit an.5.men.5.& die.3.Qui etsi obscuro loco natus,literarũ tamen & moribus tãto magistratu dignum se fecit. Attamẽ eius ingressum nõ æque bonũ fuisse tradũt,quia quorũdam ambitione, potiusquam omnium bonorum consensu iniisse pontificatũ ferunt,& nihilominus ponti. effectus,statim Cardinales quosdam insignes uiros creauit, quorũ cõsilio & opera magnis in rebus semper postea usus est. Tandẽ cum põtificatum per quinquẽnium recte gubernasset moritur,& cunctis collachrymantibus in basilica Lateranensi sepelitur. Honorius papa.173.

Gulielmus,Rogerii ducis filius,Apuliæ & Calabriæ dux,hoc anno postquã.16.annis regnasset,à Rogerio consobrino principatu deiicitur,& ad Sabernitanum principem cõfugiens ibidẽ sine hærede moritur. Atq; ita in eo omnis Roberti Guiscardi familia per lineã masculinã defecit. Is namq; Gulielmus Costãtinopolim abiens, Alexii Græci imperatoris filiam,in matrimonio promissam ducturus,suas prouincias Calixto ponti. commendauit. Sed Rogerius altero Rogerio genitus eius ex materna linea consobrinus Siciliæ comes, nil pontificem ueritus,Calabriam statim inuasit,& prius dimidiam cœpit, quam pontifex de ferendo auxilio cogitare potuerit, ac sic bonus hic Gulielmus & uxore & dominio simul frustratus,apud Salernitanum principem sine filiis obiit.

6326 1126 Neapolitani regni principiũ hic incipit,quod sub septẽ Italiæ regiones citra fretũ etiã sub Siciliæ titulo quãdoq; appellatũ cõtinetur. Nam ipsa ciuitas Neapolitana usq; in hoc tẽpus,neq; regia sedes,neq; in ipsis oris regium nomẽ ullũ habebat,sed Robertus cognomento Guiscardus,Normanus Gallus,uir gloria & laude dignissimus,suis uirtutibus magnã huius Italiæ partem,quæ regnũ Siciliæ,aut Neapolitanum est appellata, à Saracenis, Græcisq; laceratã, ad regni huius formã primus redegit, & primo aduersam ciuitatem in Cãpania cõdidit,& illi ciuitati in memoriã rei gestæ, uidelicet aduersandæ,nomẽ Aduersæ dedit. Hoc itaq; Neapolitanũ regnum septẽ has cõtinet regiones, uidelicet Samnium, Campaniã, Apuliã, Lucaniã, Salernitanos, Calabros,& Brucios. De quibus singulis ad intelligentiam lectorum,pauca hic breuiter ex more suscepto subiiciemus. Neapolitani regni princi.

Samniũ itaq; regio huius Neapolitani regni,nũc Aprutiũ appellamus,est inter Picernum & Campaniã,& Apuliã cõstituta. Et hæc regio est amplissima,uariis populis, orisq; distincta. Et in hac fuerunt & sunt infrascriptæ clarissimæ urbes, uidelicet Adria Romanorũ Colonia, Aquila nũc urbs præclara, Amiternũ ciuitas nũc euersa, Sulmo Ouidii poẽtæ patria, Ottona mari contigua, Arpinum fama celebris, Aquinum sancti Thomæ doctoris, & Iuuenalis poëtæ patria, Athina urbs uetustissima, tamen euersa, Beneuentum Samniũ seu Aprutiũ.

à Diomede condita, Thelesia urbs uetusta Samnites autem quondam tantæ potentiæ fuerunt, quòd Romanos ingenti clade attriuerunt, in hac qnidem regione fuerunt Præcuntini, Pœnenses, Ferentani, Peligni, Marucini, Vestini, & Amiterni populi.

Apulia — Apulia itē regio est huius regni pars, quæ mari Adriatico contermina est, inter Dauniā, & Calabriā, & hæc Iapegia ab antiquis cognominata fuit, à Dædali filio, licet sint qui dicāt Iapegiā quandā Apuliæ partem esse. Et hæc admodū populosa habetur, ciuitatibus nobilissimis inclyta, castris & oppidis præmunita, frumēto, uino, & oleo fertilis & fœcūda, ex qua bellatores equi proueniūt. Eius metropolis Brundusiū fuit. Hæc regio aliquādo.13. ciuitates habuit, sed nūc excepto Tarēto & Brūdusio, non nisi pauca oppidula habet. Hāc tamē regionē & Messapiā, & Iapegiā & Calabriā & Salentinā cōplures cōmuni appellatiōe nūcupāt, in summitate aūt huius mōtis præclarū extat sancti Michaelis tēplū, cū ædificiis pulcherrimis, quod Christiani ex omni orbe maxima cū deuotiōe quotidie frequētāt.

Lucania. — Lucania item regio, quam nūc principatus appellant, est tertia huius regni pars, & hæc est inter Campaniam & Brutios constituta, & ipsa feracissima omnium bonorum & aëris temperie amœnissima, in qua est Pestum oppidum, quōdam Possidonia dictū, maxima indulgentia redimitum: in hac regione est Elea ciuitas, ex qua Parmenides & Zeno philosophi originem duxerunt. Est & in hac regione Lucaniæ urbs. Sunt qui dicant Lucanos à Samnitibus originem duxisse.

Salentinorum quoque huius regni regio, quarta pars dicitur, quæ nunc terra de Bari nuncupatur, & hæc Apuliæ finitima est, in hac fuerūt ciuitates Rudia, Neritum, Metium, Bausta, & Vxentum, sicut Ptholomæus lib.3. refert. Est quoque in hac & Iapegium promontorium, quod & Salentinum dicitur, ubi Mineruæ Phanum aliquando locupletissimum fuit, Strabone testante.

Calabria. — Calabria item huius regni regio, quinta pars habetur, quæ post Lucaniam sita est, à Græcis sic cognominata. Et hæc bonis omnibus scatet, in hac inter cætera Brundusiū ciuitas est, pulcherrimo portu insignis, & Tarentum inclyta urbs, quæ Archita Tarentino philosopho præstantissimo, ac Ennio poëta ciuibus ornata fuit.

Brutia. — Brutii populi, seu Brutia, regio sexta huius Neapolitani est, quæ quondā Oenotria fuit, Huius regionis autem metropolis Consentia ciuitas fuit, supra quam Pandosa est, ualidum in propugnaculum. Vbi Molossorum rex, Alexandrum trucidauit. Est & Rhegium à Calcidensibus condita.

Campania. — Cāpania itē huius regni regio, quam nūc dicimus terra laboris, est ultima & potissima pars. Et hæc amœnissima regio, inter Latiū & Calabriā sita, in qua laborinis campi totius Italiæ uberrimi cernūtur, & colles uitiferi. Eam uim habuit laborinæ terræ appellatio, ut Cāpaniæ nomē in suū mutauerit: in hac Capua urbs uetusta à Capye Troyano sic dicta, est & Nola à Tyriis condita, ibi etiam fuit Cumarū ciuitas, ubi fuit sacellū Sybillæ. Est & Neapolis urbs regia & nobilissima regū sedes dignissima, & hæc portu insigni, & aliis exquisitissimis ornamētis nobilitata, in ea itaque hæ nationes regnarunt, & primo Normani quinq;, & centū triginta, Germani autem sex & septuaginta, Galli uero octo & septuaginta, Aragonenses demum anni sexaginta; postremo in anno ab millesimo quingētesimo primo, iterato in manibus Gallorum hoc regnum peruenit, ut infra dicemus.

Primus Neapoli. rex. — Rogerius eius nominis.2. primus Neapolitanæ urbis rex, hoc anno postquam Apuliā & Calabriā Gulielmo suo consobrino abstulisset, non se ultro comitē aut ducē, sed regem appellari uoluit, & in eo.23. annis regnauit. Hunc Innocen. eius nominis.2. cū aliquando in Gallutio oppido eū acriter obsideret, Gulielmus eius filius Calabriæ dux, unico prælio liberauit, atq; pontificē cum multis cardinalibus cœpit. Quē tamē non ita multo post Rogerius hic, in eū hac modestia usus, quòd liberū eum esse uoluit, quāobrem Rogerius hic, quod uoluit deinceps à pōtifice impetrauit, præter regiū titulū. Verū cū postmodū Inno. prædictus Ro. pulsus esset, uidelicet ab Anacleto adulterino papa, utriusq; Siciliæ rex ab ipso Innocē. declaratur, qua ex re, copiis & armis & animo auctus, classe per Aphricam trāsiens, multas cōprælendit urbes, & Tunesi regē sibi fecit tributariū, indéq; in Græciā traiiciēs Gorcirā insulā, Corinthūq; & Thebas, atq; Euboiā de Græcorū imperio abstulit. 6325 1126

Delatus

Delatus etiam usque Constantinopolim, eius suburbia imperatore uidente, incendit, eiusdémque imperatoris ædes aliquandiu oppugnauit. Verum postea in Siciliam rediēs in Venetorum manus incidit, & ex suis Triremibus ad uiginti amisit, propter quód timore perterritus salutem sibi fuga conquisiuit. Domúmque reuersus haud multo post Panormi moriens, filium nomine Gulielmum successorem reliquit.

Hyems asperrima hoc anno, teste Vincentio Gallo, lib.26. ubique fuit, in qua quidem multa pecora, atque homines multi periere, & frugibus exustis miserabilis subsecuta est fames. Prodigium.

Genuensium uictoria.

6327 1128 Genuenses superioribus annis à Pisanis infensi, quód maris imperiū ob naualis gloriæ potentiā sibi uenderant, hoc anno contra ipsos Pisanos implacabile bellū susceperunt. Et maxima classe cōparata, uidelicet octoginta Triremiū, & trium maximarū nauiū, ac aliorum lignorū. 35. cū ingēti animo & ardore Pisas usq; nauigarūt, ibidémq; & Arnū fluuiū, atq; terra diu urbem oppuguarūt, & multas clades ipsis Pisanis intulerūt, quamobrem Pisani lacessiti, legatos cum cartha & atramēto ad Genuēses miserunt, orātes & obsecrātes, ut eos susciperent cōmendatos, quia quicquid præciperēt, suis mandatis se obtēperaturos pollicebantur. At Genuenses, ut Pisanorum superbiam comprimerent, suarum domorum tecta, usque ad primum solarium eos deponi iusserunt. Quibus gestis, etiam Plumbinum eorum oppidum cœperunt, & funditus ipsum euerterunt, quo quidē pœnitus euerso, uiros ac mulieres omnes captiuos abduxere. Superiori etiā anno ipsi Genuenses cum septem Triremibus uniuersis admirātibus, duces, & uiginti falcatas Pisanorum naues, cum. 60. eorum Triremibus cœperunt, & Genuam cum captiuis innumerabilibus in triūphi modum perduxerunt, hæc Iacobus theologus Genuensium archiepiscopus in sua Chronica. Genuēsium uictoria.



6328 1129 Otharius. 9. Germanorum imperator, hoc anno indemortui Hēnci quarti imperatoris loco legitimis omniū suffragiis Cæsar creatus, imperauit annis. 11. Imperióq; suscepto, statim Innocentiū papam à Petro antipapa Roma pulsum, in Lothoringiā Galliæ apud Leodium adiit, & sui discessus causam audire uoluit. Quo audito hominē quoad potuit cōsolatus est, & iureiurādo spopondit se illū tutū cum omnibus suis reductur ū. Et magno statim exercitu cōparato, in Italiā cum ipso ponti. uenit, Romámq; ingressi, pontificem, nullo cōtradicēte, in Lateranū perduxit, & mira felicitate statim omnia ad sanitatē perduxit, cuius beneficio deuictus Innocētius, ipsum imperii corona solenni pompa coronauit. Qui mox in Germaniā ad cōponendos Bohemorū motus rediit, & quidē superatis iterū cum exercitu in Italiā rediit, ac Romanorū seditiones suppressit, Rogeriúmq; prædictū Apuliæ inuasorem breui Italia depulit, licet negligētia pontificū omnia statim recuperauerit. Hic itaq; imperator multæ prudentiæ atq; clemētiæ princeps fuit, qui toto in suo imperio nil gessit, quód merito ab aliquo reprehēdi potuerit, familiaritate namq; sanctorū uirorū, & præsertim Bernardi abbatis mirificē delectatus fuit, qui tandē de deo déq; hominibus benemeritus in patriā iter faciēs, Veronæ defecit. Lotharius imperat.



6329 1130 Nnocētius papa eius nominis 2. natione Ro. patre Ioāne de regione Trāstyberim, Honorio pontifici hoc anno surrogatus, sedit annis. 19. men. & die. 8. Qui pontificatu suscepto, statim in Rogeriū Apuliæ ducē mouet, à quo post dira utriusq; prælia, ponti. ipse cum multis cardinalibus captus est, sed Rogerius (ut erat uir prudēs) capto pontifice, reuerētia & modestia usus, statim ipsum liberum cum cardinalibus esse uoluit, & Ro. cum maxima reuerentia remisit. At pontifex Ro. reuersus, ubi Petrum Ro. eiuem Antipapam creatū, & omnia seditionibus plena cerneret, résq; ad multorū cædes spectare uideret, sponte cessit. Et primo Pisas adnauigauit, deinde Genuā, à quibus omnibus piientissimē & munificētissimē susceptus, in Franciā tuto præsidio perductus est, ubi & à beato Bernardo uiro sanctissimo, & à cunctis principatibus, quibus beatum Bernardum maxima proseqnebantur reuerentia, qui omnes apud Montemclarum, eius rei gratia conuenerant, magnificentissime suscipitur. Eoque loci concilio celebrato multorum patrum, Petrum Antipapam cum suis sectatoribus condēnauit. In Belgis deinde alia synodo celebrata, statim in Italiam unà cum Lothario imperatore Inno. papa. 174.

rediit, celebrato etiam apud Placentiam urbem concilio, Pisas se contulit. Quam quidem ciuitatem cum Cenuensi populo iam pridem desidentem ad pacem tandem redegit. His gestis unà cum imperatore Ro. accessit, & magno cum exercitu urbem ingressus, nusquam Antipapa à parente in Lateranum peruenit. Atque ita factiosos & Rogerium Siciliæ regem, ad sanitatem & obedientiam redegit. Verũ dum quietura respublica Christiana putaretur, ecce Ro. contra eum cornua erigentes, senatores more antiquo denuo erant, qui rempublicam Ro. ditionémq; ad seculares pertinentem gubernarent. Vnde & ponti. ut & his etiam resisteret, apud Lateranum concilium aliud habere uoluit, atque eo concilio, Gratiano teste, constitntionem æddidit, ne quis laicus sub anathematis pœna manũ niolentam in clericum mittere præsumeret, sicut habemus in Cano. 17. q. 7. c. Si quis suadẽte diabolo. Mandauerat item superioribus annis in Remensi concilio, subdiaconibus, sub omni beneficiorum priuatione continenter uiuere, ut etiam legitur intra Decreta. 18. di. ca. Decreuimus, ut hi. Vetuit præterea ne quis episcopus in ecclesiastico beneficio sibi successorem constitueret. 8. q. 1. c. Apostolica authoritate. Tãdem in anno domini. 1143. defunctus apud Lateranum sepelitur.

Petrus Pollanus. 8. & . 30. Venetiarum dux, & ipso eodem anno, quo & Innocen. papa bonorum omnium suffragiis dux creatus, ducauit annis. 18. uir certe & consilio & manu promptissimus, qui ex senatus sui consulto Emanueli Græcorum imperatori, contra Rogerium Apuliæ regem admodum fuit, & auxilio semper affuit. Quapropter instructa classe maxima Corinthum, Thebas, Euboiam, Corcyrámq; insulas, ex imperio Græcorum ab ipso Rogerio rege, nt diximus, occupatas ipse recepit, ac. 20. ipsius Tiremes unico prælio debellauit atque demersit, insuper & Iustinopolim urbem a Iustiniano secũdo conditam, Venetis acquisiuit. Tandem cum in classico bello iugiter obseruaretur, & in eo etiam uiriliter cecidit. Et Venetias cum ingenti luctu deletus, in monasterio sancti Cypriani de Murano sepelitur.

Anacletus antipapa. Petrus quidam Romanus, cnius Petrus quondam Leonis uiri potentissimi filius, hoc anno dum Innocentius papa in bello Apuliæ captus esset, à quibusdam seditiosis Antipapa creatus, Anacletus est appellatus. Qui mox in pontificatu sic intrusus, ut seditiosos quosque sibi alliceret, uniuersas urbis ecclesias suis thesauris spoliari permisit. Et inter cætera à Basilica diui Petri, crucem auream, & quasdam coronas impreciabiles pendẽtes abstulit, insuper & Cyborium quod sanctus Leo papa sibi extruxerat, destruxit. Vnde tãtam pecuniarum uim sibi conflauit, ut facile largitionibus sceleratissimum quemque, in suam traheret sententiam, uerum plantula quam non plantauit ille cælestis agricola, cito eradicata fuit. Qui à Lothario imperatore superueniente, ipsum cum eius factione omnino cum rubore depulit, et Innocentium pulsum, suam in sedem collocauit, ipse autẽ tam diu in suo sensu obstinatus permãsit, donec adiudicatus Sathanæ moreretur. Cardinales autem eius statim cum luctu ad misericordiam pontificis confugerunt.

Fulco Hierosolymorũ rex. Fulco quartus ex nostris Hierosolymorum rex, Balduini præcedẽtis gener, & Andagauensiũ comes, hoc anno regnare cœpit, & . 11. annis regnauit. Hic quippe Christianissimus uir fuit, ac in armis acerrimus propugnator, & id qnoad uixit. Qui ubi Hierosolymã & eius regnum, auxilio & uirtute destitutam offendisset, statim præstantia & uirtute duorum filiorum suorum acerrimè tutatus est. Et inter cætera suæ nirilitatis & uirtutis opera, Turcos agrum Persicum incolentes, persæpe fudit, & non solum fudit, sed etiam ad tria milia eorum aliquando unico prælio intterfecit, ac totidem cœpit, quamobrem eisdem Turcis quoad uixit maximo terrori fuit. Verum dum aliquando leporem nimium cõcitè insequeretur, casu equi sui corruens, mortuus est. 6330 1131

Ludouici Frãcorum rex. Ludouicus præcedentis Ludouici filius, & ipse hoc eodem anno, patri in Francorum regnum succedens, regnauit annis. 48. Vir ingentis animi uirtutisque eximiæ. Qui diligens ea quæ dei sunt. 14. regni sui anno, unà cum Conrado Cæsare, cum ingenti multitudine Christianorum, ad expugnationem terræ sanctæ in subsidium Christicolarum, quia sedulo ibidem ferebantur deficere, animosissime accessit. Vbi cum multa strenuè gessisset facinora, & sui aliquando sine ordine pergerẽt, fame & aliis necessitatibus oppressi, eodem quasi anno

si anno domum tristis rediit, quo autem genere mortis obierit, aut quem habuerit succes-
sorem, non inueni.

Archiepiscopatus Genuensium incipit.

6332 1133 Syrus Genuensium episcopus, uir utique bonus, ac multarum rerum sciētia insignitus, Archie
hoc anno, ut Iacobus theologus in sua Cronica scribit, ex episcopo, primus Archiepisco- pisco-
pus, ab Innocētio prædicto pōtifice constituitur. Cui & tres Corsicæ insulæ episcopatus pus Ge
cum Bobiense, Brumacense, ac Holense assignauit atque subiecit. Sedit autem postquam nuen-
id dignitatis munus obtinuit annos.20. Nam tum Genuenses maritimo bello præpoten- sium.
tes eundem Innocentium papam à Petro adulterino pontifice pulsum, unà cum Pisanis,
& Lothario imperatore Romam è Galliis tutè perduxere, & in sede apostolica cum pace
collocauere, quo beneficio deuictus pontifex, prius inter ipsos Genuenses & Pisanos, tan-
dem pace firmata Genuensem hunc episcopum, qui Mediolanēsi suberat, archiepiscopum
creauit, eo quòd uir doctus & singularis uirtutis haberetur.

6324 1135 Pisanis quoque eodem loco & tempore, idem Innocentius papa, in retributionis si-
gnum archiepiscopatus dignitatem contulit, tribus aliis Corsicæ insulæ episcopatibus &
Populoniæ sibi submissis.

Calor admodum æstuans, hoc anno in Cisalpina Gallia tantam siccitatem dedit, ut fru
gibus uniuersis exiccatis miserabilis subsequeretur ubique fames. Atque etiam ex eo mul
tis in locis terra fomite immixta, maximo populorū terrore flammas amitteret, unde non
ita multo post lugubris & miseranda pestis in toto penè orbe subsecuta est. Ex qua etiam
Lucius secundus, & Celestinus.2. summi pontifices interiere.

Gilbertus philosophus, natione Britannicus, hoc etiam tēpore magno apud Gallos ex- Gilber
titit in precio. Qui tantæ fuit doctrinæ, quòd ob scientiarum uarietatem, illis in locis uni- tus Bri
uersalis doctor appellaretur. Scripsit autem plurima, quæ uidere minimè potui, uerum tānicus
apud multos hæc quæ subiecta sunt, feruntur sua. Et primo in totum Psalterium lib.1. In philo.
omnes epistolas Pauli, li.13. In euangelium Ioannis li.1. In Boëtium, de Trinitate li.1. Qui
sic incipit: Libros quæstionum. Sermones etiam multos.

Vilbertus Carnotensis episcopus, sacræ theologiæ magister & doctor, ingenio acutus, Vilber-
ac eloquio ornatus, moribus & uita insignis beatissimæque uirginis Mariæ præcipue deuo tus Car
tus, his temporibus in precio existens, scripsit insigne opusculum de prophetia hac, uide- notēsis
licet: Non auferetur sceptrū de Iuda contra Iudæos li.1. De natiuitate sanctæ Mariæ ser- episco,
monem unum, atque alios plures sermones. Et quædam alia.

Hugo monachus Corbiensis, in diuinis scripturis sufficientissime eruditus, ingenio elo-
quioque dulcis, hac tempestate floruit, & suis scriptis nomen suum posteritati notificat.
Et inter cætera quoddam opus admodum iucundum in.4. distinctum libellis ædidit, uide-
licet. De claustro materiali li.1. De claustro spirituali lib.1. De claustro animæ, & de clau-
stro paradysi li.1. incipit: In cælesti Hierusalem claustrum. Et alia.

Ricardus de sancto Victore, ordinis regularium sancti Augustini Parisiensis doctor, Ricar-
non solum in diuinis scripturis, sed & in seculari philosophia eruditissimus, ingenio emi- dus de
nentissimo, ac moribus & omni conuersatione præcipuus, his temporibus plurima ædidit sctō Vi
opuscula, quibus utilitati legentium plurimum profuit. ctore.

6336 1137 Conradus eius nominis.2. genere Sueuus.10. Germanorum imperator, hoc an Conra
no Lothario suffectus imperauit annis.15. Hic primo Bauariæ dux, & Henri- dus im
ci.4. nepos fuit, princeps siquidem inclytus, & clemens existens, à diuo Ber- pera.
nar. abbate plurimum delectus fuit, cuius sanè hortatu in Saracenos crucem
unà cum Ludouico Francorum rege, & Alphonso Hispaniæ, ac Henrico Angliæ regi-
bus, aliisque plurimis principibus assumpsit. Vnde magno (cruce signatorum) comparato
exercitu Constantinopo. primo peruenit. Vbi ab Emanuēle Græcorum imperatore præ-
cibus compulsus Iconitnm Græcorum oppidum optime minutum, & frequentatissimum
obsedit. Pollicitúsque est idem Græcus imperator, se omnia quæ exercitu erant necessa-
ria, ministraturum. Dúmque Castrum à nostris obsideretur, scœlestus imperator, Græca
usus infidelitate, gypsum farinæ immiscuit, & maximā quantitatē in exercitu misit. Dúmq;
panis cō

panis confectus fuisset,& ex eo exercitus comedisset,mox tot milites periere, ut omissa obsidione, in Thraciam secedere oportuerit, tandem Hierusalem perueniens multa circa Damascum commisit certamina. Cúmque magnis conatibus eam obsideret, & milites fame sitique plurimum laborarent,non sine contumelia obsidionem soluit,& diminutis uariis casibus exercitibus in Europam tandem cum Ludouico prædicto Francorum rege uenit. Ac sic denique Conradus hic, antequam imperialem benedictionem percipere potuisset,è uita excessit.

Edessa Mesopotamiæ ciuitas.

Edessa autem Mesopotamiæ ciuitas,ab Hebræis Arach uocata, hoc ipso anno ab Alaph Turcorum principe capitur,& in suam potestatem reducitur, ubi occisis omnibus fidem Christi negare recusantibus,etiam in dedecus Christiani nominis,ibidem nobiles matronas capiens,super altare sancti Ioannis Baptistæ,quod sciebat à nostris præcultum esse,stuprare fecit.Ea quippe ciuitas Rages fuit, ad quam Thobiam filium suũ misisse,sacra ipsius Thobiæ narrat historia, quamque Thadæus Christi apostolus ad fidem conuertit, & in qua ipsius sancti apostoli ossa fuerũt tumulata,ac etiam Abagarus rex,regnum habuit,qui scilicet rex datis ad dominũ nostrum Iesum Christum epistolis,scripta manu Dei,responsa meruit accipere.Quæ ciuitas à tẽpore euersionis Hierusalem per annos quatuor & quadraginta,Christianis paruerat. 6339 1140

Balduinus.5. Hieroso.rex.

Balduinus eius nominis tertius,quintus ex nostris Hierosolymorũ rex, hoc anno Fulco patre eius defuncto,in paternum regnum succedens,regnauit annis.24.Vir & ipse strenuus,qui cum Conradi expeditione in Ascalonam urbem profectus, illam diu à Christianis obsessam mox expugnatam recepit.Et Gazan antiquissimam ciuitatem pœnitus derelictam reædificauit, & ipsam militibus templariis ad inhabitandam concessit. Tanti quoq; animi & magnanimitatis uir fuit,ut etiam Turcorum Satrapas,Hyerecontinos opprimentes aggredi ausus sit, & illos prælio superatos, ad quinque milia eorum uno conflictu interfecit.Et deinde Horandinum militiæ Damascenorũ principem,suos agros infestantem, magna clade affectum,usque ad Damasci mœnia persecutus est, denique sine filiis deficiẽs Almericum fratrem habuit successorem. 6340 1141

Celestinus papa.175.

Celestinus papa,eius nominis secũdus,natione Thuscus, ex quodam sanctæ Felicitatis castro natus, Guido antea uocatus, hoc anno in Innocentii ponti.locum omnium consensu,pontifex creatus, sedit mensi.5. Hic beatus tantũmodo in hoc dici potest, quòd nullis seditionibus toto suo ponti. uexatus fuerit, propter hanc (ut arbitror causam) quia ubique peste laboratum est,ex qua etiam ipse mẽse.5.defecit,& in Lateranensi basilica sepultus fuit. 6344 1145

Lucius pap.176

Lucius papa,eius nominis tertius,natione Bononiensis,patre Alberto,post Celestinum pontificem prædictum,sedit men.11.diebus.5.Hic tituli sanctæ Crucis in Hierusalem præsbyter cardinalis fuit.Quam quidem basilicam fermè totam collapsam propriis expensis restituit.Qui inito pontificatu nil prætermisit,quod ad expeditionem Hierosolymitanam necessarium putabat, uerum & ipse dum in his uersaretur, peste absumitur,& in Lateranensi basilica sepelitur. 6345 1146

Ioã.de tẽpori.

Ioannes de temporibus sic appellatus,ut Chronicæ omnes referunt, hoc eodem anno, cum.361.annis uixisset,in Galliis moritur,quem Caroli magni armigerum fuisse tradunt. 6346 1147

Eugenius papa.177.

Eugenius eius nominis.3.papa,natione Pisanus,sancti Anastasii abbas,quem beatus Bernardus monachum fecerat , post Lucium pontificem electus papa , sedit annis.8.mensib.7. & die.20.Hic uir prudentissimus,& optimus quidem fuit. Qui Romanorum conatus intelligens, quòd.S.Senatores suos confirmari omnino uolebant,ad Fersense monasterium noctu in Sabinos abiit. Ibique consecratus,statim Ro.redüt,& molestantes Romanos,molestare cœpit.Qui pace postulata magistratu se abdicaue runt.Sed paulòpost intelligens dolose cõtra eum Romanos agere uelle,Tyberi dilabitur, quem Ro.non secus quàm Gelasium olim,cum sagittis persecuti sunt:ille autem Pisas,& deinde in Franciam nauigauit,ubi reperto Bernardo patre suo,ad Ludouicũ Franciæ regem se contulit,illúmque cruce signauit, & multos cum eo in Turcos & Saracenos animauit.Inde

mauit. Inde regis auxilio fretus Romam rediit, & à Romanis cum magno apparatu, & eximia omnium expectatione exceptus est. Verum cum Tybur recreandi animi gratia concessisset, non ita multo post ibidem uita discessit, Romámque delatus, in basilica beati Petri sepelitur.

Dominicus Mauroceno, eius nominis. 7. quadragesimus Venetiarum dux, eo anno, quo & Eugenius omnium consensu dux creatus, ducauit annis. 7. Hic uerus & integer, ac apertus uir fuit, qui sine simulatione, sinéque fictione Christianam religionem quoad potuit, intus & extra excoluit. Et propterea classem subsidiariam in auxilium Christianorum in Asiam misit, pacísque cultor & amator existens, bella inuitus suscepit. Sed ædificandi studio, uehementem curam exhibuit. Quamobrem suam Venetam urbem maximis ædificiis, sua communique impensa exornauit. Et inter cætera sancti Marci turrim câpanariam excitauit, suóque hortatu & exemplo hospitale in Canalis Orphani ripa ædificatum fuit. Et licet in tanto fastigio collocatus esset, nunquam tamen literarum studia intermisit. Moriens denique cum maximo omnium luctu, apud sanctam Crucem sepelitur.

6348 1149 Genuenses uiri Christianissimi, atq; magnanimes, hoc anno Eugenii papæ hortatu classem centum & sexaginta trium lignorum contra Turcos, & Saracenos, qui Christianos crebris incursionibus infestabant, armauerunt, & unà cum Barchinonense principe in Armariam proficiscuntur, ubi & hostili animo ipsos infideles inuadunt, cum quibus & prælio conserto, cum magna cæde diu & acriter pugnauerunt. Verum Genuenses tandem superiores effecti, ipsis Barbaris magnam intulerunt cladem, nam cum in eodem prælio ad uiginti eorum milia interfecissent, urbémque omnem diripuissent, etiam decẽ milia utriusque sexus ex ea urbe capta cum ingenti gaudio, ut Iacobus eorum theologus in sua refert Chronica, domum in triumphi modum omnia perduxere. Quorum spoliis Genuenses ipsi mirum in modum ditati, etiam ex ipsorũ manibus multa donaria, in auro & argento, suis ecclesiis obtulere.

Nouergia Europæ prouincia, in Septentrionali constituta, quæ admodum est frigida, quòd uersus Oceanum Germanicum sit sita, his tẽporibus uiuaci predicatione Albanensis episcopi, fidem deuotissimè recepit. Ob cuius beneficium atque laborem & uirtutem, postea Anastasio. 4. defuncto, maximo omnium consensu, pontifex maximus creatus, Hadrianus quartus est appellatus. Nouergia Europæ prouincia.

Viri disciplinis excellentes.

Gratianus, sancti Proculi monachus, patria Hethruscus, tempestate istac apud Bononiam Italiæ urbem ob eius ingenii & doctrinæ magnitudinem, maximo in precio habitus est. Vbi inter cætera suæ lucubrationis opera, Decretorum librum accuratissimè ad imitationem Iuonis supradicti collegit. Cuius principium est: Humanũ genus duobus regitur. Quod quidem diuinum opus Eugenius pontifex approbauit, & legendum publico gymnasio concessit, ipsum itaq; librum in tres subdiuisit partes, uidelicet distinctiones, causas, & de consecrationibus: primam autem partem, in unam & centum particulas distinxit, secundam in. 36. causas, ac tertiam de consecratione nuncupauit, eo quòd ita iam inciperet, Et hanc quoque in quinque distinctiones diuiserit, de quibus hi extant uersus: Vna cum centum distinctio sit tibi prima, Ac. 36. causæ sunt parte secunda, Hunc finit & complet dictio quinta. Composuit & alia quædam. Gratianus Decretum cõpilat.

Pertus Lombardus Parisiensis episcopus, ex Nouaria urbe Cisalpinæ oriundus, per id quoque tempus apud Parisium inter doctos non solum suæ ætatis, sed & priorum temporum literis ornatissimus, & bonitate uitæ atque ingenii acumine clarissimus, celeberrimúsque habitus est. Cuius rei gratia quatuor sententiarum libros accuratè doctissiméque composuit. Cuius operis tanta deinceps fuit dignitas, ut Theologorum schola ubiq; excitata, singulari ueneratione ipsum magistrum nominet & habeat. Scripsit itaq; quoddam sagaci studio sententiarum opus in. 4. libris, incipit: Cupientes aliquid. In totũ psalterium li. 1. In omnes epistolas Pauli li. 14. Sermones quoque multos, & alia non pauca. Petrus Lõbardus.

Petrum præterea cognomento Comestorem, prædictis duobus non carne, sed uirtute fratrem, & ipse hac eadem tempestate in Galliis floruisse ferunt. Qui inter cætera suæ uirtutis opera Petrus comestor.

tutis opera, utriusque testamenti historiam diligenter & accuraté explanauit, cuius principium est: Imperatoriæ maiestatis. Item in laudibus beatissimæ uirginis Mariæ, li. 1. Sermones de tempore li. 1. Sermones de sanctis li. 1. Et alia complura.

Auicena medicus. Auicēna insuper Hispalensis medicus, omnium certe clarissimus, eminentissimi ingenii uir, de cuius uita nihil certi habetur, his tēporibus uniuerso orbi clarissimus effulsit. Quem Mesue, & Zoar medici, Aboalim uocant, sed uulgares Bithiniæ regem fuisse dicunt, & ab Auerroi medico uenenatum tradunt, sed antequam periret ipse illum Auerroim interfecisse. Qui cum in omni doctrina eruditissimus esset, Librum excellentissimum composuit, in quo omnem Logicam omnémque naturalem Philosophiam multis uoluminibus complecti uoluit, Metaphysicā deinde accuratissimé enucleauit, distinctiusque ac clarius, præ cæteris medicis: post alios medicos in lingua Arabica, postquam omnium medicorum scripta uidisset, medicinam omnem in quinque libris distinxit, in quibus se Galeni medici interpretem appellat. Scripsit quoq; & de uiribus cordis, De Tyriaca, De diluuiis, Canticorum etiam librum composuit, De Alchymia ad assem philosophum, Insuper & liber quidam, qui de colica tractat, eidem ascribitur.

Auerrois medicus. Auerrois quoque medicus, cognomento Commentator, philosophus quidem clarissimus, & ipse apud Cordulam Hispaniæ uetustissimam urbem, hoc tēpore, ut ex libro ipsius qui de cælo tractat floruit, & multa ac uaria composuit. Et inter cætera adeo excellenter in omnes Aristotelis libros scripsit, ut Commentarios cognomentum promeruit. Deinde de substantia orbis, & de sectis composuit, librúmque alium pulchrum, de medicina collegit. Atque de Tyriaca, & de Diluuiis, ac alia multa ædidit. Fuit itaq; hic Auicennæ medici admodum æmulus & inimicissimus.

Zoar etiam medicus, cognomēto Sapiens, hisdem temporibus fuisse & floruisse, ipsemet in. 15. tractus sui, qui de Tyaseri inscribitur li. 2. & c. 5. testatus est, atque cum Aboali Auicenna in carceribus fuit, ut in eodem li. meminit. Hic autem cū esset eruditissimus philosophus, & medicus, librum medicinæ nomine Tasyrum ad quendam regem dedit, indé que nonnulla consilia composuit, dicitque in eodem tractatu se uniuersam medicinā amplissimo uolumine euoluisse.

Ricardus Cluniacen. Ricardus Cluniacensis monachus uir disertissimus, & ipse hac ætate claruit, & uaria opuscula componendo nomen suum immortalitati commendauit, & licet plura non inueniātur, historiarum tamen multorum temporum eleganti stilo librum composuit. Ex quo quidem opere Vincentius Gallus historicus multa excerpsit. Sermonum etiam diuersorum librum conscripsit.

Anastasius papa. 178.  Nastasius papa, eius nominis. 4. natione Ro. ex patre Benedicto natus, sancti Ruffi Viletrinæ dyocesis abbas, Eugenio pontifici hoc anno suffectus, sedit annis. 2. mensi. 4. & diebus. 24. Vir certe pientissimus & multæ misericordiæ insignitus. Qui cum in tota fermé Europa fame & graui peste laboraretur, clām & aperte largas pauperibus eleemosynas, etiam extra Romanam urbem præbebat. Hic itaque pōtificatu adepto, mox calicem pulcherrimum operis, pondo marcharum. 20. & alia quædam donaria Lateranensi ecclesiæ condonauit, palacium deinde peregregium apud sanctam Mariam rotundam ædificauit. Cumque religiosos uiros plurimum uenerare tur, & priuilegiis amplissimis & gratiis communiuit, & quammaxime Gulielmum eremitarum sancti Augu. professum, olim Aquitaniæ prouinciæ ducem, summa deuotione complexus est, ut infra de eo dicetur. Multa enim tum ad dignitatem ecclesiæ, túmque ad ornatū urbis facere statuerat, quod & fecisset, nisi immatura morte præuētus fuisset. Tandem uiam uniuersæ ingressus, in basilica Lateranensi sepulchro porphyretico sepelitur. 6352 1153

Alphōsus Hispaniæ rex. Alphonsus Hispaniæ rex, eo ipso anno, quo & Anastasius pontificatum inijt, ab expeditione Hierosolymorum rediens, cum domum applicuisset, statim moritur. Et in eius loco sanctus natu maior surrogatur, paulóque post Ferdinandus frater, qui & ipse in Arabia accedens, ibidem pro Christi nomine bellādo interiit. Quo mortuo eius filius Alphonsus nomine successit. Nec quantum quisque eorum regnauerit, compertum habemus. 6352 1153

Thomas Cantuariensis archiepicopus, uir quidem optimus sanctissimúsque, hoc anno ab Henrico

ab Henrico Anglorum rege martyrizatur. Is etenim cum iura sua & ecclesiasticas dignitates, quas sibi prædictus rex, & publica eius potestas usurpauerat, resarcire & in statum pristinum reuocare anniteretur, post exilium, damna, contumelias atque opprobria, postque parentum & amicorum proscriptiones, & alia atque alia supplicia, tandem martyrio coronatus est, quod quidem scelus cum ex coniuratione Henrici regis factitatum fuisse affirmaretur, ipse rex cōfestim se falso accusatū, per oratores suos apud Alexandrū pontifi. maximum iuramēto affirmauit, imò se purgauit. Verū Alexander auditis & cognitis ipsius crebris, uidelicet sancti ponti. miraculis, eum in sanctorum Cathalogo ascripsit. Huius autem sancti uiri uitam, & res gestas, quidam Ioannes episcopus luculento sermone conscripsit.

6354 1155  Edericus, eius nominis primus, cognomento Barbarossa, natione Sueuus. II. Germanorum imperator, hoc anno post Conradum Germanum suum imperator delectus, imperauit annis. 37. Qui Augustus factus, cōfestim in Italiā descendit, ingressusque Lombardiam, Derdonam ciuitatem tūc insignem eidem non obtemperantem aliquandiu obsedit, quam cum tandē ui obtinuisset, militibus suis in prædam dedit. Qua capta & spoliata, celeri gressu Romam contendit, ingressusque urbem & ex more pontifice salutato, ab eodem imperii coronam apud sanctum Petrum accepit. Verum dum pōtifex Hadrianus ipsum coronare statuisset, ne quid tumultus excitaretur, Leoninæ urbis portas claudi fecit. Ex quo populus Ro. indignatione commotus, ui per Hadriani pontem in Vaticanum erupit, ac imperatoris familiam inuasit, & multos uulnerauit in quos mox ultio ab exercitu imperatoris facta est. Multos enim Romanorum, aut cadit aut captiuauit, sed imperator pontificis precibus delinitus, confestim captiuos incolumes dimisit, nec ita, multopost dum in Germaniam rediret, Cremonam Cisalpinæ Galliæ ciuitatem obsedit, & eam multis incursionibus afflixit, ac lacerauit. Mortuo deinde Hadriano pontifice, successori eius admodum aduersari cœpit. Vnde & .4. pōtifices scismaticos contra eum successiue creare fecit, quo & quidem seditionibus & perturbationibus ecclesia Ro. fere collapsa est. Quibus iniuriis permotus Alexander, ponti. Federicū ipsum & duos scismaticos pontifices anathematis uinculo colligauit. Quamobrem Federicus omnem ecclesiæ ditionem (pulso Alexan.) occupauit, & cum multæ eidem ciuitates resisterēt. Spoletum urbem & omnem fere Cisalpinam uastauit. Sed dum in pontificem nimium exardesceret & crudesceret, & quammaxime in Lombardia inhumaniter imperaret, Gualuagnus Angleriæ comes, ac tunc Mediolani princeps, adiuuantibus sociis, ciuitatibus eius copias ita frequentibus præliis attriuit, ut cum pontifice Ro. pacis fœdera libenter inire coactus sit, & maxime quòd Otho eius filius à Sabastiano Venetiarum principe captiuus tenebatur. Ea ob res Federicus Venetias ad Alexan. ponti. humiliter accessit. Et ibidem deposito imperiali uestimento, in ianuis basilicæ beati Marci populo uniuerso astante & spectāte, humi se prostrauit, & ueniam eidem suppliciter expostulauit. Qui suscepta pœnitentia, & integra obedientia promissa, iureiurando pacem perpetuam firmauerunt, atque ita, Venetorum opera, Federicus hic, absolutionis beneficium impetrauit, & ecclesiæ Ro. reconciliatus fuit. His ex sententia bene gestis, Federicus magno sibi exercitu comparato, pro Syriaca expeditione sumpsit. Et per Vngariam iter faciens, tandē Constantinopolim peruenit, ubi Isaach Græcum imperantem offendit, qui Federici potentiam ueritus traiicere Bosphorum hortatus est. Transmissis itaque copiis, Federicus primo Philomenam urbem de Turcis accepit, ac Iconii agrum uastauit. Indéque cum multas Barbaris cædes dedisset, tandem Armeniam minorem totam occupauit, & in suam potestatem redegit, ibidémque constitutus, dum aliquando rapidum amne lauandi causa inexplorato ingressus fuisset, ab aquis mox suffocatur. Cuius funus tandem à filio repertum, Tyrum perducitur, atque ibidem cum magno omnium luctu sepelitur. Quo mortuo, filius eius exercitum in Antiochenum agrum perduxit, ubi & partim morbo, partímque fuga, tandem consumptus est. Fuerat enim Federicus hic magnanimus, largus, strenuusque atque facundus, ac in omnibus semper gloriosus, de cuius gestis multo plura, infra dicemus.

Federicus Barbarossa

6353 1154 Vitalis Michaël, primus & quadragesimus Venetiarum dux, Mauroceno duci hoc anno suffectus, sedit annis. 17. De isto nichil memoriæ dignum habemus, nisi quòd cum regnasset annis

gnasset annis.17.ob eius imprudẽtiam apud Paleæ pontem,anno ætatis suæ.70. à populo obtruncatus fuit, eo quòd classem peste infectam in urbe introduxisset. Eóque mortuo, corpus eius apud sanctum Zachariam sepultum fuit.

Gualuagnus autem Angleriæ comes,Mediolanique princeps,unicus Andreæ principis filius,hoc anno patri in regnum succedens, regnauit annis.27. Vir certe inclytus & celebri laude dignus,qui ab parẽtis sui æquitate minime exorbitauit,præter hoc,quòd bellum pace semper carius habuit.Dixit enim se nunquam cursum acturũ,nisi si aut in hostes rueret,aut fugientes insequeretur, quod bene patre mortuo ostendit, quia nihil aliud, quàm de bello gerendo meditabatur. Vnde principatu inito,primo suo congressu in Laudenses mouit,quibus superatis & profligatis,etiam Papienses sibi infensos plurimum lacerauit,ac Cremonenses pari mulcta affecit,postmodum contra comenses, qui prædictis ciuitatibus præsidia tulerant,properauit,& eorum ciuitatẽ perturbauit.Deinde maiore exercitu congregato,in Gulielmum Montisferrati marchionem duxit,quem Casali obsidione concludens,eò usque ipsum perduxit,ut præ fame,mulos & mures,ac herbæ, quas pecudes non comedunt,oppidanis pro suis deliciis haberentur. Tandẽ ne fame deficerent, deditionem fecit,& eo cum omnibus capto,uectigalia sibi cõstitui contra Federicum impatorem demum cum ingenti uirtute dimicauit, atque eius legiones sapientissimè profligauit, & licet pro urbe conseruanda multa incommoda & damna atque uulnera in proprio corpore pertulerit,nunquam tamen animo contristatus fuit, post denique concertationes & uastationes(Iudæis urbem prodentibus)imperator urbẽ cum exercitu ingreditur,& cuncta in direptionem data,tantam crudelitatem in ciues exercuit,ut non ætati,aut sexui,aut dignitati parcere uoluerit,sed omnes cedi, & pro seruis haberi mandauit. Ablatæque Mediolanensium opes,& domus dirutæ, etiam mœnia omnia per circuitum penitus euertit. Vrbéque solo æquata Federicus aratrum duci,& solo pergi in uictoriæ signum præcepit, His gestis Gualuagnus cum Ioanne episcopo, ac multis ex Vicecomitum familia captus, & in Germaniam ad perpetuo carceres relegantur.Hunc itaque Gualuagnũ captum Federicus,ut aiunt,triduo sub mensa sua admodum canem tenuit,& multis flagellis eum cædi præcepit,perductus autem in Germaniam Gualuagnus,& in compedibus conuictus, multis annis afflictus fuit,post multos autem annos Gualuagnus compedibus fractis,custodibúsque interfectis,in Italiam in habitu rustico uenit,ubi Mediolanensium ciuibus conuocatis,& in unum collectis,adiuuantibus sociis ciuitatibus,ac Græcorum imperatore ab integro ciuitatem reposuit,ac mœnibus communiuit,& pro uirili omnia restituit. Tãdem Gauluagnus hic uir inuictissimus,cũctis filiis priuatis,animi dolore & senio grauatus,ægritudinẽ contraxit,atque die quinto,quo & ægrotare cœpit,uitam cum morte mutauit,qui fuit annus domini.1182. Quo fine uirili sobole defuncto, Mediolanenses per senatum more Romano, se suaque rexere,ac ita per duos &.50. annos usque ad Turianorum tyrannidem seruatum est. 6354 1155

Hadria nus Papa.179.



Adrianus papa.eius nominis quartus, natione Anglicus,professione monachus,hoc anno Anastasio pontifici suffectus,sedit annis.4.& mẽ.10.Hic cum esset egregius declamator, ab Eugenio.3.in Noruegiam prouinciam conuertendam missus fuit,& ita illam(ut dictum est) ad Christi fidem conuertit,qui magistratu suscepto,minis ac precibus à Ro.populo tentatus fuit, ut scilicet liberam urbis administrationem consulibus relinqueret, quod se facturum constantissime recusauit. Quam ob causam populus indignatus cardinalem unum multis affici plagis fecerunt,unde pontifex eos acerba & dura execratione,ac interdicto persecutus est, itidem fecit in Gulielmum Neapolitanum & Siciliæ regem, qui multas ecclesiæ occupauerat urbes, uerum postea pontifex eum in gratiam receptum, omnia errata pepercit. Hic itaque Romanam ditionem plurimum auxit & circa lacum sanctæ Christinæ seu Vulsinum multa castella erexit,atque muniuit,& prædia comitibus coëmit,primusque pontificum urbem inhabitauit, quam etiam mœnibus & ædibus cultiorem reddidit: ubi aliquantulum immoratus, Ro.reuersus est,sed ibidem malignã consulum cõuersationem odio habens, Agrignanum petiit,ubi paulòpost deficiens,corpus suum Ro. delatum in basilica beati Petri sepelitur. 6355 1156

Gulielmus

Gulielmus Rogerii regis filius, secundus Neapolitanorum seu Apuliæ & Siciliæ rex, hoc anno patri in regnum succedēs, regnauit annis. 12. siue ut aliis placet. 15. Hic patre defuncto, ut erat animo ferox, mox Beneuentana suburbia Ceperanúmque ac Babuchum in Hernicis de ecclesia occupat. Inde Hadrianus papa cū anathemate notat, & induxit Emanuelem Græcum imperatorem, ut ei daret quinque millia librarum auri, & Gulielmum etiam fugaret, tres Apuliæ ciuitates ex fœdere habiturus. Quod intelligens Gulielmus hic pluriora pontifici obtulit, ut eum placaret, quæ oblatio plurimum placuit Hadriano, sed quidam cardinales restitere, unde Gulielmus indignatus, omnia in Apulia bello attriuit, & Apuli, & Salertini deditionem fecerunt. Pontifex uero indignatus contra cardinales, Gulielmum in gratiam recepit, & utroque regno eum inuestiuit, iurantem se Romanam sedem perpetuò ueneraturum. Inde Apuliæ reges singulis annis uectigal pontifici persolucre consueuere. Hic itaque Gulielmus qui magnus dicebatur, tandem deficiens, Gulielmum filium dimisit successorem & hæredem. Rogerius. 2. Neapoli. & Siciliæ rex

6357 1158 Hæresis Vualdensium, seu pauperum de Lugduno, per hoc ipsum tempus initium sumpsit, cuius quidem auctor fuit, quidam uir nomine Vualdo Lugdunensis ciuis. Is autē cum diues admodum haberetur operibus suis relictis & pauperibus erogatis diabolica quadam suasione ductus, euāgelicam paupertatem omnimode obseruare statuit. Vnde cum idiota admodum esset, quosdam uulgares libros, cum quibusdam sanctorum dictis sibi conscribi fecit, quos non sane intelligens, suo inflatus spritu, prædicando, sanctorum apostolorū officium sibi usurpare curauit. Congregatis itaque innumerabilibus quasi discipulis, multos & quidem pessimos errores disseminare cœpit, prælatos scilicet ac clerum pœnitus asperneudo, monitus autem, respondit obedire oportet deo magis quam hominibus, & cum in suo sensu obduratus persisteret tandem ueluti hæreticissimus, & contumax anathematis uinculo innodatus, patria propellitur, quæ res facta est in laqueum magnū & scandalum maximum simplicioribus uiris, adhuc autem multis in locis hæc ipsa fatuitas uiget. Vualdēsi. hæresis.

Viri disciplinis excellentes.

Ioannes Carnothensis episcopus, beatissimi Thomæ Cātuariensis archiepiscopi, quondam clericus & discipulus, homo doctrina & eloquentia clarissimus, his tēporibus in precio existens, opus insigne de curialium nugis, & philosophorum uestigiis composuit, cuius titulus est, Polycraticon quod ultro in octo distinxit cuius principium est. Iocundissimus tum in multis. Item pœnitentiale, li. 1. Item uita sancti Thome archiepiscopi, li. 1. Et epistolarum ad diuersos, li. 1. Et quædam alia. Io. Carnotēsis episco.

Petrus Blesensis archidiaconus prædicti Ioannis Carnotensis præsulis familiaris, uir in diuinis scripturis eruditus & studiosus & ingenio prope diuino & acuto, per hocitempus aqud reges & principes, ac prælatos multo in precio habitus, multa scripsit opuscula. Petrus Blesensis.

Ioachim magnus abbas, natione Calaber, uir magnæ doctrinæ & excellentissimæ uitæ, ac ingenii prope diuini, hac ipsa tempestate apud Gulielmum magnum regem, & Calabros omnes, clarus & inclytus habitus est. Qui prophetiæ spiritu (ut aiunt) repletus futura quasi præsentia differebat, is aliquādo ab Othone Cæsare interrogatus, quid sibi de expeditione Saracenorum sperandum esset, Respondit nondum adesse tempus, quo Hierusalem recuperari posset, itaque Christicolas non ualde prosperaturos. Hic cum plurimum eruditus esset, nonnullos in sacris codicibus ædidit commentarios, in quibus penè omnibus, ueluti futurorum præscius consueuit miserè prænostica. Ioachimus abbas.

Mesue medicus & philosophus clarissimus, cui proprium nomen Ioannes fuit, qui fuit Mesue filius, qui alterius Mesue nepos extitit, qui Hanech, qui Hali, qui Abdele regis Damascenorum filius, & ipse hac tempestate in medendis lāguoribus clarus admodum existens, De medicinarum solutiuarum rectificatione librum scripsit, alium quoque antidotarii, quem appellauit Grabadin ædidit. Insuper & cum de curis morborum scribere orsus fuisset, & à capite inchoasset, scribens de morbis cordis, interiit, & māchum opus reliquit, quod postea Petrus Aponus Patauinus (ut aiunt) perfecit. An Christianus iste fuerit, ignotum habemus, & licet tanquam fidelis & bonus uir, deum persæpe inuocet, nusquam tamen in suis operibus Christum nominat. Mesue medicus.

Sancta Hildegardis abbatissa. Hildegardis abbatissa, patria Maguntina, uirgo sanctissimæ conuersationis, sanctæ Helisabeth familiaris, hac ætate multis reuelationibus & miraculis insignita, apud plurimos Ro. pontifices, uidelicet, Anastasium, Hadrianum & Alexandrum, atq; sanctissimum Bernardum abbatem, maximo fuit precio, à quibus eius scripta comprobata fuere, omnia itaq; quæ hæc sancta mulier scripsit aiunt, ex reuelatione diuina ea didicisse.

Alexã. papa 180.



Lexãder papa, eius nominis tertius, natione Senẽsis, hoc anno Hadriano pontifice defuncto, à duobus & uiginti cardinalibus præsbyteris delectus, sedit annis uigintiunum, & diebus decem & nouem. Vir certe strenuus animiq; excellentissimi insignitus, in cuius electione maxima in urbe Roma subortaest seditio, eo quòd duo maximi pontifices constituti fuerunt, quorum unus hic, alter uero à tribus solummodo prophanis cardinalibus Victor appellatus est, qui inter se dissentientes Victor ad Federicum imperatorem, Alexander uero ad Gualuagnum Mediolanensium principem & Philippum Francorum, atque Henricum Anglorum reges, ac alios Italiæ principes confugit. Quam ob causam Federicus etiam alios pontifices maximos creauit, nam Victore prædicto mortuo, primo Paschalem post Calixtum, deinde Innocẽtium ponti. summos constituit, qui omnes, in sua execratione pessima periere. Alexãder itaque hic, talibus & tam continuis circundatus seditionibus quum etiam Fredericus omnem ferme Romæ ecclesiæ ditionem occupasset, hortante Philippo Francorum rege & Gulielmo Siciliæ rege strenuissimo ac potentissimo, in Transalpinam Galliam contendit, ubi & in Claromonte concilio habito, Fredericum imperatorem ac Victorem Antipapam, cum eorum complicibus scismaticis anathemate notauit, qua propter Fredericus turbatus, destructis Mediolano ac aliis compluribus Italiæ urbibus, e uestigio in Germaniam cõcessit. Mortuo autem apud Lucam Hethruriæ urbem Victore Antipapa, Guido Cremonensis à seditiosis surrogatur, & Paschalem appellant. Interim autem Alexander ab amicis suis consulibus Ro. ex Gallia reuocatus, Cisalpinæ Galliæ populi in libertatis spem eriguntur, & in Fredericum imperatorem sæuissime imperantem arma suscipiũt, & eius præsidia ex munitionibus eiiciunt. Quo audito, Fredericus rursus ex Germania cum magno exercitu in Ausoniam uenit, & ulciscendi iniurias (ut ipse dicebat) occasione nactus in Ro. urbem rerum dominam mouet: pro quo pontifex eius uires perhorrescens, post duram urbis obsidionem, & horrendas utriusque partis cades, decimo septimo sui pontificatus anno, sui coqui sumptis uestibus, eo in habitu Venetias profugit, & ad diuæ uirginis de charitate monasterium paulò antea à Marco Iuliano conditum, profectus ibidem ab accolis recipitur, & ortulo præficitur. Post aliquot uero menses, cum quidam nomine Commodus eum ibidem agnouisset, uelut insensatus confestim ad Sebastianum urbis principem cucurrit, & secrete significauit in urbe Veneta adesse põtificem Ro. Qui re cognita, mox Senatum congregans, cum omni apparatu, pontificis diuersorium accessit. Compertoque ibidem pontifice Ro. in tali habitu despecto, cum crucibus aliisque solennibus ceremoniis ad diui Marci templum cum omni gaudio & plausu primo perduxerunt, cumque ibidem ponti. ante altare ex more consedisset, in primis ipsum principem & senatum, ac omnem populum benedixit, deinde Venetis omnibus gratias egit. Imperator uero audiẽs summum pontificem Venetiis adesse, Othonem filium suum cum armata classe ad reposcẽdum ipsum, Venetias misit. Cui Sebastianus princeps occurrens, facto congressu, ipsum superauit, & Venetias, captiuum perduxit. Otho autem ad pontificẽ perductus, eo procurante pax inter pontificem & imperatorem patrem componitur. Altera uero que secuta est die, Fredericus Venetiis uenit, & pacem a filio confectã hoc modo approbauit, ut Ro. & quæ ditionis erant ecclesiasticæ, summo pontifici restituerentur, & quicquid ille pro perpetrata culpa iniungeret, patiẽter perferret. Isto igitur fœdere inito, Alexander summus pontifex confestim ad ianuas templi diui Marci euangelistæ accessit, & ibidem uniuerso astante populo imperatori iussit, ut se humi prosterneret, & ueniam denuo expostularet. Quo facto, Alexander pontifex imperatoris collum pede comprimens ait: Scriptum est: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: at Federicus, non tibi, inquit, sed

6359 1160

inquit, sed Petro, cui successor, pareo. Et summus pontifex respondit, & mihi & Petro. Ac sic inter imperatorem & summum pontificem pace composita, ipse imperator cum bona uenia recedens, se Constantiam contulit, atque etiam ibidem pacis fœdera cum omnibus Ro. imperio subditis, percussit: quæ pax Constantiana nuncupata est, ac pro lege habita apud nostros allegatur. Abiens autem Venetiis summus ponti. cum Gulielmi Siculi regis Triremibus tredecim & quatuor, Venetis ob acceptum beneficium quibusdam gratiis & priuilegiis, Venetum ducem atque Senatum exornauit, de quibus infra dicemus. Cumque tertio hic ponti. Ro. uenisset, prodente obuiam honoris gratia omni populo, statim apud Lateranum concilium celebrauit. Tum maxime ut mores curiæ iam nimia licentia labefactatos componeret, tum etiam ut alia ad rem Christianam publicam necessaria constitueret. Quibus rebus sic gestis, dum post longos labores quieturus superaret, anno pontificatus sui primo & uigesimo Romæ moritur, sublatis prius è medio quatuor scismaticis pontificibus, quorum seditionibus ecclesia Romana fere subuersa est.

Alexandria Cisalpinæ Galliæ ciuitas.

6360 1161 Lexandria Cisalpinæ Galliæ ciuitas, hoc anno, à Mediolanensibus, sociisque ciuitatibus, contra Papienses imperatori fauentes, communi concordia & impensa conditur, & ab Alexandro pontifice Alexãdria appellatur. Hec autem inter Astensem urbem atque Papiam apud Roueretum Tanaro amni adiacentem constituta est, & Tanarus ipse fluuius ipsum quasi interfecat, qui quandoq; exundans ipsam perturbat. Cõdita uero urbe ex consensu consilioue summi põtificis, ad ipsam incolendam quindecim hominum millia ex conuicinis ciuitatibus statim missa fuere, quibus & uiritim diuisi sunt agri, atque ad ædificandum partita sunt in urbe loca. Anno dein de quinto urbis condito, Alexander ipse pontifex priuato prius Papiensi episcopo palliis & ferendæ crucis dignitate, nouæ urbi episcopum dedit. Verum cum aliquando ipsi ciues quidam insolentes episcopum interfecissent, per annos plurimos episcopo caruerunt. Quæ quidem ciuitas nunc populosa & insignis, nunc plurimis claret insignibus familiis, in quibus adsunt uiri in omni genere præclarissimi, qui artem bellicam atque legis & magistratus cum gloria pertractant, inter quos adsunt Guaschi & Treti præclarissimi ciues. Alexandria Cisalpinæ ciuitas.

Mediolanum Cisalpinæ Galliæ ciuitas.

6361 1162 Ediolanum autem Metropolis & regia totius Cisalpinæ Galliæ ciuitas, hoc anno post septem annorum obsidionis à Federico imperatore expugnata & capta, innumerabilibus uiris paruulis ac mulieribus in Germaniam transmissis (iam octaua uice) solo funditus æquatur, & ad perpetuam rei ac facinoris huius memoriam, aratrũ semel huc atq; illuc deduci mandauit, & sal super spargi præcepit. Spoliatis autem ciuium diuitiis Federicus ipse imperator reliquum populum extra urbem miliario decimo inhabitare coegit. Rodulphus Colonieñsis archiepiscopus huic euersioni præsens assistens, & ipse trium magorum corpora, quæ sanctus Eustorgius Mediolanensis episcopis ex Constantinopoli iam diu Mediolanum transtulerat, quæ diu in Campanili sancti Georgii latuerant, undecimo Iulii rapuit, & secum in Germaniam in ciuitatem suam cum gaudio transtulit. Tertio autem anno post, Germani etiam corpora sanctorum martyrum Naboris & Felicis ex Mediolano sustulerunt, & in Germaniam transtulerunt. Papienses uero Mediolanensium tum inimici, & ipsi Baculum pastorale in præsentia turris Mediolani positum & mortarium atque campanas omnes abstulerunt, quæ tamen omnia in accessu temporis cum fœnore restituerunt. Quinto uero anno post urbis excidium, Gualuagnus Mediolanensium pater & princeps, in Germania compeditus è compedibus & carceribus imperatoris aufugiens, in Italiam uenit, & ciuibus suis in unum collectis, urbem ab integro, adiuuantibus uicinis ciuitatibus, atque Emanuele Græcorum imperatore, cum maxima gloria reposuit atque muniuit. Similiter & Derdonam urbem sibi fidelem ab eodem Federico spoliatam & dirutam atque inceusam. Ipse Gualuagnus magnanimus Duo corpora sanctorum martyrũ trãsferũtur Campanæ.

O restituit,

reſtituit, ac etiam apud Albiato oppidum, ſuper Abduam fluuium, pontem pepulchrum conſtruxit.

Prodigium. Nix permaxima, hoc anno in agro Mediolanenſi duodecim uicibus cecidit, quæ non modo hominum corpora miſerabiliter afflixit, uerum etiam & uites & reliquas arbores quaſcunque, & germina omnia aduſſit, ut nihil in agro ipſo pœnitus remanſerit.

Secutia Pedemontium ciuitas.



Ecutiam item Pedemontium regionis tunc ciuitatem in Cyniſi montis radicibus conſtitutam, idem Federicus imperator dum ex Gallia in Italiã deſcenderet, etiã dolo cœpit, & bonis omnibus exſpoliatam, funditus euertit, quæ in eadem ciuitatis dignitatem nũquam coaluit: eius poſtmodum epiſcopatus propter improbitatem ciuium ſuorum in Taurinenſem urbem (ut aiunt) tranſlatus eſt. Eo tamen in loco adhuc caſtrum frequentiſſimum & munitiſſimum habetur, ducibus Sabaudiæ ſubmiſſum.

Spoletum Vmbrorum ciuitas.



Spoletũ Vmbrorũ ciuitas. Poletum etiam Vmbrorum tunc celeberrima ciuitas, & ipſa his tumultibus cum Alexandro pontifici faueret, ab iſto Federico Cæſare iam tertio deſtruitur & uaſtatur. Ex qua primum ſacris uirginibus omnibus uiolatis, omne hominum genus in ſeruitutem peſſimam redegi præcepit. Hanc itaque cũ Theodoricus primus Gotthorum rex diu tenuiſſet, in ea ædes ampliſſimas extruxit, atque celeberrimam reddidit. Sed alii qui eidem regi ſucceſſerunt Gotthi, eaſdem ædes deſtruxerũt, & mœnibus apertis tandem uacuam dimiſerũt. Quam tamen poſtea Narſes eunuchus, expulſis Italia Gotthis, denuò reædificauit. Quam quidem ciuitatem cum Lõgobardi noſtri tandem compræhendiſſent, ob urbis dignitatem & nobilitatem, eam ſuorum ducũ & principum ſedem conſtituerunt. Poſt deſtructionem uero regni Longobardorũ, ſtante Ro. ecclesiæ felicitate, eius theatrum fuit, & titulum ducatus ſemper retinuit. Cui adhuc plurimæ ciuitates & oppida penè innumeracilia ſubiacent, ut mox dicemus. Habet hæc ipſa ciuitas arcem omnium Italiæ munitiſſimam, hanc quippe munitiſſimam ornatiſſimãmque uidimus. Huius autem Spoletani ducatus, fines ampliſſimi ſunt, à fronte etenim Tyberis uſque ad Anienis fluuii ſiniſtram ripam, ubi uidelicet Anio Tyberim illabitur. Huius autem urbis primariæ ciuitates habentur ſubiectæ, uidelicet, Narnia uetuſtiſſima, Reate ſecunda, quæ Veſpaſianum & filios genuit imperatores, Ameria tertia uetuſtiſſima ciuitas, Triphernum quarta, quæ caſtella dicta eſt, Eugubium quinta, quæ ad Apennini radices poſita eſt, Nuceria ſexta, quæ eſt uetuſtiſſima, Fulgineum ſeptima, Aſſiſia octaua, diui Franciſci ſanctǽque Claræ uirginis patria, Nona Interania ciuitas, cuius prata quater in anno ſecantur, Turdetum decima urbs uetuſta, quæ Martinum tertium genuit, Narnia undecima, arduo in colle conſtituta, quæ inter cætera Gattamellatam clariſſimum imperatorem protulit. In hac quoque Spoletina regione quondam fuit Sabina omnium Italiæ uetuſtiſſima, fuerũntque & Archades genus à Palante profectum. 6362 1163

Crema Italiæ oppidum.



Crema Italiæ oppidũ Rema autem oppidum nobiliſſimum, atque Italiæ frequentiſſimum, & primarium diu antea conditum, tempeſtate hac à Federico Cæſare, poſt afflictam diu ac laceratam dirutãmque Cremonam, in eius damnum preciũmque erexit, & muris propè inexpugnabilibus, necnon & foſſis profundis muniuit, atque ædibus plurimum exornauit, & amplificauit, & cultius ipſum reddidit, quod propter agri bonitatem, multi ex conuicinis ciuitatibus atque caſtellis, ad ipſum confluentes, celeberrimum eum reddiderunt. Vnde & noſtro ſeculo poſtquam id caſtrum (imò potius ciuitas) in manus Venetorum deuenit, tanto fulgore & dignitate uirorum illuſtrium & ædificiorum, tam publicorum quàm priuatorum effulſit, & potiſſimum nouorum murorum ex cocto latere, cum portis incredibili multitudine & arte cõfectis, nec dum perfectis, ut in tota Italia nemo illi par aut diuitiis, aut urbanitate, aut populorum frequentia inueniatur. 6364 1165

6365 1166 Almericus sextus ex nostris Hierosolymorũ rex, hoc anno Balduino fratri in regnum succedens, regnauit annis duodecim. Vir peromnia strenuus, & multo memoratu dignus. Qui primo regni sui anno Drogontem Aegyptiorum ducem (ædita prius ingenti cæde) diuinitus superauit, & Alexandriam regni ipsius sedem obsedit, quam quidem Tyracunus Soldani præfectus, ipsi Soldano domino suo per fraudem subtraxerat. Alexandrini autem cum nullo pacto Christianis subiici uellẽt, ipsi Almerico tandem se hac lege & conditione submisere, ut pulso Tyracuno, in Soldani potestatem per suas manus reducerentur. Almericus itaque hic ingenti pecunia promissa, urbem Soldano restituit, sed cum pecuniam pactam non in integrum Soldanus præstaret, in eum duces Caras nũc Cayrum potentissimam urbem uenit, & ipsam diu obsedit, qui quamuis spe potiundæ urbis non carret, accepta iterum ingenti pecunia, obsidionem soluit. Mouẽs deinde in Ascalonem, eam paulòpost re infecta reliquit, præsertim quod commeatibus indigeret. Domum uero regressus, non diu superuixit.

6366 1167 Gulielmus eius nominis.2.magni Gulielmi regis filius, tertius Neapolis rex, hoc anno post patrem regnum accipiens, regnauit annis.25. Vir quidem pacis & quietis amator, qui cum regnum accepisset, audito Alexandri pontificis discrimine, magnam statim pecuniarum uim & Triremes duas paratissimas, eidem in adiutorium transmisit, quas ingressus pontifex salutem sibi fuga per Tyberim quæsiuit. Indéque maxima classe comparata contra Mauros Latinis in Asiam infensos, traiiciens omnia perturbauit, & Thessalonicã Macedoniæ ciuitatem eis substulit. Ac multas Græciæ & Thraciæ urbes, uariis calamitatibus affectas, partim cœpit, partímque diripuit, nusquam Andronico imperatore eorum occurrente. Ipso autem Andronico deinde sublato, & pace cum Isaach eius successore firmata, mox cum quadraginta tribus Triremibus cum Conrado Montisferrati marchione in Syriã traiecit. Quibus præsidiis adiutus Almericus rex, Mauros maxima clade affecit, imò & turpiter profligauit. Inde in Tyrum mouens, Saladinum Aegypti regem, urbem turpiter obsidentem repulit. At ita mare pacato, proficiscentibus in Asiam Christianis, omnifariam annonam ministrauit, ac post paucos dies uir Christianissimus, Panormi sine filiis masculis defecit, relicta tantummodo Constantia filia monacha legitima, & Tancredum spurium.

6370 1171 Sebastianus Zianus.2.&.40. Venetiarum dux, hoc anno uitali Michaëli duci suffectus, ducauit annis.7. Vir certe sapientia, probitate, religione, ac fortitudine conspicuus, qui magistratu suscepto statim prædecessoris sui homicidas animaduersus est, inde cum Federico Cæsare ob summi pontificis Ro. tutelam & defensionem suscipiens, contra eum durũ bellum gessit, & ipsum cum ingenti gloria confecit, eo quòd uniuersam ipsius Cæsa. classem profligauit, & in eo conflictu Othonem Cæs. filium cœpit, & Venetias ad pontificem captiuum perduxit. Quorum interuentu, atq; prudẽtia, pax postea (ut remissum est) inter imperatorem & pontificem cõfecta est, & ponti. ipse Ro. lætus rediit. Ob cuius beneficium ponti. huic Sebastiano duci, & successoribus, atq; senatui suo, hæc priuilegia concessit amplissima, Et primo eidem funale candidum concessit, quod solis pontificibus Ro. portandum consuetudo concedit. Item quòd plumbo eorum epistolas sigillare deinceps concessit, tantũ summis pontificibus licitum erat: Tertio eidem principi umbellã concessit, quæ est ornamentum Gallero persimile: Quarto Venetorum principi etiam in theatro sedem fieri fecit, cũ prius dux tantũ in papæ theatro sedes essent, quarũ dexterã ponti. summus, sinistrã uero Cæsar tenebat. Demũ in ascẽsione domini nostri Iesu Christi Venetiis in templo sancti Marci euãgelistæ plenariã indulgẽtiam perpetuo duraturã cõcessit, quæ in præsens usq; magna cũ solẽnitate & populorũ cõcursu perdurat. Quinto ipsi duci octo uexilla serica diuersorũ colorũ cõcessit & obtulit: Sexto deniq; cereũ albũ eidem cõdonauit, quæ omnia in suo publico palatio nũc miro artificio depicta uidẽtur. Deniq; Sebastianus hic sex annis magistratu cõplexo, in languorẽ decidit magnũ, in quo consistẽs, deuotione cõmotus, se in monasterio diui Georgii maioris deferri præcepit, ubi & post aliquot menses ibidem relictis plurimis fundis, atq; diuitiis, è uita Christianissime migrauit. Vbi & sepulchro marmoreo, quod sibi uiuens in claustro construxerat, sepultus iacet.

Priuilegia Venetis cõcessa

Saladinus Aegypti rex, hoc anno Norandino eorum rege defuncto, eius loco tāquam uir fortiſſimus & ſtrenuus ab omnibus ſurrogatus, regnauit an.16. Hic regno ſuſcepto, ſtatim contra Aegyptiorum regem in bello proceſſit, quo tandem capto & interfecto, uniuerſum Aegyptum in Syriam omnem ſibi conquiſiuit, & ſuo imperio adiecit. Deinde in Chriſtianos mouens primo & ſecundo prælio, à Balduino rege leproſo ſuperatur & fugatur. Verum comparatis denuo maioribus copiis contra Emanuelem Græcorum imperatorem mouet, quem & ſimulata fuga aliquando in anguſtas conualles protrahens, tandē ſuperat & capit, cuius uictoria elatior factus, contra Chriſtianos de Hieroſolymitano regno contendentes, cum maximo exercitu proceſſit, quam tandem (poſt maximam Chriſtianorum ſtragē) cum uniuerſo eius regno cœpit, & de ea triumphauit. Ipſam namque ciuitatem Sanctam Chriſtiani reges, poſt Gotthifredū regem per annos octo & octoginta magna cum gloria poſſederūt: hic quippe Saladinus clariſſimus uir fuit, cui nil aliud ad ſummam defuit laudem, niſi Chriſtiani nominis character, qui moriens tandem mādauit in ſui funeris trophæum, tale ante corpus ſuum deferri ſpectaculum, uidelicet pannum nigrum in lancea ſuſpenſum, cui præcederet preco clamans & dicens: Saladinus Aſyæ totius domitor, ex tanto regno tantiſque operibus moriens, nil aliud ſecum defert. 6371 1172

Hieroſolyma amittitur.

Soles tres hoc anno nonis Septembris in Occidente ſimul uiſi ſunt. Et poſt duas horas cæteris deficientibus, qui medius fuerat, ſolus occidit. Similique modo proximis annis tres Lunæ apparuere. Terræ motus etiam circa hoc tempus pluribus annis nonnullas quaſſauere prouincias, & quammaxime Syriam atque Ciliciam, in quibus multæ urbes diu nutauerunt, quidam uero cum magna populorum ſtrage ceciderunt. 6372 1173

Prodigium.

Balduinus eius nominis quartus, Almerici ſuperioris regis filius, ſeptimus ex noſtris Hieroſolymorum rex, poſt patrem regnauit in Hieruſalem an.6. Hic integer in omnibus fuit, qui licet uehementi laboraret lepræ morbo, regnum tamen conſtantiſſimē, ac ſapientiſſimē gubernauit, & inter cætera ſua facinora Saladinum prædictum regem uirum fortiſſimum duobus deuicit præliis, uno uidelicet apud Aſcalonem, altero apud Tyberiadem, & quoad uixit, eum intra limites ſuos continuit. Hic nullam uxorem propter lepram ducere potuit, ſed cum duas ſorores haberet, primam natu maiorē nomine Sybillam totius regni hæredem conſtituit, & Gulielmo Longaſpata cognomento, Montiſferrati Marchioni uxorem dedit, ex quo unum tantū genuit filium, nomine Balduinum. Ipſe autem Gulielmus gener, iuſſu ſororis ſui multa atque præclara contra Saracenos geſſit facinora. Sed ſuſcepta uxore, paulò poſt aëris intemperie è uita migrauit, relicto filio Balduino puerulo ſuperſtite. 6377 1178

Balduinus.4. Hieroſo. rex.

Philippus Auguſtus Frācorū rex.

Philippus Francorū rex, Ludouici ſuperiori regis filius, hoc anno poſt patrē Frācis regnare cœpit, & regnauit an.44. De iſto multa atq; præclara Vincētius Gallus li.29. diſſeruit. Hic itaq; regno ſuſcepto, cū audiſſet Hieroſolymā à Soldano fuiſſe captā, Clemēte Ro.pontifi. admonēte, cum multis Chriſtianorū principib. Syriā adnauigauit. Cūq; Pthlomaydā unà cum Ricardo Anglorū rege ſe recepiſſet, ac inde Hieroſolymam repetituri eſſent, ambo de Hieroſolymorū regno contēdere cœperūt. Demum Philippus hic multa indignatiōe cōmotus, ſimulata infirmitate, in Europā (dimiſſo Ricardo) regreſſus eſt. Vbi in regnum ſuum introgreſſus, reliquum uitæ ſuæ tempus in pace magna cum ſanctimonia conſumpſit. Ferunt hiſtoriæ hunc Philippum religioſorum orationibus natum fuiſſe, quia cū Ludouicus pater ſuus iam ſexagenarius liberis careret, uniuerſis populis ſuis & quāmaxime regiligioſis regni ſui præcepit, ut dominū inſtanter deprecarētur quatenus ſibi filiū regni ſucceſſorē cōcedere dignaretur. Quo facto, ſequēti anno, hūc Philippū genuit filiū.

Hēricus aūt Anglorū rex, & ipſe uir ſtrenuus, hoc ipſo anno Vincētio Gal. teſte diem obiit. Cui cū aliquādo B. Thomæ Cantuariēſis archiepiſcopi mors imputaretur, mox oratores ad Alexan. ponti. ad ſe purgādū trāſmiſit. Quibus cū pōti. ipſe nō facile credat, duos cardinales ad rem diligētius intelligendā in Angliam miſit. Quibus rex, dimiſſo Hybernico bello, honoris gratia, apud Normādiam occurrit. Req; diſcuſſa, ad hæc uentū eſt, ut Hēricus cum nō ſatis cōſtaret de facto, iuramēto ſe purgaret, promiſit tamē aliquā pœnitentiā agere de ipſius ſancti uiri nece, cuius etſi inſons atq; neſcius fuiſſet, occaſionē tamē aliquam

præstitisse uisus est, quia illum uiuentem non honorauit. Additũ est præterea ei, ut ducen ros milites Hierosolymã mitteret, qui suis auspitiis suáq; impẽsa, per annũ cõtra Saracenos ibidẽ bellũ gererẽt, utq; ipse triennio, cũ quanto posset exercitu, cõtra Barbaros bellũ gereret, libertatémq; ecclesiasticã suo in regno tueretur, appellationibus ad curiã Ro. factis non aduersaretur, quibus iureiurando firmatis Anglici regni titulum in se suósq; hæredes transferri meruit, hinc factũ est, ut Anglici reges, à Ro. pontifice regni iura recognoscant.

6379 1180 Laurus Maripetrus quadragesimustertius Venetiarum dux, Sebastiano duci hoc anno bonorũ omnium suffragiis suffectus, ducauit an. 14. Vir quidem optimus, magniq; consilii princeps, ac tãto principatu dignissimus, que Henricum Dandolũ uirum strenuũ, propter uiolatũ à Græcis ius gentiũ, ad Emanuelẽ eorũ imperatorem legatos misit, quos scelestus imperator Grecorum maleficio usus captos tãdiu candẽtia ennea inspicere coẽgit, quoad oculorũ aciem amitterẽt. Ea propter infensi & turbati Veneti, cum Gallorũ copiis iuncti, Cõstãtino. & imperiũ Græcis abstulerũt. Quibus omnibus bene à se gestis, Laurus hic soli Deo deseruire cupiẽs, magistratui renunciauit, & in monasterio sanctæ crucis intrauit, ubi & religionis habitum suscepit, atq; usq; ad mortem in omni bonitate uitæ perseuerauit.

6380 1181 Alexius Emanuelis Græcorũ imperatoris filius, hoc anno patre defuncto, licet adolescentulus imperio succedẽs, imperauit an. 4. Huic autẽ pater propter pueritiã quendã Andronicũ Græcũ regia stirpe progenitũ tutorẽ & gubernatorẽ dedit. Qui per aliquot annos imperiũ iuste & sapiẽter, ac omni cum laude administrauit. Cuius etiã intuitu Philippus prædictus Francorũ rex, Agnetem filiam adolescenti uxorẽ dedit. Verum ut humana assolet cupiditas, post aliquod tempus, Andronicus cũ uideret Latinos propter affinitatẽ puero fauere, zelo commotus Latinos pepulit, & puerum in undis demersit, ac sic imperium sibi usurpauit, & primarios omnes qui in urbe erant, interfecit.

6381 1182 LVcius papa, eius nominis 3. natione Lucanus, post Alexan. pontifi. sedit an. 4. & mensi. 2. Hic optimus uir, cum pontificatũ suscepisset, cum consulum nomen è Romana repu. abolere anniteretur, ex urbe eiectus est, atq; eius fautoribus Ro. in seditionem uersi oculos effudere. Vnde pontifex. Veronam ueniens, ibidem propter acceptam tam grauem, à Ro. contumeliam, ibidẽ magno habito cõcilio, & ipsorũ licentiam improbauit, & principes Christianos adhortatus est, ut nostris in Asia & Syria laborãtibus pro Christo succurrerẽt. Dum aũt pro hac re nũcii ultro citroq; mitterent, ibidẽ sanctus ponti. emoritur, & magna adhibita pompa ante altare cathedralis ecclesiæ sepelitur. Hic Lucẽsibus suis à Federico imperatore signandi pecuniã licentiã impetrauit, prout satis in descriptione Lucanæ ciuitatis à nobis superius expressum est. Lucius Papa 181.

6382 1183 Terræmotus, atq; portenta multa, hoc anno ubiq; fuere, ita ut Antiochia & Tripolis, atq; Damascus magna ex parte corruerint. Catina etiam; Siciliæ ciuitas, prorsus euersa fuerit, in qua circiter uiginti hominum milia sint oppressa. In ea quoque Siciliæ insula cõtra aquarum naturam pelagus retrocessit, & hominum ferme. 5. millia absorbuit, in Italia insuper Grandines Anserum ouis grossiores cecidere. Prodigium.

Hierosolymitanæ urbis ultima captiuitas.

6383 1184 Guido Lusignanus Sybillæ Balduini leprosi sororis maritus, hoc anno mortuo Balduino fratre & eius nepote Balduino paruulo Gulielmi Montisferrati marchionis ex ipsa Sybilla filio suscepto, octauo loco regnum suscipiens, regnauit annis duobus. Viuẽte namque Balduino leproso, & Sybilla ipsa ad secunda uota cum isto Guidone translata, Balduinus rex leprosus suo nepoti consulturus Guidoni isti, ac Raymundo Tripolitano principi tutela dedit, hac tamen lege, ut quoad Balduinus paruulus pueritiam supergrederetur, regnum gubernarent, & postmodum ipsi suo nepoti redderent. Sed Balduino sene defuncto, Tripolitanus comes non pueri curam suscipere, Sibylla & Guidone prohibentibus, sed nec quidẽ diu superuixit puer, quia octauo mense post annum mortuus est. Cuius mortem tam diu mater occultauit, donec largitionibus & Blanditiis in sui sententiam deductus patriarcha & proceribus, Guidonẽ maritum creari regem obtinuerit. Tulit eam rem grauiter Raymũdus comes, unde inter ipsos Guidonẽ scilicet & Raymundũ maximæ ortæ sunt dissensiones. In qua Raymũdus Soldano adhærẽs maximã iacturã Guidoni & Captiuitas ultima Hierosoly.

reliquis Christianis acquisiuit. Quamobrem Soldanus prædictus ingenti peditum,& equitum exercitu cõparato, Ptholomaydē primum, inde Azonem, post Beritū, & maritima loca occupauit, postmodū in Ascalonē ducens, ipsam ad deditionem coëgit, captis in ea Guidone & Tēpli magistro. Verum qui in Ascalone præsidio erāt deditionē his cõditionibus fecerūt, ut ipsum Guidonem & tēpli magistrū redderēt: post hæc Saladinus Soldanus Hierosolymam ueniens, urbem oppugnare cœpit. Quam demum hi qui in præsidio erant, desperatione magis quàm metu oppugnationis adducti, ea quidem conditione deditionē fecere, ut cum suppellectili quam singuli humeris suis ferre possent, abire permitterentur. Facta est igitur hæc deditio secunda Octobris die, anno nono & octuagesimo, postquam Christianorum esse cœpit. Migrantes itaq; Christiani Heraclium patriarcham, & clerum omnem sacro agmine secuti sunt, & pars Antiochiam, pars uere Tyrum aut Alexandriam petiit, & inde in Siciliam quisque traiecit. Saladinus itaque Hierosolymam ingressus, campanas primum ex turribus deiecit, dehinc basilicas omnes, præter Salomonis templum, prophanauit, quod priusquam regrederetur, aqua resulcauit. Mansere tamen Hierosolymis Christiani, Asiatici, Syriani, Armeni, Iacobitæ, Georgiani, & raci usque hodie, permittente Saladino.

Vrbanus Papa. 182. Rbanus papa, eius nominis tertius, natione Mediolanensis, patre Ioanne, gente nobili Cribella natus, hoc anno Lucio pontifici suffectus, sedit anno uno, & mensibus quasi undecim. Qui quamprimum pontificatum iniit, reuocare ad concordiam Christianos, & quammaxime in Asia annixus est. Vnde primo pontificatus sui anno comparandæ classis gratia, ne Hierosolyma caperetur, Venetias uenit. Sed audita Hierosolymorum captiuitate, ac Christianorum miseria, ex dolore animi accepto, in itinere apud Ferrariam obiit, ibique sepultus fuit. 6385 1186

Andronicus Græcus, regia stirpe procreatus, hoc etiam anno, Alexium suum imperatorem adolescentulum interficiens, ipse imperium usurpauit. Nam idem adolescentulus imperator, dum in aquis laxandi animi gratia, paruo nauigio huc atque illuc dilaberetur, hic Andronicus tutor & gubernator suus, eum præcipitem in mare dedit & submersit. Quo mortuo ipse assumpta purpura, imperium sibi usurpauit. Quo occupato aliud facinus non minus paruum priori addidit, quia omnes imperii proceres, quorum uirtutem suspectam habebat, turpissima morte breui substulit, atque alios multos nobiles exilio damnauit, propter quod & diis, & hominibus odio plurimum haberi cœptus est. Quamobrem Constantinopoli ciues, necessitate compulsi, Isaac quēdam etiam regia stirpe procreatum, ad suum imperium uocarunt. Qui statim fauentibus ciuibus Andronicum prælio superauit, & captum uariis cruciatibus interfecit.

Conradus marchio Mōtisferrati. Conradus Montisferrati marchionis filius, hoc anno ex Italia in Syriam contra Saladinum profectus, ab Isaac Constantinopolitano imperatore permaxima classe accepta, in ipsum Soldanum duxit, & eius exercitum cum magno eius damno & dedecore profligauit. Itidem in Turcos faciens, multos eorum nobiles captiuos abduxit. Quam ob causam Bonifacium eius patrem ab ipsis Barbaris iam pridem captum, redimere meruit. Tam diu autem ibidem pro Christiana republica pugnauit, quoadusque uitam cum sua ingenti gloria exegit. Hic tamen unius mali exempli, opus peregit, quod Isabellam Balduini leprosi sororem sibi affinitate coniunctam, cum Tyri apud eam ageret, rapuit, & ut Hierosolymitani regni titulos sancti ascriberet, cum iam alio uiro in coniugium tradita esset, se matrimonialiter commiscuit. 6386 1187

Gregorius Papa. 183. Regorius papa, eius nominis octauus, genere Beneuentanus, Vrbano pontifici hoc anno summo omnium consensu ponti. suffectus, sedit diebus tantummodo. 57. Qui pontificatu inito, pari ardore contra Barbaros accensus, statim Pisas proficiscitur, ubi dum Genuenses cum Pisanis composuisset, hanc eis legem imposuit, ut uterque populus classem quātam possent, congregarent, & in Asiā pro Christiana religione tuenda properarent. Erat tunc populus Pisanus bello maritimo admodum potens. Sed dum hæc ardentiori cura uir sanctus ageret, ibidem moritur, atque eo in loco cum luctu maximo sepelitur. 6387 1188

Clemens papa


Lemens papa eius nominis tertius, patre Ioanne, ciue Ro. natus postea pontificatum accipiens, sedit annis duobus, & diebus. 16. Hic etiam pontificatu suscepto, confestim de bello in Saracenos ducendo adictum proposuit, postmodum nonnulla ædificia in urbe extruxit, & claustrum apud sanctum Laurentium extra muros ædificauit, & ædes Lateranenses uetustate collabentes, non mediocri impensa restituit, & eius templum musicis exornauit. Nec non & quorundam clericorum mores prophanos sua seueritate emendauit, atque cum Tancredo Apuliæ tyranno bellum gessit. Tandem cum mortem obiisset, in Lateranensi ecclesia cum ingenu pompa sepelitur. Clemẽs papa. 134

6387 1188 Bonifacius Montisferrati marchio, Cõradique prædicti pater, hoc anno è Barbarorum manibus per filium liberatus, postquam Thessaliæ regnum ob eius præstantiam à Græcorum imperatore obtinuisset, ab uniuersis Christicolis in sanctã expeditionem proficiscentibus (etiam absens) uniuersalis imperator, communi omnium consensu deligitur. Conuenerant namque innumerabiles propemodum Europæ principes, à Clemente papa excitati in urbem Sanson, ut arma pro Christiana religione sumerent. Quos inter præcipui fuere, primo Federicus imperator, Philippus Francorum rex, Ricardus Angliæ rex, Odo Burgundiæ dux, cũ innumerabilibus pene Archiepiscopis, episcopis, & alius prælatis, quibus etiam affuere Veneti, Genuenses, & Pisani cũ paratissima classe, atque Frisones, & Dani, ac Flandrenses, cum Triremibus. 62. Hi itaque omnes potentatus cõmuni cõsensu hunc Bonifacium Thessaliæ regem generalem sibi delegerunt imperatorem & ducem. Qui in Syriam proficiscentes, multas strages suo auspitio ipsis Barbaris dedere, Verũ mortuo Federico imperatore, inter Philippum Francorum regem, & Ricardi Anglorum regem, magna suborta dissensione, re infecta ab inceptis discesserunt. Attamẽ Bonifacius hic magnanimus, Christianissimúsq; ab inceptis quoad potuit non destitit, imò ut cõtra hostes perdurare posset, Cretam insulam magnam, quam sibi Alexius Græcorum imperator condemnarat, illam, cum indigeret pecuniis, suadentibus amicis Venetis uendidit, quibus quidem pecuniis, diu contra hostes perdurauit. Creta à Venetis comparatur.

6388 1189 Tancredus Siciliæ rex, imò tyrannus. hoc anno mortuo sine legitimo hærede Gulielmo patre, à proceribus insulæ in eius loco sufficitur, nec quantũ regnauerit constat. Hunc tamen ferunt ex damnato coitu natum, unde & Clemens pontifex iura sua repetiturus, statim copias suas in eo misit. Quibus dum Tancredus resisteret, omnia rapinis & cædibus repleuit. Quasobres, mortuo Clemente, Celestinus successor, ut intrusum in regno domaret, Constantiam Gulielmi, seu ut aliis placet Rogerii regis filiam, è monasterio Panormitano occulte traxit. Eamque (licet professam) Henrico quinto filio Federici Barbarossæ uxorem dedit, hac lege & conditione, ut regnum Siciliæ & ultra Pharum ei dotis nomine repeteret, feudatario censu pontifici reseruato. Henricus igitur comparato exercitu, mox in Tancredum mouet. Cuius aduentu territus Tancredus Neapolim se contulit, & ea in urbe se inclusit, quem post multam obsidionem interfici iussit, Cui Gulielmus filius successit.

Ordinem aũt humiliatorũ hisdẽ temporibus, quãmaxime in Cisalpina Gallia initiũ hoc modo sumpsisse ferũt. Cum prædictus Federicus Barbarossa totã Cisalpinã (ut diximus) uariis incõmodis & uexationibus laceraret, & infinitos prope uiros ac mulieres cum eorũ liberis in Germania perpetuo dãnauit exilio, ubi cũ multis annis eos sic captiuos detenuisset, ipsi iam exilii tedio fastiditi, tã uiri quàm mulieres cõmuni cõsensu uestibus albis induti, ad imperatorẽ ipsum sic uestiti aliquando humiliter accesserunt, in terrámq; se prosternentes, misericordiam eius suppliciter expostulauere. Quorũ precibus permotus Cæsar, eorum preces admisit, & unũquemq; in patriam ire concessit. Reuersi deniq; exules ipsi in Cisalpina (& forte ex uoto hac de causa emisso) plurimi eorũ unà cum cõiugibus eo in uestimẽto albo, castitatẽ seruare uolẽtes in unũ conuenernt, & Deo gratias agẽtes, deinceps nil aliud cogitare decreuerũt, nisi puro corde deo & beatæ uirgini deseruire. In unũ itaq; multi coadunati, cũ scirẽt prophetã dixisse. Labores manũ tuarũ quia mãducabis, beatus es, & bene tibi erit, suas oẽs facultates in lanificio exposuerunt, atque in illo exercitio Ordo humiliatorum.

 post crebras

Hūiliati regulam sancti Benedicti profitentur. post crebras orationes & contemplationes summopere insistere cœperunt, propter quod tum facultatibus, tum etiam personarum numero, mirum in modum breuiter creuerunt, procedente deinde tempore, ob religionem & uitæ sanctitatem, ab summis pontificibus multipliciter priuilegiati, & sacris ordinibus initiati, tam mulieres quam uiri regulam beati Benedicti professi sunt. Sunt tamen qui de huius religionis initio & processu atque habitualiter sentiant. Floruit ipsa religio, & in præsentiarum quammaxime uiris doctrina clarissimis claret.

Henricus.5. impe. Enricus eius nominis.5. Federici prædicti (ut aiunt) filius, duodecimus Germanorum imperator, hoc anno imperio suscepto, imperauit annis.8. Hic tertio imperii sui anno, a Celestino pontifice Romam uocatus, in solennitate Paschali celebrata ipsius pōtificis coronatione, postridie coronatur, & mox eidem Constantia Gulielmi regis Siciliæ filia, nuper è monasterio educta, nuptui traditur, Syracusa & Cathania urbibus sibi dotis nomine assignatis. Quæ & ipsa inter præclara dotis suæ munera, centū & quinquaginta equos, regalibus uestibus ornatos sibi obtulit. Quibus beneficiis motus Henricus & ipse Etcu.anum agrum, statim Celestino pontifici tradidit, quem mox receptum Romani dilacerauerunt. His gestis confestim Hēricus cum Constantia noua sponsa & magno exercitu, contra Tancredum accesserunt & eum aliquandiu in Neapoli obsederunt. Sed peste exercitum perturbate, re infecta in Alemaniam (relictis ibidem ducibus) abierunt, post annum uero cum Tancredus & eius filius Gulielmus, in Neapoli interfecti fuissent, exercitus urbem cœpit, & illam in prædam dedit. Ibidéq; duabus Tancredi puellis, cum multo paulo post captis in Germaniam ad perpetuum exiliū perducti sunt. Quas puellas cum Henricus accepisset, sæuissimè eas interfici iussit. Nec contentus quòd in puellas uirgines desæuisset, sed & plærosq; episcopos & religiosos ad se ductos, causa indicta, è summis turribus præcipites dedit, plærosq; alios uariis moribus interficere fecit, propter quæ scelera, indignatus Celestinus pontifex, eum sacris mysteriis abdicauit. Sed uenia de errore postulata, in gratiam eum pontifex accepit, & ad se in Italiam uocatum, ipsum de regno Siciliæ inuestiuit. Atque ita hic Henricus modico labore citra Pharum & ultra regnum obtinuit. Inde etiam à pontifice uocatus ad bellum Asiaticum eum hortatur. Sed cum per se Hierosolymam petere non posset, archiepiscopū Maguntinum, & Saxoniæ ducem, cum magnis copiis eò destinauit. Quibus ita gestis, cum in regnum redisset, mox Messanæ ægrotare cœpit, cognitóque sibi mortem adesse propinquam, uxorem & Federicum filium paruulum ad Innocentium papam Romam mittens, eosdem sibi obnixè commendauit, Philippum uero germanum Hethruriæ ducem, quantum in se fuit, Romani imperii & Siciliæ regni quousq; filius adolesuisset gubernationem commendauit, confectóque testamento Panormi diem obiit. 6389 1190

Ricardus Anglorum rex. Ricardus Anglorum rex, hoc anno cum exercitum in Syriam ducere uellet, cum Philippo Francorum rege, ut diximus, copias & castra coniungere uoluit, quibus ita coniunctis, ambo contra Saladinum apud Ptolomaydā bellum prospere gessere, propter quod Saladinus quasi superatus, de deditione Hierosolymæ cogitare cœpit, sed cū inter se hi duo reges de principatu contendere cœperunt, Philippus indignans, negocium reliquit infectum, & in patriam cum suis rediit. Richardus nihilominus bellum strenuè prosequi uoluit, eo quòd Guido Lusignanus Hierosolymorum antea rex à Saladino pulsus, magnitudinem huius regis deprehendens, prius accepta ab eo Cypri insula, eidem Hierosolymorum regni iura permiserit. Ea propter Anglici reges, adhuc eum titulum sibi ascribunt. Auctus igitur animo Ricardus, obsidere Hierosolymam instituit, sed hyeme superueniente, & dilabentibus passim maritimis copiis, sententiam mutans, cum Saladino pacem composuit, & maximam pecuniarum uim ab eo recepit. Cumque in patriam tādem rediret, ab hostibus in itinere capitur, & ingēti pecunia recuperatur. Demum dum in Angliam peruenisset, quoad uixit cum Francorum rege bellum gessit, & cum eo propter indignationem huiusmodi contractam, sæpe dimicauit. 6390 III

Brixianorum de Cremonensibus uictoria.

Cremonēses hoc anno idibus Decembris, Christianos in quiete agentes, in Olii fluminis ripis

nis ripis infensæ adoriuntur, atque Brixianorum agrum hostili animo discurrunt. Qua iniuria lacessiti ipsi Brixienses Bergomensibus, Mantuanisque, ac Placētinis sibi iunctis leonum more in hostes ruunt, & fundunt, ac ipsos in turpissimam fugam uertunt, plurimisq; quoque eorum interfectis, ac castris ipsorum spoliatis, uictoriæ triumphum reportarūt dignissimum. Indéque eorum uexilla cum Carotio asportantes, Brixiam cum ingenti gloria perduxere, & in cathedrali ipsorum ecclesia ad perpetuam facti memoriam suspenderūt. Cuius quidem trophei pertica adhuc in ea extat suspensa.



6390 1191 Elestinus papa eius nominis tertius, natione Ro. Clementi pontifici hoc anno suffectus sedit annis sex, men.7. & diebus. 11. pontifex quidem per omnia bonus, imò & optimus. Qui suscepto magistratu, Henricum (ut dictum est) corona coronauit, atque ei Constantiam monacham in matrimonium collocauit, & quoad uixit nil prætermisit, quo minus Hierosolymitana ciuitas recuperaretur, & licet in multis bellorum sumptibus quotidie opprimeretur, tamen egregias ædes apud sanctum Petrum & Lateranum extruxit. Moriens tandem cunctis præ dolore lachrymantibus, in beati Petri templo sepelitur. Celestinus papa.185.

Viterbium Hethruriæ oppidum.



6392 1193 Iterbium Hethruriæ oppidū, hoc anno ciuitatis nomen à Celestino isto pontifice gloriosissimē accepit. Cuius ecclesiam cum cathedralem constituisset, Thuscanensi ac Cētumceiensi ecclesiis prætulit uoluit. Hæc autem Viterbiana noua ciuitas quodam monti adiacet, quem Cyminum fuisse constat. Viterbiū Hethruriæ ciuitas.

Constantia autem Gulielmi Siciliæ regis filia, hoc anno ex monacha iamdiu professa, iussu Celestini prædicti pontificis maximi Henrico prædicto Augusto matrimonio copulatur, & ex monacha Augusta appellatur. De hac fœmina diffuse in tractatu de claris mulieribus tractauimus, ut siquis uidere eius uitam exoptat, in illo inquirat. Hæc itaque Constantia cum quinquagesimum & quintum ageret annum, rugosa cōcepit, & peperit filium nomine Federicum eius nominis secundum postea imperatorem.

6393 1194 Arricus Dandalus quartus & quadragesimus Venetiarum dux, Lauro duci omnium consensu hoc anno suffectus, ducauit annis.12. Vir peromnia gloriosus, qui tum eloquentia, tum experientia, & exquisitis moribus plurimum ualuit. Qui magistratu suscepto, sui senatus authoritate classem non modicam in Hierosolymorum expeditione, cum reliquis principibus Christianis transmisit. Cui quidem classi archiepiscopum Rauennatem præfecit, indeque Iaderam ciuitatem quarto rebellantem, Venetis recuperauit, ac Constantinopolim imperiosam ciuitatem cum Gallis sociis ui cœpit. Cretam insuper insulam magnam à Bonifacio Montisferrati marchione maximo emptam precio, suo adiecit imperio, sed & alia complurima beneficia quoad uixit, suo senatui contulit. Moriens tandem in atrio sanctæ Sophiæ maximis cum lachrymis sepelitur.

Saphandinus Saladini Aegyptiorum regis frater, hoc anno ipso Saladino rege defuncto, regnum omne suscepit, & Saladini filios expulit. Diuiserat enim Saladinus ipse filiis suis regnum, nulla de fratre isto facta mentione. Quamobrem indignatus Saphandinus, fratris filios omnino regno depulit, & solus ipse deinceps regnauit. Sed quantum iste regnauit, non satis constat.

Cypri insulæ regni principium.

6394 1195 Guido Lusignanus genere Gallus, dudum Hierosolymorum rex, à Saladino pulsus, hoc anno iuribus suis Anglorum regi permissis, Cyprum insulam in recompensationem Hierosolymitani regni ab eodem recepit, insulaque ingressus, multis in ea annis regnauit. Atque ita hoc modo propter antiquam ipsius regii tituli dignitatem, & regium titulum huic insulæ dedit, sibique ac posteris suis, usque in annum domini millesimum quingentesimum sexagesimum, per annos ducentos & septuaginta quinque, ipsam insulam reseruauit. Ea namque insula olim cadentibus rebus, Romana ciuitas diu sub Græcorum imperio fuit. Quos paulò ante supradictus Anglorum rex, ex insula ipsa hoc modo deiecit. Cum enim idem Ricardus Hierosolymam cum classe pergeret, tempestate coactus, Cyprianū portū ingressus est. Sed cum à Græcis repelleretur, arma quæ in Barbaros parauerat, in ipsis uertit. Eiq; Cypri insulæ regni principium.

uertit, eisq; insulã abstulit, quam firmo suorũ præsidio muniuit, & post eam Guidoni huic Hierosolymorũ regi permisit, post uarias autem regum successiones ad duos fratres ad regnum peruenit, quorum alter Petrus nomine classe instructa, cum Cathellanis Gallísque Alexandriam urbem aliquando inuasit, ingressúsque urbem mediam diripuit, inde igni apposito, præda ingenti ditatus aufugit. Qui paulò post insulæ ingressum à fratre proprio interfectus est. De huius autem regni successu progressúque infra multis in locis dicemus, cum de regibus suis passim tractabimus.

Innocentius papa 186.

INnocentius papa eius nominis tertius, patria Campanus, patre Transimundo Anagino ex infima plebe nato, papatum post Celestinũ pontificem accipiens, sedit annis.18. & men. quattuor, ac diebus.24. Vir certe in omni genere uitæ probatissimus atq; doctissimus, qui & à primæua ætate Parisius literis operam dedit, ubi tantum profecit, quod postmodum multa librorum uolumina composuit, inter quæ extat liber, De miseria conditionis humanæ, qui incipit: Qnare de uulua matris, De officio missæ, li.11. Incipit. Tria sunt. De sacramento baptismi, li.1. De claustro animæ li.1. In septem psalmos pœnitentiales, li.1. Decretales antiquæ, li.1. quas quidem obseruari mandauit. In quibus multas hæreses improbat, sicut in principio uoluminis habetur. Item multos sermones composuit, de temporibus diebus singulis accommodatos. Eius autem opera & impẽsa, hospitale sancti spiritus intra urbem Leoninam conditum, & magnis prouentibus auctum fuisse constat, quod postea Sixtus quartus põtifex, ut infra lib.16. dicemus, miro cultu exornauit. Indéque basilicam sancti Sixti uetustate collabentem restituit, uniuersisque ecclesiis que intra urbem erant pro conficiendis calicibus, argẽti l-bram unam obtulit, & altare beati Petri plurimum ornauit. Uerũ dum Perusii tollendæ discordiæ causa, quæ inter Genuenses & Pisanos uigebat, profectus esset, ibidẽ in pace quieuit. Hic primũ ordinem nostrum D. patris Augustini eremiticum sua sub tutela, uidelicet apostolica suscepit, ut patet ex eius indulto, quod incipit. Solet annuere. 6397 1198

Angliæ regnũ fit uectigal ecclesiæ Ro.

Ioannes Anglorum rex, hoc ipso anno Ricardo eius fratre ex telo Catapultæ interfecto, fratris regnum suscepit. Cui cum postea Ludouicus Francorum rex maximum indixisset bellum, Ioannes diuino auxilio usurus, statim & Angliam totam atque Hyberniam prouinciam suam, Romanæ ecclesiæ uectigalem fecit. Nam centum auri marchas quotannis se eidem soluturum compromisit, si ab eius impetu eum dominus liberare dignaretur. Atque ita uictoria diuinitus parta, postea aliquandiu apud Anglorum reges, hoc uotum seruatum est. 6398 1199

Viri disciplinis excellentes.

Gulielmus Antiiodoren. episco.

Gulielmus Antisiodorensis (ut aiunt) episcopus, his temporibus in diuinis scripturis doctissimus habitus, cum esset ingenio subtilis, & inter doctores Parisienses illius temporis celeberrimus, scripsit insigne & ualde utile uolumen, siue summam Theologia, quæ incipit: Sicut dicit Apostolus, fides. Et de officiis diuinis aliud opus. Alia etiã multa scripsisse eum dicunt. 6398 1199

Elymandus Frigidi montis monachus, & ipse hac tempestate in Galliis, in agro Beluacensi & religione & doctrina clarus effulsit. Qui cum esset uir doctissimus, diligenti cura inter cætera de omnibus rebus gestis Chronicam per pulchram ab initio mundi usque ad sua tempora, quadraginta octo libris composuit. Item de reparatione lapsi, li.1. insuper & sermones plurimos, epistolásque ad diuersos. Et alia quædam.

Gilbertus abbas, Cisterciẽ.

Gilibertus quidam abbas Cisterciensis ordinis, diui Bernardi discipulus, hanc ætatem insignem sua doctrina & eloquentia reddidit. Qui inter cætera ob reuerentiam magistri & patris sui Bernardi scripsit in Cantica canticorum, incipiens ab illo loco, ubi idem diuus Bernardus dimiserat, uidelicet: In lectulo meo per noctes, usque ad finem. Quadraginta sex subtilissimos sermones, quos omnes uno comprahendit uolumine, qui sic incipiunt: Varii sunt amantium affectus. Et quædam alia ædidit.

Papias.

Papias natione Lombardus in Latina Græcáque lingua egregiè doctus, per hæc tempora floruit Et inter cætera præter latina uocabula quæ diligenter in ordinem alphabeti redegit, etiam De ordine dicendi optimè scripsit, & in librum unum redegit, atque plures

Epistolas

Epistolas elegantes doctásque composuit.

Albertus patriarcha Hierosolymitanus his temporibus & doctrina & sanctitate multa clarus effulsit. Et fratribus Carmelitanis adhuc in terra existentibus regulam composuit, qua nihilominus iidem fratres in Europa constituti per apostolicam sedem modificatam & approbatam profitentur. Hic ad instantiam prædicti papæ Innocentii descripsit statum terræ sanctæ libro uno. Albertus Carmelita.

Cyrillus natione Græcus, eiusdem ordinis montis Carmeli generalis prior, & ipse hac tempestate & doctrina ac prophetico spiritu illustratus, insignis multũ fuit, qui cum esset admodmm doctus, scripsit quædam ingenii sui opuscula ad abbatem Ioachim, De oraculo angelico librum unum, qui incipit: Tempore annorum Christi. Item de processu sui ordinis li.1. Et epistolas plures ad diuersos. Cyrillus Carmelus.

Petrus Cantor Parisiensis, & postea eiusdem urbis (ut fertur) episcopus, hæc ætate clarus existens scholæ Parisiensi, & maximè theologiæ profectus, cũ multos discipulos egregie docuisset, etiam quædam opuscula præclara composuit, è quibus extant, quæ subiecta sunt. Et primo uolumen grande prænotatum Verbum abbreuiatum. Item aliud distinctionum libro uno. De grammatica theologorum li.1. De sacramentis li.3. De quibusdam miraculis li.1. & sermones uarios. Petrus cantor Parisiẽ.

Ioannes Bosianus patria Cremonensis, Azonis præstantissimi uiri præceptor, & ipse Odifredo teste in li.1. in prin. hoc ipso tempore summam breuem, super Pandectis composuit, quam idem Odifredus uentosam nominat, cõscripsit etiam super Codicem lecturam perutilem in libris nouem & quædam alia. Io. Bosianus.

Rofredus patria Beneuẽtanus, in utroque iure clarissimus doctor, hac tempestate cum esset ingenio subtilis, & in soluendis iurium quæstionibus longa exercitatione limatus, scripsit in sua facultate opuscula non contemnenda, quibus nomen suum immortalitati commendauit. De quibus extat uolumen petutile continens quæstiones iuris ciuilis plurimas lib. uno, incipit: Si considerarem ingenium. Item quæstiones iuris Canonici, composuit etiam summam iuris li.1. Et quædam alia. Rofredus iuris consultus.

6398 1199 Azonem prӕterea natione Bononiensem, uirum utique celeberrimum insignémque, & in iure ciuili consultissimum, Ioannis Bosiani auditorem, cum prædictis floruisse & clarum fuisse constat. Qui cum esset diuini propè ingenii, in legibus optimos confecit apparatus, ac summam celebrem ædidit, quæ apud omnes etiam nostro æuo doctores, magno habetur in precio. Insuper & additiones multas summi ab aliis superioribus eruditis confectis addidit. Denique & post summam suam, alios magnos apparatus super Digesto ueteri & Codice ædidit. Hunc itaque Azonem uirum doctissimum fuisse, Baldus in lege contractus, Codice De fide instrumentorum dicit, eo quòd legum fontem & electionis uas uelut alter Paulus apostolus eum appellet.

CHRONICO-

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

Otho 4. impera.



Enrico igitur mortuo, maxima inter doctores orta est dissensio, cum alii Philippū Suueui principem,& Hethruriæ ducē Henrici fratrem, quem idem Henricus moriens,filio Federici reliquerat tutorem. Alii Othonem Saxoniæ regē,Lotharii olim imperatoris pronepotem elegissent. Innocentius uero pontifex quia constabat Henricum & Federicum patrem contra Romanos pontifi.insaniisse,Othonem imperatorem pronunciauit. Philippus uero ira succensus,arma parat,ac contra Othonem (Philippo rege Francorum fauente) in expeditione processit. Otho quoque composito exercitu unà cum Ioanne Anglorum rege, pugnādi copiam facit, fiuntq; singularia certamina. Post rem cum Innocētius omnes excommunicasset, qui Philippicas sequebantur partes,res ad sanitatem reducitur. Pacéque confecta, Philippus Roma.imperator declaratur. Obtentóque in Germania imperio tertiusdecimus Germanorum imperator pronunciatur,ac sic nouem annis imperauit, sed non sine molestia hanc dignitatem retinuit. Tandem Altigranus quidam Turingiæ princeps,multis in suam sententiam tractis,eum circunueniens interfecit. Quo taliter sublato,pax omnimoda subsecuta est. 6399 1200

Ordo Carmelitarū.

Ordo carmelitarum,per hoc ipsum tēpus in Syriam apud Carmelum montem, ab Alberto supradicto Hierosolymitarum Patriarcha excitatur, & multis priuilegiis ab eodem sublimatur,atque eidem regulam suo iure confectam,obseruandam primo obtulit & confirmauit. In quam pro habitu fratribus eiusdem ordinis cappam superiorem ex serico,cum quibusdam largis uirgis,scilicet albis & griseis circulatam,more Helyæ prophetæ,seu Helysæi(ut aiunt)assignauit,& deferendam constituit. Isque ordo cum in orbem affatim diffunderetur,ac locis & uiris præstantissimis indies magis magísque multiplicaretur,multas impugnationes per annos multos ab æmulatoribus pertulit,sed postmodum Honorius pontifex,eius nominis tertius,concernens ipsam sanctam religionem & ordinem à multis malignis fore impugnatum,& aliquādo persecutum,cum non satis probatum inspiceret,deuotione ordinis commotus,primo sui pōtificatus anno (mutatis prius ipsis circulatis chlamidibus)ob honorem beatæ Mariæ,in albas sub titulo beatæ uirginis Mariæ de monte Carmelo approbauit & confirmauit. Aiunt enim ordinem istum dum in Syria cum habitu illo procederet,maxima in reuerentia & deuotione apud Soldanum Aegypti regem extitisse,& multas illi eleemosynas & beneficiā contulisse,sed eo habitu mutato,eum è finibus suis & reguo eiecisse, quamobrem necesse fuit illum in Europam traiicere, ubi mirum in modum excrescens,clarissimos & sanctitate & doctrina protulit uiros. Quorum de numero præcipui fuere Angelus Hierosolymitanus Christi & fidei suæ declamator ardētissimus, qui & doctrina & sanctitate uitæ plurimum fidei nostræ profuit. Insuper & Albertum quendam Siculum genere genuit,qui ob doctrinā & sanctitatem maximo in precio ubique euasit,atque Andream Florentinū postea Fesulanum episcopum,quem non sine magna sanctitatis fama quieuisse in domino ferunt. Habuitque præterea hæc sancta religio Cyrilum Græcum, uirum doctissimum atque sanctissimum, de quo supradictum est, qui præter libros multos à se æditos,etiam prophetiæ spiritu claruit, Fracīscum quoque Martini theolo-

tini theologum consummatissimum, qui præter reliquos multos libros à se æditos, librum pulcherrimum de Conceptione beatæ Mariæ composuit. Fuit insuper eo in ordine, Gerardus Bononiensis, Parisiensis eminentissimus doctor, qui complurima ædidit uolumina laude dignissima, necnon & Guido Perpiniacẽsis generalis ipsius ordinis prior, & postea Maioricensis ecclesiæ episcopus, qui cum multa composuerit, correctoriũ iuris, & contra hæreses libri habentur præcipui. Michaël etiam Bononiensis in eo uiguit clarissimus sui temporis doctor, quem libros plures ædidisse dicunt. Ioannẽ de Bachone iuris diuini atq; pontificũ scientissimum protulit, qui ob eius clarissimam doctrinam & Parisius & alibi nominatissimus fuit, Ioannémque Balistarii doctorem, sui seculi præcipuum, quem multos ædidisse tractatus compertum habemus, Petrum quoque de Casa generalem priorem & Hierosolymitanum patriarcham uirum sanctissimum habuit, qui multis miraculis claruit, atque Petrum Thomam Cõstantinopolitanum patriarcham præclarissimum doctorem, qui cum spiritualibus ac temporalibus inimicis pro fide Christi multos pertulit conflictus, ac demum post multorum librorum æditionem miraculis clarus, apud Cyprum insulam in pace quieuit. Alii atque alii ex hac religione emersere clarissimi uiri, quos omnes commemorare operosissimum profecto esset. Hæc itaque ad eius præcipuam laudem dicta hic sufficiant.

Imperium Græcorum in Gallos hic transfertur.

6401 1202 Balduinus natione Gallus, Flandrensium comes, hoc anno Alexio Constantino. & Isaach eius fratre morte sublatis, ipsorum imperiũ unà cum Venetis inuasit, & in suos Gallos transtulit. Atque ita ipse imperator factus & constitutus, imperauit annis quinq;. Discordantibus enim de imperio Isaach & Alexio uiro utique nequissimo ac perditissimo, eo quòd licet Isaach ætate maior haberetur, & ex iure imperium sibi deberetur, ipsum tamen Alexium indulgentissime tractabat, adeò ut præter imperii nomẽ ei nil deesse uideretur. Quem etiam sua temeritate à Turcis captum, idem Isaach cum magna charitate ingenti pecunia redemit. Sed hic pessimus uir post ingentia beneficia, fratrem dolo capiens, excecatum misit in carcerem, idem quoque in Alexium eius filium duodecim annos agentem fecisset, nisi fuga salutem quæsiuisset. Quo audito Philippus Francorum rex, Alexii prædicti cognatus, hunc Balduinum Flandrensem comitem, & Henricum sancti Pauli, & Ludouicum Sabaudiensem principem, cum exercitu magno Venetias misit, qui cum eisdem Venetis copias iungentes, eorum nauigiis tandem Constantinopolim peruenerunt, quam cum octo & sexaginta diebus summa ui oppugnassent, demũ eam obtinuerunt, & in suam potestatem cum uniuerso imperio redegerunt. Capta igitur urbe & interfecto Alexio, ac eius complicibus, proceres prædicti cum Bonifacio Monteferrato Thessaliæ tũc rege. 15. uiro ex omni eorum exercitu delegerunt, qui urbis imperatorem & Patriarcham assumerent, eo scilicet pacto, ut si imperator Venetus non esset, ipsi Veneti patriarcham haberent, quem Ro. pontifex confirmaret, quamobrem Balduinus hic facto scrutinio, summa concordia ab omnibus imperator declaratus, & Thomas Maurocenus patritius Venetus, in patriarcham assumptus, statim nouum imperatorem inuictũ coronauit. Eo itaque coronato, proceres uniuersa imperii dominia, præter Andrinopolim intra annum obtinuerunt, quibus gestis quarta pars oppidorum captorum, Venetis assignata est, quæ omnes insulas Egei maris continebant, inter quas Euboea quam Nigropontem dicimus, & aliæ minores erant, sed quia Creta nomine Bonifacii Thessaliæ regis tenebatur, ab Isaach iam sibi dono data, Balduinus imperator eum Thessaliæ regem confirmatum hortatus est, ut accepta pecunia Cretã Venetis relinqueret, quod & factum est, ac sic Veneti Cretam insulam usque in præsens tenuerunt. Thomas uero patriarcha Romam confirmaturus ueniens, Græcorum ecclesiam Innocentio tertio, ut decebat, subiectam in omnibus fecit. Et quoniam de situ & terminis omnium regnorum in hodiernum usque locum semper post initium cuiuscunque regni descripsimus, iustum etiã putamus de Græciæ situ & eius nominibus aliquid hoc in loco describere, ut nil intactum transisse uideamur.

Balduinus Flãdrensiũ comes.

Veneti Cretam emerũt

Græcia itaque Europæ prouincia uariis nominibus appellatur, prius enim Hellas dicta fuit, postea à rege eius dicto Græco sic cognominata, quãdoque etiam Achaia ab Acheo antiquo

antiquo rege etiam Thracia dicta, deinde Dama appellata fuit, ut Herodoto placet, unde Græci Achim & Achei, atque Danai dicti sunt. Huius fines sunt à Septemtrione Misia inferior, ab Oriente Pontus, à Meridie pars Macedoniæ, & ab Occasu Epirum. Ab Isthmo Peloponuensi incipit Græcia, quæ undique circunspecta est mari, præterquam à Septentirione. Habuit hæc prouincia plurimas urbes præclaras, iuter quas Thebæ Boetiæ numinũ liberi atque Herculis patria, ut Pomponio libro.4. placet, & Athenas mater liberalium artium, qua nihil habuit Græcia clarius, & Bizantium totius imperii columen à Constantino imperatore Cõstantinopolis uocata, in qua præter cætera magnifica ædificia extat tẽplum diuæ Sophiæ dicatum, quæ quidem ciuitas tanto splendore, ac dignitate exornatur, ut totius Græciæ caput merito uocari possit.

Tartarorum regni principium.

Tartarorum regni principium. David quidam Persa, ex ignobili familia inter eos natus Tartarorum gentis, hoc anno rex efficitur, magnanimua quidem, qui ex Indico monte unà cum omnibus suæ gẽtis uiris ac mulieribus, hostili animo egressus, per uicinas quasque urbes spolia multa exegit, & populum suum hoc modo sibi allexit, quibus spoliis allectus, inde in Parthos uenit, & pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, & Armeniam, atque Sarmatiam seu Rusiam, non longo tẽpore peruadens circa Meotidis paludis littora concessit, ubi & accolis suis sedes constituens, in maximam euasit potentiam. Et hi nunc Vsonem Cassanum habere dicunt principem, post hunc inter ipsos suos successores principes fuit magnus Tamberlanus, de quo infra suo loco dicemus. Huius autem Tartara gens, semper in castra habitare dicitur, cum sit bellatrix, libera, indomitáque, & usque eo immanis atq; atrox, ut fœminæ etiam eorum cum uiris, bella inire non uereantur. 6402 1203

Tartaria Europæ prouincia. Tartaria itaque est Europæ prouincia, quam antiqui Cosmographi, Sarmatiam appellant, alii autem Rosiarii ipsam nunc uocitant. Hæc ut lib.3. Ptholomæus scribit, à Septentrione Oceano terminatur, ab Occasu patre Germaniæ, à Meridie uero Iazigibus metanastis, in qua sunt ciuitates uidelicet Tamarica, Naubarum, & Olbia: eius populi, ut Pomponius refert, habitu armisque Parthicæ proxima, uerũ ut cæli asperioris ita & ingenii. Non se urbibus tenent, & ne statis quidem sedibus ut inuitauere pabula, ut cedens & persequẽs hostis exigat, ita res opésque secum trahentes semper castra habitant.

Petrus Zianus, Sebastiani quondam ducis filius, quadragesimusquintus Venetiarũ dux, hoc anno post Henricum ducem, princeps electus, præfuit annis.22. Vir peromnia magnificus atque excelsus, qui (concessione Balduini prædicti Græcorum imperatoris) Cyram nunc Corphu dictam, Motonum Coronúmque præclaras insulas, in Venetorum redegit potestatem: sed cum obire omnia per se non posset, priuatis etiam ciuibus, negocium rei maritimæ commisit, qui & ipsi priuatim multas Græcorum insulas occupauere, inter quæ fuere, Galipolis, Naxo, Paromola, Herinea, Andro, Euripus, Tinasmicolæ, Schyron, Scopulus & Stalilmenus, atque aliæ multæ. Cretam etiam paulòante à Bonifacio Monteferrato emptam rebellantem, armis in fide continuit. Eámque in coloniæ formam redegit, missis eo plurimis suorum ciuibus, qui Cretenses in officio continerent. Hic cum religionis esset amator, inter cætera sacellum in sancti Marci pallatio, ad honorem diui Nicolai, miro ornatu & sumptu extruxit, Constantiam Tancredi Siciliæ regis filiam duxit uxorem, ex qua plures suscepit filios. Cumque postremo senio confectus esset, magistratu se abdicans, paulòpost uita excessit, & apud sanctum Georgium maiorem Venetiis, in sepulchro paterno sepultus est.

Henricus secundus ex Gallis Constãtinopolitanus imperator, hoc anno Balduino fratre eius imperatore defuncto, in imperium succedens, imperauit annis.11. Qui imperio suscepto, mox unà cum Bonifacio Monteferrato marchione & Thessaliæ rege Andrinopolim urbem potentissimam, cum exercitu diu obsedit. Quo audito Valachi gens olim Romana, ultra Danubii ripam constituti, ac Bulgari uicini, ab Andrinopolẽsibus uocati, cum magnis copiis in eorum auxilium uenere. Quorum furore permotus hic imperator unà cum Bonifacio obsidione soluta, mox Constantinopolim petiere. Quid autem postea egerit, nullibi inuenire potuimus.

Dominicus Sanctus, genere Hispanus, uir sanctitate atque insigni doctrina plurimū decoratus, ac religionis Christianæ quasi matutinum sydus ea in prouincia in Caligura pago natus, per hoc tempus ex canonico regulari adeo uocatus, cum duodecim fratribus socus, prædicatorum ordinē incredibili feruore fundauit: quo diuinitus instituto, ab gloriosa dei genetrice Maria, etiam ipsius sanctum habitū suscepit, cuius religionis pater existens, cum procurante & mandante Innocentio tertio pontifice maximo, hæresim apud Tholosam nuper ortam, mira celeritate & uirtute compescuit, postea ab Honorio tertio pontifice eius successore (ut infra dicemus) ipsius sui ordinis instituti confirmationem obtinere meruit, quo confirmato innumerabilia fermè monasteria hincinde erexisset, & multis signis & miraculis claruisset, ac uniuersam penè Europā, docendo & prædicando lustrasset, tandē anno salutis nostræ.1223. apud Bononiam Italiæ urbem, nonis Augusti migrauit ad dominū. Quem postea Gregorius nonus auditis eius miraculis & uita præclara, in sanctorum confessorum numero aggregauit. S. Dominicus.

Franciscus Seraphicus Italus, ex Asisio Vmbrorum ciuitate oriundus, diui Ioannis boni Mātuani eremitæ discipulus, uir utique diuinus, ac minorum ordinis pater & dux, hoc anno terrena omnino despiciens, Christū in omni uita secutus est. Hic quippe cum religionis habitum à beato Ioanne bono prædicto suscepisset, & in manus ipsius professionis uotum sub regula diui patris Augustini emisisset (ut hoc etiam Tabellarii chyrographo autentico comprobatur) & aliquādiu pedibus calciatus, & corrigia cinctus incessisset, sententiæ dominicæ memor dicentis: Qui uenit ad me, & non renunciat omnibus quæ possidet & habet, non potest meus esset discipulus, atque illud quod discipulis suis ad prædicandum mittens præcepit, ut neque aurū uel argentum possideant, aut ne peram uel sacculum, néue uirgam, & sine calciamentis, aut certe duas tunicas haberent abiectis omnibus, tunicam incultam & contemptibilem fune præcinctā induens, nouum mox ordinem constituit, cum quo uelut sol in orbe radians, Christianam religionem plurimum illuminauit. Sed hoc in loco erunt forte aliqui qui huiusmodi scripta impatienter sustinebunt, quod diuum Franciscum discipulum beati Ioannis boni Mantuani fuisse dixerim, cum sanctus Bonauentura doctissimus uir, nullam de huiusmodi re in compositione illius historiæ fecerit mentionem, & omnimodam inuestigationem adhibuerit, in inquisitione suæ uitæ. Ad hoc responderi potest, quod nulla ob hoc sanctissimo uiro infertur iniuria, neque omnes possumus omnia, neque sancti Euangelistæ unum & idem de Christo scripsere, & tamen uera omnes scripsere. Teneat nunsquisque in hoc, quod sibi placuerit, nam & ipse me uera dixisse in hoc existimo, cum non sint de articulis fidei: itaque hic sanctissimus uir cum fratribus suis sic ab eo institutis nouam ædidisset regulam, & Christi stygmatibus insignitus fuisset, ac librum quendam quem testamentum breue prænotauit composuisset, & nomen suum in orbem diffudisset, plenus bonis operibus, apud Asisium urbem suam, anno salutis nostræ.1227. nonis Octobris migrauit ad dominum, & biennio post, Gregorius nonus, auditis eius crebris miraculis (magno prius ob eam rem conuentu habito) in numerum sanctorum confessorum statim eum rettulit. S. Franciscus.



Tho eius nominis quartus Saxoniæ dux, hoc anno, cum Philippus imperator à comite Palatino interfectus esset, imperator à Germanis electoribus delectus, imperauit annis tribus, qui statim Romam proficiscens, ab Innocentio pontifice coronatur. Quo facto, confestim in Romanos sæuire, ac contra eos pugnare cœpit, sed bello aliquandiu sedato, ex urbe pulsus est, propter quod indignatus, contra pontificis uoluntatem & ipsius iniuriam, in Federicum adolescentem imperatoris filium expetitionem sumpsit, pro qua multa regni oppida ui cœpit, ac paulopost totū fermè regnum occupauit. Propter quod pontifex eodem anno Romæ concilio habito, eum ab imperio deposuit. Is enim propter uafrum ingenium, Italiæ principibus nec carus nec acceptus erat, unde auxiliantibus in primis omnibus Italiæ principibus, Innocentius pontifex eidem maximam in bello intulit cladem. Quo fuso atque fugato, de eo maxima uictoria à pontifice reportata est. Ex quo factum est, ut Boemiæ rex, cæterique electores, Federicum eius nominis secundum Sicilliæ regem, uiginti annos agentem, Romanum imperatorem deligerēt Otho 4.

torem deligerent. Otho autem paterno regno consulturus, Siciliam dimittens, in Germaniam euestigio rediit. Vbi postea à Philippo Francorem rege, apud Belgas superatus & interfectus tandem fuit. Verũ propter dissensionem deligendi imperatorem, Itali nostri, neque hunc, neque præcedentem Philippum, ad numerum imperatorum admittunt. Præter id tantum temporis qnod inter coronationem & dispositionem huius Othonis interfuit, per reliquum uero tempus eorundem imperatorum uacasse imperium scribunt.

Federicus.2. impe.



Edericus eius nominis secundus, tertiusdecimus Germanorum imperator, hoc anno Othone prædicto, imperii titulis priuato, ab electoribus eius loco surrogatus, & ab Honorio pontifice confirmatus & coronatus, imperauit annis triginta tribus. Quo cõfirmato, etiã eo pontifice procurante, in Siciliæ regnum restitutus est. Sed à maioribus suis minime degenerans, ubi se imperatorem confirmatum sensit, illicò in Romanam ecclesiam insanire, & omnia perturbare, laceraréque, ac rapere cœpit, propter quod anathemate notatus, imperii dignitate priuatus est. Sed ille omnia paruipendens, amplius quàm consueuisset, in omnibus crudescere cœpit. Et cum multos interficeret, etiam quosdam prælatos ex Gallia redeuntes in Lynorem pontificis Ro. à Pisanis pyratis apud Meloram insulam intercipi fecit, atque submergi. Denique cum multas Italiæ ciuitates studio partim Guelphorum, uidelicet & Gibellinorum implesset, atque propter hoc cũ multas urbes, quæ pontificis partes sequebantur uexasset, in Apuliam traiiciens graui morbo laborare cœpit. Cunque conualescere cœpisset, à Manfredo filio ex ancilla suscepto (quem Tarentini sibi præfecerant) suffocatus interiit. Hic igitur scelestus imperator, quoad uixit, auo Federico Barbarossa semper crudelior extitit, & multa in Honorium pontificem atque Gregorium nonum machinatus est, propter quod multis fuit agitatus calamitatibus. Et primo quia Henricum filium suum, quem sibi Constantia Aragonum regis filia uxor pepererat, suspicione affectati regni, uel ut alii uolunt, zelotipiæ zelo, in carcerem necauit. Inde apud Parmam urbem prælio superatus, coronam & ditissima quæque impedimẽta, & decem millia armatos amisit. Alterque filius legitimo matrimonio natus, uidelicet ex eadem Constantia uxore susceptus, nomine Euisius, à Bononiensibus, quorum agros infestabat, occisus est. Hic Conradum filium, quem Ioles Ioannis Hierosolymitani regis filia uxore susceperat, rerum omnium suarum reliquit hæredem, quem nihilominus idem Manfredus ueneno sustulit. 6411 1212

Hymelinus Aphricanus Saracenorum rex & dux. Vir plane fortissimus atq; magnanimus, hoc anno magna classe comparata, in Citeriorem Hispaniam traiecit, & primo apud Toletum urbem magna statione firmata, eam oppugnare cœpit: quam cum obtinere pro libito non ualeret, uniuersam Hispaniam peruagare cœpit, & omnia cædibus & populationibus repleri. Qua calamitate permoti reges Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, & Nauariæ, copias simul iungentes, Saraceno occurrerunt, & de eius exercitu maximam cædem adiderunt, & fuso ipso exercitu atq; fugato, uniuersam Aphricam, præter Granatam illi abstulerunt, quæ quidem Granata nihilominus in anno domini. 1499. ab Ferdinando regi Hispaniarum sibi cum toto regno adempta est. 6412 1213

Almericus hæreticus

Almericus quidã hæreticus, uir plane doctus, sed callidus, hoc anno eam obrem in Galliis magno in precio existens, diabolica suasione seductus, in quibusdam erroribus inuolutus, insanire & delirare cœpit. Et inter cæteros suæ uesaniæ errores affirmabat Ideas quæ sunt in mente diuina, & creare & creari posse, cum in mente diuina, teste patre Augustino, nil nisi æternum & incommutabile habeatur. Dicebat etiam nullum peccatum posse in charitate constitui. Quibus erroribus apud Parisium conuictus & damnatus, cum suis sectatoribus exustus est. 6413 1214

Symon Gallus comes Montisforti.

Symon autem quidam Gallus Montisfortis comes, uir Christianissimus atque catholicus, hisdem hæresum in multis uiriliter occurrit, & tanquam alter Carolus magnus contra has hæreses, non tantum uerborum disceptationibus, cum multis episcopis atque aliis doctissimis uiris, & beatissimo Dominico disputantibus, sed etiam armis fortiter egit, eo quòd centũ millia hæreticorũ, cum octo millibus Catholicis fudisse & interfecisse ferunt.

Synodus maxima, hoc anno apud Lateranum ab Innocentio pontifice prædicto, pro 6414 1215

recuperanda

recuperanda Hierosolyma celebratur, ubi interfuere mille & trecenti prælati cũ Hierosolymitano & Cõstantinopolitano Patriarchis. Fuere etiam alii Græci, & Romani imperii legati, regúmque Hierusalem, Franciæ, Angliæ, Hispaniæ, & Cypri oratores. In qua multis habitis consultationibus, nihil aperte discerni aut diffiniri potuit. Nonnulla tamen decretã ibidem condita fuere, quibus tam laicorum quàm clericorum mores componerentur.

Ordo crucifigerorum etiam ea in synodo iam diu inchoatus, sed aliquando intermissus, ab ipso Innocentio pontifice restituitur & confirmatur, ac multis fauoribus roboratur. Id quàmmaxime factum est, quòd quædam Albanensium pestifera hæresis surrexerat, quæ tantam in populo Romano cleróque seditionem excitauerat, quantam unquam antea. Quam ob causam pontifex ipse, multos cruce signatos impulit contra eos arma suscipere. Quibus hæreticis deuictis, cruciferorum ordinem iam diu sopitum, & oblitteratum instaurans, multis priuilegiis & gratiis, mirabiliter auxit. Eidem autem ordini postmodum Innocentius quartus deuotione affectus, apud Lugdunum existens, regulam composuit & dedit. In qua inter cætera præcepit ipsis religiosis, semper crucem in manibus deferre. Ipsius uero ordinis auctorem & ducem Quiriacum Hierosolymitanum episcopum & martyrem, tempore Constantini magni & Helenæ natum, primum fuisse tradunt. Qui cum à Iuliano apostata cum multis Christianis passus fuisset, idem ordo ad nihilum fermè usque in præsens redactus est. Ipse enim sanctus Quiriacus ille Iudas fuit, qui crucem domini sanctæ Helenæ ostendit. Et uisis miraculis crucis inuentæ, postea deuotioni crucis affectus, factus episcopus, ordinem hunc excitauit. Ordo crucifigerorũ

6415 1216 Petrus Altisiodorensis Henrici prædicti Constantinopolitani imperatoris filius, tertius Gallorum eo in regno imperator, hoc anno patre in Græcia sublato, imperium suscipiẽs, imperauit annis.3. Qui imperio suscepto, cõfestim unà cum Iole uxore, magno apparatu Romam ueniens, imperii coronam ab Honorio põtifice extra muros urbis, apud sanctum Laurentium accipere uoluit. Qua suscepta, unà cum Ioanne cardinali de Columna, legato à pontifice declarato, ad res Asiæ reformandas cum copiis, ab ipso Innocentio pontifice excitatis mox transiuit. Is etenim Petrus in recessu Venetis Dyrachiũ urbem suam, à Theodoro Epyrotharum duce dolo captam, recuperare promisit. Misit ergo imperator hic Iolem uxorem & cardinalem Constantinopolim, & ipse Dyrachium petiit, quam cum pluribus diebus oppugnasset, nec capere potuisset, soluta obsidione, sub fide Theodori prædicti recessit. Sed cum in teterrimis montibus terrestri itinere peruenisset, dolo Theodori circũuentus capitur, & in obscurissimum carcerem truditur. In quo per biennium ab ipso Theodoro detinetur. Ioles autem uxor prudentissima, imperium totum isto interim prudenter administrauit.

6416 1217 Onorius papa, eius nominis tertius, natione Ro. patre Almerico, hoc anno Innocentio pontifi. succedens, sedit annis.10. men.7. & die.13. Vir sanè doctus, & ut pastorem decet optimus. Qui pontificatu inito, imperiales titulos Federico secundo statim contulit, quem tamen postea iuribus ecclesiasticis sibi usurpatis, anathemate primo notatum, postea dignitate priuauit. Deinde ut præfertur, Petrum Altisiodorensem Constantinopolitanum imperatorem coronauit. Et cum ordinem nostrum Eremitarum, prout Innocentius fecerat, protegẽdum suscepisset, etiam ordines nouos, uidelicet prædicatorum & minorum confirmare uoluit. Hierosolymorum etiam regem, nomine Ioannem, ex Asia ad se Romam uenientem, benegnissimè suscepit, & multis muneribus à se donatum, in Angliam remisit. Basilicam quoque diui Laurentii extra muros, & basilicã sanctæ Viuianæ, necnon & sancti Petri sancta sanctorũ restituit, atque ædes Marii & Audifax ædificauit. Et cum esset doctor egregius, multas decretales & ipse composuit. Et cum in omnibus bene & optime uitam duxisset, tandem sanctissimè moriens, in basilica sanctæ Mariæ Maioris sepelitur. Honorius Pa pa.187.

6417 1218 Ordo prædicatorum, hoc anno, ue'ut nouum sydus & splendidissimum, sol inter densissimas peccatorum tenebras, à beato patriarcha Dominico Hispano, diuinitus excitatus, & sub regula diui Augustini institutus, post multas improborũ hominum impugna-

tiones, ab Honorio isto pontifice maximo, ipso patre sancto instante & procurāte, aut horitate apostolica tandem approbatur & confirmatur. Increbuerat enim tunc ex hæreticorum multorum & imperatorum temeritate, tanta clericorum & improborum hominū licentia, ut nulla religionis facies in ecclesia dei dignosceretur. Dixisset enim eo tunc non modo seculares Christianos, sed & clericos atq; monachos omnes, aut inquilinos esse, aut certe ex extrema omnium gentiū face inter Christianos commigrasse. Christianorū itaq; dominus noster Iesus Christus, turpitudine & calamitate commotus, hunc potissimum ordinem prædicatorum & minorum, unà cum reliquis ordinibus sanctis in urbibus excitare uoluit, ut collabentem Christianam religionem per eos erigeretur. Verum quia lusco quidem illucescente sole, etiam aër lucidus nebulosus esse uidetur, ea propter multi quorum uita mala erat, ipsos ordines improbantes, in eos mox prosilire cœperunt, & insano quodam liuore parcitos, tanquam mendaces & illustres illos affirmabant, & urbibus pellendos esse dicebant, & ideo eorum preces & supplicationes ab Lateranensi synodo reiectæ fuere. Et quia ut scriptura ait, non sapientia, non est consilium contra dominum, Honorius prædictus pontifex, primo sui pōtificatus anno, in uisione quadā diuū Dominicū cum magna multitudine fratrū in Lateranēsi ecclesia uidit, ipsam collabentē, humeris sustentantē, expergefactus autem intellexit ponti. sanctus, ipsam uisionem fore diuinam, quod dominus non materialem ecclesiam, sed Christianam ecclesiam omnino collabentem, per hunc ordinem fore erigendam. Idcirco pontifex Dominicum ad se uocās, statim unà cum consensu omnium patrum, ordinem istum plurimum laudauit, ac tandem approbauit & confirmauit, & inter mēdicantes supremum locum tenere constituit. Hunc itaq; ordinem ueluti fluuium uelocissimū ex Augustino patre nostro lucidissimo certe paradysi fonte emanatum, perpulchre Tygridi fluuio, é paradysi terrestris fonte emanato, merito comparare possumus. Nam Tygris ipse fluuius, secundum Iosephum, Dilach dicitur, quod sonat acutum, eo quod inter cætera mundi flumina uelocissimus & impetuosissimus habeatur. Sic & ordo iste inter cæteros ordines, contra hæreseos quammaxime extinguēdos, semper impetuosissimus & audacissimus est habitus. Dominicus igitur Patriarcha suo ordine in omni ratione confirmato, sex annis tantum superuixit. Appropinquante uero sui exitus die, illud Ioānis apostoli uerbū clamando dixit: Qui sitit ad Tygridis mei fontem ueniat & bibat, & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Quibus dictis sponsus & sponsa responderunt dicētes: Veni dilecte mi, Veni, & ita migrauit ad dominum. Ipsum autem ordinem sanctū postmodum Raymundus Barchionensis, ipsius sancti uiri cōsors atq; successor, ac reliqui infrascripti, & uita & doctrina, atq; ordinationibus optimis mirū in modū auxere. Quorū de numero præcipui fuere Petrus martyr Veronēsis, Thomas Aquinas, & Vincētius inter sanctos merito relati. Reliqui autē fuere Petrus de Tarētasia, Innocentius quintus appellatus, & Benedictus eius nominis, & alter, papæ, Hugo cardinalis bibliæ postillator, Robertus Anglicus, Nicolaus Vgo, Ioānes dominici, qui de cōceptione uirginis tractatū ædidit, & Ioānes de turre cremata, cardinales omnes, qui multa ædiderūt. Inde Albertus magnus Ratisponensis episcopus, cum Durando Petro de palude, Iacobo de Voragine, Iacobo de Lusana, Martino qui martinianam composuit, Vlrico Argētino, Herbrodo Bergomēsi, & Antonio Florētino, omnes dignitate episcopali insigniti. Emersere etiam isto in ordine innumerabiles doctores & sanctissimi cōfessores, atq; insignissimi uerbi dei declamatores, qui illum pro uirili auxere. Quorum præcipui fuere, Robertus & Albertus Brixienses, Io. Parisiensis, Bernardus de Claromonte, Gulielmus de Alcono, Vgo de Argētina, Thomas Anglicus, Raynerus & Bartholomeus Pisani, Vincentius Burgūdus theologus & historicus præcipuus, atq; alii plurimi historici. Habuit quoque hic ordo Guidonem Ariminensem, Conradum Esculanum, Angelum de Bononia, Iacobum de Beneuento, Vincentium de Casali theologum præstantissimum, qui tractatum de Conceptione uirginis Mariæ nunc ædidit consummatissimum. Atque alios propemodum immemorabiles, qui sua doctrina, suisque moribus & optimis exemplis, mirifice ordinē auxere, protexere & in fidem continuere. De quibus infra. Hierusalem ciuitas sancta.

Hierusalem

6418 | 1219  Ierusalem ciuitas sancta, hoc anno à Cordirio magni Saladini filio, & successore, Christianis Damniatā obsidentibus, quinta uice funditus euertitur, templo domini tantummodo integro relicto, & cum etiam sepulchrum Domini nostri Iesu Christi uiolare statuissent, precibus Christianorum pulsatus, ab scelere destituit. Capta autem Damniata à Christianis, in solennitate purificationis beatæ uirginis Mariæ, eo ipso anno euoluto, in eiusdem uirginis natiuitate, pro captiuis Christianis redimendis, ipsa ciuitas Damniata, Barbaris reddita est. Hierusalē ciuitas sancta sedes.

6422 | 1223 Ludouicus Philippi Francorum regis filius, patre hoc anno defuncto, in eius locum succedens, regnauit annis.4. Hic autem regno suscepto, statim testamentariam patris sui uoluntatem adimplere curauit. Qui scilicet pater Ioanni Anglorum regi nuper è Hierosolymitana expeditione reuersus, sexaginta milia librarum Parisiensium argenti reliquerat, & totidem militiæ templi. Tantundem quoque magistro hospitalis Hierosolymorū Aliud autem de ipso memoriæ dignum non habemus. Ludo. 8. Franco.rex.

6423 | 1224 Ordinem etiam minorum hoc anno.3.calen. Decembris. Honorius ponti. difficilime tandem approbauit & confirmauit. Nouerat enim antiquus hostis hunc ordinem in ecclesia dei admodum profuturum, & propterea multum illi obstitit, egitque, ut ad nihilum redigeretur. Nam cum ipse ordo ex Augustino patre (ut ita dixerim) optimo fonte tanquam fluuius emanauerit, merito Euphrati fluuio ipsum comparandum puto, & quidem perpulchre. Euphrates enim fluuius fructifer sonat, inter cæteros mundi fluuios memoratu dignissimus, sic & ordo iste, licet inter mendicantes, sicut Euphrates inter quatuor paradysi flumina ultimus censeatur, attamen & numero & fructu plurimo memoratu celebris habetur. Hunc itaque sanctum ordinem diuus Franciscus tanquam uoluptatis ortum multo labore plantauit, in quo ut quietius & securius à mundi fluctibus se longatus soli deo uacare posset, ipse Franciscus beatissimus primo introiuit, ut reliquos doctrina, et spiritualibus gratiæ aquis irrigaret. Ibidem ergo constitutus seraphicus uir, diuino afflante spiritu, cœlestem (ut ita diximus) uitæ formam, atque regulam composuit atque de scripsit, seruandámque filios & confratres suos, uerbo pariter & exemplo edocuit. Regula autem & uita fratrum minorum, ut ipse ait, hæc est: Domini nostri Iesu christi sanctum euangelium obseruare, uiuendo in obedientia sine proprio, & in castitate usque ad mortem, & cum immemorabiles ex hoc ortulo emerserint uiri, qui ipsum, & signis & uirtutibus, ac dignitatibus, & celebri doctrina illustrauerint, breuitati studentes, omissis reliquis, ad ordinis dignitatem exornandam hos sanctos hoc in loco commemorare dignum duxit. Genuit itaque hæc sancta religio, & ordo, Ludouicum episcopum ex regia stirpe natum, Antonium Vlixbonensem, Bonauenturam cardinalem, & Bernardinum Senensem in cathalogo sanctorum confessorum relatos, sed & Nicolaum eius nominis.4. Alexandrum.5.& Sixtum.4.pontifi.maximos. Alios quoque prope infinitos cardinales, archiepiscopos, episcopos, patriarchas, & doctores, in omni litteratura famosissimos, & concinnatores præstantissimos. De quibus omnibus pro uirili infra locis suis tractabimus. Ordo minorū approbatur.

6424 | 1225 Clara uirgo sanctissima memoratu dignissima, diui Francisci discipulina, his potissimum temporibus apud Asisium urbem suam, & uirtute sanctitatis & gratiæ, multo in precio habita, & ipsa tanquam apis argumentosa uberes & mellifluos uirginum fructus in dominico agro cum diuo suo patre Francisco producere satagit. Cuius fama & uirtutibus permoti Honorius & Grego. Ro. pontifi. eam honoribus & gratiis accumulauere, & adiuuare cœperunt. De cuius sanctitate & fulgore, in opusculo de claris mulieribus diffuse tractauimus. Igitur cum sanctissime hæc beata uirgo usque ad uitæ suæ exitum uixisset, Alexander.4. postea in sanctarum cathalogo eam aggregauit, & eius diei festum pridie idus Augu. celebrari mandauit. S. Clara sancti Frā cisci discipula.

Helysabeth quoque Vngariæ regis filia Landgrauii, Thuringiæ comitis uxor, & ipsa per id tempus, à Gregorio postea pontifice maximo bonis uirtutibus erudita, tot bonorum operū manipulos protulit, quod ab eo femina susceperit præceptorū. Quæ Christo Iesu copulari desiderans, terreni sponsi consortium declinauit, & mundanæ gloriæ uestimentis depositis, contemptáque diuitiarum ipsius iactantia, se mundo prorsus fecit ignobilem. Helisabeth regis Scotiæ filia.

Ac tanquam Cananea de fluxu terrenæ sollicitudinis liberata, totis uiribus, pietatis opibus se contulit, in quibus optime usque ad mortem perseuerãs, non sine magna sanctitatis opinione in pace tandem quieuit. Quamobrem & ipse Gregorius nonus in sanctarum numero ascribi & aggregari uoluit, & eius festum.13.calen.Decemb.celebrari præcepit.

Iacobus Tepulus sextus &.40.Venetiarum dux, hoc anno Petro Ziano duci suffectus, ducauit annis.20.& mensib.8. Vir sanè deo & hominibus carus, iustitiæ amator, & pacis auctor & conseruator, religiosorúmque uirorum munificentissimus & protector. Cuius rei causa prædicatorum, atque minorum ordines, summo cum desiderio & uoluptate in urbe introduci curauit, quos & mira liberalitate fouit & protexit. In cuius rei signum basilicam sanctorum Ioan. & Pauli martyrum, sumptuosis operibus, in formam qua nunc cernitur, propriis sumptibus redigere curauit, eámque ordini prædicatorum condonauit, in cuius ualuis suum tandem corpus sepeliri mandauit. Huius quidem precibus senatus Venetus.25. Triremes Constantinopolitano imperatori contra Vatarum Græcum misit, qui superato hoste, quatuor & uiginti de eius classe intercepit, & urbem obsidione liberauit. Propter quod & imperator in retributionis signum confert in senatu Veneto, Spongiam & partem lãceæ, quibus dominus & saluator noster Iesus Christus hinc potatus, inde uulneratus fuit, ac crucis ipsius quandam partem dedit, & ita ipse imperator postea ingentem pecuniam Venetorum ab ipso senatu recepit. Hic quendam magistratum in Venetia instituit, in quo iudices de tribus petitionibus constituit, ut uidelicet querelas hominum urbanas peregrinásque, ac petitiones cognoscerent, quæ quidem petitiones usque ad tempus princeps cum suo collegio cognoscere consueuerat, uoluit quippe, ut ipsa priuata potestas iudicaret usque ad summam librarum centum & non ultra. Hic autem optimus princeps cum Gregorii ponti.partes contra Federicum imperatorem tueretur, ab eodem oppressus, & maximis calamitatibus affectus fuit.

Magistratũ nouũ.

Gregorius Papa.188.



Regorius papa, eius nominis nonus, natione Anagninus, de prosapia Innocentii tertii papæ Honorio pontifici, hoc anno suffectus, sedit annis.14. & men.3. Hic suscepto pontificatu, Honorii prædecessoris sui sententiam in Federicum prolatam confirmauit, quòd ad recuperandam Hierosolymam proficisci nollet. Propter quod imperator ipse inimicitias graues & maximas aduersus pontificem constituit, & exercitu cõparato, statim in eum mittit, eúmque in urbe obsidens, etiam magnam patrimonii partem occupauit, & Romanos penè omnes pecunia corrupit. Bonis itaque temporalibus pontifici deficientibus, ipse delatis per urbem supplicando apostolorum capitibus, populum ad commiserationem in ipsum commouit, ac sic tumultuantes, Romanos in suam sententiam traxit, & adeo, ut eos impulerit, pro ecclesia & pontifice crucem & arma suscipere, ac uenientem, imperatorem ab urbe summouere. Federicus autem ira percitus, multos captiuos uariis cruciatibus interfecit, ac multas urbis ecclesias arripuit, & earum muros euertit, atque alia loca, ferro & flamma uastauit. Quamobrem Grego.de abrogando Federico concilium celebrauit, sed re ab ipso Federico cognita, uias omnes terra maríque præclusit, & quosdam cardinales ac prælatos, adiuuantibus Pisanis suis, in mari cœpit, & in carcerem coniecit, imò demersit, qua ex re tantum dolorem Grego. hic contraxit, ut non diu postea superuixerit. Hic itaque pontifex, Dominicum prædicatorum ducem, & Antonium ordinis minorum fratrem, atque Helysabeth Vngariæ regis filiam, & Franciscum seraphicum minorum patrem, ultimo sui pontificatus anno, in sanctos retulit confessores, Genuenses uero ac Venetos dissidentes, ad concordiam reuocauit, utque deinceps in bellis gerendis, utrisque impensæ communes essent, & signa uicissim utriusque ferrent. Qui tandem multis quassatus erumnis & laboribus.14. sui pontificatus anno moritur. 6426 1227

Prodigium.

Terræmotus maximi eo anno repente exorti, & adeo grandes, ut in montibus Salutis ad.5.hominum milia periisse dicantur, quo quidem anno Phrysia Germaniæ prouincia, ad Oceanum sita, à marinis fluctibus penè tota submersa fuit, ubi ad centum hominum milia demersa fuisse referatur. 6427 1228

Ludouicus

Beatus Ludouicus Francorum rex. Beatus Ludo. Francorũ rex.

6429 1230





Vdouicus prædicti Ludouici Francorum regis filius, hoc anno, decimoquarto agente anno, Francis regnare cœpit, & 41. ãnis regnauit. Hic sanctus homo fuit, qui suscepto regno cum Christianæ religionis ardentissimus æmulator existeret, nil cogitabat sapiebatúe, aut loquebatur, uel operabatur, quod nõ saperet uirtutem. Ideo ut Vincen. Gallus refert. 20. sui regni anno, copiosissimum congregauit exercitũ, & unà cum Roberto & Carolo fratribus suis, contra Saracenos nauigauit, & cũ in Syria peruenisset, statim Damniatam difficillimo prælio obtinuit, eáque capta, etiam cum eisdem Saracenis uariis præliis prospera gessit facinora. Tandem & ipse ab eis superatus & captus, Damniatam pro eius redẽptione reddi opus fuit. Cum autem liberatus fuisset, etiã sæpe & sæpius cum eis prospere dimicauit. Morbo tãdem in eius exercitu nimium incrudescẽte, ipse unà cum Ioanne filio, ac Martino patriarcha, ac etiã nonnullis sui regni proceribus interiit, qui dum infirmitate grauatus lecto decũberet, gratias deo referens, pro se, & pro suo exercitu orabat dicens: Fac nos deus quæsumus prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare, Indéq; esto (inquit) domine propitius plebi tuæ, & quam facis tibi esse deuotam, benigne resoue miseratus, auxilio postremo dum morti appropinquaret, suspiciens in cælum dixit: Introibo in domum tuam, & adorabo ad templum sanctum tuum, & cõfitebor nomini tuo. Quibus dictis, beatum cælo reddidit spiritum. Quem & postmodũ Bonifacius octauus, auditis eius frequẽtissimis miraculis, merito inter sanctos confessores retulit, cuius diei festum octauo cal. Septẽbris celebrari instituit. Eo namque mortuo, Carolus eius frater nihilominus cõtra Saracenos classem non modicã, cum subsidiariis legionibus in Aphricam perduxit, sed cum ui pestilentiæ, cœpta prosequi non possent, quibusdam conditionibus Saraceno impositis, re infecta domum rediit.

6433 1234 Frigoris tanta immanitas hoc anno in Cisalpina Gallia extitit, ut Venetiis, Cremonam usque, congelato pado, curribus per glaciem, uelut terrestri itinere, merces perducerẽtur. Vina in uasis constricta frigore, uix supposito igne liquescebãt. Mollendina impedita gelu cessabant, ex quo primum fame, de hinc pestilentia laboratum. Vites ac reliquæ arbores frigore adustæ sunt, & homines in lectis rigẽtes inuenti sunt mortui, Ad hæc mala, bellorum quoque motus, exorti sunt multi. Padi cõgelatio magna.

Turrianorum principatus hic incipit.

Ioannes Mediolanensium ciuis, ex uetusta nobilique Turrianorum familia natus, hoc anno tanquam primarius ea in urbe, cum per annos multos odia intestina inter ciues aluisset, ciuitatis suæ Mediolanensis imperio potitus est, & quindecim sub quadam tyrãnide regnauit. Qui, ut dominio longius potiretur, indies plerósque ex nobilioribus confictis criminibus accusabat, atque ita alios iugulabat, aliósq;, & præsertim uice comites, urbe pellebat. Verum cum Federicum in Parmensem urbem exercitum ducere suasisset, & eam biennio obsessam crudeliter lacerasset, tandem erũpentibus legato apostolico & Matthæo Mediolanensi, qui in ea præsidio erant cum reliquis Parmensibus, adeo stragem maximam ipsi Federico Cæsari & eius exercitui intulerũt, ut ipso Cæsare cum exercitu fugato, istum Ioannem captũ interfecerint. Quo mortuo, Federicum cum suis Germanis fugientem, usque ad Victoriam nouam ciuitatem, à se nuper conditã, Parmenses persequi non destiterunt. Ingressique nouam urbem, & crudelissima occisione de Germanis ædita, ea urbe cum ditissimis spoliis & quidem preciosissimis, ipse legatus & Matthæus potiti sunt. Vnde & in ipsa inter cætera spolia, coronam maximi precii, & alia uasa aurea penè innumerabilia, quæ imperatoria dignitas expostulabat, Parmenses abstulerunt. Federicus uero fugiens, in agrum Cremonensem se contulit, neque ausus est urbem introire, eo quòd ipsius urbis ciues pluri mos apud Victoriam nouam urbem interfecisset. Parmẽsium uictoria de imperato re.

Guelphorum & Gibellinorum ortus.

Guelphorum & Gibellinorum perniciosissima & diabolica nomina, ad totius Italiæ interitum, per hoc tempus, ex duobus Alemanis fratribus tumultuantibus adinuicem Ro. pontifice & imperatore Federico, ab ipso Cæsare perditissimo homine, Pisis hoc modo initium sumpsisse constat. Cum enim Federicus Cæsar Gregorium pontificem hostili animo insequeretur, & omnes Italiæ ciuitates propter hoc multo in tumultu existerent, easque turpi discordia diuisisse, scire uolens Cæsar qui secum, & qui cum pontifice sentirēt, non modo ciuitates, uerum etiam & castella ac familias, & ut dixerim, filios cum patre, necnon & fratrē cum fratre, tum primum in duas partes diuisit, & hæc quidem nomina apud Pistorienses primum audita sunt. Cumque alteri factioni quidam nomine Guelph, alteri Gibel Theutonici fratres fauerent, Guelph enim ecclesiæ fauebat, & Gibel imperio, ab ipsis duobus deinceps huius perniciei nomina indita sunt. Vnde Florentini pontifici fauentes, nobiles suos Gibellinis patribus fauentes, in exilium mittunt. Quo facto Pisani qui imperio fauebant, & ipsi e uestigio Guelphos urbe sua propellunt, quorum exemplo multæ ciuitates itidem fecere. Senenses autem Florentinorum odio, & Aretini Perusinorum similiter per fœdera se submiserunt. Pisani uero imperatoris præsentia & beniuolētia tumidi, cum didicissent ab imperatoris exercitu, Mediolanum & reliquas Cisalpinas ciuitates, præter Bononiam & Parmam captas & uastatas fuisse, & eorum multos nobiliores in Siciliam exilio actos, statim centum Triremium classem aduersus Genuenses armauere, quæ ab ipsis Genuensibus apud Corsicam fugata, in portum se recepit. Veneti quī classem in exilium Genuensium parauerant, Polámq; ditionis Pisanorum muris in aliqua parte aperuerant. Cum autem apud Dirachium uictoriam Genuensium intellexissent, reuersi, Polam ipsam urbem igni ferróque uastant, quanta namque mala & damna ac cædes hæc pessima nomina toti Italiæ intulerāt, ruinæ ciuitatum, castrorúmq;, necnon & familiarum multarū consumptio undiq; indicāt, & utinam saltem nostris tēporibus extincta fuissent. De huiusmodi peste Baldus iurisconsultus & alii plures tractatus multos fecerunt.

Gibel & guelph fratres theutonici.

Balduinus huius nominis secūdus.5.ex Gallis Cōstantinopolitanus imperator, hoc anno mortuis prius Petro Altisiodorēse, Theodoróq; ac Ioāne imperatoribus, & ipse Græ- 6439 1241
canum imperium suscipiēs, imperauit annis.20. Hic cum Biomio imperiū tenuisset, egréq; se ab hostibus tueretur, ærarii inopia compulsus, Venetis propriū filium ob æs mutuo acceptū, pignore dedit, paterniq; lanceæ spongiámq; Christi eadē sub cōditione tradidit, quas postea Ludouicus Francorū rex, cum ipse Balduinū redimere non posset, ab ipsis Venetis (Balduino permittēte) redemit, & in Franciā perduxit. Verū etiam & hic Balduinus ex sacris ædibus Cōstantinopolitanis plūbum eisdem uendidit. Defuncto autē Gregorio ponti. maximo, cum nulla ei esset spes recuperādæ Hierosolymæ urbis, cum Tholesano comite in Italiam ad Federicū imperatorem, qui tum Parmā urbem obsidebat uenit, & tantū precibus ualuit, quòd imperator cardinales captos dimiserit. Deinde cum nil præficeret, Cōstantinopolim rediit, & tandem à Paleologo Græco regiæ prosapia nato pulsus fuit. Ac sic in isto Latinorum imperii apud Græcos finis fuit, quod per annos.58. continue possederunt.

Galli imperiū græcorum perdūt

Viri disciplinis excellentes.

Accursius iuris consul.

Accursius natione Florentinus consultissimus uir, superioris domini Azonis doctoris auditor, hac tempestate, ut ipsemet in autentica contestatur floruit. Qui cum bonarum artium studiis ornatus esset, ac etiam sapientia reipub. gubernandæ plurimum insignitus haberetur, scripsit præclara uolumina, primusq; ius ciuile totū glosauit. Et primo in Digest. ueteri, li.23. in Digest. nouo, li.12. in Infortiato, li.14. Super. C. li.12. Super Instituta, li.4. Alia insuper non pauca ædidit, quæ legum studiosis nota sunt.

Odofredus iuris cōsul.

Odofredus patria Beneuentanus & Azonis Bononiensis auditor & discipulus, ac Iacobi Balduini postmodū præceptor, in utroq; iure apprimè eruditissimus, hoc tempore cum esset ingenio subtilis, & clarus eloquio, & multos haberet insignes discipulos, multa etiam ad eorum & successorū instructionem scripsit librorū uolumina. Et primo de libellorum formatione, li.1. qui incipit: Postquam opus notariæ. Item de ordine iudiciorum, li.1. incipit: Quemadmodum Christi fauente. De arte notariatus, li.1. Et alia quædam.

Ioannes de Blanosco, natione Burgundus, doctor in utroque iure famosissimus ac philosophus peracutus, hac ætate clarus existens, & ipse scripsit aperto sermone professoribus huiusce facultatis præclara opuscula. E quibus extat uolumen magnæ utilitatis, quod prænotauit: De actionibus aduocatorum, lib. 1. incipit: Ego Ioannes de Blano. Item uarias quæstiones. Ioã. de Blanosco iuris con.

Ioannes de Deo, iuris utriusque professor, ac eximius enucleator, & philosophus eruditissimus, hac ætate in precio existens, scripsit in utroque iure multa & uaria memorabilia, quibus nomen suum æternitati commendauit. Et inter cætera ædidit summam cauillationum, li. 7. incipit: Ad honorem summæ trinitatis. Item aliam prænotatam iudicum, lib. 4. & tabulam Decreti, li. 2. Et tabulam Decretalium, li. 1. Concordantiam Decreti, & Decretalium, li. 1. Et uarias quæstiones. Ioã. de deo, iuris con

6440 1241 Celestinus papa huius nominis. 4. patria Mediolanẽsis, gente nobili Castelliona natus, Gregorio ponti. hoc anno suffectus, sedit tantummodo diebus. 18. Et post uacauit sedes mẽses. 21. cum per capturam cardinalium electio dilata fuisset. Hic itaque uir uita & scientia ac prudentia admodum insignis fuit. Cuius sentẽtia hæc fuit præcipua: Difficilius (inquit) in secundis rebus, quàm in aduersis esse moderatum. Hic tantum eloquentia ualuit, ut Federicum dimissa ecclesia cõtra Mauros trãsferre cõpulerit, quamuis in sentẽtia non mãserit, quia statim in Italiã non sine magno dedecore rediit. Dũ enim Federicus cõtra Mauros accessisset, Celestinus hic uita decessit, & sic illa incepta dimisit. Celestinus pa. pa. 189.

6441 1242 Tartari qui & Sarmatæ populi, de quibus in principio huius libri locuti sumus, hoc anno ex profundo paludis Meotidos, cum ingenti multitudine fines suos, egresso agmine bipartito, Europam primo, deinde Asiam peruadentes, omnia cædibus & rapinis repleuerunt: sed qui Asiam petiere Georgiani, superiorem Armeniam peruagati Iconium usque Turcorum regiam peruenere. Alia uero manus Barone duce Poloniã & Hungariam depopulati, in Germanos defluxere, & multis cladibus eas prouincias affecere. Hos dixit Plinius in. 6. naturalis historiæ fuisse Medorum sobolem, & hi populi, ut idem Plinius. 4. lib. ait, ex profundo Meotidis paludis incipientes, regionem uersus Boream itinere dierũ. 15. incolebant, exilem tamen ac tenuem, sed felicibus ac infelicibus arboribus refertissimam Florius tamẽ in. 3. lib. suo dicit, nihil præter niues & raras syluas eos habere, quibus est tanta barbaries, quod pacem, aut aliud bonum non intelligant.

6443 1244 Innocentius papa eius nominis. 4. Synibaldus antea uocatus, gente Flischa natus comitum Lauoniæ, patria Genuensis, tandem cardinalibus à Federico detentis, in libertatem redactis. Anagniæ ponti. creatus, sedit annis. 11. mensib. 6. & die. 6. Vir quidem doctissimus, & animi uirtute præstantissimus. Cuius electionem eam ob causam Federico ingratam fuisse tradunt quamuis amicissimus ante electionem fuisset, congratulabundus respondit: Bonũ est cardinalem amicum in acerrimum hostem Ro. ponti. permutasse. Hic itaque pontificatu inito, Balduino Græcorum imperatore interueniente, de ineunda pace cum eodem Federico mentionem fecit, sed cum dicisset sibi ab eodem Federico insidias paratas esse, subito Genuam cum duabus Triremibus, &. 20. à suis conciuibus missis profectus est, ubi magno omnium applausu susceptus, inde in Franciam nauigauit, exceptúsque summa omniũ cum ueneratione Lugdunum petiit, ibique concilium celebrauit, anno. 1249. in quo omnium consensu Federicum imperio & regio titulo priuauit. Propter quod Federicus ira parcitus, ædes uilláſq; cognatorũ Innocẽtii papæ dirripuit & euertit, inde maiori rabie succẽsus ad arma cõuersus, Picenũ Vmbriámq;, ac cæteras prouincias ecclesiæ subditas à põtifi. discedere fecit, ac Bononiã studio priuauit, quod Paduæ trãstulit. Cũq; tandẽ Federicus uita functus esset, & ob eius mortẽ bella in Italia plurimũ extincta fuissent, Hedimundũ Cantuarien. episcopũ, & Petrũ patria Veronẽsem, ordinis prædicatorũ nuper ab hæreticis interfectũ, ibidem in sanctorũ numero redegit, idem fecit de sancto Straslao Traconẽsi episcopo, ab iniquo principe perẽpto, qui in uita & in morte miraculis multis claruit. Huius itẽ Decretũ fuit, ut octaua natiuitatis uirginis Mariæ singulis annis perpetuo celebraretur, Cardinaliũ sedes, iam pridem uacuas, uiris optimis repleuit, quibus & mãdauit, cum in publicum equitarent, rubro galero Innocen. papa. 190.

uteretur, quod nunc usque magna cum gloria seruatũ est, denique cum Romam uenisset, inde à proceribus regni Siciliæ uocatus Neapolim petiit, ubi benignissime exceptus aliquandiu ibidem moratus est, & dum speraret toto regno breui potiturus, illic obiit, atque ibidem in basilica beati Laurentii sepultus est. Hic itaque doctissimus uir inter cætera doctrinæ suæ monumenta, apparatum super Decretalibus ædidit celeberrimum. Alium apparatum composuit, quem Auctenticas uocauit. Insuper & iurisdictione imperii, & authoritate pontificis Romani, contra Petrum Vineam scripsit, quem librum Apologeticum nominauit. Sororibus quoque sanctæ Claræ regulam composuit pulchram, quam eiusdẽ ordinis Vltramontanæ sorores communiter seruant, ordinem autem nostrum eremitarũ diui Augustini & reliquos mendicantium ordines, plurimum dilexit, & eos quidem apostolicis fauoribus & priuilegiis, ac multis beneficiis quoad uixit prosequi non destitit, ut ex eorum indultis optime patet.

Libri papæ dediti.

Imperatoris Abrogatio.

Federicus Cæsar, hoc anno apud Lugdunum Galliæ, synodo à pontifice Innocen. ibidem habita, propter contumaciam suam & pontificum persecutionem, omnium consensu imperio & regnis Siciliæ & Apuliæ priuatur. Post cuius depositionem, uacauit imperium annis.18. Alamani enim principes Federico deposito Altigranum Ticangæ principem, mox Ro. Germanorúmque regem designarunt, quem Conradus adolescena Alamaniæ rex, à Federico genitore pridem institutus regni possessionẽ armis prohibebat, quem tamen multi cruce signati iuuare curabant, cui breui mortuo Gulielmus suffectus est, uidelicet, Holandiæ comea, sed & hic dum cõtra Frisones impudentius pugnaret, occisus est. Quamobrem decem & octo annis uacauit imperium. 6445 1246

Marinus Maurocenus.6. & quadragesimus Venetiarũ dux, Iacobo Teupulo duci hoc anno suffectus, ducauit annis.3. & men.7. Vir certe gloria, & diuitiis, ac omni generositate splendidus atque ornatus, necnon & iusticiæ amator & cultor, ac uirorum doctorum æmulator, qui & cum doctissimus & eloquentissimus habitus esset, doctrinam cum prudentia & religione coniũgere uolebat, cuius quidem acta & animi magnitudo in omnibus præ se tulit. Adeo enim integer erat, ut semper in parciẽdis reipu. dignitatibua & honoribus, qnantum licuit, omnibus communis esse uoluit. Eius autem rogatu Innocen. primicerio sancti Marci concessit pontificalibus uti posse insignibus, propter cuius excellentiam primus ducum post mortem cum ducalibua insignibus in porticu sancti Marci sepeliri meruit. 6446 1247

Vide dignitatẽ primicerii sancti Marci.

Raynerius Zanus, septimus & .40. Venetiarum dux, Marino duci hoc anno surrogatus, ducauit annis.16. Hic primus ducali byreto & frixium aureum honestãdi magistratus causa addidit, urbémque Venetam plurimis ædificiis aliisque ornamentia exornauit, & inter cætera pontem Riuoalto extruxit, & plateam optimè strauit. Eo nanque regnãte, cruentissima bella inter suos Venetos & Genuenses oriri cœpta sunt, pro quibus Pisania iuncti, armata classe Venetias usque properarunt, Venetorum naues atque littora deprædantes, urbem etiam arctissima obsidione cinxerunt. Quamobrem Raynerius necessitate compulsus, cum quanta potuit manu urbe exiit, & Genuenses duce Henrico de Malea, in nauali prælio adoriri uoluit, à quibus tandem superatus & captus, paucissimi ex suis saluati sunt. Raynerius autem sic captiuus Genuam perductus, in carcerem cõiectus est, ea enim clade Venetorum respu. admodum labefactari cœpta est, quia Genuenses prædicto Henrico duce, statim Cretam insulam inuaserunt, & eam Venetis abstulerunt, indéque Græci Euboiam, idest, Nicropontum, & Constantinopolim, ac alia quæque quæ in Græcia ipsi Veneti possidebant similiter sustulerunt. Raynerius uero tandem à suo senatu multa pecunia redemptus, cum Venetias rediisset, paulòpost emoritur, & apud prædicatores sepulchro marmoreo sepelitur.

Petrus martyr patria Veronensis, egregius ordinia prædicatorum declamator, & catholicæ fidei acerrimus defensor, hoc anno pridie calẽ. Maii, ob ipsius catholicæ fidei defensionem, dum à lacu Lario siue Cumano cum solo socio Mediolanum rediret, apud Barlasinam oppidum, ab Arrianis hæreticis interceptus, martyrii coronam adeptus est. Ob 6451 1252

cuius sanctitatem & frequentia miracula Innocen. ponti. ipsum sequenti anno in sanctorum martyrum numero aggregauit.

Viri disciplinis excellentes.

Bernardus præsbyter Compostellanus, iuris utriusque eruditissimus, Innocētii papæ familiaris & capellanus, hoc ipso tempore, ipsius Innocētii papæ æmulatione excitatus, conscripsit in iure Cano. quædam laude dignissima, quæ in magna habentur authoritate, de quibus habetur in iure Canoni. Apparatum insignem. Item super. 5. libris Decretalium, li. 5. incipit: In huius libri principio. Casus Decretalium libros quinque. Cōpostellanus doctor.

Henricus archiepiscopus Ebredinensis atque cardinalis Hostiensis præstantissimus in utroque iure uir, per hoc tempus & doctrina celebri, ac ingenio propè diuino apud Alexandrum. 4. magno habitus est precio, ubi ipse & ingenii sui, præclara ædidit opuscula, scilicet, Super titulis Decretalium, libros. 5. incipit: Alpha & o, unum in essentia. Summam quoque copiosam. Hostiēsis.

Guido Bonatus astrologus celeberrimus, per hoc idem tempus in syderalibus disciplinis, uniuerso Occidēti notissimus atque inclytus certe est habitus, cui adeo ea in facultate aperta fuerunt omnia, ut nil apud eum illi incognitum fuit. Guido Bonatus.

Vincentius Gallus, natione Burgundus, Beluacensis apud Gallos dictus, ordinis prædicatorc historiśus atque theologus clarissimus, per hoc ipsum tempus claruit, & tantum literarum studiis adhibuit, ut nullis unquam laboribus uel uigiliis, uel occupationibus, ab earum cultura potuerit euocari, quin semper aut legeret, aut doceret, aut scriberet. Tantus itaq; fuit, ut post se parem mūdus habere non potuerit. Nam rege Frācorum petēte, & sumptus præbēte, innumerabiles historias, tam morales quàm historicas, multis sub uoluminibus compræhendit. Et primo scripsit speculum historiale, in libris. 32. Item speculum naturale, in li. 33. & speculum naturale, in li 3. Speculū doctrinale, in li. 13. Item de gratia dei, li. 4, De laudibus beatæ uirginis Mariæ, li. 1. De laudibus sancti Ioannis euāgelistæ, li. 1. De institutione puerorum, li. 1. Consolationem super mortuo, lib. 1. Item epistolarum ad diuersos li. 1. Et alia nonnulla. Vincentius Beluacēsis

Alexander de Ales, natione Anglicus, ordinis minorum theologus confirmatissimus hac ætate claruit, & in gymnasio Parisiēsi in sacra theologia præcipuus magister existēs, ut sacræ philosophiæ uerus efficeretur discipulus, ordinē minorum intrauit, quem & sua doctrina & sanctitate mirificè illustrauit, scripsitque hic tantus uir, iubente Innocen. ponti. prædicto, insigne opus quatuor uoluminibus partitum, multa utiliter cōplectens, quod prænotauit: Sūmam quatuor libris distinctam. Item declarationem regulæ minorum, li. 1. Postulauitque ut plærique asseuerant tam nouum quàm uetus testamentum, atq; de concordia iuris diuini & humani multa utiliter disseruit. Et alia quædam. Alexā. de Ales ordinis mino.

Gualterus episcopus Pictauiensis ordinis minorum, uir in diuinis scripturis eruditus & seculari philosophia nobiliter doctus, ingenio eminentissimo, ac declamator excellentissimus, per hoc tempus in precio existens, scripsit quædam non contemnenda opuscula. De quibus feruntur subiecta. Et primo ad instantiam papæ Alexādri. 4. per anni circulū perutiles conscripsit sermones, in libris duobus. Item super sententias lib. 4. Item quodlibeta multa, in lib. 1. incipit: Quæritur quomodo uirtus. Et quædam alia. Gualterus episco. Pictauiē.

Alexander de uilla dei, ordinis minorum, patria Dolensis, sacrarum literarum professor, per id tēpus in philosophia atque astronomia clarus existēs, scripsit tam metro quàm prosa optima opuscula, è quibus sunt in primis doctrinale puerorum, li. 3. incipit. Scribere clericulis paro. Item de computo ecclesiastico, li. 1. De spera, lib. 1. De arte numerandi, li. 1. Aliósque uarios tractatus, sermonésque & epistolas doctas eum scripsisse ferunt. Alexā. de Villa dei.

Manfredus, Federici eius nominis secundi Cæsaris ex concubina filius octauus, Neapolitanorum rex, mortuo Conrado fratre, prædictum regnum Siciliæ citra Pharum obtinet, & regnauit annis. 13. Hic excommunicatus ab Alexandro ponti. copias ecclesiæ contra eum missas, partim occidit, & partim cœpit, prætendens se fratris legitimi hæredem, & aucto exercitu iterum Alexandrum cum ingnominia repulit, partem Guelpham Florentinorum (quia ecclesiæ fauebat) magno bello uexauit, & attriuit, & Gibellinos Florētiam introduxit,

introduxit. Vrbanus.4.impatiens tantæ tyrannidis, habito concilio, declarauit regem Siciliæ, citra & ultra fatum, Carolum fratrem sancti Ludouici regis Francorum, qui ueniens in Italiam cum grandi exercitu apud Beneuentum cum ipso Manfredo prælio commisso, ipsum superauit, & tandem occidit, ac sic regnum Siciliæ à Germanis ablatum, in Gallis transfertur. Ab isto autem Manfredo rege, ut ipse crediderim, Manfredorum præstantissima familia, nuper ab Alexandro papa extincta, descendit. Quæ annis multis in Romādiola regnauit.

Mãfredorũ familia restituitur.

Grossoni siue Gorsoni populi, Arabica gens, hoc anno Soldano Babyloniæ impellente, diuersis acti in locis, tandem Hierosolymam ueniunt, & in Tēplarios hospitalistásque congressi, multã stragem ab eis acceperunt, & male mulctati, ab eisdẽ repressi sunt. Verũ cum ipse Hierosolyma muris careret, denuo, ex insperato redeuntes, occupata urbe, multam de Christianis occisionem fecerunt. Ad sepulchrum quoque domini accedentes, illud quouis turpitudinis genere fœdarunt. Est autem Arabia prouincia, unde istud fœdissimum hominum genus processit, inter Iudæam & Aegyptum constituta, quæ & cynamomũ & thus, ac alia odorifera affatim producit, sed ut Ptholomæus lib.5. refert diuiditur in tres partes, uidelicet felicem Arabiam, petreámque, ac desertã, in qua sunt montes Synai & Oreb, & ibidem nascitur auis phœnix, aquilæ magnitudine.

Arabia triplex, Phœnix auis

Alexã. papa 191.



Lexander papa eius nominis.4. natione Campanus, patria Anagninus, Innocen.ponti. hoc anno surrogatus, sedit an.6. mẽ.6. magni certe animi, magnique consilii uir, qui Manfredum Siciliæ regem, & Ezelinum & de Runcano atq; alios tyrannos nonnullos, persequi ubique non extimuit, sed inter Genuenses & Venetos lites componere non destitit. Hic beatam Claram de Asisio, beati Francisci discipulam, in sanctas retulit. Et libellos quosdam contra mendicantium paupertatam aditos aboleuit, insuper & pauperibus quibusdam, & præsertim religiosis, de Christiana religione benemeritis, beneficus admodũ & liberalis fuit, & propterea & uisione qua beatum Augustinum uidit, unionem fratrum eremitarum diui ipsius patris Augu. à prædecessore suo incohatam, ipse ardenter perfecit, ordinémque ipsum relicto eremo, urbes petere & incolere ubique coëgit, ut & ipsi doctrinæ uerbo pariter & exemplo, necnon & confessionis audiendo auctus, sicut & cæteri salutis fructum afferre posset. In eodẽ quippe statu ordinem ipsum confirmauit, quibus etiam unà cum ordinibus prædicatorum & minorum, multa priuilegia exemptionésque ac indulgentias contulit, quas certe mira beniuolentia summáque deuotione semper prosequi non destitit, & earundem religionem uiris doctis admodũ fauit, & ad cardinalatus episcopatúsque dignitates multas prouexit, sicut in Annalibus nostris reperitur. Hic itaque cum tandem Viterbium concessisset, pacem inter Genuenses Venetósque compositurus, cum ea in re diu uexaretur, tedio animi, ut fertur mortuus est, & ibidem in ecclesia sancti Laurentii honorificentissime sepelitur. Quo mortuo, sedes uacauit men.4. & die.3. Hic cum doctus egregie esset, nonnullas Decretales epistolas composuit, atque alia aliqua perpulchra quæ ingenium eius ostendunt compilauit. 6454 1255

Eremitæ beati Augusti.

Imperii electores. Imperii electores hoc anno de imperatore diligendo contendentes bifarie diuidũtur, in qua quidem diuisione duos imperatores, scilicet Ioannem Castellæ regem, & Rodulphum Cornubiæ Comarchum Anglorum regis fratrem elegerũt, sed neuter confirmatus Interregnum adhuc in aliquot annos prorogatur. 6455 1256

Genuensium & Venetorum discordiæ principium.

Discordiæ & lites permaximè inter Genuenses & Venetos, ex quodam Asiæ monasterio hoc anno initium sumpsere, quæ adeo pestifera contagione conualuere, ut res ipsa ciuitatibus ipsis plurimum fuerit perniciosa, indeque & uniuersæ Christianæ religioni in laqueum magnum malúmque diabolum prouenerit, nam cum Genuenses & Veneti atque Pisani per annos.4. & sexaginta, Ptolomaydem & Tyrum urbes ditissimas possedissent, ibique omnes Orientis & Occidentis contractarent mercaturas, hi tres populi communi decreto inter se in Ptolomayda areas, uicos, prætoria, & cætera quæque templis exceptis, diuiserunt, ne quicquam iurgii inter eos oriri posset. Hoc uero anno ex modica re, maxima inter eos orta est contẽtio, & hoc propter monasteriũ quoddam sancti Sabbæ abbatis, 6457 1258

quod utraq;

quod uttaque pars sibi uendicare nolebat,seu querebat,ac Genuenses quidem beniuolentia urbis præfecti freti,quodam die exclusis Venetis, monasteriū illud capientes,in arcémque munientes sibi retinuerunt. Quæ res duos populos præpotentes à beniuolentia pristina alienauit. Erat tunc quidam Philippus Gallus ea in urbe præfectus,qui nec eos componere curauit, sed Venetos populariter Ptolomayda abire præcepit. Veneti autem Tyrum se conferentes, Pisanos ad se tractos spreto fœdere, contra Genuenses irritarunt, & cum Manfredo Siciliæ rege aduersus Genuenses fœdus inierunt. Quibus præsidiis freti Veneti,contra Genuēses arma sumpserunt,& maximam eorum classem in Ptolomayde portu incenderunt,atque etiam eodem impetu monasterium incenderunt & euerterunt. Qui calamitate Genuenses irritati, magisquam perterriti, comparata denuo classe, apud Tyrum Venetis occurrunt,ubi auctis utrinque copiis, Tyrus communis belli sedes deiecta fuit. Veneti autem iunctis sibi Pisanis,eò locis Genuenses ingenti clade superarunt, & captis eorum quinque & uiginti nauibus atque submersis, Tyrum & Ptolomaydam redeuntes,omnia Genuensium ædificia diruunt, indéque Genuensium ciuibus eiectis,eorum bona diripiunt. Quam sanè cladem,quàm moleste Alexan. summus ponti. quamque moleste ipsi Genuenses pertulerint, exitus acta probant. Statim enim Genuenses cum Paleologo Græco,fœdere inito,Constantinopolim & Cretam,& alia quæque Græciæ loca, Venetis abstulere, atque alia propemodum infinita mala eisdem intulere. Adeo ut etiam portum Venetorum occupantes,eorum ducem Raynerium cum innumerabilibus Venetis,captiuarint,& Genuam captiuos perduxerint. De quibus passim infra dicetur.

Paleologorum in Græcia imperii principium.

6459 1260 Michaël Paleologus Græcus,Theodori Vatari Græcorum,ut tunc imperatores appellabant,affinitate coniunctos,hoc anno pulsis è Græcia Gallis ac Venetis,duobúsq; Theodori Vatari filiis paruulis interfectis, quos Theodorus idem ex testamento commendatos eidem reliquerat,imperium usurpans,imperauit annis.45. Hic itaque Paleologus ingentis spiritus uir,Theodoro Vataro mortuo apud Andrinopolim duobus superstitibus filiis pue rulis relictis,imperium & regnum tutorio nomine gubernandum suscepit : quo suscepto multa eo in magistratu in Latinos mox aggressus est. Et primo omniū in Gulielmo Francigena, Achianum,& proximas Græciæ regiones obtinenti,prælio congressus,eum superauit , & captiuum Andrinopolim perduxit, & uersam in pontum regionem ut reciperet, exercitum etiam misit. Balduinus uero Constantinopolitanus imperator,de quo supra diximus, copias quas habuit nauibus imponens, statim ad eius ore Pontice defensionem misit,interim Græci qui erant in Bizancio odientes Latinos, ut eorum mos semper fuit, eos inde eiicere constituere,& coniuratione facta atque inita,Paleologum admouere,ut ciuitatem recipere se præpararet. Et ita nocte urbis porta à coniuratis refracta,concubia Paleologum admiserunt, quamobrem Balduinus & Pantheleon Iustinianus Venetus patriarcha,repente sua supellectili rapta,cum suis omnibus ad Euripum confugierūt. Paleologus igitur urbe potitus,ad imperiū aspirans,suæ impietatis suiq; sceleris fundamenta iacere curauit,quia pueros Theodori fidei suæ commissos interfecit,& ita pueris interfectis imperium sibi desumpsit. Atq; in hoc imperiū Latinorū apud Græcos finem habuit, quod per annos.58.apud Gallos durauit. Veneti nihilominus Paleologū bello agitare perseuerabāt, qui certe ui & armis eius tyrannidem deturbassent,nisi illum Genuenses summis conatibus adiuuissent. Exinde Græci Paleologi.194.annis imperauerunt,usque ad annum salutis nostræ.1454. Quo quidē anno ipsa huius consceleſtissimi & perfidi hominis cognatio,tantum imperium,tantamq; dignitatem immeritam,suis exigentibus demeritis,in Turcorum naui bus prolabi permiserunt,quia Maumetus Othomanus Turcorum princeps,ab imperatore nomine Constantino urbe sublata, eum cum uniuersis eius satrapis captum & decapitatum,omnia in pace possedit. Michaël itaq; Paleologus, capta urbe,beneficii Genuensium non immemor,qui uidelicet ea in re auxilio fuerunt non modico, Thesaurū permaximum eis protulit,atque Peram urbem propinquam concessit.

6459 1260 Martinus Turrianus,natione Mediolanensis,frater illius Ioānis quem in Parmensi bello interfectum fuisse diximus,hoc ipso anno apud Mediola.seditione facta uicecomitibus & Vauassoribus

& Vauassoribus inde pulsis, urbis se tyrannum effecit, & duobus tantummodo annis regnauit. Hic tyrannide inita, cum intellexisset Ezelinum de Rumano pollicitationibus capitaneorum & Vauassorum occupare uelle, & cum quinque millibus equitum ea de causa ad Cassiani pontem peruenisse, ipse congregato exercitu sua statim uia indirecta Soncinum perrexit, ibique ab Azone Estense & Bosso Donatense, ac Vbertino Palauicino auxilio postulatis, ipsum Ezelinum inter Cassianum & Vicummercatum interclusit: & ibidem congressu facto, demum ipsum Ezelinũ uulneratum iam octuogenarium sauciatum, cum omni suo exercitu & Soncinũ usque perduxit, ubi paulòpost ipse Martinus cum reliquis ciuitatibus, ab ipso Ezelino oppressis, libertatem consecutus est. Cuius autem mortis genere iste Martinus defecerit, ignoratur.

Viri disciplinis excellentes.

Odofredus iuris cõsul.

Odofredus alter à superiore celeberrimus legum interpres & doctor, his temporibus floruit, & multo in precio existens ea in facultate atque disciplina nonnulla composuit monumenta, & quammaxime super Codice, Digestóque toto, lecturas accuratissimas. Atque alia quædam.

Vbertinus Palauicinus comes, uir utique domi forisque nobilissimus, patria Parmensis, hoc anno superstite adhuc Ezelino, de Rumano tyranno eius in omnibus bellis socio, Cremonæ & Placentiæ auxilio, Gibellinorum dominium obtinet, quibus obtentis & præsidio firmatis, magno suæ factionis exercitu congregato, unà cum ipso Ezelino in legatum apostolicum mouens, apud Gambaram Brixiani agri oppidum, maximam de Guelphis ædidit occidionem, inter quos ipsum legatum & urbis episcopũ captos, secum abduxit, sed postmodum interueniente Bosso Donario Cremonẽsi ciue, legatus cum episcopo liber factus, cum ipso Vbertino fœdus iniit, & accitis secum Turrianis Mediolanensibus, & Henrico Binola, ciue Bergomensi, Mantuæ præfecto, Vbertinum istum ab Ezelino tyranno se iungere tentauit, quod & fecit. Verum tamen Vbertinus hic admodũ prudens & bonus existens, licet Gibellinam factionem ubiq; extolleret, contrariámque aliquando deprimeret, tandem approbante utraque parte, propter suam iustitiam Brixiana urbe potiri meruit, proposuerat quoq; & Murinam & Regium, & Bergomum suo adiicere imperio, & quidem fecisset, nisi Ferrariensium & Bononiensium Guelphorum cõsilium obstitisset. Fuerat enim hic Vbertinus magni animi & consilii uir, cuius facinora præclara strenue gesta multis in locis scripta leguntur. Eamq; obrem, cum omnes ferme Cisalpinæ ciuitates suam pellexisset in sententiam, Carolo Franco in Siciliam proficiscenti cum manu ualida restitit. Regnauitq; hic Vbertinus his in urbibus annis ferme. 6. 6460 1261

Chium Aegei maris insula hoc anno ruente quasi Paleologorum Græcorum imperio, in Genuensium manus hoc modo peruenit. Veneti enim prædictum Michaëlem Paleologum impera. impugnantes & ingenticum potentia comprimentes, cum iam deiicere cœpissent, ad Genuenses Venetis inimicos cõfugit Paleol. qui in auxilium eius illico uenientes, facillimè Venetos repræsserunt, quamobrem obsidione soluta, Paleologus ipse pro beneficio hanc insulam eis concessit, quam quidem insulam, nuuc usque ipsi Genuenses non sine magno discrimine contra Turcorum potentiam defensarunt, licet à quibusdam annis Maumero Turcorũ principi ipsam tributariam effecerint. Olim enim hæc insula magnam classem habuit, & imperii maris per dies multos sibi dignitatem uendicauit. Indéque illius casus semper uarii fuere, usque hoc tempus: in hac quippe insula mastix nascitur, quæ quidem res Genuensibus, cum alibi non nascatur, magnum affert emolumentum, in ea est Aruisii promontorium, à quo teste Pli. lib. 14. natu. histo. optima deducebantur uina, quæ Aruisia dicebantur, de quo Vergi. in Daphni. Vina nouum fundã chalatis Aruisia nectar.

Vrbanus papa. 180.



Rbanus papa eius nominis. 4. natione Gallus, ex Terracensi urbe natus, Alexan. ponti. suffectus, sedit annis. 3. men. 1. & die. 4. Hic & si humili loco natus, præstanti tamen & eleganti lingua fuit, qui aliquando lacessitus quòd uili patre ortus esset. Respondit, nobilem uirum non nasci, sed fieri uirtutis est, atque nobilitatis. Hic autẽ ponti. susceptus ẽ Galliis statim milites conuocauit, quos Manfredo ecclesiæ ditionem uexanti obiiceret, cuius postea institutum fuit, solennitatem corporis Christi 6461 1262

poris Christi, cum processionibus & octauis, à cunctis fidelibus celebrari, pro quibus & maximas concessit indulgentias. Eiúsque officium ex ueteris testamenti figuras, per diuum Thomam Aquinatem censuit esse fictum. Multas enim hic ponti. animi molestias ob principum tyrannides & partialitatum factiones pertulit, quarũ tedio Perusii uitam cum mœrore exhalauit. Cuius quidem corpus ibidem in diui Laurentii fano sepultum fuit. Ob cuius mortem cessauit episcopatus men. 5. Hic ordines mendicantium fauoribus & priuilegiis multum iuuit.

Philippus Martini Turriani filius, hoc anno patre defuncto, in tyrannidem Mediolanensium eidem succedens, regnauit annis. 3. Vir quidem animo liberali & subrustico, qui magistratu sumpto, statim in Cremonenses exercitum duxit, Comóque eorum oppido capto, diripiendum suis militibus concessit. Indéque pace, interueniente Vrbano ponti. cum Cremonensibus facta, Bergomum statim in suam redegit potestatem, atque Nouariam urbem, expulsa Torneliorum familia, suo iuri conquisiuit. Tandem moriens, filium nomine Neapoleonem, successorem reliquit, qui & ipse tandem regnum perdidit.

Cometes hoc anno insigni magnitudine supra. 3. men. apparuit, quæ prius apparẽte Vrbanus pōti. infirmari cœpit, sed eadẽ ipsa nocte, qua Vrbanus obiit, & ipse extinctus est. Prodigium.

6464 1265  Lemens papa eius nominis. 4. natione Narbonensis, Guido Fulcodii antea uocatus, Vrbano surrogatus, sedit annis. 3. men. 9. & die. 21. Hic primo iurisconexistens, totius Galliæ sine contẽtione primatum tenuit, uxorémque habuit, à qua etiam liberos suscepit, qua defuncta primo Podiẽsis, deinde Narbonen. episcopus promotus, postmodum cardinalis factus, denique & propter doctrinam & sanctitatem Perusii absens, ponti. delectus fuit, qui cum prophetiæ spiritu plenus esset, multa prædixit antequam fierent. Cuius opera & industria pax inter Henricum Angliæ regem, & Symonem Montisfortis comitem, ac inter Florentinos & Senenses, cæterósque Italiæ populos cõfecta est, quos etiam quoad uixit, sua authoritate in proposito continuit, atque Ednigem Poloniæ ducissam uiduam, miraculis claram, in sanctas retulit. Reliquũ uero uitæ suæ tempus in ieiuniis, uigiliis, & orationibus, aliisque operibus bonis sanctissimé contriuit, quibus præsidiis adiutus, pontificatum optime administrauit. Moriens denique, magno de se apud omnes relicto desiderio, Viterbii sepelitur. Quo mortuo, cum dignum cardinales eidem non inuenirent successorem, maxima inter eos suborta est contentio, propter quod uacauit sedes annis duobus. Clemẽs papa 191.

Bondegar Aegypti Soldanus hoc anno Aegyptiorum regnum suscipiens, regnauit annis. 12. qui regno suscepto, statim Christianos Syriam inhabitantes debellauit: indéque hostili animo in Armeniam profectus, etiam ibidem Christianos persequi non destitit, postmodum Antiochiam habitatoribus uacuam inueniens, uniuersam ferme deleuit. Septem autem postea annis decursis, iterato ipsam Antiochiã inuasit, & cruentissima strage ipsam affecit. Vnde & uniuersum exercitum præda onustum, cum. 20. captiuorum milibus in Aegyptum rediit. Denique contra Assyrios pugnaturus uadens, ab eisdem superatus grauissimé uulneratur, & Damascum relatus, ibidem mœstam effudit animam. Soldanus Aegyptiorũ rex.

6466 1267 Carolus sancti Ludouici Francorum regis frater, hoc anno Manfredo rege Siciliæ interfecto, à Clemente papa Neapolis, & Siciliæ. 9. rex declaratus, regnauit annis. 17. Hic igitur prouinciæ & Andegauiæ comes existens, à Clemente ponti. contra Manfredum uocatus, statim Alpibus cum exercitu superatis, in Cisalpina descendit, ubi Palauicino superato Capreolo, ac Monteclara primariis agri Brixiensis oppidis dirutis, per Flãmineam cum innumerabilibus factionis Guelphæ militibus trãsiens, Romam peruenit. Indéque Beneuentum profectus, cum Manfredo congreditur. Eoq; cum uniuerso eius exercitu superato & capto atque interfecto, Beneuentum statim, dedentibus ciuibus, cœpit, atque ita paulò post Siciliæ, & Apuliæ regna, in suam potestatem redegit. Compositísque in Apulia, & Sicilia rebus, e uestigio Viterbum cum uniuerso exercitu ad ponti. uenit. Vbi audiens Conradinum adolescentem Conradi Sueui nepotem, in Ittalia à Gibellinis contra Guelphos fuisse uocatum, in Hethruriam Gibellinos domiturus illico uenit, sed cum multa ibidem moliturus uideretur, à suis properé in regnum contra Coradinum uocatus, eò accessit, ibidemq; magna Carolus diui Ludo. Neapoli. & Siciliæ rex creatur.

démque magna de hostibus cæde ædita, Coradinũ ipsum cœpit, & capitali sententia eum puniuit,& rursum uniuersum regnum sine controuersia recepit. Atq; ita denuo Romam ueniens,in Lateranensi basilica rex Siciliæ & Hierusalem hac conditione declaratur,ut singulis ann:s pheudi nomine.40.milia aureorum nummûm ecclesiæ Ro.persolueret,quo in regnum confirmato, pacem cum Pisanis statim iniit, & cum eis in Aphricam in Ludouici regis Germani subsidium traiecit, ibique Ludouico fratre ex peste mortuo inuento, cum Tunici rege pacem hac lege composuit,ut perpetuo annis singulis sibi, successoribúsque suis,tributum aliquod penderet,ac ita in regnum rediit. Verum cum regno reuersus uenisset,Siciliam ab eo defecisse inuenit,& Petro Aragonensi se subdidisse reperiit, sed cũ Petrus regnum debellaret,à ponti. Ro.grauissimis censuris damnatus est. Galli tamen sui eo in regno mulierum pudicitiam lasciue nimium, ac petulanter pertentantes,uiros in indignationem concitauerunt,adeo ut penè omnium populorum,ac urbium populi coniurauerunt,ut quamprimum die constituta aduesperante,campanis significari cœpisset, confodere singulos Gallos intra mœnia repertos,quod quoquomodo factitatum fuerit,non minus crudeliter quàm constanter gestum est.Sicque dominio publice a Gallis abrogato,Petrus ipse libere in regnum à Siculis accersitus est. Qui audentius ea ratione id regnum Petrus accepit, & illud Constantiæ uxori hæreditario patris Manfredi iure dicere sibi deberi. Denique & ipse Carolus sine liberis moritur, & Neapoli.7.die Ianua.sepelitur.Huic ideo Hierosolymorum regnum declaratum fuit, quia Maria Antiochiæ principis filia,cui id regnum debebatur,quod Hugo eius nepos occupauerat,illud Carolo regi deuouerat.

Galli hora uesperorũ trucidãtur.

Laurentius Tepulus.48.Venetiarũ dux,Iacobi prædicti ducis filius,hoc anno in Raynerii ducis demortui loco omnium consensu subrogatus, ducauit an.7.men.2.& dieb.5. 6466 1267
magnæ certe humanitatis, magnæque modestiæ atque iustitiæ uir, sed & pacis amator & conseruator habitus fuit,ac etiam in proximos & maxime pauperes communis & beneficus, cuius uirtutibus allecti Ceruiæ ciues, Venetis sese ultro subdiderunt.Huius enim opera senatus Venetus,procurante etiam Philippo Fracorum rege,missis Cremonam legatis, pacem ad quinquennium usque cõposuit.Nam antea inter se multis cladibus(ut præmissum est) diu hi duo populi decertauerant. Denique hic clementissimus princeps moriens, in paterno sepulchro apud prædicatores sepelitur.

Ceruia Venetis subiicitur.

Tayonus quidam frater(ordinis cuius,siletur) ex Bocatiorum nobili familia natus,magni animi & spiritus, ac fortitudinis uir, hoc anno cum factionis Guelphæ in Lombardia censeretur,comparato sibi magnæ & honestæ factionis suæ exercitu, adiuuantibus etiam Guelphis Cremonensibus,in Brixianos duxit, ubi & post multos Gibellinorũ conflictus, tandem superior effectus,Brixiam intrauit:& inde expulsis Palauicini præsidiis, Brixia potitur,factúsque urbis dominus.Cum ibidem Cremonenses socios haberet suspectos,& eos haud multo post urbe eiecit, atque ita urbem integram solus possedit. At Cremonenses multa indignatione commoti, euestigio cum Placentinis & Laudensibus in ipsius fratris & Brixianorum perniciem & ruinam fœdus percusserunt,& sequenti anno Ianuario,scilicet mense,ipsi Cremonenses cum sociis ciuitatibus tumultuarie uenientes,omnia Brixianorum castella,in Olii fluminis ripis constituta,uidelicet,Canedum,Senigam,Ponteuicũ, Vrceas,Barchum,& reliqua,crebris incursionibus uexauerunt,ac cædibus & incendiis crudele in modum destruxerunt.Quam ob causam Brixiani maximum damnum pertulerunt. Veruntamen frater ipse Tayonus regnauit ea in urbe annis tribus.

Coradinus Cõradi Sueui imperatoris ex filio nepos,hoc anno à Gibellinis cõtra Guelphos in Italiam uocatus, cum maximo Alemanorum suorum exercitu, Veronam primo, 6467 1268
deinde Papiam,deinde per Carrariensium dominorũ oppida ad Genuēsium mare transiit, ac inde à Pisana classe in agrum Lucensem perductus,magnam ibidem uastitatem fecit,ibi quoque maiore ex Lombardia & Romandiola Gibellinorum exercitu comparato,adiuuante etiam Guidone Ferētano comite,qui ad eum magnas copias adduxerat,statim Marescalcum Caroli regis apud Aretium prælio superatum interfecit, quo mortuo Romam concessit,erat tum pontifex Viterbii,qui cum transeuntem adolescẽtem uiderat, prophetica uoce dixit ipsum tanquam agnum ad cædem perduci, quod & factum est. Cúmque

Ro.appro

Ro. appropinquaret, seu appropinquasset, Henricum senatorem regis Castellæ fratrem, ad pontem Miluium cum populo Ro. obuiam habuit, & ab eodem tanquam imperator receptus, in capitolium perduxit. Dimissóque Romæ Guidone Ferentano cum Henrico & cum omni exercitu, in regem properauit, ac ipso rege campestri loco pugnauit, multis utrimque cæsis, tandem Coradini exercitus funditur. Henricus autem senator, cum cædem maximā de Alemanis uideret, Romanis deducentibus, ad tuta loca confugiens euasit. Coradinus uero & Austriæ dux, seruorum habitu fugientes, ad Austuram peruenerunt, ubi post octauum diem agniti & capti, & ad Carolum perducti, ab eodem securi percussi, uitam finiere. Carolus autem uictoria potitus, regnum omne recuperauit.

Saraceni hoc ipso anno ex Aphrica soluentes, utrasque Hispanias opprimūt, sed Christiani cruce signati, in eos irrumpentes, maxima cæde profligarunt.

Conum oppidum Cremonense.



Conum nunc frequentatum, Cremonense oppidum, nostro Bergomēsi agro propinquum cum superioribus diebus Bergomensibus eius oppidani fuissent infensi, hoc anno ab ipsis Bergomensibus maxima cum Cremonensium cæde & incommodo apprehenditur, & direptis oppidanorum ipsorum bonis, funditus complanatur.

Viri disciplinis excellentes.

Albertus magnus natione Sueuus Rathisponēsis episcopus, ordinis prædicatorū professor, his temporibus Parisius clarissimus & omnibus eruditis uiris præferēdus euasit, homo sane infinitæ doctrinæ, & tantæ quidem, quòd nemo ei anteponēdus sit, sed nec quidem equiparandus, quamobrem & magni cognomentum solus adeptus est, qui cum multos annos Coloniæ & Parisius publice theologiam & philosophiam docuisset, & infinitos propemodum conquisiuisset discipulos excellentissimos, tandem .80. agens annum, anno salutis nostræ .1280. Coloniæ moritur, qui cum eruditissimus & multarum scientiarum eminentissimus esset, innumerabilia penè eom posuit opuscula. Albertus magnus.

Vdalricus de Argentina teutonicus, ordinis prædicatorum, Alberti magni discipulus, per hæc tempora in philosophia & sacra theologia uiguit, & quædam non spernendæ lectionis composuit opuscula, quibus & præsentibus & futuris se notū facit, è quibus extāt. Super sententias, li. 4. Summa theologiæ, li. 1. item de anima, li. 1. Vdalricus de Argētina.

Thomas de Aquino, Alberti magni & ipse discipu. ordinis prædicatorum præcipuus, & Anglicus sane doctus ac suæ ætatis acutissimus uir, hisdem temporibus apud Parisium primum locum in omni doctoratu obtinet, hunc autem sanctissimum & scientissimum uirum ex insigni comitum familia apud Apuliam originem duxisse tradunt, qui & in ipsis etiam infantiæ rudimentis, dei gratia inflammatus, ordinem diui Dominici ingressus, religiosissimam & perfectissimā uitam usque in mortem semper exegit, ubi etiam præter doctrinam maximam & miraculorum gloriā nominatissimus effulsit: tandē Romam uocatus properans, cum apud Cassinum montem fuisset perductus, infirmitate correptus, anno domini. 1273. sanctissimè migrauit ad dominum, quem postmodum Ioan. 22. pōtifex propter creba eius miracula sanctorum confessorum atque doctorū, merito aggregare uoluit, qui cum esset accuratissime doctus, tractatus multos à se æditos, post se reliquit. S. Thomas de Aquino.

Petrus de Tarentasia, natione Burgundus, ordinis similiter prædicatorum professor, Theologus eminentissimus, & postea pontifex maximus, & ipse his temporibus apud Parisios & prædicando & docendo ac scribendo maximo extitit in precio, qui cum doctissimus esset in sacra theologia sacrisque codicibus nōnulla utiliter declarauit & perscripsit opera, è quibus extant: Super sentētias, li. 4. incipit. Nūquid. In omnes epistolas Pauli, li. 14. Incipit: Principia rerum. In psalmos, li. 1. In Cantica canticorum, li. 1. Petrus de Tarētasia. ordi. pradi.

Bonauentura de balneo regio sanctus, ordinis minorum minister generalis, ac postmodum cardinalis episcopus Albanensis, Alexandri de Ales discipulus & auditor, philosophus & theologus eminentissimus, qui omnes suæ ætatis doctores & utilitate & omniū operum dignitate & ipse Bonauētura sanctus anteiuit. Scripsit autem & hic sanctissimus uir multa memoratu digna. His igitur uirtutibus multis, & propter frequentia eius miracula, cum S. Bonauētura

cula, cum etiam cor ipsius incinerato corpore incorruptum inuentũ fuerit. Sixtus.4.pontifex anno Domini.1482.in sanctorum pontificum numero merito ascripsit.

Alphõsus Castellæ rex Astrologus. Alphonsus Castellæ rex,ac legionis philosophus & astronomus inter omnes sui temporis excellentissimus,& ipse hac tempestate non solum eruditione ac regia maiestate, sed & præcipua bonitate & clementia floruit,qui inter cætera in Astronomia scripsit ualde utiles & elegantes tractatus & epistolas ad diuersos. De hoc habetur,quòd post lõgam Ro. imperii uacationem contra Ricardum regis Castellæ fratrem,in Ro.imperatorem seu regem fuisset electus, & esset tanti imperii propter bonitatem dignus: nihilominus mortuo Ricardo , anno .15. post electionem suam intuitu pacis uoluntarie cessit,& ius suum omne renunciauit.

Petrus Hispanus cardinalis. Petrus Hispanus Portugallensis, episcopus Thusculanus,& sacræ Ro. ecclesiæ cardinalis,& postmodum papa, medicus ualde eruditus,hoc quoque tempore floruit, qui cum esset philosophus præstantissimus, scripsit medicis non contemnenda opuscula, de quibus feruntur subiecta, & primo librum in medicina, quem medici thesaurum pauperum appellant. Item de problematibus,lib.1. Item canones medicinæ,lib.1. Et epistolarum ad diuersos,lib.1.

Gulielmus Parisiẽsis. Gulielmus quidã Parisiensis episcopus,patria Aluernus, & ipse per hos dies in diuinis scripturis & in seculari celeberrimus extitit; qui cum esset ingenio subtilis, ac mira conuersatione decoratus, composuit non pauca opuscula, in quibus ostendit se doctum, atq; deuotum fore magistrum.

Philippus Frãco. rex D. Ludouici filius. Philippus sancti Ludouici Francorum regis filius,hoc anno ipso patre & germano in Aphrica ex peste defunctis,ibidem etiam existens & regiũ munus suscipiens,regnauit annis.15.Vir certe & uitæ prudentia ac sanctimonia patri simillimus,qui apud ipsam Aphricam,cum suo exercitu existens,ob nimiam militum suorum ex peste cladem & stragem,ac etiam pietate uitandæ contagionis causa permotus,dimissa Aphrica,in Italiam ad auunculum suum Carolum Siciliæ regem adnauigauit, & uisitatis liminibus apostolorũ Petri & Pauli Ro.postea Viterbium unà cum ipso Carolo auunculo suo uenit,& statim ad cardinales in conclaui constitutos se contulit. Quibus ex more salutatis,Cremonam inde concessit, ubi aliquantulum subsistens hoc bonum egit opus, quòd pacem inter Genuenses & Venetos ad quinquennium usque composuit, itaque ut optimi patris se ostenderet filium,ad ipsius imitationem multa laudabilia pro fide Christi, tum domi, tum foris exegit pietatis opera: & inter cætera memoratu digna, beatæ Mariæ Magdalenæ sanctum corpus Missiliæ iam diu à beato Maximino in uilla sui nominis conditũ, ornatiori sepulchro, maiore sacello exornauit. Eiusque caput seorsum in theca argentea recludens. Alia atque alia consimilia & confecit opera memoratu ac uisu delectabilia. 6469 1270

Grego. pa.194. Regorius papa eius nominis.10.natione Placentinus,ex Vicecomitum uetustissima ac generosa familia ex Mediolano nouiter pulsa, Theobaldus antea uocatus, hoc anno post longam contentionem populi creatus, sedit annis.4. men.2.& die 10.Vir certe omni uita probus ac clarus prudénsque rerum & animi fortitudine,qua omnia continebat scilicet humanitate,clementia, & in Christi pauperes benignitate illustratus,quibus uirtutibus ornatus,præter omnem curiæ consuetudinem ex Laudẽsi archidiacono à cardinalibus in conclaui constitutis,post longam contentionem creatus fuit ponti. nam tum Viterbii ex Asiana peregrinatione aduenerat, unde quidam ob hoc,hos uersus cecinit,dicens: Papatus munus tulit archidiaconus unus. Hũc patrem primum fecit discordia fratrum.Hic itaque pontificatu suscepto,ut sanctos decet pontifices,pacis amator,& partialitatum omnino alienus, ad componendam pacem inter Genuenses & Venetos magnis inter se cladibus diu affectos, statim animum adiecit. Qua in re Philippi prædicti Franciæ regis usus est prudentia: eáque confecta Florentiam unà cum Carolo Siciliæ rege accessit, ubi & omne ius pugnandi ipsis Florentinis interdixit, deinde ad Lugdunum Galliarum urbem,pro celebrando generali concilio se contulit, ad quod Paleologus Græcorum imperato.profectus,iam.13.uice cum Ro. ecclesia unionem fecit,& quidam Tartari principes consecuti sacrum baptisma acceperunt,& Rodolphus 6470 1271

comes,in

comes,in imperatorem ab electoribus delectus fuit. Hic inter cætera doctis uiris plurimũ fauit,quorum nõnullos ad cardinalatum peruexit,& maximè Bonauenturã ordinis mino rum generalem ministrum,uirum utique doctum,ac multa sanctitate insignem,& Othonem uicecomitem affinem suum,Mediolanensium creauit Archiepiscopũ. Absolutóque concilio & redeuntem, Alphonsus Castellæ rex apud Belledorum, pontificem ipsum con uenit. Conquestúsque de imperio Rodolpho tradito,tandem ut erat uir benignus,à pontifice facillimè placatus,ius omne Rodolpho cessit. Transiens denique iuxta Florentiæ mœnia,rogatus Interdictum tollere,renuit:accedénsque Aretium,ibidem diem obiit,cuius corpus floruisse miraculis compertum est.

Iacobus Contareno .49. Venetiarũ dux,hoc anno in Laurentii Tepuli ducis loco, omnium consensu surrogatus,ducauit an.8. men.5.uir quidè pacificus quietúsq;,cuius tempore,senatus Venetus,præter eius uoluntatem,cum noua uectigalia in sinu Adriatico exigere statuisset,eum Bononiensibus,qui tum toti præerant Flamineæ,durum suscepit bellum.Cumque & triennio fermè cum eisdem Bononien.uariam decertassent fortunã, demum omnes fessi,pacem hac lege composuerũt, Vt Bononien. castello quod in Padi ostio construxerant deuoluto,cum eductione quarundam rerum sibi reseruata, Venetis ipsam custodiam dimitterent. Pace itaque hoc modo confecta, Iacobus hic ad euitandas in futurum omnes animi perturbationes,officio & dignitate sese abdicauit.

6472 1273 Synodus maxima hoc anno Lugduni à Greg.pon.celebratur,quo & Paleologus imperator Græcus cum magno comitatu peruenit. Vbi cum multa sapiẽter disputata fuissent, Rodolphus Cornubiæ comes, contra Ioannem Castellæ & Alphonsum Portugallensem regem,Ro.rex & imp. creatus est, atque pronunciatus & confirmatus fuit,& Græci de processione spiritussancti cum Ro.ecclesia conuenerunt. In ea quoque synodo pontifex ipse Rodolphum Cæsarem & Philippum Francorũ regem impulit, ut ab integro contra Mauros pro recuperanda Hierosolyma arma caperent.Multáque ibidem decreta fuerunt ordinata ad electionem summi pontificis,& ad Christianam religionem pertinentia. Quo quidem in loco sanctus Bonauentura cardinalis Albanensis,& hactenus ordinis minorũ generalis minister,obdormiuit in domino. Lugdinensis synodus.

6474 1273 Rodolphus Cornubiæ comes.17.Germa.imp. hoc anno omniũ consensu in Lugdunensi synodo Cæsar creatus,impera.an.19. Vir certe cui nihil ad excellentiã laudis deesse prorsus uidebatur : robustissimo etenim corpore,ac pulcherrimo aspectu,sed & consilii ac magnitudine animi atq; egregia liberalitate admodũ decoratus. Istis igitur dotibus & conditionibus & aliis pluribus donis insignitus,ab electoribus unanimiter fuit electus:hac lege, Vt sequenti anno coronæ accipiendæ causa,Romã peteret.Qui principibus obtemperans,Romam anno sequenti ad Pontifi.multa cũ gloria concessit,à quo coronã imperii & ius omne accepit. His gestis,in Germaniã proficiscens, contra Agesilaum Boemiæ regem,statim expeditionẽ sumpsit:& pugna in eo cõserta, superatum tandẽ cœpit,ac per multũ tempus ueluti uilissimũ mancipiũ,in uilibus officiis sibi seruire coëgit. Verũ postea,cum in regno eum restituisset,filiam suam eidem matrimonio copulauit. Rodolphus autem,quo genere mortis obierit,nullubi inuenire potui. Hic autẽ Rodolphus cum esset ecclesiæ Ro.optimus zelotes, Bononiam amplissimam Italiæ ciuitatem & totam Flamineam seu Romandiolam regionem,ut testatur Spec. in Ti.de rescriptis præsentia.ff.Si uer.ecclesiæ.Ro.dono dedit:& hoc etiam testatur Ioãnes de Imola, in rubrica.ff.de uer.ob in.7.col. Hic autem &c. Rodolphus Germanorum imperator.

6474 1275 Innocentius papa eius no.5.natione Burgundus,Petrus Tarantasius antea uocatus,ex ordine prædicatorũ,insignis theologus,hoc anno Aretii ponti.Greg. suffectus,sedit mensi.5.& dieb.7. Qui pontificatu suscepto, statim Florentinos ab interdicto Gregorii prædecessoris sui absoluit:quod tum Hethrusci pontificis iussu,pacem confecissent,traxissétque & Genuenses ac Venetos dissidentes,qui de uita & sanguine solum decertabant,in suam sententiã, nisi repentina morte præoccupatus fuisset. Erat enim hic pontifex præter doctrinam qua plurimum ualebat,uir optimus. De quo multa bona superabatur:mortuus denique Romæ in Lateranensi basilica sepelitur. Innocentius pa.195.

Hadrianus papa.156. Adrianus papa eius no.5.natione Genuensis,Innocētii.4.nepos.Otho bonus antea uocatus, prædicto Innocentio suffectus, sedit dieb.40. Vir certe magni animi,qui mox Viterbiū accessit,ut Caroli potentiā,qui cum Romæ erat,comminueret,quod certe fecisset,nisi mors obstetisset.Nam & ecclesiæ ditionem ab eodem Carolo,aliisq; tyrannis,tutiorē reddidisset,ac Gregorii constitutionem de pontifice eligendo in meliorem redigisset formam.Obiit autem Viterbii, & in conuentu fratrum minorum sepultus fuit,uacanitque sedes post dies.28. 6475 | 1276

Ioānes pa.157. Oannes papa eius no.21. natione Portugallensis, Petrus medicus antea uocatus, post Hadrianū ponti. Viterbii ex Thusculano episcopo pōtifex factus,sedit men. 8. Vir & ipse admodū doctus,sed sine multa naturali prudētia, uerbis tantūmodo promptus,sed in rebus agendis infractus & timidus, hac tamē cōmendatione dignus,quod inopes beneficiis & pecuniis iuuit.Hic Michaēlē Paleologū admonuit,nisi promissam seruaret unionē,Carolo regi imperiū assignaret. Verū cum se uicturū semper speraret,& sibi ipsi uitam polliceretur,idq; omnibus prædicaret,ecce subito Viterbii dū in precioso thalamo luderet,domus cadens,inter saxa obrutus interiit:quo defuncto uacauit sedes mēs.5.

Vicecomites hic in regno restituuntur.

Viceco mites Medio lanēses restituū tur. Otho uicecomes Mediolanensiū Archiepis.quē diximus à Grego.papa affine suo Archiepiscopatus dignitatē obtinuisse. Vir quidem in temporalibus magnus, in spiritualibus uero ineptus,hoc ipso anno é Mediolano Turrianis tyrannis pulsis,Mediolanense dominium ui & armis in uicecomites suos iterum reduxit, & utroq; gladio suscepto, regnauit annis.9.Mediolanensis enim principatus post Philippū Turrianū & Neapoleonē eius filium uenerat,qui suscepto tyrannidis principatu simultates multas cum Othone isto Archiepiscopo,& Boso de Douaria Cremonense,aliisque uicecomitibus ac capitaneis, necnon & Vauasoribus semper gessit, quamobrē & Othonē ipsum cum omnib. amicis suis, tandē Mediolano eiecit.Otho aūt ut animo generoso,fauente Ioan.ponti.Ro.aliisq; sociis ciuitatibus,arma cœpit,& contra ipsum Neapoleonē haud procul à Mediolano in pugnam processit:quē superatū & captū,tandē cum multa generis sui familia, & Pontinum de Amatis prætorē suum ipse interfecit.Quibus interfectis,urbem armata manu ingressus omnes Neapoleonis amicos direptis eorū bonis,urbe fugauit, atq; ita denuo Mediolanēse regnū in uicecomitū familia hoc modo relatū est. Nam à Gualuagno principe ultimo, usq; ad hoc tempus uicecomites nobilissimi à Mediolano per annos centū &.10. extorres fuere & inglorii pœnitus extitere:quos tamē Ro.Imp.unquā nō duces aut principes,sed imperii uicarios duntaxat appellari uoluit,usq; ad Galeatiū primum ducē.Otho itaq; hic Archiepis.à populo nobilitateq; omni sic uicarius cōfirmatus magnificētior factus,postea uires suas ampliatas extendere cœpit,& multas urbes passim suo imperio subiecit.

Viri disciplinis excellentes.

Placētinus medicus. Gulielmus Placentinus ciuis & medicus sui temporis celeberrimus, tempestate hac Veronæ ubi publico salario legebat,plurimum floruit,ac multo in precio fuit, ac multos discipulos ea in arte congregauit,ac libros nonnullos in medicinis composuit, é quibus extat insigne uolumen de uniuersa medicina in.4. lib. compræhensum . Item librum alium de chyrugia ædidit,sed alia de ipso non uidi.

Iacob. de Beluisio. Iacobus de Beluisio peritissimus iuris utriusq; interpres,& ipse hac ætate claruit,& inter cætera ad nouellarū & autenticorū libros,multa eleganter & docte addidit,sed & super feudis optime scripsit,atque multas disputationes scripto mandauit.

Gulielmus durandi. Gulielmus Dutādi ordi. prædicatorū,episco.Minacēsis cognomēto speculator, Ostiensis discipulus & auditor canonū præstantissimus doctor, hoc tempore sicut ipse in suo speculo in titulo de feudis testatur,Summā perutilem composuit,quam Speculū appellauit,à qua ipse speculatoris cognomentū accepit,eámq; in tribus libris diuisit,incipit:Reuerendo in Christo patri. Aliud quoque uolumen propé diuinum ædidit, quod & rationale diuinorum officiorum appellauit,in octo lib.distinctum,incipit:Quæcunque in ecclesiasticis.Item repertorium,in libro uno,incipit:Prothoplausti rubigine . & quædam alia. Sunt qui dicant hunc Gulielmum ordinis prædicatorum minime fuisse.

Nicolaus

6476 1277 Icolaus papa eius no.3.natione Ro.ex illustri Vrsinorum familia natus, Caietanus antea uocatus,post Ioan.ponti. tandem nõ sine magna patrum contentiõe pontifex creatus,sedit annis.3.& mensib.8. magni certe consilii atque ingentis animi uir,sed & morum ac uitæ sanctitate integer, atque amator & cultor doctorum uirorum. Quippe qui in partiendis dignitatibus & honoribus omnibus communis fuit:cuius prudentia factum est,ut Flaminia tota,cum Bononia & Rauennæ exarchatus,qui imperatoribus diu suberant,in ecclesiæ Ro.potestate redactæ sunt,& Senatorium munus,quod principibus & regibus ecclesia demandare consueuerat,ipse solus obiuit,ædificiis autem plurimis Ro.exornauit.Et inter cætera apud S.Petrum ædes percommodas, & leporarium(quod uiridarium uocant) muris altissimis cinxit,in quo & sæpius uenationi se occupabat. Basilicas uero Petri & Pauli uetustate collabentes restituit, & quasdam ædes in Laterano iam diu inchoatas, ipse perfecit. Ferunt eum religionis obseruantissimũ fuisse, & diuina sacrificia religiosissime & cum lachrymis (ut bonum decet pontificem) persæpe sacrificasse,multaque ad cleri populiq; Christiani pertinentia ipse cõstituit, nõ caruit tamen in tantis laudibus reprehensione,quia suos (ut fit) nimium amauit, utpote quia Bertholdum suum nepotem Romandiolæ comitem constituit,& alium nepotem Latinum cardinalem in Hethruria legatum misit.Qui ubique Gibellinis restitutis,Florentiæ & alibi pro libito magistratus ecclesiæ imposuit: proposuerat enim hic pontifex duos reges ex domo Vrsina,unum in Hethruria, & alterum in Lombardia creare , sed dum hæc perficere cogitasset, in Surino oppido existens, Apoplexia corruptus .3. pontificatus sui anno interiit:cuius corpus Ro.delatũ,in Petri basili.sepelitur,& post uacauit sedes mẽ.5. Nicolaus pa pa.198.

6477 1278 Raymundus ex Turriana nobili Mediolanensium familia natus, Comensis episcopus, & Aquileiensis patriarcha,hoc anno nõ modica factiõis suæ manu apud Modoëtiam oppidum congregata contra Mediolanenses & uicecomites in agro Mediolanensi hostili bello præsiliit,ubi omnia cædibus & rapinis ac incendiis inuoluit.Quibus malis permoti Mediolanenses,Douarensium & Palauicenorum potentissimarũ familiarum auxilio freti,statim è Mediolano tumultuariè erumpentes , ipsum Raymundum cum omni suo exercitu apud Gorgonzolam & Vaprum conuenerunt , atque ibidem diu & acriter cum magna utriusque exercitus occisione pugnauerunt. Tandem Raymundi exercitum superarunt, & tribus eorum milibus occisis,pœnitus profligarunt. In quo quidem conflictu inter cæteros Carponem Turrianum clarissimum uirum obtruncauerunt.

6480 1281 Ioannes Dandulo patritius Venetus.50. Venetiarum dux, hoc anno prædecessore suo sponte se magistratu abdicato,eidem surrogatus,ducauit annis.9.& mensi.7. Hic ex senatus sui decreto bellum acerrimum contra Genuenses reassumpsit,atque aduersus Anchonitanos aliquamdiu pugnauit, eo quod mercimonia in Sclauoniam contra eorum fœdera deferrent.Verum cum etiam urbem Anchonitanam oppugnare statuisset, ab eisdem Anchonitanis cladem non modicam accepit.Tandem Nicolao pontifice maximo cominãte ab urbis oppugnatione destiterunt,& ultro citroque multis illatis acceptisque incommodis,ipso pontifice procurante, æquis conditionibus inter utrosque pax composita est:postmodum ab imperatore obtinuit,ut Veneti ducatos signare possent, quod huc usque facere nequiuerant.Tandem mortuus,apud fratres prædicatores sepelitur.

Sicilia insula.

6480 1281 Icilia insula,hoc anno à Carolo rege prædicto, ad Petrũ Aragonensem regem defecit,ubi Apuliæ princeps ipsius Caroli filius nauali prælio ab Aragonensiũ regis filio cum multis captus in Apuliam ducitur, & carceri mancipatur, & ibidem per quatuor annos reseruatur.Nam postquam in Sicilia Galli (ut supra dictum est) à Siculis trucidati fuerunt,Petrus Aragonũ rex uocatus, cum Carolo durum bellum gessit,& ex Sicilia in Apuliam eum fugauit.Quo audito Martinus pontifex,egrè ferens Petrum regem excommunicauit, & contra eum crucem & indulgentiã plenariam publicauit:at Petrus se excusans, affirmabat accersitum fuisse, & eo audentius ad regnum accessisse & acceptasse, quod in regnum iure hæreditario ad Constantiam uxorem suam, Manfredi filiam perueniebat,ex quo linea masculina Federici secũdi,per obitum Conradi Petrus Aragonũ rex.

& Coradini defecerat. Nicolaus prædictus papa Vrsinus etiam ipse ægrè ferens Caroli regis potentiam & maximè ex Senatoria dignitate uidebatur Ro. dominari per Ioannem Porcharium ciuem Romanum persuasit per prædictum Aragonum regem, ut omnino iure hæreditario uxoris suæ, cui Manfredus fuerat pater, & Coradinus frater, regnum Siciliæ recipere anniteretur: sed cum Nicolaus ista moliebatur, obiit. Quo mortuo, successor eius Martinus quartus papa Gallicus, alterius opinionis existens, Carolo fauere cœpit, & magni belli fomenta suscitauit, quam ob rem Petrum excommunicatum, regnis Aragoniæ & Siciliæ priuauit, & contra eum (ut dictum est) crucem prædicandam & indulgentiam, & multa alia statuit: & inter cætera etiam dedit priuilegium Carolo de Narles, germano regis Franciæ, de regno Aragoniæ.

Hanibalum familia (inter Romanas familias) clarissima & sine cõtentione primaria, hoc eodem anno, sede Romana uacante, ipsius fautoribus adiuuantibus, Vrsinis urbis dominium occupantes, ab ipsa urbe pepulere. Dum enim cardinales in conclaui essent, quidam Ricardus ex ipsius Hanibalis familia, præerat conclaui: qui ut erat animo præstans, Vrsum prædicti Nicolai papæ nepotem Viterbiensi prætura deiecit, quod huius familiæ acerrimus esset hostis. Quod audientes duo cardinales ex Vrsinorũ familia, eum impedire cœperunt, ne fieret electio, nisi Vrsus in prætura restitueretur. Quam ob rem Viterbienses Ricardum insecuti, conclaue tumultuariè ingrediuntur, & cardinales quosdam capientes, in uinculis coniecerunt. Quod ubi Romæ scitum est, eadem etiam Hanibalum factio Vrsinos omnes ab urbe expulit. Qua propter seditiones multæ, plurimæque cedes & incendia multa subsecuta sunt. Sed non multò post Vrsini præualentes, eos eiecerunt.

Martinus papa. 199. Artinus papa, eius nominis quartus, natione Turonensis, Simon antea uocatus, post longam contentionem, Nicolao pontifici hoc anno Viterbii suffectus, sedit annis quatuor & mense uno. Vir optimus & sanctitate præcipuus. Qui pontificatu inito, statim in die resurrectionis domini sex cardinales Carolúmque Siciliæ regem ad se uenientem ex Senatoria dignitate deiectum, in pristinum restituit statum. Eiusdem instantia Paleologum Græcum imperatorem pacta Lugdinensis concilii non seruantem, & Petrum Aragonensem contra ius fásque Siciliam insulam occupantem, anathemate notauit, & eius regnum in prædam illud occupare uolentibus concessit. Bellum etiam in Flaminia contra Forliuianos ab ecclesia deficientes gessit, quos etiam breui (adiuuante Guidone Montisfreti) in fide recepit. Demum multis uexatus curis, Perusium profectus, ibidem moritur, & in maiori ciuitatis ecclesia sepelitur, ubi & multis claruit miraculis. 6482 1283

Prodigia. Puerulus uillosus & ursorum more ungulis armatus, his temporibus ex ipsius Nicolai papæ consobrina nascitur. Quam ob causam Nicolaus rubore perfusus omnes ursorũ imagines è domibus suis abradi fecit,

Piscem item leonis effigiem habentem, hoc ipso anno, apud Centumcellas, mense Februario in mari captum fuisse tradunt, quem ex marinis aquis extrahentes, ululatum & hominis plausum dedisse ferunt, & ad pontificem in urbe Veteri perlatum uniuersos uidentes in stuporem sui conuertit. 6483 1284

Turrim altissimam quam Torracium uniuersi appellant, hoc anno in Crema urbe Cisalpina Guelphorum factio, tum maxime ea in urbe præualens, unà cum celeberrimo templo in medio ipsius urbis foro, adiuuantibus aliis huiusce factionis ciuitatibus ædificare cœperunt: quam quidem maximo cum gaudio & ardore atque impensa ex cocto lapide intra duorum annorum spacio indicibili propè impensa consummarunt. Verum eodem anno, quo ipsa turris perfecta fuit, Rodolpho Cæsare in Cisalpina adueniente, Gibellina pars imperatore fauente erecta, Guelphos ex urbe eiecit, & principatum atq; Torracium certe superbissimũ Guelphis ipsis abstulit. Ipso etenim tempore hoc uolubili homines ludere gaudebant.

Carolus. 2. Siciliæ rex. Carolus eius nominis secundus, Caroli Siciliæ regis filius, hoc anno patre defuncto adolescentulus, patri in regnum succedens, regnauit annis. 25. Hic Gallorum suorum exercitu fretus contra Petrum Aragonensem mouit, quod post multas utriusque partis cædes, Petrum ipsum Aragonensem iste Carolus uulnerans, haud multo post interiit. Post cuius obitum

obitum filius eius Dongianes rex Aragonum ab Honorio quarto de regno Siciliæ coronatus fuit. Verum post Dongianum Iacobus in regno Aragonum succedens cum Carolo isto pacem (intercedente Odoardo Anglorum rege) composuit. Et Carolus iste ad pacem conseruandam tempore Bonifacii octaui dedit Iacobo isti Aragonensi regi tunc Siciliæ etiam regi Blancam secundam filiam, atque eius fratri Federico Aragonensi, Eleonoram filiam tertiam uxorem, quem etiam titulo regni Siciliæ ornauit. Hic itaque Carolus decimus quartus filios ex Maria uxore genuit, filia uidelicet & hærede regis Vngariæ nouem mares & quinque fœminas notiores septem fuere, quorum primus Carolus Marcellus fuit, qui postea fuit rex Vngariæ, pater scilicet Andreæ qui successit in regno Apuliæ Roberto huius fratri & à Ioanna occisus, secundus Ludouicus, qui fuit ordinis minorum frater & episcopus Tolesanus, tertius Robertus dux Calabriæ, qui primi in regno successit: quartus Philippus princeps Tarentinus, pater Ludouici Ioannæ reginæ mariti: quintus Raymundus Berengarii: sextus Ioannes Amoreæ princeps, & septimus D. Petrus comes. Multa ac multa de Carolo isto referuntur, quæ breuitati studentes omittimus. Obiit itaque Carolus anno domini. 1309. uir ualde liberalis atque gratiosus, & tanquam alter Alexander munificentissimus, qui quamuis multis preconiis insignitus haberetur, in senectute tamen sua effœminatus habitus fuit, qui libidine natus, turpem maculam in sua gloria posuit.





Philippus Francorũ rex cognomēto Pulcher, superioris Philippi regis filius, hoc anno patre ipso defuncto, Francis regnare cœpit & reg. an. 29. Hic contra Odoradũ Anglorũ regem, grauissimũ gerens bellum, multa incommoda & innumeras accepit clades, atque Bonifacium pontificem maximum, propter ipsius arrogantiã apud Anagnam urbẽ per Saram Columnensem capi & in carcerem retrudi fecit, indéque cum Templarios milites omnino extinguere statuisset, primo generalem eorum magistrum cum multis exurì præcepit, ac multos alios in Francia crudeliter interficiens, reliqui omnes perterriti, suo è regno fugierunt. Erant enim omnes iam hæretici pestilentes. Iudæos etiam, direptis eorum bonis, ob eorum auaritiam & quædam ipsorum maleficia, è regno suo cum singulis uestimentis expulit. Philippus pul cher Francorũ rex.

Fulgineum ciuitas Vmbriæ.



6484 1285 Fulgineum Vmbriæ regionis ciuitas, olim à Tudertinis condita & ædificata, & postea à Longobardis nostris funditus euersa, hoc anno cum diu iam fuisset instaurata à Perusinis hostili bello inuaditur & expugnatur, & post duram obsidionem & expugnationem, demum ui & armis occupatur, ac in direptionem militibus crudeliter datur. Qua expoliata, eius muros aliqua ex parte aperiri uoluerunt, Quamobrem pontifex Martinus Perusios sacris interdixit. Qui tandem (ut ueniam accipere mererentur) maximam pecuniam exoluerunt, & muros destructos, suis sumptibus instaurauerunt.

Ordinis seruorum initium.

Philippus uir religiosissimus, natione Hethruscus, ordinis seruorum beatæ Mariæ uirginis, quasi primus author & institutor, hic, ipso anno octauo calendas Septembris, miraculis clarus non longe à Florentia urbe quieuit in pace. Optimus sané uir, & multa cōmendatione dignus: qui ex patre Iacobo ciue Florentino matréque Albanda natus, & apprimé disciplinis sufficienter instructus & eruditus, ex medico satis egregio primo eremiticam uitam suscepit. Indéque diuino oraculo monitus, hanc seruorum uirginis Mariæ religionem, sub diui patris Augustini regula perpulchre excitauit, atque ipsam uerbo & exemplo (aliquibus additis constitutionibus) in formam redegit. Quam quidem religionem & ordinem à multis improbatam & conturbatam, Benedictus postea undecimus, & Bonifacius atque Vrbanus sextus & alii complures Romanorum pontifices approbantes, multis priuilegiis & immunitatibus ac exemptionibus, & quammaximé Innocentius octauus Ordinis seruorum initium

 his pro-

his proximis diebus grandi & copioso priuilegio immuniuerunt, & inter mendicantes connumerauerunt. Qui plenè ordo nunc & uiris doctissimis & in declamationibus ad populum clarissimis ac monasteriorum multitudine magno habetur in precio.

Viri doctrinis excellentes.

Guido archidiaconus & decretorũ doctor

Guido de Baypho archidiaconus Bononiensis, utriusque iuris eruditissimus atque supremus uir, & ipse per hoc tempus multa copiose accuratéque ac ornate in pontificio iure composuit: sed eius opus potissimum laudatur, quod in Decretorum libro commentatus est, quod Rosarium uolumen grande appellauit, in tribus libris distinctum, incipit: Reuerendo in Christo patri. Id autem opus (ipso attestante) in Ianuario mense de anno 1300. compleuit. Item super Decretalibus, libros quinque. Item Decretalium explanauit. Aliud de ipso nihil scio.

Gonfredus decretorũ doctor.

Gonfredus de Trano, Apuliæ ecclesiæ Romanæ subdiaconus, philosophus, & in iure Canonico inter doctores suæ facultatis, hac tempestate non ultimus reputatus, scripsit & ipse non spernendæ lectionis opuscula nonnulla, è quibus habentur: In titulis Decretalium lib. 5. incipit: Glosarum diuersitas. Item quæstiones uariæ, libro uno.

Egidius Romanus.

Egidius Romanus, ordinis eremitarum generalis prior, & Bituricensis archiepiscopus, ac primus Aquitaniæ declaratus, his temporibus ob ingenii magnitudinem, theologorum princeps est appellatus, quod quidem coniici potest, si à curioso lectore, eius uolumina perspiciantur. Hic namque ex illustri Columnensium Romanorum familia natus: cum longo tempore ordinem suum, omnémque ecclesiam doctrina & moribus illustrasset, plurimáque labore præceptoris sancti Thomæ Aquinatis opera apud Parisios defensasset, tandem miraculis clarus, beato fine quieuit: quo sanctitatis merito, Beatus doctor est appellatus.

Pisanorum strages.

Pisanorũ strages.

Pisani uiri potentissimi, hoc anno (Iulio mense) coactis undique copiis aduersus Genuenses bellum maritimum suscipiunt. Et ingenti instructa classe, in ipsorum Genuensiũ fines erumpunt, & magnam eorum Orientis partem depopulantes, nulli loco, aut sacro, aut priuato pepercerunt. Cumque etiam in eorum portum peruenissent, & ibidem per aliquot dies substitissent, & missilia argentea (ad pompam ostentandam) Genuensibus immisissent, eos ad pugnam elicere conabantur. Genuenses uero, qui iam diu classem suam in portum retraxerant, pugnam acerrimam cum ipsis Pisanis detractauere, dicentes eos in portus suos cum pace regredi, quia in proximo Augusto mense ad eos pugnandi gratia se libenter confecrent. Genuenses itaque (ut Ioannes Villanus Florentinus historicus refert) sequenti Augusto ut promiserant cum. 130. Triremibus, & plurimis minoribus lignis, præstantissimo animo Pisas peruenerunt, & apud Meloram paruam insulam, Pisano portui uicinam, cum Pisanis congressum fecerunt, & maxima hincinde cædes per multas horas factitata fuit, atque etiam multi uulnerati, undísque obruti. Postremo Genuensibus Pisani uictoriam cessere, at Genuenses superiores incredibili gloria affecti, cum quadraginta nouem Pisanorum Triremibus discessere, & ad domum suam etiam cum mœrore tantæ cædis suorum rediere. Et cum in eo conflictu ad sedecim Pisanorum milia desiderata fuissent. Maximus Pisanis superbis mœror & luctus excitatus est, eo quia nulla domus in urbe & extra, sine funere relicta fuisset. Que res adeò Pisanorum uires enarrauit, ut deinceps ipsi Pisani pristinum gloriæ nomẽ nunquam recuperare potuerunt, & hæc quidem iusto Dei iudicio contra Pisanos acta sunt, quia eò loci Pisani ipsi Transalpinos prælatos ex Gallia Romam uenientes, superioribus annis Federici secundi imperatoris iussu mortuis fluctibus obruerant, & idcirco ibidem tanta clade affecti sunt.

Honorius papa. 199.



Onorius papa, eius nominis quartus, natione Romanus, ex Sabellorum nobili domo ortus, Iacobus antea uocatus, Martino pontifici hoc anno suffectus, sedit annis duobus & mense uno. Pontifex certe omni uita probatus, & Christianæ religionis amantissimus, magnique consilii & prudentiæ uir. Cuius tanta fuit prudentia, ut solus propè tanta uideret, quàm simul qui in urbe erant. Hic egregias domos in monte Auentino ubi ipse habitare oblectabatur extruxit, & multos ad id

faciendum

faciendum inuitauit. Inde Petrum Aragonensem regem, qui Siciliæ regnum occupauerat anathemate notauit, & Martini prædecessoris sui interdicta, contra ipsum Petrum regem confirmauit, necnon & in Guidonem Feltronum, Flamineam omnem contra ius fasque uexantem, bellum mouit: quem breui superatum, ipsam prouinciam ecclesiæ restituit. Hic Carmelitanum ordinem in Lateranensi concilio, non satis probatum, & à multis impugnatum, confirmauit, & multis in priuilegiis communiuit. Quibus gestis, non diu superuixit, sed secundo sui pontificatus anno moriens, ex sancta Sabina Auentini montis, ad basilicam beati Petri delatus, sepulchro marmoreo magna pompa sepelitur: & tunc uacauit sedes mensibus decem.

Lucenses his temporibus, cum duodecim milibus nummûm auri Rodolpho Cæsari per soluissent, se ab imperatorum ditione liberos effecerũt. Nam Rodolphus ipse Cæsar, cum comparandæ pecuniæ admodum studiosus esset, Cancellarium suum ex gente Fusca, Genuensibus & Sauonensibus liberatis, in Hethruriam misit, qui populos omnes, & eos potissimé qui se pecunia redimere uellent, liberos faceret. Qui Lucenses audientes, libertatis cupidi, ipsam pecuniam primi libentissimé erogarunt. Lucenses.

Florentini similiter sex milia nummûm auri persoluentes, & ipsi in omnimodam libertatem sese reddiderunt. Qui liberi facti, statim magistratum quendam, quem prioris artium uocant, addito uexillifero iustitiæ sibi creauere, & eos publicis ædibus inclusere, ne aliud quoque quam de republica cogitare aut tractare iussi sunt: & hic magistratus ad nostram ætatem in Florentia perdurat.



Icolaus papa, eius nominis quartus, natione Picenus, ex ciuitate Esculana, Hieronymus antea uocatus, ordinem minorum professus, post Honorium pontificem hoc anno surrogatus, sedit annis quatuor & mense uno. Vir quidem literarum diuinarum humanarúmque egregié doctus, qui super quartum Sententiarum, ac aliis tribus multa ædidit: sed & in ueteri ac nouo testamento tractatus composuit multos, ac præter doctrinam multæ bonitatis ac integritatis pontifex fuit, omnes pariter amando, qui non plura affinibus aut cognatis se debere aut conferre, quàm aliis bonis arbitrabatur: & propterea ex omni feré religione uiros optimos & doctos cardinales creauit, & urbem Romanã pulcherrimis ædificiis exornauit, sed præsertim apud sanctam Mariam maiorem, ubi ipse habitauit, ipsius basilicam, unà cum Iacobo Columna cardinali, restituit, ac etiam anteriorem & posteriorem Lateranensis basilicæ partem instaurauit. Hic multos milites in Asiam, ad tuendam Ptolomaydam proprio ære transmisit, aliósque plurimos cruce signatos mittere curauit. Denique cum urbem Romanam ciuilibus dissidiis agitari cerneret, & incendia, cædésque plurimas perferre cerneret, tædio animi, quod male sibi omnia cedere uideret, quódque plusquam pontificem decebat in unam partem declinauerat, mortem Romæ obiit. Quo mortuo, ut cardinales electionem liberius facere possent, Perusiam migrarunt. Sepultus autem fuit apud sanctam maiorem. At cardinales in conclaui constricti, duobus annis & tribus mensibus in electione concordare unquam potuerunt. Nicolaus papa. 200.

6488 1289 Matthæus & Ioannes uicecomites Theobaldi uiri honestissimi filii, hoc anno Othone archiepiscopo patruo uita functo, Mediolanensis urbis rostra atque habenas receperunt, quorum imperium non admodum fuit durum, propter quod & in longum dilatatum fuit. Nam Matthæus quia maior, erat dictator, Ioannes uero urbis præturam gessit. Sed tertio anno decurso, cum Ioannes ex pleuresi sine prole defecisset, Matthæo in integrum regnum reliquit. Qui postea populum tanta pietate ac iustitia rexit, ut non princeps, sed pater patriæ & publicæ quietis ac modestiæ assertor existimaretur. Quo factum est, ut nullius populi unquam subierit inuidiam. Domus enim eius tanta religione, tantóque sacrorum cultu referta erat, ut sacrarium illud, quàm principis palatium diceres, familiam quoque ad Dei mandata ecclesiǽque instituta edocuit, ut ne in finé quidem sortis puerulum præteriret, quo minus statutis diebus, sacerdotibus ad confessionem faciendam offerret. In republica erat diligentissimus, in priuata uero minus curiosus, gloriæ magisquam pecuniæ auidus. His moribus ita populũ sibi deuinxerat, ut solus ab omnibus qui imperaret, dignus Eximiæ huius hominis uirtutes.

 existima-

existimaretur. Hic itaque optimus uir cum Alexandriam, Papiam, Derdonam, & alias plures ciuitates sibi uendicasset, & in omnibus gloriosus appareret. Tandem cum Petrum ui cecomitem gentilem suum in carcerē misisset, ipsa res sui imperii destructionis causa fuit. Nam postmodum à carceribus liberatus, Petrus indigne ferens, iniuriam sibi à Matthæo il latam, in ultionem sui, maximam conspirationem contra ipsum excitauit. Qui tandem uidens se in patrum conspiratione multorūq; principum, sua sponte imperium imposuit, & in manibus Alberti Scoti, Placentiæ domini, resignauit. Demum dolo quodam illusus, dominio pœnitus unà cum filio priuatus fuit.

Petrus Gradenico eius nominis undecimus. 51. Venetiarum dux, hoc anno Ioanni Dan dulo duci suffectus, ducauit annis. 22. & mensi. 4. Vir quidem prouidus, & multarū rerum experientia doctus. Cuius tempore ciuitas ipsa Veneta tumultum sensit, quia quidē Bayameus Tepulus rex, nouarum cupidus, unà cum Quirinis & Basiliis regnum affectans, maximum tumultum in urbe excitauit, sed principis prouidentia, cito urbi quies reddita est, in quibus pro demeritis publico senatus cōsilio animaduersum est. Indéq; animo erectus contra Genuenses in Græciam exarsit, ut scilicet Peram eorum urbem sine præsidio relictam, per duces suos inuaserit, & direptis ciuium bonis, unà cum multis nauibus igne apposito urbem exusserit, atque id idem in Fegia oppido egit. Quod audientes Genuenses, statim cum ducentis Triremibus (ut Iacobus theologus scribit) in Adriaticum mare uenerunt, & classem Venetam ingenti furore interceperunt, ac prorsus laceratam & demer sam, cum. 70. eorum magnis nauibus captis, in triumphi modū Genuam redierunt. Quam ob rem Veneti ultra quàm dici potest maximū acceperunt incommodū. Indéq; Ferrariā urbem (Estensibus inter se dissidentibus, patre scilicet & filio) obsedit & occupauit. Propter quod à Clemente ponti. max. cum urbem dimittere ipsi Veneti recusarent, interdicti pœna unà cum toto senatu & urbe Veneta mulctatus est, atque Veneti omnes qui in Gallia & Anglia inuenti fuissent, idem ponti. pro seruis ubiq; haberi iussit. Quamobrē res Veneta ingentia damna perpessa est. Veruntamen tandem urbem per cruce signatos, ac etiam Florentinorū auxilio, cum multa suorum occidione reddere compulsus fuit. Hic inter cætera concilium. 10. Virale, contra tumultum Baiacontis & eius sequentiū, in urbe instituit. Denique post multas fluctuationes, & animi perturbationes, uita functus, apud sanctum Cyprianum in Mauriano sepelitur. 6489 1290

Venetos pro seruis uenundari iubet.

Tripolis urbis destructio.

Tripolis autem insignis Asiæ ciuitas, hoc anno à Melechasach magno Aegypti Soldano imperatore, propter Christianorū discordias capitur, & cum ingenti Christianorū cæde, igni ferróq; uastatur, ac funditus euertitur. Qua desolata, etiam parem calamitatem in Synodo & Baruto ciuitatibus Christianorum exercuit. 6489 1290

Vgolinū Pisanū comitem, factionis Gibellinæ, ea in urbe principē, hoc anno Gulphi Pisani, auxilio archiepiscopi, qui cum eo uetustissimas gerebat inimicitias, cum omni domo & familia cœperunt. Et causa indicta, eum cum ingenti furore, in quadā turri incluserūt, ubi liberos & nepotes, ac oēm suam familiā, & demū ipsum, inedia cōsumere permiserunt, propter quod turris illa ab illo deinceps usque in præsentē diem Famelica turris est appel lata. Quamobrē Hethruriæ oēs Gibellini comiti in Guelphos ubiq; exarsere, & primo in Aretinos arma mouere, exulibus ipsius id obnixè expetentibus. Gulielmus aūt Petramala episcopus eo tempore Aretio dominabatur. Cui Ferentanus comes & Florentini auxilio aduenerant. Carolus uero rex, ad pontificē accessurus, Florentiā uenit cum duabus militū cohortibus, quē Florentini contra Petramalā episcopū irritauerunt, additis copiis multis, quibus episcopū superare optimè posset. Venitq; idem rex in agrū Typhernatē, hoc est ciuitatis castelli, cum copiis Florentinorū Gibellinis associatus, & Gulielmus episcopus cum nongentis equitibus, & octo milibus peditibus occurrit, ibidémq; collatis signis, acerrimum commiserunt prælium. Vbi primo interfectis episcopo Aretino & comite Feltrano magna cædes in Guelphis Florentinis fieri cœpta est. Sed paulò post, mutata fortuna, in Cassentinati agro ex Gibellinis ad tria millia interfecta, & duo milia capta fuerunt. Hoc maximum malum ex inconsiderato principio prouenisse compertum est. 6490 1291

Turris famelica.

Episco. Areti. occiditur, Gibellini trūcnatur multi.

Viri disciplinis excellentes.

Arlothus Hethruscus, ex Prato insigni oppido oriundus, ordinis minorũ generalis minister, & doctor celeberrimus, tempestate hac dialecticos sui tẽporis oẽs, sine iniuria superat, etiam paucis in philosophia cedens, magnus in philosophia & theologia est habitus. Qui præter reliqua, quæ utiliter & laudabiliter scripsit, Concordantias noui & ueteris testamenti, magno labore conscripsit, ac sermones uarios composuit, & quædam alia. Æditio Cõcordantiarũ

6492 1293 
Dulphus Anaxone Comarcus. 18. Germa. imp. hoc anno omniũ suffragiis, rex & Cæsar creatus, imperauit an. 6. Vir certè insignis, sed parum milite ac pecuniis potens. Qui imperio suscepto, quãuis à pontifice Ro. nõ coronatus fuisset, cum iura imperii repetere tentasset, ab Alberto Rodolphi filio, in Spirnensi agro, propter militum paucitatem, potius oppressus quàm superatus, occisus est. Adulphus imperator.

Andronicus Græcus, Michaëlis Paleologi imperator's filius, hoc anno patre defuncto, in Græcorũ imperiũ succedens, impera. an. 15. Hic cum uidisset patrẽ excommunicatũ, & à Calogeris sacerdotib. sepultura ecclesiastica priuatũ, eo quòd Occidẽtali ecclesiæ fidem in Lugdunensi concilio promissam seruare recusasset, ea cõtumelia permotus, libenter eidem Occidentali ecclesiæ se cõiũxisset, si à principio à Ponti. Ro. auxiliũ habere potuisset, quod postea semper recusauit. Huic aũt imperatori, Gulielmus Italicus Montisferrati marchio, primogenitã suam dedit uxorẽ, ex qua Theodorũ uirũ præstãtissimũ filiũ postea suscepit, qui in Mõtisferrati regno, post Ioannẽ auunculũ sine filiis decedentem successit. Quædam Chronicæ & annales affirmant hunc in anno domini. 1305. imperare cœpisse.

6492 1293 
Elestinus papa, eius nominis quintus, patria Exormensis, Petrus Moroneus antea uocatus, professione Anachorita, hoc anno tandem (absens) in Perusina urbe, quasi per indignationem & derisum pontifex præter Nicolaum pontificem creatus, sedit mensibus quinque & die uno, literarum quidem ignarus, sed sanctitatis eximiæ insignitus, quæ res omnibus profectò admiranda fuit. Hic itaque cum Caroli regis & Latini cardinalis procuratione, pontifex fuisset creatus, confestim Aquilam de mente ipsius Caroli profectus est, quò & cardinales ad se uocauit. Ibique consecratus, statim duodecim nouos cardinales creauit. & ipse eò loci coronatus, & in cuius coronatione ad ducenta hominum milia interfuisse referuntur. Quam multitudinem creditur fuisse notam, ut ex diu expectata electione, & rei nouitate simul ac sanctitate uiri, quòd homo eremita ad tantum dignitatis fastigium, non nisi diuinitus prouectus fuisset. Celestinus tamen propter hoc uitæ pristinæ, austeritatem mutare uoluit. Sed cum experientia rerum careret, parum utilis reipublicæ adiudicatus est, cœptũmque est de cessione tractare. Quod cum Carolus rex audisset pontificem amicum, Neapolim secum duxit, multisq; exhortationibus & modis conatus est eius animum à cessione auertere, adeò ut solenni pompa per archiepiscopũ ducta, clerus & populus ab eo benedictionẽ expeteret, illiq; se commendaret, rogando, ne bene gubernatã ecclesiam, suo regimine destrueret. Quibus benedictione data, responderi iussit: Futurũ esse, quòd deus pro salute populi, bene omnia disponere dignabitur. Benedictus aũt Caietanus uir callidus, & iuriũ scientia peritissimus, multis canonibus Celestino papæ ostendit, quòd grauiter peccaret, si se insufficientẽ cernens ad obeundũ pontificatũ nõ aliter cæderet, constitutionemq; promulgari meruit, per quã declaratũ est, licere pontifici Ro. dignitatẽ dimittere. Ex quibus uerbis & persuasionibus paulò post Celestinus papatu se abdicauit, & cardinalibus alterius subrogãdi potestatẽ & arbitriũ permisit. Quã ob rem cardinales statim Benedictũ Caietanũ ponti. elegerũt. Celestinus uero dimisso papatu, cum ad optatũ eremũ rediret, sibi subito à nouo pontifice detinetur, & captus, in Subnouis arce recluditur, ubi & per tempus necessitate & dolore, eũ mori cogitur. Quem postea Clemens. 5. uisis eius miraculis multis, in sanctorũ confessorũ numero ascripsit: cuius diei celebritas. 14. calendas Iulii obseruatur. Celestinus papa. 1.

6493 1294 
Onifacius papa, eius nominis octauus, natione Campanus, patria Anagninus, Benedictus antea uocatus, Neapoli in festo sanctæ Luciæ Idibus Decembris anni præteriti pontifex creatus, sedit annis octo, mensibus nouem, & diebus septemdecim. Vir certe callidus, ingratissimũsque, qui sua ambitione sanctum Bonifacius papa. 1.

Celestinum magna fraude & iniquitate decepit, & pontificatu se abdicare quasi coëgit, ac perpetuo carceri damnauit. Dubitabat enim iste, ne deceptum senem, aliquis princeps eum ad præsulatum reuocaret,& propterea captum,clàm eum in carcerem reclusit, & ubi foret nunquam scire permisit. Aiunt enim, hunc Bonifacium quendam hominem clanculum in cubiculo Celestini nocte misisse, qui (uoce quasi diuina) diceret: Celestinus si saluus uult fieri, pontificium munus omnino deponat: atque ita his artibus & fraudibus Bonifacius pontificatum adeptus est. Suscepto igitur pontificatu arrogantissimus homo, omnes ferè contemnere cœpit,& gratias à prædecessoribus suis factas, utplurimum reuocauit,discordiásque quammaxime inter Guelphos & Gibellinos semper alere studuit, præsertim Genuenses & Venetos, quorum Gibellinam factionem mirificè & crudeliter ubique persequi non destitit. Eapropter Petrum & Iacobum cardinales Columnenses, unà cum Sara eorum patruo uiros insignes ex odio Gibellinæ factionis in dicta calumnia cardinalatus dignitate & beneficiis ac fundis paternis & castellis, aliisque bonis & rebus priuauit, sicut habetur extra de scismaticis libro sexto. Eius nempè ira omnibus Gibellinis implacabilis erat. Supradictis autem malè gestis, hoc unum laude dignum hoc unum exegit opus,quod Euangelistarum, & quatuor ecclesiæ doctorum, uidelicet, Gregorii, Augustini, Ambrosii & Hieronymi solennitatem sub duplici officio celebrari præcepit,ut habetur extra, De reliquiis & ueneratione sanctorum, libro sexto, capitulo Gloriosus dominus. Hic Ludouicum ex regia Francorum stirpe natum, apud Aphricam defunctum, in sanctos confessores meritò retulit, & uillam Aponensem in nouam erexit ciuitatem,eidémque episcopum assignans: concilium generale habuit, in quo Philippum prædictum Francorum regem, & Saram cum omnibus suis Columnensibus anathematenotauit. At Francorum regnum,propter uiolatum iusgentium, Alberto imperatori subiecit. Qua ex re indignatus Philippus, cum eius superbiam domare cuperet, Saram Columnensem paruum prædicatorum cardinalium, à Bonifacio isto pulsum, Romam cum ducentis equitibus e Massilia clàm mittit. Qui collectis undique amicis, Anagniam noctu ingressus,adiuuantibus Gibellinis,quos ipse pontifex uexauerat, pontificem in paterna domo,& in quo genitus fuerat,cubiculo ualuis ui refractis,obstupentem,propria manu cœpit: direptisque eius bonis, uidelicet innumeris thesauris, Romam uinctum perduxit: ubi carceri mancipatus,infra quartum & uigesimum diem,uiolenta morte defecit, sepultúsq; in basilica beati Petri,sepulchro antea à se constructo. Fuit hic in utroque iure peritissimus,qui cum uideret nouas causarum uarietates in foro contentioso, quæ per decreta nō possent determinari,quotidie emergere composuit per tres uiros sextum Decretalium,& epistolas multas ad diuersos. Religiones omnes mendicantes priuilegiis & immunitatibus mirum in modum adiuuit. Verum quoniam pro arbitrio animi potius ad terrorem quàm ad amorem semper agere conatus est,ab omnibus arrogantissimus & improbus adiudicatus est. Vnde de eo prophetatum fuerat: Intrauit ut uulpes,uixit ut leo,& mortuus est ut canis,& mensuram quam Celestino uiro sancto mēsuerat, & sibi æqua lance remensa est.

Sextum Pontificiū iuris Codicem hoc anno Bonifacius ipse,ut præmissum est, ædidit, quem à tribus doctissimis uiris,ex quibusdam nouis decretis à se æditis,compilari mandauit,& publico ædicto obseruari,& in publicis gymnasiis legi debere mandauit: incipit: Sacrosanctæ Romanæ,&c.

Lyburni euersio.

Genuenses à Pisanis sæpe infensi,eo ipso anno contra eos adeò exarsere,ut comparata classe non modica,in eorum portum deuenerint, & Lyburnum eorum portum unà cum munitissima & eius arce apprehenderint,& ferro atque incendio prorsus euerterint. Quibus gestis etiam quasdam onerarias naues in Arni fluminis ostio demerserunt. Ne de cætero Pisanis omnino nauigare liceret. Quæ res quanto fuerit Pisanis detrimento, dicere non sufficimus. Ea enim arx à portu paululum recedebat,apud ipsamque in scopulo turrim Pharoam habebat, quæ nocturno tempore Tyrrheno mari nauigātibus, lumen quàm longe præbebat,& Pisanum ipsum portum à longe ostendebat. Verum tamen pace confecta Pisani ab integro cuncta restituerunt,quæ omnia adhuc celeberrima manent. Eo enim 6496 1297

loci bea

loci beatum patrem Augustinum dum Trinitatis librum componere meditaretur, Christum in puerili forma maris aquas cum cocleari in fossulo fundentem uidisse dicunt.

Lib. trinitatis ubi initiū habuit.

Ordo Celestinorum à prædicto papa eius authore sic nuncupatus, tempestate hac sub regula diui Benedicti initium ac mirum incrementum sumpsit, eo quod ipso sanctissimo uiro in carcere defuncto propter ipsius crebra miracula multi nobiles & egregii uiri, spretis seculi bonis ac pompis, ordinem ingressi, cito & uirorum numero, ac cœnobiorum multorum constructione, mirabiliter auxere.

Leo Estensis marchio hoc anno in uicariatu Ferrariæ urbis, patri succedens, regnauit annis duodecim, qui Luciam Alberti Scaligeri uiri nobilissimi ac potentissimi filiam ducens uxorem, ex ea Azonem postea principem præstantissimum suscepit filium. Qui soceris sui auxilio fretus, maximum in Bononienses gessit bellum, quam ob rem multæ cædes & incommoda inter utramque partem prouenere. Quid autem ab eis consecutus fuerit, compertum non hsbeo.

Ioannes Montisferrati marchio, Gulielmi marchionis filius, qui fuit Bonifacii, qui fuit alterius Gulielmi, qui fuit Bonifacii alterius Thessaliæ regis, de quo præclara supra descripsimus facinora, hoc anno patri in regno succedens, regnauit annis uigintitribus. Vir per omnia strenuus & clementissimus ac bello scientissimus, quod bella plurima cum gloria strenuè gessit, & Papiam urbem cum uniuerso agro sibi subiecit: quam cum cœpisset, etiam Alexandrinis sibi aduersantibus durum bellum intulit, & multa oppida de eius agro sibi uendicauit. Verum tamen ab eis tandem superatus & captus, carceri damnatus est: quæ res hostibus admodum grata existens, eorum animos erexit: qui in libertatem redacti, ipsius regnum plurimum contriuerunt. Tandem multa pecunia a suis redemptus, pacē æquis conditionibus cum omnibus percussit. Hic igitur cum Margaritam Sabaudiensem duxisset uxorem, nullam ex ea prolem suscipere meruit: quo fratre prole defuncto, Theodorum Andronici Græcorum imperatoris Paleologi filium ex sorore nepotem habuit successorem, atque ita in isto omnis Alerami successio omnino defecit.

Albertus imperator germanus.



6497 1298 Albertus eius nominis primus, Rodolphi olim imperatoris filius, Austriæ dux Adaulpho imperatore oppresso & interfecto, decimusnonus Germanorum imperator declaratus, imperauit annis decem. Vir utique bello & armis admodum strenuus. Qui suscepto imperio, statim à Bonifacio pontifice, imperii confirmationem expostulauit. quam tamen ab arrogantissimo homine obtinere haud potuit. Verum cum inter Philippum Francorum regem & Bonifacium ipsum postmodum suborta fuisset dissensio, eo quod Philippus apud Parisios magnum conuentum congregasset, ubi Bonifacii commemoratis iniuriis sibi illatis, ac etiam eius fraude & ambitione in papatu occupando commemorata, futurum concilium appellauerit. Bonifacius, ut erat animo arrogantissimus, ira parcitus, concilio habito, non solum hunc Albertum confirmauit, sed etiam Philippi regnum huic Alberto subiecit. Quæ res multas discordias & occidiones inter Christianos suscitauit. Denique hic Albertus cum multa gessisset facinora, & Rhenum fluuium bellando transfretasset, è naui descendere uolens, à nepote suo interfectus est. Isto autem imperante innumerabiles penè hæreses undique excitantur. De quibus aliqua commemorare operæprecium est.

Fraticelli de opinione hic commemorantur.

Hæresis eorum qui se fraticellos de opinione uulgariter nuncupatos, hoc eodem anno à Bonifacio pontifice damnantur, & ubique diligenti cura perquisita exterminari omnino iubentur. Vnde & Hermanni cuiusdam corpus eiusdem sectæ author, apud Ferrariam urbem uiginti iam annis sepultum, qui pro sancto colebatur, exhumari & exuri fecit, habita prius de huiusmodi re diligenti exquisitione. Nec propterea huiusmodi hæresis exterminari potuit, quinimò indies excrescens, multos etiam religiosos uiros doctissimos habuit fautores, quod malum postea usque ad tempora Ioannis uigesimisecundi diffusum fuit, adeò ut multis in Italia urbibus, atque per oram Græciæ, & præsertim Athenarum, multi fuerint inuenti, qui dicerent Bonifacium pontificem, nec quemquam illius successorem, & præsertim Ioannem uigesimūsecundū in isto iure & ordine creatū esse pontificem

Hermānus magnus hæreticus.

unde eam

unde eam ob fatuitatem animi, conuenticulis initis, summis pontificibus aduersari cœperunt, quanquam magis luxuriæ & libidinis blandimenta sectari & sequi uiderentur, quàm iuris pontificii querere fundamenta. Nam præter stupra & adulteria, quæ passim unusquisque additis in locis ad hoc occulte paratis committebantur. Etiam aliud publicis eorum cæremoniis, tale fiebat scelus, ut uocatæ, & de industria seductæ speciosiores quæque uel uiduæ uel uirgines, cum in antris noctu uenirent sacerdotes, & eius sectæ clerici eodem in antro clausi, diuinas quidem laudes ad comparandam fidem ex Christiano ritu cantabant. Quibus (ut aiunt) nocte media finitis, sacerdotes eorum alta admonebant uoce, binos debere masculum & fœminam (sancto spiritu inuocato) in complexum, carnalémque copulam commisceri. Quibus dictis, luminibus inde ilicò extinctis, quisque uirorum proximam mulierem prosternebat sibi. Et si ex huiusmodi complexu seu coitu aliqua mulier concepisset, infans genitus, mox ad conuenticulum illud in speluncam deferebant, & ibi per singulas eorum manus tradebatur, tam diu totiensq; baiulandus, quousque animam exhalabat. Isque in cuius manus infantulus expirabat, summus eorum pontifex, diuino (ut aiebant) spiritu creatus habebatur. Et quum alter item ex tam multis uiciatis fœminis offerretur fœtus, eum sacerdotes ipsi collegialiter congregati, prunis assabant, collectum inde puluerem, in uasculum mittentes, uinum superinfundebant, quo nouicios, & execrabilibus huiusmodi initiatos sacris epotabant. A quo combibendi modo, crudelis hæc superstitio uasculi quo fit uocabulo Barilotum uocata est. Extant adhuc ex huiusmodi crudelissima & diabolica hæresi aliquibus in locis abditis & uallibus, nonnulla conuenticula pertinaciter in sua perfidia permanentia. Viguit autem hæc diabolica pestis, ut plurimum apud Fabrianum Picenæ regionis nobilissimum oppidum.

Barilotū quid sit.

Gulielma quadam fœmina huius scelestissimæ sectæ auctrix, per hos dies apud Mediolanum Lombardiæ urbem obiit, quæ sanctitatem & religionem permaximam semper in uita præ se tulit. Vnde & apud Claræuallæ cœnobium, ubi sepulta iacebat, pro sancta habebatur Hæc itaque unà cum uiro suo Andrea nomine, sub specie sanctitatis synagogam in antro domus suæ sibi extruxerant, qua & eodem modo supradicto & hæretico utebantur ritu. Ad eundem autem locum multi uiri commendabant, & multas mulieres uiduas & maritatas seductas adducebant, quibus de mandato ipsius Gulielmæ occultas imponebant clericas. At ipsa maledicta Gulielma cum omnes congregatos inspiceret, induta indumentis sacerdotalibus, more præsbyteri omnibus astantibus, ante altare suas fundebat preces, quibus expletis aiebat: Adunamini, adunamini, & lumen sub sextario ponite, & quæ deus ordinauit facite. Idque scelus statutis per hebdomadam diebus exequebatur. Post aliquot uero annos hæc eorum mater moritur, & apud Claræuallæ pro sancta sepelitur. Post cuius obitum Andreas uir eius per sex annos in tali pernicioso & diabolico scelere perseuerans, innumerabiles seduxit populos, quousque quidam Mediolanensis mercator, Conradus nomine, hoc scelus hoc modo discoperuit: Habebat autem hic Conradus uxorem seductam, quam cum frequentius in noctis medio surgere animaduerteret, demum die quadam decernens scire omnino ac experiri quo nam loco ipsa eius uxor accederet, ipsam clanculum secutus est, & ad consortium post eam incognitus intrauit, & quæ ibidem fiebant, diligentius inspexit. Lumine itaque sub sextario ex more solito supposito, uxorem suam de industria cœpit, & cum ea rem incognitus habuit, & anulum cum saphyro è manibus abstulit, & inde statim cum aliis incognitus recessit. Post aliquot uero dies idem Conradus ab uxore anulum expostulauit, quæ illum quærere se finxit: demum illum nō inuenire trepida respondit. Postmodū (re dissimulata) iussit conuiuiū præparari, ad quod & cōsanguineos & amicos & uicinos maximè quorū ea in synagoga uxores nouerat, inuitauerat: cuius iutuitu omnes inuitati aduenere: quibus recreatis Conradus ait: Amici & fratres rogo unusquisque cum uxore ludat, prout ipse cum uxore mea me facere conspexerit, & postmodum causam inuitationis uestræ pandam. Qui postquam ludos multos exercuisset, uxoris ligaturas è capite deiecit, & clericatam uxorem omnibus ostendit, ac cæteri omnes similiter suas cum clerica corona inuenerunt. Qui omnes mirabundi, & quæ nam esset causa hæc, conclamauerunt. Quibus Conradus rem gestam

Hæretica fœmina.

Fœmina cum indumentis sacerdotalibus

gestam per ordinē recitauit. Qui habito concilio inquisitori hæreticæ prauitatis rem protinus denunciauerunt. At inquisitor facta diligenti inquisitione didicit hoc execrabile & diabolicum scelus, industria & malignitate Gulielmæ & Andreæ mariti, per undecim annos in eorum domo perseuerasse. Quam ob rem & Andreas & complices suos ac Gulielmæ ossa concremata sunt, & quæ pro sancta habebatur, postmodum pro pestilentissima hæretica blasphemata fuit: similiter & mulieres quæ in huiusmodi sceleribus comprehensæ fuerunt, non sine magna punitione à uiris suis dimissæ sunt. Ossa hæretica comburuntur.

6498 1299 Claram autem Montisfalconi oriundam Augustinianæ religionis eremitarū alumnam, uirginem utique insignem & sanctissimam ac omni uitæ synceritate clarissimā, hoc anno apud eundem Montisfalconi Spoletanæ urbis suum oppidum, animam cælo reddidisse ferunt. Quæ sanctissima uirgo tantis certe extitit decorata meritis atque miraculis, ut sanctarum catalogo piè ascriptam putari possit. Hæc quippe in primis in tantam diuinæ Trinitatis deuenit cognitionem, ut domini nostri Iesu Christi passionis ardorem, ut pace omnium dicere ausim, neminem sanctorum fuisse unquam, qui tam certissimis indiciis cognouisse ostenderit Trinitatem & domini nostri Iesu Christi passionem, sicut ista Clara sanctissima uirgo. Fuerat etiam diuinæ quædam sapientiæ eruditissima, & quadam inextimabili facundia copiosa. Vnde cum surrexisset suo tempore pestilens error fratrum, qui Fraticelli de opinione nuncupantur, qui & Picenum Vmbriámque ac Flamineam prouincias maculauere, qui turpissimam ac nephandissimam malignantium synagogam congregauerant, ipsa zelo fidei catholicæ succensa, & uoce & scriptis contra improbos inuehere non destitit, Dicens: tenete ecclesiam, quæ dominū nostrū Iesum Christū patrem omnipotentem, & unicum eius Iesum Christum filium dominum nostrum ac Spiritum sanctū, concordi & consona substantia ratione optime profitetur. Quibus ex rebus, quasi alter dei angelus esset, in admiratione à cunctis audiebatur. Virtutum omnium studiis, & diuina quadam sapientia ac gratia Clara hæc, non modo illustris, sed clarissima effulsit fœmina. Cuius quidem uitam superioribus annis in tractatu, quem De claris mulieribus ædidimus, perpulchrè descripsimus. De huius itaque sanctitatis & uirtutis preconio, istud hoc referimus testimonium, quod apertis oculis intueri ab omnibus potest, quod de quouis sancto unqnam compertum fuit: Ea siquidem defuncta, in eius corde, corpore aperto, confestim crucifixi imago clara & aperta uisa est, cum omnibus ipsius passionis insigniis. In cuius etiam corporis felle, tres lapilluli parui inuenti sunt, omnes eiusdem ponderis. Quod quidem euidentissimum sanctitatis maximæ fuit indicium. Eius autem corpusculum prope diuinum, cum iam acti sunt ducenti anni ab ipsius obitu in hodiernum usque diem, qui est annus à millesimo quingentesimo duodecimo, nulla ex parte uidetur aut corruptum ac certè corrosum, quæ res magnam intuentibus admirationem & uenerationem adducit. S. Clara ordinis S. Augustini.

Iubilei inter Christianos prima institutio.

6499 1300 Iubileus hoc anno à Bonifacio pontifice Romano primum indicitur, in quo plenariam omnium peccatorum remissionem, his qui apostolorum limina uisitassent, præstitit. In hoc centesimo anno quoq; decreto publico perpetuò seruari mandauit. Cuius rei gratia illò tanta undique hominum multitudo uenit, ut uix per urbem amplam incedere liceret. Et in hac quidem ratione Bonifacius ipse potissimum gloriosus extitit, quod hoc institutum Iubilei primus Romanorum pontificum instituerit. Institutio Iubilei.

Viri disciplinis excellentes.

Dinus Mugilanus iuris utriusque peritissimus doctor, hoc tempore claruit, & primum locum inter doctores sui temporis in Italia obtinuit, eo quòd docendo, disputando, dicendóque tantam loquendi uim habuit, ut eo præsente, uniuersalis legalis philosophiæ adesse uideretur. Et propterea copiosè eleganter totum Ciuile ius, quinquaginta & nouem libris explanauit. Insuper & de mandato Bonifacii papæ octaui, post Archidiaconum Bononiensem, in iure Pontificio sextum Decretalium declarauit. Scripsit etiam consilia penè innumerabilia elegantissima. Dinus Mugilanus iuriscon.

Petrus de bella Pertica, natione Burgundus, prædicti domini Dini, & professio nis & doctrinæ omnino consimilis, his temporibus floruit. Qui & ipse Dino non minus doctè & accura- Petrus de bella pert.

& accurate ſuper toto Digeſto Codicéque, ac etiam Inſtituta ſcripſit. Habentur quoque & eius centum diſputationes à ſe æditæ, quæ apud doctos magno in precio habitæ ſunt.

Iacob. de Arena iuris conſul.

Iacobus de Arena, natione Parmenſis iuriſconſultus peritiſſimus, cuius opiniones in explanandis legibus (ut Bartolus teſtatur) ſemper de mente iuris extiterunt. His temporibus breuiter, utilitérque ſuper toto Digeſto & Codice ſcripſit, indéque diſputationes multas & pulchras, ac etiam tractatum De excuſſione compoſuit.

Nicolaus de Neap.

Nicolaus de Neapoli, hiſdem præclariſſimis uiris contemporaneus exiſtens, ſuper primo Inſortiati, & toto uolumine copioſe & perpulchre ſcripſit, ac alia quædam ædidit.

Accurſius.

Franciſcus Accurſius Florentinus doctor eminentiſſimus, & ipſe per hæc tempora, docendo & ſcribendo reddidit clariſſima. Qui & ipſe inter cætera nonnullas gloſas ſeu additiones priſtinis gloſis addidit.

Iacob. de Rauenna.

Iacobus de Rauenna, prouinciæ Lothoringiæ oriundus, iuris utriuſque clariſſimus doctor, ac etiam ſacrarum literarum profeſſor, hac tempeſtate cum domino Dino prædicto, eiuſdem nominis & precii ab omnibus habitus eſt, eo quòd & ipſe ſuper toto Digeſto & Codice eleganter & perpulchre ſcripſerit, & multa, ut Cynus ait, ſimplici ſenſu à maioribus tradita, ad dialogum & arguendi modum deduxerit.

Siluanus.

Martinus Siluani, pontificii iuriúmque ciuilium luculentiſſimus doctor, & domini Ioannis Andreæ præceptor, & ipſe tempore iſto floruit, & perutiles commentariolos in legibus compoſuit.

Ioãnes Scotus ordinis minorum.

Ioannes Dunus, cognomento Scotus, ordinis minorum, theologus ſubtiliſſimus, per hoc tempus uelut alter Apello floruit, & præ cæteris theologis ſubtiliſſima opera ædidit, & præcipue ſuper quartum Sententiarum, quem ipſe (ut aiunt) in ordine redegit, & incipit: Cupientes. Item quodlibeta plurima diſputauit, quorum principium eſt: Cunctæ res difficiles. Et de cognitione Dei, librum unum. Item in Metaphyſicam, librum unum. In diuinis etiam codicibus commentarios, & alios tractatus ædidit: qui quidem commentarii quantum ualeant, abſque noſtro teſtimonio ipſi oſtendunt. Item ſermones de tempore & de ſanctis, libros duos. Hunc autem lacte ſuæ ſapientiæ multos erudiſſe diſcipulos tradũt. Sed qui maxime profecerunt, hos fuiſſe aiunt, uidelicet Franciſcum Maronem, Anthonium Andream, & alios complures, quorum ingeniis mirum in modum philoſophia creuit. Denique Apopleticus interiit, quamuis à plærıſque putetur, quod uiuus fuerit defoſſus.

Ioãnes de ſctõ Germiniano.

Ioannes de ſancto Geminiano, ordinis prædicatorum, uir in ſcripturis apprimè eruditus atque ſtudioſus, hac tempeſtate in ſcribendo & declamando, magnum doctrinæ fructum acquiſiuit. Qui & ipſe inter cætera, de ſimilitudinibus rerum, librum unum ædidit, atque ſermonum de tempore, & de ſanctis, libros duos: Item collationum diuerſarum, librum unum.

Gulielmus Bergomenſis. cardinalis.

Gulielmus Bergomenſis, ex nobili uetuſtáque Longorum familia ortus, tituli ſancti Nicolai in carcere Tuliano cardinalis præsbyter à Cæleſtino prædicto pontifice inſignitus, hiſdem temporibus præter inſignem doctrinam, qua in ciuili pontificióue iuribus peritiſſimus erat, præter etiam aliarum bonarum artium eruditionem, & animi integritatem, quibus optimæ uitæ iudicatus etiam tantæ authoritatis & gratiæ apud Bonifacium pontificem extitit, ut hominem arrogantiſſimũ multis in rebus reprimere potuerit, quinimò eidem legationes difficillimas ſuper omnes commiſerit. Aiunt iſtum aliqua digna immortalitati à ſe ædita commendaſſe.

Benedictus papa. 203.



Enedictus papa, eius nominis undecimus, cardinalis Oſtienſis, natione autem Taruiſinus, prædicatorum ordinis profeſſor, Nicolaus antea uocatus, ipſius ordinis ſuo tempore generalis magiſter, Bonifacio pontifici tandem ſuffectus, ſedit menſibus nouem. Vir quidem bonus, & tanto magiſtratu non ſolum 6503 1304
utique dignus, uerumetiam digniſſimus, cuius ſanctitatem & miracula à ſe poſt mortem ædita, optimè declarant, eum inter beatos cenſeri & connumerari debere. Qui pontificatu inito, eos omnes ſacris myſteriis ſtatim abdicauit, quos authores eſſe conſtabat, ut Bonifacius prædeceſſor ſuus moriretur, regémque Franciæ ad priuſtinam dignitatem reſtituit, ac Ioannem & Iacobum de Columna cardinales, tanquam iniuſte damnatos in gratiam recepit,

recepit, eisque bona omnia, Galero duntaxat Rubeo excepto restituit. Quibus rebus hoc modo compositis, cardinalibusq; quibusdam creatis, etiam ad componendã Italiæ pacem animam adiecit, quod ut cõmodius efficeret, statim cum curia, Perusium profectus est. Vbi infirmitate correptus, rem destinatam omisit, & nonis Iunii diem ibidem obiuit. Et maxima cum pompa in ecclesia ordinis sui sepultus fuit. Quo mortuo, uacauit sedes menses. 11.

Belgii Gallorũ infimæ cõditionis populi, qui superioribus annis à Francis defecerãt, & ingentes eorũ copias deleuerãt, hoc anno terrestri nauali prælio ab eisdem Francis expugnantur. In qua quidẽ pugna multis eisdem partis militibus interfectis non incruenta uictoria Francis est relicta: sed & paulò post copiis iterum reparatis, & ad dimicandũ animis erectis, cum uterq; populus suũ formidaret euentũ, pacem composuere. Hæc aũt regio Belgica in Galliis sita, à Belgica eorum primaria ciuitate hoc nomen sortita fuit, quæ à Scalda amne ad Sequanam fluuium sita est. Aiunt enim Belgicam nuncupatam quasi bellorum gens, uel bella gerens. Belgica regio quæ sit

Curiæ Romanæ in Galliis translatio.

6504 1305 Clemens papa eius no. 5. natione Vaschonus, Bernardus Burdegallensis antea uocatus, patre Beleardo milite natus, Perusii absens post longã contentionẽ pontifex creatus, sedit an. 8. mensi. 10. & dieb. 15. Qui in Galliis agens & electioni cõsentiens Lugdunũ ex Burdegalliis se contulit. Ad quem uocati cardinales sine mora profecti sunt. Quò proficiscentes deinceps per. 74. annos ibidem curia Romana cũ maximo Christianorũ damno & incõmodo detenta est. Eius aũt coronationi innumerabiles Gallorũ populi cum Philippo rege & Carolo eius fratre ac Ioanne Britãniæ duce interfuere. Qui Ioannes dux dum pompa per urbem duceretur, cuiusdã muri ruina cũ multis oppressus fuit, & etiam Philippus rex debilitatus est, ac pontifex à turba pressus, uix mortis imperiũ euadere potuit. Coronatus itaq;, plurimos ex Gallia creauit cardinales, ex Italis aũt nullũ, nisi quod Ioannẽ & Iacobũ Colũnenses ad Capellũ restituit, indeq; tres cardinales cũ senatoria potestate Romã misit. Quorũ auspitiis ipsa Roma & Italia omnis gubernabatur, postmodũ eius iussu Dulcini hæresis oppressa fuit, ac Templariorũ religio pœnitus extincta, quorum bona militibus Rhodianis attributa fuerunt. Venetis præterea propter Ferrariã occupatã anathemate notatis, etiam sacramẽta interdixit. Itidem quoq; in Florentinis & Lucensibus egit, quãobrẽ Florentini indignati omnẽ clerũ suæ ditionis grauissimis exactionibus grauare cœperũt. Cum aũt ad componendũ ecclesiæ statũ animũ adiecisset, tria concilia diuersis temporibus & locis habuit, ubi multa prudẽter & mature egit, ac constitutiones multas religiosorũ uirorum statum permaxime cõcernens, accuratissimẽ ordinauit, in quibus etiam regulã B. Francisci declarauit. Ex quibus sanẽ constitutionibus, Clementinarũ liber postea confectus est, ubi etiam Cælestinũ papam sub nomine Petri de Murano sanctis confessoribus aggregauit. Demum uariis ægritudinibus afflictis, anno pontificatus sui. 8. mense. 10. moritur. Et eius corpus in Vasconiam patriam suam defertur, ubi in B. Mariæ de Vgesta templo, diocesis Vasatensis sepelitur: & tunc sedes uacauit annis duobus & mensibus tribus ac diebus. 17. Clemẽs pa. 204. Liber Clemẽtinarũ.

6504 1305 Dulcinus hæresiarcha, natione Nouariensis, literarum pœnitus inscius, hoc anno apud Nouariã urbem suam, unà cum Margarita uxore sua nonam hæresim aduersus sacerdotes adinuenit, quã insaniendo etiam disseminare ambo ausi sunt. Hi itaq; more Fratricellorũ de opinione ad sex milia utriusq; sexus hominũ, ex uallibus, uicis, ac oppidis infimæ conditionis collectis & seductis sub specie charitatis insimul habitare docuerunt. Qui in montibus habitantes, in omnem luxuriã prolabebãtur. Quæ pestis duobus annis perdurãs, multos religiosos, & maximẽ sacerdotes seculares impugnauit. Clemens aũt pontifex audita huiusmodi diabolica secta, confestim legatum apostolicũ cum multis militibus in Lombardiam misit, qui collectis undiq; auxiliaribus copiis, eos demũ in Alpibus Domdosullæ cõclusit. Vbi tandẽ, partim armis, partimq; frigore & inedia consumere fecit. Captis deniq; Dulcino ipso & Margarita, Vercellas perduci iubẽtur, & iudicio domini Gulielmi de Berna. legũ doctoris, patria Bergomensis traduntur, ubi ex Torniellorũ nomine præsidebat. Qui maleficiis eorũ bene examinatis, sententiã in eos proferẽs, membratim primo lacerari iubentur. Dulcinus hæreticus.

iubentur. Indéque eorum ossa concremari & in uentum dispergi iubetur. Hæc propterea abhominanda pestis deleri omnino potuit. Quinimò adhuc in Tridentinis montibus, ubi idem Dulcinus suæ hæresi initium dedit, aliquæ eius extant reliquiæ, quæ in abditis religiosorum more latitantes, Dulcini sunt cognominati. Ipsius autem hominis scelera, & pœnas in inferno meritas. Dantes Florentinus contemporaneus eius, suo in tractatu de inferno, ca. 28. satis meminit, dicens: Or di a fra dulcin dumq; che sarmi &c. Hic igitur Dulcinus hæreticus totam ferè Europam in sui stuporem cómouit, & multorum ora repleuit.

Dantes poëta.

Mirabilis populorum peregrinatio hoc anno ubique fuit, quæ à Perusinis incipiens, nō solum Italiæ populos, sed & extraneos ita cómouit, ut lōgis agminibus, crucē cū laudibus prosequerentur, & ita ad conuicinas ciuitates misericordiā & pacē conclamātes supplices cómearent.

Ordinis Rhodiorum militum initium.

Rhodiorum ordinis institutio.

Rodolphus insula Lidiæ, de qua perpulchrè lib. 3. mentionē fecimus, hoc anno in Christianorū potestatē deueniens, religiosis beati Ioannis Baptiste dicatis, authoritate pontifi. Ro. cómendatur. Hic nempè religiosi cum Hierosolyma deperdita omnino esset, & Templarii in magnos errores prolapsi, à ponti Ro. fuissent extincti. In hac insula ni sese recipientes Turcos eius dominos pœnitus eiecerant, & urbem penè diruptā & desolatā Christianorū suffragiis statim instaurauerunt, & naualia reformantes, nō solum insulā ipsam tutati sunt, sed Cypriis aliisq; finitimis Christianis, & peregrinis Hierosolymā petentibus magno auxilio esse cœperunt, quorū uirtute quicquid Christianæ religionis in Asia est, per ipsos Christo reseruatū fateri licet. Ipsis igitur religiosis militibus fide & gratia ac religione præclarissimis Christianā fidem professiōis uoto ingenti uirtute tutantibus, Templariorum bona per pōtifices & alios orthodoxo fidei principe addita sunt: postmodū deuotiōe permoti, etiam regulā B. patris Augustini profiteri sponte uoluerunt, quamobrē à summis ponti. Ro. priuilegiis & beneficiis multis ecclesiasticis adiuti & honorati sunt. Hos autē paulò ante ætatē nostrā, cum Soldanus Aegypti dominus toto quinquēnio armata classe uexasset, multò maiora pertulit, quàm intulerit damna. Turci etiam quatuor uicibus diuersis temporibus eorū agros inuaserunt, & urbē acriter oppugnauerunt, à quibus nō uictoriam, sed maximā cladem reportarunt. Nouissimē aūt superioribus annis, qui fuit octogesimus supra quatuor decies centū ab incarnatione Do. nostri Iesu Christi, Mahumetus Othomanus Turcorū princeps & imp. postquā duo imperia duodecimq; regna & potentatus multos sibi subegisset, etiam hanc Rhodiā ciuitatē sibi uendicaret, & Rhodiorū istorum dolore si posset, omnino destinauit. Quapropter eodē anno ingenti exercitu cōparato, & centū Vellarū classe instructa, Bassam quendā Græculū uirum in armis exercitatissimum ex Paleologorū nobili familia natū, ipsi expeditiōi præfecit. Qui cum centū milibus armatorū & sexdecim ingentibus machinis aliisq; armamētis innumerabilibus hostili animo in Rhodios duxit, & statione firmata statim ingenti tumultu, urbis mœnia bombardis dilacerare cœpit. Verū postquā omnē agrum depopulatus fuisset, & ipsos Rhodios milites per. 89. dies cruentissimis præliis uexatus fuisset, tandē diuino auxilio, & clarissimi illius religionis principis Petri Dabusson, natione Galli, solertia atque præstantia, Turci oēs cum maxima ignominia & cæde discessere. Aiunt enim, dum Turci ultimo impetu, urbis mœnia conscendissent, qui ad. 40. hominū milia erant, eo in conflictu uexilla Do. nostri Iesu Christi, & beatissi. uirginis Mariæ, ac D. Ioannis Bap. Christianos erexisse, & maximis clamoribus domini auxiliū cū lachrymis implorasse, statim candidissima uirgo cū clypeo & hasta in manibus Turcis apparuisse, necnō & homo uili obsitus ueste, sed splendidissimo comitatu stipatus, qui præsidiū Christianis militibus afferebat. Quæ uisio tantum terroris Turcis incussit, ut ultra progredi nō potuerunt. Milites autem postquam Turci sic ignominiose discesserunt, gratias deo agentes, confestim eam urbem incredibili fortitudine restituerūt. Verū instauratis urbis mœnibus, superueniente maximo terræmotu, magna urbis pars cecidit, & innumerabiles utriusq; sexus in ipsa oppressit. Ferunt Rhodios quoddam castellū S. Petri nominatū, munitissimū habere, quod magno sumptu custoditur, maximóq; usu militibus & cæteris Christianis, qui scilicet in manus Turcorum incidunt, sæpe eò fugientes saluantur. In quo ingentes canes, milites ipsi tenent & nutriunt, quos extra castra

6507 1308

Maximus Turco exercitus.

Miraculum.

castra omni nocte emittunt. De quibus dicitur, quod Christianos odore solũ cognoscant, eisque aduentantibus blandiuntur, Turcos aũt latratu prodent, & morsibus insectentur.

Scaligerorum dominii principium.

Canis Scaliger, qui ex rebus multis strenuè gestis, magnus cognomento est appellatus, Alberti Scaligeri capitanei filius: uir utiq; magnus, & rebus bene gestis omni preconio dignus, his temporibus Veronæ Galliæ Cisalpinæ urbis, dominiũ sibi uendicans, regnauit in ea annis fermè uiginti. Quam quidẽ ciuitatẽ tanta iustitia sapientiáq;, ac pietate gubernauit, ut etiam Picenũ & Romandiolã oẽm potius sua bonitate quàm armis aut aliis bellis, sibi subegerit. Erat namq; Canis hic multæ eloquẽtiæ princeps comésq;, ac omnibus perhumanus, necnon & in omnibus admodũ liberalis, atq; etiam doctorũ uirorũ, tum ecclesiasticorũ, túmq; oratorũ & historicorũ ac poëtarum assidua familiaritate coniunctus, inter quos Dantem Florentinũ præstantissimũ poëtam ob eius doctrinã & rerum multarũ experientiã, apud se sedulo habere uoluit, & magnis honoribus præmiisque semper eum prosequi uoluit. Tandem cum urbem suam Veronam maximis ædificiis aliis plurimis beneficiis mirificè illustrasset, anno domini.1329 die.22. Iulii sine uirili prole deficiens, duobus nepotibus, Alberto scilicet & Mastino fratribus urbis, tantæ dominiũ concessit. Eius autẽ corpus, cunctis collachrymantibus, cum maxima funeris pompa, apud templũ iuxta urbis forum sepultũ fuisse constat, ubi supra templi ipsius ualuas adhuc permagnificum cernitur sepulchrum marmoreum, sua imagine & epigrammate notatum.



Henricus eius no.7. Luceburgensis comarchus.20. Germanorũ imperator, hoc anno à suis Germanis electus, imperauit an.5. & mensib.8. Hunc Clemens papa ea lege confirmauit, ut intra bienniũ Italiã peteret, coronã ex more accepturus, qui omnia se factuũ pollicitus est. Cumq; Mediolani pro corona pro ficisceretur, transgressus Alpes, Taurinenses primũ in deditionẽ accepit, indéq; Astenses, quibus cum uicarios dedisset, Philippus Papiæ comes, Simon Collabianus Vercellensis, & Anthonius de Suraga seu Susyraga, Laudensis tyranni omnes, atq; alii cõplurimi Lombardiæ domini, eidem magnificè occurrerunt, & datos uicarios pacificè acceptarũt. Similiter & magnificus dominus Canis Scaliger prædictus, per oratores imperatori obedientiã pro misit. Mediolanũ aũt (ut dictũ est) cum Matthæus uicecomes Guidonẽ Turrianũ haberet aduersariũ, eo quòd Matthæus Gibellinis, Guido uero Guelphis faueret. Guido itaq; ueritus, ne Matthæus imperatoris præoccuparet gratiã, contracto Guelphorum exercitu in agro Mediolanensi se contulit. Audiens igitur imperator Henricus, Mediolani statim urbis dominio potitus est. Cumq; urbem introisset, ut pariter uicecomites & Turrianos cõponeret & seruaret, Guidoni Turriano Vercellas dono dedit, & Matthæũ in Mediolano confirmauit, & Leopoldũ nihilominus ducẽ suum urbis præfectũ cum quibusdã cohortibus Germanorũ præfecit. Quamobrẽ Lombardi oẽs pro Alexãdrino sese imperatoris tradidere. Hẽricus uero coronã ferreã, quã Modoëtiæ ex more accipere debuerat, Mediolani accipit, magnificentia. s. cum ciuiũ impensa, propter quod grauata plebs, tumultum facere cœpit, eo quòd cum libertatẽ speraret, in maiorẽ seruitutẽ deuenisset. Galeatius aũt Matthæi filius, istum in Turrianorũ tyrannidẽ statim retorsit, propter quod Germani facili credentes Guidonẽ Turrianũ cum factione sua Guelpha urbe expulere, qui tandem omnes cum mulieribus & liberis, relicto Mediolano, Vercellas cõmigrarũt. Ex quorũ factione cũ omnino recedere recusarent, triginta interfecti fuere, è quibus quatuor Turriani constitere. Mouens postmodum Cæsar Vincentinos, urbem domini Canis Scaligeri à Patauinis abstulit, Cremonãq; quæ Gibellinos eiecerat fermè destruxit, & Cremã oppidũ lacerauit, ac clade Parmenses timore perculsi, quæ Eubeos in urbe receperant, statim Guelphos expulerunt, & coronã preciosissimã à Federico eius nominis secũdo iamdiu ablatã, eidẽ obtulerunt, quæ res eundẽ mitiorẽ reddidit. Brixiã deinde à Thebaldo Brusato defensam pluribus diebus obsedit & expugnauit. In cuius obsidione Valerianus ipsius Henrici germanus. & nõnulli alii proceres bello & aëris intemperie miserabiliter periere. Quorũ corpora ibidem in contẽptu nostro sancti Bernabæ sepulta fuisse cõstat, eò enim tunc conuẽtus ipse extra urbis mœnia erat: postremo machinis durissimè Brixia oppugnata fugientibus

Henricus.7. germanorum imperator.

Guelphis, urbs capta est, & muris spoliata. Quibus calamitatibus reliquæ ciuitates perterri tæ, imperatoris mandata fecere. Henricus igitur pacata omnimodè Lombardia, Varneriū Auspulgensem comitem, eidem prouinciæ cum paucis copiis præfecit. Indéq; cum Amedeo Sabaudiæ comite, & Pisanorū Genuensiūq; oratoribus sociatus, per Placentiā transiens, Genuā petiit, quo & multi regū oratores conuenerunt, indéq; Pisas classe delatus, præmissis tribus copiis, maximis incōmodis Lucenses affecit. Cumq; demū res Hethruriæ composuisset, cum Ludouico Amedei Sabaudiæ comitis filio, Romā profectus est, & ibidem per tres cardinales à summo pōtifice Clemēte missos, coronatus est. Indéq; discedēs, in Florentinos castra mouit, qui nullam aliam spem habentes, Roberto regi potius se dedidere, hac lege, ut exules Albos nullo unquā tempore, nulláue ratione reduceret. Quo audito, Henricus repente se Pisas contulit, ubi Robertū ipsum, tanquā Maiestatis reum citauit. Et eo interim Lucenses & Moniacenses magnis affecit cladibus, profectúsq; Aretium ibidem Robertū titulo regni priuauit, quāuis postea citationē ad locum suspectū factam, papa condemnauerit. Duxit quoque & contra Senenses, ubi cum ægrotare cœpisset, ad balnea macerari se contulit. Inde cum male sanus redisset, ad Bonconuentū oppidum rediit, ubi & post aliquot dies non sine suspicione dati ueneni mortuus est. Subornauerant enim (ut fertur) Florentini ab eo grauissimè infensi pollicitationibus & præmiis, quendā monachum, qui Eucharistiam ueneno illitam ei dedit. Cuius mors Florentinos & Robertum regem admodum lætificauit. Quo mortuo, uacauit imperium anno uno.

Robertus Siciliæ & Apuliæ rex. Robertus Caroli.2. Neapolitanorū ac Siciliæ & Apuliæ regis filius, hoc anno, patre defuncto, in regnū eius succedens, regnauit annis.33. Rex, multorū scriptorū, miris laudibus, celebratus: quoniā nedum rei militaris peritia, sed multarū scientiarū ornamento uere inclytus est habitus. Qui regni titulis à Clemente papa in Auinione susceptis. ex Galliis profectus est ad Palagurū Bononiæ legatū, qui circa Ferrariæ tumultuantis eidem demandauit. Misit deinde Ioannē fratrem ex Neapoli Romā, ut inde Henricū imperatorē expelleret, quia sua tyrannide totam Italiā perturbabat, Robertúmq; ipsum reum læsæ maiestatis fecit, & nō citatum, regno priuauit. Quam tamē sententiā, cum inde secutis, Clemēs postmodum irritam fecit, ut habetur in Cle. pastoralis, de re iudicata. Hic itaq; Robertus dignissimus princeps, & rex Genuæ, Saonæ, & quarundā aliarum urbium dominiū habuit, Guelphorū opera. Demū, nullo superstite filio moriens, regnare præcepit Andreā ex Carolo Martello fratre Vngariæ rege natū, uidelicet nepotē, licet Ioanna nata ex Carolo filio Roberti, à Florentinis olim uocati regnū administrauerit. Fuerat itaq; Robertus certe serenissimus rex, ac unicum ætatis huius decus, eo quòd omnia quæ regio nomini sunt necessaria, in eo affatim erant. 6509 1310

Ioannes Imp. filius, hoc anno regis Boemiæ filiā ducens uxorē, eius regno potiri meruit. Eóq; regno suscepto.35. annis in ipso regnauit. Vir utiq; bonus & multæ beneuolentiæ insignitus: qui regno in pace adepto, cum Brixianis amicissimus esset, aliquādo eisdem contra Bergomenses nostros, multos Boemos milites in auxiliū transmisit, quorū auxilio Bergomensiū potentiā repressere. Inde ab Italis uocatus, anno.22. regni sui, in Italiā cum multo exercitu descendit. Ec uiri bonitate Itali allecti, dedentibus se ultro multis ciuitatibus, uidelicet Brixia, Bergomo, Luca, Parma, Regio, Mutina, atq; aliis plurimis: quarū dominio potitus, illas & mœnibus & arcibus atq; aliis multis fortilitiis munire studuit. Et inter cætera, in ciuitate nostra Bergomo, arcem munitissimā, adhuc extantē, quæ uulgo, La Rocha appellatur, ædificauit. Deniq; in regnū reuersus, Ludouico Cæsare procurante, ab ipsius uxore Margarita interfectus fuit. Quo mortuo, ipsius Ludouici Cæsaris filium, ipsa interfectrix accepit maritum: nec prima, nec ultima, huius perniciei mulier. 6509 1310

Friscus Estensis, Azonis Ferrariæ marchionis filius, hoc anno Ferrariæ urbis dominiū ambiens, Azonem optimū patrē, ob superinductā Beatricē nouercam Roberti Siciliæ regis prædicti sororē cœpit, & in carcerē coniecit, ubi & paulò post etiam eū interire fecit. Quibus gestis, impetrato Venetorum auxilio, urbem ui in suam potestatē redegit. Propter quod indignati ciues, parricidam & facinorosum proditorē ad Palagurū legatū mox accusarunt, rogarúntq; ut urbem ditionis ecclesiæ à tyrāno crudelē in modū laceratā, liberare 6510 1311

dignaretur

dignaretur. Quibus auditis, legatus mox Venetis sub anathematis pœna præcepit à Ferraria omnino abstinere. Qui legati præcepta paruipendentes, Thealdi seu Theuraldi urbis castellũ, tamdiu die noctúq; oppugnauerunt, donec illud obtinuerunt. Friscus aũt uindictæ cupidus, atq; peromnia malignus (introductis Venetis, cum tamẽ nõ satis etiam se cõfideret) ira succensus, statim dimidiã ciuitatis partem, igne apposito, succendit, & quàmaximè eorũ domos qui eidem resistere uoluerunt. Ac ciues concitati, tantam iniuriã & damnum nõ ferentes, sumptis armis sequenti anno hominẽ pestiferũ apud Leonis portã interfecerunt, Dalmatio Guascone, Clemẽtis papæ ea in urbe uicario, suadente. Mortuo aũt Frisco, nihilominus Veneti dimidiam urbis partem per multum tempus retinuerunt.

6511 1312 Marinus Georgius .52. Venetiarũ dux, hoc anno in locum Petri Gradenici ducis suffectus, ducauit mensibus. 10. & diebus. 10. Huic quidam Ferrarienses & Friscus Estensis, patre suo Azone defuncto, urbis dominiũ tradiderunt. Quamobrẽ indignatus pontifex Ro. quòd urbem ecclesiasticã occupare præsumpsissẽt, Mampalaguræ Bononiensi legato, si ab hac re Veneti desistere uolent, ut omnem Italiam per cruce signatos in auxilium inuocaret, & eos contra Venetos & Ferrarienses renitentes conuocaret ac concitaret. Sed & idem pontifex hunc ducem, & cæteros Venetos anathemate notauit, ac eis sacra quæcunque interdixit. Insuper & publico ædicto, omnibus Christianis concessit, ut ubicunq; Venetos inuenissent (direptis imprimis eorum bonis) pro seruis eos haberent, ac uenundarẽt, quæ res ipsis Venetis multo fuit incõmodo. Hic itaq; princeps, cum admodũ esset rerum temporalium locuples, monasteriũ sancti Dominici intra urbem propriis impensis extruxit, & pluribus bonis illud exornauit: in quo & post mortẽ, suũ corpus sepeliri mãdauit.

Gulielmus Caualcabos Cremonensis, urbisq; ipsius marchio. Vir utiq; & diuitiis, & dignitate insignis, hoc eodem anno Douarensibus & Gibellinis omnibus urbe pulsis, urbis dominiũ (Henrico Cæsare concedente) sibi desumpsit, & ita pluribus annis regnauit. Qui cum reliquos omnes Gibellinos prorsus urbe expellere statuisset, imò tentasset, ipsi tumultuariè recedentes, Soncinũ ilicò cõmigrarunt, & Guelphos omnes ibidem mutatos, maxima cum occidione expulerunt. Quo audito Gulielmus, e uestigio suorũ exercitu comparato, Soncinũ concessit, & hostili animo castellũ ingressus, post multos conflictus, à Gibellinis superatus & captus, ibidem tandem cum .40. suorum obtruncatus est. Quo quidem mortuo, mox omnis Guelphorũ factio, direptis eorum bonis domibúsq; euersis, ac prædiis confiscatis, Soncino pulsa est. Eoq; tumultu Venturinus Fundulus, uir quidẽ magnus, fuga salutem sibi quærens, ab imperatoris uicario, cum tribus filiis & ipse captus, ibidem cum ignominia per publica oppidi loca, equis tractus & uirgis cæsus, denique securi percussus, uitam finiuit miseram.

6512 1313 Ioannes Sorancius. 53. Venetiarũ dux, hoc anno indemortui Marini ducis loco omniũ suffragiis suffectus, ducauit annis. 16. & mensi. 5. Multæ quidem prudentiæ ac doctrinæ uir, quibus ex uirtutibus, Spalatrum, Tragurũ, Sybinicum, & alia plurima loca senatui se ultro dedentibus ciuibus, conquisiuit, quos quidẽ humanissimè excepit. Eius aũt tempore cum Iacobus Quirino & Marinus Barocius uiri præpotentes & domi nobiles rempub. euertere tentassent, proditione conuicti, capitali sententia fecit puniri. Quibus interfectis, ad præcauenda in futurum scandala, sex procuratores sancti Marci ex senatusconsulto constituit, qui remp. diligenter curarent. Hic itaque cum prudentissimus & timoratæ conscientiæ uir esset, animaduertens Venetos omnes propter Ferrariæ occupationẽ anathemate fore notatos atq; interdictos, ne animæ suorum in perditionẽ laberentur, dimissa Ferraria pontifici Ro. absolutionis sibi & omnibus suis impetrauit: quibus ex rebus mirificè ab omnibus extitit laudatus. Denique moriens, apud sanctum Marcum sepelitur.

Pistorium Hethruriæ ciuitas.


Istorium, seu Pistoria Hethruriæ prouincia, satis uetusta ciuitas, his temporibus à Florentinis Lucensibúsq; populis, diutino bello incredibiliter fatigata, in eorum manus tandẽ deuenit: qua obtenta, in primis eius mœnia pœnitus diruunt, fossásque implent, & solo cõmuni utriq; populo remanente agrum omnem inter se diuidunt. Et hoc ex conuentione inter utrasq; partes confecta. Sed Florentini ea fœdera sic inita,

non ita multò post infregerunt, & urbem semetipsos occupauerunt, & mox murum circumquaq; deduxerunt, atque fossas purgarunt. Et hæc prima urbium fuit, quas populus Florentinus, iam liber ab imperio effectus, in potestatem sibi redegerit. Et ut omnia circũquaque haberent tutiora, statim Accianum gentis Vbaldinæ castellum ementes, mox illud diruerunt, & non longe ab eo loco in plano Scarpa, oppidum condiderunt. Quamobrem legatus etiam Florentinis ipsis sacra interdixit. Verum cum postea in recuperanda Ferraria à Venetis occupata Florentini legatum iuuissent, à Clemente papa in gratiam sunt recepti. In hac quippe urbe superioribus proximè annis etiam factiones Alborũ & Nigrorum, sicut à principio Guelphorũ & Gibellinorum partes initium sumpsere, eo quod in ipsa Cangellarii gens ditissima multiplicata in duas partes se diuiserit, & altera earum pars Albi uocati sunt, altera uero nigri. Qui cum se magnis contentionibus agitarent, à Florentinis componere tentati sunt: & cum eos componere studerent, etiam ipsi Florentini diuisi sunt, atque hæc eadem nomina receperunt. Qui quidem morbus & lucem mox inuasit: unde cum Albi Nigros ex Pistoya eiecissent, & Nigri Albos confestim ex Florentia eiecere: inter quos Dantes poëta unus fuit.

Albo-rum & Nigro rum factiones

Viri disciplinis excellentes.

Ricardus Malumbra iurisc. — Ricardus Malumbra Cremonensis, iurium ciuilis & canonici excellentissimus doctor, hoc tempore Cyno in lege si uiua matre testante, apud Bononiam leges celeberrime docuit. Quem idem in eadem lege omnibus ætatis suæ doctoribus prætulit, eo quod ius ciuile eo modo quo nunc extat, accuratissimè explanauerit. Qui licet omniũ doctorum sui temporis princeps fuerit nominatus, hæresi tamen demũ à domino Iacobo Butigari & domino Baldo condemnatus fuit. Ipse enim dominum Iacobum de Arena, præceptorem habuit. Scripsit itaque hic super Codice lib.9. Super Institutis lib.4. Super toto Digesto, lib.50. Et uarias quæstiones libro uno.

Lãbertus Rã ponib. iurisc. — Lambertus de Ramponibus iurisconsultus celeberrimus, ac multarum scientiarum & uirtutum nobiliter insignitus, cuius ingenium & doctrinam Ioannes Andreæ in capitulo Si pater, De testa. in sexto, mirificè laudat, hac tempestate clarus effulsit, ac multo in precio omnibus fuit: qui & ipse in Digestis & Codice commentaria ædidit accuratissima, quorum exemplaria rara habentur.

Guliel. de Cuno iuriscon. — Gulielmus de Cuno, natione Gallus iuris ciuilis & pontificii consultissimus & interpres præstantissimus, ingenio subtilis & eloquio clarus hac ætate floruit, & paucos ea in disciplina habuit superiores: unde & gymnasium Aurilianense magnificè illustrans, ædidit professoribus legum non spernenda commentaria. Et primo super Digesto ueteri libros multos, atque super toto Codice scripsit. Et quædam alia.

Guliel. de Lauduno iurisc. — Gulielmus quidam abbas de monte Lauduno philosophus & iuris canonici scientissimus hac tempestate clarus existẽs scripsit summæ authoritatis opuscula, è quibus nomẽ ad posteros transmisit suũ: de quibus habetur, De sacramentis pulchrè, lib.1. Summã de casibus. Declarationes etiam uarias, & in iure Canonico glosas ordinauit, ut fertur multas.

Ricardus de mediauilla ordi. mi. — Ricardum de Mediauilla theologum eruditissimum, ordinis minorum, hisdem temporibus nonnulli ascribunt, cui tanta ingenii fuit magnitudo, ut nulla literatura in diuinis codicibus ei latere potuerit. Qui & inter multa sui ingenii monumenta, quartum Sententiarum librum optime & utilissime explanauit. Extant quoq; & eius postillæ, ac alia multa.

Dantes Florentinus Poëta. — Dantes Aligerus, patria Florentinus, uates & poëta conspicuus, ac in sacra pagina professor præcipuus, hac tempestate clarissimus effulsit. Vir certè inter ciues suos egregia nobilitate uenerandus atq; uerendus. Qui licet ex longo exilio damnatus, tenues illi fuissent facultates, semper tamen physicis atq; theologicis doctrinis imbutus acerrimè uacauit studiis. Vnde cum Florentia à factione nigra pulsus fuisset, ad eius ingenii magnitudinẽ declarandam Parisium accessit, in qua gymnasiũ intrans, aduersus quoscunq; circa quancunq; facultatẽ disputare uolentes, responsionibus aũt positionis suis respondere obtulit disputaturum. Et cum circa poëticam scientiã eruditissimus esset, opus inclytũ atque diuinum lingua uernacula sub titulo comœdiæ ædidit, in quo omniũ cælestiũ terrestriũmq; ac infernorũ profunda speculabiliter contemplatus, singula quæq; historicæ, allegoricæ, tropo-

logicæ descripsit, ubi se certe catholicũ & diuinũ theologum esse ostendit. Aliud etiam eloquentissimũ opus omni sapientia plenum composuit, uidelicet De monarchia mundi titulo prænotatum, in quo præbere nititur (licet male) ita monarchia in imperio Romanorum esse, ut nullam à pontifice Romano habeat dependentiam, sed à solo Deo nisi in pertinentibus ad forum animarum. Hic cum ex Galliis regressus fuisset, Federico Aragonensi regi, & domino Cani grandi Scaligero Veronensium principi adhesit, cum quibus fuit multa amicitia semper coniunctus. Quorũ auxilio persæpe (licet frustra) conatus fuit in patriam redire. Deniq; Cane mortuo, & ipse apud Rauennã an. Do. 1321. ætatis suæ. 6. & .50. diem obiit: de cuius exilio uitáque atque mira doctrina quidam hos cecinit uersus, dicens:

Hic postquam partios Florentia sæua penates,
Linquere conspicuum iussit sine crimine ciuem.
Fortuna qua ante stetit, sortemque saperbam,
Excutiens semper misero secutus in orbe
Vixit, & innumeras tolerauit mente labores.
Ipse hominum rerúmque patrem qui cuncta gubernat,
Imperio & late solus tenet aurea mundi
Lora manu, semper erit sine fine potestas.
Agnouit sine mora Deum, uitámque per omnem,
Impiger augustis operantia sydera terris
Stelliferi secreta Poli, quibus astra fruantur
Consilii cælo, nouit diuinus ab alto.
Ingenũ artibus, redimitus à crimine septem,
Exhausit sacras musarum è fundibus undas.
Hic sacris animatus aquis, quæ dura cadentes,
Premia dignoscant miseri, quibus ipsa salutem,
Pœna ferat sceleris quos gratia collocet altis
Sedibus audaci cecinit sub tegmine cantu.
Scribere non posse, uiduas quot fletibus artes,
Quótque nouem Musis lachrymis subiere dolores,
Cum rapuit mors sæua uirum, sed fama superstes,
Gentibus extinctum memorat, populúmqu; per omnem
Viuet, & æterno refertur laudibus æuo.

6512 1313 Ludouicus Philippi Francorũ regis filius, hoc anno post patrem in Galliis regnare cœpit, & .2. annis regna. Vir sanè catholicus & Christianæ religiõis uerus amator. Qui regno suscepto, post annũ præsentiens cardinales sparsim in diuersa Galliæ oppida diu dilituisse, eo quòd in conclaui apud Carpenteratum de pontifice deligendo, seditione orta, duo ex splendidioribus cardinalibus interfecti fuissent, statim eos in unum coëgit, & ut Lugduni congregarentur, pro futuro deligendo pontifice persuasit: cuius sanis consiliis annuentes, 80. dies Iacobum Carthusiensem monachum, & Portuensem episcopum elegerunt. Quo quidem anno cum pontifex esset electus, ipse rex uitæ suæ finem fecit, relicto in regno Ioanne filio paruulo. Qui puerulus diebus tantum uiginti regnauit. Ludouicus 10. rex Francorum.

Tres simul lunæ eodem anno in cælo apparuere, & fulgor quem Cometem dicunt, in Septentrione quasi ad uirginis finem tribus mensibus apparuit. Eo autem deficiente Nouembri mense, Philippus rex prædictus uita excessit, & Ludouicus successit. Prodigia.

6514 1315 
Vdouicus cognomento Bauarus, primus & .20. Germanorũ imp. hoc anno à quibusdã per contentionẽ electus, imperauit an. 32. Henrico enim mortuo, statim inter electores discordia magna successit. quòd alii hunc Ludouicũ, alii Federicum Austriæ ducem proponerent. Bellóq; inter eos orto, durauit annis. 8. Sed tandem Federico superato, Ludouicus hic solus obtinuit. Qua uictoria elatus absque Romanæ ecclesiæ authoritate se imperatorẽ appellauit, & Matthæũ uicecomitẽ unà cũ Galeatio filio ita fouit, ut Mediolano omnino contra Turrianos potiretur. Romam igitur profecturus, uicecomites sibi omnino beniuolos fecit, ut eis adiuuantib. imperii titulos Ludouicus Bauarus imperator germanorum.

facilius consequi posset. At uero Ioannes pontifex nuper creatus in Auinione audiens uicecomites Mediolano potitos, eos & hunc Ludouicum anathemate notauit, & quammaxime quia Guelphos ubique opprimebant. Reuersus autem Bauarus hic in Germaniam ad exercitum congregandum, pauló post cum maximis copiis denuo ex Germania profectus, Tridentum uenit, & ibidem magnis ac continuis Gibellinorum precibus, Mediolanum rursus petiit, atque ibidem à Guidone Petramala episcopo, corona ferrea coronatus est. Cúmque pecunia indigeret, & eam à populo exigere uellet, à Galeatio Matthæi filio prohibitus est, cuius rei causa Ludouicus Galeatium cœpit & unà cum filiis suis in carcerem coniecit. Quibus incarceratis Bauarus uigintiquatuór ciues delegit, qui nomine suo rempublicam administrarent, quibus & ipse præfectum suum addidit. Inde cum in Brixianos duxisset, apud Vrceas oppidum aliquamdiu stetit. Denique Brixianis in gratiam tunc receptis, in Hethruriam accessit, ubi & à Castrutio Lucensi domino, magna cum humanitate exceptus est, apud quem duobus mensibus moratus, precibus Castrutii motus, Galeatium uicecomitem & Accium ac Marcum eius filios Cæsar carceribus liberauit: inde cum Castrutio & mille ac quingentis eius equitibus sociatus, Romam tandem peruenit. Exceptúsque cum ingenti gloria à Romanis, apud Lateranum iussu cleri populique Romani, à Stephano Columna coronatus est. Ornatúsque imperii corona Bauarus hic, statim Petrum Corbariensem ordinis minorum professum Antipapam erexit in idolum, & Nicolaum quintum illum appellauit. Inde quoque digressus Antipapa Viterbii relicto, cum exercitu & Castrutio Florentiam uenit, quam & crebris excursionibus & populationibus cum aliquamdiu uexasset, Mediolanum postremo rediit, ubi & Accium Galeatii filium ab integro in regnum remisit. In Germaniam denique regressus, contra eum Carolus Henrici filius, imperator erigitur, cum quo in bello congressus & superatus, eum fuga dilapsus fuisset, statim dolore animi defecit.

Petrus Corbarius Antipapa.

Hugutio Fagiolanus Pisanorum & Lucensium tyrannus, hoc anno non longe à monte Catino, ingenti clade Florentinorum exercitu superato, dum ex ipsis Lucham regreditur, unà & eadem die ab ambabus illis urbibus excluditur, & ita utriusque urbis dominio, sine strepitu priuatur. Pisani quidem superiori anno, Henrico imperatore defuncto, Florentinorum potentiam ueriti, Hugutionem hunc sibi ducem, ad propulsandum hostem, delegerant. Qui pauló post ab equitibus Henrici adiutus, etiam Lucham ciuitatem obtinuit. Euoluto autem anno, Lucenses non diutius eius tyrannidem laturi, occasione capta, Nerium eius filium, uno die uerbo eiiciunt. Pulsus autem Lucha Nerius, patrem in Lucenses concitat: qui ex Pisana ciuitate cum exercitu Lucham properans, Pisani post eum portas clausere. At Hugutio duarum urbium dominio priuatus, ad Malaspinas marchiones amicos suos, pro subsidio confugit. Et cum sæpius tyrannidis redditum tentasset, & obtinere non potuisset, ex pontificis Romani consilio tandem in Flaminea ad paternum solum rediit, ibique ab ipso pontifice multis beneficiis adiutus, tandem consenuit, & moriens, multos filios ac nepotes in castellorum suorum regno, hæredes reliquit. Qui & ipsi (ut fit) de principatu inter se dissidentes, tandem à Florentino populo omnes pulsi sunt. 6515 1316

Castrutius, uir strenuus, patria Lucensis, familia Castracanum nobili natus: uir manu promptus & multorum coniuratorum apud Lucensem urbem caput & dux, & quem superiori anno Nerius Fagiolanus propter prædam in Lucensibus factam, in carcerem coniecerat, hoc anno pulso Fagiolano, & strepitu magno concitato, é carcere educitur, & à factione sua in Fagiolani loco præficitur, & uigintiquatuor annis regnauit, ac sic ut mundi huius sors exigit, ab extrema calamitate, ad summam felicitatem perductus est. Qui urbis imperio hoc modo suscepto, mox suo ingenio ac magnanimitate, & Pistorinum & Pisas urbes, in suam redegit potestatem. Postmodum auxilio Galeatii uicecomitis, qui Accium filium natu maiorem, cum mille & quingentis equitibus miserat, in Florentinos duxit, & Raymundum Cardinum Hispanum, eorum ducem, cum eius filio & uniuerso eius exercitu fudit atque fugauit: quo confracto, multis annis ipsis incursionibus populationibúsque atque incendiis uexauit. Deinde succedentibus rebus, cum etiam uicecomitum copias cum Bauaro iunxisset, iterato apud Florentiam castra posuit, & eam pluribus diebus

diebus uexauit, ac cũcta circumquaq; destruxit, ipsam equidẽ urbem hic Castrutius tandẽ occupasset, nisi graui morbo ex immensis laboribus apud Pistorium contracto deiecisset. Verum Florentinos in eam desperationem deduxit, ut Carolum Roberti regis filium in suæ urbis dominum uocauerunt. Moriens denique Castrutius duobus filiis Arigo & Galaritio relictis: ibidem in æde diui Francisci post tertium diem cum ingenti pompa sepelitur. Filii autem eius paulò post à Bauaro imperatore propter ingratitudinem pulsi fuerunt, ac sic (ut Philosophus ait) nullum euidentum perpetuum.

6516 1317 Oannes papa, eius nominis uigesimussecundus Portuensis episcopus, Iacobus Cartucensis antea uocatus, hoc anno post longam altercationem a uiginti tribus cardinalibus apud Lugdunum in monasterio fratrum prædicatorum unanimiter electus, sedit annis nouem & decem, mensibus tribus, & diebus uigintiseptem: Vir utique doctissimus, & multa prudentia insignitus, ac doctorum uirorum amantissimus: cuius pater Arnaldus de Ossa, fuit pontifex creatus nonis Septembribus, in cathedrali basilica pontificatus coronam accepit, inde in Auinionem profectus, octo cardinales mox creauit, inter quos duo tantum Itali fuere, unus Vrsinus, alter Columnensis: duósque uiros defunctos in sanctorum cathalogo associauit, uidelicet Thomam Erfordensem episcopum, & Aquinatem Thomam doctorem de ordine prædicatorum. Deinde Tholesanam ecclesiam ad Archiepiscopatus dignitatem retulit, & quasdam dyoceses eidem ascripsit, Cæsar Augustanam ecclesiam sibi dilectam in metropolitanam erexit, assignatis sibi quinque cathedralibus ecclesiis, Gratidimontensem ordinem quorundam improborum factionibus labefactatum in meliorem redegit formam, multósque hæreticos damnauit, & præsertim glosulam quandam fratris Petri ordinis minorum, qui conuentum quendam tertii ordinis, ad imitandam Christi paupertatem animauerat, quorum de numero multi damnati exusti sunt. Anno autem undecimo pontificatus sui, cõnuentu habito, Ludouicum Bauarum, ecclesiæ rebellem, schismaticum declarauit, & Guidonem Petramalam post occupatam ciuitatem Castelli, sacerdotio & episcopatu exauctorauit, Cortonámq; à dyocesi Aretina separauit, & in ciuitatem erexit. Tandem anno ætatis suæ nonagesimo Auinioni moriens, tantam in thesauris suis auri & argenti uim reliquit, quantam unquam ullus ante eum pontifex fecerit. Interrogatus hic aliquando, qui foret à ueritate remotus? Respondit uulgi sententia: Nam quicquid laudat, uituperio dignum est: quicquid cogitat uanum: quicquid loquitur falsum: quod improbat, bonum, & quod approbat, malum est, & quicquid extollit infame. Ioãnes pa. 205.

Philippus Ludouici Francorum regis filius, imò frater, Ioanne eiusdem Ludouici filio defuncto, in regnum succedens, regnauit annis quinque: de quo nil memoria dignum habeo, nisi quod Ioanni uigesimosecundo pontifici fauit.

Viri disciplinis excellentes.

6518 1319 Petrus Apponus, seu de Apono patria, Patauinus medicus celeberrimus, philosophúsque omni ætate admirandus, huius Ioannis pontificis tempore, cum in philosophia, & tum in his quæ ad medicinæ theoricam spectant, diuersas conciliando opiniones promptissimus existens, maximo in precio ubique habitus est, & propterea Conciliatoris cognomen sortitus est. Hic itaque eruditissimus uir, imprimis ad Aristotelis problemata multa addidit, & illa ipsa subtili expositione declarauit: scripsitque eidem Ioanni pontifici librum de uenenis perpulchrum, ac Mesue librum de medicinis manchum à corde incipiendo ad calcem usque perfecit. Composuit præterea de omni medicina librum, in quo centum & decem habentur differentiæ. Librum quoque Galieni de colera nigra, & de regimine sanitatis ad tetrapenticæ artis, cum aliis multis ipse transtulit, & quædam alia. Fuit enim hic magicus maximus, & multa per eandem artem monstrauit. Conciliator medicus.

Dynus de Garbo medicus Florentinus, his temporibus claruit: qui cum Brunum patrem in arte chyrurgiæ medicum habuisset, illum in physica erudiendum Thadæo Florentino medico tradidit: qui adeò eruditissimus euasit, ut eruditissima in Auicennam ædiderit commentaria. Scripsit in Galienum, De malitia uariæ complexionis: atque in Hippocratem de natura fœtus: quin & in philosophia uarias & pulcherrimas quæstiones. Dynus de Garbo me.

Gentilis medicus. Gentilis Fulginas præstabilis sapientiæ medicus, hoc ipso tempore Dyni prædicti medici non inferioris ingenii aut famæ fuit, quod potissimum eius accuratissimi commentarii, in quinque Auicennæ libris pulchrum prohibent testimonium. Hic etiam prædictos commentarios contra pestem alium composuit librum, atque quæstionum de gradibus medicinarum subtilissimos disputauit.

Matthæū item Syluaticum medicū Mantuanū genere nobilissimū hisdem temporib. floruisse constat, eo quòd ad Robertum Siciliæ regem et medicū, opus diuinū de omnib. simplicibus medicinis, & earum proprietatibus dederit: atque alia quædam composuit.

Franciscus Maronus medicus. Franciscus Maronus ordinis minorum, theologus ac philosophus eruditissimus, & ipse hoc eodem tempore clarus effulsit, & multa præclara opuscula ad eruditionem Christianam pertinentia ædidit, & maximè in librum Sententiarum lib. 4. De Formalitatibus, lib. 1. Quæstiones uarias, & sermones de tempore & sanctis lib. 2. Et in diuinis uoluminibus commentarios multos. Et quædam alia.

Nicolaus de Lyra. Nicolaus de Lyra ordinis minorum, theologus eminentissimus, & ipse tempestate hac claruit, & contra Iudæorum impietatem & disputationibus & scriptis mirificè conflixit, ac contra malitiam, imò in eorum contumeliam & probrum uetus & nouum testamentum diligentiori examine plurimis uoluminibus explanauit, propter quod & eius nomen præ cæteris doctoribus in toto orbe celeberrimum fecit. Aiunt hunc primum Iudæorum doctorem fuisse, & propterea ipsorum linguam optimè agnouisse.

Carolus Philippi Francorum regis frater, hoc anno Philippo eius fratre sine liberis defuncto, in regnum auitum succedens, regnauit annis sex. 6521 1322

Galeatius Mediolan. uicecom. Galeatius uicecomes, hoc anno Matthæo defuncto, eidem cum Marco fratre, in Mediolanense regnum de uoluntate Bauari Cæsaris successit, ambo certe singuli eloquentia magnanimitatéque ac urbanitate præclari. Hos Ludouicus Bauarus propter pecuniarum exactionem sibi denegatam, captos tandem in carcerem trusit. Voluerat enim (ut diximus) idem Ludouicus corona ferrea ex more suscepta à populo Mediolanensi pecunias iterato exigere & extorquere, sed uicecomitibus prohibentibus, iratus imperator eos captos in carcerem inclusit, & uigintiquatuor ciuibus rempublicam Mediolanensem commisit administrandam. Verum tandem Castrutii Lucensis precibus commotus, Cæsar eos liberos & incolumes dimisit: qui libertate donati, per aliquot tempus stipendiis Castrutii militarunt. Sed Galeatius cum Castrutio dum Pistorium urbem obsideret, post longos & duros labores, morbo contracto apud Pisæ oppidum è uita migrauit.

Ordo militū Iesu Christi. Ordinem autem quendam militum Iesu Christi nouum, hoc anno Ioannes pontifex in Portugallia instituit, qui Saracenis circumquaque discurrentibus resisterent, cui ordini principalem demum in Marino Siluensis dyocesis constituit, quibus & omnia Templariorum bona in Portugallia assignari mandauit, ut liberius Christi militiæ uacare possent. Huius autem ordinis censorem & moderatorem abbatem Alchosiani monasterii Cisterciensis ordinis Vlyxbonensis dyocesis esse uoluit, qui conscribendi & exauctorandi huiusmodi milites facultatem haberet. 6522 1323

Confirmatio Clemētinarū. Clementinarum Codicem his temporibus Ioannes pontifex confirmauit, & per gymnasia legendum transmisit. Clemens enim prædecessor apud Viennam Galliarum urbem trecentorum patrum concilium celebrauerat, in quo constitutiones plurimas religiosorū statum concrementes constituerat, ut habetur eo in libro De statu monachorū, & in agro mendicantiū, quoad prædicationes & confessiones & sepulturas, ubi datur forma seruanda extra de sepultura. Dudum in eodem libro, illas igitur laudabiles & sacras constitutiones Ioannes ipse approbans colligere fecit, & in unum uolumen redigens Clementinarū Codicem, ab ipso authore Clemente appellare uoluit. In ipso etiam beati Francisci regulam ad uerbum declaratam conscripsit, ut in capitulo, Exiui de paradiso.

Scisma uigesimumprimum.

Petrus natione Picenus, Reatinæ dyocesis, ex Corbatio oppido natus, ordinis minorū professus, hoc anno cōtra Ioannē ponti. (iubēte Ludouico Bauaro) in antipapa prophanatur, & Nicolaus. 5. appellatur, & ab ipso Bauaro, & iis qui cū eo aderant, ut uerus Christi uica- 6523 1324

sti uicarius cõsalutatur. Is enim rusticus uir fuerat, & uxorẽ quinque annis tenuerat: qua uiuente & renitente, ad religionẽ inhabilis cõfugerat. Qui miser, factâ se se electionẽ acceptans, cũ esset ascensus, ut Christi ecclesiã omnino scindere posset, Anticardinales & adulterinos episcopos multos creauit, qui cornua erigentes Ioannẽ ponti. publico ædicto hæreticum dixerunt. Et cum Fraticellorũ de opinione hic author & fautor existeret, eandẽ Sathanæ stollam pro uiribus augere annixus est: affirmabat enim hi ad coopertimentũ suæ iniquitatis Christũ eius discipulos adeò pauperes extitisse, ut nil priuatim, aut cõmuniter habuerint. Propter quod & Ioannes ponti. creatis .7. cardinalibus uiris doctissimis, etiam theologorũ multorũ cũ eis synodo cõgregata, rẽq; diligenti disputatione discussa, ædictũ proposuit, quo eos declarauit pertinaces hæreticos, qui hoc de cætero affirmare rẽtassent. Quaobrẽ ponti. tres extrauagãtes cõfecit, quarũ una incipit: Ita quorundã: alia ad conditorẽ Canonũ, ubi prolixius materiã declarat: quos extrauagantes ad gymnasia publica trãsmisit. Deniq; cũ Petrus ipse in Idolũ prophanatus, à Bonifacio Pisano captus, & ad pontificem in Auinionẽ perductus fuisset, diem in carcerẽ per trienniũ pedore & fame obiuit. Extra-uagãtes

6526 1327 Rochus sanctus, natione Narbonensis, Christi confessor fidelissimus, hoc anno decimosexto calendas Septembris, postquam quinquennium in carceribus à patruo suo incognitus detentus fuisset, tanquam alter Alexandria Romæ apud montem Pesulanum oppidum suum Narbonensem, animam Deo immaculatam reddidit. Is enim apud idem oppidum suum, ex patre Ioanne, matre uero Libera eius oppidi dominis, originem duxit. Qui cum duodecimum attigisset annum, ab apostolo Paulo edoctus, corpus suum castigare & in seruitutem redigere cœpit, adeò ut cibo & potu parcissimo uti cœperit. Mortuisque parentibus ipsis, suam hæreditatem amplam egenis & pauperibus prorsus distribuere cœpit. Exhaustis denique omnibus paternis peculiis, etiam principatu se abdicans, patruo suo paterno, oppida commendauit, & omnibus rebus à se abiectis, breui & abiecta ueste indutus, cum pileo & pera ac baculo, ex Gallia in Italiam peregrinus peruenit. Vbi cum innumeras ciuitates & castella, uidelicet Romam, Aquapendentem, Cesenam, atque alia plurima loca truci pestilentiæ uexata crucis signo sanasset, tandem Placentiam urbem morbo infectam se contulit, & ibi ad quoddam hospitale infectum diuertit, & ægrotantes omnes ad unum usque inuisit, quos omnes à morte sanauit. Quibus gestis, & ipse adeò præmonitus quos cruciatus & corporis tormenta innumerabilia pati debebat, statim acuta febre & sagitta sinistra coxa transfixus est, adeò ut eo dolore ardoréque febris, nullam quietem inueniret. Cumque ex eã innumeras pertulisset passiones, & bonam ualetudinem consecutus tandem est. Indéque digressus, Deo comite, in Galliam longis itineribus delatus est, qui armorum strepitu uexabatur. In paterno denique castro perueniens, à lictoribus tanquam explorator compræhensus, in carceribus detruditur, & quinquennii tempus ibi consumpsit. Quo exacto, cum maxima patientia & uitæ austeritate, trigesimosecundo uitæ suæ anno migrauit ad dominum. Sed antequam è uita migrarit, orauit dominum, ut qui deinceps nomen suum inuocaret, semper à sæuissima peste protegeretur. Eo itaque mortuo, ad latus eius tabella quædam his literis inscripta reperta est: Peste laborantes ad Rochi patrocinium confugientes, contagionem illam atrocissimam euasuros significo. Quod ubi ad patruum suum principem delatum fuit, coguoscens illum suum ex fratre nepotem esse, in lachrymis cum omni domo sua prouolutus, illud sanctissimum corpus maxima pompa ad templum deferre fecit. Et eius exequiis rite peractis, patruus ipse e uestigio eidem templum magno sumptu construere fecit, atque illud suo nomini dedicauit. Vbi & per multos annos inauditis signis & clarissimis miraculis clarus effulsit. Cuius sanctissimi uiri uirtutes atque merita cum diu apud Italos nostros latuissent, tandem in anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo decimoquinto ad eos ex Germania ipsius sancti uiri Rochi nomen delatum fuit, eo quòd Constantiam Germaniæ urbem morbo infectam, ubi Christianorum generale concilium celebrabatur, ab ipso morbo & peste liberauerit. Vbi nunc & basilicæ, & templa, & sacella in eius nomine, non modo per urbes, sed & per castella, per uicos, ac etiam per priuatas domos extruuntur: ad quæ confugientes, eius sanctissimi uiri merita experiuntur. Eius itaque diei celebritas

S. Rochus.

Tabella suæ sanctitatis.

sextodecimo calendas Septẽb.celebratur. Eius aũt sanctũ corpus anno millesimo quadringentesimo octuagesimoquinto cum Venetias à quibusdam ex Derdonensi dyocesi furtum sublatum,perlatum fuisset,à senatu Veneto,cunctóque populo,tanta cum deuotione & ueneratione atque lætitia exceptum fuit,quantum quis scripto enarrari posset. Vbi & statim eidem celeberrimum templum ingenti impensa construxerunt, ad quod quotidie magna populi frequentia concurrit.

Philippus Frãcorum rex.

Philippus rex,trium præcedentium regum,germanus frater, uidelicet Ludouici, Philippi & Caroli patruelis, hoc anno Francis regnare cœpit, & uigintiduobus annis regnauit. Hic cum Eduardo Anglorum rege sæpe dimicauit & conflixit, à quo& sæpius (ut ita dixerim) uictus fuit. Et cum multa ac multa perdidisset,tamen Viennensium principatum suis pecuniis emit;& suo regno adiecit. 6527 1328

Accius uicecomes,hoc anno,patre eius Galeatio in Pistoriensi agro defuncto,permittente Bauaro imperatore,Mediolanense regnũ rursus reassumpto,regnauit unà cum Luchino patruo suo annis.11.Nam patre eius defuncto,ipse & Marcus eius frater,ad Bauarũ humiliter confugientes,maximam eius pecuniæ quantitatem obtulerunt se daturos, modo eos in Mediolanensi regno remitteret. At ille pecunia indignus cõmisit eos quatuor Germanis nobilibus,qui unum eorum, uidelicet hunc Accium, Mediolanum introduceret,alio pro obside retento,quousque pecuniã promissam reciperent,quod & factum est. Germani itaque prædicti cum pecuniam recepissent,insalutato Cæsare,in Alemaniam fugierunt.Quam fraudem ubi Bauarus audiuit,euestigio è Lucha in Lombardiam indignatus uenit,Marco Accii fratre in Hethruriã relicto. Cum ergo Bauarus in Lombardiã uenisset,& Mediolanũ ingredi uoluisset,ab Accio prohibitus est,memor paternæ iniuriæ:ac sic Accius discedente Bauaro,Mediolano potitus est. Erat enim præclarissimi ingenii, ac consilii magni uir, necnõ & disciplinæ militaris admodum gnarus:quippe qui omnia præclara facinora à Castrutio gesta,ipse utplurimum strenuè gessit. Suscepto paterno & auito regno,ipsum mirum in modum auxit,quia & imperatoris milites in Hethruriã relicti, qui uidelicet Marcum eius fratrem obsidem detinebant,eius uirtute cognita,statim in eius uerba iurarunt,& ex captiuo ducem crearunt.Qui & statim Lucham urbem dedentibus se præsidiis,in potestatem recipiens,Mediolanensi regno adiecit. Luchinus autem eius patruus,in Bergomates mouens,nulla ui,sed cuiusdam Gulielmi Castrobarchi prouisione,et ipse nepotis nomine ipsam recepit . Qua recepta, paulò post etiam Brixiam, procurante Coradino duce,in fide recepit. Paruerant hæ duæ ciuitates superioribus annis Ioannĩ Bohemo regi. Deinde Papiam expugnans, etiam illam paulò post sibi subiecit. Cumq; uires suas longe latéque diffudisset,anno imperii sui undecimo nonis Augusti, uitam cum morte mutauit,nullis ex se relictis filiis.

Carrariensium regni principium.

Carrariensium principes.

Marsilius Carrariensium nobilium princeps,cum superiorib. annis Patauinæ urbis dominatum sibi desumpsisset, & in ea nõ tyrannicè sed paternè pluribus annis regnasset, hoc anno magni Canis Scaligeri ueritus potentiam, eidẽ dominatum ipsius urbis sponte cessit, sed sequenti anno,i pso Cane mortuo, postridie ab integro urbis dominium resumens, regnauit annis. 10. uir certe mansuetissimi animi, & regiæ urbanitatis insignitus, ac aliis multis uirtutib.decoratus. Qui cum sine uirili prole defecisset, Vbertino patruẽli ex testamento omnem suam hæreditatem reliquit. 6528 1329

Pola ciuitas.

Franciscus Dandulus quinquagesimusquartus Venetiarum dux,hoc anno Ioanni Sorancio duci surrogatus,ducauit annis decem & mense uno. Vir certe tanto principatu dignus,si uitam integerrimam,si prudentiam & animi magnitudinẽ inspicias: cuius clementia & uirtute Polenses ciues permoti & allecti,sese ultro in primis ac suam ciuitatem sibi & senatui Veneto libentissimè submisere,& perfectam eis obedientiam spopondere. Hic à Paleologo Græcorum imperatore rogatus,unà cum Ioanne Romano pontifice & Philippo Francorum rege contra Turcos sibi infestoa, non modicam transmisit classem, pro qua eos plurimum repressit. Indéque in Mastinum Scaligerum,uirum potentissimum, durum suscepit bellum: pro quo (adiuuantibus Philippino Gonzaga & Obizone Estensi.) 6528 1329

Veronã

Veronam obsidione cinxit. Cum quo tandem patre ea conditione iniit, ut Patauio Carrariensibus dimisso, & Brixia Bergomóque uicecomitibus, ipse solum Veronam, Vincentiam, Parmam & Lucam tantum sibi retineret. Quibus optime ex sententia gestis, tandem emoritur, & apud minores sepelitur.

6529 1330 Gerardinus uir præpotens, Genuensium patricius, ex præclara nobilissimáque Spinularum familia natus, hoc anno, Lucham Hethruriæ urbem, à Germanis militibus ex propria emit pecunia, & omne ius ipsius in suam redegit potestatem. Eam siquidem superioribus diebus Marcus uicecomes ab eisdem præsidiis acceptam, in suam redegerat administrationem & dominium, sed eo absente (ut stipendiariorum mos est) & milites pecuniis rursus indigui, ut pecunias reciperent, ipsi Gerardino uendidere, quam nihilominus multo tempore nequiit possidere, quia Mastinus Scaliger ipsam sibi armis conquisiuit. Lucha à priuato Genuensi cõparatur.

Gonzagorum regni principium.

Ludouicus Gongaza illustris uir animo & uiribus præstans, hoc ipso anno, quadam ingenii calliditate, imò & prudentia, Mantuanæ urbis principatũ Passerino Bonacosso ademit, & in se suósque successores usque in hodiernum diem transtulit. Passerinus autem ipse, suique prædecessores, ipsum urbis principatum per annos multos aliquo iusto titulo feliciter possidere. Sed dissentionum factionibus subortis, adeò tunc mos inoleuerat, ut cuique factioso liceret ciuitatum aliorúmque locorum occupare principatum. Ludouicus itaque hic, cum apud Mantuanos admodum insignis & bello acer haberetur, hoc anno insidiis præparatis, tumultum in foro excitare se simulat, pro quo sedando Passerinus princeps, ut erat animo miti & bono, imò & simplicis ingenii uir, nil mali suspicans, euestigio cum suis inermis è regia in forum descendit, sciscitaturus quid rei hoc esset: at Ludouicus uiso Passerino, confestim cum suis armatus in regiam conscendit, & Passerini præsidiis inde deiectis, pallacium & omnia occupauit, ipsúmque Passerinum urbe cum suis omnibus expulit. Quo expulso, ipsam urbem cum arcibus & cæteris fortilitiis in suam potestatem conuertit, & sex annis postea regnauit. Et ab illo deinceps Mantuanos urbis dominium apud Gonzagas illustres principes sine alicuius impedimento usque in diem hanc permansit. Nam pontifices Romani & imperatores omnes, propter egregias huius præclaræ familiæ in omni genere uirtutes, ipsum urbis principatum eisdem confirmarunt. Sunt tamen qui dicant Gonzagas principes, non factione, sed communi populi delectione, urbis dominatum obtinuisse. Vtrumque constat, hanc illustrem celeberrimámque familiam nunc iusto titulo Mantuanæ urbis principatum possidere, eandémque familiam dicunt iam annos supra sexcentos à Ludouico quodam Theutone regia stirpe creato, erectam fuisse, ea scilicet tempestate, qua omnis ferè Italia circa Rubiconem fluuium in Salassorum tumultu erat. Gonzagæ igitur uiri nobilissimi atque opulentissimi à Ludouico prædicto progeniti, primi ex Theutonibus fuere ciues, qui Mantuam uenere & incoluere. Quamobrem constat Gonzagam familiam, & nobilitate & antiquitate Theutonicorum clarissimæ in Italia nobilitatis hodie inter omnes principatum obtinere, in qua deinceps fuere uiri præstantissimi, bello scilicet & pace clarissimi atque fortissimi, ut infra dicemus. Bonacossi princi-pes. Passerinus princeps.

Forestorum nobilium priuilegia.

Maseus Bergomensis ex nobili uetustate nostra Forestorum familia natus, non solum iurium ciuilis & pontificii abunde doctus, sed & eloquentia atq; rerum gerendarum prudentia admodum insignitus, tempestate hac propter easdem præclarissimas uirtutes apud Ludouicum Bauarum imperatorem, maximo fuit in precio, quod & multis priuilegiis & amplissimis indultis eidem pro familia gratis concessit, optime contestatus est. Nam eidem, successoribúsque omnibus, ob grata nostræ Forestorum familiæ obsequia, in ipsum Cæsarem exhibita, & eorum quammaxime uirtutes, priuilegium munificẽtissimum immunitatis & exemptionis ac dignitatis amplissimæ liberalissime concessit: Constituens scilicet eum ac successores suos in primis suum Palatinum comitem, & honorabilem ciuem in omnibus Italiæ urbibus, eos eximens ab omnibus oneribus & factionibus, & cuiuslibet rei personalis uexationibus: dánsque eisdem libertatem & authoritatem in eisdem ciuitatibus no Priuilegia Forestinorũ nobilium.

notarios & tabelliones creandi, illigitimos'ue naturales, spuriósque ac etiam manceres legitimandi. Insuper etiam concedit eis, iudices ordinarios, & regis missos, legitimè posse creare, constituere & ordinare, eosdem quoque & potissimum in ciuitatibus Bergomi & Brixiæ iudices ordinarios, & imperii generales auditores in omnibus causis ciuilibus, ad cognoscendum & diffiniendum, non obstantibus quibuscunque aliis priuilegiis in contrarium facientibus, nisi de ipsorum priuilegio specialis mentio fieret. Eodem prætere a priuilegio omnibus priuilegiatis uetuit, ne potissimum in ciuitate Bergomi, aut eius dyocesi, ipsis ibidem existentibus, quouis modo posse aliquem legitimare in fide eorum speciali licentia petita & obtenta. Id quippe priuilegium incipit: Imperatoriam maiestatem. Quod datum fuit in Trudentina ciuitate, die.20. Ianuarii, anni salutis nostræ.1330. Approbatúmque habetur per omnes potentatus, qui postea per tempora in eisdem ciuitatibus regnauere, usque in præsens, ut ex eorum annalibus auctenticis optime patet.

Corthona Hethruriæ ciuitas.

Corthona ciuitas. Orthona Hethruriæ uetustissima ciuitas, olim à Pelasgis condita, deinde à Thirenis (inde Pelasgis conditoribus pulsis) possessa, hoc anno, cum diu sub dyocesi Aretinæ ciuitatis stetisset, ab Ioanne uigesimosecundo pontifice maximo, in ciuitatem erigitur, cui primum Ioannes Viterbiensis ciuis episcopus assignatur. Expugnauerant autem illam olim Aretini ciues, & mœnibus prorsus spoliauerant. Cum ab eis diu possessa fuisset, sed instrurata, optiméque habitata & frequentata, placuit eidem Ioanni pontifici maximo illam in pristino statu reducere, & episcopum ei assignare, & in ciuitatem illam erigere. Cúmque postea in Neapolitanos reges deducta fuisset, Ladislaus rex pecuniis indiguus, eam populo Florentino in anno salutis nostræ.1410. uendidit, quæ usque nunc eidem populo subiecta stetit. 6530 1331

Raynaldus Estensis Ferrariæ marchio, Aldromandini Estensis filius, hoc anno post patrem Ferrariæ principatum accipiens, regnauit unà cum Nicolao fratre Olando, annis quatuor. Mortuo enim Azone in carceribus à Frisco eius filio captiuato, atque Frisco ipso à suis conciuibus inde pulso & interfecto, Aldromandinus prædicti Azonis frater successit. Qui moriens, Raynaldum hunc & Nicolaum reliquit successores. Qui urbis principatum resumentes, statim Gallorum perfidiam eiecerunt, & suam urbem ab faucibus liberauerunt. Vrbe itaque in sua potestate redacta, regnandi cupiditate allecti, ut urbem ipsam firmo præsidio stabilirent, Argentam Rauennatis ecclesiæ oppidum, Passerino Bonacosso Mantua nuper pulso adiuuante, ui occupauerunt, & suo regno adiecerunt. Inde etiam cum Scaligero iunctis copiis, castrum sancti Felicis Mutinensis dyocesis, obsidere cœperunt. Quod quidem oppidum Manfredus cum aliis uiginti castellis, Carolo Bohemi regis filio commendauerat. Quam ob rem Carolus ipse & Manfredus cum Beltrando copiarum ecclesiæ duce uenientes, obsessores adoriuntur, & eos protinus fundunt, & in turpissimam fugam uertunt. Et eorum copiis dissipatis, ad octingentos uiros interfecerunt, ac maximum eorum numerum captiuauerunt: inter quos Nicolaus Raynaldi huius frater, cum multis nobilibus captiuus fuit. Ea opportunitate legatus motus, maiore exercitu congregato, in Ferrariam duxit, & eam obsidere cœpit. Cúmque urbem acriter oppugnaret, & iam suburbium sancti Anthonii cœpisset, Raynaldus susceptis auxiliariis copiis, ex urbe erupit, & ecclesiæ exercitum dissipauit, adeò ut nullus euadere potuerit: unde capti fuerunt Galeotus Ariminensis, Franciscus Ordelaphus Forliuiensis, Ricardus, Manfredus, Fauentinus, & Ostasius Pollentanus, Rauennæ & Romandiolæ comes, atq; alii complurimi. Sed Raynaldus uictor, Ostasium comitem cum Nicolao fratre & aliis suis captiuis permutauit. Alios uero capitaneos honeste habitos, sibíque obligatos, contra ecclesiam in suis urbibus liberos remisit, hac tamen lege & conditione, ne de cætero contra ipsos Estenses arma sumerent. Ea itaque uictoria elatus Raynaldus in Bononiam ducens, cuncta hostiliter per circuitum depopulatus est, atque in Bononiam ipsam urgere cœpit. Veruntamen cum essent excommunicati & interdicti, Argentam oppidum tandem (precibus ciuium suorum fatigati) reddiderunt. Demum & ipse Raynaldus cum bona pace mortem recipiens, Obizonem Nicolai fratris filium, regni dimisit successorem. 6531 1332

Argenta capitur à Passerino.

Victoria ecclesiæ.

Ferraria expugnatur.

Mastinus

6533 1334 Mastinus Scaliger Veronensiũ princeps, Magni Canis ex fratre nepos, hoc anno Alberto fratre defuncto, urbis imperium (licet iuuenis) suscipiens, regnauit annis.17. Qui purgato urbis dominio, ac illud sub manibus suis in integrum redacto, id potentiæ creuit, ut omnibus Lombardiæ urbibus, ac ipsi Bauaro Cæsari suspectus & formidabilis haberetur, præsertim cũ in ea summa uigeret caliditas, ac maxima regnãdi cupiditas: nam ab ipsa adolescentia exercitus ductare, expeditionesq; obire consueuit, & propterea non contentus dominio Veronæ, sed & Bergomũ & Brixiam ab Accio uicecomite primũ ademit, ac Parmam à Rubeis nobilibus auferre conatus est. Inde crescente etiam eius potentia, Lucam, Vincentiã & Pataiuũ ab Vbertino Carrariensi abstulit, & in suam potestatẽ redegit. Quas ob res Mastinus omnibus per circuitũ formidabilis esse cœpit. Eo potissimũ quod incredibili populorũ fauore unicé coleretur. Ad cuius dominatum comprimendũ, omnes fermé Italiæ principes cõuenerunt, & præcipue Veneti & Luchinus uicecomes, qui Accio successerat: qua re omnes maximo exercitu coacto, Veronã obsidione cinxerũt: sed postquã Luchinus Brixiã & Bergomũ eidem abstulisset, timentes reliqui ne dum unius potentiam extinguere uellent, alterius augerent, pacem cum Mastino ea conditione ineunt, ut Pataiuio Vbertino Carrariensi omisso, & Brixia ac Bergomo, Luchino ipse Veronã, Vincentiã Parmámq; ac Lucam retineret. Sed cum ad annũ Do.1345. à Carrariensibus Parma eiectus fuisset, Lucam etiam cum tenere nõ posset, Florentinis uendidit. Hic unum tantũ filium genuit, quẽ & post se regnare constituit, & filiã nomine Reginã, quã Bernaboni uicecomiti matrimonio copulauit: ex pellicibus aũt multos, qui malorum multorũ causa extiterunt. Hic sibi sepulchrũ magnificentissimũ penes urbis forum ingenti impensa extruere fecit, in quo & suum corpus sepeliri mandauit.

Bergomum Brixiã Lucam Vincẽtiam & Pataiuium sibi adimit.

Viri disciplinis excellentes.

Ioannes Andreæ, patria Bononiensis, celeberrimus Iurisconf. & pontificii quãmaximé uberrimus fons, tempestate hac floruit, & nouellas super Decretalibus ædidit accuratissimas: ac sextum, Clementinásq; excellentissimé glosauit, atq; in sexti Codice alias nouellas composuit: insuper & opus Mercuriale: atq; in additionibus Speculi, aliud peregrinũ ædidit opus. Ipsius aũt clarissima gesta, & alia ad eum pertinentia, ex additiõibus ipsum extra de uita & honestate clericorũ, in titulo, De filiis præsbyterorũ, optimé colligũtur. Obiit aũt tantus uir, anno domini.1348. Bononiæ ex peste, prout eius discipulus Ioannes Calderini meminit, in capitulo nostro extra de cohabitatione clericorum & mulierum.

Io. Andreæ canonũ doctor.

Cynus Pistoriensis, ex nobili Symbaldorũ familia natus, diui Mugilani clarissimi de cleris auditor, atq; discipulus dilectiss. Ioannis Andreæ familiaris, his temporib. cum esset iurium ciuilis & pontificii admodũ doctiss. & ingenio eminentissimo clarus. Aedidit sua in facultate perpulchra opuscula, quibus nomen suum cum celebritate transmisit ad posteros, De quibus ista habentur, & primo Lecturam perutilem super Codice castigata & accurata doctrina conscripsit lib.9. Item super prima Digesti ueteris parte, usque ad titulũ: Si ex noxali causa agatur. Et etiam in secunda parte Digesti ueteris, super titu. De rebus creditis. Super reliquas autem partes, per uiam additionum composuit.

Cynus Pistorinus iuriscon.

Oldradum item de laude nationis Italum aduocatum consistorialem Dini discipulum, Ioannisque Andreæ familiarem, doctrina, legum, & moribus optimis admodum insignẽ, per hoc ipsum tempus fuisse & floruisse constat. Qui & ipse in iure ciuili post se multas reliquit lecturas, ac etiam conciliorum opus confecit egregium. De aliis nihil uidi.

Oldradus iuriscon.

Ioannes Calderini, ciuis & nobilis Bononiensis, Ioannis Andreæ præcipuus filius atq; discipulus, uir eruditione & sanctimonia insignis, & ipse per idem tempus pontificiũ ius, tum legendo & disputando atque scribendo plurimum illustrauit, eo quod ipsius in Decretalibus plurimi extent commentarii, ac consiliorum ea in facultate excellentissimum opus, ac quædam alia, quæ non uidi.

Io. Calderinus iurisc.

Raynerius Forliuiensis, celeberrimus Iurisconsultus, Bartholi Saxoferratensi præceptor, & ipse per hoc tempus multo in precio existens, optimos cõmentarios, ac quosdam tractatus in legibus ædidit. Et post in anno domini .1358. cum maximo nominis præconio Forliuii diem obiit.

Raynerius for liuiẽsis iurisc.

Bononia primaria Romandiolæ regionis ciuitas,hoc anno abeunte ex Italia Bohemo rege,adiuuantibus Florentinis & Raynaldo Estense, pulso pontificis legato,in libertatem se uendicat:Et sumptis armis in ecclesiastico præsidio nimiũ crudescere cœpit.Quamobrẽ Legatus qui se in urbis arce receperat omni spe destitutus,ipsam ciuibus cũ pace resignauit,& in Auinionẽ se statim cõtulit:& e uestigio pontifex amaritudine animi diem obiit.

6533 1334 Benedictus papa, eius no.11. patria Tholesanus, Cistercienfis ordinis professus, Iacobus antea uocatus,hoc anno ex præsbytero cardinali pontifex creatus,sedit annis.7.men.3.& dieb.17.Qui pontificatu inito, censuras in Bauaro fulminatas ut imperii usurpatorem iurauit. Verũtamen postea ueritus ne imperio uacante ab aliquo externo hoste occuparetur, Accium & Luchinũ uicecomites suos in Mediolano & in aliis urbibus quas possidebant,uicarios constituit : eandem potestatẽ Mastino Scaligero,ac aliis regulis tribuit,senatuíq; ac Po.Ro.per legatum persuasit,ut senatoriam dignitatem,quam diu regio nomine gesserant, suis tandem auspiciis & ecclesiæ administrarent.Hanc ob rem & Stephano columnæ,senatoria dignitas ad quinquenniũ prorogata est.Hic aũt pontifex cum in theologia & aliis permultis doctrinis & moribus omnibus insignitus esset,tantæ fuit cõstantiæ,ut nunquam à recto,uel ui, uel pollicitationibus aut precibus,dimoueri potuerit. Et ideo cum semel tantum in toto sui pontificatus tempore,sacros ordines celebrauerit,ubi sex cardinales præsbyteros uiros egregios creauit,nõ ex suis (ut sæpe fit) sed undequaq; ad se uocatos, hic in Auinione pontificias, & quidem celebres ædes cum turribus & pomeriis ædificauit,ac Romæ B. Petri basilicæ tectum restitui fecit. Eius autem tales fuerunt sententiæ: Talis esto filius,quales cognatos cupis habere:malus mortem,bonus autem magis uitium formidat:quæ scis legendo serua,quæ nescis legendo disce:eque turpe est carere amicis,& eos sæpe mutare: optime conseruantur amici,si preces cogitant:regi turpius est uinci beneficiis,quàm armis.Hic deniq; moriens & multam auri uim,non cognatis uel affinibus,sed ecclesiæ, ut bonum decet pontificem reliquit:quam ob rem in eius morte omnes ferè,& præsentes & absentes,collachrymarũt.

Benedictus papa.206.

Sententia notanda.

6535 1336 Philippus Ludouici primi Gonzagorum principis filius, hoc anno patre defuncto, in Mantuanæ urbis regnũ succedens,regna.an.25.Nam cum antea eius pater Ludouicus capitaneus diceretur,ipsum Benedictus papa uicariũ Mantuæ & regii Lepidi ecclesiæ nomine designauit.His enim temporibus,uacante imperio,unusquisq; quãuis paruus dominus, ex alieno capere conabatur. Vnde cũ alii hoc,alii illud occuparent, & ipse Philippinus regnum Lepidi delentibus se ciuibus,in potestatẽ suam recepit.Qui quidẽ Philippinus cum esset magnanimus,& corporis forma procerus,multa bella strenue cõfecit, & præsertim contra Obizonẽ Estensem sibi infensum, & indies propter regiũ occupatũ sibi aduersantem,à quo aliquando in bello prouocatus,in Rhegiensi eum cõuenit agro,ubi collatis signis,cũ eo cõflixit,& tanto impetu eũ inuasit,ut ipsius castra pœnitus profligauerit, atq; fugientẽ Obizonẽ,in Ferrariã usq; insequi eum nõ destiterit,cum magna suorũ occisiõe.

Rhegium ciuitas, Philippini uictoria.

6536 1337 Obizo Estensis,Nicolai prædicti Raynaldi fratris filius,patruo hoc anno succedens,regnauit annis.22.Vir splendidus magnanimúsque atque munificentissimus, propter quod Benedictus prædictus Ro.pontifex,eum per legatum suum Ferrariæ ac Mutinæ atq; Argentæ suum constituit uicarium uectigalem,ut uidelicet singulis annis decem millia nummûm auri,ecclesiæ Romanæ persolueret. Hic itaque duodecimo principatus sui anno, Parmam Mastini Scaligeri urbem, quam paulò ante Florentinis quinquagintis millibus aureis uendere statuerat ab Accio Corrigensi, cum ipsam tueri non posset, accepit, & in suam potestatem redegit.Qua potitus elatior factus, Philippinum Gonzagam bellis lacessere tentauit,à quo tandem ultima quasi pernicie superatus & profligatus fuit.Harum autem desperatione permotus Obizo,Parmam acceptam cum retinere non posset,Luchino uicecomiti dedit. Multa huius præclarissimi uiri fuere facinora , quæ breuitati studentes omittimus.Denique moriens,Nicolaum filium dimisit successorem.

Galeotus Malatesta Vngarus cognomento appellatus,his temporibus apud Ariminum Flaminiæ prouinciæ urbem,ex capitaneo cum reliquis eius fratribus,à Benedicto pon. uicarius constituitur.Quem & postmodũ eius successor Clemens .6. apostolica & imperiali authoritate

Galeotus Malatesta.

authoritate etiam confirmauit, & ita in ea ipse & successores omnes usque in præsens, qui est annus salutis.1502.perseuerauerunt.Quo quidem anno,suo malo Pandulphus Roberti illustrissimi uiri filius,á Valentino duce Alexandri.6.pontifi.maxi.filio,cum reliquis Romandiolæ regulis expulsus est.Is itaque Galeotus fuit uir omni uirtute ornatus, & arma quoad uixit,maxima cum laude tractauit:& propterea á Pisanis copiarū suarum contra Lucenses dux delectus,statim ipsos Pisanos á Lucensibus acerrimé obsessos, præstantissimo liberauit conflictu,quibus & multas intulit strages. Hic tamen cum superioribus annis pro legato Bononiensi ecclesiæ nomine contra Raynaldum Estensem arma sumpsisset,ab eodem Raynaldo (ut præmissum est) cum reliquis principibus captus fuit,á quo nihil minus postmodum benignissimé illæsum abire permisit. Ab isto itaque dignissimo illustrique principe,ortum habuere Carolus & Pandulphus Malatestæ fratres fortissimi bellatores,atque alii plurimi illustres uiri,necnon & Paula clarissima ac sanctissima mulier, Francisci Gonzagæ uxor,omnium mulierum formosissima.

Ordelaphorum regni principium.

Ordelaphorū regni principium. Franciscus Ordelaphus domi nobilissimus,uir certe præstantissimus,& ipse his temporibus á Benedicto ponti.maxi. ex nobili capitaneo uicariatus dignitatem unà cum fratre Symbaldo in Foroliuiensi ciuitate accepit.Hi namq; fratres cum potentissimi atq; primarii in Cesena atque Foroliuii urbibus haberentur,á principio contra ecclesiam Rom. pro imperatore senserant,& tunc sub capitaneatus titulo post mortem Clementis quinti, istarum duarum urbium principatū usurpauerunt. Verum postmodū in fidem pontificis Ro. reuersi,á Benedicto papa prædicto ecclesiæ uicarii mox fuerunt constituti. Quos etiam Clemēs.6.multis priuilegiis sub annuo tributo cōfirmauit.Et hi etiam á Raynaldo Estense capti fuere,sed & postea libertate ab ipso magnificé donati fuerunt.Hæc itaque præclarissima familia,clarissimis & strenuissimis armorū uiris semper floruit,& mellita fuit: quæ sub eodem titulo uicariatus,ea in Foroliuiensi urbe usque ad annum domini.1480.perdurauit,usque ad ultimum Pinum nomine,optimum principem:quo mortuo,in manus Hieronymi comitis Riarii,natione Sauonensi,Sixto ponti.max. uolente & annuente peruenit. Cuius uxor Catherina uicecomes Sfortia multa cordata & magnanima, usque ad annum salutis nostræ.1501.in regno successit.Quo quidem anno á duce Valentino Alexandri pontificis filio,armis & durissimis oppugnationibus expulsa fuit.

Manfredorum principum in Flaminea principium.

Manfredorum principium. Ricardus item Manfredus,ex clarissima Manfredi Siciliæ regis familia ortus,& ipse his temporibus similiter ex capitaneo uicariatus dignitatem in urbibus Fauentiæ & Imolæ, á Benedicto ponti.max.suscepit.Quibus in urbibus regnauit unà cum Ioanne fratre, annis.16.Hæ tamen diu ciuitates,longé antea in ipsa Manfredorum illustrem familiam quadam incredibili beneuolentia,imò & fideli obedientia peruenerat,& eos omnes tanquam patres & defensores incredibili obseruantia uenerabantur:quibus etiam ad nutū in omnibus obtemperabant,& de eis prout uolebant disponebant. Quam sané dignitatem etiam Clemens.6.ipsis confirmauit,ubi usque in præsens magna cum gloria & incredibili suorū beneuolentia præfuerunt,& urbem ipsam Fauentinam,& muris,& aliis munitionibus, ac exquisitis ædificiis mirum in modum exornarunt.Demum ut infra libro ultimo dicemus, ab Alexandro.6.ponti.max.per Valentinum Borgiam filium ipsa domus nobilissima é regno non solum expulsa,sed ę terra pœnitus sublata est.

Bartholomeus Gradenico.5.&50.Venetiarum dux,hoc anno Francisco Dandulo duci suffectus,ducauit an.3.mense uno,& dieb.20.Hic cum prudentissimus esset, & rerum multarū scientissimus haberetur,Taruisinam ciuitatem senatui suo(nō armis quidem) sed quadam incredibili dexteritate & prudentia atque clementia conquisiuit. Inde cum Florentini ciues iam & potentia & dominio iamiam ab Italis omnibus magno haberentur in precio,cum eisdem primum societatem & fœdus percussit,& quammaximé aduersus Mastinum Scaligerum,Veronæ principem,& alios suo senatui aduersantes.Quæ per plurimos annos inter ipsos inconcussa permansit. Alia quoque beneficia hic inclytus princeps Venetæ urbi attulit,& demum moriens in porticu sancti Marci sepelitur. 6539 1340

Taruisium ciuitas, Venetis subiicitur.

Vbertinus

Vbertinus Carrariensis Marsilii prædicti patruelis, hoc eodem anno post ipsum Marsilium iure gentium ex ipsius testamento Patauino ciuitatis dominatum suscipiens, regnauit annis. 6. Hunc cum Mastinus Veronensis princeps affecisset cladibus & incommodis, tandem lacessitus eidem urbem tradidit, qui à Venetis & Luchino uicecomite procurantibus, cum pax inter ipsos confecta fuisset, ipsi Vbertino ciuitas mox restituta fuit. Quem statim Benedictus ponti. apostolica & imperialium authoritate in ea confirmauit, & deinceps quoad uixit, ipsam iusto titulo in pace possedit. Ipso deniq; mortuo, cum Marsilius eius filius successisset, etiam eodem anno, ab Iacobo Vbertini patruele conspiratione facta, interfectus est, unde & ipse urbis ipsius principatum suscepit.

6540 1341 Luchinus uicecomes, Accii prædicti patruus, Matthæique magni filius, anno isto eius nepote Accio defuncto, in Mediolanense regno succedens, regnauit unà cum Ioan. eius fratre urbis archiepiscopo, annis fermè octo. Hic namque in primis clarissimus extitit imperator, & in omni laudis genere, quam à principe oporteat esse, clarus effulsit, qui principatu suscepto, omnes animo uno habere cœpit, nec ad dexteram, aut ad sinistram aspicere uoluit. Vnde & cunctos qui ab Accio exulauerant, clemēter redire fecit, quam ob causam omnes in suam pellexit beniuolentiam. Hic itaque contra Mastinum Scaligerum (uirum inter Italos potentissimum) bellum suscepit, & Bergomum atque Brixiam urbes sibi ablatas, ab integro recuperauit, deinde multas alias Cisalpinæ Galliæ ciuitates, partim armis, partimque beniuolentia, in idem recipiens suo regno adducit. Quamobrem Benedictus papa, ipsos Mediolani, aliarúmque urbium quas possidebant, uicarios ecclesiæ nomine constituit: hos autem solos Clemens. 6. eius successor cum tota Italia in tumultu ob reditum Bauari imperatoris depositi, etiam insubres uicarios confirmauit, de reliquis autem Italiæ principibus, nulla fermè mentione habita. Existimabat enim eos solos ob eorū potentiam magnā, Bauaro posse resistere. Hic igitur uir, cum Christianissimus & munificentissimus esset, multa monasteris & basilicas in Mediolano & alibi, partim restituit, partimque à fundamentis ædificauit, additis etiam multis prouentibus ad religiosorum uitam necessariis: insuper & mœnia nostræ ciuitatis Bergomi, magna ex parte uetustate collapsa, suis quasi propriis sumptibus instaurauit, ut ex murorū ipsorum inscriptionibus apparet. Arcem quoque in colle eiusdem urbis, quam Capellam uocant, à nepote inchoatam, anno uidelicet salutis nostræ. 1345. ipse perfecit. Itidem in castello Brixiæ mirificè egit, quod in meliorem & celebriorem formam redegit. Hic cum Isabellam patria Genuensem præstantissimam & elegantissimam mulierem duxisset uxorem, nullam (quamdiu non se deuouit beato Marco euangelistæ) unquam potuit suscipere prolem, & quamprimū se beato Marco deuouisset, duos uno partu ædidit filios, quibus æditis confestim Venetias ad gratias diuo Marco exoluendas perrexit, ubi & ab Andrea Dandulo duce & toto senatu, summo honore excepta fuit. Tandem Luchinus hic, cum nihil prætermiserit, & ante principatum & in ipso principatu, quod bonum & iustum decet principem, anno domini. 1349. tertio idus Ianuarii Mediolani defunctus est. Et regiis exequiis decoratus, in phano diui Ambrosii insigni tumulo sepultus est.

Muri ciuitatis Bergomi.

Miraculum s. Marci.

Viri disciplinis excellentes.

Franciscus Petrarcha, natione Hethruscus religiosus & Patauinus canonicus deuotissimus, philosophus quidem ac poëta sui temporis clarissimus, his temporibus ob singularem in omni literatura doctrinam, atque uitam sanctissimam, in tota Italia imò ferè Europa, maximo in precio est habitus, & maxime cum propter singularem eius poësim, apud omnes singulare & perennè decus haberetur. Romæ quidem à Romano senatu in capitolio, uniuerso cetu astante, ac Roberto Siciliæ rege approbante, laurea corona insignitus est. Hic ita cum ab ipsa pueritia literis quammaxime se deuenisset, paulopost, imò breui tempore, propter ingenii magnitudinem, insignis poëta atque orator facundissimus euasit, atq; ei omnis philosophiæ sinus apertus est. Et cum in eis atque diuinis scripturis se totū contulisset, captus amore uitæ solitariæ, ad execrāda omnia uitia, summi ponti. & aliorū patrū ac principū mundanorū beniuolentiam, tanquam alter Ioan. Baptista spreuit. Et dimissa patria sua, in Patauino agro, in quandam uallem clausam abiit,

Franciscus Petrarcha

& ibidem ferè omnem floridam iuuentutem suam, unius uilici contentus obsequio, meditando & orando ac scribendo consumere uoluit. Tandem confectus senio, anno domini.1374. ibidem sanctam deo reddidit animam, cuius uenerabile corpus ibidem sepulchro marmoreo.4.columnis sustentato sepultum fuit. Huic autem ingenium præter humanum adeò fuisset datum, primus omnium longo postliminium fuit, à quo eloquentiæ studia excitata sunt, nec tamen eum attigisse eloquentiæ Ciceronianæ fecit florem dicendum est, sicut nostris temporibus multos ornatus uidemus: quod tamen certe magis ei euenit ex librorum quàm ingenii carentia. Aedidit itaque hic cælestis uir tam prosayce, quàm metrice plurima opuscula, quæ cum sint lepore sonantium uerborum melliflua, & sententiarum succo mirabili sapida, potitis artificio cælesti, quàm humano ingenio, iudicantur fabricata.

Albericus de rosatæ iuris cõsul. Albericus Roxatus Bergomẽsis ciuis, uir augusti pontificiiq; iuris optimus & celeberrimus interpres, & ipse isto tempore, non solum Bergomates suos, sed apud uniuersas Italiæ urbes clarissimus habitus est. Cuius clarissimus & eminentissimus prope diuino ingenio permaxime amplissima Ciuiliũ & põtificalium legum uolumina sunt illustrata. Nam super toto Codice scripsit li.12. Super digesto ueteri li.24. Super digesto nouo li.12. Super infortiato li.14. Super institutis lib.4. Super sextum Decretalium li.1. Summam confessorum li.1. Comœdiam quoque diuino uolumine super Dantem poëtam composuisse tradunt. Et alia quædam.

S. Iuo Brito. Yuo natione Brito eruditissimus iuriscon. & ipse per hæc tempera præter doctrinam & singularem eloquentiam quibus egregie insignitus erat mira etiam pietate & misericordia in pauperes utens, celeberrimus profecto habitus est. Qui cum amplum haberet patrimonium, spem omnem suam in deo collocans, pauperum & orphanorum, ac uiduarum causas pro uirili semper tueri uoluit, propter quòd & condignam laboris & patrocinii sui mercedem à domino postmodum grandem percepit. Quo mortuo, cum crebris fulgeret miraculis, inter sanctos confessores aggregari meruit. Vnde & eius festum sexto calẽdas Septembris celebrari iussum est.

Grego. de arrimino ordinis s. Augustini. Gregorius de Arrimino ordinis eremitarum diui August. generalis prior acutissimus sacræ theologiæ interpres, hisdem remporibus apud Parisium gymnasiorum caput ob ingenii magnitudinẽ, à tota uniuersitate maximas eruditionis laudes cõsecutus est, ubi cum ei ingenium perspicax esset, & rerum multarum maxime philosophia, & theologiæ plena esset notitia. Super primum & secundum & tertium, ac.4. sentemtiarum lib.4. composuit uolumina, quorum quidem lectura, etiam nunc Parisienses præ cæteris doctoribus, ut plurimum utuntur. Habẽtur etiam & eius in epistolas Pauli cõmentaria dignissima; aliud de ipso non uidi.

Tho. de argẽtino. Thomã de Argẽtina, natiõe Theutonicũ post predictũ ordinis nostri generalẽ, & hac tempestate eum floruisse ferunt. Qui cum esset in diuinis scripturis admodum exercitatus & magno ingenio insignitus, scripsit in diuinis scripturis præclara uolumina, ẽ quibus extant in lib. sententiarum opus diuinum quatuor libros continens, cuius principium est: Dedit abyssus uocem suam. Constitutiones quoque ordinis lib.1. Et alia quædam.

Sũma astesana. Astesanus Lombardus, ex Ast ciuitate Galliæ Cisalpinæ oriũdus, ordinis minorũ professor insignis, bachalaurius magnæ literaturæ et ingenii celeberrimi uir, per hoc tempus celebrem & præclaram summam casuum tam in theologia quàm in iure canonico composuit, cuius operis principium est: Dicturi ergo in hoc principio. Diuisit autem ipsum opus in octo libris, de cæteris autem nihil uidi.

Ioã. de Saxonia ordinis minorum. Ioannes item de Saxonia, ordinis minorũ, per hoc ipsum tempus & ipse aliã summam in utroque iure ædidit, licet non eiusdem preciũ cum Astesana: de aliis nihil uidi.

Andalo patria Genuensis ex Nigrorum optima familia oriundus, Astronomus quidem scientissimus generosus ac uenerabilis sane uir, Ioannis Bocatii Florentini in Astrorum motibus præceptor, hoc ipso tempore floruit. Cuius quãta fuerit in omnibus circũspectio, quantáque morum grauitas & modestia, ac syderum notitia, idem Bocatius in.15. deorum genealogiæ libro optime declarat. Nam cum uniuersum peragrasset orbem, non solum

solum regulis, uerum etiam (ut plurimum fit) astrorum motus agnouit, sed etiam quocunque climate, sub quocunque Oriente, experientia discursuum, certior factus, uisu didicit, quod alii auditu discunt. Cuius quidem praeclarissimi uiri, plurima extant in ea facultate opuscula, astrorum caelique motus ostendentia, quae certe quantũ sibi circa talia fuerunt praeeminentiae, ipsa declarant.

Paulus geometra Florentinus per hoc ipsum tempus uniuerso Occidenti ea facultate & arithmetica atque astrologia notissimus fuit, & nonnulli suae aetatis fuit secundus. Cui adeo ea in facultate & scientia omnia fuere aperta, ut nil apud eam incognitum illi fuisse referatur. Et quod mirabile dictu uisũque fuit, longe magis quicquid de syderibus, aut caelo loquentibus, etiam propriis manibus cum instrumentis ad hoc confectis, occulta fide spectare uolentibus demonstrauerit. Paulus geometra.

Zerus item Florentinus praeclarissimi in pictura ingenii uir, qui superioribus diebus antiquam longo tempore pingendi artem nobilissimam reddidit, hisdem temporibus eam obrem in precio existens, cum à Benedicto ponti. maximo in Auinionem ad pingendum martyrum historias ingenti precio statutum fuisset, morte praeuentus, rem inceptam omisit. Petrus pictor egregius.

Paulus Perusinus grauissimus iuris utriusque doctor, Barlaae praedicti Graeci singulari beniuolentia iunctus, uir multarum rerum notitia doctus, per hoc tempus adhuc superstes existens, inter uiros excellentes annumeratus est, eo maxime, quod maximum composuerit opus, quod Collationum librum intitulauit, in quo multa sunt ad uaria spectantia, ei quicquid de diis maxime gentilium, non solum apud Latinos, sed & apud Graecos inueniri potest, adiutorio Barlaae praedicti collegit, à quo Bochatius noster, ut ipse testatur, multa de generatione deorum excerpsit, hic diu custos & magister Bibliotecae Roberti regis fuit. Collationum liber hic.

6542 1343 Lemens papa eius nominis sextus, patria Lemonicensis, monachus, Petrus antea uocatus, hoc anno ex Rhomagensi archiepiscopo Benedicto pontifici surrogatus, sedit annis. 10. mensi. sex, & diebus octo. Perhumanus quidem liberalisque, & multae doctrinae ac compositae eloquentiae uir. Qui primo sui pontificatus anno, cum. 10. cardinales creasset, unum ex fratribus suis monachum, & alterum ex sorore nepotem fecit, postmodum Iubileum quem Bonifacius octauus millesimo trecentesimo domini nostri celebrauerat, & de centenario in centenarium obseruandum declarauerat, ad quinquagenarium numerum reduxit, qui est proprie Iubilei numerus, inde ex depositione imperii Bauari, uniuersa Italia tumultuante, Luchinum & Ioan. fratrem archiepiscopum uicecomites, uicarios suos in Mediolano confirmauit, à caeteris autem abstinuit, cum Bauarus Tridentum petens Italiam intraturus uideretur, qui pari modo & ipse in multis terris ecclesiae uicarios imperiali authoritate constituit, uidelicet in Viterbio Ioannem de Vico urbis praefectum, Galeotum Malatestam in Arrimino, Antonium Ferretanum in Anchona, Gentilem Varaneum Camerini, Guidonem Pollentanum Rauennae, Frãciscum Ordelaphum Forliuii & Cesenae, Ioannẽ Manfredũ Fauentiae & Imolae, atq; alios per diuersa Latinae prouinciae loca. Clemens autem pontifex quosdã cardinales ex Auinione Romam misit, qui statũ urbis componentes, seditionibus sublatis, Petrum Saram Colũnensem, & Ioannem Vrsi filium, senatores declararunt, ac Nicolaũ publicum scribam ciuem Ro. qui statũ urbis in suam redegerat potestatem, & se ipsum tribunũ constituerat, coeperunt & in uinculis coniecerũt. Quapropter timens põtifex ne Italia tota flamma & ferro uastaretur, Bononiam statim uicecomitibus hac lege concessit, ut. 12. milia nũmûm auri singulis annis ecclesiae Ro. persolueret, & pacem inter omnes cõstituerent. Deniq; cum Barbari & Mauri infideles, utramque Hispaniam & Germaniam lacerarent, Clemens hinc pontifex, ad gerendum bellum contra eos, principes Christianos compulit. Qui contra hostes saepe & feliciter pugnauerunt, multisque eorum caesis, innumerabiles triumphos egerunt, indéque cum foedus inter Eduardum Anglorum regem, & Philippum similiter Francorũ regem componere attẽtasset, frustra elaborauit, postremo in omnibus boni pastoris officio functus anno domini. 1352. Clemẽs pa. 207.

Auinioni moritur,& à Cardinalibus adhibita honesta funeris põpa, ibidem sepelitur. Hic itaque optimus pontifex cum esset eruditissimus uir, & secularium literarum non ignarus, ac iuris põtificii doctor insignis, & declamator uerbi diuini famosissimus, ædidit quædam opuscula non indocta, in quibus sui ingenii uiuacitatem ostendit. E quibus ista sunt, Sermones uarii lib.1. In approbatione Caroli regii liber unus. Collationes multæ li.1. Epistolarum ad diuersos lib.1. In canonizatione sancti Iuonis confessoris lib.1. incipit: Exulta & lauda habitatio.

Andreas Dandulus.56. Venetiarum dux Barto. duci hoc anno suffectus ac surrogatus ducauit annis.11. & mensi.8. Vir certe sua ætate magni & excelsi consilii, sed etiam pro Francisci Petrarchæ testimonio literarum eruditione doctissimus & magnificentissimus, cuius tempore cum Cretenses à suo senatu defecissent, ipse suo consilio, suaque prudentia, potiúsquam armis, rursus colla submittere coëgit, nã statim classem in eos mittens, leuibus certaminibus deuicit, & in fidem conuerti, indéque Clementis pontificis hortatu, tringinta Biremes auxiliares, in Mauros utramque Hispaniam uastantes transmisit, & eos multis incommodis & cædibus humiliauit. Pugnauit deinde nauali prælio cum Genuensibus, quos cum primo conflictu superasset, paulopost ab eisdem reassumptis uiribus, Philippo Aurei duce audacissimo superatus ac profligatus imò & laceratus turpiter fuit. Quo conflictu Senatus Venetus Chyum insusulam perdidit, & Euboeam uix tueri potuit. Eo namque bello Veneti à Genuensibus tantam occidionem susceperunt, quantam antea unquam. Hic cum urbem Venetam multis & præclarissimis ædificiis cultiorem & clariorem reddidisset, per triennium sæuissimam & generalem pestem sustinuit, qua quidem peste, ingẽtem multitudinem absorbuit, adeóque inualuit, ut potius habitationes habitatoribus, quam habitatores eisdem carerent. Ex qua quidem, cum & ipse defecisset, apud sanctum Marcum in baptismali capella sepultus fuit. 6542 1343

Cretenses deficiunt.

Gualterius natione Gallus, Athenarum dux appellatus, hoc anno à Roberto Siciliæ rege, in subsidium Florentinorum, contra Pisanos missus, tyrannidem ea in urbe Florentia decem menses obtinuit. Ipsi autem Florentini cum Lucham urbem à Mastino Scaligero precio quingentorum ducatorum emissent, à Pisanis prius occupata fuit, quam ipsi Florentini à Scaligero intromissi fuerint, propter quod etiam Pisani aduersus acri bellum susceperunt. Et prælio à Florentinis contra Pisanos commisso, ingentem stragem Florentini à Pisanis acceperunt. Quare animo fracti, ad eundem Mastinum & Bononienses confugerunt, eo quòd Robertus eis subsidium mittere non poterat. Acceptis igitur à Scaligero & Bononiensibus equitibus multis, belli ducem Galeotum Malatestam sibi constituerunt. Qui cum magno exercitu in Pisanum agrum accedens, Pisanoa à Lucha bellũ amouere compulit, & Luchanam obsidionem soluere fecit. Interea Robertus rex hũc Gualterium cum aliquo equitatu, ad Florentinos misit. Qui artibus exquisitis, populi gratiam occupans, Malatestam tanquam belli ignarum deiicere curauit, atque id effecit ut ipse à Florentinis, loco ipsius præficeretur omnibus copiis, ac sic per diuisionem ciuium egit & equitnm dux, & urbis præfectus deletus fuit, & ita istis officiis, plenarium urbis dominium occupauit. Qui pallacium ingressus, statim priores & alios urbis magistratus deiecit, atque inde cum quotidie multos passim interficeret, à ciuibus tandem inde pulsus est. Nam Angelus Acciolus urbis archiepiscopus, cum uideret hominis sæuitiam & tyrannidem, statim armatos ciues in episcopatu accersiuit, qui ad tyrannum carentes patriam & ciuitatem illo expulso in libertatem uendicauit, attamen ipsum Gualterum propter beneficia in urbem collata, incolumen cum militibus & rebus suis abire uoluerunt, plebs uero ingrata (ut mos semper fuit) nobiles suos quorum consiliis & armis libertatem consecuta fuerat, cõfestim urbes eiecit, & direptis eorum bonis ac domibus euersis, eos perpetuo damnauit exilio.

Andreas Caroli Hungariæ regis filius, hoc anno scilcet.1349. Roberto eius patruo Siciliæ rege sine uirili sexu defuncto, suscepta Ioanna ipsius Roberti regis ex filio nepte uxore, post socerum & patruum suum Robertum, regnauit in Neapoli & in toto regno Siciliæ annis.3. Sed ipsa Ioãna post triennium cognita uiri sui secordia, consentientibus

eius gnatis

eius gnatis, atque hortantibus qui regnum habitabant, ipsum Andream maritum & consobrinum suum laqueo interire fecit, & alteri consobrino nupsit, uidelicet Ludouico Tarenti principis olim filio, quem Roberti fratrum fuisse docuimus. Ludouicus uero Hungariæ rex & ipsius Andreæ frater ita Ioannæ scripsit: Ioanna inordinata uitæ præcedens relatio potestatis in regno neglecta uindicta, & excusatio subsequens necis uiri probante fuisse participem & conscìam: unde Ludouicus comparatissimo exercitu ad ulciscendam fratris necem mox in Italiam uenit, & primo Sulmonenses resistere ausus, seueriter domuit: subinde Septentrionale bellum regnum illud multis contentionibus attriuit.

Ludouicus autem rex prædicti Andreæ frater, Sulmone recepto, omni regno facilime est potius: Ioanna enim & Ludouicus Tarentinus uir suus, fuga sibi à principio consulentes, in prouinciam se receperunt, relicto ad custodiam regni Dyrachino filio comitis Grauinensis fratris germani regis Roberti, quem Ludouicus rex Hungarus cum omni præsidio à Ioãna relicto captũ, capitali supplicio affici iussit. Ludouicus uero tertio mense quo in Italiã uenerat, in Hungariã reuersus est, territus à peste, quæ totam Italiam triennio attriuit, ita ut ex centum quibuslibet uix. 10. superstiterunt: quo abeunte, suos Hungaros in præsidium regni reliquit.

Ioanna igitur de qua nunc est sermo, Caroli Calabriæ ducis filia fuit, & Roberti regis ex primogenito suo neptis, non modo origine & potẽtia ac moribus, sed & robustissimo inuictóque animo illustrissima fœmina fuit, & tam prudẽs & oculata in omnibus extitit, ut potius fraude quàm ullo ingenio quis eam decipere potuisset. Hæc enim lõga nimis, & constans admodum fuit, quod satis monstrauere in ea sæuientis fortunæ insultus, in quibus certe sæpe multum agitata fuit. Nam in primis pertulit austeros coniugum mores, & sinistram famam, ac pontificum minas ac intestina regulorum fratrum dissidia, & plurima extra bella, atq; alienis criminis fugam, necnon & nobilium suorum detractiones & alia plurima, quæ omnia forti pertulit pectore, & tamen omnia inuicto superauit pectore & animo. Et demum dyademate & regno in pace adeptis, statim uirtute ualida insurgens, adeò regnum omne scelestorum hominum purgauit insultu, ut non solum inopes, sed & diuites & opulentos, cantando die noctùque, quo uelint ire tute possent, & quod maius, etiã insignes uiros moribus dissolutos & incompositos, ad urbanos traxit mores. Erat enim illi mire eloquium, & grauissima facundia atq; familiaris humanitas pietas & mansuetudo, necnon & maxima benignitas, ut non reginam quis eam diceret, sed sociam. Ex quibus uirtutibus omnes illam non solum egregiam atque conspicuam, sed singulare Italicum decus quoad uixit fuisse dixerunt. Hæc enim Auinionem urbem suam Clementi pontifici uendidit, & pro eius solutione, feudum quod debet regiua Romanæ ecclesiæ, põtifex relaxauit. Vixit autem regina hæc cum Ludouico rege marito secundo. 26. annis, ex quo nullã prolem peperit. Et cum Ludouicum etiam Andageuẽsem Francorum quondam regis filium ad successionem regni adoptasset, à Corolo regio genere nato iussu Vrbani pontificis, anno domini. 1382. capta & interfecta est. Auinio ciuitas pontifici uenditur.

6543 1344 Ioannes uicecomes Mediolanensium Archiepiscopus, hoc anno Luchino fratre defuncto, Mediolanense regnum solus obtinens, regnauit annis. 11. & mensibus. 8. Matthæus enim huius pater, cognomento magnus, quinque genuit filios, uidelicet Galeatium, Marchum, Luchinum, hunc Ioannem, & Stephanum. Galeatio autem primogenito Accius filius fuit, qui eidem in regno successit. Eo autem sine prole defuncto, eum Marcus superstes non esset, Luchinus (ut superius dictum est) successit. Et eo quoque defuncto, cum antea Stephanus decessisset, hic iure gentium in regno successit. Qui principatu inito, ut erat animo generoso ingenióque celebri, statim Galeatium Stephani filium, & Bernabonem ipsius fratrem, quos Luchinus patruus depulerat, ad se redire fecit, & eos honoribus & diuitiis plurimum erexit. Inde cum uideret Galeatium adolescentem strenuum & belli scientia clarissimum, statim militiæ suæ imperatorem constituit. Qui dignitate suscepta, ut erat animo excelso, maxima incrementa ad ueterem regni sui potentiam addidit. Vnde & secundo principatus sui anno per arma Bononiam magnam & potentissimam urbem obtinuit. Quam & Romanus pontifex Io. archiepiscopus Mediolanẽsis.

eidem aliqua lege permisit, inde bellum contra Florentinos & alias Hethruriæ ac Flaminex ciuitates suscepit, & eas breui temporis spatio aut subditas, aut ingēti terrore sibi tributarios fecit, cumque Mastini Scaligeri filium sibi fœdere & amicitia coniunxisset, in Lyguriam aciem direxit, & non multopost Genuam, Saonam, Naulum, & reliquas maritimas urbes cum castris Pedemontium pari terrore suo regno adiecit. Quas obres non modo per Italiam, uerumetiam per exteras nationes nominatissimus & formidabilis Ioannes iste esse cœpit. Et propterea cum multi principum & regum legati ad eum uisendi gratia peruenissent, ita omnes communiter & perbenigne suscipiebat, ut more Augusti imperatoris ex amicis amicissimos redderet. Ita enim in ciuibus & subditis suis omnibus humunissime semper uixit, ut non modo dominio aut pontifici, sed omnium parentem diceres. Erat enim in delinquentes clemens, erga amicos & pauperes pientissimus, & semper liberalissimus. Tandem iustissimus hic præsul, & inuictissimus princeps, omni genere uirtutis adornatus, cum supradictum tempus regnasset, anno salutis nostræ. 1352. Octobri mense mortem obiit, Mediolani in templo beatæ uirginis Mariæ in monumento marmoreo adhuc extante sepultus fuit.

Nicolaus Rētius ciuis Ro. — Nicolaus Rentū, ciuis Romanus, & publicus in ea urbe Scriba, hoc anno, ut erat uir quidem magnanimus & ad libertatem Romanam excelsi animi erectus, ad statum regiminis ipsius urbis à Clemente pontifice constitutus mutare pro uiribus uolens, è Capitolio ubi erat publicus scriba, senatores eiecit, & ipse illud per arma occupauit. Quā ob causam tantum beniuolētiæ & authoritatis apud omnes sibi comparauit, ut facile quo uellet, mentem populi Romani flecteret. Qui ut animos hominum commoueret, hunc sibi accepit titulum: Nicolaus Seuerus & clemens, libertatis, pacis, iusticiæque tribunus, ac sacræ Romanæ reipublicæ liberator illustris. Quæ quidem uerba, tantam de se & admirationē & opinionem concitarunt, ut omnes Italiæ principes, per legatos pacem & amicitiā ab eo quæsierint. Externæ quoque prouinciæ Romanam rempublicam ex hoc reuiuiscere putarūt. Sed parum eius fucata gloria durauit, quia dum parti uni ciuium contulit, parti alteri aduersatus est, unde & repente de patrono tyrannus est appellatus. Hanc obrem sibi cauens, septimo magistratu sui mēse, sponte sua & omnibus suis ignaris, mutata ueste, Ro. per obscuram nectē abiens, in Bohemiā profectus est, ad Carolū Ioannis regis filiū. Qui ubi eum recepit, statim in Auinionē uinctum misit, & pontifici dono dedit. Eo autē in carcerem à pontifice coniecto, pontifex quosdā cardinales Romā misit, qui urbis statum fractū cōponerent. Ipsi aūt Cardinales Frācisci Petrarchæ cōsilio usi, ad tollēdas plebium seditiones, duos senatores, scilicet Petrū Sarrā Colūnensem, & Ioannē Vrsi filiū, iterato creauerunt. 6544 1345

Marsilius eius nominis secundus, Vbertini Carrariēsis filius, hoc anno tertio calē. Aprilis, patre defuncto, Patauinæ urbis sceptra suscipiēs, regnauit tantūmodo diebus quatuor. Nam ubi cum primū regnare cœpit, Iacobinus Vbertini patruēlis, conspirationem suscitauit, & eum obtrūcare fecit: quo mortuo, ipse urbis primatum inuasit, & ut diu regnare posset, quinquaginta ex nobilioribus laqueo necari fecit, & multos ex Carrariēsibus urbe depulit, qui Venetias fugientes, Andreæ duci & senatui se commendauere, sedatáque seditione, Carrarienses omnes Andrea duce deprecante, patritii Veneti creati sunt.

Montisfretri regni principium.

Montisfretri regni principium. — Gallassus ex nobilissima illustrique Montisfretri familia natus, his temporibus à Bauaro imperatore contra pontificem in Vrbini ciuitate Marchiæ Anchonitanæ, sua authoritate imperiali uicarius constituitur, & aduersus rem ecclesiasticam concitatur. Nam (ut præmissum est) cum Clemens papa Luchinum uicecomitem & eius germanum, in Mediolano ditionis imperii uicarium contra ipsum constituisset, & ipse imperato pari modo in ipsa Vrbini ciuitate, & in tota Marchia ecclesiæ prouincia, multos imperii nomine constituit uicarios, eo quòd hæc familia & antiquitate & potentia cæteris præstare uidebatur. Eo igitur uicario sic constituto, cum omnia bene & iuste ac fideliter in futurū rexit, à pontificibus postea Romanis confirmatus, ipsam ciuitatem cum Euhubio Vmbriæ urbe, tanquam ueri possessores eius posteri pro ecclesia Romana sub titulo uicariatus possederūt. Indéque propter eorum benemerita & seruitia ecclesiæ Romanæ collata, siquid census superioribus

superioribus annis ecclesiæ ab eis persoluebatur, Sixtus quartus pontifex maximus, circa annum domini nostri Iesu Christi.1476.eidem familiæ prorsus relaxauit,ac Federicum tunc dominantem ipsius urbis & aliarum ducem,authoritate apostolica creauit, ac ipsum & posteros omnes in perpetuum confirmauit. Verum eius filius Guido dux,cum post patrem in ea feliciter uiginti annis regnasset,hoc anno, qui est secundus supra quingentesimum & millesimum à natiuitate domini nostri Iesu Christi,à Valẽtino Borgia duce, Alexandri Sexti pontificis filio,pulsus cum tota domo fuit. Ac sic Ferentani isti ea in urbe, & cæteris cum maxima populorum suorum gratia,per annos centum sexaginta regnarunt. Quid futurum sit,ipse qui omnium est cognitor deus nouit.

Vareneorum etiam regni principium.

Gentilis item ex celebri uetustissimáque Vareneorum familia oriundus,& ipse hac tempestate modo simili quo & Galassus à Bauaro imperatore in ciuitate Camerini, uicarius imperialis constitutus fuit.Qui cum nomine imperii usque ad mortem imperatoris Bauari illam possedisset,eo mortuo,à Carolo in loco Bauari surrogato,Gẽtilis hic,urbem ipsam duobus cardinalibus legatis apostolicis sua sponte resignauit: uerum tamen legatus uisa hominis nobilitate,eum cum reliquis suis in urbibus uicariis, nomine ecclesiæ cõfirmauit, & maxime,quia uiderat illum ecclesiæ Romanæ obsequentissimum.Confirmatúsque tam ipse quàm posteri omnes Varenei,usque in præsentem diem quiete & pacifice possederũt, donec Iulius Cæsar ultimus,hoc anno qui est millesimus quingentesimus secundus,à Valentino Borgia Alexandri sexti pontificis filio,cum cæteris principibus pulsus est. Ipsam enim ciuitatem hi illustres Varenei in protectionem suscipientes, sua uirtute suáque prudentia,cum beniuolentia aliorum principum,ex post,mirum in modum auxere. Et adeò, ut & populi frequentia,& opibus magni inter Picentes ciuitates nunc primaria cẽseatur. Eam tamen illustrem familiam, maximam occidionem à suis ciuibus aliquando sustinuisse compertum est. Nam aliquando à ciuibus suis conspiratione suborta,dum ipsi nobilissimi & clarissimi principes,sacris in Basilica interessent,omnes tam uiri, quàm pueri & infantes,omnes ad unum usque fuerunt interfecti. Sed cum aliqui subterfugissent, in regnum restituti,in futurum præcauentes,deinceps cum ciuibus suis iustissime & clementissime uixere.Quorum uirtute uniuersa ciuitas optime gubernata semper in quiete fuit. Eam enim ciuitatem uetustissimã fuisse cognoscimus,eo quòd ad ipsam, ut Liuius libro nono refert, Fabii maximi fratrem,quando motus Hethruscorũ iuerat exploratum,peruenisse,& multo exceptum fuisse comitatu. Vare-neorũ principium.

6546 1347 Arolus eius nominis quartus,Ioannis regis Bohemiæ filius,uigesimus secundus Germanorum imperator,hoc anno iubente Clemente pontifice, ab Electoribus imperator creatus,imperauit annis triginta & uno. Vir multarũ linguarum & literarum peritissimus,iustúsque & rectus ac timens dominũ, bonos diligens, & malos sceleratósque odio habens. Qui cum iustus esset, etiam nonnullas leges condidit,quæ adhuc extare dicuntur,et Carolinæ nuncupantur. Ipse enim (ut diximus) cum christianissimus esset, ante imperii susceptionem,Nicolaum scribam cœpit,& in Auinionem uinctum ad pontificem transmisit. Sed & Dyrachium Roberti regis nepotem,quem Ludouicus eius germanus,& Ioanna ipsius Roberti neptis, ad curam Neapolitani regni reliquerat,cœpit,& capitalicio supplicio affecit,& propterea uno omniũ consensu Cæsar & Augustus est creatus.Solus autẽ Bauarus princeps propter patris iniuriam, illi ceruicem subdere recusauit. Qui statim in Italiam descendens à Iacobino Carrariensi & Mastino Scaligero, Gonzagisque ac uicecomitibus, atque aliis Cisalpinæ principibus perbenignè exceptus est. Et in Mediolanum secũdum morem coronam ferream suscipiẽs, statim cum ingenti comitatu, Pisas accessit, atque ihidem legatos totius Hethruriæ obuios habuit, qui dicerent se paratos fore ipsius mandatis obtemperare. Cúmque Ro. tandem cum ingẽti comitatu & gloria peruenisset,à duobus cardinalibus,eo ad eam rem missis,coronatus & Augustus est appellatus. Quo incoronato,statim omnia oppida ciuitatésque, quas tyranni multi Bauaro instiganti occupauerant, ecclesiæ Romanæ, eo mandante, redditæ sunt. Eos tamen uicarios supradictos pontificis legatus in ipsis locis Carolus.4. impe. Germanus.

confirmauit, maxime quos uideret ecclesiæ Romanæ obsequentes, utpote Galeotum Malatestam, Guidonem Polentanum in Flamminea, Ferrarienses in Marchia, Varenses in Piceno, Ordelaphos autem non obtemperãtes è Cæsena, Foroliuióque deturbauit. Quibus optime gestis, Carolus in Germaniam rediit. Qui cum omnem fermè ætatem citro ultróque ex Italia in Germaniam eundo & redeundo consumpsisset, tandem ætate iam grandæuus, saluti propriæ consulens, Vinceslaum filium natu grandiorem, anno Domini.1370. Cæsarem faciens, imperii successorem sibi delegit, ac sic cum patre filius imperauit an.8.

Ingens uapor magnitudine horribili Boreali mouens regione, magno aspiciẽtium terrore per cælum hoc anno uisus & delapsus est. Et sunt qui scribant hoc eodẽ anno quasdam bestiolas multiplicato numero in Oriente è cælo cecidisse, quarum corruptione & fœtore execrabilis pestilentia subsecuta est.

Prodigia. Pestis lugubris & miseranda hoc anno incœpit, & per tres annos penè totum mundum debacchata est. Quæ primo in Asiam apud Indos, ob easdem bestiolas incipiẽs, passim per prouincias irrepens, usq; in Britannos & omnes gẽtes adeò deseuit, ut uix decimus quisque ex millesimo homine superstes remanserit, & plæraque loca prorsus derelicta sunt. 6547 1348

Indæi omnes qui in Germania erant, his temporibus combusti sunt, eo quòd omnis regionis puteos intoxicare fuerunt annixi, ut multi eorum confessi sunt.

Io. Frãcorum rex. Ioannes Francorum rex, hoc anno Philippo patre defuncto, Frãcis regnare cœpit, & regnauit annis.25. Hic cum Eduardo Anglorum rege bellum à patre cœptum prosequẽs, sexto regni sui anno in Pitiriẽsi agro superatur, & cum Philippo filio suo capitur. In qua quidem clade, Gualterus Athenarum dux (quem apud Florentinos tyrãnidem exercuisse iam diximus) unà cum uiginti milibus Gallis interfectus est. Verum tertio captiuitatis suæ anno, ipse Eduardus animi magnitudine motus, Ioannẽ istum cum omnibus captiuis suis, hac conditione liberum fecit, ut nunquam cõtra se bellum mouere præsumeret. Sed non ita multo post fidefragus Ioannes hic pacem frangens & rumpens, Eduardum ab integro arma capere, & eum ad internicionem persequi impulit. Armatis igitur centum & quinquaginta rostratis nauibus, ingentem exercitum contra hunc Ioannem in Galliam duxit, & eum ac totum eius regnum maximis incommodis & occisionibus diu afflixit. 6549 1350

Iacobinus Carrariensis, quem diximus Marsilium interfecisse, hoc eodem anno, postquam quatuor annis regnauit, & ipse eius ex pellice filio interficitur. Cuius parricidii hæc causa fuit, quòd Gulielmus cum quodam milite contendens, ab eodem spurius contumeliose appellatus est. Qua contumelia permotus & perturbatus, mox ut domum ingressus est, patrem in secreto accersiuit, & gladio eum impetens confodit & interfecit, ac statim in templo diui patris Augustini eum secreto sepeliri fecit. Hoc enim gestum est, ut non euacuaretur uerbum Christi, qui ait: Qui gladio feriet, & gladio peribit.

Canis Segnorius. Albutius filii Frignagnus patrẽ excludit. Forestinus de Forestis, natione Bergomensis, abauus meus, uir domi nobilis, sed uirtute & animi magnitudine certe nobilior, hoc ipso anno post multos à Ioanne uicecomite, & Magno archiepiscopo, ob consilii & ingenii sui magnitudine susceptos, & dignitates ac præfecturas, apud Bergomum ortus sui ciuitatem grãdæuus & plenus dierum, diem obiit, & ibidem in claustro sancti Stephani ordinis prædicatorũ, celebri pompa sepulchro marmoreo adhuc extante sepultus est. 6549 1350

Canem uero eius nominis secundum, Mastini Scaligeri Veronæ principis filiũ, hoc anno patre defuncto, urbis principatum sumpsisse tradunt, in quo quidem principatu uixit annis quadragintaduobus. Mastinus autem huius genitor, tres legitimos genuit filios, Canem scilicet hunc, Segnorium & Albutium, sed ex pellicibus multos, inter quos Frignanus unus fuit uir audacissimus, qui anno quarto principatus patris, dum ipse dominus pater Belzanum Theutonicorum oppidum, recreandi animi causa se contulisset, conspiratione inter ciues excitata, ipse urbis dominium occupauit, & Canem ipsum patrem cum omnibus aliis filiis exclusit. Quo uiso Canis, ut erat animo præstantissimo, confestim adiuuantibus Philippino Gonzaga & Estensibus, congregato exercitu suo, urbem obsedit, & post multas occidiones in die carnispriuii, urbem diu & acriter oppugnatã recepit, & confestim de ipso temerario rebellique filio Frignagno, aliisque seditiosis supplicium sumpsit.

Pater filium in terfecit. Frater Canem occidit

Verum cum postea hancobrem in ciues nimium crudesceret, à Segnorio alio, non filio, sed germano, sequenti anno scilicet.1353. die.14. Decembris interceptus & obtruncatus fuit. Atque ita ipse Segnorius cum cæteris fratribus,consentientibus ciuibus urbis,principatum sibi desumpsit.

Cometes hoc anno sub Septentrione,Decembrio mēse apparuit,quo extincto, statim graues uentorum æstus subsecuti sunt. Et cælestis trabs, priore ardente parte, per cælum labi uisa est.

Philippus Genuensis patricius,ex nobili primariáq; urbis familia, Auria nuncupata,natus, summæ prudentiæ & eloquii admirandi uir, ac naualis belli peritia insignis, cui certe in eisdem uirtutibus apud Genuenses non inueniebatur par,hisdem temporibus à Genuensibus suis contra Venetos naualis belli dux præficitur, qui magistratu suscepto,cum audisset Venetos in Græcia suorum classem confugisse, & decem eorum Triremes captiuasse, ut erat ingentis animi uir,atque clarissimus imperator,repente ex Genua soluens in Græciam traiecit,& mox Venetorum classem cum ingenti fragore & strepitu inuasit, ac uniuersam (post multos conflictus) cum maxima hostium cæde disrupit ac debellauit,imò & dissipauit:quibus gestis e uestigio Chyum insulam Venetis parētem inuasit, ac uniuersa cū urbe ut & armis recepit. Inde ad Nigropontem insulam traiiciens, ipsam & direptionibus & incendiis plurimum afflixit. Denique cum ingenti hominum & rerum præda Genuam regressus,de captiuitate perpulchrum egit triumphum.

6551 1352 Ludouicus Philippi Tarentinorum principis filius, & Ioāne Roberti Siciliæ regis neptis maritus,hoc anno postquam contra Ludouicum consobrinum,uidelicet Vngariæ regem,Neapolis regnum obtinuit,regnauit annis.26.Regnóque suscepto,pacem cum Hungaro renouauit. Et tunc Ioanna (ut dictum est) in beniuolentiæ signum Auinionensem urbem, quæ sui patrimonii erat, pontifici Romano uendidit. Et pro precio remisit pontifici tantundem, quod ipsa pro feudo Apuliæ debebat, quantum ipsa Auinionensis ciuitas ualebat.

6554 1355 Cælestis flamma post solis occasum, hoc anno inter Zephyrum atque Austrum latissimē excrescens, terribile quoque ostentans incendium, tandem cum magno murmure è cælo ruit.

Viri disciplinis excellentes.

Thomas Florentinus medicus, diui quondam medici clarissimi filius,hisdem temporibus non inferiori ingenio famáue patri subsecutus,& ipse ex ingenii sui magnitudine summam pulcherrimam de arte medendi post se reliquit,alia quoque eum addidisse ferunt. Thomas Florētinus

Bartolus Saxoferratensis iureconsultorum sui seculi, ac superiorum temporum princeps,& eiusdem professionis copiosissimus explanator,Cyni quondam, ac Iacobi Bothigarii doctorum discipulus & auditor, his quoque temporibus uniuerso mundo ea in doctrina famosus & admirabilis utique habitus est. Qui & præ cæteris legum interpretibus in Digesto nouo,ueterique,ac Infortiato, necnon & reliquis legum codicibus præclarissima scripsit commentaria. In primis super Codice li.9. Super Digest.ueteri lib.24. Super Digest.nouo,lib.12.Super Infortiato,li.14.Super instituta li.4. Tyberiadis quoq; librum unum.Consiliorum librum unum. De Guelphis & Gibellinis librum unum. Et alia quædam:obiit autem anno Domini.1355.ætatis suæ.56. Bartolus iuris consultus.

Petrus Bercorii,natione Gallus,patria Pictauiensis, ordinis sancti Benedicti prior, uir in diuinis scripturis ualde eruditus & studiosus,ac declamator uerbi diuini ualde insignis, hac tempestate multa præclara uolumina scripsit. Et potissimum ad Ioannem de Prato, Penestrinum episcopum & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalem,magnum & egregium opus in tribus uoluminibus distinctum, quod Repertorium morale inscripsit lib.3. Incipit : Reuerēdo in Christo patri domino. Item reductorium morale in libris.4. cuius principium est:Videte quoniam non solum. Inductorium morale li.3. Breuiarium bibliæ lib.1. Item Cosmographiæ lib.1.Sermonum etiam scripsit libros duos. Et alia quædā. Titum Liuium historicum magni laboris opus,ad instantiam supradicti Ioannis Francorum regis in idiomate gallico uulgarizauit. Petrus Bercorius ordinis.S. Benedicti.

Pollentanorum tyrannorum procursus in Rauenna.

Guido Pollentanus Bernardini filius, qui fuit Ostasii Pollentani primi filius, qui pulsis ex Rauenna trauersariis nobilibus urbis Rauennæ, primus dominatum per tyrãnidem occupauerat, per hoc tempus, à legato Clementis pontificis, in Rauenna ditionis ecclesiæ ciuitate, uicarius ecclesiæ constituitur, prout & alios supra memoratos, in Arimino, Camerino, Vrbino, Foroliuio, & Fauentia urbibus effecerat. Quam quidem ciuitatem ipse Guidonus & antecessores ac posteri, per annos centum quinquaginta sub perpetua dominationis tyrannicæ tenuere, à primo uidelicet Ostasio usque ad ultimũ Ostasium, qui eiectus fuit. Nam ipsi imperialis & regalis Rauẽna ciuitas, ab initio pulcherrima fuit, & generosis ciuibus illustrata atque ornata. Quos cum ex abundantia, & ocio insolescere cœpissent, etiam quædam dominãdi cupido eos inuadere cœpit, unde ob hoc ipsi ciues sese multis iniuriis lacessere cœperunt. Et hinc cædes atque rapinæ & nepharia facinora exorta, quibus ipsa gloriosa ciuitas in ruinam maximam prolapsa est. Erant inter cæteras cum urbe duæ familiæ potentissimæ, uidelicet Trauersariorum & Pollentanorum, quæ de principatu contendere cœperunt, pro quibus factiones non minime excitatæ sunt: contigitque ut aliquando Trauersarii Pollentanos cum suis factionibus ex urbe eiecerunt, & itidẽ Pollentani contra Trauersarios fecere. Qui Pollentani uictores tandem effecti, urbem totam sibi uendicauere. Et ut in dominio perseuerarent, plebem & reliquos ciues largitionibus profusis, & conuiuiis affluentissimis allicere curabant. Erat tum inter Pollẽtanos quidam Ostasius nomine equestris dignitatis uir, ad omnem rem & facinus prõptissimus, qui cum uidere urbem in maxima discordia, ipsam per tyrannidem occupare non dubitauit, ita ut pro libito atque arbitrio, solutis legibus, ciuitatem regeret. Hic itaque Ostasius primus tyrannus tres filios post se reliquit, qui eidem in tyrannide successiue successere, uidelicet, Bernardinus, Pandulphus, & Lãbertus, ab ipso Bernardino primogenito, hic Guido, a quo alter Bernardinus, alterque Ostasius. Deinde Oppizo, à quo Aldronandinus, ab ipso Aldronãdino Azo, & Petrus, quibus sine liberis defunctis successit Ostasius Oppizonis prædicti filius, qui Ostasius fuit omnium nouissimus, qui Rauennatis urbis dominationem tenuit. Hi quippe Pollentani principes, seu tyranni, ab initio suæ potestatis modeste iustéque ac benigne urbi præesse uelle demonstrarunt: sed adepto imperio, quadã suspitio unà cum sæuitia & crudelitate ita eos inuasit, ut sub ipsis nedum offitare quisquam auderet. Nam cum libere dominari cœperunt, nobilitas omnis perterrita fuit, cum alios spoliarẽt, alios in carceribus manciparent, aliósque proscribi facerent. Exularunt tunc præ timore in primis honestissimi Trauersarii, Bichi, Pochepenni, & aliæ penè innumerabiles urbis ipsius familiæ. E quibus etiam plurimi præstantes & generosi uiri ultimo supplicio affecti fuerunt. Quamobrem lacessiti ciues multis oppressi calamitatibus, ne omnino unà cum ciuitate omnes periclitarentur, pulso ultimo Ostasio, huiusce Pollentanæ familiæ principe, sese & ciuitatem in manibus Venetorum tandem anno salutis nostræ. 1441. tradidere.

Innocẽtius Papa. 208. INnocentius papa, eius nominis sextus, patria Limonicensis, Stephanus antea uocatus, iuris utriusque doctor, hoc anno in calendas Decembris Clementi ponti. surrogatus, sedit annis. 10. Integerrimæ uitæ, magnæque constantiæ ac seueritatis uir. Qui ecclesiastica beneficia, non nisi religiosissimis uiris, & quidem doctis nunquam concedere uoluit. Qui inito pontificatu, statim sub anathematis pœna omnibus episcopis & reliquis prælatis mandauit, ut ad sua beneficia proficiscerentur. Ipse autem, ut cæteris esset exemplo, confestim impensam domesticã minuit, & familiam suam uirorum, uidelicet probatissimorum, ad honestum numerum redigens, & ut id cardinales efficerent, ædicto acerrimo mãdauit. Auditoribus præterea sacri palatii, salaria cõstituit, ne muneribus corrumpi ob inopiam possent. Hic in uictu suo parcus fuit, sed in bellico sumptu largissimus habitus est. Huius autem suasione & prudentia inter Genuẽses & Venetos denique fœdus initum est. Multáque ecclesiæ oppida & loca à tyrannis iamdiu occupata, per Egidium legatum suum repetiit, ac inter Pisanos & Florentinos pacẽ composuit. Atque tumultuante Romana urbe, in credendis senatoribus, eorum discordiã optime sedauit. Atque ab eisdem obtinuit, ut Senatorem ipse externum mittere posset. Et 6552 1353

quinquagesimo

quinquagesimo nono anno salutis nostræ supra millesimum trecentesimum, Raymūdum de gente Ptolomæa Senensem, primum Externorum Senatorem Romam misit, qui per annum Senatorium munus gessit, & post eum Ludouicum de Rhotha Pisanum, & Hungarum Saxoferratrēsem, qui Semestrem uterque senatum habuit, post eos Thomam Spoletanum, qui solus per annum gessit, ad cuius anni finem exorto tumultu ereati sunt septem reipu. reformatores, qui senatus potestatem gesserunt. Ad quos deponendos Hugonem Lusignanum Cypri regem (ab expeditione in Mauros ducta reuersum) Senatorem misit. Et post eum Paulus Argenti comes capelli Spoletani senatoriam gessit. Constituerat quoque classem maiorem in infideles mittere, sed multis animi perturbationibus afflictus destitit. Quibus malis anno pontificatus sui. 10. mortuus est. Et in monasterio diui Andreæ Carthusiensium ordinis quod extra Auinionem ipse propriis impensis extruxerat & dotauerat sepultus est.

6553 1354 Marinus Falleranus, huius nominis. 3. 57. Venetiarum dux, Andreæ Dandulo duci hoc anno suffectus, ducauit mēsibus. 7. & dieb. 6. uir sane ambitiosus atque malignus. Qui dum sibi uniuersam rempu. usurpare licentiam quesisset, à senatu depræhensus & captus atque conuinctus, apud palacii magni scalam, uniuerso spectante populo, securi percussus, dignum malorum suorum præmium obtinuit, atque cum eo nonnulli plebei complices, uidelicet Saplicada Calderarius & Bertucifredus, ac quidā alii, quos omnes in patibulo appendere fecerunt. Huius autem corpus nihilominus apud prædicatores honorificē sepultum fuit. Hic securi percussus fuit multi complices interfecti

6554 1355 Ioannes autem Gradenico admodum senex, post mortem Marini, statim omnium bonorum suffragiis. 58. Venetiarum dux suffectus, ducauit anno uno, & mensi. 3. uir quidem sapientissimus, & diuinarum humanarūmque literarū, ac iuris ciuilis apprimē eruditus, atque tanto magistratu dignissimus. Qui pulsis & sopitis seditionibus Ro. suam optime pro tempore gubernauit, uerum cum multi seditiosi ad Ludouicum Hungariæ regem ex sua urbe confugissent, illum impulerunt, ut contra Venetos arma susciperet. Qui talium facinorosorum ciuium precibus permotus, cum. 40. armatorum milibus & ipsis seditiosis in agro Taruisino descendit, & Taruisinam urbem, ac eius agrum, & populationibus & incendiis, plurimū lacerauit. Quamobrem Veneta respublica intus & extra admodum conquassata fuit. Hos autem cum Innocentius pontifex ad sanitatem & pacem reducere tentasset, frustra laborauit. Denique & hic, cum maximo reipublicæ suæ detrimento deficiēs apud minores Venetiis sepelitur.

6555 1356 Bernabos & Galeatius uicecomites Stephani quondam filii, hoc anno Ioanne archiepiscopi & principe defuncto, in Mediolano regno ambo pariter succedere, qui principatu suscepto, statim cum Venetis aliisque sociis ciuitatibus fœdus percusserunt, sed paulo post cum sola Genua maritima ciuitas ab eis defecisset, etiam & Bononia statim (legati suggestione) itidem effecit, quam cum Bernabos recuperādi causa bello acerrimo præmere cœpisset, legatus apostolicus (qui erat Cisterciensis ordinis abbas) confestim in societatē belli accitis Philippino Gonzaga, & Cane Scaligero, aliisque plurimis ditionis suæ uicariis, ad diuertendum bellum in Brixianos duxit. Sed Bernabos Brixianorum periculo permotus, relicta Bononia & Rhegio, in hostem proficiscitur, & apud Montēclarum agri ipsius Brixiani oppidum, inimicum adoritur. A quibus statim superatus & profligatus, ipse cū paucis Brixiam trepidus se contulit, atque ab inimico etiam persecutus uix ibidem mœnibus se tutari potuit. His stantibus rebus, Galeatius eius germanus mox mortem obiit, & filium unicum ex Blancha Sabaudiani principis filia susceptum, nomine Ioānes Galeatium post se hæredem dimisit. Rebúsque ecclesiæ sopitis, & Bononia omissa, cum creuisset Ioannes Galeatius, ipse cum Bernabone patruo regnum diuisit. In qua quidem partitione primo Bernaboni Placentia, Parma, Cremona, Laudum, Crema, Brixia, Bergomum, & Comum, cum dimidio Mediolano obuenit. Ioanni Galeatio uero Papia, Derdona, Bebium, Alexandria, Nouaria, Vercellæ, Ast & cæteræ ciuitates ad Alpes uersæ, cū reliqui medietate Mediolani obuenere. Bernabos autem, tanquam ætate maior, in Mediolano regni sui sedem posuit. Galeatius uero in Papia commorari statuit. Atque eo modo ambo regnarūt annis 26. In quibus Galeatius moritur.

26. In quibus (ut fit) maximæ simultates & odia inter ipsos per tempora excandescere cœperunt. Tandem cum Ioannes Galeatius ad firmandam perpetuã pacem cum patruo (post primam uxorem, Catherinam consobrinam suam Bernabonis filiam duxisset uxorem, & ab ea aliquando didicisset, multas ei mortis insidias, à socero Bernabone fuisse intentatas) ipse ad præcauenda mala, anno domini. 1382. patrum Bernabonem dolo compræhendit, & in Triciana arce munitissima, perpetuo carceri mancipauit. Vbi & paulo post animi dolore ægritudine contracta, uitam cum morte commutauit, relictis post se multis filiis, ac filiabus, quorum primus Carolus, & Rodulphus secundus, & alii. Ex filiabus uero, Viridis prima fuit, quam Leopoldo Austriæ duci cum ingenti dote matrimonio copulauit, secunda uero Petro Cypri regi: tertia autem Catherina prædicta, Ioanni Galeatio consobrino matrimonio copulata est. Bernabone itaq; captiuato & in carcerem inhonestum coniecto, Ioannes Galeatius nepos, omne regnum sibi subiecit, & filios Bernabonis omnes è regno depulit.

Viridis Catherina.

Ioannes Delphinus quinquagesimus nonus Venetiarum dux, Ioanni Gradenico duci hoc anno suffectus, ducauit annis. 5. & mensi. 3. Hic uir prudentissimus habitus, cum apud Taruisium contra omnes, campi prouisor existeret, ex sui decreto dux creatus fuit, qui absens statim sub ducali bireto & principatus uexillo, Venetias cõcessit. Qui inito magistratu, mox ab Hungaro pacem expostulans, eam perhumanissimè ipse rex concessit. Quo timore liberatus, mox cõtra Genuẽses cum imperatore Græco fœdus iniit, & ingẽti classe comparata, e uestigio ipsos Genuenses inter Constantinopolim & Calchedinem adoriuntur. At Genuenses, licet iniquo aduersante uento, à uespera unius diei, usque ad alteram diem hyemali tempore, contra Venetos pugnare non destiterunt. Quos Veneti, Genuenses ipsi nihilominus superantes, eos in cædem turpissimam dederunt. Dux autem hic Genuensium, uictoriam, & suorũ cladem, iniquo perferens animo, reintegrare classem cum auxilio Cathelanorum disposuit. Vnde & sequenti anno, ad recuperandam suam uexationem non longe à Corsica Genuensium insula, per Nicolaum Pisanũ, hostium classem intercœpit, atque uictoria parta, eorum quadraginta Triremes, uiris onustas demersit, & maximum Genuensibus damnum intulit. Tandem & hic princeps strenuus, postquam hæc & alia plurima facinora, tum contra Hungaros, túmque contra Genuenses per suos duces strenue gessisset, uita functus apud prædicatores in maiori capella sepelitur. 6555 1356

Venetorum clades.

Genuẽsiũ clades.

Belgæ ferocissimæ gentes, his diebus, iterato Germaniæ fines ingressi, non longe à flumine Rhenocentum milia Bragmanorum superant, & Treuerensem & Aquisgranum, ac alias præcipuas eorum urbes capiunt.

Terræmotus maximi adeo in Hispaniam hoc anno fuerunt, & præsertim Sibyliæ & Cordubæ, ut maxima earum urbium ædificia corruerint, & ingentem hominum multitudinem oppresserunt. 6556 1357

Prodigium.

Egidius magnus Hispalensis episcopus, & Sabinus cardinalis dignissimus, ex nobilissima Hispaniarum familia Carilla natus, hisdem temporibus ob res magnas strenuè gestas, apud Innocentium, aliósque summos pontifices, maximo est habitus in precio. Cuius uirtute confisus Innocentius, ex Auinione in Italiam contra multos tyrãnos, & ecclesiæ Romanæ rebelles comprimendos, legatus missus est. Qui Ro. cum omni apparatu ueniens, in primis Carolum imperatorẽ coronauit. Quo incoronato, omnes urbes, etiam oppida, quæ in Flaminia, in Marchia, ac patrimonio, tyranno instigante Bauaro occupauerant, breui recepit. Attamen eos uicarios ecclesiæ nomine, in ipsis oppidis instituit, & confirmauit. Pacata hoc modo Flaminia, & pulsis Ordelaphis Forliuio, ipse Egidius loco delectatus, ibidẽ ecclesiæ ærarium, suæ legationis sedem constituit. Vbi & constitutiones quasdam composuit pulchras, quibus ipsa prouincia adhuc utitur. Cúmque omnem pacasset Italiam, cunctósque prouinciarum populos ad officium pontificis redegisset, necnon & multas arces ædificasset, in Galliam successore habito reuersus est. Innocẽtio deinde mortuo, Vrbanus pontifex eius successor, iterato ad tuendam ecclesiasticam libertatem, ipsum Egidiũ cum summa potestate in Italiam misit. Qui pontifici obtemperans, cum Italiam uenisset, Canem Scaligerum, Philippinum Gonzagam, Nicolaum Estẽsem, & Frãciscum Carrarium,

statim ad

statim ad ecclesiæ Romanæ fœdera contra Bernabonem,& reliquos uicecomites, qui oēs coniuncti,aduersus ipsum Bernabonem,regium Lepidi agitantem,bellum gererent. Acciditq; tunc Bernabonem cum omni suo exercitu turpiter superari, & bonis omnibus expoliari,multósq; suorum procerum capi,inter quos interfuere in primis Ludouicus uicecomes,ipsius Bernabonis ex pellice filius,secundus Andreas Pepulus Bononia pulsus, tertius Symbaldus Ordelaphus,quartus Paulus Mirandulanus,quintus Guido Foliacus, sextus Azo Corrigiensis,septimus Gulielmus Caualcabos Cremonensis, hic tamen uulneratus in mane aufugit. Ac sic legatus hic Egidius profligato Bernabone,totū uicecomitum statum in confuso posuit, adeo ut de eo prorsus actum esse uideretur. Permoti nihilominus uicecomitum tanta calamitate Franciæ,& Cypri reges suos legatos ad Egidium tunc Cesenæ manentem miserunt,hortatum ut pacem uicecomitibus cōcederet.Quorum precibus permotus,legatis uocatis ad se belli sociis,tandem ipsis consentientibus, pacem liberaliter uicecomitibus reddidit. Cuius rei causa multi qui ab ecclesia discesserāt,statim Egidio deditionem fecere. Denique cum Vrbanus pontifex ex Auinione Romam uenisset, Egidius hic,rationem administratæ reipub.reddidit,statimque legationi accessit,& pontifice cum ex Corneto in Lateranum associasset,inde cum bona pontificis gratia & licentia Viterbiū quieturus rediit,ubi post tertiū mēsem diem obiit, & uenerabile eius corpus suū Asysium delatum, in diui Francisci basilica honorificētissime fuit tumulatū, tumulo uidelicet à se dum uiueret constructo. Eius tamen cor è corpore excerptum,in Hispania delatum ex mādato suo fuit. Hic optimus ac Christianissimus pater multa bona in Italia exemplo dignissima,& maxime Bononiæ cōtulit. Et primo nauile pro deuehendis ubi necessariis à Bononia usque in Padum magna impensa fieri iussit. Inde ea in urbe Senodochium seu Achademiam uel collegium suis propriis bonis cōstruxit,cui & introitus magnos pro scholaribus Hispanis pauperibus perpetuo alendis assignauit. Filiabus uirginibus nubilibus quibuscunque in Viterbio & Asysio suo in obitu ipsis in urbibus inuentis,dotes ex suis bonis constituit. Missas ad summam infiniti prope numeri pro anima ordinauit celebrari debere. Aedificia quoque plurima maxime in Forliuio urbe & alibi magno sumptu ædificauit,ipsiúsque urbis post palacium amplissimum à se structum etiam forum permaximum lapide cocto strauit. Eius tandem ossa ex Asysio in Hispaniam (concedente pontifice maximo) perlata fuerunt. Plurima ædificia huius præclari.

Nicolaus Estensis,eius nominis secundus,magnifici Obizonis uiri potētissimi filius,hoc anno (ut aiunt) patri unà cum Alberto fratre,in regno Ferrariæ & Mutinæ succedēs,regnauit cum ipso annis ferè.35.uir certe eloquentissimus,& multa clementia ac liberalitate insignitus. Qui licet de hostibus multos egerit triumphos, tamen semper claruit æquitate & modestia atque constantia,ut nunquam uel prosperis successibus insolesceret,uel aduersis frangeretur. De quo certe iuxta sui nominis interpretationem dicere possumus, quia Nicolaus,uictor laudabilis interpratatur,quod ipse bene ostendit, quia omnibus in rebus semper uictor extitit. Et non modo cōtra extraneos hostes, uerum etiam contra ipsa sua peccata & uicia conflixit,& de eis mirifice triumphauit. Ac etiam pro tuenda ecclesiastica libertate plurimum insudauit & laborauit ac depugnauit. Et quammaxime contra Bernabonem uicecomitem plurimos gessit cōflictus,de quibus semper uictoriam reportauit. Et primo (ut dictum est) illud apud Montemclarum agri Brixiensis oppidum, ipsum Bernabonem turpiter fudit ac profligauit,aliáque uice uictum & sauciū,fugere coegit, multis è suis captis,eam ob rem multis cumulatis diuitiis, Fauentiam urbem ab Haucuth, Gallo imperatore,uiginti milibus nummûm auri emit. Inde ut ipsam ciuitatem facilius continere posset,ab eodem etiam Banacauallum noui nominis castellum emit, quartū haud multo post (Austrogio Manfredo causa proditione adipiscente) amisit. Hic ipse multa beneficia ciuitati suæ Ferrariæ contulit,& ipsam multis ædificiis clariorem reddidit. Qui cū nullum superstitem ex se filium reliquisset,Nicolaum Alberti fratris filium, successorem habuit. Hunc ferunt fuisse pedibus claudum. Bagnacauallū oppidū

6559 1360 Paganus Genuensis ex illa primaria præclarissimáque urbis familia Auria natus, uir bello gestis clarissimus,& cum omni antiquitate merito comparandus,quem certe Gennēses

ipsi alterum Temistoclem Græcum, sua in patria merito appellare utique possunt. Hoc anno à suo Genuẽsi senatu classis maritimæ generalis imperator delectus, cum audisset imperatorem Græcum unà cum Aragonum rege & Venetis, contra rempu. Genuensem conspirasse, ac classem permaximam contra eos comparasse, atque in eam classem quantas poterant copias congregasse, & cum eisdem contra Genuenses iam insurrexisse, ipse ut erat animo excelso & intrepido uir, magnam suæ uirtutis dedit experientiam. Nam cum sexaginta tãtum Triremibus tantã classem inter Constãtinopolim & Calchidinem, aduersante etiam sibi uẽto, intrepidus cum ingenti ac trepido animo expectare non timuit, & omnes eorum impetus infracto animo sustinuit. Et licet ipsi hostes potentiores & multo plures, licet uẽtum contrarium, licétque mare infectum haberet, contra eos tamen magnanimus hic imperator à uespera diei usque mane hyemali etiam tempore, pugnam sustinuit, atque ita de eis tandem gloriosissimam uictoriam, cum ingenti hostium cæde obtinuit. In qua græci fugientes, Veneti ipsi ac Cathelani magnum damnum, ac suorum cædem innumerabilem atque confusionem non modicam pertulerunt, præfecto Cathelanorum occiso. Sequenti autem anno, cum Veneti & Cathelani, inscio Pagano, apud Corsicam insulam Genuenses aggressi fuissent, & quadraginta eorum Triremes hominibus onustas cœpissent ac demersissent, Paganus hoc audiens tantámque suorum cladem iniquo animo perferens, ab integro maximam etiam sibi comparauit classem, cum qua in Græciam traiiciens, apud Sapientiam, Peloponnẽsi promontorium, Venetos aggreditur, & mira felecitate eos superauit & profligauit, ac Nicolaum Pisanum, eorum præfectum, cum quinque millibus uiris captum, Genuam cum multis eorum Triremibus, ac innumerabilibus diuitiis, cum magno triumpho perduxit. Ac sic Paganus hic inclytus imperator, non solum patriæ, sed & totius Græciæ quoaduixit saluator est appellatus, & non modo quæ diximus, sed alia innumerabia facinora strenue & fortiter gessit, quæ in annalibus Genuensium diffuse habentur, pro quibus immortalem & æternam consecutus est gloriam. Nam uelut alter Themistocles iste de instantibus quibuscunque uerissime iudicabat, & de futuris quàm callidissime coniiciebat.

Vide hic magnã Genuensium uictoriã.

Laurentius Celsus, sexagesimus Venetiarum dux, Ioanni prædicto duci hoc anno suffectus, ducauit an.4. Vir & ipse naualis belli insignis, qui in classico bello multa strenuè gessit. Qui cum classis præfectus esset, & non longe ab urbe Veneta consisteret, absens omnium consensu dux est electus. Qui sua sapientia licet incommoda multa & maxima à Genuensibus pertulisset, non minora & ipse iisdem intulit dãna. Moriens denique cum multo reipu. damno & incommodo, apud sanctam Mariam Cælestinorum sepelitur.

Boemorum hæresis.

Hæresis Bohemorum

Taboritarum perniciosissima heresis, imò diabolica, & cõsumata secta, hac tẽpestate in Praga primaria Bohemiæ ciuitate ab incerto auctore initiũ sumpsit. Sunt tamen qui dicãt quendã Ioannẽius huius indignitatis auctorẽ fuisse. Hi nanque Taboritæ sic nuncupati, ad imitationem primitiuæ Christi ecclesiæ in omnibus uiuere cõstituere, & omnia in cõmuni tenere, fratresq; inuicẽ se appellare, ita ut quod uni deesset, alter in omnibus subministraret. Sed eorũ breuis feruor charitatis existẽs cito defecit, quòd in eodẽ uiuendi modo perseuerare potuerũt. Qui à principio per Alemaniã discurrẽtes omnia uiolenti manu rapiebant, & expoliabant, & hoc tantum in commune ponebant. Tandem ultra modum multiplicantes, quendam Bohemum uirum nequissimum nomine Zischam sibi ducem constituerunt. In quo perditissimo homine, nihil diuinitatis, aut religionis, aut æqui inerat. Ab hoc itaque fideles catholici sæpe uicti fuerunt, ciuitatésque eorum nonnullas incendit, Monasteriáue & sacras ædes exussit, ac earum sacerdotes plurimos interfecit. Horum itaque hæreticorum secta, pestifera & abhominabilis profecto est, etiam ultra quàm dici potest. In primis Romanam ecclesiam noluot habere primatum, aut sacerdotes quicquam habere proprii. Deinde imagines Christi, & sanctorum ubique delent, tertio purgatorium nullum affirmant, quarto nihil sanctorum preces prodesse mortalibus asseuerant, quinto festum diem præter Dominicum & Paschalem non agunt, sexto ieiunia omnia spernunt, septimo horas canonicas derident, octauo Eucharistiam sanctam statuerunt sub specie panis & uini 6560 1361

nis & uini omnino fieri debere, & eadem & paruulis & dementibus indifferenter dari debere. Nono statuerunt, ut sacramentum conficientes, nihil aliud quàm orationem dominicam & uerba consecrationis dicerent, sed neque uestimenta ulla mutant, aut ullos paramentorum ornatus assumunt. Decimo, quatuor tantummodo ecclesiæ sacramenta, uidelicet baptismum, eucharistiam, matrimonium, & ordinem admittunt. De pœnitentia uero nihil prorsus sentire uolunt, deque confirmatione, aut extrema unctione pœnitus nihil. Vndecimo nullam aquam benedicere uolunt, affirmántque baptismum fieri debere simplici aqua. Duodecimo, quòd cœmeteria consecrari omnino non debere dicunt, imò consecrantes despiciunt. Tertiodecimo, suorum mortuorũ cadauera in campis sepeliunt, censentes uanum esse pro mortuis orare. Quartodecimo, monasteriorum ordines dicunt fore diaboli inuentiones. Quintodecimo, ecclesiarum & altarium consecrationes deridẽt, affirmantes, quòd in omnibus locis passim conficere Eucharistiam possit. Sextodecimo, nolunt eorum sacerdotes coronam portare debere, sed solum barbam nutrire, nihilque eis in altari offerunt. Decimoseptimo, decimas omnino damnant, suis tamen sacerdotibus prouident, de frumento, ceruisia, lardo, leguminibus, lignis & omni suppellectili. Addunt quotque ipsis sacerdotibus in singulis mensibus, ut unusquisq; caput sexagenam soluat. Nulla maior his hæreticis cura est, quàm sermonis dei audiendi, & si quis negligẽs est ad audiendum sermonem, ex statuto eum uirgis cædunt. Cúmque in Praga ciuitate permanere dubitarent, oppidum quoddam pugnacissimum non longe ab ipsa urbe sibi construxerunt, in quo inter cætera ligneam domum extruxerunt, quam templum suum appellarunt, in quo prædicare populo iusserunt, ac legem omnibus diebus exponi, ubi etiam altare unicum extruxerunt, non tamen consecratum aut consecrandum, ex quo sacramẽtum plebibus exhibent. Ibidem (ut ita loquar) tot emerserunt hæreses, quot capita: hos tamen plurimi & maxime Sigismundus imperator cum exterminare omnino non posset, & si sacrilegos scelestissimos nosceret, tamẽ ipse solus ciuitate donauit, quæ res magno dedecori & sibi & toto Bohemiæ regno fuit. Habitant isti pluribus in locis, sed potissimum in Sobostaniam atque in Decumanam Danubii fluminis insulam. Ad quos Nicolaus papa eius nominis quintus, Pium secundum pontificem maximum dum in minoribus esset, legatum suo Federiciq; imperatoris nomine misit. Et maxime à quodam Domino de Rosemberg ex nomine tãquam uirum optimum uocatum. Ad quos cum accessisset, dixit Cæsari cum reuersus fuisset, non esse in toto mundo gentem monstruosiorem Taboritis istis, asseuerãs omnes hæreses ad ipsos migrasse credebat, quas uidelicet ab initio nascentis ecclesiæ usq; in suum diem pestifera ingenia seminauerant. Referebátque idem legatus Pius postea papa, ibidẽ Nicolaitas esse, esséque & Arrianos, deinde Manichæos, Armenos, Nestorianos, Berengarios, pauperes de Lugduno, & præcipuos ibidem fore Vualdenses, qui quidẽ Vualdenses sunt præcipui Christi Iesu uicarii & ecclesiæ Ro. inimici. E quibus dum idem legatus exiuisset, affirmauit se ex inferno inferiori omnino exiuisse. *Sobostania & Decumana insula.*

Zischa autẽ quidam Bohemus hæresiarcha pessimus, huius pestiferæ sectæ dux existens, tanta mala infidelibus Christianis per Alemaniam, Hungariam, & Bohemiam exercuit, quanta ulla hominum memoria unquam nouit. Ab hoc sæpe fideles uictos fuisse tradunt, sæpéque Christianorum cædes, complures ciuitates exustas, diruta monasteria, prostitutas uirgines, sacerdotes occisos, & alia prope infinita mala inflicta. Hic alterum oculum in pueritia perdiderat, alterúmque hostili sagitta confixus amisit. Qui inter cætera oppidum prædictum in Bohemia haud prope à Praga urbe pro Asilio sibi suisque delegit, locus certe & situ & arte pugnacissimus, qui duplici cingitur muro, munitúrque crassissimis turribus & aliis propugnaculis. Domorum tamen parietes in eo oppido, aut lignei aut lutei habentur. Quem quidem Zischam non solum monoculum, sed etiam omnino cecum, ipsi Taboritæ hæretici sequebantur ducem, sed neque absurde quidem, ut dictum saluatoris nostri in eis impleretur, qui ait, si cecus ducatum præstet ceco, ambo in foueam cadũt. Hic post infinita mala facinora strenuè gesta, dum morti proximus esset, istiq; hæretici Taboritæ consultarent, quem post se ducem sibi designaret, postquam inquit mortuus fuero, excoriate corpus meum, & carnes uolucribus date, ex corio uero tympanum facite, atque hoc in *Zischa hæresis* *Testamẽtum pessimi hominis.*

prælio uestro

uestro ducem habeto. Nam quouis locorum Theutones sonum eius audierint, mox terga dabunt, Zischam etiam in tympano formidantes. Qui postquam obiit, alii Procobium quendam sibi ducem delegerunt, alii uero tantum eius memoriam dilexerunt, ut neminem existimarent dignum, qui tanto duci succederet. Hunc igitur pestiferum hominem Thaboritæ isti hæretici, ueluti numen præcipuum habuerunt. Et quamuis picturas omnes abhominarentur, huius nihilominus picturam semper religiose colere uoluerunt, & honorem quem Christo domino nostro denegabant, huic uiro concedebant.

Roche zana hæresis. Rochezana autem quidam Boemus hæreticus, & postea prædictorum hæreticorum, atque aliorum fautor & defensor, uir magnus doctrinæ & eloquentiæ, atque ingentis ingenii post hos dies populariter in Pragensem archiepiscopum electus, tanquam Arrius olim hæreticus, maximum damnum uniuerso Bohemico regno intulit. Is namque in primis, Romanam ecclesiam suis sermonibus carpere cœpit, eámque totam errare dicens, potissimum dum necessarium omnibus fidelibus utriusque sexus communionem affirmaret. Et in hoc aliquas ueritates se habere cōtestabatur, quibus Ro. ecclesia cōtradicit. Qui cum esset uir audacissimus, uiderétque plebeam in suum fauorem inclinatam, negante pontifice Ro. suo ausu temerario, in Pragensi ecclesia sibi episcopi nomen assumpsit, cuius sane cathedra non pontificalis, sed pestilentiæ fuit. Nam pro posse totam sedem apostolicam cōfundere procurauit, & nouos ritus inducere non destitit. Ex Praga igitur in primis fratres minores sancti Francisci omnes turpiter eiecit, inde & sacerdotes, si qui bene de fide sentiebant, infinitis cōtumeliis affici iussit, imò in manibus hæreticorum suorum reposuit. Ibidem nūquam Christiana religio magis oppressa fuit, quàm sub isto perfido homine: sicque regnum illud Bohemicum nobile quidem & olim opulentissimum, ab hæreticis perfidis ex integro gubernabatur, quod ante inauditum certe fuit: hoc enim tempore omnis nobilitas, omnisque plebs Ro. Chezanæ parebat, quoniam ipse princeps, ipséque caput totius quasi regni habebatur, nemo huic pestifero homini etiam in minimo contradicere audebat, unde & infiniti prope in toto regno insurrexerunt latrones, qui plurimas contriuerunt ciuitates.

Hischra bohemus. Hischra item Bohemus quidam latro, uir non alto loco natus, Sigismundo imperante rege, ex infelici horum hæreticorum tempestate surrexit. Homo certe multa ui animi, & corporis potentia insignitus atque illustris. Qui suo ingenio partem Hungariæ sibi subiecit, & multa prælia ibidem uaria fortuna cōfecit. Qui cum paucis magnas hostium copias sæpe fudit, sæpéque uictor & raro uictus, tandem anno domini.1390. cum multa latrocinatus fuisset, proceres regni, rege Poloniæ mortuo, ipsum regni gubernatorem constituerunt. Ipse enim multas religionis illius ciuitates, diutinæ & miserandæ seruitutis iugo contriuerat, nouissime cum Latislans rex paruulus, Sigismundi Augusti ex filia nepos, paternum regnum suscepisset, data huic Hischra aliquantula pecunia oppidis cessit, erat nihilominus hic uir permagnificus suique sæculi non parum decus, qni quoaduixit, semper partes regis Latislai paruuli apud Hungaros tutatus fuit. Eoq; pacificato, cum Hungari quieturam terram post longas bellorum calamitates sperarent, minime superis uisum fuit, quia nouus latro huic successit, de quo etiam mox dicemus.

Axamith Bohemus. Axamith Boemus, nouus latro, cognomento sic uocatus, quod latine uillosum sericum sonat, post Hischram prædictum noua prælia in Hungaria miscuit. Qui cum inter montes & syluas, quæ Poloniam ab Hungaria disterminat, diu latrocinatus fuit, mnlta facinora in Hungaria gessit. Hic in primis obscura domo, uilibúsque parentibus ortus fuit, qni tāquam audax homo scilicet manu & ingenio promptus, postquam Hischram seu Gischram prædictum latronem Sepusio amotum audiuit, terrámque illam milite uacuam agnouit, mox congregata non parua latronum manu, quasi in eius locum ipse suffectus, regionem innasit, duabúsque arcibus natura & arte munitis receptis, statim ruriculos, in apertis ruriculis seu uillis cōmorantibus, igne & ferro territos, ministrare uictui necessaria coëgit: cunq; munitiones aliquot locis opportunis construxisset, atque in his præsidia collocasset, pluri mas ciuitates munitas sibi tributarias fecit. Deinde astutus homo, quia in potenti regno diu crassari sine magnis copiis se non posse intellexit, ad ingenium Boemicum rediit, & pulchram

pulchram fallaciam commentatus est, qua latrones uniuersos ex proximis regionibus ad se traxit. Ex quibus quinque milium pugnatorum exercitum conflauit. Vnde non solum Sepusenis, sed & uniuersis Hungaris mox se terribilem & fomidabilem præbuit. Neque Ioannes Vniades, qui tunc regni gubernator fuit, istius impetum compescere potuit. Qui & si maiores sæpe motus sedauerit, maioresque hostes regnum ingressos deleuerit, non tamen latronis istius conatibus obuiare præsumpsit. Eidem etiam nonnulli regni Barones clàm ac secrete manus porrigebant. Eam ob rem Ladislaus tunc rex puer conuentum habuit, sed quomodo eo in conuentu res acta fuerit, sciri non potuit.

Vgolinus Gonzaga Mantuæ princeps, hoc anno à fratribus suis interficitur. Cum tamen illi Astrologus quidam prout Iulio Cæsari, & diem & horam & necem prædixerit.

6561 1362 Carolus imperator, hoc anno magnum procerum suorum concilium in Germania habuit, ubi inter alias constitutiones, hanc optimam de regum & imperatorum creatione ædidit, ubi hoc præcipuum statuit, ut qui de cætero ad Cæsaream aspiraret dignitatem, etiam uariarum linguarum peritiam haberent, & præsertim Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Lyburnicæ, & Germanicæ tenerent. Vt deinde creatus imperator, uariis linguis, quibus postea præesset, sine interprete respondere posset. Sic & Mitridates rex pontificem fecisse dicebat. Affirmabat sapientissimus imperator prudentiam in primis cæterarum uirtutum ducem esse, qua aurigante imperii habenæ consultissime moderarentur. Qua ipse duce, nihil insipienter ab imperatore ageretur. Vt cæsar sciat uarias leges.

Ac sic pro nunc tertiodecimo huic libro finem imponemus. Cum ea quæ sequuntur, propter nouas religiones & maximas scismatum perturbationas longiorem exigant orationem.

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS, TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

Vrbanus papa.209.



Rbanus papa eius nominis.5. patria Lemonicenſis, monachus ſancti Benedicti, Gulielmus antea uocatus, ſanctique Victoris apud Maſſiliam abbas, tunc ad uicecomites in Italiam legatus degens, Innocentio pontifici hoc anno ſuffectus, ſedit annis.8. & menſibus quinque, Decretorum doctor, & ſigularis uirtutis ac uitæ ſanctiſſimæ uir. Qui pontificatu ſuſcepto, ad tuendã libertatem eccleſiaſticam, & ipſe animum adiecit. Et Egidium Hiſpanum (ſicut dictum eſt) iterato cum maxima authoritate legatum in Italiam miſit. Qui Bernabonem uicecomitem deuicit, & omnia in pace redegit, quibus geſtis, ipſe pontifex quinto pontificatus ſui anno, Romam uenit, ubi & multas ædes, tum ibi, tumque Viterbii, & Monteflaſcone conſtruxit, ibidem etiam apoſtolorum capita diu quęſiuit, tandem apud ſancta ſanctorum inuenit, & locellis argenteis condens, in Lateranenſi baſilica apud ipſius maius altare, cum magna ueneratione præſente populo collocauit. Deſierant enim in honore eſſe propter hominũ ignorantiam. Crucem etiam contra Turcos prædicari iuſſit. Ad hunc enim beata Brigida Suetia principiſſa, à Chriſto præmonita, Romam uenit, cui regulam ab ea repertam confirmauit. Inſuper & Ioannem Haucuth è Roma receſſurus, Anglicis copiis tandem præfecit, quas ſcilicet, Egidius legatus in Italia conſeruauerat, & eum Bononiæ ſub legato Romandiolæ reliquit. Et his geſtis cum in Galliis reuerſurus eſſet, apud Maſſiliam defecit.

Capita apoſtolorũ inuenta.

Piſani qui ſuperiori anno contra Florentinos bellum ſumpſerant, hoc anno à Florentinis Galeoto Malateſta duce, adeò terribili conflictu profugati, ut ad ſpectaculum Florentini populi mille Piſanorũ Florentiam in curribus importati per uniuerſam urbem ignominioſe necti ſunt. Quamobrem Piſani in Gambacurtos eorum ciues præpotentes omne crimen retruſerunt, quod pecunias reipub. ſubtractas militibus non perſoluiſſent. Et idcirco Ioannem Angelum exulem Bernabonis uicecomitis amicum reuocarunt. Qui ueniens Gambacurtos ciuitate expulit, & ciuitatem omnem breui in ſuam poteſtatem redegit, pontifex tamen poſtea inter Piſanos & Florentinos pacem compoſuit. 6543 1364

Viridis ſponſa dotem magnã recipit.

Leopoldus.7. Auſtriæ dux, admodum inclytus & potens, hoc anno adhuc iuuenis, Viridem illuſtrem uirginem excellentiſſimi Bernabonis uicomitis primogenitam accepit uxorem, ad quam deſponſandam eius germanus decimooctauo mẽſis Februarii cum magno apparatu Mediolanum uenit, & uigeſimo tertio eiuſdem mẽſis nuptias magnificentiſſime celebrauit, accepitque idem ſponſus dux, dotis nomine, centies mille florenos Renenſes. Ducta denique Viridis ſponſa in Auſtria ad uirum, ipſe maritus Leopoldus ex ea ſuſcepit quinque liberos ſuperſtites, inter quos diuus Herneſtus, poſtea patris ſucceſſor, & pater sereniſſimi imperatoris Federici tertii, & auus Maximiliani nũc Germanorum ac Romanorum regis, qui duas duxit uxores, primam uidelicet Catherinam inclyti Caroli Burgundiæ ducis filiam unicam, ſecundam uero nunc ſuperſtitem Blancham Mariam uicecomitem Sfortiam, illuſtriſſimi Galeatii Mariæ ducis Mediolani filiam, de quibus infra dicetur. 6546 1365

Marcus Cornelius sexagesimus primus Venetiarum dux post Laurentium ducem hoc anno princeps electus, ducauit annis.3. Vir non modo doctus & eruditus, sed & multæ eloquentiæ insignitus, quas ob res persæpe à senatu legatus & orator emittebatur, & dum aliquando apud Carolum Cæsarem legationis officio fungeretur, comperta idem imperator hominis eruditione atque eloquentia, ipsum sua sponte equestri dignitate insigniuit. Hic itaq; magistratu inito, bellum contra Hungaros iamdiu sopitũ denuò excitauit, quod & optime per omnia gessit, & rem suam publicam per id tẽpus pacificè conseruauit. Moriens denique in maiori capella fratrum prædicatorum sepelitur.

6565 1366 Nicolaus Acciolus eques Florẽtinus, uir strenuus & in rebus gerendis sapientissimus, hoc anno in Apuliæ regno Ioannæ reginæ nomine gubernator honorabilis existens, anno ætatis suæ.56. Neapoli moritur, quo mortuo, nonnulli tumultus in ipso regno atque prouincia exoriri cœperunt.

Ordinis sanctæ Brigidæ initium.

6566 1367 Brigida Christi uirgo deuotissima, natione Germana, Suetiæ prouinciæ princeps & domina, hoc anno spiritu diuino impulsa, cum nouam religionem, monasteriorũ duplicium, uirorum uidelicet & mulierum in Germania excitasset atq; instituisset, ad Vrbanum pontificem imprimis deuotionis causa, ac etiam pro huiusmodi religionis institutæ confirmatione ex prouincia sua seu regno cum honestissimo comitatu, & idem magno Romam, uenit, à quo benignissime excepta, ipse pontifex ob eius magnam sanctitatem & prophetiæ donum, eidem regulam à deo datam libentissime & munificentissime cõfirmauit. Huiusce tamen religionis primum authorem & institutorem diuum Basilium episcopum in Græciam fuisse dicunt. Quam quidem religionẽ Brigida hoc spiritu sancto inspirata, hoc modo instaurare & renouare uisa est, scilicet ut uirorum ac mulierum monasteria & ædificia connexa haberentur, habitationes tamen seiunctæ, ita ut de una ad aliam, nisi magna urgente necessitate trãsire non possent. Eorum tamẽ basilicam censuit esse cõmunem, ita ut fratres in inferiori parte, sorores uero seorsum in superiori, officium exoluerent. Quorum plane monasteriorum principalem curam Abbatissæ esse uoluit, fratribus tãtummodo diuina ministeria assignans. Quorum unus esset, qui confessor aut prior appellaretur, & aliis in spiritualibus tantummodo decreuit. Ea quippe monasteria possessiones & prouentus habere uoluit, ad fratrum & sororum sustentationes. Quorum omnium uictus & uestitus ad Abbatissam spectare decernit, nec huiusmodi fratres aut sorores monasterium egredi præsumerent, nisi magna & euidenti necessitate, & de licentia Abbatissæ. Eiusmodi fratres & sorores per episcopos consecrari mandauit, hi autem religiosi, tam fœminæ quàm mares griseis uestimentis uti iubentur, cum chlamide nihilominus grisea cum rubea cruce: desuper carnibus utuntur, & nihilominus diui patris Augustini regulã profitentur, additis constitutionibus ipsius sanctæ mulieris, & tam in fratribus quàm in sororibus certum assignauit numerum, quæ omnia ipsa sanctissima uirgo adeo sibi reuelata, & dictata confessa est, quamobrem Vrbanus pontifex & reliqui successores summi pontifices plurimi, eandem suam regulam, authoritate apostolica speciali priuilegio approbatam, & confirmatam esse uoluerunt. Hæc igitur prophetico munere plurimum claruit, unde & nonnulla de futuris prædixit & quammaxime tanquam alter Daniel propheta de quibusdam regnis consumendis, quæ omnia scripto mandauit, quæ apud Græcos etiam in precio habentur, apud Italiam uero huiusmodi religionis pauca habentur monasteria, in Suetia autem & Germania plurima quidem & magna ac opulentissima esse feruntur. Hi autem religiosi etiam secularium confessiones, aliorum religionem more, ex priuilegio audiunt, in hac religione quàplurimi uiri & mulieres magnæ sanctitatis & uirtutis insignes. Sancta Brigida

Ordo in Iesuatorũ seculariũ Vrbano isto præsulãte apud Senã Hetruriæ urbem initiũ sumpsit, hi quippe religiosi à principio per domos turmatim simplici habitu induti, cũ ingẽti charitate & simplici quadã religiositate suo in sudore & manuũ suarũ labore, ad instar apostolorũ & discipulorũ Christi, in unum uiuere & deo seruire cœperũt. Quos cum summus idem pontifex Vrbanus ad se, Romã uocasset intellecta hominũ integritate & animi Iesuati.

simplicitate eorum uiuendi modum plurimû laudauit,& ita etiam approbauit. Ei à se laudatos eum tunicis albis & caputio cotemptibili sibi pro habitu datis,abire permisit. Et ad eorum protectionem,confessim nepotem suum uirum grauissimum & religiosissimum in protectorem assignauit. Qui & ipse mox ad honestâdum ipsius religionis habitum,authoritate sibi concessa gryseam chlamidem desuper deferendam sine calciamêtis contulit,atque & eos & gratiis & priuilegiis apostolicis plurimis communiuit,& per specialem prærogatiuam illos apostolicos clericos,ex priuilegio nuncupari uoluit. Nunc autem mirum in modum multiplicati,& per omnê Italiam mirabiliter diffusi,cum sint optimæ uitæ uiri magno in precio ubique habentur,& quâuis solas orationes dominicas pro canonicis horis sub silêtio dicât,nec ullus ad sacros ordines ullo modo promoueatur,nihilominus plurimi eruditissimi emerserunt, qui singulari eruditionis & sanctimoniæ priuilegio claruerunt, ob quam gratiam à pontificibus Romanis ad episcopatus dignitates nonnulli sunt euecti, è quibus ego superioribus annis episcopum Ferrariensem & alterum in Fulgino ducatus Spoleti urbe uidi.

Clerici apostolici.

Ordo item nouus canonicorû regularium sancti Saluatoris in agro Senêsi, in loco sancti Saluatoris, qui à quibusdam ignaris uulgariter Scopetini nuncupantur, hisdem temporibus, à uenerabilibus religiosis & patribus optimis, Stephano uidelicet & Iacobo Andrea,natione Senêsibus ordinis eremitarum professis,initium sumpsit,& breui quidê magno in precio multis in locis euasit. Quæ quidê côgregatio sancti Saluatoris, (à primo loco) appellata est,quam plane congregationem Grego. undecimus huius Vrbani pontificis immediate successor approbans,insigni priuilegio inter canonicos regulares beati Augustini annumerauit. Hi plane religiosissimi uiri inter cæteros & doctrina & religione, ac insigni sanctitate clarissimi existût. Quorû institutores primi ob memoriâ & reuerentiam suæ primæ religionis,& pristini habitus,semper claustrale signû,uidelicet habitû albû cum scapulari albo,& astam super camisiam lineam deferre uolnerunt. Et quecûque statuta,ac primas ordinationes consuetas in omnibus sequi uoluerût. Ex redditibus uiuût, non prædicant,sed confessiones aliorum more audiunt. Magni etiam precii maiorisque opinionis, ob omnimodam eorum doctrinam & eruditionem, ac miram extrarietatem in ecclesiam dei ubique habentur,uiros enim integerrimos,tum scientia,tum cæteris uirtutibus quotidie producit. Quos singulatim enumerare difficile arbitror.

Ordo canonicorû. s. saluatoris.

Andreas Contarenus. 62. Venetiarû dux,post Marcum Corneliû ducem,hoc anno, ex procuratore sancti Marci,uno omniû consensu,licet illo plurimû renitente, dux creatus, 6566 1367
ducauit annis. 15. Quem certe Veneti omnes Numam Pôpilium Romanû optimû uirum appellare possunt,eo quod non fraude,nô ambitione,nô insidiis,non muneribus aut precibus,hoc ducatus munus côquisierit,imò ipse quæsitus rogatúsq; ac precibus plurimis fatigatus,ac etiâ coactus illû admittere nix tandê uoluerit. Vnde in illo euenit,quod de Catone legitur,quod quâto solicitius honores & dignitates fugiebat,tâto honoribus & fama illustrior fiebat. Qui cû perstrepêtibus undiq; bellis princeps creatus fuisset,quod animum præsertim côtra tot reges,tôtq; potêtatus,contra senatû eleuatos seruauit inuictû. Igitur ipso magistratû gerente,& apud Hûgaros Ludouico regnâte, Andronicus Paleologus Ioânem Callû Græcû imperatore Genuensiû auxilio fretus,quibus insulâ Tenedon præmio promiserat,imperio deturbare annixus est,quæ res certe maioris discordiæ inter Genuenses & Venetos causa fuit. Erat tunc apud ipsos Genuenses Dominicus Fregosus nouiter dux creatus,& apud Patauinos Frâciscus Carrarius senior,qui patri successerat. Genuenses igitur decimo Andreæ huius ducatus anno, accitis in societate belli Ludouico Vngarorû rege,& prædicto Francisco Carrariêsi,ac Austriæ duce,necnon & Aquileiæ patriarcha,odiû quod in Venetos ob iniurias illatas côceperat,denuo ostêdere conati sunt. Et Lucianû Auriâ,classis suæ præfectû constituunt. At Veneti qui cû Peryno Lusignano Cypri rege,& Bernabone uicecomite solû sentiebât, Carolû Zenû & ipsi suæ classi præfecerût. Qui cû Genuêsibus côgrediês,primo suo côgressu superior euasit,& eorû. 5. Triremes cœpit. Lucianus aût clade suscepta,ut præstâtissimi animi impe. maiore classe côparata,statim uniuersum mare Adriaticum, infesto agmine discurrens,maximum damnum & incómodum Venetis

Franciscus carraria Austriæ dux.

dum Venetis intulit. Et cum Iaderam oppidum cœpisset, quotidie Venetorum portū perturbat. Paulóq; post in Polam ducens, ibidem uniuersam Venetorum classem superauit, & maxima cum eorum cæde penè uniuersam captiuauit. Oppugnabantur & tamen alijs in locis Veneti terra mariq;, uidelicet & à Carrariēsi & alijs in locis ut diximus. Interim uero Luciano Auria in bello mortuo, Petrus eius frater eius in loco suffectus, cum sexaginta Triremibus & totidē nauigijs, statim Venetias hostili animo uenit. Et statum Gradū, Comadum, & Captulas capiēs, direptis ciuium bonis igne apposito, pœnitus exussit. Inde in Clugiam dirigens, pari terrore cum maxima Venetorum militum captiuitate & cæde cœpit & destruxit. Qua iactura & calamitate fractus princeps, fractíque Veneti omnes, cum terra mariq; præmerentur, nec ullum auxilium prorsus sperarent, pacem & misericordiam à Genuensibus petiere, cartámq; & attramentum mittentes, obtulerunt se eas accepturos leges quas Genuenses ipsi imposuissent. At Genuenses superbia elati, Venetorum legatos reijciunt, nisi se bonáq; sua ac mulieres traderent. Iam enim Genuēses uniuersa circumq; Venetorū cœperant castella, & instabant iam iam urbem ingredi, princeps autē & Veneti omnes Genuensium responsis nimiū perturbati, ultima desperatione ducti, ad tuendam patriam tuendásque uxores & liberos se accinxerunt. Et statim ante faciem portus cathenis ferreis deductis, positisque lemnibus ac scaphis quibuscunq; cum singulis bombardellis (eo enim tunc bōbardæ primum à quodam Theutonico eam ob rem inuētæ fuere) ac sic cum quanta potuerunt ui ipsi Veneti Genuenses post longam pugnam repulere, ne ulterius in eorum æstuarias ingredi possent. Interim autem Andreas princeps oculatus & inuictissimus uir, dum acriter obsideretur, & iam penè ciuitas cōmeatu deficeret, Bernabonem uicecomitem, & Ioannem Græcum imperatorem amicos suos sollicitare non destitit, ut scilicet Bernabos apud Genuā, & imperator apud Peram Genuenses bellis lacescāt. De Venetis profectò tunc actum erat, si Genuenses tantūmodo cauissent, ne cōmeatus ex mari in urbem Venetā inferrentur. At Genuenses multis grauissimísq; bellis impliciti, tādem capta Iustinopoli Poláq; inde incēsa, & Clugia destructa atq; deserta, post multas datas acceptásq; calamitates & cædes, uterq; populus diutino bello fessus, Aymone Sabaudiensiū comite procurāte & interueniēte, pax hoc modo composita est, ut scilicet Hungariæ regi, usq; ad decenniū singulo anno Veneti decem milia aureorū persoluerēt, ea tamen lege ut ipse rex nullibi in Dalmatia sal fieri permitteret, utq; patriarcha Aquilegiēsi in Forouulio eadem maneret cōditio, quæ ante bellum fuerat. Ducibus autē Venetorū & Genuensium iniunctū est, ut quisq; captiuos incolumes dimitteret. De præda uero utrinq; capta, nulla mentio est habita. Mandatū est præterea Patauino principi, ut ab obsidione Taruisij recederet, utq; arces & turres in stagnis ad fluminū ostia excitatas demulcerentur. Terminiq; inter Venetos & Patauinos positi sunt. Eaque pax sancta à domino deo mandata septimo calendas Septembris anno.1381. confecta fuit. Quibus optime gestis, hic Andreas diuinus princeps secundus Venetiarū conditor appellatus, & patriæ pater perpulchre uocatus est. Denique dierum plenus & bonorum operum plenior, sequēti anno cum multo animi sui quiete dormiuit cum patribus suis, sepultúsq; in basilica sancti Stephani ordinis, cum tanto omnium gemitu, quanto unquam antea quis sepultus sit.

Bernabos uicecomes cū Venetis.

Luciani mors

Veneti misericordiā à Genuensibus expostulant.

Ducum Genuensium principium.

6567 1368 Dominicus Fregosus, primus (ut credimus) Genuensium dux, hoc anno ad instar Venetorum omnium consensu creatus, ducauit annis. 12. Nullibi tamen in Genuensium gestis inuenire potui, Genuēses antea duces habuisse nisi nunc, sed nec Iacobus de Voragine theologus, & Genuensium episcopus, qui de ipsorum gestis usque ad hoc tempus Chronicam composuit, ullam de duobus mentionem facere uidetur. Hunc igitur primum ducem eorum credendum est. Is itaque Dominicus, ut res expostulabant, magni consilij, ac ingentis animi uir fuit. Qui & Petri germani sui classis præfecti consilio & magnanimitate atque uirtute usus, uniuersam Cypriorum insulam ui cœpit, diripuitque ac sibi subegit, & tributariam fecit. Petrus enim Lusignanus Cypri rex, & Bernabonis uicomitis gener, pro more regum solenne conuiuiū in Cypro instituerat, quod annis singulis facere consueuerat. In quo & Genuensium & Venetorum mercatorum iudices, quos

Balinos appellāt, inuitauerat. Inter quos magna de priori consensu cōtentio esse cœpit. Cumque rex propensior Venetis uideretur, indignati Genuenses, armis suam dignitatem conseruare statuerunt. Atque ita tectis sub uestibus gladiis in regiam profecti sunt. Quod intelligentes Veneti regem adeunt, & eidem insidias paratas dicūt. Qui euestigio rem inuestigare faciens, inuenti sunt Genuenses cum armis in regiam adesse. Indignatus rex, ilicò omnes Genuenses rapi mandat, furibūdúsque per sublimen palacii locum in forū præcipitari iussit, quod factum est. Inde eo facinore non contentus rex, omnes per insulā Genuenses commorantes perquiri ac necari præcepit, ita ut uix unus ex tāta clade superesse permiserit, qui rem gestam in patriam renunciaret. Accepit tamen Dominicus dux ac senatus paulopost atrocissimam suorum ciuiū iniuriam. Qui in ultionem erectus, intra quadraginta dies potentissimam classem armauit, & in Cyprū per fratrem suum Petrū misit. Cui aduentus uno & eodem momēto & uisus & auditus est. Petrus autem qui classi præerat, expositis in terra copiis, mox Nicosiam profectus, urbem male defensam cœpit, breuique regem atque reginam & uniuersam insulam in suā potestatem redegit. Venetis primum interfectis nephandi consilii authoribus, ingentíque ditatus præda, maiori cum gloria in breuiori tempore quàm speraretur, domum cum regina & rege, ac innumerabilibus captiuis rediit, rex cum coniuge prægnante, in turre capitis Fari aliquandiu seruatus est, donec ipsa regina filium ibidem peperit, quem Ianum appellant. Tandē uenia regi data, regnum tributarium fecit, & Famagustam nobilissimā ciuitatem de regno exceptam, Genuensi populo applicauit. Indéque contra Venetos sibi infensos durissimum suscepit bellum. Cum quibus aliquando cōgressus, apud Anciatum à Nicolao Pisano Venetorum præfecto superatus & uictus fuit, propter quod Genuenses indignati, eum cum fratre magistratum abrogantes, in carcerem coniecerunt.

Veneti Genuēses accusant.

Genuēses Cyprū capiūt & Venetos omnes interficiunt.

6569 1370 Petrus igitur & Perinus fratres Hugonis Lusignani regis filii, hoc āno patre defuncto, in regnum Cypri succedentes, quātum regnauerint nescio. Petrus itaq; natu maior, suscepto regno, cum esset uir magnanimus, & naualis belli peritia doctus, ad recuperandum patrum suorum damnum & uexationem, qui è regno Hierosolymitano ab Aegyptiis eiecti fuerāt, paulopost instructa classe Cathelanis in societatē accitis, cum Gallis suis aliquando Alexandriam Aegypti urbem, præstanti animo inuasit, & eam ingressus, statim mediam diripuit, & post incēdit. Et quamuis occurrentibus sibi maximis Aegyptiorū copiis fugæ se cōmiserit, ingentem tamen prædam & ditissima spolia inde reportauit. Domúmque reuersus parum superuixit, quia à suo fratre Perino interfectus fuit, cum nulla sancta in regno reperiatur societas. Sed nec ipse parricida diu in quiete stetit, nec etiam parricidium ei impune cessit, cum propter imprudentiam suam maximam inter Genuēses & Venetos discordiam excitauerit. Duxerat enim uiuente adhuc patre Bernabonis uicecomitis filiam uxorem, quam pater idem Bernabos cum .12. Triremibus Cyprum honorificētissimè transmisit, quam idem ingenti gloria excepit, & in rei memoria singulis annis conuiuiū solenne facere decreuit (ut præfertur) aliquando inuitatis Genuensium & Venetorū mercatoribus, ingens calamitas eum obtigit, quia Genuēses & Veneti cum uterque in dexterā regis eo in conuiuio sedere uelint, maximus repente tumultus exortus est: sed Genuenses à Venetis de insidiis accusati, omnes per uniuersam insulā adeò necari iussit, ut uix unus superfuerit, qui rem gestā cæteris renūciaret, propter quod à Genuēsibus uniuersa insula capta & direpta, etiā rex ipse cū uxore & aliis innumerabilibus captiuis abducti sunt. Et rex ac regina Genuæ perducti, in turriq; capitis Fari inclusi ibidē fuerūt, donec regina puerulum peperit, quē & Ianum in facti memoriā nominarūt. Tandē uenia accepta, se & regnū uniuersum, Genuēsi populo tributariū fecit, & Famagustā insuper eidē populo cōcessit. Reuersus itaq; domū rex, promissorū immemor, Famagustā ipsam ciuitatē terra marique oppugare nō destitit, sed frustra. Quia ab iis qui in urbe præsidio erāt, acriter defensa fuit.

Accusatio Genuēsiū.

Carolus imperator, hoc anno Iunio mense in Italia cum maxima suorum Theutonicorum manu numero, uidelicet .3000. armatorum, contra Bap. illustri Bernia. uicecomitis filium quem & in Mantua urbe præsidentē obsedit, sed cum tāta exercitus mole nihil efficere potuisset, Ro. accessit, qui eo ex Auinione uenerat.

Galeatius uicecomes Bernabonis germanus, hoc eodem anno, unam ex filiabus suis regni Francorum filio matrimonio copulauit, cui & pro dote centum mille florenos dedit, atque urbes quas in Pedemontium radicibus possidebat usufructuádas, quæ singulo anno uigintiquatuor milia florenos pendebant, possidédas dedit. Sed eodem anno sponsus mortem obiens, ex ipsis urbibus multa bella excitata sunt.

6570 1371 Gregorius papa, eius nominis undecimus, natione Lemonicẽsis, Petrus Belfortis antea uocatus, sanctæ Mariæ nouæ diaconus cardinalis, hoc anno Vrbano pontifici suffectus, sedit annis.8. Hic Clementis ex fratre nepos fuit, uir certe multæ innocentiæ & placabilitatis, quibus ex uirtutibus ab omnibus plurimum dilectus fuit. Qui pontificatu inito, statim legatum in Italiam misit, ut res ecclesiasticas recenseret. Inita autem cum Bernabone uicecomite pace, omnia in perturbatione fuere. Erant enim omnes præter Venetos uicecomitibus inimici, propter quod multa mala surrexere. Cum autem pontifex hic ea mala quæ in Italia gerebantur, suæ absentiæ ascriberet, de reditu suo in Italiam cogitare cœpit. Mouerant etiam eum cuiusdam pontificis uerba, cui cum Gregorius quadam confidentia familiari diceret: Quare ad ecclesiam tuam episcope non uadis? ille intrepidus respondit, cur inquit summe pontifex? cæteris extra daturus, & tuum episcopatum & tuam Romanam ecclesiam non repetis? Quibus uerbis pontificis permotus, statim in Rhodano fluuio paratis una & uiginti Triremibus, aliam rem simulans, profectionem aggressus, Genuam primo, deinde Cernetum, postremóque Romam terrestri itinere Ianuario mense peruenit, anno uidelicet. 1376. pontificatus sui anno sexto, migrationis autem Romanæ ecclesiæ in Galliis septuagesimo. Quo autem apparatu, quaque incredibili populi Romani leticia susceptus fuerit, dicere non attinet. Omnia quippe ea in urbe regia, suo indigebat aduentu. Mœnia quippe urbis & ecclesiæ ferè omnes, ac priuata ædificia ubique ruinam minabantur, quæ ipse magna ex parte postea restituit. Non dico de moribus & urbanitatibus ubique certe labefactatis. Vrbs enim quæ olim uniuersum mundum ab urbanitate reduxerat, absente pontifice, ad maximam morum rusticitatem peruenerat, Collocata itaque in urbe sede, Gregorius sicut bonum decebat pastorem, omnia circumspicere cœpit. De medeláque uulneribus inferenda cogitans, pacem in primis pernecessariam per legatos expetere, & inter omnes componere cœpit. Verum Florentini pontificis potentiam habentes, eius pacem reiicere, & nullum iniuriæ genus prætermisere, quod in pontificem transferri posset. Quibus modis permotus pontifex, Florentinis anathemate notans, omnia interdixit. Sed Florentini omnia contempsere, & sacerdotes in urbe contra ius fasque celebrare coëgerunt. Tum uero pontifex à precibus ad arma conuersus, conciliatis prius omnibus aliis, contra ipsos Florentinos bellum mouit. Tandem uero cum omnia accurate egisset, quæ ad pontificem pertinerent, octauo pontificatus sui anno, quinto calendas Aprilis, intollerabili uesicæ dolore migrauit ad dominum, & apud sanctam Mariam uiæ nouæ, nouo sepulchro, cum ingenti omnium gemitu de luctu sepultus est. Eadem enim mortis suæ hora in Auinionensi palatio ignis accensus est, nec extingui unquam potuit, quoad usque duæ eius partes exustæ fuerunt. Quo autem authore incensum fuerit, ignoratur. Eo autem sublato magnum scisma, & ingens patrum calamitas atque discordia, qualis ab initio pontificatus, pontifici subsecuta est.

Grego. pa.210.

Papa Ro. ex Galliis rediit.

Florẽtini põtificẽ parui pendunt.

Auinionẽse palacium conflagratur.

Viri bello excellentes.

Lucianus Auria patricius Genuensis, generosus & nobilissimus uir, his temporibus ætate florens, uiribus & animi uirtute præstans, à Genuensibus classis præfectus designatus, statim uelut alter. C. Marcellus Romanus, magna uirtutis suæ dedit documenta, is enim egregius ac præstantissimus imperator factus, cum didicisset Venetos Pisano præclarissimo belli duce, quinque Genuensium Triremes in Ro. littore ad Antiani portũ captiptiuasse, statim duarũ &.20. Triremiũ classe sibi comparata, ueloci cursu Iaderam Venetorum urbem & portũ peruenit, ibidẽ quodã terribili fragore infinita propemodũ dãna Venetis illata, mox in Polẽti portu adnauigãs, ibidẽ classem.20. Triremium in portu sedẽtem

Hic lucianus iste occiditur. offendit,atque hostili animo impetiit,& diu cum Pisano classis præfecto depugnans, tandem cum magna cæde eum superans.10.&.8.Triremes eidem abstulit, uerũ dum uictoria prope cõsummata foret,& eam hic Lucianus apertis oculis uidere uellet cassidem,sibi eleuans,lancea transfixus mortem obiuit. Vtrámque tamen classem omnem & uictricem & uictam Genuenses,captiuarunt,& Genuam(præter eas quas mare absorbuerat) perduxerant. Alia atque alia ingentia præclara facinora,& uictorias in classico bello & contra Venetos & alias natiões rei suæ publicæ infestas,hic inuictissimus Lucianus semper obtinuit, quas commemorare longum esset.Huius autem præclarissimi uiri uirtutes & nomen,usq; in præsens, non modo apud Genuenses suos, sed & apud cæteras nationes summis laudibus celebrantur. Vnde & nos hoc in loco ipsius nomen immortalitati commendantes documentum legentibus exhibemus, ut diuinam uirtutum suarum imaginem non statuis modo aut picturis,sed quadam imitatione & opere celebrare uelint.

Petrus item eius germanus, & ipse Luciano prædicto fratri, non mondo carne, se & animi uirtute atque potentia non inferior,& ipse apud Genuenses suos per hæc tempora post Lucianum prædictum maxime existens in precio, ab eisdem Genuensibus classico bello germano mortuo,præfectus subrogatus,magnam suarum uirtutum spem Genuensibus præstitit, eo quòd tanquam alter Hannibal pœnus tanto cæteris ciuibus & prudentia, & magnanimitate præstare uidebatur, quanto populus Venetus cunctas maritimas gentes, potentia anteibat.Hic itaque Luciano mortuo factus imperator, statim nouem Triremes & triginta Barchas pristinæ classi addidit, cum quibus ex Genuensi portu soluens, prospero uento Iaderam iam suã uenit,& exinde omnem uim naualis belli sumens cum sexaginta Triremibus & totidem aliis nauigiis in portum Venetum cum magno strepitu peruenit,atq; ibidem Grado,Comado,Ruuino & Grapulis ui captis & direptis,statim incendit.Ibique cum didicisset Venetos cathenas ferreas suo portui addidisse, Clugiam se contulit, quam egregie munitam atque defensam, tandem ui cœpit. In quam cum sex milia hominum Clugiensium & Venetorũ interfecisset, & uniuersam in direptionem militibus dedisset,uelut alter Marcellus Ro. mulierũ pudicitiam seruatã habere uoluit. Inde quoq; noningentis & quinquaginta hostibus captis, Iaderam in captiuitatem transmisit.Exinde etiam Bebas caput ageris in uicũque sancti Lazari ac Mathemaucum delatus, omnia igne ferróque uastauit ac concremauit,& Lauretum etiam multis oppugnationibus tãdem petitus est,atque inde Pupillam uicum petiit tribus milibus ab urbe distantem,ut eo urbem inuadere posset,quam certe obtinuisset,licet multis bombardis repelleretur, si eius Triremes & barchæ in canali agi potuissent.Vnde & de imprudentia hic tantus uir reprehendi potuit,quòd maximum pro modico amisit.Nam si Clugiam dimisisset, & mare commeatibus Venetis interclusisset,de ipsis Venetis sempiternam gloriã reportasset.Sed dum Clugiam captam munire intenderet, ibidem à Venetis clausus est. Vbi tandem dum suos contra Zenum Venetorum classis præfectum præliantes, adiuuare uellet, bombardæ ictu percussus,uitam euomit. Cuius morte conseruati Genuenses in proprias naues ignem apposuerunt & relicta Clugia,Genuam inglorii redierunt.Quæ res magnam scissurã in Genuensi populo suscitauit. Ex huius itaque præclassimi ac ornatissimi imperatoris Petri & duornm præcedentium uidelicet Pagani & Luciani fortissimorum ac inuictorum certe imperatorum interitu,non Genuensis florentissima modo respublica sua,sed(ut ita loquar) totus terarum orbis singulare quoddam decus & ornamentum amisit. Erant enim natura uirtute & gloria tam excellentes,ut etiam sua ætas ex ipsis tribus potuerit in omni genere laudis cum antiquitate decertare.Nam quamuis antiqua,& regia eorum familia Auria,multos semper adiderit egregios & illustres uiros,istos tamen tales ac tantos fuisse dixerim, ut uix ulla laude quis ornari posset, cum ex solis facinoribus ipsis,magnũ non solum familiæ suæ,sed & toti ciuitati Genuẽsi maximum splẽdorem attulerint.Nec quempiam unquam audiuimus aut legimus gloriosius in istis mortem obiisse,qui pro patria populo sociis,pro sua denique dignitate acerrimè dimicando ciciderint.

Carolus Zenus patritius Venetus,uir inter Venetos nobilis, non solum suæ ætatis, sed & priorum temporum bonis uirtutibus & literis ornatissimus, his tẽporibus apud Venetos suos,

tos suos,& rebus bello gestis,& aliis plurimis facinoribus ita clarus extitit,ut alter Camillus Romanus,ab eisdem merito appellaretur.Quando quidem in hoc Clugiẽsi bello periculosissimo,quod Genuenses contra Venetos difficillimum gessere, hãc prouinciam susce pit.Qui suscepto imperio,ipso primo belli sui impetu,cum Petri prædicti Auriæ Genuensis præfecti uires sustinere non posset,in Orientalem Genuensium Riparia delatus,in ultionem ipsorum omnia igne ferróque uastauit. Inde in Alexãdriam Aegypti urbem adnauigans,nauem quandam Genuensium permaximam ex Alexandria redeuntem & fugientem,in Cretensi portu,non sine suorum magna cæde tandem debellauit & cœpit,cui mercimonia trecentorum milium aureorum ualoris erant. Quæ res cum Venetis renunciata fuisset,ipsum cum magna sui opinione & fauore gaudentes reuocarunt. Qui dum re düsset,Veneti per ipsum Clugiam recuperare statuerunt.Cuius ingẽti consilio usi, duas naues onerarias,mox in Clugiensi portu demerserunt.Genuenses nihilominus omne Venetorum præsidiũ pertulissent, nisi confestim hic præstantissimus imperator affuisset,qui licet multis confossus fuerit uulneribus,tamen eos ingenti uirtute repulit.Nec etiam ipse Genunses superasset,licet acerrimum & maximum prælium commisit,nisi eorum imperator Petrus Auria, bombardæ ictu mortuus fuisset.Verum eo mortuo cum Genuenses ipsi pedem referre cœpissent,ipse eas obres uictoriam obtinuit.Eo itaq; in prælio defectu capitis,Zeno hic de hostibus uictoriam obtinuit,innumerabilis quippe multitudo, tum Genuensium, tum Venetorum eo in bello occisa fuit. Eo hoc modo confecto, aliud bellum contra Bucicallum seu Bucicardum Francum præfectum,qui ex nomine Francorum regis,in Genuensi urbe locum tenebat,postmodũ gessit. Qui Bucicallus dum Patauino principi opem afferre uellet,hic Zeno iterum classis præfectus, illum gloriosissimo prælio superauit. Alia quoque innumerabilia facinora strenuẽ gesta,ab hoc inuictissimo imperatore referũtur.Quæ quidem à Leonardo Iustiniano clarissimo oratore, in funebri sua oratione,diffuse referuntur.

Ripãria Genuensiũ incenditur.

Nicolaum Pisanum etiam patricium Venetum,uirum bello scientissimum,cum prædictis ea in militari scientia apud suos Venetos floruisse constat.Qui & ipse cũ multa ac plurima bella pro re sua publica strenuẽ gessisset,& apud Polam Histriæ prouinciæ urbẽ,male aliquando (ut fit)pugnasset,domum inglorius rediens,á senatusmagistratu priuatus,& in carcerem mittitur.Sed Veneti postmodum à Genuensibus grauiter oppressi,& multis in locis,& maxime apud Clugiam superati,& animo cõsternati,cum maxime nulla apud eos salutis spes uideretur,& de re Veneta prorsus actum esse dubitarẽt, & iam ultima desperatione duci,pacẽ suppliciter expostulassent,eas scilicet accepturi leges,quas Genuenses uictores darent,statim clamor incerto authore in senatu auditus est dicens: O Veneti in Area,unicum Pisanum seu Pisanum,contra Genuenses habetis uictorem,qui eos uincere possẽt.Quo clamore audito,euestigio Andreas dux cum senatu in carcerẽ descendens, ipsum Nicolaum uictorem é cauea eduxit,& hilari uultu appræhensa eius dextera, illum ab integro bello maritimo imperatorem & præfectum constituit, & eidem omnimodam potestatem maritimi belli concessit.Cuius deinde auxilio & prudentia res Veneta mirificẽ fuit conseruata.

Vox incerta.

Albricus Cunii Romandiolæ oppidi clarissimus comes,terrestris belli insignissimus,ac inuictissimus imperator,hisdem tẽporibus ab Anglis & Germanis eruditus, fato quodam in re militari mutationem fecit. Superioribus etenim temporibus Itali omnes arma ferre & pertractare iam insueti,per equites externos mercede cõductos,bella geri per Italiam consueuerãt,sed hic ingenio suo nostros bella gerere optime docuit. Quibus se Itali nostri deinceps ab intestina & extremo hoste tutati sunt. Hunc autem primum Bernabos uicecomes armauit,quibus præsidiis tutatus,cum externo hoste sæpe cõflixit, & uictor euasit. Atque ita uniuersam gentem externam,quæ uicecomitibus & aliis seruire consueuerat,é Lõbardia nostra breui expulit,Bernabone deinde à nepote in carcere coniecto. Albricus hic stipendio dimissus,statim Italis omnibus,qui arma cum eo ferre cœperant, sese ducem exhibuit.Qui mox tantam militum multitudinem sub uexillo sancti georgii repente coẽgit,ut & Britones Theutonésque ac Anglos qui à nostris conducti mercede prouincias

uincias nostras euertere,& infestare,ac diripere consueuerant, Italia expulerit, fuisse enim referunt quadraginta equitum millia externos, quos Albricus hic cum duodecim milibus sibi congregatis expulerat. Institutioni autem huiusmodi militiæ, Albricus hic addidit nouum ornamentum, quod ubi usque in præsens tempus Thoraces ocreas, Brachialiáque ex corio milites induebantur, ipse ferro & calybe totum armari hominem primũ docuit. Huius autem Albrici ductu auspicióq; & disciplina militari secuti sunt, Bracius montanus, Albrico ipsi domesticus, Sfortia cum Laurẽtio Atendulo, Paulus Vrsinus, Monstarda Forliuiensis, Tartaliáque Lauellẽsis,& Thomas Cribellus Mediolanensis & alii complurimi, externis itaque Italia pulsis, & Galeatio uicecomite primo Mediolanensiũ duce defuncto, Albricus hic Lauslao rege in regnum uocatus, magnus Comestabilis statim ab eodem creatus est,& in Neapolim mox ducens, urbem diu oppugnauit, quam tandem magno impetu captam, in Latislai regis potestatem redegit. Qua uictoria.3. reliqui regni principes ciuitates suas in regis manibus deduxere, inde in Romandiolam ueniens, maxima facinora contra omnes illos regulos gessit,& quammaxime Astorem Fauentinum, quem tandẽ urbem relinquere coëgit. Huic autem inuictissimo principi & imperatori dicere ausim, Italos nostros plus debere, quàm omnibus ante & post eum fuere. Quo autem genere mortis obierit, aut quos hæredes habuerit, nullibi inuenire potui.

Franciscus Carrariensis senior, unicus domini Iacobini ex uxore filius, hoc anno fratre eius Gulielmo ex pellice interfecto, in regnum paternum, uidelicet Patauinum succedẽs, regnauit annis undecim. Vir quidem splendidus & multis uirtutibus adornatus, ac plurima laude dignus. Qui inter cætera suam Patauinam urbem, & mœnibus & castellis, turribúsque ac splendidissimis ædificiis & ædibus, tum publicis, tum priuatis, mirificé exornauit. Necnon & præclara, ac multo memoratu digna, in prælìis gessit facinora, pro quibus suo regno multa præstitit incrementa. Verum cum Barnabonem uicecomitem sororium suum à Galeatio nepote suo, maria detentum liberare ac defendere statuisset, non modo eum liberare potuit, sed & proprium regnum ac uitam suam deniq; perdidit, quia ab eodem Galeatio tandem superatus & captus, in Modoetiæ cauea, quæ uulgo Furnum appellatur, inclusit, ac demum interire fecit. Deniq; de Octobrio mense anno.1383. post annum secundum suæ captiuitatis, cum uita excessisset, eius filius Franciscus ab duce corpus impetrauit,& aromatibus conditum Patauium cum magno funebri apparatu deferri fecit,& regiis exequiis, in maiori urbis ecclesia sepulchro marmoreo sepeliri fecit. 6570 1371

Hic à Galeatio capitur & carceri mancipatur.

Viri doctrinis excellentes.

Ioannes Bochatius natione Florentinus, ex Certaldo oppido oriũdus, poëta & philosophus atque astronomus, necnon & orator præclarissimus, hoc anno cum sexaginta duorum ætatis esset annorum, é uita migrauit. Qui cum amœni esset ingenii uir, ut Latina patriáque lingua in dicendo disertissimus haberetur, multos perpulchré à se æditos post se reliquit libros.

Simo. de cassia ordinis minorum.

Simonem de Cassia, ordinis eremitarum diui Augustini, theologum & peregregium concionatorem, per hoc tempus tanquam medicinalis Cassia languenti animo, ad uitæ integritatem refrigerio affuisse tradunt. Qui ut uerus Euangelistarum interpres, & Domini nostri Iesu Christi imitator uerus, omnia ipsius saluatoris gesta in ordinem colligens, in quindecim subdiuisit libros, quos de Christiana religione ipse intitulauit. Sed & alium librum de doctrina Christiana, alium de patientia. Item de symboli expositione, lib. unum. De speculatione crucis, lib.1. De disciplina spiritualium, li.1. Sed & de miro & quasi diuino ordine, alia collegit opuscula. Epistolas quoque ædidit plurimas, bonis documentis refertas. Hic Florentiæ ubi magno erat in precio, spiritu prophetiæ floruit. Vi etiam monasterium sui ordinis sanctimonialium à solo ædificauit,& nobilissimis matronis ac uirginibus illud repleuit.

Franciscus & Ludouicus Guidonis Gonzagæ filii, hoc anno, cum Hugolotum eorum fratrem natu maiorem ob cupiditatem affectati regni, octaua die Decẽbris interfecissent, Mantuanæ urbis dominium sibi assumentes, regnauit Franciscus ipse annis uno & triginta. Vir quidem præclarus atque magnanimus, & prudens, qui sua prudentia ac magnanimitate statum 6575 1376

mitate statum suum periclitantem, ingenti uirtute ex maximis eripuit periculis. Nam in anno domini.1397.auxilio etiam aliorum confœderatorum per annum cõtinuum bellum Galeatii ducis Mediolani infracto animo sustinuit,& eo etiam tandẽ profligato,non modo magnum triumphum,sed & maximas diuitias atque spolia cõsecutus fuit. Idque facti tatum fuit,in die festiuitatis diui patris nostris Augu. quàobrem & ad perpetuam rei huius memoriã ,ex decreto ipsius Francisci & successorum,quoddam singulare munus quotannis illi ecclesiæ,uidelicet fratrum eremitarum diui Augustini,in hodiernum etiam nostrum tempus, magna cum pompa offerunt.E quidem de regno ipsius actum esse uidebatur,nisi meritis diui Aurelii Augustini,diuina affuisset clementia. Mortuo deinde Galeatio duce, hic Franciscus cum Venetis fœdus iniens, copiarum suarum generalis imperator contra Franciscum Carrarium Pataui dominum delectus fuit, cuius prudentia & uirtute ipse Senatus Venetus,Veronam & Patauium celeberrimas regiásq; urbes tandem obtinuit, & hostem pœnitus extinxit,& è terra deleuit. Hic Malatestæ principis Cisenæ ac Arrimini urbium domini filiam nomine Paulam duxit uxorem, ex qua Ioannem Franciscum successorem suscepit filium : denique post innumera præclarissima facinora à se gesta, senio confectus,anno domini.1407.uita excessit, & apud sanctum Franciscum ea in urbe sua sepultus est. Miraculum.S. Augustini.

6576 1377 Antonius & Bartholomeus Scaligeri, Segnorii Veronæ principis naturales filii,hoc anno.11.calẽ.Ianuarii ipso eorum patre defuncto, & sequenti die etiam Alberto ipsius Segnorii genitore,ex ueneno dato,apud Pescheriam oppidum suum, morte sublato, Veronæ & Vicentiæ urbium principatum sumentes,æque.5.an.regnarunt.Denique cum nulla sancta societas in regno inueniatur, Antonius tanquam Romu.fratrem Bartholomeum interfecit.Sed deus ipse qui nullum malum permittit impunitum, hunc fratricidam impunitum nullatenus permisit, nec ipso in regno diu quiescere uoluit. Qui statim Franciscus Carrariensis senior, eidem statim execrabile intulit bellum, pro quo multis eum incommodis affecit. Verum cum eum omnino superare non posset,Galeatium uicecomitem Mediolanensium ducem in eum concitauit. Ad quem cum exercitu magno adueniens,illum in urbibus ipsis acriter obsedit,ac tandem in deditionem accepit, relictísque urbibus in manibus ipsius ducis Galeatii, ipse uagus & tanquam profugus, uelut alter Cayn primus homicida,dei iudicio meritus luit pœnas.

6577 1378 Rbanus papa,natione Neapolitanus,hoc anno Gregorio pontifici & Barensi archiepiscopo suffectus,sedit annis.11.& mẽ.8.Vir quidem calidus,& iniuriarum memor, atque uindex, qui pontificatu suscepto(ut par erat)non pacem inter Christianos componere uoluit, sed magis cardinalium & Ioannæ reginæ iniurias ulcisci conatus est, propter quod Florentinos anathemate notatos, ut in suam reduceret sententiam absoluit, qui scilicet Ioannem Haucuth Gallũ, suarum copiarum ducem,Neapoli contra Ioannam reginam misit,inde cum natura inquietus esset,atque omnino inhumanus,apud Nuceriam quosdam cardinales creãs, septem ex ueteribus in carcerem coniecit,dicens eos contra ipsum pro Antipapa Clemente coniurasse.E quibus quinque,cum Genuam proficisceretur in mare demersit, eo quippe ob timorem Caroli Apuliæ regis accesserat. Hominem enim illum, ob minus iuste postulata, ad iniuriam compulerat. Cúmque ibidem ad Caroli ipsius obitum permansisset,tãdem Romam reuersus est,ubiq; confirmatis ecclesiæ ciuitatibus,inde etiam Neapolim accessit,ubi & Ladislai Caroli puerum ac Ioannam eius sororem à paterna hereditate perturbare annixus est,sed re infecta Romam rediens,cum magno apparatu & honore à ciuibus exceptus est,ubi ad quosdam insidias deuitandas nouem & uiginti cardinales uno die creauit, in quibus maior pars Neapolitanorum fuit,tres uero fuere Romani.Quibus creans, paucos superuixit dies.Mortuus denique Romæ in basilica beati Petri sepelitur,paucis tãquam rusticum & inhumanum flentibus. Vrbanus papa. 2II. Cardinales 29. uno die creati.

Scisma.22.omnium certe pessimum & scandalosum,quod per nouem &.30.annos durauit,hoc anno initiũ sumpsit:mortuo itaque Gregorio põtifice,& eius exequiis ex more celebratis,clerus populúsque Ro.Cardinales obnixe rogarunt,ut Romanum ponti.aut Scisma in ecclesia.

Italicum omnino deligere dignarentur, qui & ecclesiam Romanam & rempub. integre sanctéque gubernaret, aliter si secus esset, ideo de Christianæ nomine actum esset. Italicum requirebāt, ne si Gallus eligeretur, & Ro. curia transmigrare contingeret, Ro. resp. periclitaretur, quibus cardinales perbenigne responderunt dicentes, se pro posse eorum uotis obtemperaturos promiserunt, iréntque & bono animo essent. Animaduertentes igitur patres Ro. populum præcipitem & inconsideratum multum expauescere cœperunt, erat tum in curia Bartholomeus quidam Barensis archiepiscopus uir callidus & consilio promptus, quem patres consulentes dixerunt, quid hac in re facto opus est, ut Romana ecclesia in Gallias remeare posset? Isque hoc unū esse remedium respōdit, dicens, ut unus nomine tantum & alius re & facto deligatur, qui postea sublato periculo nominetur. Atque ita eius consilio acquieuere. Intrantes itaque patres conclaue, ipsum Bartolomeum. Barensem archiepiscopum, ad deligendos non solummodo Romanos, deligere statuerunt, ut postmodum tutiori loco alium subrogarent. At uero unus cardinalium ex gente Vrsina, qui ad id toto posse aspirabat, nec ullum præter se eo fastigio dignum credebat, statim ab extra Gallum pōti. electum Romania insinuauit. Quod cum uulgus præstolans audisset, conclaue euestigio multo tumultu effregit, minis ac terroribus patres cōcussit. Sed cum didicisset Italicum, scilicet Barensem creatum, conquieuit. Leonardus tamen Aretinus in fine octaui libri suarum historiarum refert, quòd cum in conclaui patres de successore deligendo consultarent, insurgens Romana plebs nullius certe hominis impulsu, sed suo impetu permota, Romanum pontificem ex ciuibus Romanis uel saltem Iitalicis creare debere clamabat. Hæc dicta postulatáque cū non rationi inconsona uideretur, auditur tumultus, crescénsque multitudo adusque conclaue peruenit, patres autem timore cōcussi, ut populo morem gererent, Bartolomeum Barensem archiepiscopum, patria Neapolitanum extra collegium cardinalium pontificem creant, Vrbanúmque sextum appellant. Quo facto, cnm Romani postmodum patres persuaderent, ut de more eum uenerarētur, ac etiam per orbem principes per literas commonerent, ut & ipsi id per legatoa facere dignarentur, nihil tamen effectum est. Erat nanque Vrbanus ipse (ut diximus) natura rusticus & inurbanus, sed ingratus & inquietus, atque inexorabilis, & propterea omnia subsecuta sunt mala ac scismata. Etiam cum præter spem ad tantæ dignitatis fastigium euectus fuisset, intollerabilius omnibus uidebatur. Cuius inhumanitas induxit patres aliorsum prospicere. Inque clanculum inter se de hac re & electione conquesti, & metū & populi Romani uiolentiam incusantes, dissimulata igitur ad tempus indignitate, cum bona pontificis uenia, Anagnam petierunt, & inde fundos transmigrarunt. Ibique Ioannæ reginæ securitate confisi, octo cardinales alium pontificem elegerunt. Robertū scilicet cardinalem Gebenensem, qui antea legatus in Italia fuerat missus, cui & septimo Clemēti indita est appellatio. Ac sic per orbem literis disseminant, hanc scilicet ueram pontificis electionē, Clementémq; uerum & indubitatum Christi uicarium, ubi uera fuerunt suffragia, quia coacti à populo Ro. Italū potius quàm Gallū delegerant. Et hinc maximæ discordiæ, magnúmque scisma in ecclesia dei oriri cœpit, ut duo in ea dicerētur capita. Vrbano autem principum Christianorū pars, & pars Clemēti fauere cœpit. Italia enim cū Germania & Panonia Vrbano, Clemēti uero Gallia, Hispania, Cathelonia, & Britānia adhæsērūt. Cardinales autē, Gallis his gestis, multas uillas, oppida, ac urbes diripere & occupare statim cœperūt.

Clemēs septimus. Principes qui fauent pontificibus duobus

Clemens post multas datas acceptásque clades, in Gallias tandem cum sua curia profectus est, ubi apud Auinionem, ut hactenus pontificum moria erat, sedem constituens, uerus pontifex à Gallis omnibus ueneratus est. Et sedit annis quindecim.

Vinceslaus germanorum impera.


Inceslaus Caroli imperatoris prædicti filius, tertius & uigesimus Germanorū imperator, hoc anno patre defuncto, cum iam unà cū patre an. 8. imperasset, post patrē cōfirmatus, imperauit an. 22. quāuis imperii benedictionem à papa nunquam obtinuit. Vir certe patri in omnibus dissimilis, ignarus, uidelicet & fine prudētia. Qui totum tēpus uitæ suæ in extrema Germania in ocio & libidinibus consumpsit, propter quod & ab electoribus tandē procurāte Roberto Bauaro duce, imperio depositus est. Nā idē Robertus animaduertēs imperii dignitatē & hominis secordiā, zelo 6578 1379

cōmotus,& uiciorū inimicissimus illū deponi procurauit,unde & ipse no lēs suffectus est.

Catherina Italica ex Sena Hethruriæ urbe oriunda, prædicatorum tertii ordinis professa, uirgo sanctissima & innumerabiliū uirtutum mulier præclarissima,hoc anno ætatis suæ trigesimo,multis pietatis miraculis etiam spiritu prophetiæ admodum insignita,Ro: deuotionis causa existens,uitæ suæ finem fecit, atq; ibidem eius sanctissimum corpus in basilica dela Minerua sui ordinis,uidelicet prædicatorū, maxima cum populorum frequentia delatum cum celebri honore, deuotione, ac reuerentia sepelitur. Quam sanctissimam uirginem, postmodum Pius papa eius nominis secundus conterraneus suus, anno salutis nostræ.1460.calendis Maii,in sanctarū uirginum numero merito aggregauit.Quæ quantæ sanctitatis,quantæque uirtutis & meriti fuerit,idem pontifex memorabili relatu prosecutus est.

Carolus regio genere natus, uidelicet ex Carolo illo qui Mansredum Apuliæ regem superauit exortus,hoc anno ab Vrbano pont:contra Ioannam reginam in Italiam uocacatus, Romam cum.8.milibus equitum ad Vrbanum ponti.ex Hungaria uenit.Indignabatur autem Vrbanus papa reginæ, tum quia ipsa fauebat Clementi septimo Antipapæ, tum quia dicebatur adoptasse in filiū Andagauensem quondam regis Francorum filium, cognouerat Vrbanus quantus esset Carolus in re militari,cum olim in bello Taruisino pro Hungaris contra Venetos strenuē egisset. Veniens itaque in Italiam cum prædictis 8.milibus Hungaris militibus terruit Florentinos,& acceptis ab eis quadraginta milibus nummûm auri,pontifex mox Neapolim petiit,& mirabili uictoriæ cursu capta regina,& ducibus eius superatis regnum obtinuit, & reginam interfecit. Regnauitque in Neapoli quatuor annis. Anno deinde sequenti Ludouico Hungariæ sine liberis defuncto, cum etiam ipsius regni proceres,reginæ relictæ,gubernationem æquo animo non ferrent,Carolum hunc regem accersiuerunt. Qui magna populorum gratia coronatus, non multa post dum commentum celebraret, reginæ dolo anno domini.1385.interfectus est. Verum Vrbanus pontifex ur gauderet portione felicitatis regni capti, mox Neapolim cum curia accessit,& ab rege isto Carolo uictore expostulauit nepotem suū,Capuæ principem creari,quod cum uellet uiolenter obtinere,ab ipso rege prohibitus est. At pontifex sagaci industria obtinuit à rege,quòd propter æstatis caumata Nuceriæ habitare posset.Eoque loco præsidio firmato,papa regem citauit, ut ad eius priuationem audiendam ueniret. Rex autem,ut facilius responderet, contractis copiis Nuceriam circumsedit. At Raymundus comitis Noladi ex gente Vrsina filius ueniens, Vrbanum cum curia ad proximum mare perduxit,ubi Triremes Genuensium affuerunt,& dum pontificem uehebant,quinq; cardinales saccis inuolutos in mari demersit. Românq; reuersus, alios.29.cardinales creauit, pro maiori parte Neapolitanos.

Quinq; cardinales in saccis inuolutis demergūt

Nicolaus Guaschus secundus Genuensiū dux,hoc ipso anno Dominico Fregosio duci suffectus, ducauit annis nouem. Vir quidem prudentissimus atque magnanimus,pacisque amator & procurator,qui rempub.suā in magnis bellorū perturbationibus & discriminibus,tū cōtra Bernabonē uicecomitē & Caretinos, qui Naulū & Albigenā ciuitates occupauerāt,tum etiā cōtra Venetos offendisset,didicissetq; Petrū Auriā classis suæ præfectum in Clugiēsi bello fore interfectū,nec Maruphum Auriam eidem suffectū potentiæ Venetorū potuisse resistere, quin Clugiā cum magna suorū cæde redemissent. Postquam Venetos ipsos per ipsum Maruphum multis incōmodis perturbasset,& Tergestinos eisdē rebellare cogisset, ac Iustinopolim urbem ui captam incendisset, pariq; modo in Histria Polam destruxisset,Reip.suæ cauens inter ipsas utrasq; partes pacis tractatū quālibentissimè acceptauit.Qua confecta,& sub formula conclusa,etiam Albigaunum & Naulum ciuitates suas sibi à Caretinis ablatas, mox recepit, & cum eisdem similiter pacem confecit. Indéq; & classem in Græciā in subsidiū Caloioannis à Cantacusino imperio pulsi trāsmisit,& eū mox sua potētia in imperio restituit. Ipse autē quoad præfuit semper rēpub.pro uiribus in pace cōseruauit. Eóq; mortuo,sua Genuensis ciuitas propter Guelphorū & Gibellinorū diffidia,duces ex more non elegit,sed se in Francorū regis manus cōmendauit.

Ludouicus Andagauensis dux,& Caroli Francorum regis frater, Caroli que prædicti Neapolitani

consumptus est, relictis post se quatuor filiis, duobus legitimis, cæteris naturalibus, quibus & singulis regni portionem assignauit. Viginti itaque nouem ciuitates hic in Italiam possidebat, quarum nomina hæc sunt, Mediolanum, Papia, Monfregalis, Nouaria, Vercellæ, Alba, Aquis, Alexandria, Derdona, Bobium, Placentia, Parma, Rhegium, Bononia, Pisa, Sena, Massa, Grosethum, Clusium, Perusia, Assissum, Nuceria ciuitas, Beluna, Feltrum, Vincentia, Verona, Brixia, Bergomum, Comum, Cremona & Crema. Fuerat enim hic clarissimus princeps statura procerus eleganti aspectu, literis omnigenis edoctus, & celebri eloquentia clarus, ingenio calens, & agendis astutus & sagax, duas uxores duxit, Helisabetham Boemiæ regis, seu ut aliis placet, Sabaudianam filiam, ex qua Valentinam solam suscepit filiam, quam & Aurelianensi duci matrimonio copulauit, & in anno. 1389. in Galliam ad uirum transmisit, cui & pro dote Astensem urbem cum uniuerso eius agro & argenti laborati uncias mille & sexcentas, præter alia munera impreciabilia. Tanta etenim ornamenta & pompa in eius nuptiis fuere, ut equorum ephippia argentea, ac phaleræ margaritis ornarentur. Aliam uero habuit uxorem Chatetinam, uidelicet, consobrinam suam Bernabonis filiam, ex qua Ioan. Mariam & Philippum Mariam Anglorum postea duces, suscepit. Hic quippe cum ingentis animi atque potentiæ esset uir, postquam triginta annis sub titulo comitatus uirtutum imperasset, anno salutis nostre. 1395. mense Septembri Archiepiscopo Mediolanensi oratore misso, ducatus titulum à Vinceslao imperatore centum milibus florenis obtinuit. Et per manus ipsius Archiepiscopi oratoris, eodem mense, ingenti pompa ducatus biretum & alia insignia recepit, uixitque postmodum ea in dignitate annis septem. Tanta namque fuit huius animi magnitudo, ut etiam ad imperiū dignitatem aspiraret, hancobrem Venetis Feltrum & Ciuidalem oppida etiam condonauit. Et nisi tam cito morte præuentus fuisset, ad id certè peruenisset. Hic in Papiensi sua urbe, inter cætera castellum siue regiam domum, incredibili pulchritudine & impensa extruxit, in quo & bibliothecam condidit, in qua tantam librorum copiam contraxit, quantam alibi me unquam uidisse memini. Leporariūmque contiguum muris cinctum iuxta illud constituit, in quo monasterium superbissimum ordini Carthusiensium toto orbe certè celeberrimum construxit, & maximis prouentibus dotauit, ubi & dimidiam corporis sui partem tumulari ex testamento suo iussit. In eius autem funeris pompa interfuerunt, in primis omnes sui exercitus imperatores Vrbinensis & Mantuanensis principes, reliquique ordinum præfecti, sed & cunctæ ciuitates atque oppida eius ditioni supposita, legatos misere cum uexillis nigrisque insignibus, qui funus comitarentur. Elatum itaque fuit ex arce portæ Iouis, uidelicet Mediolani ad maius urbis templum, ibique ex eius decreto cadauer diuisum, cuius media pars in Papiensi Carthusia, aliáque in Viennam ad sanctum Antonium delata est. Eius igitur mors totius Lombardiæ excidium & ruina fuit, ut infra dicemus.

Ciuitates ducis enumerat. *Valentinæ filiæ ducis pompæ nuptiarum.* *Feltrū & Ciuidalē Venetis donauit* *Bibliotheca papiæ.*

6582 1383 Michaël Maurocenus. 3. & 60. Venetiarum dux, hoc anno indemortui Andreæ contareni ducis loco suffectus, ducauit men. 4. uir ingenio & animi magnitudine insignis, de quo tamen nil memoriæ dignum in suo magistratu habemus, cum eodem anno è peste assumptus fuerit. Eius autem corpus apud prædicatores in maiori capella sepultum fuit, in cuius sepulchro insigni & marmoreo hoc Epigrama insculptum uidi.

Inclyta uitales Michaël quē duxit in auras Cœpta ducis, uirtute potēs fuit ensis acutus,
Maurocena domus Venetorū quibus& ingēs Iustitiæ moriens patriæ per secula luctus.
Spes erat alta parens intercepit ardua fatum.

Antonius Venetus, quartus & sexagesimus Venetiarum dux, hoc eodē anno Michaële prædicto duce sublato, duodecimo die mensis Octobris absens communibus suffragiis, eidem suffectus annis. 18. Vir quidem consilio illustris, sed prudentia circunspectione illustrior, qui cum uniuersa fermè Europa & scismatibus & seditionibus periculosissimis plurimum fluctuaret, & ipse sua prudentia senatum populúmque Venetum quoaduixit, à quibuscunq; malis expertem effecit. Verū cum Ioannes Galeatius uicecomes Mediolanēsium dux Frācisco Gonzagæ Mātuano principi bellū indixisset, ipse ex fœdere Carolū

Malatestam in auxiliū misit, qui Galeatii exercitum apud Gouernolū oppidum Mantuanum turpissimē profligauit, reliquam autem ipsius rempu. maxima in pace semper conseruauit. Denique omni uita integer comprobatus posteaquam multa egregiē & magnificē ædificasset, ac Clugiam à Genuensibus destructam reædificasset, decimo octauo magistratus sui anno mense primo, plenus dierum & bonis operibus, dormiuit cum patribus suis. Sepultúsque ex mandato suo in Basilica prædicatorum.

Clugiā reædificat.

Caloiannes Constantinopolitanus imperator, Andronici Paleologi imperatoris filius, hoc anno ob maximas ipsius filii dissensiones, à Cantacusino Græculo nobiliore ex regia per arma pulsus, opere Francisci Gatellucii patricii Genuensis imperiū recuperat. Quamobrem in sede confirmatus eidē Francisco ingratitudinis signū Mitilenem insulam mox dono dedit, atque etiam alios thesauros plurimos condonauit. Fuerat nihilominus hic Caloiannes Genuensibus antea infensus, quod contendentibus inter se Genuensibus atque Venetis, iste Caloiannes Venetis fouit, & unà cum illis Peram Genuensium Coloniam oppugnare adiuit. Contra quem Andronicus eius filius (cum esset patri & Venetis inimicus) auxilio Turcorum & Bulgarorum pugnam obtinuit, ac urbem defensauit, quo patrem eo deduxit, quod in Genuensium partes statim transierit. Quam ob causam regi bene successit. 6583 1384

Frā. Gathelucius Genuen.

Mitilenæ itaque insula, quæ alio nomine Lesbos appellatur, de qua supra libro tertio dictum est, his temporibus in Francisci Gatelusii Genuensis manus deuenit, in cuius posteris postea per annos octoginta usque ad annum domini. 1464. feliciter perdurauit. Quo anno (ut supradictū est) Mahumetus Othomanus Turcorum princeps, post captam Constātiuopolim etiam uir cœpit, & maximo cum Christianorum dedecore & strage, in suam potestatem redegit. Hæc quippe ciuitas ab insula id nomen accepit, quæ omnibus bonis & diuitiis instructa habetur. Duos portus habet, quorum unus clausus erat quadraginta Triremium capax, dicta namque fuit Mitilenæ, à Mitilena Macharei filia, quæ tempore diluuii Deucalionis in eam prima aduenerat, quod quidem noui in tempus hoc usq; permanet, insula tamen Lesbos appellata fuit, quia in ea idem Machareus utilem ualde legem ædidit, quam Leonem, ab eius robore appellauit, Pelasgi Græci ab initio priores ipsam habitauere, cum adhuc staret Troia, postea Eoles successerunt, deinde Persarum imperium successit, postmodum Macedonum, denique Romanorum, cúmque Romana respub. in Græciam translata fuisset sub Græcorum imperatorum manus, usque ad tēpus istud fuit. Postremo in Gathelusiis, ac ultimo iam. 38. annis elapsis ad Turchos deuoluta est.

Lesbos

Portus duo Mithilena Filia Macharei.

Lex macharei.

Ladislaus Caroli prædicti regis filius, hoc anno patre in Hūgaria à regina ueneno sublato, eidem in Neapolitano regno succedens, regnauit annis. 29. Huuc mater puerulum inter multas difficultates educauerat. Qui cum adoleuisset Hungariæ regnum suscepit, sed cum ibidem res parum prospere succederent, expeditione non pauca suscepta, & Iadera de regno occupata, Venetis uendidit, & cum pecuniis ipsis in Italiam uenit, ubi per Albricum Cunii comitem, belli sui ducem, regnum Neapolitanum obtinuit, atque eo purgato paulòpost eius in manibus in intregrum redegit. Quibus gestis, cum ingentis magnanimitatis iuuenis esset, atque omnium regum prædecessorum potentia & rerum prosperitate, omnibus per circuitum formidabilior euasisset, & pontifici Ro. suspectus esse cœpit, qui cum Albricum Cunii comitem magnum comestabilem in Neapoli creasset & instituisset, non amplius per præfectos, sed per semetipsum exercitus ductare noluit, unde & post mortem Galeatii ducis Mediolani Perusini, & aliæ Latii ciuitates in suā potestatem deuenerunt, sed & uigesimo regni sui anno, per amicitiæ speciem Romam ingressus, Romanos in Bonifacium nonum pontificem ad arma concitauit. Quibus in contentionibus (ut Leonardus Aretinus scripsit) undecim ex primoribus patritiis per Ludouicum pontificis nepotem intercepti & occisi fueruut. Quamobrem perterrefactus pontifex, statim cum omni curialium turba Viterbium fugit, post hæc etiam Gregorio duodecimo pontificante, idem rex per pontificis absentiam Romā occupauit. Qua propter pontifex illum regni titulo priuauit, & Ludouico Ludouici Andagauensis filio regnum cōcessit. Verum Ioanne uigesimo tertio pontificante, ob ipsius Ioannis pontificis ducibus, profligatus fuit, quòd 6584 1385

In manibus cuius fuit.

Magnus comestabilis Albricus.

fuit, quod si(ut ipsa aiebat)hostis prudentia & uictoria uti sciuisset, totius regni potestatem habuisset, post hoc autem uaria fortuna inter pontificem & regem semper fuit, quia modo pacem modo bellum habuerunt, hac tamen de causa Corthonam urbem Florentinis uendidit, sed etiam dum Florentinos reliquásque ciuitates per uim sibi subdere statuisset, morbo in Perusia contracto, Neapolim profectus est, ubi meliusculus factus, postea ex ueneno, procuratione Florentinorum(ut aiunt)sublatus est. Cum persæpe & id à suis tentatum fuit. Abutebatur enim ut fertur, cuiusdã medici sui adolescentula pulcherrima, quam cum summe diligeret, persæpe ad eam uentilabat, qui cum genitor medicus cognouisset, Florentinorum oblationibus corruptus, regẽ cum filia hoc modo intoxicauit. Ipse enim medicus pater filiam ad se uocatam blandis allocutus est uerbis, placet inquit filia mi, quod me auum sobole regia facere studeas? Itaque ama illum, illique serui, ac cura summopere ut redameris, quamquam situ mihi obtẽperaueris, faciam ut te nil carius habeat, & hoc filia mi, te & omnes nos beabis, fuerunt itaque adolescentulæ summopere uerba hæc cara, illæque uenenum(quod medici neapellum uocant)puellæ in pãniculo tradidit, iussitque cum à rege foret comprimenda, uuluam eo medicamine leniret. Puella igitur paternis consiliis obtemperans, regémque eo medicamine mox interfecit, atque ita nec impudicam pater habuit filiam, neque multum passus est abire regem. Hoc ideo scribere hic uoluimus, ut hinc omnes luxuriosi principes, & quicũque alii uil esse totius continentia, nihilque periculosius quàm uetitus concubitus.

Corthonã Florentini emunt.

Puella se & regem impudicũ interimit.

Sigismundus qui postea imperator & Augustus fuit, natione Bohemus, origine uero Theutonicus, uir illustrissimus, hoc anno Ladislao prædicto ex Hũgaria pulso, ipsum Hũgariæ regnũ uocatus suscepit, & ad imperii usque susceptionem.25.annis in eo regnauit. Vir quidem prudentissimus atque magnanimus, cum quadam corporis maiestate atque splendore nimium decoratus. Bellator ardẽtissimus, licet in præliis persæpe extiterit infelix, Reique publicæ Christianæ acerrimus defensor, hic duodecimo regni sui anno maximo exercitu congregato, uidelicet Theutonicorum, Gallorum, Hungarorum, & Vandalorum, cum.25. milibus equitibus contra Turcos, qui ad summam ducentorum(ut aiunt) milium, tam equitum quàm peditum ascendebant, profectus est, ubi cum multa prælia aduersus eo infracto animo constituisset, tandem Christianis ex paucitate durior fortuna extitit, quod in ipsis præliis ad uiginti milia Christianorum interfecta fuere, ex Turcis autem sexaginta milia trucidata referuntur. Cum Bohemis persæpe conflixit, & semper eos acie profligauit. Vxores duæ huic fuere, prima Maria Ludouici ipsius Gentis regis unica filia ac hæres fuit, cum qua & regnum accepit, illiúsque causa duos & triginta regulos, qui eidem rebellauerant, gladio interfecit, ob quam rem & ipse postmodum (mortua uxore Regina) in uinculis coniectus & regno priuatus fuit. Verum postea dimissus, & Barbaram Hermani Ciciliæ comitis filiam ducens uxorem, comparato denuo exercitu, regnum rursus uendicauit, & ad imperii sui usque assumptionem in eo regnauit.

Iacobus Armeniaci comes, eo etiam anno à Florentinis mercede condicti, cum uiginti millibus equitibus in Italiam per Cynisii montem descendit, & mox in Alexãdrinum agrum deueniens, Castellatium oppidum cum maximo impetu cœpit, cœptúmque diripuit & euertit. Quo audito euestigio Iacobus Vermes, copiarum Galeatii ducis imperator eidem occurrit, sed uisa hominis potentia intra urbem Alexandrinam se continuit. Armeniacus autem suam uolens experiri potentiam in die scilicet Iacobi, octauo calendas Augusti, urbem acriter & diu oppugnauit. Denique lassus cum ad tentoria reuerteretur, à tergo ab ipso Iacobo Verme insecutus, cunctum ipsius exercitum dissipauit, & Armeniacum comitem uulneratum, cum innumerabilibus captiuis in urbem perduxit. Qui paulò post & uulnere & animi dolore uitam exhalauit. In eo autem conflictu tanta Gallorum fuit cædes, ut eorum numerus non referatur, sex tamen æquitum milia capta referuntur. Inter quos Raynaldus Lamfigliarius, & Ioannes Ricius Florentini equites fuerunt, qui eundem Iacobum comitem conducebant, eam obrem omnis Florentinorum contra Galeatium deperdita fuit spes.

Comes Armeniacus

Franciscus Carrarius iunior, senioris Francisci filius, qui superioribus annis ad Bauarium timore Galeatii ducis confugerat, hoc anno sollicitantibus Florentinis, & fauentibus Venetis, mutata ueste, Patauium secreto ingressus, urbem suis adiuuantibus, præter arcem, obtinuit. Ac paulopost adiuuante etiam Io. Haucuth Britannico, Florentinorum copiarum duce, arce obtenta, regnauit annis. 15. Non tamen magna sine trepidatione fuit, quoad Galeatius dux uixit. Sed eo è medio sublato, cuius arma plurimum extimuerat, in magnam spem suæ augendæ ditionis statim deuenit. Et eo maxime quia propter ipsius mortem omnia ad arma respiciebāt. Et propterea callide Gulielmum Scaligerum cum suis Brunoro & Antonio Veronam introduxerat, & urbem sibi subiicere fecit, quibus in regno confirmatis, paulòpost de medio per mortem abstulit, & urbe diu optata potius suo regno adiecit, munitáque firmissimo præsidio Verona, & Iacobo fratri seu filio consignata, etiam Brixiam occupare tentauit, sed à Iacobo Verme & Iacobo de cruce, ac Othobono de Tertiis, ducis Mediolani comilitonibus repulsus, ad alia eum respicere coëgerunt. Indéque re infecta recedens, in Vicentinos iam ditionis Venetæ exercitum duxit. Cui statim Michaël Venetorum dux, & eius senatus Tybicinem ex more mittētes, rogarunt ne Vicentinos uectigales & subditos suos bello attingat, alioquin senatum Venetum haberet inimicum, sed Franciscus probris & minis, binis uicibus Tybicinem reiiciens, in Vicentinos durius crudescere cœpit. Quamobrem indignati Veneti, cum Francisco Gonzaga fœdus percutientes, contractis undique copiis, ipsum Gonzagam omnium copiarum suarum generalem ducem, contra Carrarium mox constituerunt. Qui imperio suscepto, confestim repentino impetu, cum exercitu Veronam accedēs, ipsam (concedente Mediolanensium ducissa) tandem cœpit, & Iacobo Carrariensi capto, urbem Venetis subiecit, ac ipsum Iacobum uinctum, Venetias transmisit. Inde in Patauiū urbem omniq; quo poterat conatu ducens ipsam urbem omnibus rebus immunitam offendit, & interclusis undique commeatibus post aliquot menses, cum fame & peste grauissima oppressa esset, ac continuis oppugnationibus à Gonzaga quassaretur, tandem ignorante Carrario, per portam sanctæ Crucis sibi à ciuibus apertam, copias introduxit, & casu Carrarium reperiens, pacificis uerbis eum conuenerunt, & iureiurando promiserunt, ut Gonzago fratri Galeatio castro in fide credito retineret, donec ipse Carrarius ad Senatum pro misericordia impetranda commigraret, ut si quod uolebat impetrasset, ciuitas ei restitueretur. Sin autem, omnia cum benedictione sua forent. His compositionibus, Carrarius cum filio eius nomine Francisco ad senatum in ueste humili accessit, à quo nullam misericordiæ gratiam promeruit, imò & multis obiurgationibus multísque improperiis mulctatus euestigio in carcerem cum filio includi iubetur. Et paulòpost missis commissariis nomine senatus, urbs capta est, quæ res Gonzagæ propter iusiurandum admodum molesta fuit. Postmodum Carrarius cum filio strangulatus ignominiose sepultus est. Superfuerant nihilominus ipsius Francisci filii duo, Vbertinus uidelicet & Marsilius, qui ante urbis captiuitatem ad Hethruscos confugerant, ac sic anno dominí. 1406. quarto calendas Decembris Patauina regalis ciuitas in manus Venetorum hoc modo peuenit. Et duæ potentissimæ ac illustrissimæ familiæ, scilicet Scaligerorum & Carrariensium propter earum dissentiones & æmulationes suæ diuturnitates & potentiæ, uno quasi tempore finem acceperunt. Qui in Verona Patauióque clarissimis urbibus, per annos multos maxima cum imperii gloria sceptra tenuerunt. Harum autem illustrium familiarum præclara gesta & annales Petruspaulus Vergerius Iustinopolitanus philosophus, & orator disertissimus, earum fidelissimus alumnus, multis libris compræhendit & descripsit.

Scaligeros iuuenes interfecit.

Carrarius cū filio in carcerē recluditur & mox occiditur.

Carrariēsium dominorum finis.

Templum maius toto orbe celeberrimum, hoc anno iussu & adhortationibus Ioannis Galeatii ducis, in honorem beatæ Mariæ uirginis incredibili ac indicibili prope tum impensa, túmque artis elegantia solido marmore instaurari cœptum est, quod inter Christianorum templa principatum tenere uidetur, quod nostra ætate mirum in modum incrementum suscepit. 6587 1388



6589 1390 Onifacius papa, huius nominis nonus, natione Neapolitanus, Petrus Tomaccl lus antea uocatus, Vrbano pontifice hoc ãno surrogatus, sedit annis.14. & mẽ. 9. Hunc dum pontificatus munus suscepit, triginta quatuor ætatis annorum fuisse tradunt, sed iuuentutem suam omnibus in rebus, totóque pontificatu suo cum senectute permutasse uisus est. Et si scientiæ minus peritus esset, bonæ tamen conditionis, magnæque prudẽtiæ, maximi tum animi, túmque cõsilii pontifex fuit. Primus enim uim oẽm populi Romani in põtificem trãstulit, creatis suo nutu magistratibus, & munitis urbis fortilitiis, inde decimo suis põtificatu anno, ex Assisio (ubi multis annis cõmoratus fuerat) Romã ingressus, Iubileũ celebrauit. Ac post cupidus augendæ ecclesiasticæ dignitatis, primus Ecclesiasticis beneficiis Anatharum usum imposuit, hac scilicet conditione, ut qui beneficium consequeretur, dimidii anni prouentus apostolicæ cameræ persolueret, Ladislaum præterea adolescentẽ, in paterno regno collocauit, & per cardinalẽ Florentinũ, apud Caietã coronari fecit. Quo in regno cõfirmato, plurima ædificia in Hadriani mole & in Capitolio, necnõ & in Vaticano palacio fieri fecit. Brigidã etiã Suetiæ principẽ uirginem clarissimã, sanctarum cathalogo ascripsit, quæ suo tẽpore ad dominũ migrauerat. Studium generale Ferrariæ ditionis suæ ciuitati, rogatu Alberti Estẽsis marchionis cõcessit. Verũ hic propter rerũ perturbationes, multásq; animi afflictiones, & quidẽ graues pertulit, unde etiam laterũ dolore persæpe afflictus, tandem uitã cum morte mutauit. Cuius corpus apud sanctũ Petrum in sepulchro marmoreo sepultũ fuit. Hic certe ad summã gloriam nil defuit, nisi quod nimiũ cognatis & affinibus suis in dandis beneficiis per phas & nephas atque in desertis indulgentiis assentiens, magnæ infamiæ nota sibi conquisiuit.

Bonifacius pa pa.212

Anatharum primus usus.

Studiũ generale Ferrariæ conceditur.

6590 1391 Antonius Adurnus, patricius Genuensis, tertius Genuẽsium Dux, hoc anno Nicolao duci cõmunibus suffragiis suffectus, ducauit annis.10. Vir magnæ prudẽtiæ maximæque memoriæ & authoritatis princeps. Qui Rẽpu. suam quoad potuit, summa cum iusticia & pace, ac cõciuiũ suorũ concordia, semper gubernauit. Et non modo inter suos pacem seruauit, sed etiam inter Galeatium uicecomitem ducẽ, & Florẽtinum populum (ab eodem Galeatio durissime pressum) summa cum prudentia pacem componere procurauit.

Aymo Sabaudiensium comes, uir omnium uirtutum genere illustratus, hoc eodẽ anno, post innumeras uirtutes à se gestas, apud Pinarolum Pedemõtium oppidũ suum diem obiit. Amideo unico filio post se relicto, ex Violante uxore sua, Theodori Montisferrati marchionis filia, suscepto hærede. Qui Aymo uir certe præclarissimus, cum apud omnes Italiæ potẽtatus maximo haberetur in precio, lites permaximas multis in locis, multa dexteritate extinxit & composuit, & pacem (prout decet Christianũ principem) cum omnibus composuit, & quammaxime inter Genuenses & Venetos. Ludouicúmque Hungariæ regem, & Aquilegiẽsem patriarcham, ac Franciscum Carrarium, necnon & Bernabonem uicecomitẽ, ac etiam Caretinos & Genuẽses dignissime atq; laudabiliter composuit. Propter quod & ingẽtem laudem reuerentiámq;, atque beniuolentiã ab omnibus cõsecutus est, quod utiq; in eius exequiis monstratũ est, Quia omnes potẽtatus, omnísq; ciuitas & oppida oratores ad ipsas honorãdas misere. Inter quos Io. Galeatius Mediolani dux Ioãnem Suardũ ciuem Bergomẽsem equitem auratum, suo nomine honorificẽtissime destinauit, quẽ ob uirtutum suarum plurimarum præcipuum sibi consiliarium suum effecerat.

Stephanus Bauariæ dux, ad quem Frãciscus Carrarius iunior (capto patre) confugerat, hoc eodem anno è Germania à Florentinis contra Ioannem Galeatium uicecomitem ducem uocatus, magno cum exercitu in Italiam ueniens, primo aduentu cum eodem Francisco Patauium clanculum ingreditur, & urbem à Galeatio occupatam, in fidem Francisci præter arcem redegit, quam cum oppugnare cœpisset, à Florẽtinis mercede fraudatus, ab incepta oppugnatiõe destitit. Et indignatus, cum nil memorabile facere potuisset, re infecta, inglorius in Germaniam & regnum suum rediit. Huic Stephano duci Robertus qui postea Augustinus extitit filius fuit.

Patauina urbs recuperatur.

Apianensium apud Plumbinum principatus principium.

6591 1392 Iacobus Apianensis, publicus Pisanorum scriba, qui per multos annos, quæque secretissima, quæ in ea urbe agebantur tractauerat, hoc anno Petrum Gambacurtam, ciuitatis

Apianẽsium princi-

ciuitatis primarium seu principem, per insidias cum filiis intercipiens, Pisanæ urbis dominium sibi desumpsit, & quatuor annis in ea regnauit. Quo mortuo, cum Gerardus eius filius, qui in principatu patri successerat, urbem in potestatem sibi retinere non posset, post tertium sui principatus annum, ipsam Galeatio uicecomiti Mediolanẽsium duci uendidit, & cum pecuniis in Plumbinum suæ ditionis insigne oppidum & insulam se transtulit. Et sibi successoribúsque suis usque in præsentem annum, qui est millesimus quingentẽsimus primus à natali Christiano annus, illud (licet cum magna multorum regum ac principum æmulatione) retinuerunt, & illud maximis ædificiis, aliisque fortilitiis fortissimis illustrarunt. Verum hoc Alexander papa eius nominis sextus, per Valentinũ Borgiam ducem filium suum, expulsis Apianensibus, illud sibi uendicauit.

Iacobus autatus eques splendidissimus, ex uetusta insignique Suardorum Bergomensium familia natus, hoc anno, cum Ioannes Galeatius uicecomes Mediolanẽsium dux, Senam nobilem Hethruriæ urbem suo imperio subdidisset, mox eidem urbi intercedentibus Senensibus ciuibus, senator destinatur. Quam quidem administrationem tanta cum prudentia, tantáque cum comitate, humanitate, dexteritate, atque iustitia, omnium iudicio, per multos annos gessit & exercuit, ut eo tandem recedente illum Senenses ipsi omnes, tanquam omnium parentem & patronum, non sine lachrymis suum pati potuerunt discessum. Erat igitur apud ipsum Galeatium ducem, propter uitæ integritatem atque innocentiam & prudẽtiam, summo habitus in precio & honore, adeò ut nil ageretur sine eius consilio & authoritate. 6592 1393

Gasparinus Forestus proauus meus, uir domi nobilis & animi uirtute admodum integer, ac uiribus admodum fortis, hoc eodem anno quarto nonas Ianuarii, hora scilicet secunda noctis, è Sebino lacu domum rediens, unà cum marchione eius filio, & nonnullis aliis suæ domus de forestis nobilibus, haud procul à suæ habitationis domo, æmulatione quadam infensus, cum inermis pœnitus esset, per insidias interceptus, obtrũcatus est, cuius anima obsecro, ut in pace requiescat.

Benedictus Papa.213.



Enedictus adulterinus papa, eius nominis tertiusdecimus, hoc anno Clementi pontifici apud Auinionem in scismate suffectus, sedit annis.21. uidelicet usque ad cõcilium Constantiæ, qui Petrus Luna antea uocatus fuit, de quo infra, cum de Constantiæ concilio tractabimus multo opportunius dicetur. 6593 1394

Nicolaus Estensis, eius nominis tertius, admodũ puerulus, hoc anno Alberto patre calendis Augusti defuncto, in Ferrariæ dominio (Bonifacio papa consentiente) sub tutoribus succedẽs, regnauit annis.47. Quẽ cum Accius & ipse Estensi familia natus, iampridem à patre patria pulsus, tanquam spuriũ & illegitimũ deturbare statuisset, ut in paternũ regnum ipse rediret, Tutores (ut docet) sumptis armis, auxilio Venetorum & Bononiensium ac Florentinorum, multorúmque aliorum, ipsum Accium patria summouerũt, & tandem captum in Cretam relegauerunt. Hic itaque puerilibus annis exactis, adeò in omnibus insignis & inclytus euasit, ut ei ad summã gloriam, nihil præter literarũ ornamẽta defuerit. Vrbẽ enim imprimis paulò ante casu cõflagratã, dignissime restituit, & infinitis propemodum ædificiis illustriorẽ reddidit. Othum tertium Parmæ tyrãnum crudelissimum hominem sibi infensissimum, per Sfortiã Cotignolam apud Ruberam oppidũ suũ, sagacissime obtrũcare fecit, & Mutinã urbem suã, à cõtinuis eius direptionibus, uastationibúsque & incẽdiis liberauit. Rhegiúmque Lepidi & Parmani ciuitates, ab eodẽ tyrãno possessas, suo adiecit regno. Indéque regnũ suum multis ditionibus & oppidis auxit, Ziliolã filiã Frãcisci iunioris Carrariẽsis, uxorẽ duxit, in cuius adulteriũ & in ea & in filio dilectissimo quẽ uendicare creatus fuit, admodũ infortunatus extitit, atque etiam ob affinitatẽ uxoris pro tutela soceri sui, à senatu Veneto durissimum pertulit bellum. Et etiam dẽmum pace confecta restituere Rodigium oppidum captum, cum eius Pollicino opus fuit. Tantæ enim magnanimitatis fuit, ut quadragesimo regni sui anno, concilium generale Christianorum, ab Eugenio pontifice inductum, splendidissime suscipere uoluerit. In quo quidẽ Ioannes Paleologus Constantinopolitanus imperator, & ipsius patriarcha cum innumerabilibus, tam Græcis, quàm Latinis affuere, propter quod in immensum urbem suam & ædificiis, aliisque

Accius Estẽsis in Cretã relegatur.

Othus tertius tyrãnus occiditur.

aliisque ornamentis, tam extra quàm intus, mirifice auxit, ædificata autem inter cætera in Stellata uico arcem munitissimã, & ex opposito Ficarolũ aliam celebriorem, quã superioribus annis Veneti per quinquaginta continuos dies quassauerũt, & ad terram deiecerũt, ibi itaq; cathenam ex utriusque arce trahi uoluit. Innumerabiles præterea alios domos & quidẽ superbissimas in Ferrariensi agro extruxit, sed quæ apud Belreguardũ in uico Era ædificauit, omnibus Romanis ædificiis æquari possunt. Huius autem inclyti principis potissima uirtus fuit, pacem inter discordantes cõponere, pluries enim tumultus exortos suppressit, & incensas odiorũ faces extinxit. De quibus unũ hic ad lectoris uoluptatẽ silentio præterire haud ualeo, cum sit illustri memoria dignum. Quippe cum duo uiri ex Hispaniæ regionibus nobilissimi, & fortunis ac equestris dignitatis præclarissimi, crudelissimis odiis diu succensi, Ferrariã per multa uiarum spacia se tãdem contulissent, de uita certaturi, ab isto principe nobilissimo locum pugnæ petiere. Quorũ studiis in primis libẽtissime annuere uidere uisus est. Deniq; quoq; quo id fieri deberet eis cõstituit. Qui alacri animo, utpote, ira & libidine uindicandi, & uindicta inflãmati, ad duellũ sese ultro accingunt. At princeps tanquam parens sapientissimus & fidei ac timoris dei non immemor, qui sub ficta impietate optimam occultabat pietatẽ, cum die dicto in equis armati ambo præliaturi in forum conuenissent (quo quidem ad crudele spectaculum frequens undique cõuenerat multitudo) tãquam æquissimus arbiter & iudex, in alto loco se cõstituit. Cum uero iam ad pugnam necemq; mox inceptum immane duellum ita retraxit ac sedauit, ut non modo eos inuicem conciliauerit, uerum etiam à mortali odio ad totius uitæ communicationẽ atque synceram societatem reduxerit, sed & amicitiam ac necessitudinem quandã incredibilem. Qua ex re quisque animaduertere potest, hominis prudentiam atque pietatem, cum maximo sui preconio. Multos enim præclarissimos princeps ex pellicibus genuit filios. Inter quos fuere in primis Leonellus & Borsius, sibi in regno successores. Antiquitate denique confectus, post primam adulteram uxorem Ziliolam, aliam ex marchionibus Salutiarum Rizardam nomine duxit uxorem, ex qua etiam liberos suscepit Herculem uidelicet nunc Ferrariæ ducem, & Sigismundum adhuc superstitem, uirtute omni liberalitate & urbanitate præstantem. Tãdem bonis omnibus ornatus, quinquagesimosexto uitæ suæ anno, apud Mediolanum deficiens, Ferrariámque delatus, apud minores in sepulchro maiorum suorum sepultus est.

Rhodigii Venetis restituitur.

Stellata ficarolum.

Pulcherrimũ pacis facinus.

6597. 1398 Pax iterum inter Venetos, Florentinos, Carrarienses, Estenses, & Gõzagas ex una parte & ex altera ducem Mediolanensium Ioannem Galeatium, hoc anno à Bonifacio pontifice maximo, & Michaële Sten, Petróque Cornario Patritiis Venetis, procurata, in ciuitate Papiæ pridie cal. Iulii confecta est.

Viri bello excellentes.

Ioannes Haucuth illustris Britannicus eques Florentinarum copiarum fortissimus imperator & dux. Quo homine Florẽtini quammaxime in rebus bellicis longo tempore usi fuerant, hoc anno post longam militiam & magnam rei militaris experientiam atque gloriam, & triumphos multos, apud Florentiam diem obiit.

Iacobus Vermes, patria Veronensis, nobilissimus ciuis & bello insignissimus, hisdẽ temporibus in precio magno extitit. Qui cum Ioannis Galeatii Mediolani ducis, rem ab imminentibus periculis multis & fortitudine & consilio, pluribus annis tutatus fuisset, & Armeniacum comitem fortissimum prædictum apud Alexandriã urbem, cum maximo exercitu aduersus ipsum Mediolani ducem uenientem profligasset, & ipsum Armeniacũ cum innumerabilibus suis militibus captiuasset, ac Ioannem Haucuth prædictum persæpe in fugam dedisset, ad remunerationis signum ab ipso inclyto ac magnanimo duce Galeatio, Bobio urbe ac Vogera oppido, in Derdonensi agro constituto, donatus est, & multis præconiis ac priuilegiis insignissimis euectus est. Hic itaq; patrem Luchinum Vermem, insignissimum rei militaris imperatorem habuit. Qui inter cætera sua præclara facinora Cretam insulam superioribus suis dominis Venetis rebellem, sua uirtute recuperauit, ac ipsis Venetis in integrum pacatam restituit, ac deinde in Turcos missus, cõtra ipsos hostes uiriliter egit, contra quos etiam in prælio cecidit.

Armeniacus occiditur.

Bobiũ urbs & uogera oppidũ

cretam recipit.

Viri disciplinis excellentes.

Chrisolora Græcus. Hemanuêl Chrisolora, natione Græcus, patria Bizantius, uir domi nobilis, sed omni doctrina & uirtute nobilior atque præclarior, hisdem temporibus Constantinopolitana urbe à Turcis durissime uexata & obsessa, & ex ea profugiens Venetias uenit, & tanquã eruditissimus doctor literas græcas ibidẽ docere cœpit. Quæ quidem græcana lingua iam septingentis annis apud nostros contiguerat. Et hinc græcæ latinæque literæ quasi semimortuæ, per istum nobis reuiuiscere cœperunt. Hic itaque cum in Italiam peruenisset, primo apud Venetos multos adolescentes Græcas docuit literas. Indéque à Florentinis publico salario uocatus, plurimos ibidem habuit discipulos, iam ab Ioanne Rauennate uiro doctissimo in literis latinis edoctos. Inter quos fuere Leonardus Aretinus, Paulus Sfortia, Robertus Ruffus, Petrusspaulus Vergerius, Omnebonus Vincentinus, Guarinus Veronensis, Carolus Aretinus, Ambrosius monachus Camaldulensis, Pogius Florentinus, Franciscus Barbarus Venetus, Philelphus Tholentinas, & Iacobus angeli Florentinus, qui iam ætate prouectus ardore adiscendi ipse author fuit, ut Florentiæ conduceretur. Indéque curiam Romanam cum secutus fuisset, & apud Constantiam, ubi generale conciliũ celebrabatur, accessit. Et prædicti discipuli omnes dulcedine uerborum suorum allecti, eum sequi uoluerũt. Hic autem & si omni sciẽtia edoctus esset, aliquid tamen quod sciamus scripto mandauit. Constantiæ tandem deficiẽs, à Pogio Florentino discipulo suo mellisflua oratione honestatus est.

Literæ Græcæ in Italiam uenerunt.

Nicolaus de gorran. Nicolaus de Gorran, ordinis prædicatorũ, theologus ac aliarum scripturarum, tam humanarum, quàm diuinarum apprimè eruditus, hac tempestate quum admodum esset studiosus & ingenio præstans, ædidit scholastico & aperto sermone plurima uolumina.

Nico. Florẽtinus medicus. Nicolaus eximii nominis medicus Florentinus, per hæc tempora existens, inter cætera suæ eruditionis documenta, in omni medicina grande ipsius composuit, quod ex ueteribus & doctis medicis accurata lucubratione excerpsit. Denique Florentiæ post multas curationes anno domini.1412.diem obiit, cum magno sui nominis præconio.

Baldus Perusinus iuris consultus. Baldus Perusinus, ex nobilissima Vbaldorum familia natus, præcellentissimus legũ consultus, ex præclarissimo Petro Vbaldo, artium & medicinæ doctore filius, Bartoliq; Saxoferratensis discipulus, & ipse unà cum Angelo & Petro germanis, hæc tempora aurea & clarissima reddidit. Qui cum post doctorem & magistrum suum, in iuribus ciuili & pontificio ubique obtineret principatum, infinita prope ædidit excellentissima librorum uolumina. In primis super toto iuris ciuilis corpore, egregie & præ omnibus commẽtatus est. Item super primo & secundo Decretalium, ac super feudis & super institutis. Additiones præterea ad Speculum composuit, insuper & multa uolumina consiliorum post se scripta reliquit. Tandem ob doctrinæ præstantiam, à Philippo Mediolanẽsium duce, publico salario Papiæ uocatus, anno domini.1423.men. Aprili ibidem deficiens apud minores sepelitur. Huic autem Baldo uiro utiq; præclarissimo natus fuit Zenobius eques auratus & legum doctor, & Franciscus iuris utriusque similiter doctor.

Bartholomeus de Saliceto. Bartholomeus de Saliceto iurium consultissimus, per hoc tempus floruit, & in legibus plurimos commentarios celebres composuit. Is igitur cum apud Albertũ Estensem Ferrariæ marchionem multo in precio foret, cum ipso egit, ut à Bonifacio pontifice priuilegium conuocandi studium, ea in urbe sua Ferraria obtineret.

Dealbatorum religionis principium.

Dealbatorũ religionis princi. Mirabilis populorum motus hoc anno in tota Italia factus est. Nam omnis ferè multitudo, in Cisalpina Gallia uno motu, uestes albas & lineas ad pedes usque protensas, cum caputiis ad instar religiosarum capparum, quibus facies uelabant, induit. Qua quidẽ commotione, & nobiles primoresque fœminæ, simul & uiri, & principes, episcopi, clericique, ac religiosi cuiuscunque ordinis, ducti incredibili deuotionis ardore, in simili habitu incedere tentauerũt. Horũ siquidẽ dealbarorũ longa agmina ad uicinas urbes cõmeabant & processionaliter bini & bini pergẽtes, pacẽ & misericordiam supplici clamore sæpe & sæpius clamabãt, laudésq; & hymnos cantabãt. Et quãmaxime Sequẽtiam illã à beato Gregorio æditam, Stabat mater dolorosa iuxta crucẽ lachrymosa, dum pẽdebat filius. Nemo per id tempus

tempus dolò quempiam fallere tentabat, nemo aduenarum oppressus fuit. Tacitæ quædam induciæ fuere inter hostes. Durauitq; is motus menses ferè tres, unde autem initiũ habuerit, incertum habetur, primi tamen in Italia Lucenses fuere uiri, & mulieres huiusmodi uestibus albis induti, numero circa tria milia, qui statim Florentiam adierunt, nobiles & ignobiles uiri præcedebant, postea subsequebantur mulieres uelatis faciebus. Ad Lucẽses tamen prius uenerant Genuenses. Ad Genuenses uero Galli profecti sunt. Indéq; ex Hethruria in Vmbriam, ex Vmbria in Sabinos & Picenses & Marsos, ac cæteras subinde gentes progressa. Huius autem religionis author quidam sacerdos fuit, qui tantam modestiam in uultu ac uerbis proferebat, ut ab omnibus sanctus haberetur. Ipsum tamen Bonifacius pontifex apud Vitetbium urbem tandem comprahendere fecit, & tanquam superstitiosum ad se perductum, igni exuri fecit. Horum autem crucifixi imaginem, quam ante se deferri faciebant, adhuc Lucenses cum maxima ueneratione conseruant, & eidem quotidie uota & imagines offerunt. Lucenses primi huiusmodi rei fuere.

6599 1400 Ioannes Bentiuolus, patria Bononiẽsis, magnus quidem uir, hoc anno Carolo de Zambechariis iuris utriusque doctore defuncto, qui uidelicet rempub. in Bononia pro libito disponebat, ab exilio cum reliquis sibi adhærẽtibus reuocatus, intra urbem ipsam receptus est. Et aduersariis inde expulsis, mutatis primo in urbe Ancianis & reliquis officialibus, paulòpost auxilio Nicolai Estensis ac Francisci Carrariensis Patauinæ urbis domini, Bononiæ urbis dominium omnino occupauit, & ita duobus annis in ea regnauit. Verũ cum multas cædes quotidie in aduersariis, atque tyrannides exerceret, tandem & ipse miserabiliter (perdita urbe) obtruncatus est. Aduersarii etenim auxilio inuocato, scilicet ducis Mediolani, urbem eidem duci tradiderunt, & Ioannem istum e uestigio in frusta concidentes, eius corpus dilaceratum, ad sanctum Iacobum ordinis eremitarum in dolio deferentes, ibidem sepulturæ mandarunt. Hic in frustra cõcisus in dolio sepulturæ traditur.

Bernardinus & Ostasius germani, ex illustri excelsáque Polentanorũ familia nati, hoc anno Rauennatis urbis principatum suscipientes, regnarunt insimul annis. 23. Hi namque unà cum eorum matre, uidentes Guidonem ipsorum parentem ignauum atque socordem hominem, & nullius pœnitus ingenii decoratum, illum captiuauerunt, & in honesto carcere incluserunt, atque urbis dominatum æquanimiter sibi desumpserunt. Sed uno post modum sublato, alter solus & ipse natura ignauus, per aliquot annos regnauit. Verũ cum & ipse ignauo quodam animi torpere elanguesceret, ciues Rauennates illo spreto, urbem Venetis tradiderunt, & in Cretam perpetuò exilio damnauerunt, ut infra sequenti libro in anno salutis nostræ. 1441. latius dicemus.

6599 1400 Iubilei annus, hoc anno Romæ iussu Bonifacii pontificis indicitur & celebratur, quo fere innumera hominum multitudo conuenit. Et eo anno ob ipsius Iubilei, ac Dealbatorum maximam frequentiam, tanta pestilentiæ lues ubique fuit, ut apud Florentiam solum ad. 30. hominum milia absoluta fuisse tradatur.

Paulus Guinisius nobilissimus Lucensiũ ciuis, hoc ipso Galeatio uicecomite duce concedente & permittente, urbis suæ dominatum (suo malo) sibi uendicauit, in qua &. 30. annis pro arbitrio regnauit. Vir quidem cupidus & conciuium suorum pessimus tyrannus. Qui toto regni sui tempore, per phas & nephas ingẽtem pecuniæ uim coaceruare & cumulare studuit. Et cum per id tempus celeberrimas ædes, ac superbissima ædificasset palacis, & filios multos procreasset, tam ipse quàm filii adolescentes in magno status fastigio atque pompa, uitam degebant infamem. Cũmq; sic sibi filiisque suis beate ac feliciter esse uideretur, fortuna de repente mutata, multis fati sui exemplar fuit. Vt omnes discãt nil in rebus humanis ferè solidum nihilque firmũ, aut certe perpetuum: à Florentinis & suorum fraude tandem (cum ecclesiam primariam suæ urbis spoliasset) iusto dei iudicio statim captus, & à patria uiolenter unà cũ filiis abductus, diuitias diu eo modo cumulatus unà cum uita amisit. Nam ad Philippum Mediolanensium ducem perducti, omnes carceri perpetuo mancipati sunt: eo quippe anno quo mortui sunt magna solis fuit defectio. Optimũ documentum.

Carolus Malatesta Galeoti filius, urbis Ariminẽsis princeps & dominus, pontificisque Ro. ea urbe uicarius, hoc eodẽ anno post patrẽ unà cum Pandulpho Germano succedẽs,

regnauit annis septem, princeps siquidē doctissimus & eloquentissimus, ac maiestate quadam corporis eximia illustratus, necnon & uiribus fortissimus, quem certe pro dignitate Marco Catoni Ro. assimilare merito possumus, eo quod nil ad laudis excellentiam in eo deesse uidebatur. Erat quippe in primis robustissimo pulcherrimóque corpore & consilio maximo, ac uniuersa animi magnitudine insignitus. Egregiá deinde liberalitate & studiorum literarúmque peritissimus, necnon & uirorum doctorum familiarissimus. E quibus Leonardus Aretinus philosophus & orator præcipuus, cuius cum sint facinora eius in bello plurima strenuè gesta, Hoc unum præcipuum memoratu dignissimum puto, quòd cum Galeatius Mediolanensium dux toti Italiæ formidabilis esset, eius sororiū Fracifcum Gonzagam, terra aquáque cum quadraginta equitum milibus, graui obsidione in sua Mantuana urbe obsideret, ipse cum duodecim tantum milibus apud Gouernulum rusculum, omnem eam multitudinem strenuissimè uicit & profligauit. Et urbem illam Mantuanam, atque sororium suum trepidantem, ab ipsius manibus liberauit. Eius autem uirtus & consilii magnitudo ab ipso Mediolanensium duce cognita, moriens, tutorem filii sui, ac regni sui gubernatorem & defensorem ex testamento suo istum cōstituit & designauit. Ad ipsum quoque Gregorius duodecimus pontifex, dum ad Constantiæ concilium ire cogeretur, tanquam ad præsidium tutissimum confugit, à quo & perbenignè splendidéque exceptus est. Et cum idem pontifex ad concilium uocatus, non satis sibi cōfideret, hunc tanquam uirum insignem prudentissimúmque loco ipsius transmisit. Et eiusdē Gregorii, imò Ioannis.23. pontificis dignitatem concilio resignauit. Hic itaque inclytus princeps, tādem moriens, magno de se relicto desiderio, Pandulphum fratrem habuit successorē, sepultúsque sua in Ariminensi ciuitate in sepulchris patrum suorum.

Magnā hominis uictoriā.

Michaël Sten, sexagesimussextus Venetiarū dux, hoc anno Antonio Venero duce defuncto, omnium suffragiis eius loco suffectus, ducauit annis.13. Vir quidem sapiētia & cum magnitudine celeberrimus. Qui & rempub. Venetam præ cæteris Venetis ducibus, auxit. Et ingentia facinora per se strenuè gessit. Vnde & primum Vincētiam urbem, sponte tum sua, sese dedentibus ciuibus, hortatu in primis Mediolanensium ducissæ, & Petri Verniani ipsius ducissæ imperatoris, quæ eam à Carrario tueri non poterat, in protectionē accepit, & susceptam ab eadem ducissa, sibi & senatui confirmari per publica instructa tādem procurauit. Deinde dum Carrarius Pataui dominus, ipsam urbem multis uexationibus & excursionibus atque iniuriis plurimum lacesseret, bellum implacabile cōtra eum audacter suscepit, & cum ingēti gloria haud multò post perfecit, pro quo Veronam atque Patauium celeberrimas regiásque urbes de manibus eiusdem hostis accepit, & suo regno adiecit, & ipsum Carrarium & filios comprehensum, cum filio extinxit. Quibus interfectis etiam Feltrum & Ciuidalem Foroliui ciuitates ex uoluntate & concessione præfatæ ducissæ suscepit. Quibus & aliis plurimis strenuè gestis, tandem senio hic confectus moritur, & in diuæ Mariæ basilica sepelitur.

Vincentiam.

Veronā Patauiū Feltrū.

Robertus Bauariæ dux.

ROBERTUS Bauariæ dux, Rhenique comes Palatinus, hoc anno Vinceslao prædicto imperatore (propter eius ignauiam & socordiam) imperii dignitate priuato, quartus & uigesimus Germanorum Augustus delectus, imperauit annis nouem, non sanè Christianus iusticiæque cultor. Quasobrem & à Bonifacio pontif. quam libentissime imperii corona donatus. Hunc namque Florētini, propter ipsius animi ferocitatem & magnanimitatem, contra Galeatium Mediolanensium ducem, ultima quasi desperatione ducti, auxiliatorem sibi in Italia uocarunt. Hac tamen conditione, ut non prius promissam acciperet pecuniam, quàm Galeatii ducatum attingeret, quòd & factum est. Brixianum itaque agrum cum exercitu ingressus, partem pecuniarum à Florentinis accipiens, cū Galeatio pugnare cœpit, sed ab ipso statim superatus & profligatus, imò prorsus dissipatus, Tridentum cum paucis fugit, quamobrem rem Florentinam in magno discrimine reliquit. Instaurato deinde exercitu, Patauiū cum ipso exercitu ueniēs, à Francisco Carrario comiter exceptus fuit. Exhinc Venetias accedens, à Venetis honorificentissimè susceptus, cladem susceptam lamētabiliter exposuit. At Veneti eo audito, multis pollicitationibus & domos donatum abire eum promiserunt.

Profligatur.

Ioannes Maria uicecomes, secundus Mediolanensium dux Io. Galeatii ducis ex Catherina uxore genitus, hoc anno patre morte sublato, quatuordecim annorũ adolescens existens, unà cum matre in paternum regnum succedens, regnauit annis decem. Hic autem adeò immanis & ferus, ut etiam in ipso suo principatus principio, etiam plurimos sine causa occidi fecerit, plærósque canibus lacerandos obiecerit. Et primus fuit qui tam præclaram, támque ingenuam familiam se flagitiis & infami uita inquinauerit. Qui cum aliquando à genitrice repræhenderetur, & diceret cur quasi de lumbis à maioribus degenerasset, Respondisse dicitur: Non esse familiam celebrem, nisi quæ uiros omnifariam protulisset. Ipse enim ut uno concludam uerbo, in omni rerũ genere culpa bis extitit, & in nullo laudem aliquam promeruit, & tanquam Nero, cum matrem cordatam mulierem in carceribus apud Modoẽtiam oppidum suum inclusisset, & ibidem illam interire fecisset, paulò post & ipse in iusto Dei iudicio, dum sacris interesset, à suis cubiculariis turpiter concisus, & innumeris plagis confossus, uitam statim exalauit. Eo quippe regnante, infinita propè mala suo in regno suborta sunt, quum eo in regno nemo esset, qui imperio aut authoritate hominum uicia compesceret. Nam mortuo patre, statim Guelphorũ & Gibellinorum perniciosissimæ factiones excitari cœptæ sunt, quæ ducentis iam annis per uniuersam Italiam debacchatæ fuerãt, & omnes ciuitates ita ad arma concitauerant, ut fermè ad internicionem usque ubique decertatum fuerit, & Galeatio defuncto, Mediolanensis populus intestino factionũ odio arma sumpsit, quæ cum Ioannellus Cassiatus, ciuis nobilis Mediolanẽsis, uir benigni ingenii mitigare uellet, statim populari tumultu interfectus est. His auditis, ciuitates Mediolanensi imperio subditæ, rebellarunt. Nam Pãdulphus Malatesta, Brixiam occupauit, Vgolinus Caualcabos, oppressis Gibellinis, Cremonæ imperium accepit, Suardi Bergomum, Rusconi Comum, Laudum Vignatenses, Vercellas Alexandriam, cum multis ipsius regionis oppidis, Facinus Canis copiarum ipsius dux. Gulielmus autem Scaliger & Carolus uicecomes Bernabonis filius, & ipsi aliquam spem in dominium redeundi sumentes, omnes alios principes & nobiliores populos ad defectionẽ solicitarunt. Et ideo Cichus Ordelaphus olim à Galeatio Forliuio pulsus, in patriam rediit. Similiter & Cunii comites Fauentiam duro oppressere bello. Atque ita ex unius uiri morte, uniuersa Italia terroris & turbinis plena fuit, cum ubique incendia, direptiones, cædes, & mortes innumerabiles audirentur. Vici quoque & castella & ciuitatis suburbia, ubiq; cremabãtur, & sanguis sanguinem tegebat. Eamque calamitatem futuram cometes præsignauit, qui eo anno apparuit. Et Galeatius huius pater uita decessit.

Homines à canibus lacerare faciebat

Tamburlanus magnus Tartarorum seu Parthorum rex, potentiæ incredibilis uir, hoc anno uita excessit. Qui primum (ut aiunt) apud ipsos Tartaros humili loco natus fuit. Et quum Gregorius miles factus fuisset, adeò inter ipsos, propter corporis agilitatem excelluit, ut breui multarum gentium fieret dux. Et cum Parthorum imperio potitus fuisset, haud multo post Scythas, Hyberos, Albanos, Persas, Mediósq;, ac alias plurimas nationes sibi subegit, indéque Mesopotamiam atque Armeniam inuasit. Transitóque Euphrate cum quadringentis equitum milibus, & sexcẽtum peditum milibus, omnem Asiam, quam maiorem appellamus, obtinuit. Regémque omnium potẽtissimum Pacietem Turchorum dominum, cum pari equitum numero, & magnis peditum copiis fines suorum tutantem, apud Armenos prælio superauit, & interfectis eius ducentum milibus, etiam ipsum cœpit, & cathenis aureis uinctum, currui quo uehebatur quasi triumphans adiunxit, inde à Tanay flumine usque ad Aegyptum, uniuersam Asiam percurrens, Smyrnam, Antiochiam, Sebestem, Tripolim, Damascum, multásque ualidas urbes cœpit, diripuit, & incendit. Soldanúmque Aegyptiorum principem bello superatum, ultra Perusium reppulit. Cúmque Damascum cœpisset, & arcis antiquæ expugnatio difficilis uideretur, constructa è regione altera, quæ eam altitudine superaret, non sine multa suorum cæde illam tandem cœpit. Inde etiam in Tauricha Chersonesus peninsula perueniens, Capha urbem Genuensium tunc Coloniam, admotis machinis, expugnauit. Hic belli artibus insignis, quæ aliis ardua uidebantur, promptius obire tentabat. Et in obsidionibus quidem urbium, prima die albo utebatur tentorio, Secunda rubeo, Tertia nigro. Et si se dabãt in albo, sedẽti, salutem

Tãburlanus Parthorũ rex.

Soldanũ superauit

Taurica prouincia.

consequebantur.

consequebantur. Rubeus autem color, moriendum patribus familias indicabat. Niger uero ciuitatis excidium, & omnia in cinerem conuertenda. Et inter alia ferunt quandam populosam ciuitatem, quæ prima die cum deditionem facere neglexisset, pueros puellásque in candida ueste, ramos oliuæ deferentes emisisse, ut principis iram placarent. Qui uidens pueros, statim iussit omnes equis crudelissime conculcari, deinde urbem captam pœnitus incendio deleri, interrogatúsque ob hoc aliquando ab homine Genuensi, qui ei familiaris erat, cur tanta crudelitate uteretur, cui turbata & distorta facie respondit, Tu me hominem arbitraris, sed falleris, ira etenim Dei sum ego, & orbis uastitas. Quibus uerbis tremefactus Genuensis, statim ab eo euanuit, nec de cætero ei unquam se obiicere ausus est. Ferebant qui hunc Tamburlanum uiderant, eum Hannibali penè persimilem. Nam deletis multis regionibus, ac tyrannis uastatisque multis prouinciis, onustum & ditatum suum exercitum in patriam reduxit. Et Marchantem urbem condidit, quam uarii generis captiuorum repleuit, & hostium spoliis exornauit, in qua & se sepeliri tandem præcepit. Regnum autem suum duobus filiis reliquit, qui discordia laborantes, effecerunt ne Parthorum regnum rursus emergeret.

Neptaia magna ciuitas.

Neptaia ciuitas.



Eptaia ciuitas magna, hi temporibus (teste Nicolao Veneto) in partibus Scythiæ à magno eorum rege Can appellato, ad æmulationem Tamburlani prædicti, Tartarum magni regis, qui ut præmissum est, Marchantem urbem, condita est. Cuius ambitus .30. milia passuum uoluit esse, illámque idem Nicolaus, qui apud regem Can aliquandiu fuit, dicit esse populosissimam. In qua quidem ciuitate idem author affirmat esse, domus, pallacia, templa, cæteráque urbium ornamenta Italicis similia, ubi & homines modesti sunt atq; urbani, qui multis diuitiis affluũt. Si hæc uera sunt, magna profecto facta est morum mutatio ab his quos antiqui prodiderũt, quòd Scythiæ essent omnes pastorales & homines intractabiles qui nullos admittebant urbanos mores.

Cambaleschia alia ciuitas.

Cambaleschia ciuitas.



Ambaleschia autem, alia est ipsis in regionibus regũ ciuitas & sedes, quæ quindecim dierum itinere ab ipsa prædicta Neptaia ciuitate distat, & ipsa paulò ante prædictam condita fuit. Quæ quidem duodetriginta millibus passuum patere dictum, in quadrũ constituta, in cuius medio arx munitissima & ornatissima habetur, in qua rex Can habitare dicitur. Ex qua muri arcuati ad quatuor urbis ipsius angulos protendunt, per quos accessus regis est, ut uidelicet, si quid in urbe tumultus excitaretur, ad arces quæ ipsis in angulis emineut, confugere posset, quarum quælibet passuum quatuor milia in ambitu continet, & omnis generis arma tormentáque bello apta, idem Can rex concludit. In ea similiter ædificia nobilissima, & templa non Christianorum, sed Paganorum adsunt, plurimo ornatu constructa, ibique homines modesti & urbani reperiuntur, & alia uirtutum insignia plurima adsunt, ut idem Nicolaus refert. Quas quidem ciuitates hic descripsisse ab inceptis non fuit alienum.

Can magnus rex.

Homines modesti.

Bucichallus, natione Gallus, Carolus Francorum regis miles, uir giganteæ staturæ, hoc anno Antonio Adurno Genuensium duce defuncto, propter ciuium dissidium, urbis Genuæ dominatum regis sui nomine regendum suscepit, qui uisa nostrorum potẽtatuum ciuitatum dissensione, etiam Mediola. urbem regiam in sui regis potestate pro uiribus redigere conatus est, & iam Derdona capta à Facino Cane Medio. duce, repulsus fuit, & Derdona ipsa recuperata de cætero se eidem uiriliter opposuit. Is enim prout Gallorum est consuetudo superbissimus erat, & propter eius corporis magnitudinem Italorum breuitate sæpe & sæpius contendebat, atque eos non sine magna arrogantia decipiebat. Quod audiens Galeatius Gonzaga Francisci Gonzagæ germanus, qui eò tum eo in bello cohortes ductabat, hominem durius repræhendere non extimuit dicens, moderatius eum loqui debere, quòd si secus esset duceret eius temeritatem, non uirtutẽ sed insaniam magnam fore. Erat autem Galea. ipse corpore modico, ita ut uertice uix Bucichali umbilicum attingeret, & propterea ab ipso Bucichalo gigante quammaxime contennebatur. Galea. autem ad 6602 1403

Galeatii statura.

autem ad suam magnanimitatis uirtutem ostendendam, Bucicha. hunc ad singulare certamen ingenti animo inuitauit. Quo audito Bucichallus, turpe cedere sibi existimans, conditionem acceptauit, diesque duello statuitur, & ad inuicem tandem decertantibus Galeatius Bucichallum superbissimum tanquã alter Dauid Goliam uiriliter prostrauit, & nisi à proceribus suis fuisset subtractus, ultimus illi dies Bucichallo fuisset, ea itaque ignominia Bucichallus perfusus nũquam loricam aut thoracem gerere uoluit, quòd paruo homunculo superatus fuisset.

Gulielmus Scaliger Antonii parricidæ Veronæ uidelicet & Vincẽtiæ principis filius, hoc anno Galeatio Mediolanensium duce defuncto, cum uideret omnes Cisalpinæ ciuitates ad ciuilia arma contestatas, auxilio primum Florentinorum (quibus diu militauerat) ac etiam Francisci Carrarii Patauinæ urbis principis, cum exercitu Veronam unà cum duobus filiis suis Brunorio uidelicet & Antonio ueniens, urbem statim obtinuit. Dumque ciuitatem ingressus fuisset, eadem nocte, à Francisco Carrariense, & eius filiis, ueneno sublatus est. Brunorius autem & eius frater Antonius, quum per annum urbis dominium in pace possedissent, à Iacobino Carrariensium ueteri castello dolose uocati, detenti sunt. Vt quum aliquandiu eos in arcta custodia detenuisset, tandem occasione conficta, illos perdidit, quibus extinctis, statim idem Iacobinus ciuitatem occupauit. Atque ita in his uiris præclarissimis uniuersa Scaligerorum familia prorsus extincta est. Veneno interficitur.

6603 1404 INnocentius papa, eius nominis septimus, patria Sulmonensis, Cosmatus antea uocatus, hoc anno Bonifacio in Italia surrogatus, sedit annis duobus. uir quidem grãdæuus, & multarum magnarúmque rerum experientia instructus, cuius uerbum erat: Oportere illum malum hominem esse, qui alienum plusquam sui ipsius testimonium formidaret. Qui põtificatu suscepto, in quibusdã rebus Vrbani, uidelicet & Bonifacii prædecessorũ suorum uestigia secutus est, quos priuatus repræhendebat, & non modo tantopere laudabat, effecit, uerum etiam in quo animo ferebat, si quis apud se ea de re loqueretur. Præterea omnia ita tumultuose gubernabat, ut cum Romani instarent, quòd Scismata de ecclesia tolleret, ipsos confestim ad Ludouicum nepotem tanquam ad certum carnificem misit. Qui statim undecim ex ipsis è fenestris deiici & enecari fecit. Qua sæuicia permotus populus Ro. accito Ladislao rege, arma aduersus hunc pontificem suscepit. Qui statim unà cum Ludouico ipso nepote Viterbium fugit. Cúmque populus Ro. in actorẽ sceleris desæuire non posset, in aulicos omnem iram conuertens, multos eorum interfecit. Verum Capitolio & ponte Miluio occupatis, ac multis cædibus & direptionibus peractis, ira iam declinante, Romani pontificem in gratiam receperunt, rogarúntq; ut ad urbem cum pace redire dignaretur. Qui cum Romam uenisset, nonnullos cardinales creauit, quorum de numero Angelus Cornarius patricius Venetus unus fuit, qui postea Gregorius duodecimus appellatus fuit. Et Petrus Filargi Cretensis, Alexander quintus postea uocatus, Tertius uero Otho Colũna, Martinus quintus postea uocatus, creauit etiam Ludouicũ prædictum nepotem suum, agri Piceni postea marchionem, eúmque Firmanum principem cõstituit. Quibus ita gestis, non diu superuixit, sed secuudo sui pontificatus anno, Romæ defecit, & in basilica beati Petri sepultus fuit. Innocẽtius Papa. 213.

Cichus Ordelaphus, in Foroliuiensi urbe põtificis Romani uicarius, hoc eodem anno quarto nonas Augusti (postquam urbis dominatum mortuo Galeatio uicecomite Mediolanensium duce aliquandiu obtinuisset) à populo suo ob eius tyrannidem, cum lecto febribus decumberet, sine ulla prorsus misericordia unà cum filio suo paruulo interfectus est.

Astorgius Manfredus illustris uir, dudum Fauentiæ dominus, & pro Ro. ecclesia ibidem uicarius, qui superioribus annis pro Nicolao Estense contra Azonem supradictum Estensem multa præclara confecerat certamina, & ob hoc ab Alberico Cunii comite, Fauentia fuerat expulsus, hoc anno. 3. calen. Decembris ab legato apostolico, qui cum in Fauentia reduxerat depræhensus, quod eius secreta Foroliuiensibus denudaret, & ad defectionẽ ecclesiæ eos solicitaret, imò & concitaret, in platea, uniuerso astante populo, capite truncatus est, multis post se relictis filiis, qui postmodum præclara gessere facinora. Huic caput trũcatur.

Rusconi nobilissimi uiri, Cumanæque Lombardiæ ciuitatis primarii ciuis, cum superioribus diebus

ribus diebus ex morte Galeatii uicecomitis ducis urbis dominium, authore Othone & Frāchino fratribus, sibi uendicassent, hoc anno Vimmorum familia sibi aduersante, urbis suburbia pœnitus euerterunt. In qua quidē euersione & conflictu in una pugna ad octingenti uiri utriusque partis interfecti fuere. Ea tamen in pugna, Rusconi superiores existentes aduersarios ex urbe prorsus eiecere. Balthasar autem Rusconus miles eorum caput, ea in pugna cecidit. Tāta namque huius urbis ex dissidiis contentionibúsque illis fuit nedum destructio, sed calamitas quāta unquam antea. Nec etiam temporibus nostris suburbia illa restituta sunt. Rusconi itaque uictoria elatiores functi, Belizonam oppidum, & quamplurima alia loca, in suam deduxerunt sententiam.

Suburbia Comi euertuntur.

Franciscus Suardus eques auratus conciuis noster, Sonzini Suardi olim Bergomi domini filius, qui superioribus diebus in paterno auitóque regno successerat, hoc anno multas strages & occidiones de hostibus suis, tanquam uir bellator strenuus ædidit, & urbem cum suo exercitu tumultuarię ingressus, surburbium quoddam ciuitatis quod per aduersarios tenebatur, diripuit & incendit, ac pœnitus euertit, inde hostem ad internicionem persequens, Seriatum usque eo tumultu peruenit, & hoste etiam inde pulso uicum ipsum similiter incendit & euertit. Itidem in Rhedona oppido egit, & castellum captum pœnitus euertit. Ea uictoria elatus, relicto in urbe præsidio, statim Cremam cum exercitu petiit, & oppidum auxilio adhærentium captiuauit. Quo pacifice obtento, e uestigio in Picelionem agri Cremonensis frequentatū oppidum duxit, quod cum acriter expugnaret, tandem post multas uictorias ab Vgolino Caualcabone Cremonēse tunc tyranno, præter omnium opinionem superatus & profligatus est. Et cum usque Cremam eum persecutus fuisset, ibidem auxilio suorum in hostem conuersos, dum diu pugnasset, tandem ab hoste sagitta percussus uitam euomit.

Rhedona oppidulum.

Catherina autem memoratu dignissima Mediolanensium ducissa, illustrissimíque Bernabonis uicecomitis filia, & Io. Mariæ, ac Philippi Mariæ Angli ducum mater. Mulier siquidem pientissima cordatáque, de qua á multis oratoribus etiam á nobis in libro de claris mulieribus multa ac plurima referuntur prudentissime gesta, cum per aliquot annos regnum Mediolanense cum Ioan. Maria filio peroptime & prudentissime gubernasset, hoc ipso anno, qui est quartus supra .1414. calen. Nonem. ab ipso suo perditissimo filio captiuata, & in carceribus apud Modoëtiam oppidum suum impie coniecta, ibidem dolore animi uitam cum morte mutauit. Sunt tamen qui dicant, & forte & uerius, iussu filii fuisse strangulatam. Quod quidem parricidium eidem perditissimo homine non impune cessit, ut supra in eius uita dictum est.

Filius hāc strāgulari fecit.

Mastinus illustris Bernabonis uicecomitis filius, eo ipso anno Franci. prædicto Suardo Bergomi domino defuncto, ciuitatis dominium á Io. Maria Mediolani duce recipiēs, uno tantum anno in ea regnauit. Nam sequenti anno Idibus Iunii acutissima febre correptus, nullis post relictis filiis, uitam finiuit. 6603 1404

Ant. & Gale. porrò fratres, ac Galetius Aliprandus nobilissimi Mediol. uiri authoritate insignes, ipso eodem an. 7. Ianuarii in Arcæ portæ Io. Mediolanensis capite plectūtur, eo maxime, quòd concitare plebem discordiásque serere inuenti fuissent.

Verona Italiæ ciuitas.

Verona Italiæ ciuitas.



Erona clarissima ac uetustissima Italiæ ciuitas, hoc anno .6. calen. Iulii á Carrariensibus proditorie occupata & aliquandiu perfundata, in Venetorū manibus concedente Io. Maria uicecomite Mediolani duce, per Franciscum Gonzagam & Iacobum Vermē, ac Paulum Sabel. patritium Ro. deuenit. Et nunc usque per annos .7. & .90. cum magno ipsius incremento permansit. 6604 1405

Pisa Italiæ ciuitas.

Pisa Italiæ ciuitas.



Isæ seu Pisa item superbissima ac potentissima Hethruriæ ciuitas Florentini populi æmula, & ipsa hoc anno durissima obsidione & acerrimo bello diu domita in ipsius Florentini populi ditionem subiectionémque peruenit, & ad annum millesimum quadringentessimum nonagesimū quartum, per annos octoginta nouem ipsius acerbicissimum humiliter pertulit iugū. Superioribus etenim annis (ut diximus)

diximus) Galeatius uicecomes Mediolanensium dux, hanc ipsam urbem à Gerardo Apianense multo coemerat precio, quam denique moriens, Gabrieli suo naturali filio ex testamento reliquerat, eámque cum triennio post mortem patris difficillime possedisset, diffidens illam tutari posse, ipsam quoque Florentinis grandi pecunia uendidit. At Pisani hoc intelligentes, cum Florentinos ultra modum exosos haberent, magno furore succensi, populariter Florentinos urbe eiecerunt, & se in libertatē reddidere. Florentini autem ignominiam non ferētes, magno congregato exercitu, bellum cōfestim Pisanis implacabile intulerunt. Et commeatibus undique interclusis, urbem dura obsidione cinxerunt, quam post aliquot menses fame crudelissima uexatam (prodente Ioanne Gambacurta) iugum ab integro susceperunt. Verum cum Carolus eius nominis octauus Gallorum rex, in anno salutis nostræ .1494. de mense Octobri magno cum exercitu in regnum Neapolitanum proficisceretur, dum in Hethruriā regionē peruenisset, Petrus Medices, Laurētii magni medices filius, Florentini populi primarius, uolens regis gratiam obtinere, eidem regi omnia ditionis Florentiæ oppida obtulit, quibus acceptus & in præsidio firmatis Pisis contēdit, & à ciuibus intra urbem cū gaudio receptus fuit. Deinde Florentiam properans, ab ipso Petro Medice eius consobrino, Laurentio urbis primarii, & à toto senatu ouantem intra urbē receperunt, & oblatis sibi centū uiginti milia aureis illum patrē patriæ salutauerunt, & dixerūt, Florentiæque per aliquot dies in gaudio & ludis subsistens. Et arbiter factus, paucos post dies inuitis Florentinis, aureis suis Pisis libertate donauit. Tum Pisanus populus omnis, ex summa seruitutis tristitia, ob hanc libertatem, per multos dies in plausum & lætitiam conuersus fuit. At Florentini postquam rex ex Neapolitano regno obtento, in Galliam reuersus est, uidentes se delusos, Petrum Medicem in primis, direptis eius bonis, è patria extorrem fecerunt. Inde ad recuperandā Pisanam ciuitatē accinxerunt. Quāobrem infinita mala inter Italicos potentatus subsecuta sunt. De quibus infra lib. 16. latius dicemus.

Io. Gābacurta urbis proditor.

Carolus rex hāc urbē liber tate donauit.

6605 1406 PAtauium etiam non inferioris potentiæ splendorisque ciuitas, hoc quoque anno & ipsa eadem expugnatione & obsidione a Venetis aliquamdiu oppressa, tandem in Venetorum manus per Franciscum Gonzagam & alios strenuos belli duces (capto Frācisco Carrario urbis principe) deuenit. Ac sic uno eodemque quasi anno Veneti plures modico laborē obtinuerunt ciuitates. Quibus obtentis, Venetorum nomen supra modum longē latéque excrescere cœpit. Hanc itaque urbem, & si multis uexationibus atq; oneribus opprimere diu senatus Venetus uidere uisus est, nihilominus maximis ædificiis atq; gymnasio pulcherrimo pulchriorem celebriorémque reddiderunt.

Patauinum in manus Venetorum uenit.

Viri disciplinis excellentes.

Franciscus de Platea, ordinis minorum, doctor diuinarum scripturarum, & iuris pontificii non mediocriter eruditus, ac egregius diuinorū sermonum declamator, per hoc tempus multa elucubrauit, ad multorum instructionem & ædificationem. De quorum numero subiecta feruntur. Et primo opus insigne & præclarū, quod de restitutionibus prænotauit. Incipit: Vtrum restitutio sit de no. Item librum de censuris pulchrum, & sermones uarios, lib. unum.

Franciscus de Platea ordinis minorū

Galeatius Gonzaga Francisci Gonzagæ Mantuæ principis frater, inuictissimus fortissimúsque bellator, & in sciētia militari clarissimus, qui superiori anno Bucichallum Gallum gigantem, ingentis fortitudinis uirum, singulari certamine deuicerat, ac alia plurima præclara gesserat facinora, hoc anno nono calendas Maii, cum Medolacum oppidum acriter nimium expugnaret, sagitta percussus, spiritum statim emisit.

6606 1407 GRegorius papa, eius nominis .12. natione Venetus, Angelus Corarius seu Cornarius antea uocatus, patriarcha Constantino. hoc anno ex cardinale sancti Marci, Innocētio ponti. suffectus, sedit annis duobus & men. 7. Pōtifex quidem magnæ sānctitatis & grauitatis præcipuæ reuerendus, qui pontificatu suscepto, iuxta obligationem factam, iterato ad deponendum pontifi. se obligauit, si Benedictus qui alterum pontificatum in Gallia tenebat, se quoque abdicaret. Cohortantes igitur

Gregorius papa .214.

in principio sese prædicti pontifices, & ad mutuam abdicationem offerentes, Saonam urbem maritimam, ubi conuenirent elegerunt, sed in conueniendo se adinuicem illudentes, maxima Christianorum incusatione, maiorem diuisionem concitauerũt. Quapropter ingens concilium Pisis celebratum est. In quo Gregorius hic & Benedictus pontifices de Collusione accusati, ambo pontificatu priuati sunt, & Alexander Cretensis eligitur. Quo pontifice creato, Grego. hic quasi profugus, Ariminum statim concessit, ubi & à Carolo Malatesta urbis principe perbenigne exceptus est. Qui licet in Pisano concilio exauctoratus esset, attamen tanquam uerus põti. dum Lucæ morã faceret, ex patrum cardinaliũ consensu, qui nondum ab eo discesserant, Gabrielem Condolmarium ex sorore nepotem creauit cardinalem, qui postea pontifex factus, Eugenius quartus appellatus est. Hic tandem ad Constantiæ concilium Carolo Malatesta oratore misso, pontificatu se libere abdicauit, pro qua libera abdicatione conuentus omnis, eum agri Piceni legatum creauit. Sed non multo post Recanati, animi dolore defecit, ubi & honorifice conditus est.

Origo & procursus Canonicorum regularium eorumque ad nostra usq; tempora regularis obseruantiæ continuatio.

Ordo canonicorum regularium ab apostolis primum institutus, indéque à Beato Augustino apud Hyponem Affricæ urbem, diuinis institutionibus decoratus refloruit, uariis postmodum temporum successibus in Hispanis, Galliis, reliquisque per orbem regionibus, & per Italiam mirum in modum est profusius dilatatus. Sed apud Burgundiam in Beluacensi ecclesia, sub magistro sanctóque uiro Iuone eiusdem ecclesiæ proposito, ad pristinã eiusdem ordinis obseruantiam efflorere cœpit. 22. imperii Henrici. 4. anno. Testis est Sigibertus in Chronicis, & Vincentius historialis, lib. historiæ suæ. 26. ca. 51. Hãc ueritatem sequitur & refert Fasciculi temporum author, & uenerabilis Antonius archiepiscopus Florentinus secunda suæ Cronicæ parte, titulo. 15. & ca. 16. quod incipit: Circa annos domini 1080. Sicut etiã id colligi potest ex ipsius beati Augustini sermonibus de moribus & communi uita clericorum. Quod & Romanorum pontificum canones & doctorum dicta certissima ueritate testantur. Cæterum quonam successu in Italia, & apud cæteras quamplures nationes uariis temporum emergentibus casibus, idem ordo multipliciter à domino sit reformatus, optime testantur uetustissima & authentica librorũ testimonia. Nam per sanctissimum uirum Fridianum Lucensem episcopũ, de quo magnus meminit Grego. in dialogorum lib. per Thusciam, & per uniuersam penè Italiam fuit sparsus & auctus. In Anglia quoque per Augustinum Anglorum episcopum, iussu & mandato Beatissimi Gregorii institutus est. Quod habetur in Decretis à Gratiano ca. Quia tua fraternitas. 12. quæst. 1. In Galliis ante & post longa tempora beati Vgonis & Ricardi de sancto Victore. Itemq; in Italia usque tempora beati Damiani apud Rauennam primum in canonica sanctæ Mariæ in portu, deinde per Italiam ab eo capite est diffusus. Ipse namque uir sanctus clara ex familia de honestis Rauennæ natus, prius apud Auclane locum, eremiticam duxit uitam. Deinde episcopus Hostien. & cardinalis ordinatus, tempore scismatis inter Cadolum episcopum Parmensum & Alexandrum secundum pileo à se sponte abdicato, ad canonicam præfatam se transtulit, ibique post multa præclara librorum ædita opuscula, & pietatis magnificè gesta, eiusdem loci prior sanctè piéque in domino quieuit. Extant usque in prætentiarum constitutiones ab eo æditæ de communi uita regularium clericorum, & Paschalis secundi anthoritate confirmatæ. Floruit idem ordo & mirabiliter auctus tempore Benedicti. 12. qui circa annos domini. 1342. ipsum ordinem priuilegiis & constitutionibus ab ipso approbatis decoranit. Verum enimuero canonicus idem ordo in Hethruriæ regionis florentissimæ, agro Lucensi, apud canonicam sanctæ Mariæ in æde Frigionaria felici religionis successu, à domino est reparatus. De ipsa quidẽ ordinis cõtinuatione meminit idem archiepiscopus Florentinus eodem titulo, & capi. 23. paragrapho: etiam flores apparuerũt in terra nostra. Nam ut idem testatur & canonici regula in loco prænominato olim ab illustri Mathilda comitissa condito, duobus mediantibus uiris eiusdem ordinis professis, uita & doctrina præclaris, circa hæc tempora à domino sunt reformati, & usq; hodie abbatiam Fesulanã possident, sub uno capite & congregatione degẽtes. Sed uerius dicuntur canonici

Continuatio ordinis canonicorũ regulariũ

canonici regulares diui Augustini & congregationis Lateranensis sancti Saluatoris urbe. At qui fuerint præfati duo uiri, authẽticis scriptis, & certa ueritate compertum habetur, hi uidelicet extiterunt eiusdẽ sanctæ regularis obseruantiæ authores: domnus Leo de Carrate, & domnus Thadæus de Bosnasco, seu secundum quosdam de Bagnasco, Papiẽses canonici ambo regulares, cœnobii sancti Petri Papiæ in cælo aureo professi, & ipsi uenerabilis patris Bartholomei sacerdotis dei præconis celeberrimi, ciuisq; Ro. de Columna con silio & hortatu ad præfatum locum se recipientes, sanctam reformationẽ sub regulari eiusdem ordinis obseruantia, & sub altissima paupertate dei cooperante gratia fundarunt. Siquidẽ Leo qui ante Leonardus dictus est, dum præfati cœnobii sancti Petri in cælo aureo prior existeret, & iuris canonici doctor eximius, uir sanctus, & quasi alter Helias dei spiritu feruens, per omnia certe probatus, zelo auctoris uitæ, præfato cœnobio ad eum locum reformandum de consensu tamen abbatis & conuentus, gaudens se contulit. Quod & publico super hoc instrumento rogato, manu Iouiniani de Piscariis notarii, & ciuis Papien. eius exemplar usque ad nostra tempora pœnes quendam ciuem Papiensem de Vechus repositum esse dignoscitur. Hunc itaque uirum pauloante prædecesserat uenerabilis sacerdos & cũ canonicus eiusdem cœnobi sancti Petri, præfatus domnus Thadæus diuino quidem numine afflatus, & præfati sacerdotis Bartholomei suasu anno domini. 1411. primus præfatam Frigionariæ canonicam uicarius, & subinde prior non multo post dicti domini Bartholomei & præsidentis coadiutor incredibili prouidentia gubernauit, cuius non longe post priorali administrationi prælibatus domnus Leo successit, anno salutis. 1409. quo tempore idem pater Leo domni Vincentii Ianoti prioris sancti Fridiani de Luca præcatu nonnullos ex suis canonicis ad eiusdem ecclesiæ reformationem concessit, ut habetur in Archiuis sancti Fridiani ex instrumento rogato manu ser Raphaëlis, quondam Nicolai Benedicti de Lucha. Igitur prænominati duo uiri quasi duo candelabra rutilãtia eam congregationem uitæ postmodum & doctrinæ splendore mirabiliter illustrarunt: erat etiam apud Carthusiense cœnobium non longe ab eo Frigionariæ loco distans prior uenerabilis pater Nicolaus de Albergatis Bononien. postea cardinalis tituli sanctæ Crucis ab Eugenio. 4. creatus, hic cognito sanctorum uirorum proposito eum ad locum eos ipse perduxit. Siquidem eo in loco idem canonicus ordo per longa ante tempora indefesse uiguerat, quod & testantur eiusdem loci antiqua pontificum priuilegia. Nam longe uero post contigit, ut unà cum pontifice maximo Gregorio duodecimo domnus Gabriel Condolmarius, postea Eugenius, huius nominis quartus, eiusdem põtificis Gregorii ex sorore nepos cardinalis, dum ad Lucensem urbẽ peruenisset, huius sancti propositi inclyto cõperto successu, singulari admodũ lætitia gauisus est, nam dum antea Venetiis & Patauii ad eiusdem sacras Bartholomei patris conciones innumerabiles fere populi cõcursus haberetur, quamplures utriusque sexus ex patritio Veneto sanguine iuuenes ad Christi suaue iugum conuertebantur, ex quorum numero idem domnus Gabriel unus erat, qui simul cum paucis patriciis Venetis cõgregationi sancti Georgii de Alga initium dederat. Hic itaq; domnus Gabriel, eidem patri Bartholomeo filiali charitate deuinctus, sancta illa societate mirifice oblectatus, illius insuper & loci patrocinio sponte suscepto, satis egit ut locus ille sacer sub sedis apostolicæ protectione, Pontificisque authoritate, & priuilegiis amplissimis muniretur. Hæc siquidem sancta religio eiusdémque ordinis reformatio, licet ab eo loco unde ipsius reformationis initium sumpserat, quandoque fuerit denominata, idem tamen dominus Gabriel postea Euge. 4. inito ponti. Lateranen. ecclesiam in qua per longa ante tempora præfatum ordinem canonicum testantibus pontifi. priuilegiis peruiguisse cõstat, ad pristinum eiusdem ordinis statum reducere uolens, dictæ congregationis canonicis accersitis, de consilio & consensu dominorum cardinalium certa scientia, motu proprio, & authoritate apostolica, eidem congregationi mox ipsum locum restituit. Sicque incorporauit, ut deinceps præfata congregatio ab ipsa eccle. Lateranensi perpetuis futuris temporibus denominaretur, & dictæ cõgregationis canonici, de eiusdem basilicæ capitulari gremio clerici censerentur & essent. Quod & idem fecit Nicola. 5. Sed & Sixtus ponti. huius nominis quartus, speciali priuilegio & decreto, motu proprio, uoluit & declarauit, ut

ipsius

ipsius congregationis canonici, eodem quoque titulo perinde gaudeant & perfruantur, ac si ut prius dictam basilicam gubernarent. Cuius quidem ordinis nomen quum celeberrimum ubique locorum per totam Italiam prædicaretur, in eum clarissimi generis uiri ingressi, eúmque ordinem, uerbo & exemplo atque doctrina plurimum auxerunt & cõseruarunt. Qui non minime probitate moribus cæterisque uirtutum ornamenti, quàm prosapia clarissimi extiterunt, quorum etiam doctrinis ipsa religio aucta & illustrata fuit, præcipuo tamen Paulum Veronensem & Timotheum eiusdem Pauli ex fratre nepotem, diuinorum eloquiorum uehementissimos atque eruditissimos dei precones existimo. Sed longe antea ab exordio dictæ congregationis habuit prædictus ordo. Imprimis uenerabilem. D. præfatum Bartolum Columna præconem celeberrimũ, & eiusdem loci primatem priorem habuit, insuper. D. Iacobum Bergomum de Aduogadris in seculo Almericũ iurisque consultum peritissimum, qui & præfati Bartolomei discipu. non multo post dictæ reformationis initium ingressus, eam congregationem prædicando, moribus uita, atq; doctrinis plurimum decorauit. Fueruntque eiusdem. D. Iacobi sub patris Bartho. disciplina condiscipuli, & religione socii eruditissimi uiri. D. Petrus de Rido Patauinus ciuis, & D. Nicolaus de Curte Papiensis, uiri certe regiminis cura præstantes. Habuit & Titum Ferrariensem, Nicolaum & Cyprianum Bononiensem, Bassianum & Simonem Mediolanensem, Philippum Vtinen. Raphaëlem Placen. Iacobum Forliuiensem, Dominicum Taruisinum, Celsum necnon & Matthæum, & alterum iuniorem Thimotheũ Veronẽsem, quorum primus complures ædidit libellos doctrina insignes aduersus canonici ordinis impugnatores. Secundus elegantissimos á se libellos æditos reliquit. Tertius philosophus acutissimus, & Theologus eruditissimus magno precio Pataui habetur, uita, sanctimoniáque præcipuus. Habuit & Ioannem Vercellẽsem de Aduogadris, Adeodatum & Blasium Vicen. alióśque uiros integerrimos, & in declamationibus prædicatores illustres, atque alios complures in omni doctrina, eloquentia, & sanctimonia percelebres. Verum quia de canonicorum ordine supra libro. 9. aliqua cursim diximus, non ab re pauca hæc quæ sequuntur post dicti libri impressionem ad nostram notitiam nuper allata clariori comperta ueritate, subnectimus.

Canonicorum igitur ordo regulariũ diui Augustini á quibus directe (ut diximus) præfata congregatio cõtinuauit, & ab ipso patre Augustino regularem sumpsit institutionẽ, nam ut in dictis sermonibus de cõmuni uita clericorum ad uerbum habetur. Clericos intra episcopi domũ habere curauit, & cum eis pariter secũdum apostolicam formã quoad uixit in communi degere uoluit, quibus omnibus placuit unum in deo sentire, & omnia in communi possidere. Et ibi, inquit, clericus duo professus est, scilicet sanctitatem, id est, obedientiam, castitatem, & uiuere in communi. Et ut tunicam lineam & birrum, id est, uestem desuper habitum in communi gestarent, quia & ipse in communi acceperat, unde inquit, nemo det birrum aut tunicam lineã nisi in communi, quia & in communi accepi, non decet hãc professionem, non decet hos canones, &c. Ideo sacris canonibus regulares latine, qui & canonici á canone Græcæ appellantur, ut habetur de consecratione distin. 5. cap. In omnibus. Vt clerici canonici, canonice uiuant, glosa inquit clerici canonici, id est, canonici regulares, & licet in habitu superiori uariis in locis diuersi reperiãtur canonici, tamen ut colligitur per doctores in capitulo: Deus qui de uita & honestate clericorum, diuersitas ista non diuersificat ipsum ordinem in specie pœnes habitũ superiorem, siue in forma, siue in colore, cum habitus superior non sit de substantia professionis, sed habitus interior scilicet tunica linea qui est proprius & legitimus canonicorum regularium habitus, & in eo proprie profitentur, ita enim pulchre notatur ex glosa Ioan. Andreas in uerbo habitus, in Clemen. prima de electione, & addit quod uarietas coloris in habitu superiori non causat diuersitatem ordinis seu religionis canonicorum. Sunt ergo omnes isti canonici, de quibus paulo superius diximus, unius eiusdem ordinis cum illis, qui habitu lineo regulam Augu. profitentes, primum ab apostolis in primitiua ecclesia sunt instituti, & per August. regularibus cõstitutionibus ad communem regularem uitam restituti, ut etiam colligitur ex præfatis sermonibus, de communi uita clericorum, & constitutionibus & decretis

Romanorum

Romanorum pontificũ, Benedicti.12. Eugenii.4. Nicolai.5. & Sixti.4. & aliis authenticis scriptis & approbatis, testimonii existẽtibus apud præfatæ cõgregationis Lateranen. canonicos. Qui etiam Rauẽnæ canonicam sanctæ Mariæ in portu, Vercellis canonicam sancti Andreæ, Mortarii canonicã sanctæ Crucis, Venetiis canonicam sanctæ Mariæ de Caritate Montis bellii, & Bononiæ canonicam sancæ Mariæ & sancti Ioannis in monte, aliisque in pluribus locis ex longo & memorabili temporis usu præfatas canonicas sub eiusdem ordinis primaria institutione fundatas, in pristinum eiusdem ordinis & regularis obseruantiæ statum Romanorũ Ponti. priuilegiis fauentibus restituerunt, ac sub eiusdẽ ordinis cõtinuatione reformarunt.

Ordo manachorum Alborum, qui montis Oliueti ordo nuncupatur, huius scismatis temporibus, in Senensibus agro à quibusdam nobilissimis Senensibus ciuibus initium sum psit. Multi nanque clarissimi Senenses, quos scismatum & bellicarum tædebat perturbatio, diuino spiritu impulsi, urbe uno animo egressi, ab ea haud longe in montem, qui Oliuetus appellatur, tanquam ad quietis locũ accessere, ubi in unũ congregati, & à curis mũdialibus semoti, uelnti eremitæ deuotissimi, mira humilitate deo in orationibus & uigiliis crebrisque ieiuniis deseruire cœperũt. Quorum exemplo multi nobiles adeosentes permoti, desiderio cælestis patriæ ad eosdem confluxere, quamobrem incredibili feruore incensi, eius seruitium exequebantur. Quorum fama ad pontificem perlata, cõfestim primores eorũm ad se Romam uenire iussit, & eorum uiuendi modum diligẽti examine cognito, mox exclamans idem pontifex ait, hanc fore diuinam omnino plantationem, non autem humanum consilium. Exhilaratus itaque pontifex, illorum uitam & uiuendi modum, sicut illorum priuilegiis plurimis constat, quamlibentissimé laudauit & approbauit, ut idem diuinum opus cœptum perpetuam stabilitatẽ & robur reciperet, confestim sua sponte & motu proprio eisdem fratribus & successoribus, album habitum ad diuæ uirginis Mariæ reuerentiam, cum regula beatissimi Benedicti approbata, eisdem magna cum solennitate, additis quibusdam constitutionibus contulit, & ordini monachorum diui Benedicti eos applicauit & aggregauit. Quem quidem ordinem idem pontifex & successores, maximis priuilegiis indultis & gratiis apostolicis cõmuniuit, ac multa eidem monasteria incolenda concessit. Hæc autem religio seu ordo magno in precio, tum uiris sanctitate & exemplo atq; eruditione & doctrina ubique habetur. Montis Oliueti ordo.

Ordo item nouus mendicantium sub diui Hieronymi titulo, Innocentio septimo præsulante nuper defuncto, ex tertio ordine seraphici Frãcisci, à quodam nobile nomine Redo montis Granelli comite, apud Fesulanã Hethruriæ urbem primo excitatus est. Cui sancto operi Gualterius Marsus adiutor fuit, & hi duo miræ sanctitatis & integritatis magnæ uiri huiusce regularis obseruantiæ disciplinæ fundatores & authores extitere. Quem quidem ordinem sanctissimis institutis tum doctrina, túmque exemplo mirum in modum creuere. Et ipsum ordinem iam propagatũ, iste Gregorius eius nominis duodecimus suis indultis & priuilegiis approbãs, sub regula diui patris Augu. quo & uota principalia apostolica authoritate confirmauit. Eugenius deinde quartus, uir utique sanctissimus, & ipse eadem authoritate, additis aliis priuilegiis inter mendicãtes ipsum annumerauit. Ipsis autem fratribus in memoriam pristinæ religionis tertii ordinis habitum griseum cum chlamide similiter grisea concessit deferendum. Et hic ordo nostris temporibus & locorum numero ac fratrum multitudine mirabiliter creuit. Redus comes Gualterius.

Ordo propterea alius canonicus Celestini habitus, congregationis sancti Georgii de Alga, apud Venetias his tẽporibus à reuerendo approbatóque uiro Laurẽtio Iustiniano, postea Venetiarum patriarcha, atque aliis uiris grauissimis primum incredibili deuotione & feruore, ac quadã mirabili uitæ austeritate initiũ sumpsit. Quã quidem cõgregationem seu ordinẽ idem Gregorius prædictus quibusdã cõstitutionibus sibi datis, sub prima beati Petri regula, authoritate apostolica confirmauit. Quæ quidem religio atq; sancta congregatio statim, & egregiis uiris doctissimis quidem, ac monasteriis mirũ in modũ creuit. Quorum de numero Antonius Corarius, Gregorii ipsius maximi ponti. nepos, postea Hostiensis cardinalis fuit, & Gabriel postea Eugenius quartus, qui eundem monasterium sancti

Georgii à principio hæreditate paterna plurimum ampliauit ditauitque, atq; mirifice exornauit, cum quo idem Anto. ab ineunte ætate familiariter, & religiose in eodem monasterio & habitu diu uixit, atque illum postea secum (licet recusantem) Romam duxit: cuius ingenio & uirtutibus delectatus Gregorius, primo thesaurarium suum, deinde Senensem creauit episcopum, ac demum ambos promouit cardinales. In qua tamen dignitate constituti, nullam in uitam pristinam mutarunt consuetudinem, imò ordinem & congregationem ipsam, omni quo potuerunt nixu adiuuerunt. Fuere & alii ea in congregatione successores uiri, & uita & moribus præclarissimi, qui ipsam religionē & doctrina & moribus ac optimis exemplis, pro uirili sua semper illustrarūt, uidelicet Marinus Quirino, egregius prædicator uerúsq; beati Petri apostoli imitator, & Mapheus Contarenus Venetus postea patriarcha, atq; alii & alii complurimi, qui omnes & uerbo & exemplo ipsam religionem pro uiribus in orbem diffundere non cessarunt.

Marinus Quirino.

Antonius Guascus Genuensium dux, uir quidē optimus, hoc anno die sabbati qui carnisprinium præcedit, à sex ciuibus suis uidelicet Bonifacio Guasco, Francisco Isenibardo, & Stephano Vedano, cum tribus aliis coniuratis obtruncatus fuit, ob quod sceleratissimum facinus comprehensi, sequenti sabbato equis alligati, & ad locum usque supplicii tracti, laqueo strangulati sunt.

Pandulphus Malatesta.

Pādulphus Malatesta, magni Galeoti filius, Carolique principis frater, princeps siquidem inter cæteros suæ ætatis & fortitudine, & omni splēdore ac claritate primarius, hisdē temporibus apud Ioan. Mariæ Mediolanēsium ducem belli ductor existens, Mediolanum occupare tentauit. Quæ res cum ei ad uotum non successisset, Brixiam uenit, & eam occupans, in suam potestatē redegit, qua adepta, in ea. 14. an. regnauit. Is enim cūm ipsius Mediolani ducis (ut dictum est) moderator existeret, ut erat animo magno, aliquādo urbē Regiam per fraudem occupare tentauit, sed deprehēsus atq; conuictus, cauens sibi, hoc ipso anno domesticis suis militibus fidelissimis sumptis, quasi uenatū iturus, urbe egressus est, & Brixiam sibi beneuolam celeri cursu petēs, absente Astore uicecomite urbē occupauit, & haud multo post illam in sui potestatem totam redegit, indéq; Proualiū tunc frequentatum oppidū accedēs, ibidem Astorem ipsum Barnabonis uicecomitis ex filio nepotē urbis prætorē & uicedominū cōprehendit, pro cuius liberatione Pallazolū tūc munitissimū castrum accepit. Quibus gestis, ut cæteris timorē incuteret, quosdā uiros occidit, & nōnulla agri ipsius castella incendit & euertit. Et quammaxime prædictū Proualiū & Collonium oppida, Brixia itaq; cū uniuerso ipsius agro in pace adepta. Paulòpost etiā Bergomū ciuitatem nostrā (persoluta prius grādi pecunia) obtinuit. In quibus urbibus Pādulphus hic, ut erat animo generoso atq; splēdido, celeberrimas adhuc extātes ædificauit ædes. Et cū prædictum tempus cum magna liberalitate ac ciuium omnium beneuolētia, ac caritate in ipsis urbibus regnasset, deniq; à Crimignola uictoriosissimo Philippi ducis imperatore, ipsarum urbium dominio priuatus est: quo expulso, suam in patriam cum omni sua suppellectili, armisq; ac equis ditissimis, in pace rediit. Qui cō signata urbe inde recedens, Gallica cantilena suos casus atque ruinas deplorans, ad Carolum fratrem Ariminum petiit, ubi & reliquum uitæ suæ tempus in pace & ocio consumpsit. Moriens autem sine legitimis filiis, Sigismundum naturalem filium successorem reliquit. 6606 1407

Proualiū oppidum Astor uicecomes capit.

Petrus Colleonus, ex uetusta nobilíque familia Colleona Bergomense natus, hoc anno cum à Ioanne Picenino uicecomite Bergomensium domino, esset hostis infensus appellatus, urbe propellitur, & Mediolanū relegatur, ubi post aliquot dies cōgregatis nōnullis amicis exulibus, noctu Triciū ueniens, oppidū adoritur & capit. Quo capto & obtēto, ut erat animo liberalis ac perhumanus, confestim & fratrem & cæteros affines conuocans, ipsos regni consortes efficere uoluit, qui omnes in regno constituti, non multo ingratitudine magna usuri, libidine regnandi ducti, postposito dei timore ac fraterna dilectione, in eum conspirarunt, & tempore obseruato, ipsum tandem ludentem percusserunt, & crudelem in modum interire fecerunt. Sed nec ipsi ingratissimi fratriculi optatum regnum multo tempore possidere potuerunt, quod paulòpost à Crimignola magno imperatore, Philippi ducis iussu, turpiter expulsi fuerunt. Ipse autem Petrus Bartholomeum

Fratres hūc interfece

Colleonum postea uicecomitum à Venetorum magnum imperatorem filium paruullum post se reliquit. Qui ut suo loco infra dicemus Gallis multas intulit clades. Et fluctuantia bella inter Venetos & Franciscum Sfortiam Mediolauensium ducem, feliciter sopiuit.

6607 1408 Ioannes Suardus Bergomensiũ consul atq; dictator, cum superiori anno propter Ioannis Picenini uicecomitis insolẽtias atq; tyrãnides, Bergomũ ciuitatẽ suã in libertatẽ, suámque potestatẽ ueluti quoddã suũ peculiũ redegisset, hoc anno. 14. calen. Septẽbris (ut erat ingenio perspicaci & prouido) diffidens urbẽ per sese posse tueri, ipsam cohortãtibus amicis cõsanguineisq; suis, Pãdulpho Malatestæ prædicto uẽdidit, Qua uẽdita, confestim urbẽ relinquẽs cum omni sua familia & cæteris suis facultatibus ad Io. Franciscum Gonzagam Mantuã se cõtulit, à quo perbenigne ac reuerẽter exceptus, apud Ostiam oppidũ Mantuanum seu Veronẽsem suæ ditionis, habitare eidẽ cõcessit, ubi à perturbationũ tumultibus semotus, usq; ad obitũ suum cũ omni trãquillitate mẽtis & corporis quietis uixit. Eandem enim urbẽ ideo uẽdere se posse existimauit, quia iam ex multo tẽpore suã esse dicebat, quod ex cõcessione Federici Barbarossæ imperatoris, qui ipsam præclaram & honorabilem familiã ex Germania in Italiã perduxit, & ibidem ipsam nomine imperii perpetuo collocauit. Et idcirco Ioannes hic, tanquam iuris sui illam alienare potuisse credidit. Bergomũ obtinet.



6608 1409 Alexander papa, eius nominis. 5. natione Cretensis, Petrus Cãdianus antea uocatus, ordinis minorũ, doctor clarissimus, de quo supra diximus, hoc anno in concilio Pisano, Gregorio, Benedicto, Boldrino, põtificibus abrogatis, omniũ cardinalium consensu qui tum in eodem concilio aderant, pontifex creatus, sedit mẽsibus. 8. Eo autẽ pontifice creato, Grego. ut dictum est, ad Carolum Malatestam unà cum Leonardo Aretino Ariminũ accessit. Benedictus uero in Galliis post habitum concilium, in castellum Paniscolæ confugit, ubi diutius immoratus, etiam aliquos cardinales creauit. Alexan. autem hic factus ponti. ut erat uir optimus, ecclesiam dei pro posse in pace continere studuit. Et merito quidẽ Alexan. fuit appellatus, quia & liberalitate & animi magnitudine omni quouis optimo ponti. cõferri potuisset, munificus etenim & quam maxime in pauperes, ut põti. decet, fuit. Et adeo munificus profusus extitit, ut domũ pauperrimus decesserit, unde & per locum interdum ipsum dixisse tradunt, se diuitem ponti. fuisse, pauperémque cardinalem & mendicum papam. Et propterea cum nil terrenũ expeteret, tanto fuit animo, ùt Ladislaũ regem potentissimũ, qui ecclesiam & eius ditionem diu nexaret, in cõcilio Pisano, approbãtibus patribus, qui tũc aderãt, regno priuauerit. Soluto itaq; cõcilio, Alexan. Bononiã profectus est, ubi morbo cõtracto, cum ad extremã horam uenisset, cõuocatis omnibus cardinalibus, eò omnes ad pacẽ & ad cõcordiam & ad tuendam ecclesiã dulcissimis uerbis adhortatur. Quibus expletis, lachrymantibus omnibus qui aderãt, illud Saluatoris nostri proferẽs, inquit, pacẽ meam do uobis, pacẽ meã relinquo uobis, statim emisit spiritũ. Et ibidẽ cum ingẽti luctu & põpa, in cõuentu minorũ sepelitur. Alexã. Papa 215. Optimã pontificis integritatem.

Ludouicus Andagauẽsis posthumus eius Ludouici, qui adoptatus à Ioãne cum Carolo tẽpore Vrbani sexti contẽdit, hoc anno Pisas uenit, & cõcessionem regni Apuliæ ab Alexandro prædicto papa recepit. Qui confestim cum exercitu cõtra Ladislaum perrexit, & cum etiã Baldasar Cossà, qui fuit postea Ioãnes papa nunc legatus de latere, & circa Romam cum maximis copiis statiua faciens, ab urbe ultra progredi non est ausus, sed Baldasar Cossa anno sequẽti Bononiæ factus ponti. Romã profectus, opera Pauli Vrsini & Sfortiæ Ladislaum Romanã ditionẽ uexantem profligauit. At Ladislaus anno sequẽti reassumptis uiribus, coẽgit Ioannẽ papam præ timore Romã exire, & primo Florentiam, postea Bononiã, deinde Mantuã profectus est. Et cũ Sigismũdo imperatore de expellẽdo Ladislao cõuentum habuit, hic itaq; Ludouicus cum tribus annis huius regni titulũ renuisset, postea multos labores sine uirili sexu deficiens, Renatũ fratrem regni successorẽ dimisit.



6609 1410 Oannes papa, eius nominis uigesimustertius, natione Neapolitanus, Baldasar Cossa antea uocatus, hoc anno prædicto ponti. mortuo, Bononiæ ponti. creatus, sedit annis. 4. & men. 10. Hunc nonnulli ferunt pontificium munus potius uiolenter usurpasse, quàm liberis suffragiis assumpsisse. Cum enim Ioãnes Papa 216.

Bononiæ potius, ut dominus quàm legatus esset, magnóque exercitui imperaret, & patres pro nouo pôtifice & deligendo ibidem conuenissent, multa eis interminatus est, nisi pontificē sibi gratum elegissent, & ea causa multi perducti fuerunt, quorum neminem ap probare uoluit. Cum autem obsecraretur, ut quam uellet significare dignaretur, Date inquit mihi Petri chlamidem, & ego eam dabo pôtifici futuro. Quod cum factum fuisset, ille pallium suis humeris imponens, Papa ait sum ego. Quæ res quamuis patribus displicuisset, fronte tamen sententiam abscondi consultius fuit, hominem uidelicet terribilem atque armatum territare non uidebant utile. Hac igitur arte Baldasar Cossa, ut aiunt, ponti ficatum obtinuit. Erat autem hic pôtificii, ac ciuilis iurium peritissimus, & rerum gerendarum experientia magisquam uitæ sanctimonia præditus. Qui inito pontificatu, dies aliquot Bononiæ substitit. Et postmodū Romam profectus est, ubi côtra Ladislaum regem ditionem ecclesiæ uexātem, Paulum Vrsinum, & Sfortiam Attendulum militari peritia uiros præstantes conscripsit. Quorum uirtute post diuturnum uariúmque conflictum, Ladislaum profligauit. Verum sequenti anno Ladislaus uiribus reassumptis, iterato papam bello uexare cœpit. Eapropter ponti. timore correptus, Florentiam primo, postmodum Bononiam uenit, & non ita multo post Mantuam ad Io. Franciscum Gonzagam profectus est. Ibi sem & Laudæ & Cremonæ cum Sigismundo Cæsare, & Gabrino Fundulo de pellendo Ladislao rege, qui Romam & multa ecclesiæ oppida occupauerat, conuētum habuit.

papa tū hic uiolenter quasi accepit

Et dum hæc Mantuæ agerentur, Ioannes pontifex ad concilium Constantiæ, omnium nationnm consensu citatur, ubi multa ei enormia crimina à multis obiecta sunt. Qui timens, statim mutato habitu familiáque, clanculum Constãtia aufugit. Quo audito, euestigio missis militibus compræhensus, in insulam sancti Marci prope Côstantiam in carceribus conicctus est. Eoque incarcerato, concilium, uiros grauissimos, doctósque iudices delegit, qui fugæ causam diligenter inquirerent, & crimina obiecta discuterent, eadémque ex ordine referrent. Quare contra ipsum quadraginta & eo amplius capitula contra fidem Christianam in eo probata & adiudicata fuerunt. Quibus criminibus Ioannes hic merito pontificatu ab uniuerso concilio deiectus est. Et hanc quidem in se sentētiam lassam, ipse sui sceleris conscius affirmauit, & comprobauit, pro qua re ex côcilii decreto, statim ad Ludouicum Bauariæ ducem custodiendus missus fuit, donec aliud de ipso decerneretur. Qui in Aldeberga castello munitissimo, per triennium eum conseruauit. Tandem eo in concilio Martinus pontifex surrogatus, dum apud Florentiā existeret, & rogaretur à Cosino medico ciue florentino, Baldasarem ipsum é carceribus liberauit. Qui statim præter spem omnibus admirantibus ad Martinum ipsum Florentiam uenit, & eius exosculato pede, ut uerum Christi uicariū recognouit & salutauit. Martinus autem ea humilitate permotus, post aliquot dies ipsum in numerū cardinaliū ascíscens, eū Tusculanū creauit. Quē postea eo honore habuit, quo reliquos cardinales. Verū post aliquot mēses animi dolore, ut credi possit, Florentiæ defecit. Vbi & à Cosino medico amantissimo suo, honorificētissimo sepulchro in diui Ioannis Baptistæ templo magna adhibita funeris pompa, sepultus est.

Papa citatur & in carceratur

Sigismundus Lucisburgensis, Caroli Bohemorum regis olim filius, Hungariæ & Bohemiæ rex, hoc anno Ioãne pôtifice prædicto nuper creato papa procurante, uigesimusquintus Germanorum imperator creatus, imperauit annis uiginti septem. Vir quidem strenuus, & ad omnia fortiter peragenda promptissimus, que eas ob res ab omnibus electoribus Cæsar electus, statim Romam pro corona maximo cum comitatu uenit. Et ab pontifice coronatus, confestim unà cum eodem pontifice uniuersam fermé Cisalpinam Galliam sedandi belli causa percurrit. Quibus gestis, ut erat homo Christianissimus, cum totam Christianā rempublicam, propter scismata labefactatam conspiceret, statim omnium nationum consensu, Constantiæ concilium indixit, ubi Ioanne prædicto, Gregorio. 12. & Benedicto nono pôtificibus abrogatis, electoq; Martino quinto, uniuersam rēpu. Christianā sua industria, suoq; maximo labore & côsilio, côponere studuit. Quibus rebus ita ex sentētia côpositis, mores etiā tam clericorū quā seculariū nimia iam licētia labefactatos, suo hortatu & uirtute, in meliorē reduxit formā. Zelo quoq; fidei successus, Bohemiā Vsitarū hæresi infectā, multis in locis destruxit.

Sigismūdus impe. germa.

At pro

At pro Christiana religione contra Turcos aliósque infideles inuictissimus expugnator extitit, ita ut quoad uixit, eos propriis quiescere sedibus compulit, atque eos diuersis temporibus per Philippum Florētinum equitem, copiarum suarum imperatorem uiginti prælíis superauit. In senium denique perductus, hoc unum gessit magnæ utilitatis indicium, quod anno imperii sui uigesimosecundo, ad stipendia Philippi uicecomitis ducis Mediolani à Venetis uehementer oppressi, in Italiam uenit, eam tamen ob causam, ut & ei auxilio foret, ad coronam Augustalem iterato obtinendam. Philippi itaq; precibus permissis atque potentia fretus, ex Germania cum parto exercitu ad eum in Lombardiam uenit. Mediolanum igitur ingressus, cum per aliquot menses ibidem superstitisset, Philippi faciem unquam uidere promeruit. Ipse autem Philippus huius Sigismundi impotentiam parui pendens, se in Iouis castello clausit, & nunquam ab eo audiri aut uideri certe permisit. Qua ex re Cæsar indignatus, ex Parma urbe, in qua hyemem exegerat in Hethruriam ad Seuenses se transtulit. A quibus honorificentissime exceptus, apud eos aliquot menses exegit. Inde ad Eugenium ponti. Romam se confereus, ab eo rursus coronatus est. Tandem Roma abiens, Ariminum petiit. Deinde per Ferrariensem agrum iter faciens, Mantuam peruenit, ubi aliquot immoratus dies, Ioannem Franciscum Gonzagam Mantuæ dominum, marchion ali dignitate insigniuit. Demū cum Venetis pace iecta, & Philippo duci (cuius gratia in Italiam uenerat) inimicissimus factus, transalpes emigrauit, ubi non diu superuixit, quia triennio post in Vngariam senio confectus defecit. Erat enim Sigismundus hic (ut aiunt) uir inclytus, præclara ac decora facie, speciosóque & magno atque robusto corpore, magnitudine quoque animi siue pace siue bello eximia, liberalissimus imprimis & in erogando certe profusus. Philippus imperatore cōntēni uisus est.

Gabriel uicecomes, Ioannis Galeatii primi ducis ex concubina filius, uir utique speciosissimus atque bello strenuus, hoc anno innocentissime apud Genuam ciuitatem maritimam, à Bucichalo Gallo prædicto, Genuensium præfecto interficitur. Nam post diuen ditas Florentinis Pisas (quam sibi pater ex testamento reliquerat) Mediolanum statim ipse uenit, & germano suo duce se subiecit. Deinde cum nullum inter Francos & Mediolanenses esset diffidium, post aliquot tempus Genuam (uidendæ urbis gratia) petiit. Quo comperto, Bucichalus à delatoribus subornatus, quod ad explorandam & solicitandam ciuitatem contra Gallos uenisset, facile credidit, & uocatis militibus, illum comprehendere fecit, & sine ulla causa ipsum carnificibus suis dilacerandum dedit, qui suscipientes sine ulla misericordia protinus interfecerunt.

6611 1412 Ordo item seu congregatio sancti Benedicti, quæ sanctæ Iustinæ uulgariter nuncupatur, hoc anno in prouinciam Taruisina apud Patauinā insignem urbem, in monasterio uidelicet sanctæ Iustinæ eiusdem ordinis, primo per uenerabilem uirum Ludouicū Barbum patriciū Venetū optimum religiosum initiū sumpsit, sed reformationē accepit. Vbi etenim ipsa & diui Benedicti religio, à regularibus institutis deciderat, adeo ut nulla iam religionis facies in ipso ordine uideretur. Sed Ludouicus ipse tanquā nouū sydus unà cum Rolando Patauino, & Iacobo Ticinēse religiosissimis uiris in eo refulsit. Qui non modo suū ordinē denigratū illustrauit, & ad uiā ueritatis reduxit, sed & primus omnium ordines ad ea quæ nūc tantopere uiget, obseruantiā regularem perduxit, quia eius exēplo religiosi fermè oēs permoti, iam mēdicātes quàm reliqui, eidē subsequi pro uribus conati sunt. Ipsi itaq; uiri præclarissimi suæ religionis, sua calamitate atq; ruina permoti, ibidē pōtifice summo cōcedente, suæ obseruātiæ fundamēta iecere, & eo Iustinæ loco succrescens, congregatio sanctæ Iustinæ denominata est. Quæ postmodū incredibiliter & uiris præstātissimis & locis bonisq; tam tēporalibus quā spiritualibus excrescēs, Eugenius gloriosus pōtifex eius nominis quartus, iam maximis priuilegiis & gratiis atq; immunitatibus ac locorū cōcessionibus plurimū iuuit. Quæ nostro seculo quāto splendore uirorū religiosissimorū doctrina grauitate & omni sapiētia uenerādorū refulgeat, dicere nō attinet. Cū in ea innumerabiles extant uiri non modo iuriū ciuilis & pōtificii, ac sanctæ theologiæ & philosophiæ doctrina (sicut eorū decet professionē) abūde pleni, sed & eloquētia literarū tam græcarū quàm latinarū ornatissimi. Qui & si pauca scripserint, aut populo publicè non declament, tamen Primus reformatur ordinis sancti Benedicti

cum religiosissimi sint, & multis non modo secularibus, sed etiam ipsis religiosis obseruantibus,& uirtuti & saluti operam danti,suo enim exemplo & bonis operibus piis opem afferunt.

Ordo deniq; monachorum eremitarum diui Hieronymi, & ipse iam diu à patrum institutis collapsus,non multo post à uenerabili religioso Lupo Hispalensi ipsius ordinis generali præposito, prædictorum exemplo nouis & regularibus institutis, nouáq; regula ex dictis beati Hieronymi excerpta,instauratus est. Nam Lupus idem & reliqui patres ipsius religionis professores,usque ad id tempus sub regula beati patris nostri Augustini militauerant. Sed Lupus ipse patris sui diui Hieronymi zelo succensus, & monachorum sanctæ Iustinæ exemplo ductus, ad perpetuum sui ordinis stabilimentum, & ad melioris uitæ frugem,& ad imitandum patris sui uitã, ut erat uir doctissimus pro institutione regulæ multa (ut profertur) ex dictis eius excerpsit, & in unum regulæ corpus redegit. Quam quidem regulam postmodum Martino papæ approbandam cõfirmandámque obtulit. Quam sane pontifex ipse non modo laudauit, uerum etiam in monachalem obseruantiam confirmauit. Et deinceps loco regulæ beati Augustini obseruandã per apostolica scripta Lupo ipsi præposito & eius successoribus omnibus mandauit. Cuius bullæ principium est: Et si pro cunctorum Christi fidelium. Regula uero incipit, Fratres charissimi,non quæ in mente concepi hæc religio monachorum more, qui sub regula beati Benedicti militant, & ipsa per omnia uiuit, nisi quod griseo colore in indumentis & Romano officio utitur. Magnæ quippe uitæ sanctitatis & integritatis est, magnæq; opinionis in dei ecclesia hæc religio extitit.

Lupus doctor ordinẽ istum refecit.

Facinus Canis, uictoriosissimus copiarum Mediolanensiũ imperator, natione Monferratensis,ex oppido nobilissimo sancti Enuasi oriundus,hoc anno Ioãne Maria duce Mediolanensi interfecto, in eius regnum succedens, regnauit tanquam tutor,donec Philippus Maria adoleuisset,annis ferme duobus. Vir quippe magnanimus prudẽtissimúsque,ac in armis ab adolescẽtia exercitatissimus. Quas ob res multas strages ac incommoda finitimis Pedemontanis intulit. Hic itaque Mediolanense imperio suscepto, in primis contra Pandulphum Malatestam statim duxit, & Brixianos ac Bergomenses plurimis incursionibus & direptionibus ac uastationibus attriuit, nec à Cremonensibus quibus Gabrinus Fundulus imperabat & dominabatur, abstinuit. Sed cum isto modo milites suos sine stipendio retinere uellet,quos rapinis pascere & allere consueuerat,multorum bellorum ac discordiarum causa fuit. Verum paulò post iam ætate grandæuus, sine liberis locupletissimus.16. mensis Maii Papiæ deficiens, Beatricem uxorem cordatam atque magnanimam mulierum omnium,bonorum suorum reliquit hæredem. Quam tamen idem Facinus Canis pauloante obitum suum,suasione & consilio amicorum suorum, Philippo Mariæ duci iuueni desponsauit uxorem. Quam nihilominus idem Philippus dux post annos quinque, uidelicet in anno salutis nostræ.1417. die uidelicet.13. Augusti in caueam arcis Abiatæ decapitari fecit. Sunt qui dicant hunc Facinum in anno.1412. Papiæ defecisse.

Beatrix uxor huius uiri datur duci Mediolani

Otho tertius Parmensium tyrannus crudelissimus sane uir truculentúsque ac sanguinolentus hoc ipso anno qui est duodecimus supra millesimum quadringẽtesimum, postea quam multas ac multas cædes, & crudelitates, maxime in nobilium Rubeorum familiam, atque alias plurimas sæuitias exercuit. Ac etiam postea quam omnes circumquaque ciuitates & direptionibus aliisque infinitis prope malis diu perturbasset, & quãmaxime Nicolaum Estẽsem Ferrariæ marchionem, cuius cõpater erat, apud Ruberam agri Regiensis oppidum, ad colloquium spe componendæ pacis,cum ipso compatre suo Nicolao pel lectus à Sfortia Attendulo Cotignola,ipso Nicolao Estense iubente, merito obtrumcatus est. Quo mortuo cũ sui fugam atripuissent, Mutinẽses cum plurimũ ab eo infensi fuissent, statim cadauer suum in urbem detulerũt,& ab equis ignominiosissime per totã urbẽ trahi fecerũt,& innumerabilibus iaculis confossum & turpiter laceratũ porcis tandẽ corroden dum obiecerũt. Fuit tamẽ hic bello admodũ strenuus impetuosúsq; atq; acerrimus. Et mul ta facinora strenue gessit. Vnde & Nicolaũ ipsum Estensem marchionem finitimum suũ, sæpe sui salute prostratũ coegerat anxia formidine trepidare. Et nisi ciuiũ suorũ sanguine

manus

manus cumulasset, fuisset profecto omnibus illa ætate multorum iudicio præferēdus. Suo etenim terrore Rhegium Lepidū urbem Nicolao ipsi Estensi abstulerat, & Rubeis interfectis Parmam ciuitatem per tyrannidem in suam redegerat potestatem, sed eo interfecto Rhegium & Parma, dedentibus se ultro ciuibus, rursus in Nicolai prædicti Estensis manus deuenere. Hunc item ferunt aliquando de Placentiæ principatu, cum Iacobo Arcellatæ cruentissimis armis contendisse, qui in uindictam uiolatæ fidei uotam, ipsius Iacobi effigiem (ut tunc moris erat) depictam quoad uixit suo in scuto post terga præcedentis armigeri deferri fecit. Iacobóque ipso mortuo, Otho hic ipsam effigiem taliter depictam, in Parmansi foro, cum pulsatione campanarum & uexillis omnibus, populo congregato, comburi iussit. Deinde collectos cineres, in aperta capsula in eminentissima urbis turre collocauit, ut inde surgentibus uentis, appositi cineres dispergerentur in regionem.

6612 1413 Thomas Mocenicus, sextus & sexagesimus Venetiarum dux, hoc anno Michaële Sten duce defuncto, omnium suffragiis absens, creatus dux, ducauit annis.10.& men.3. Mortuo enim prædecessore, iste Cremonæ apud Gabrinum Fundulum orator erat. Sed dum de principe deligendo mentio haberetur, diuinitus quasi uno ore creatus fuit, tanquam magnanimus, grauisque ac modestus. Qui magistratu suscepto, cum uideret rempublicam suam ab imperatore opprimi, statim Carolum Malatestam, bellicæ artis scientissimum, copiarum suarum contra ipsum imperatorem delegit ducem. Nam Sigismundus prædictus Cæsar electus, mox cum duodecim equitum & octo peditum milibus in Italiam (accipiendæ coronæ gratia) descenderat, & eos omnes in Venetos mittens, primo impetu forum Iulii accepit, & etiam Taruisium urbem expugnauit. At Thomas hic reipu. solertissimus princeps atque patronus, Carolum ipsum opposuit. Qui fusis & fugatis Cæsaris copiis, subito cuncta deperdita, ingenti uirtute recuperauit. Atque Veronam urbem quorumdam ciuium proditione quasi perditam, sua uirtute suáque prudentia in fide continuit. Et sumpta de nocentibus pœna, euestigio omnia sedauit. Indéque classem non modicam in Turcos mittens, de ipsis etiam non incruentam uictoriam obtinuit, & pyratas multos ex equore fugauit. Postmodum contra Hungaros infestos bellum suscipiens, multas strages de illis ædidit. Feruntur & alia eius plurima facinora strenuè gesta, quæ breuitati studentes omittimus. Moriens denique, ibidem in prædicatorum basilica cum ingenti pompa sepelitur marmoreo sepulchro.

Imperatorem profligauit, perdita recuperat. Pyratas fugat.

6612 1413 Ioanna regina eius nominis secūda, Ladislai regis soror, hoc anno fratre prædicto sine liberis absumpto, in Neapolitano regno eidem succedens, regnauit an.21. Hæc mulier uirilem animum in fœmineo pectore gerens, inter uarias regū lites, multa aduersa forti animo pertulit, nam primo cum adolescentula in regnum successisset, fœdis amoribus diffamata fuit. Et ut uidit tantam regni molē à se sola sustineri non posse, Iacobo marchio comiti denupsit. Quod inter Galliarū principes, & genere & uirtute primarius haberetur. Quem ut maritum & regem præter sui consensum agere in omnibus uidit, indignata, illum mox repudiauit, propter quod euestigio regnum diuisum est. Erant eo in regno quibus eius dominatus, nec oratus, nec ingratus esset, eo quod dignitatem & regium nomen Ioanna retinente, ipsi summam rerum potiebantur. Erant & econtra qui aut Ludouicum cum Andagauensem ducem placebant, adoptari in filium. Alii autem dicebāt Alphonsum Aragoniæ regem potentissimum fore in regnū reuocandum atque ita cum multi reges & adoptione & armis eo in regno se arguerent digniores, Alphonsus tandē Aragonum rex, contra omnes præualuit. Cúmq; in regnum introisset hæc Ioanna illū adoptauit in filiū. Verūtamen ipse ingratitudine usus, haud multo post eam Neapoli expulit, receptámq; rursus, etiam interdum in urbis arcibus obsedit. Et itaq; quoad uixit, multa intulit non filiali retributione digna. Denique cum domini nostri Iesu Christi anno.1434. Ioanna hæc, & Ludouicus Andegauensis dux in regno uitæ finem fecissent, regnum omne duobus orbatum principibus multos animos perturbauit. Gesta autem huius mulieris tam uaria & magna fuere, quòd plærosq; historicos oratorésq; atq; poëtas fatigauit. Et in primis Blondum Forliuiensem, Pogiúmq; Florentinū, diuum præterea Antonium

Florentinum archiepiscopum, antequam possent ipsam secundum uitæ suæ gesta satis conuenienter describere. Ac alios plurimos oratores.

Concilium constantiense.

Concilium Constantiæ ad scisma tollendum, quod nouem & triginta annis perdurauerat. Sigismundi Cæsaris iussu & industria, hoc anno celebrari cœptum est. In quo quidem quinque aderant nationes, scilicet Itali, Galli, Germani, Hispani, & Angli, quorũ suffragiis omnes concilii res gestæ sunt. Eo siquidem Ioannes papa, licet inuitus pontificatu se abdicauit. Et ad perpetuos carceres concilii decreto apud Aldebergã Germaniæ castellũ damnatus est. Gregorius uero qui in Pisano concilio fuerat damnatus, eò Carolum Malatestam legatũ mittens, sponte se abdicauit. Benedictus autẽ cognomento Boldrinus quondam Galliarum adulterinus papa, cum apud Catheloniam in castello Paniscolæ munitissimo se contineret, seque uerum Christi uicarium pertinaciter assereret, tandem authoritate concilii rursus improbatus est. In eo etiam concilio hæreses nonnullos scilicet. Ioannia Viglef hæresis damnata est, duoque ex discipulis eius exusti sunt, uidelicet Ioannes Hus & Hieronymus eius condiscipulus, eo quòd dicerent iuxta Dulcinum Nouariensem hæreticum meliores esse debere comites & ecclesiasticos, & ad imitationem Christi omnino pauperes esse debere & oportere, cum ex tanta diuitiarum copia populi scandalizarẽtur. Cùmque ibi quadriennio fermè ad tollendos scismaticos, & ad restituendam ecclesiam, necnon ad emendandos Christianorum mores multi prælati, multíque principes præstitissent. Tandem de eligendo nouo pontifice sermo inter omnes habitus est. Vnde & concilii & Sigismundi imperatoris, qui semper concilio aderat, decreto statum fuit, ut unaquæque natio sex probatos uiros & deum timentes deligeret, qui unà cum dominis cardinalibus pontificem eligerent, qui conclaui ingressi præter omnem spem, licet multi scismatici conclaue interessent, unanimiter Othonem Columnam Romanum diaconum cardinalem, tertio idus Nouembris in festiuitate beati Martini hora tertia pontificem creauerunt. Tantàque inter omnes lætitia & exultatio fuit, ut uix homines loqui possent. Statim autem Sigismundus imperator, ea electione gaudio repletus, nullo habito suæ dignitatis respectu, cõclaue ad patres ingressus est, & gratias omnibus cũ lachrymis egit, quòd tantum uirum tamque necessarium reipublicæ Christianæ prope extinctæ elegissent. Et ante nouum pontificem prostratus, summa cum ueneratione eius pedes exosculatus est, cui pontifex gratias agens ipsum magnificeit, quòd sua opera suáque industria pax tandem ecclesiæ reddita esset. His gestis cum per annum etiam ibidem concilium perstitisset, & multa ad Christianam religionem necessaria decreta fuissent. Tandem anno domini. 1418. concilium pontificis imperatorísque iussu dissolutum fuit, & omnes cum pace abiere.

Trespa pæ repudiati sunt.

Duo hæretici damnati cõburuntur.

Martinus papa eligitur.

Philippusmaria Mediola. comes.

Philippusmaria Angelus, tertius Mediolanensium dux, Ioannis Galeatii ducis ex Catherina uxore filius, Ioannisque prædicti ducis obtruncati frater, hoc anno post multorũm tyrannidem, in regnum paternum tandem restitutus, regnauit annis. 32. men. 7. uir certe sapientissimus magnanimúsque, ac splendidissimus, necnon & totius (ut ita dixerim) decus atque lumen. Qui principatu non sine difficultate adepto, statim suo consilio suáque prudentia tyrannos omnes ciuitatum suarum occupatores deiecit, & exterminauit, & eum eisdem præclara facinora gessit. Itaque Mediolanum tantummodo in principio adeptus, cum omnes suæ ditionis ciuitates à tyrannis occuparentur, ex procerum suorum consilio Beatrisinam Facini Canis relictam annosam, quamuis ipse iuuenis duxit uxorem, à qua ingentem uim auri & argenti suscipiens, mox magnos exercitus conscripsit. Cui Matthæum quendam Theutonicũ uirum in armis præstantissimum præfecit. Qui, ut aiunt, primo Angeli dela pergola, multo fuerat. Is igitur Matthæus in magistratu constitutus, primo suo congressu Comum duxit, ubi Lutheus Ruscha comes præerat. Qui uiso exercitu fine ullo prælio, conditione accepta, urbem confestim reddidit, indéque discedens cum exercitu Tricium peruenit, ubi morbo cõtracto dum fluxu sanguinis laboraret, Mediolanum delatus euestigio uitæ finem fecit. Eoque mortuo, Philippus dux pro eo Franciscum cognomento Crimignolam subrogauit. Qui licet humili loco natus esset, omnibus tamen in rebus præclarissimus euasit. Quo quidem præclaro uiro, si dux ipse Philippus

usque ad

usque ad mortem breue uti sciuisset, uniuersam Italiam suo certe supposuisset imperio. Ipse itaque imperatoria dignitate ab ipso duce Philippo suscepta, cõfestim apud Tricium oppidum, quod obsidebat, pontem Abduæ fluminis pulcherimum deiecit, & per totam hyemem illud castellũ munitissimũ obsedit & oppugnauit. Sed cum esset inexpugnabile, tandem dato magno auri pondere colonibus Bergomen. qui scilicet illud occupauerant, oppidum redemit. Eoque potitus, Placentiam commigrauit. Eam enim urbem Philippus Iaco. Arcellati filius & ipse per tyrannidem occupabat, uir certe dei & sanctornm omnium contemptor, qui post multas oppugnationes timore percussus, nocte urbe se deiiciens ad Venetos confugit, ubi post aliquot menses Patauii deficiens, dixisse tradunt: En morior, & cadauer meum Venetis, diuitias filiis, animámque diabolo relinquo. Expugnata igitur Placentia, Crimignola itineribus quibus potuit, concitus laudem aduolauit. Atque eandem urbem acerbissima obsidione aliquandiu fatigauit. Tandem confractus ciuium Ioannino Vignatense, qui in ea urbe dominabatur, cum duobus filiis fugiente, Crimignola urbem ingressus est, & ciues alloquens, eos cum summa benignitate in Philippi gratiam recepit. Eoque die Ioannino tyranno cum filiis in segete latitante compræhenso, ad Crimignolam perductus est. Quo uiso, mox eius filios in conspectu suo, postmodum etiam ipsum laqueo interire fecit. His gestis, celeri cursu Cremonã petiit. Ac primis quasi cogressibus omnia agri sui oppidi sibi subiecit. Quapropter Gabrinus Fundulus, uidens sibi male succedere, cum Philippo duce per legatos pactum percussit, urbémque quibusdam castellis sibi reseruatis, quadraginta milium ducatorum auri pondo reddidit. Cum uero hæc omnia ad uotũ Philippo duci succederent, Ioannes Iacobus Montisferrati marchio motus, extimescere cœpit ipsius ducis potentiam. Vnde sibi consulens ultro Vercellas, Alexandriam & Astensem urbes ei restituit, & non ita multo post Crimignola, Bergomum, & Brixiam Pandulpho Malatestæ ademit. Quibus etiam Philippi successibus Nicolaus Estensis marchio motus, facturus ad id quod armis cogi potuisset, Mediolanũ profectus Parmam urbem, quam mortuo Othone tertio obtinuerat, Philippo restituit, retento Regio urbe, pheudi nomine. Addiditque præterea ad paternam dominationem, Genuam maritimam potentissimam urbem, & alias ditionis ipsius Genuæ ciuitates. Cúmque mari terráque omnibus formidabilis Philippus esse cœpisset, maiori comparato exercitu, Crimignolam in Foriiuienses Imolensésque misit. Quamobrem Florentini eius potẽtiam ueriti, illum bellis lacescere cœperunt. Contra quos Crimignola apud Zachariam castellum agri Fauẽtini confligens, eos turpissime superauit & profligauit. Idque bellum à Florentino populo unà cum Venetis susceptum, usque ad huius Philippi mortem, & ultra usque ad annum salutis nostræ. 1454. perdurauit, infida tamen nonnunquam & insidiarum plena, pace intercedente. Verum cum Crimignola (ut infra dicemus) indignatus, à Philippo ad Venetos defecisset, fractis Philippi rebus, Veneti Brixianam urbem, per Crimignolam primum inuasere, & in suam potestatem deduxere. Pace deinde sequenti anno Martino pontifice authore cum Venetis facta, Bergomum etiã cum oppidis suis amisit. Verum tamen licet multis opprimeretur bellorum turbinibus, Ioannam Apuliæ reginam ab Alphonso rege pulsam, sua uirtute & potentia, in regnum remisit. Quanti autem huius felicissimi & inclyti principis fuerit animi magnitudo, quantáque liberalitas, quanta deniq; magnificentia, uel ex hoc apertissime intelligi potest, quòd Alphonsum & Ioannem reges, ac etiam sancti Iacobi magnum magistrum, fratres cum aliis cẽtum principibus atque ducentos auratæ militiæ equites, à Genuensibus subditis suis captos & ad se perductos, humanissime suscepit, eósque multis muneribus donatos, in patriam honorificentissimè remisit, cum omne eorum regnum obtinere potuerit. Tandem post innumera bene gesta facinora, cæcus effectus, anno à natiuitate Christi. 1447. profluuio uentris correptus, Idibus Augusti, hora secunda noctis, naturæ concessit, nullis relictis sibi masculis filiis, nisi Blancam Mariam naturalem filiam, quæ eidem postmodum in regnum successit, prout latius in sequenti libro in anno. 1497. dicemus. Eius autem corpus, ipsa filia facta regni princeps, post annos quatuor, in maiori urbis tẽplo loco eminentiori tumulari fecit. Eiusq; in morte tota ciuitas, cum quid consilii capere non satis nosceret, tumultuare cœpit, & uehementissimæ

Florentini superantur.

Alphõsi, fratrúmq; eius captiuitas

tissimæ procellæ exortæ sunt. Eo maxime, quòd omnes publicam appetebant libertatem. Hic tres habuit uxores, Byatresinam Facini Canis relictam, quam postea suspitione damnatam interficere fecit. Secundam marchionis Mõtisferrati. Tertiam uero Mariam Amedei, Sabaudiæ ducis filiam, quamque reginam dimisit.

Hernestus octauus Austriæ dux, Leopoldi ducis ex illustri Viride uxore filia, magni Bernabonis uicecomitis susceptus, uir quidem illustrissimus atque sapientissimus, hoc anno. II. cal. Octobris genuit inter cæteros Federicum filium eius nominis tertium, postea in regno Austriæ eidem successorem ac Romanum Imperatorem. De cuius gestis nil memoriæ dignum habemus. 6614 1415

Viri disciplinis excellentes.

Laurentius Iustinianus ordinis canonicorũ Cælestini, habitus seu congregationis sancti Georgii de alga Veneti, & Venetus postea patriacha, hac tẽpestate Venetiis quammaxime tum religione, tum uitæ sanctimonia, túmque diuina quadam doctrina, maximo apud omnes habetur in precio. Qui ab ipsa sua adolescentia post Marinum Quirinũ auunculum suum patritium Venetum uirum religiosissimum adeo uocatus, religionem ipsam intrauit, ubi calcatis permaximis operibus & honoribus, atque florentissimæ ætatis illecebris, ad cælestem militiam ita feliciter euolauit. Quam sanè religionem, quanto splendore sua innocentissima uita, sua abstinentia, uigiliisque & orationibus, atque suis mirificis doctrinis, & exemplis illustrauerit eius historia à Bernardo Iustiniano eius nepote oratore præclarissimo ædita, optime demonstrat. Hic namque & si pauca à præceptore didicerit, adeo ut uix prima elementa perceperit, attamen cum scientia diuina imbutus esset, quartuordecim scripsit librorum uolumina, & sermones. 6615 1416

Laurentius Iustinianus ordinis canonicorum.

Petrus Cameracensis episcopus, sacræque Romanæ ecclesiæ cardinalis, patria Aleacensis, Parisiensis gymnasii quondã generalis Cancelarius, præceptor inter cæteros Ioannis Gerson, philosophus & theologus, aliarumq; bonarum literarum eruditissimus, hac tempestate in concilio Constantiensi quammaxime clarus & insignis habitus est. Qui cum esset eminẽtissimi & acutissimi ingenii doctor, multa & præclara scripsit uolumina, cuius principium cuiusdam est: Quænam doctrina hæc.

Petrus Cameracẽsis cardinalis.

Petrus de Ancharano, patria Bononiensis, domini Baldi Perusini auditor & discipulus, iureconsultorum suæ ætatis certe præcipuus, & ipse per hoc tempus Bononiæ & alibi clarissimus effulsit. Qui super Decretalibus, Sextóque, ac Clementinis optime scripsit ac commentatus est. Ferunt & eius commentariola in sexto extra de regulis iuris. Sed & super Digesto ueteri ac nouo perpulchre commentatus est. Aedidit præterea egregium consiliorum opus, & propterea dominus Pontanus in consiliis suis miris eum extulit laudibus.

Petrus de Anchatana. canonũ doctor

Antonium de Butrio etiam patria Bononiensem, Petri prædicti contẽporaneum fuisse tradunt uirum certe doctissimum, ac uitæ sanctitate insignem. Qui præ cæteris Decretales, Clementinásque optime explanauit. Duo etiam repertoria ad eius ciuile canonicumúe pertinentia composuit. Ac etiam consiliorum opus post se reliquit. Atque alia quædam.

Anto. de Butrio.

Franciscus Zabarella, natione Patauinus, Romanæ ecclesiæ cardinalis præsbyter, bonarum literarũ, & maxime philosophiæ, ac iuris pontificii consultissimus, uir per hoc ipsum tempus (ut prælatos decet) literatum & prudentia atque aliis pluribus uirtutibus plurimum exornauit. Qui cum doctissimus atque eloquentissimus haberetur, multa copiose doctéq; cõposuit, & maxime in Decretalibus & Clemẽtinis ædidit. Atque alia quædem memoratu digna post se scripto reliquit. In cuius laudem Pogius Florentinus orator, elegantissimam composuit orationem.

Franciscus de Zabarella.

Raphaël Fulgosus, natione Placentinus, excellentissimus iurisc͡õsultus tempestate hac & ipse multa ad declarationem iuris ciuilis pertinentia composuit, quæ ingenii hominis præ se ferre uidẽtur. Et iter cætera super Digesto ueteri, ac toto Codice perpulchrè commentatus est, ac alia complurima ædidit consiliorum opera.

Raphaël Fulgosus.

Raphaëlem etiam Cumannum iuris ciuilis consultissimũ, prædictis contemporaneum fuisse

Rapha. Cuma.

fuisse constat. Qui & ipse in Digesto ueteri Codicéque multa ædidit. Ferütur & eius con filiorum quædam insignia uolumina.

Petrum quoque Maurocenum patritium Venetum, ecclesiæ Ro. episcopum cardinalem hac ipsa ætate, non solum dignitate insigni, sed & mirifica doctrina fuisse & floruisse tradunt. Virum certe, & humanis & diuinis necnon & pontificii iuris apprime eruditissimum. Cuius doctrina & morum præstantia quanti fuerint, opera à se docte & subtiliter ædita peroptime declarant. Et præcipue quæ in. 6. Decretalium egregie descripsit.

Ioannes de Imola, egregius ac certe consummatissimus utriusque iurium interpres & doctor, per ipsum tempus apud Italiam & quammaxime Bononiam urbem scientiarum dominam insignissimus clarissimúsque habitus est. Qui inter cætera maximi sui ingenii opera super primum & secundum ac tertium Decretalium libros præ cæteris docte accuratéque scripsit. Sextum quoque, ac Clementinas elegantissime commentatus est. Sed & Infortiato, ac Digesto nouo, quædam composuit uolumina. Obiit autem uir tantus in tota Italia certe nominatissimus, cum magna literarum iactura, anno salutis nostræ. 1436. Ioã. de Imola iuris cõsul.

Leonardus Aretinus, philosophus historicus & orator elegantissimus, probatúsque, tempestatehac floruit, & magno in precio apud tres pontifices Romanos, uidelicet Innocentium sextum, Gregorium duodecimũ, Alexandrúmque quintum, ac demum Ioannem uigesimumtertium fuit, usque ad Constantiæ concilium maxima cum integritate, fide, innocentiáque, secretarii officium administrauit. Qui postmodum à senatu Florentino accitus, Cancelariæ generalis cura sibi demandata, usque ad extremum uitæ suæ tempus feliciter gessit. Quem certe inter uiros disciplinis excellentes ob uirtutem permaximam, ac dicendi elegantiam, omnibus præferendum esse putamus. Ea propter cum esset optime eruditus, licet multis impeditus negociis, tum publicis, tum familiaribus, ea quæ subiecta sunt, scripto mandauit. Et primo cum adhuc græcis authoribus operam daret, beati Basilii episcopi opusculum de instituendis disciplinis, mira dicendi suauitate in latinum transtulit. Deinde dyalogum quendam summa ædidit elegantia, in quo doctrinam Dantis & Francisci Petrarchæ, ac Ioannis Bocatii, primo impugnatam maxime laudat. Vitásque Tyberii & Gracchi Gracchorum, Pauli Aemilii, Catonis posterioris & Sertorii Romanorum ex Plutarcho transtulit. Ciceronis uero uitam nonnunquam interpres sed ueluti à seipso dictam ipse cõposuit, ubi multa addidit à Plutarcho prætermissa. Transtulit quoque quendam libellum Xenophontis de tyranno. Ex Platone uero Gorgiam & Phedronem atque ipsius epistolas quasdam. Ex Aristotele Oeconomicam & Ethicorum ac Politicorum libros. Insuper & ipsius Aristotelis uitam ex multis authoribus, tam Latinis, quàm Græcis congestam. Commentaria præterea primi belli Punici ex Polybio græco historico duobus libris expressa reliquit. Et ex Procopio historiam Gotthorum quatuor libris complexus est. Volumen quoque epistolarum, & alia plurima opuscula, ac sui temporis historiam separatim conscripsit. Multáque præterea alia composuit, in quibus dicendi elegantia & summa ipsius ingenii uis apparet. Item de laudibus Florentiæ librum unum ædidit. Sed & denique opus certe luculentissimum de rebus Florentinorum bene gestis, duodecim libris descripsit, non tamen quod proposuerat ad extremum perduxit. Cuius historiæ causa senatus Florentinus ei singulare præmium ad mortem usque constituit. Eius autem mors fuit in anno domini. 1443. cum esset ætatis annorum. 74. Leonardus Aretinus philosophus. Trãslationes huius cõmemorat

Pogius Florentinus orator facundissimus, & literarum apostolicarum scriptor disertissimus, græcæ latinæque linguæ eruditissimus, hisdem temporibus, & ipse ob singularem doctrinam, & singularem dicendi leporem, tum Romæ, túmque Constantiæ, ubi concilium habebatur, atque aliis plurimis in locis maximo fuit habitus in precio. Eo maxime quòd in concilio existens, Quintilianum omnino deperditum & obliteratum depra uatúmque, in monasterio quodam latitantem inuenit, quem postea (ut prædictum est) Gasparinus Bergomas noster, multo labore emendauit. Hunc etiam Florentini propter ingenii & eloquẽtiæ ipsius claritatẽ, cum per quadraginta annos in curia Romana scriptoris Pogius orator.

officium exercuisset, ad se uocatum, summo honore exceperunt coluerúntque & honorauerunt, ac ab omni onere ciuitatis immunem fecerunt. Composuit autem hic funebres orationes plurimas, & librum facetiarum pulcherrimum, ac epistolarum multarum librum elegantem. Et é græco Dionysium Siculum, & alios multos latinos fecit. Et de situ Indiæ libellum composuit. Et alia multa.

Hus & Viglef hæretici.

Hieronymus Bohemus hæreticus, Ioannis Viglef hæresiarchæ imitator, Ioannisq; Hus hæretici condiscipulus, per hoc tempus in concilio Cōstantiensi post Ioannē Hus, publice multo astante populo exustus est, quod diceret & prædicaret iuxta Dulcinum hæresiarcham, mulieres esse debere communes, & alia multa enormia. Deinde deprehensus, quód Catholicæ ecclesiæ esset detractor, & Romani pontificis oppugnator, cardinaliū hostis, & persecutor prælatorum, ac cleri, Christianæque religionis inimicissimus esset. Ad hunc tamem plurimi uiri eruditissimi & magni ecclesiæ Romanæ prælati accessere, ut ipsum à sua sententia dimouerent, & ad uiam rectam flecterent. Sed cum pertinacius in suam hæresim persisteret, per concilium damnatus, & igni exustus est, quod supplicium iucunda fronte & alacri uultu ad exitum suum accessit, non expauit ignem, non illud tormenti genus, nullus unquam Stoicorum fuit, qui tam constanti animo mortem appetisset, quàm hic appetisse uidere uisus est. Hunc Pogius Florentinus (qui ad spectaculum suo funeste mortis interfuit) miris eius doctrinam & ingenium atque insignē eloquentiā laudibus effreret. Dicēs eum. 340. in carceribus stetisse, in multis sordibus, in squalore & stercore, in cōpedibus, & omnium inopia rerum. Vbi nec legendi, nec uidendi quidem ullam potuit habere facultatem. Et tamem idem suam tam diserte, & magna cum omnium admiratione disseruit, ut ipse Pogius fatetur unquam se uidisse hominem, qui in causa dicendi magis accederet, ad facundiam priscorum, quos tantopere admiramur. Tantos enim doctissimos uiros in testimonium suæ sententiæ adduxit, ut satis fuisset, sed toto tempore incarcerationis suæ summo in ocio studiis operā dedisset. Dicebat enim idem Pogius, eum esse uirum memoria sempiterna dignum, admirans doctrinam eius, & rerum plurimarum scientiam, eloquentiam, & dicendi suauitatem, & argutiam respondendi.

CHRONI

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DECIMVSQVINTVS.

6616 1417 

Artinus eius nominis quintus papa, patria Romanus ex illustri familia Columnensium natus, hoc anno in celebritate sancti Martini episcopi ex cardinali diacono, in Cōstantiensi consilio omniū nationū, & cardinaliū consensu, pōtifex creatus, sedit annis quattuordecim & mensibus tribus. Iuris pontificii peritissimus, & in omni uita integerrimus uir, Ob cuius integritatem & doctrinam ac bonitatē atque moderationē, ex triginta tribus cardinalibus praelectus fuit. Qui in pontificatu constitutus, non somno aut ocio, sed negocio, & solicitudini deditus, omnia ad rem pontificiam pertinentia, miro perfecit modo. Cuius sermo cum breuis esset, plenus sententiis in lucē semper deducebatur. Verum tamen in rebus agendis adeò promptus erat, ut res factas prius homines cernerent, quàm ab eo excogitata putarent. Tali nāque pontifice indigebat ecclesia Dei, qui Petri nauiculā scismatis & seditionū fluctibus diu acriter quassatam, redigere in portum salutis sciret, & posset. Hic igitur pontifex creatus & factus, eo in Constantiensi concilio, etiam per annum perstitit, reipub. Christianae componendae causa. Sed rebus omnibus optime dispositis, absolutóq; cōsilio, in Italiam per Sabaudiā uenit. Dum aūt alpes transisset, & in Italiam descendisset, Prouanorū in Pedemontium uetustam & clarissimam familiam, ob uirorum ipsius praestantiam atq; urbanitatem primo in suam Colūnensium familiam copulauit, atq; ipsius insigne eidem familiae ob ipsius benemerita gerendum concessit. Indeque abiens Mediolanum peruenit, ubi à Philippo Maria duce eiusque populo perbenigne, magnificentissiméque exceptus, ibidem sacristiam maioris templi consecrans multas indulgentias concessit, Brixiam quoq; uadens à Pādulpho Malatesta, tum in principe non inferiori exceptus fuit gloria, ubi inter ducem praedictum, & Pandulphum ipsum, hac lege pacis foedera percussit, ut Pandulphus ipse quotannis tributo duci persoluto, tam diu Brixia potiretur, quoad ei uiuere liceret. Quā tamen pacē Pandulphus, haud multo post disturbauit. Inde quoque digrediens per fines Mantuanorum Ferrariensiúmque, ac Rauennatū, Florentiam tandem peruenit, ubi biennio subsistens, omnem ecclesiae rem, tam in temporalibus quàm in spiritualibus peroptime composuit. Quoniam ecclesia ipsa propter longum scisma omnem pene temporalem ditionem perdiderat, quam ibidem commorante Martino in suam redegit potestatem. Compositis itaque ex sententia rebus Martinus cum bona Florentini populi gratia discessurus, ciuitatem Metropolitano honore exornauit, eique Volateranam Pistoriensem & Fesulanā ecclesias subiecit. Abiens itaque Florentia, Romam tandem desideratus peruenit, uniuersa urbe eidem obuiam affusa, quae hominem non secus ac omnium parentem expectabat. Vrbem igitur Romanam pontifex ingressus, adeo diruptam & uastatā inuenit, quod nullam ciuitatis faciē habere uidebatur. Nam collapsae domus, collapsaque templa cernebantur, omnia dirupta, omnia uastata, omniáque lacerata & dissipata erant. Et non modo tēpla, domus, uici, & plateae, ac reliqua urbis moenia, sed & ciuium mores, atque omne omnino ciuitatis ornamentum in ea deperditum uidebatur. Quam ob causam pontifex pietate commotus ad eam exornandam componendósque mores, ita animam adiecit, ut breui conualescens, meliorem faciem prae se tulerit.

Martinus papa. 217.

Florentiae per bienniū stetit.

Archiepiscopū Florētinis dedit.

se tulerit. Quam ob rem ciuitas ipsa non modo ipsum ciuem suum, & summum pontificem, sed & optimum patriæ parentem appellauit. Et inter cætera Martinus ipse porticum sancti Petri collabentem in primis restituit, & pauimentum Lateranensis ecclesiæ opere uermiculato perfecit, & testudinem ligneã superinduxit: ædes præterea ad duodecim apostolos uetustate collabentes restituit. Id ipsum & cardinales omnes suis in titulis certatim fecere. Demum sublatis pœnitus scismatibus, superato & extincto apud Aquilam Brachio Montono, aliisque tyrannis & uiarum latronibus, & quammaxime Tartallia Lauello fugato, Bohemis insuper hæreticis sedatis, multis etiam cardinalibus uiris grauissimis creatis, & ecclesia undique pacata, pontificatus sui anno quartodecimo & mẽse tertio, ætatis uero suæ anno sexagesimo tertio, Apoplexia Romæ moritur, & in Cõstantiana ecclesia ante capita apostolorũ sepelitur, sepulchro æneo, uniuerso cœtu Romano comitãte & flente. Quo mortuo, sedes uacauit dies duodecim.

Sfortia Attendulus, cui proprium nomen Mutius fuit, ex oppido Cotignola, in Flamineam constituto, natus, à quo Sfortianorum nunc illustris familia effulsit, hoc anno, dum Piscariæ flumen uado transiret, ab undis captus, nusquam amplius comparuit, uir utique rei militaris scientia scientissimus, ac certe præstãtissimus, & multa immortalitate dignus, eo quod res ingentes & præclaras, atque penè innumeras gloriosissimè semper gesserit. Is itaq; cum primũ sub Albrico Cunii comite, uiro fortissimo, militare cœpisset, per omnes militiæ gradus ab infimis ordinibus ad summũ militare gradus pedetẽtim peruenit. Inter hunc autem & Brachium Montonum (qui sub eodem quoque Albrico comite etiam militauerat) tam diu indissolubilis fuit amicitia, quàm diu uterque in minoribus extitit. Auctos uero, potentésque factos, pernitiosissima æmulatio & contentio subintrauit, unde & prælia nonnunquam commisere cruenta. Tandem postquam Othonem tertium Parmæ tyrannum apud Ruberam oppidum iussu Nicolai Estensis interfecisset, & cum Ioanna regina Neapolitana diu militasset, & ibidem atque alibi multa facinora strenuè egisset, cum ad dimicandum contra Brachiũ irritatus fuisset, in transitu Pischariæ fluminis interiit, relictis innumeris filiis. Quorum de numero Franciscus postea Mediolanensiũ dux unus fuit, alter Pisauri dominus, nomine Alexãder, qui & ipse arma cum laude tractauit, & Gabriel tertius ordinis nostri professus, uir grauissimus ac in omnibus religiosissimus, Mediolanensium postea archiepiscopus dignissimus, nec non & Conradus uirtute conspicuus, atque alii. 1421

Ianus insulæ Cypri tertius rex, Petri illius (qui fratrem interemerat) filius, quique & à Genuensibus abductus fuerat captiuus, hunc in Pharea turri Genuæ genuerat filium, hoc anno iam ætate grandæuus, apud Cyprum diem obiit. Vir utique crudelis & sine ulla misecordia ferus, qui cum in malos prodigus esset, ita ecõtra in bonos culpabilis habebatur. Iste itaque cum ab ineunte ætate regnandi cupidus haberetur, & ipse more paterno (qui eam ob causam proprium interemerat fratrem) in fratris filium, cui hoc regnum debebatur, hoc scelestissimum facinus exercuit, illum namque ut secum aliquando cœnaret, blandiciis allexit, receptúmque crudelissime intercepit, & nouo crudelitatis genere sæuissime lacerauit. Nactis enim uicinarum arborum ramis, ipsisque contra se inflexis, singulis adolescentis pedes obligauit, Quibus gestis, iussit ramos maximo impetu relaxari, quæ cum naturali impetu ad suũ situm redeuntes, in felicem discerperũt puerũ, & scisis uisceribus petasiunculos secum contraxere. Sed nec ipsi sæuissimo & facinoroso regi id crudelitatis genus impune cessit, nec lõga ei quies fuit, quia paulòpost (iusto dei iudicio) Sultanus Aegypti Melchella ualidissimam in regno misit classem, quæ uelut horrida tempestas cuncta diripuit & uastauit. Ac ipsum Ianum captiuum turpiter abduxit. Nichosiámq; regni ipsius caput captam, cuncta eius templa incendit & euertit, ac omnem penè ipsius populum captiuauit, & sub asta uendidit. Denique ipse rex centum uigintiquinque aureis redemptus, & Sultani tributarius factus in regnum miserrimus rediit. Ac sic per tot tantáque aduersa, uitam miseram agens, tandẽ hoc anno (ut præfertur) duobus relictis filiis, Ioanne Iacobo & Odone, mortem obiit, ac speciosissima filia, cuius ego familiarissimus fui, quam tamen ante mortem Ludouico Sabaudiæ duci matrimonio copulauit. 142

Crudele genus mortis.

Ioēnes Iacobus prædicti regis filius, cognomento Lusignanus, penultimus Cypri rex, eo ipso anno patre defuncto, regni paterni habenas suscipiens, regnauit annis trigintaquatuor. Vir certe mulierum corruptor, quod inter fœminas educatus, cum ad ætatem perue nisset, mulierem se magis quàm uirū ostendit. Vnde & inter epulas delitiásque languens, semper quasi sub tutoribus fuit. Vxorem tamen in primis Ioannis Iacobi illustris Montis ferrati marchionis filiam duxit. Quæ mox, ut Cyprum applicuit, peractis nuptiis, ueneno extincta est. Postmodum aliam ex Paleologorum Græcorum prosapia, Helenam nomine duxit mulierem, siquidem cordatam & ingeniosam. Quæ cum uiri uecordiam cognouisset, mox regni gubernacula in se suscepit, & omnibus depositis magistratibus, latinum etiam ritum Christi eliminauit, ac sic omnem insulam in Græcorum suorum ritū redegit. Hic itaque rex, unum tantummodo spurium, Iacobum nomine, suscepit ex damnato thoro filium, magni spiritu uirum. Ex coniuge autem Carlotam unicam genuit filiam, quam & patrueli portus Galliæ nupsit. Qui cum Cyprum aduenisset, confestim inter cætera regiminis formam in regno correxit, & quammaxime sanctæ Romanæ ecclesiæ ritum instaurauit. Quamobrem haud multò post socrus maledicta, diabolo sic suadente, illum toxico extinguere curauit. Mortuo autem nobilissimo genere, euestigio priores illecebre rediere. At Carlota filia uidua, uidens se ob hoc ludibrio haberi, apud patrem conquesta est, & ab ipso opem expostulauit. Vnde pater ipse de consilio uxoris & procerum, Carlotam ipsam denuo nupsit, Ludouico eius consobrino, Ludouici Sabaudiæ ducis filio. Quo facto mox ipsa Helena mater & regina emoritur, ac paulopost ipse rex, dumque Ludo. ipse nouus sponsus atque consobrinus ex Thaurino ciuitate Italiæ in Cyprum adnauigat, quod fuit in anno domini nostri Iesu Cristi. 1463. Iacobus supradictus ex pellice regis filius, auxilio Sultani, ac Turci fauore regnum occupat, & Carlotam sororem cum nouo sponso è regno eiecit. Quæ cum in Italiam ad pontificem Romanum atque alios principes expostulandi auxilii gratia aduenisset, nihil profecit.

Lusignanus

Carlota.

6623 1414 Brachius Montonus ex castello nomine Montono in Vmbria regione Italiæ ortus, à quo Brachianorum secta seu factio initium sumpsit, rei bellicæ dux præclarissimus, hoc anno cum Alphonsi regis cōtra Ioannam reginam & Martinum pontificem imperator haberetur, posteaquam oppida multa à Romana ecclesia per uim abstulisset, dum Aquilam Marsorum urbem (iussu regis sui) grauissima obsidione præmeret, à Iacobo Caudola acerrimo Martini pontificiis imperatore præter omnium opinionem superatus ac profligatus occiditur, & in frusta obtruncatur. Cuius cadauer cum ibidem humatum fuisset, extractum, postea ad Martinum Romæ delatum est: at Martinus pontifex cum uidisset ecclesiæ insectatorem & inimicum, tanquam excommunicatum extra pottam sancti Laurentii loco prophano sepelliri iussit. Hic itaque Brachius, dum Perusina ciuitas exularet, quanquam admodum adolescens esset, exul tamen & consilio & authoritate inter extortes nobiles principes semper habitus fuit: quamobrem urgente inedia, ab ipsa sua iuuenili ætate, militari exercitio sub Albrico Cunii comite se tradidit. Qui post multos labores & uulnera breui imperatoris nomen assequi meruit, & uaria fortuna usus, in id tandem potentiæ & authoritatis creuit, ut Perusinam ciuitatem compulerit, se & aduersam extorrem nobilitatem libenter recipere. Quo suscepto mox & à nobilitate & uulgari populo, urbis princeps delectus est, & ut magnificentius suas uires extendere posset, mox cum Alphonso quidem regi potentissimo fœdus iniit, & copias suo stipendio ducere cœpit. Dum autem multas ciuitates multáque oppida pontifici Romano (qui partes reginæ contra Alphonsium regem tuebatur) auferret, excommunicatus in id mortis genere peruenit. Hic igitur dum in minoribus esset, Sfortiæ Attēduli (ut præmissum est) amicissimus extitit, atque familiarissimus, eo quod uterque adolescentes sub Albrico comite militare cœpissent. Potentiores deinde facti, dū in prioratu contenderēt, inimici sunt effecti, quorum uirtute & æmulatione mira, ita in Italia uterque creuit, ut qui in re militari, seu bellica deinceps duce indigeret, altero istorum quasi semper uterentur. Hinc illæ factiones militares exortæ sunt, ut quinquagintanouem propé annis, nil in Italia quasi gestū sit, quod non alteri istorū quasi ascribi poruerit. Qui enim à Brachianis opprimebatur, à Sfortianis uicissim

Hic in frusta cōcisus in loco prophano sepelitur.

Odo. nicissim tuebantur, & econtra. Hic itaque Brachius Odonem adolescentem sub Nicolai Picenini gubernatione filium dimisit, qui paulòpost à Florentinis, patris loco, contra Philippum ducem Mediolani imperator constitutus, apud Aretiũ urbem à Guidone Torrello profligatus & interfectus est.

Frãciscus Foscarus septimus & sexagesimus Venetorum dux, Thomæ Mocenico duci hoc anno suffectus, ducauit annis trigintaquatuor, mensibus sex. Vir sane omnium uirtutum genere (præterquam literarum gloria) ornatissimus, eo quod eloquentia, ingenio, memoria, iustitia, fortitudine, atq; cõsilio, omnis sui principatus motus miro semper clauserit ordine. Quippe qui & sui senatus in primis, & Italiæ libertati & saluti consulens, triginta annis plurima bella terra mariq; strenuè gesserit, & ea omnia semper mira cum laude confecerit, ac ita quietis & pacis turbatores sua prudentia & fortitudine compescuit, ut nemo contra eum uix unquam caput erigere præsumpserit. Hic itaque cum Rauẽnam olim imperiosam ciuitatem procuratione cuiusdam negociatoris Veneti, ex Polẽtanorum manibus suscepisset, ipsius urbis dominum nomine Hostasium Polentanũ, uirum ignauum, tandem in Cretam insulam exulatum perpetuo transmisit. Cum primum Brixiam ciuitatem, duce Crimignola, postmodum Bergomum ac Cremam, suo senatui atq; imperio adiecisset, bellũmque permaximum contra Genuenses in Græcia apud Chyum insulã gessit. Demum ipsi suo senatui pace undique parta, urbéq; sua omnibus bonis multifarie aucta, ac Italia in omni pace & tranquillitate redacta, post multos labores exactos, quarto & octuagesimo uitæ suæ anno, salutis uero nostræ .1457. calendis Nouembris, in senectute bona dormiuit cum patribus suis, sepultúsque ingenti pompa in diui Francisci templo, capella maiore, ornatissimo ac superbissimo sepulchro. Ipse autem omnes fermè præstantiores belli duces ad opprimendos aduersarios mercenarios habuit, utpote Franciscum Sfortiæ filium, Mediolani postea ducem, Crimignolam comitem acerrimum bellatorem, Ioannem Franciscum Gonzagam Mantuæ marchionem, atq; alios quamplurimos, per quos memorabilia gessit facinora, & demum Bartholomeum Colleonum, Bergomensem ciuem, cuius uirtute Italiæ laboranti & laceratæ salutis & pacis opem felicissimam attulit. Francisco autem huic quanquam, ut præmissum est, imperium Venetum longe latéque terra mari ampliasset, male in ultimo seniores successere. Nam cum ob senium inutilis reipub. suæ esse uideretur, gubernationi cedere compulsus est. Qui huiusmodi contumelia affectus, ingrati senatus aspectum non ferens, eámque uitam recusans, quæ imperio carebat, è publico palatio in paternam se recepit domũ, ubi etiam eo die ægram & mœstam animam naturæ restituit. Verũ ab senatu eius funus publico ære, ducali more celebratum est. Quem casum præuidens Baptista Piasius Cremonensis physicus & astronomus, pluribus antea mensibus prædixerat. Francisco itẽ huic duci filius fuit, qui aliquando uelut quippiã in republica sua machinatus fuisset, in exilium (consentiente genitore ipso) actus fuit. Deinde reuocatus & iterum in suspicionem criminis adductus, audiente patre, crudelissime tortus fuit, qui licet nil mali confessus esset, in Peloponnensem nihilominus relegatus, ibidem miseram finiuit uitam. Erant qui dicerent eum quendam nobilissimum inter Venetos uirum nomine Armilaum, dignitate & authoritate in senatu potentem, dum è concilio ad mediam noctem domũ reuerteretur, cum baculo occidisse, licet unquam qui tantũ scelus perpetrasset inueniri non potuerit. Hanc tamen calamitatem & animi cruciatum, infracto animo propter amorem patriæ, Franciscus dux pertulit.

Rauennam acquisiuit Brixiã Bergomum Cremã

6623 1424

Crimignola comes, Philippi Mariæ ducis Mediolani dulcissimus alumnus, imperatórque nobilissimus, cui proprium nomen Franciscus erat, hoc anno cum ingentia propè facinora, in redemptione regni sui ducis egisset, impatienter ferens, quod dux suus Guidonem Torellum uirum in armis strenuum eidem prætulisset in præfectura classis contra Alphonsum regem, quodque ipsum à dictatura Genuensium reuocasset, atque egrè ferens quosdam suos aduersarios apud ipsum ducem se gratia præualere, metu simul & indignatione permotus ab ipso suo duce & comite deficiens, ad Venetos concessit. A quibus maximo honore & uultus hilaritate exceptus, confestim suarũ copiarum dux & imperator designatus est. Is namque Franciscus ex Crimignola insigni Pedemontiũ Italiæ 6625 1426

oppido

oppido originem duxit, qui à puero cum porcorũ greges educeret &, à quibusdam stipendiariis captus, tanquam elegantis formæ puer, mox ad Philippum tum adolescens adductus est. Quo uiso eueſtigio eius aspectu, mirum in modũ delectatus ex ignobili protinus nobilem, & ex egeno diuitem, atque ex rustico non solum ciuem sed ex magnitudine ingenii armorum ducem & imperatorem efficere curauit. Qui imperio suscepto, breui interuallo sua prudentia, & sua magnanimitate atque industria, multis deiectis & interfectis tyrannis, regnum omne pacatum suo domino restituit. Sed & Genuam urbem potentissimam cum omni sua ditione, imperio Philippi domini sui adiecit. Vbi ea prudentia, eáque integritate dictaturam administrauit, ut ciuitatem dissidiis laceratam, mirificè resarciuerit. Indéque uetustissimis odiis euulsis, necnon & factionibus ipsam ciuitatem quasi unam familiam constituit. Erat hic imperator Crimignola summæ fidei, maximǽque iustitiæ uir, & laborum omnium patientissimus: quibus ex rebus in re militari omnes antecessores superauit. Nam suis in magistratibus semper ea fuit iustitia & seueritate, ut ne poma quidem ex arboribus pendentia, sine suo precio impunè alicui è suis auferri unquam permiserit. Eam ob rem non patiebatur præterlabi diem, quin suis militibus menstrualia diuiderẽtur stipendia. Erat autem promissi adeò obseruator, ut uerba quæ iocando promittebat, ipsa ad minimum impleret momentum. Itaque cum diu sub Philippo duce militasset, et ad Venetos transfugisset, eique belli summa à Venetis aduersus Philippum dominum suum commissa fuisset, magnas copias confestim Crimignola congregauit. Et primo quidem impetu Brixiam uenit, quam sine difficultate adiuuantibus quibusdam ciuibus, Philippo ademit. Id enim eum fecisse tradunt, non tantum Philippo odio, sed æmulorum suorum uindicta, qui suis obtrectationibus continuis illum suo amantissimo principi effecerant odiosum: atque etiam, ut gloriam suam rerum bene gestarum in se uerterent, adeò ut duce mutato, mutata quoque Philippi uideretur fortuna. Tandem cum tantus imperator contra Venetos ipsos multa præter boni ducis officium egisset, ut scilicet in gratiam sui primi ducis Philippi redire posset, à Venetis causa conficta, ueluti cum de summa belli audire uolentes, eum Venetiis aduocarunt. Vbi patefactis eius machinationibus, ipsum inter duas columnas in publico sancti Marci foro securi percusserunt, anno salutis nostræ .1431. conuictus enim per literas & testes fuerat, cominus per eum steterat, quòd Veneti Cremona potirentur, quódque etiam classis Veneta in Pado flumine ipsius sub oculis à Nicolao Picenino hoste disiecta fuisset. Et hic fuit exitus tanti uiri, támque memorabilis imperatoris, qui ubilibet transfigebat, propter ipsius magnitudinem, cum eo certe fortuna emigrasse uidebatur.

Porcos hic à puero pascebat.

Caput huic tanto uiro præciditur.

6625 1426 Sanctus Arduinus Pisaurensis philosophus atque medicus consummatissimus, qui hac tempestate in ditissima Venetiarum urbe ita claruit, ut apud Venetos in medendo alter Esculapius haberetur. Libros tres utillimos in sacra composuit medicina. Vnus uenenorũ omnium naturalium ac artificialium materiam copiosè pertractat. Alter est de humani corporis decoratione. Alter contra uirorum ac mulierum sterilitatem in generãdis filiis. Has tres materias longiori compendio, ac clariori in medium adduxit, quæ ante ab aliis antiquis doctoribus diminute satis, ac obscure declaratæ fuerant.

S. Arduinus

Guido Torrellus, natione Parmensis, uir domi nobilis, sed & potentia ac rei militaris nobilior, his temporibus ob res gestas maximo in precio apud omnes fuit. Cuius rei gratio, maximè apud Philippum Mediolani ducem gratus acceptúsque extitit. Cognita etenim hominis uirtute, post Crimignolam cum suis copiis & exercitibus præfecit, & primo quidem cum multo equitatu ad occupandam Genuam urbem, contra Thomam Fregosiũ urbis ducem transmisit: cuius uirtute & præstantia, urbis tandem ad Philippi manus deuenit, postmodum illum maritimæ classi præficiens, haud multò post uniuersam maritimam oram Thyreni maris, atque ipsam Neapolim regiam urbem ab Alphonso rege occupatam obtinuit, & Ioannæ reginæ pulsis regiis præsidiis consignauit. Eo autem in regno omnibus pacatis, ad ducem suum festiuus gaudénsque redüt. Deinde cum Florentini bellum Philippo inferre statuissent, confestim ipse Philippus hunc Guidonem opposuit: qui cum paucis contra Carolum Malatestam eorum imperatorem in finibus agri Florentini apud

Ronchum in expeditione congredieus in ipſis quaſi congreſſibus,diſſipato eius exercitu, eum cœpit,& Mediolanum cum multis captiuis uinctum tranſmiſit.His feliciſſimè geſtis, Philippus ipſum poſt Crimignolæ diſceſſum,in dictatura uniuerſali ſuffecit.Qui magiſtratu ſuſcepto, & Florentinis iterato contra Philippum in bello progreſſis, eos breui congreſſu apud Zachanoram Fauentini agri oppidum turpiſſimè profligauit atque ſpoliauit, & multis eorum oppidis captis,uniuerſam Hethruriam concuſſit.Quo timore atque tremore,ciues intra urbem trepidare cœperunt: poſtmodum Odonem Brachii Montoni filium,acerrimum iuuenem,aduerſus eum à Florentinis ipſis in expeditione miſſum in Aretino agro,dum iuueniliter inter primos pugnatores uerſaretur, interfecit, ac Nicolaum Piceninum eo in prælio captum, Fauentiam uinctum perduxit. Alia quoque innumera,et quidem præclara inuictus iſte imperator geſſit facinora.Hic ipſe cum Othoni tertio Parmæ urbis tyranno ſuo domino familiariſſimus eſſet,eidem diſſuaſit,ne ad Nicolaum Eſtenſem ad Ruberam oppidum accederet, eo quia fraudem ſubeſſe occulta ſapientia præuidebat. Inter hunc & Crimignolam maxima odia & ſimultates fuere,cum ſcriptum ſit:Quod inter pares ſemper ſit inuidia. Hic Vrſinam uicecomitem inſignem mulierem duxit uxorem (de cuius præclariſſimis facinoribus in libro de claris mulieribus mentionem egregiā fecimus) ex qua duos ſuſcepit ingentis uirtutis filios, Chriſtoforum uidelicet & Petrum, in armis excellentes,atque Anthoniam filiam,quæ poſtmodum Petro Mariæ Rubeo nupſit.Quo autem anno hic imperator deceſſerit,non mihi conſtat.

Vrſina huius uxor, Chriſtophorus & Petrus eius filii.

Iacobus Caudola, Aprutii prouinciæ,in caſtro Iudicis originem ducens, magnus exercituum ductor,& ipſe hac tempeſtate clarus in armis admodum nominatus eſt. Qui cum diu ſub Alphonſo potentiſſimo rege in Apuliæ regno militaſſet, & pro eo contra Ioannam reginam & Ludouicum Andagauenſem uniuerſum fermè regnum occupaſſet, atq; Neapolim captam ualido equitatu regis nomine teneret. Tandem à Guidone prædicto Torello,& Ioanna regina diu acriter obſeſſus, Alphonſo rege abſente, à ciuibus tandem rogatus,deditionem fecit. Indéque diſcedens, ad pontificem Romanum Martinum conceſſit,à quo benigniſſimè acceptus,illius ſtipendio ſe ſubmiſit. Quod,ut erat uir magnanimus atque ſapientiſſimus,confeſtim copiis undique contractis, contra Brachium Montonum Aquilam obſidentem,impiger aduolauit. Cum autem contra hoſtem decertandi cauſa perueniſſet,nulla pugnæ mora addita, contra hoſtem prælium atrox iniit: in quo cum aliquandiu pertinaci animo decertaſſent,tandem Brachii exercitus cedere coactus eſt. Ibidem autem multis brachianis militibus cæſis, atq; ipſum Brachiū lęthaliter in capite uulneratum,deinde mortuum,urbem acerbiſſima obſidione liberatam fecit. Sunt qui dicant Brachium eo in acerrimo conflictu à Franciſco Sfortia, tum iuuene, annorum uidelicet quinque & uiginti,in occiput fuiſſe percuſſum: quo læthali uulnere ex equo repente corruiſſe: ex qua ruina etiam ſuum exercitum omnem in ruinam traxiſſe turpiſſimam; ipſo quippe uulnere.Brachium poſtridie miſeram efflaſſe animam. Hic itaque illuſtris Iacobus cum ipſo Brachio diu de gloria rerum bene geſtarum meritò contendere potuit.Sub huius autem militari diſciplina,multi emerſere clariſſimi uiri,inter quos noſter Bartholomeus Colleonus Bergomenſis(Venetorum poſtea uniuerſalis imperator) unus fuit.

Brachium uulnerat & occidit.

Brixia Italiæ ciuitas.



Rixia potentiſſima, olim Cenomanorum Gallorum ciuitas, nuncque inter cæteras Lombardiæ ſeu Galliæ Ciſalpinæ inſignis clariſſimáque, hoc anno ſexto idus Martii,Petro & Achille de aduocatis fratribus procurantibus,ac que aliis nonnullis operantibus, etiam ope & opera Crimignolæ, in manus Venetorum deuenit. Huius defectionis cauſa fuiſſe tradunt, quod Philippus Mediolani dux ſuis uectigalibus quendam peſſimum uirum præfecerat. Qui ciues intollerabilibus aggrauans exactionibus,eoſdem coëgit ſuæ ſeruitutis iugum excutere. Propter quod laceſſiti,Venetis ciuitatem obtulere,modo ad id perficiendum auxilia præſtitiſſent. At Veneti confeſtim ſua prudentia uſi,ad Philippum legatos miſere,qui dicerent,pro ſalute Italiæ ipſum ab armis abſtinere,parceréque Florentinis, atque mitius in ſuos agere dignaretur,quod ſi ſecus ſecuram oppreſſorū ſuſcepturos animaduerteret. Quod Venetorū 6625 1426

Petrus & Achilles de aduocatis

rædictum,cum insolentius quasi Philippo uideretur,eo maximè,quòd nulla ratione adduci posset,uel crederet unquam ipsos,tum ob inueteratam atq; perpetuam amicitiam, tum etiam ob initam paulò ante societatem, quicquam, quo sibi incommodarent tentaturos, sed longè præter eius opinionem accidit, quia statim omnia quæ ad bellum inferendum attinent,secreto parauerunt:& non solum Italiæ,sed & peregrinos potentatus in Philippum ipsum excitauerunt. Interea prædicti factionis Guelphæ primarii, audita Venetorũ & Florentinorum societate, à Philippo ad Venetos defecerunt, eis ea parte urbis tradita, ubi Gibellini minus uirium habebant. Hæc res gesta fuit noctu diei dominicæ. Ipse enim Petrus prædictus, suæ factionis caput, fracto urbis muro, quosdam rusticos, monticulos clàm introduxit. Post quos e uestigio Crimignola ex composito octingentos pedites submisit. Quibus intromissis, ipsi tanti facinoris authores, confestim urbem tutandam Petro Lauredano & Fautino Michaëli Venetis consulibus tradiderunt. Brixia itaque post annũ omnino Veneti adepta,illamque mox omni præsidio munitam,etiam omni dexteritate fauoribus & beneficiis ad eorum deuotionem attrahere contenderunt,imprimis ipsam per decennium communi decreto ab omni onere cuiuscunque rei exemptam & immunem fecerunt. Indéque per tempora & in hodiernum usque,& muris duplicibus, fossisque profundissimis,cum ingenti aggere,ac frequentissimis crassissimisque turribus ex sectis lapidibus,atque admirabilibus & incredibilibus portis illustrissimam fecerunt. Arcem prætera in supercilio montis diu antea extructam,triplici muro munitissimam, reddere curarunt. Accuratissimam postmodum ciues curam egerunt,cum facti fuerint opulentissimi ipsi suæ ciuitatis tum publicis atque priuatis ædificiis & insignibus excolendæ, in primis Senodocheum in ea admirandum magnificentissimis structuris extruxerunt, quod postea locupletissimum ciues ipsi ex multorum legatis reddiderunt. Deinde complurima & amplissima monasteria,tam mulierum quàm uirorum ædificarunt, in quibus est paramentorum auri & argenti,sericique ingens ornatus atque diues suppellex. Ibidem uiæ per totam ciuitatẽ late rectéque lapide duro rostratæ sunt,non plaustrorum rotis facile conteri possint. Deinde forum amplum ea in urbe cum omni ornamento & pictura lapide cocto stratum struxerunt,in quo & prætorium magnificentissimum ex quadratis politisque albis lapidibus maximis columnis sustentatum,singulari præstantia in annum salutis nostræ .1490. ædificare cœperunt. Quod si ad perfectum usque deduxerunt,nihil in tota Cisalpina Gallia præstantius certe erit:unde factum est,quod Brixia inpræsentiarum, & populorum frequentia,& diuitiarum copia,ac omnipharia mercatura, cum Mediolano regia ciuitate contendere potest. Huius enim ciuitatis populus uigintiquinq; miliũ cõmunicantiũ existimatur.

Hospitale in ea mirandũ.

Forũ, palacíumque amplũ. an.1490 inchoatum.

Nicolaus Tollentinus ex nobili familia in Piceno ortus, sed rei militaris nobilissimus, his temporibus & apud Florentinos Venetósque (dum arx Brixiana à Venetis expugnaretur) uti prudentissimus & exercitatissimus bellator magno habetur in precio. Is itaque illustris uir,à Florentinis in auxilium Venetorum contra Philippum, cum quatuor milibus equitum & duobus peditum milibus missus,Brixiam iussu Venetorum uenit:ubi cum intellexisset dissensionem inesse,inter duces Mediolanensium,confestim tanquam prudentissimus,antequam resipiscerent,ingentem fossam ad quinque passuum milia,circa Brixiã deduci mandauit, quà transitus hostibus prohiberetur, & ad ferendum obsessis auxilium: quam sanè fossam,& uallo,aggeréque, & nonnullis castellis atque frequentissimis turribus,cum puteis & machinis munitam fecit. Erant in illo exercitu sub Nicolao isto & Crimignola plusquam triginta hominum milia. Sed in Philippi Mediolanensium ducis ad tria & uiginti milia,Carolo Malatesta imperatore. Qui omnes,postquam Brixiana arx, Venetis omnino cesserat, ad Pompilianum oppidulum & circum circa loca ab Brixiana urbe quindecim passuum milia se contulerunt. Cumque uterque exercitus haud longè distaret,die dominica quadam, quæ fuit quinto Idus Octobris,uuus militum exercitus Venetorum ad hoc malitiose instructus,quendam peditem hostem ad singulare certamen prouocat,cæteris clanculum in armis præparatis. Ad quod duellum spectandum, cum cæteri ducales milites inermes accessissent, ab armatis Venetis confestim uno agmini adoriuntur. Dúmque hæc tumultuose gererentur, ecce Crimignola cum maximo exercitu de

industria per uiam quà Machlodium itur, superuenit, & omnes uias armatus occupans inermes hostium milites omnes profligauit, & in fugam exposuit, ac Crimignola & Nicolaus hic intulerunt pedites suos in fossis illius uia cum lanceis longis descendere, ut quotquot ex ducalibus militibus ad Machlodium transire uellent, transfodere possent. Tanta equidem cæcitas & mentis horror eo in conflictu (& uia fuit ducalium militum) ut omnes perinde ac excordes & amentes fuissent, ita ut (omni consilio abiecto) sese trucidandos ultrò hostibus obiicerent. Magna profecto, & ultra quàm credi possit, fuit hæc Philippi ducis clades. Vnde & ingenti tremore perculsus, ad Martinum pontificem Romanum & ad alios principes se commendatum fecit. Cuius calamitate pontifex permotus euestigio ad sedandos motus, cardinalem sanctæ Crucis in Lombardiam transmisit. Qui ultro citróque sæpius nunciis destinatis, tandem pacem inter ipsos discordes ea conditione composuit, ut uidelicet Veneti Brixiam & eius oppida quæ antea Mantuanus marchio cœperat, retinerent, sed & Bergomum urbem nostram, cum omni agro eius legatus ex fœdere ipsis Venetis designauit: hac etiam conditione, ne deinceps Philippus ipse socios Florentinorum ac Venetorum bello lacesseret. Hanc autem pacem Martinus ipse pontifex approbauit, ne Philippus amicus charissimus regno omnino pelleretur.

Pax inter Venetos & ducem.

Bergomum Italiæ ciuitas. 6627 1428

Bergomũ Italiæ ciuitas.



Ergomum igitur ciuitas nostra, unde mihi origo est, hoc anno pridie nonas Maii suo optimo omnino supradicto modo in manus Venetorum peruenit, per cuius deditionem Philippus Maria potentissimus Mediolanensium dux, cum hostibus Venetis & Florentinis omnino bellum soluit. Sub quorum felicissimo imperio (si uerũ loqui liceat) potius denuò conditam, quàm instauratam fuisse dicemus, cum ea tempestate nulla in ea esset ciuitatis facies. Collapsa enim in primis omnia eius suburbia, spertique muri, collapsæue omnes fermè ciuium ædes atque templa & monasteria, omnia destructa & deturpata cernebantur. Omnia denique lacerata & dissipata, in ea erant pauci incolæ, & in eisdem etiam omne ciuilitatis ornamentum deprauatum uidebatur. Idque effecerat maxima ciuium dissensio. Adeò tum & uepribus & spinis ac ruderibus siluestris & inculta erat, ut & lupi & uulpeculæ suos fœtus sine ullo timore in suburbium foueis æderent. A Venetis itaque suscepta sua magna & eximia sapientia atque ingenti dexteritate, quoad potuerunt in primis pacatam reddere curarunt, extinguere etenim omnia odiorum incendia & ciuiles discordias cessare annixi sunt. Quo factum fuit, ut & omnes ciuiles discordias (licet difficulter) è medio sustulerint, & ulciscendi flammas omnes per tempora extinxerunt, & propter immunitatē humanissimam atque amplissimam, etiam inimicos omnes reddiderint sibi deuotos atque amicissimos. Inde ad muniendam ipsam animũ adiicientes, arces intus & extra inexpugnabiles extruxerunt, tres ciues autem postmodum undique ad eam confluentes (ut sunt uiri & natura & ingenio industrii) omnes pariter eius pristinam dignitatem restituere laborarunt, ita ut in hodiernum usque diem, non amplius ferreum in ea, sed aureum exortum uideatur seculum. Quorum quidem solertissimo labore & industria hæc nostra ciuitas exultare quadam uidetur inusitata lætitia, ita ut ex parua, urbem quasi effecerint insignem & magnã. Templa & monasteria ut decuit in ea erexerunt plurima, & ipsa quidem ornatissima, piáque loca præ cæteris urbibus complurima, & ea sanè ditissima, cæteráque ædificia, tum publica, túmque priuata, ad ornatum urbium pertinentia, in ipsa permagnificè sunt extructa. Adeò nunc frequens est affecta, ut in ea populus ad triginta milium numeretur, cum antea uix octo milium dinumerarentur. Huius autem calamitatis & destructionis caussa fuerunt Vngari, qui tempore Berengarii secundi, in anno salutis nostræ .917. ut supra in uita Ioannis tertii papæ, libro undecimo meminimus.

Vngari in culpa destructio Bergomi.

Prodigium.

Tyberis fluuius Romanus, hoc anno in uigilia sancti Andreæ apostoli in immensum adeò excreuit, ut per portam Flamineam, quæ est populi porta ingressus, totam urbem in plano constitutam inundauerit, templúmque Pantheon usque ad maius altare repleuerit. Decrescens autem biduo post, multa animalia secum traxerit, multáque damna ciuibus suis intulerit. Quod non secus per uias ac uicos nauigabatur, ac per eius alueum facere con-

suetum

suetum erat. Hoc idem & in anno salutis nostræ .1474. mense Nouembris contigisse uidemur, quamobrem & statim ex more sæuissima pestis subsecuta est.

6627 1428 Bellũ Lucense hoc anno à Florentinis infense suscipitur, quod per annos tres maximo cum utriusque populi damno protractum est (Paulus autem Guinisius de quo supra dictum est) eo etiam tunc Lucæ dominabatur. Is superiori anno Ladislaum filium, cum Philippo duce Mediolani contra Florentinos militare constituerat. Quam rem Florentini ægre ferentes, cum superiore pace, nil in scriptis de Guinisio cautum fuisset, occasionẽ opprimendæ Lucæ nacti, in agrum ipsius suas copias mittunt. Qui captis multis eius castellis, urbem etiam obsidione cinxerunt. Sed Philippus Mediolanensium dux, Guinisii precibus solicitatus, Franciscum Sfortiam cum magno equitatu eò misit, qui tantum terroris Florentinis iniecit, ut Lucam obsidione liberare coëgerit. At Florentini suo usi ingenio, Franciscum maxima corrumpentes pecunia, ab auxilio Lucensium abire fecerunt. Quo discedente Florentini rursus Lucenses obsidione cingunt. Quapropter Philippus, instante Martino pōtifi. qui etiam Lucentiũ uices dolebat, Nicolaũ Picenninũ cum maximo equitatu rursus eò misit. Qui fusis fugatisque hostibus, non solum Lucam obsidione liberauit, uerumetiam inde mouens, ex Pisanis & Volaterranis multa castella eis ademit. Senensibus etiam rem gratam facturus, qui tum Florentinos graui bello inuaserant. Postulantibus uero ea tempestate Florentinis, ut Veneti iure fœderis per Lombardiam Philippum adorirentur, responderunt eos auctores huius belli fuisse, quod prius à Lucensium iniuria temperare debuerant. Ea de causa Florentini primates intollerabilibus tributis ciuitatem exinanitam fecerunt. Et cum uniuersa ciuitas quærularum plena esset, nil odibilius in ciuitate erat, quàm illi ciues, quorum opera Lucense bellum fuerat susceptum. Tandem Florentini bellorum stipendiis admodum grauati, licet Lucam iterato obsidione cinxissent, cunctaque circa urbem populati fuissent, Sigismundo imperatore intra Lucam manente, pacem Philippo & Lucensibus obtulere. Quam illi suscipientes, etiam cuncta à Florentinis capta, reddita sunt. Florentinorũ profligatio.

Bohemi hæretici, dudum à quodam Ioanne Hus (patria Bohemo, in Constantiensi synodo superioribus diebus exusto) exorti, qui inter cæteros errores dicebant & affirmabãt, ecclesiasticos omnes, si salutem consequi uolebant, ad imitationem Christi omnino pauperes esse debere atque oportere, cum ex tanta rerum copia & luxu, populi omnes scandalizarentur. His temporibus sua Vsitana hæresi Germanos catholicos crudelem in modũ armis uexare cœperunt. Ad quos cum Martinus pontifex & Sigismundus imperator legatos misissent, qui eos commonefacerent, ut rationi & ecclesiæ obtemperare dignarentur. Sed cum bene monentibus parere recusassent, Martinus alios legatos in Germaniam transmisit, qui unà cum Sigismundo catholicos contra eos concitarent. Sed cum nihil ob hoc proficerent, Iulianum Cæsarinum cardinalem sancti Angeli postremò commisit, qui & ipse nil omnino proficit, imò suorum militum ignauia & inobedientia, maximum ab eisdem accepit incommodum, pro quo re infecta, domum cum dedecore redire necesse fuit. Hi tamen hæretici, sub Eugenio pontifice in Florentia synodo, Græcis alijsque nationibus astantibus, à domino tacti, suum errorem cognoscentes, ab ipso pontifice indulgentiam petierunt: quibus omnibus pœnitentia iniuncta, catholicæ ecclesiæ reconciliati sunt. Qui tamen antequam ad pontificem accessissent, quandam aliam Adamitarum hæresim in Bohemia pullulantem miro feruore extinxerunt. Qui scilicet impudenter dogmatizabant charitatis gratia licitum esse homines publicè cum mulieribus luxuriari. Vsitana hæresis. Adamitarũ hæresis.

Viri doctrinis excellentes.

Franciscus Barbarus patritius similiter Venetus, Chrisoloræ Bizantini in Græcis discipulus, excellentissimi & propè diuini ingenii uir, hisdem temporibus ob doctrinam & dicendi elegantiam, atque reipublicæ administrandæ prudentiam & constantiam, laudatissimus habitus est. Qui inter cætera (cum eruditissimus haberetur) pulcherrimum tractatum De re uxoria, atque orationes & epistolas ornatissimas extantes ædidit multas: ac alia permulta. Obiens uero in anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo quinquagesimoquarto magnam eloquentiæ intulit iacturam. Ad cuius sepulchrum hoc Epitaphium appositum Franciscus Barbarus.

Epitaphium. poſitum eſt:Si quis honos, ſi fas lachrymis decorare ſepultos.Flecte ſuper mœſtos locum complecte querellis. Franciſcus cui priſca parem uix ſæcla tulerunt,Barbarus hic ſitus eſt linguæ decus omne latinæ.Fortia ſacta uiri pro libertate ſenatus, Brixiam quam magno tenuit ſudore ſatetur.Hic ſummi ingenii ſcriptis monumenta reliquit, Græcáque prætérea fecit Romana,tenet nunc,Spiritus aſtra ſacros tumulus complectitur artus.

Bartholomeus montagnana medic. Bartholomeus Montagnana philoſophus & phyſicus celeberrimus, & ipſe hac tempeſtate multarum rerum cognitione atque experientia, & ſcripturarum ſubtilitate cæteros ſui temporis phyſicos ſuperauit:quod perpulchrè libri De conſeruatiõe ſanitatis à ſe æditi oſtendunt. Adiecitq; ipſis & alios in medicinis De particularibus ægritudinibus libros,incipiens à capite uſque ad pedes.Scripſit inſuper & de omnibus ægritudinib.in cõmuni,& de Balneis,& de modo cõponendi medicinas, & in cõſiliis Anthidotariũ,& alia multa.

Iacob. Forliuienſis medic. Iacobũ etiam Foroliuienſem egregium medicum,cum his floruiſſe conſtat,quē dicunt cunctos qui philoſophiā & medicinā profeſſi fuerunt ſuperaſſe. Et propterea magnificentiſſimè ſuper primũ Auicennæ,& ſuper eiuſdem Amphoriſmis & Tigni, ſcripſit libellum Præterea de intentione graduum ſormarum,& earum remiſſione compoſuit.

Hugo medic. Hugo Hethruſcus,patria Senenſis,uulgatiſſimus medicus,per hoc ipſum tempus diuina quadam medendi gratia ob ingenii magnitudinē,omnes qui ante illum in Hethruria & Flaminea fuerunt,excelluiſſe creditur.Hic ab Nicolao Eſtenſe marchione,publico ſalario in gymnaſio Ferrarienſi conductus,maximā & inauditam ſuæ eruditionis in ſynodo Ferrarienſi apud Græcos & Latinos oſtendit. Nam una die uniuerſos qui ad ſynodũ ex Græcia uenerant, philoſophos quammaxime ad ſe inuitauit, quos cum magnificentiſſimè pauiſſet,finito prandio, eos in diſputationem pedetentim placidéque inuitauit. Cumq; Nicolaus marchio & multi in ſynodo congregati philoſophi excellentes adueniſſent, cunctos in medium philoſophiæ iocos adduxit, de quibus inter ſe Plato & Ariſtoteles ſuis in operibus contendere ac magnopere diſſentire uidentur, edocens eam ſe partem deſenſurum,quam Græci oppugnandam ducerent,ſiue Platonem ſiue alium ſe ſequendum arbitrarentur.Cum Græci certamen minime recuſaſſent,protracta eſt ad multas horas diſputatio. Poſtremò Hugo hic, Græcorum philoſophos & argumentis & dicendi copia uictos tacere compuliſſet,palàm ſactum eſt,Latinos homines qui iampridem bellicis artibus Græciam ſuperant,etiam & literis & omnium doctrinarum genere anteirent. Hunc autem ſuper primo Auicennæ & Amphoriſmis Hippocratis & Tigni ac Galieni,multa ſcripſiſſe tradunt.

Abbas Panormitanꝰ Decretorum doctor Abbas Siculus,cui proprium nomen Nicolaus erat,patria Cathanenſis, pontificii iuris & philoſophiæ eruditiſſimus, & ipſe hac tempeſtate clariſſimus fuit, quod apud Senam Hethruriæ urbem pontificium ius optimè edocens,ut erat ingenii eminentiſſimi uir,præclariſſima monumenta eo in iure poſt ſe dereliquit. Vnde & Decretales omnes plurimis uoluminibus & eiſdem egregiis declarauit.Decretorum uero libros cum cõmentare cœpiſſet,morte præuentus rem tantam inſectam dimiſit.Eius præterea extant diſputationes & repetitiones plurimæ,atque accuratiſſima conſilia.

Ludouicus Pontanus. Ludouicus Pontanus,patria Spoletinus,egregius iurium conſultus ac aliarum bonarũ literarũ ſtudiis ornatus,hac tempeſtate cum cæteris Romæ claruit.Qui cum & eruditione,ac memoria incõparabili ornatus eſſet,ex ingenii ſui magnitudine, pluſquā cõmentũ ſuper aliquibus Digeſtorum & Codicis partibus,mirificum compoſuit. Aedidit præterea & alia in legibus praticis conſilia. Quin & in iure pontificio quæſtiones uarias diſputauit & determinauit,inter quas Auctenticorum repetitio principatum obtinet. Qui unà cum abbate Siculo,in Baſilienſi concilio uocatus,maximi precii habiti ſunt.

Io.Gerſon,eccle.Pariſien. Cãcellarius. Ioannes Gerſon, natione Gallus, Pariſienſis Cancellarius, his temporibus theologorum princeps eſt habitus,qui cum multos ædidiſſet utiles tractatus,ad Conſtantienſem ſynodum perrexit,ubi ad unitatem eccleſiæ procurandam,& ad hæreſeos maxime Bohemorum extirpandos indeſeſſe laborat.Propter quod concilio diſſoluto multas ab eiſdem hæreticis pertulit inſidias.Qua neceſſitate compulſus,ad Lugdunenſem confugit urbem,ubi & non multò poſt, cum eſſet ætatis annorum ſexagintaſex,,ibidem uiuendi finem fecit,

anno

anno uidelicet præsenti qui est trigesimus supra millesimum quadringentesimum, à natali Christiano. Scripsit itaque hic multa, tum prosa & metro, ad ædificationem fidei: quorum tituli librorum sunt isti, De mystica theologia, lib. 8. De consolatione theologiæ, lib. 4. De examinatione doctrinarum, lib. 3. De nuptiis ecclesiæ, lib. 2. De schismate, lib. 2. De laude scriptorum, librum unum, De concordia Euangelistarum, librum unum, De potestate ecclesiæ, librum unum, De unitate ecclesiastica, librum unum, De statibus ecclesiasticis, librum unum, De modo uiuendi fidelium, librum unum, De ueris & falsis uisionibus, librũ unum, Contra hæreses Bohemorum, librum unum, De diuersis hæresibus, librum unum. Et alia prope infinita opuscula, quæ præter prædicta ascendunt ad summam centum uoluminum seu librorum.

6630 1431 EVgenius eius nominis quartus, papa quidem gloriosissimus, natione Venetus, familia Candelmeria uetusta, patre Angelo, Gabriel religiosissimus antea uocatus, hoc anno quinto nonas Martii, apud Mineruam Romæ post Martinum papam pontifex creatus, sedit annis quindecim. Hic Gregorii undecimi ex sorore nepos, canonicúsque Cælestini habitus, congregationis sancti Georgii in Alga Venetiis. Fuit primo quidem ipsius Gregorii thesaurarius, deinde Senensis episcopus, postea cardinalis, demùm pontifex factus, nil eo honore elatior, nulla in re pristinam naturam mutauit, eadem certe humilitate, eadémque continentia & austeritate uitæ uixit, quamuis in initio sui regiminis, malis consiliis ductus, uarius extiterit. Cum enim diuina humanáque omnia perturbaret, Romanum populum ad arma concitauit. Qui ipsius magistratibus è Roma pulsis, nouos creauere Romani, atque ipsum pontificem (mutato habitu) cum monastico cucullo fugere compulerunt, eúmque per Tyberim fugientem, Romani lapidibus & sagittis persecuti sunt. Cúmque Florentiam petisset, ibi per aliquot tempus substitit. Quo in tempore, omnia & bellis & schismatibus ubique perturbari cœpta sunt. Romani enim sublato clamore, ad arma in libertatem conclamauere: & nouis creatis magistratibus, Franciscum Eugenii nepotem, & ecclesiasticæ ditionis Camerarium capiunt, arcémque sancti Angeli expugnant, Capitolium firmo præsidio muniunt, & per sex menses in libertatem se uendicant. Eo autem tumultu Basiliense concilium iam antea Martini decreto inchoatum, augeri per Hispaniæ, Galliæ, Panoniǽque regibus cœptum est. Qui communem reipublicæ Christianæ gubernationem in arbitrio concilii reponebant. Ad quod quidem concilium Eugenius bis terque citatus, ire recusauit. Quam ob causam Eugenio pontificatu abrogatu Amedeus eremita olim Sabaudiæ dux, pontifex delectus est. Eugenius autem indignatione permotus, cum inter Carolum Francorum regem, & Philippum Burgundiæ ducem, pacem composuisset, Delphinum Caroli regis filium cum magno comitatu in Basilienses concitauit, cuius impetu ille conuentus statim dissipatus est, quamuis primo comprobasset, propter quod infinita subsecuta sunt mala. Ferunt autem hunc Eugenium (præter pontificis dignitatem) mirum in modum amasse bella. Verum postea ad se reuersus, prudentius & constantius egisse, unde & concilium Florentiæ habuit, in quo Orientalem ecclesiam cum Occidentali, maximo cum impendio & labore uniuit. Vbi & Ioannes Paleologus Constantinopolitanus imperator, & suus patriarcha, cum episcopis, archiepiscopis, ac ingenti doctissimorum uirorum, atque nobilium, totius Græciæ, interfuerunt. Qui omnes sumptibus Romani pontificis ac Romanæ ecclesiæ enutriti ac in Græciam reportati fuerunt. Eóque in concilio affuerunt & Armeni, Aethiopes, Georgiani, Iacopitæ, Lybiam Asiámque incolentes. Atque alii ex Asia minori, Ponto uidelicet Ciciliáque, Syria, & Aphrica. Qui omnes fidei Catholicæ ecclesiæ Romanæ se tandem submisere, ac humiliter subdidere. Indéque Sigismundum Cæsarem perbenigne Romæ exceptum, imperii corona insigniuit, Philippum Mariam Mediolanensem ducem tamen, quoaduixit inimicissimum habuit. A quo & per Nicolaum Piceninum & Franciscum Sfortiam adeo bellis undequaque uexatus fuit, ut uix ei respirandi facultas daretur. Bona tamen multa urbi contulit, maximéque circa Vaticanum, quia ærarii officinam & arcam palacii instaurauit, ac urbis uias multis in locis strauit, ac Lateranense palacium restituit, iuxta quod monasterium dignum iam diu conditum instaurauit, in

Eugenius papa. 218.

Dux Sabaudiæ fit pôtifex Orientalis & Occidẽtalis ecclesiæ.

Regulares canonici. quo (pulsis canonicis sæcularibus) regulares canonicos sub regula beatissimi patris nostri Augustini nuperrimè excitatos, ex Frisonariæ loco, Lucensis agri accitos introduxit, Basilicam quoque & sancti Petri, & eius sachristiam multa nec minus præciosa suppellectile donauit. Religiosos omnes sub regularibus institutis uiuere uolentes, mirum in modum dilexit, & priuilegiis aliisque gratiis plurimis iuuit, aliis uariis quoque gratiis auxit. Gymnasia omnium quam diligentissimè fouit, & in omnes liberalis, & potissimum doctos fouit, quorum familiaritate (licet ipse modicæ literaturæ) delectatus est, & licet unquam ad perdiscendam aliquam particularem literaturam animum adiecerit. Doctores tamen Ecclesiæ & Oratores atque Historicos libros ita assiduè legebat, ut subtilissimo ingenio omnes intellexerit. Hic, Vuladislaum Poloniæ regem, cum Iuliano Cæsarino cardinali, in Turcos misit: qui cum triginta milibus apud Andrinopolim cecidere. Erat itaque Eugenius papa hic, aspectu angelicus, omni ueneratione dignus, grauis semper & moderatus in dicendo, parcus in uictu suo, sed in familia splendidus, familiares habuit doctos & omni scientia præcellentes uiros, atque omni sanctitate probatos, quorum semper consilio & opera in rebus arduis utebatur: unum in eo reprehensibile fuit, quod Anatas omnium beneficiorum, post Bonifacium nonum, & ipse confirmauit, quæ in hodiernum usque diem perseuerare cernimus. Obiit autem anno à natali Christiano millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, septimo calendas Martii, ætatis suæ sexagesimo quarto. Quo quidem anno beatum Nicolaum Tolentinantem ordinis nostri, in sanctos retulit confessores, ut suo loco infra dicemus. Eo itaque iam mortuo, in beati Petri Basilica sepelitur sepulchro marmoreo.

Columnenses Romani uiri præpotentes, hoc anno falsò suggesti, quòd Eugenius Martini pontificis inimicus decreuisset eorum nomen omnino delere, magno ac exiguo satis coacto exercitu, Eugenium ab urbe pellere statuerunt, & ex Prænesle urbe, ubi Columnensium princeps morabatur, magno cum tumultu Romam properâtes, in Eugenium ipsum mouent, & Apia porta occupata, urbem ingrediuntur. Quo audito populus Romanus & pontificis milites, eis obuiam mox fiunt. Consertáque pugna, aliquamdiu & acriter pugnauerunt, in qua multi utrimque capti & cæsi sunt. Qua ex re Columnenses ex urbe recedentes, multa damna ac mala ciuibus intulere. Omnia enim diripientes, pecora abegerunt, & multos homines captiuos abduxerunt. Quamobrem multa mala, & cædes, non solum aperto Marte, uerum etiam proditoriæ subsecutæ sunt. Huius autem mali quidam Stephanus Columna, quem Eugenius copiis præfecerat auctor fuit, qui ab aliis Columnensibus solus dissentiebat. Is enim Odum quendam Columnensem, Martini uicecamerarium comprehendit, & eius direptis bonis, tanquam latronem, præter pontificis uoluntatem, in carcerem indecenter nimium coniecit, qua ex re Eugenii iram in se concitauit. Qui indignationem pontificis formidans, proditorisque officium exercens, Prænefte ad eiusdem familiæ principem confugit, eúmque ad huiusmodi scelus adhortatus est. Eo autem tumultu quidam Anthonii filius Beneuentanus pontifex, & alius quidam captus est,

6631 1432

Beneuẽtanus pôtifex in.4. partes diuiditur. qui cum confessus fuisset se arcem sancti Angeli capere uoluisse, & pontificem & Vrsinos urbe propellere statuisse, supplicio affectus est. Cuius corpus cum quadripharie diuisum esset, & ad quatuor urbis portas suspensum, ea de re pontifex pientissimus, qui talia abhorrebat, dolore animi in maximam deuenit ægritudinem. Vnde eo anno procurante quodam ciue Romano, pax inter ipsos discordantes subsecuta est.

Bellum secundum Venetorum & Mediolanensium.

Mediolanenses autem hoc anno, dum supradicta Romæ agerentur, in Genuensi urbe classe comparata Florentinis infensi, ab eorundem copiis & Venetorum, in ipso Genuensium littore superantur & profligantur, é quibus undecim eorum naues interceptæ sunt.

Genuẽses superâtur Qua ex re Veneti elatiores facti, Crimignola duce, terrestri bello Mediolanenses aggrediuntur. Philippus autem Nicolao Picenino ex Hethruria euocato, confestim classem Venetam in Pado apud Cremonam superauit, & Crimignolæ impetus per terram retardauit. Vnde Veneti non ita multò post, sicut antea dictum est, Crimignolam capite mulctarunt. Quo mortuo, eius copias Ioannes Franciscus Gonzaga suscepit, qui & ipse etiam

in hoc

in hoc certamine ita gessit, ut uictis gentibus suis, ipse inuictus cum ipsis uictoribus de laude gloriaque certauit. Hic itaque imperator factus, euestigio multos ueteranos & exercitatos armorum uiros ad se conuocauit, uidelicet Gattamellatam Narnensem uirum in armis acerrimum, Gentilem post eum imperatorem Tybertum Brandulinum, Petrum Paulum Romanum, Detesaluum Bergomensem, & plærosque alios. Nicolao uero Picenino Vitelianus Foroiulianus, & complures alii, rei bellicæ non ignari, atque in eo munere clarissimi. Quorum uirtutibus adiutus Nicolaus egregia perfecit facinora. Nam superata (ut diximus) in Heridano fluuio Venetorum classe, receptisque breui oppidis, quæ Veneti in agro Cremonensi tenebant, alium ingentem sibi comparauit exercitum. Cum quo Gattamellatam primum apud Caualatonum oppidulum illicò superauit, & cæteros prædictos legatos mercenarios profligauit. Quibus quidem profligatis, Philippus Mediolanensium dux, confestim animo auctus est. Quam ob rem Sigismundum imperatorem, ac etiam ipsum Ioannem Franciscum Gonzagam, & pollicitationibus, & præmiis ad se pellexit. Et ita in sequenti anno Nicolaum Piceninum imperatorem suum, cum Ioanne Francisco Gonzaga in Brixianos misit. Qui Brixianam urbem aliquot mensibus oppugnauerunt. Quā cum acriter factio Guelpha Brixiana unà cum Francisco Barbaro ibi prætore defensassent, omissa obsidione, Nicolaus iniquo hyemis tempore, ad occupanda castella circumquaque posita, conuersus est, ne uidelicet commeatus in urbem omnino submitti possent. Inde in Veronam conuersus, omnia longè lateque in agro ipso, & etiam Vicentino, populatus est. Nec in eisdem agris quicquam Venetis ipsis reliquit. Occupato autem magna ex parte Mintio & Athesi fluminibus, etiam Benacum lacum occupare studuit, ne quicquam nauibus subuehi posset. Penuria igitur permaxima in Brixiana urbe laborantibus, ex Athesi Remulco, quædam naues per Venetos attractæ sunt, & usque ad lacum quem sancti Andreæ Accolæ uocant, sensim in Benacum à Peneda ad Torbolim dimissæ, & refectæ, rem Venetam meliusculam fecere. Verum cum Nicolaus Piceninus nihilominus Veronenses & Vicentinos plurimum urgeret, Veneti de se actum esse existimantes, nisi unum aliquem egregium bello uirum pro exercitus duce mercede conducerent. Et ideo confestim oratorem ad Florentinos socios oratum miserunt, ut si reipublicæ Venetæ & totius libertati cousultum esse uelint, Franciscum Sfortiam tum imperatorem suum cum omnibus suis copiis properè ac sine mora in suum auxilium mittant, alioquin de eis actum esse scirent. At Florentini suo & sociorum periculo mori, Franciscum ipsum adhortantur, ut arma pro Venetis uiriliter sumat. Quibus suasionibus permotus, statim in Veronensem agrum cum multo ac copioso equitatu aduolauit, ubi quidem mox ad suauè contra hostem pugnam sumpsit. Tandem uero Picenino ob ægritudinem & pugnantium paucitate, cedente euestigio omnia de Vicentinis & Veronensibus castella recepit, qua uictoria elatus, Brixiam à Vitelliano obsessam, etiam liberare statuit. Sed cum omnes adytus interclusos cerneret, Athesim ipsum fluuium supra Tridentum traiecit, & in Tridentinum agrum mouens, Archum oppidum, natura munitissimum, oppugnauit. Sed cum Piceninus Archiepiscopus, comitem defensurus aduenisset, ibidem à Francisco ipso Sfortia profligatus, cum uniuerso suo exercitu, fuga sibi salutem expetiit. Sunt tamen qui dicant Piceninum eius exercitu superato, in Archum oppidum confugisse, & postea à quodam Todeschino, ingentis magnitudinis & roboris famulo, humeris tanquam cadauer infectum, sacco inuolutum, ad suos (etiam per hostium castris) eductum fuisse, & castra sua statim refecisse. Dum autem hæc agerentur, Philippus ægre ferens Florentinos, adhortante Eugenio pontifice Romano, Franciscum Sfortiam Venetis auxilio misisse. Concilium in Basilea urbe celerius cogi fategit, quo Eugenium ipsum pontificatu priuaret. Ille uero concilii authoritatem mirum in modum formidans, apud Ferrariam Flamineæ urbem, aliud concilium indixit. At Philippus quidem cum his qui in concilio Basiliensi erant, egit, ut Eugenium hunc citatum, cum ire nollet, pontificatu abrogarent, & Amedeum socerum suum Sabaudiæ ducem, iam eremitam factum, pontificem Romanum crearent, quod & factum est. At uero Piceninus & Mantuanus marchio, licet multa suscepissent incommoda, statim resumptis uiribus ex Tridentinis recedentes

Gattamellata superatur.

Naues attrahūtur in Benacū lacum.

Piceninus in sacco exportatur.

Verona recuperatur. cedentes, maximo exiguóque impetu Veronam rediere, & eam ilicò cœpere. Franciscus autem Sfortia, & Iacobus Anthonius Marcellus, Venetorum consul, captam ab hostibus intelligentes ipsam Veronam, eò properè cum omnibus suis copiis maturant, urbémque quadriduo captam, post, maxima utriusque cæde recuperarunt. Quæ res bene gesta, initium futuræ felicitatis Venetis fuit. Vrgebantur & eo tunc tempore Bergomum & Brixia itollerabili inedia. Vnde & Iacobus & Anthonius Marcellus, uictis ac superatis apud Veronam hostibus, statim citato cursu, licet omnia in itinera interclusa & circumclusa forent, per asperrissimos montes & colles, & loca etiam feris inuia, Brixiam uenit. Eámque ac Bergomum superato Vitelliano, obsidione liberauit. Et non solum prædictas urbes ea obsidione liberauit, uerum etiam æstate superatis, ad Soncinum oppidum Philippi ducibus, captísque eiusdem mille & quingentis equitibus, & quædam etiam Brixiana castella mox recuperauit, partem simul & Cremonensis agri, Mantuaníque, ac totam Abduæ generatam, in Venetorum potestatem, breui Sfortia redegit. Amisit tum Mantuanus princeps Asulam, Lonatum, & Pischeriam, tria certè satis munita castella. Aderat tum & Piceninus, quando illæ clades prædicto Philippo illatæ fuerunt. Piceninus autem in Hethruria existens, cum in Venetos mutatam fortunam audiret, omnium precibus fatigatus, ad Philippum rediit, & in Brixiano agro contra Sfortiam apud Cignanum uicumoc currit, hoc denique animo, ut Francisco hosti, pugnandi copiam faceret. Non detractauit Franciscus certamen. Cumque ibidem iam aliquamdiu pugnatum esset, incerta uictoria discessum est. Franciscus uero hinc illincque exercitum suum circumferens, aliqua oppida Picenino ipso abstulit, & in Venetorum potestatem contulit. Martinengum autem agri Bergomensis Franciscus profectus, quod Piceninus firmo munierat præsidio, obsidione graui cingit & oppugnat. Quo audito Piceninus, mox aucto exercito, Francisco occurrit, & eum in maximo discrimine deduxit. Dum autem hæc agerentur, subitò præter omnium spem, pax inter Philippum & Franciscum Sfortiam (ignaro Picenino) enunciata est. Itaque apud Caprianam agri Mantuani, hæc pax hoc modo composita est, anno scilicet salutis nostræ millesimo quadringentesimo quadragesimosecundo, ut Franciscus Blanchamaria, Philippi ducis unica filia in uxorem ducta, Pontremulum oppidum, & Cremonam urbem, cum eius agro, præter Picigitonum oppidum munificentissimum, & castella quæ Mantuanus & Pallauicinus de Cremonensibus pro tunc possideret: utque illa præterea quæ Philippus, & qui cum Philippo sentiebant bello cœpissent: quæque item Veneti, & eorum socii, præter Asulam, Lonatum, & Pischeriam, quæ Mantuani principis ante id bellum fuerant, redirent; utque, qui huic sententiæ stare seu consentire noluisset, communis omnium simul hostis haberetur. Et hæc de hoc bello septennii confectæ inter hunc Philippum Mediolani ducem & ipsos Venetos, prout audiui & legi, ita breuiter conscripsi.

Brixia obsessa liberatur.

Pax inter ducem & Sfortiã

cosmas de medices Florẽtinus. Huius magnæ fuerũt diuitiæ

Cosmas medices Florentinus nobilissimus ac potentissimus ciuis, imò Florentinorum princeps & patriæ pater. Qui superiori anno è Florentia pulsus fuerat, hoc autem anno in urbe reuocatus, gubernationem omnem reipublicæ suæ, statim reformare fecit. Vnde & multos alterius aduersæ factionis in exilium egit. Qui cum prudentia & authoritate plurimum ualeret, senatum illum, quo uoluit, semper impulit, ciuitati itidem prout uoluit iura dicens, & inopes uiros plurimos ditans. Cuius tanta fuit diuitiarum abundantia, ut suo auxilio Franciscus Sfortia Mediolanensium principatum obtinuerit, & propterea suo æuo nominatissimus in tota Europa fuit. Hic tanquam patriæ pater Florentiam lateritiam (ut ita dixerim) suo opere, ac sua ingenti impensa & hortatu, insignem & marmoream fecit. Villas nonnullas magnificentissimè ædificauit, in ecclesias denique ditissima dona contulit. Monasteria permulta à fundamentis & Florentiæ & alibi nitida erexit. Parrochiæ suæ templum sancto Laurentio dicatum, cum parum sibi placeret, prorsus deiecit, & exinde structuram admirandi operis suscitauit, quam imperfectam postmodum Laurentius eius ex filio nepos, uir illustris, mirificè compleuit. Aedes suas, quamuis ornatissimas, diu antea erexisset, amplius tum meditatus opes, palatiũ & ingens ex quadratis lapidibus in insigni urbis loco adeò pulchrũ & amplũ construxit, ut ei alterũ in urbe æquari non pos- 6632 1433

non possit. Matrimonia insuper ex argento suo dotibus multa coniunxit. Tanta namq; fuit huius Cosmæ & Petri eius filii, atque Laurentii uiri quidem magnifici liberalitas & munificentia ut inextruendis solum templis & monasteriis, tam mulierum quàm uirorum, & Florentiæ & alibi ad summam trecentorum mille florenorum auri ascenderet. Denique hic tantus uir memoratu dignissimus, cum annis multis uixisset, Petro filio unico post se relicto, paternæ uirtutis æmulatore, in anno domini. 1464. calendas Augusti in senectute bona defunctus est. Vir ualde industrius & priuatorum omnium Italicorum ualde felicior. Quem Petrus eius filius magna exequiarum pompa apud sanctum Laurentium à se couditum sepeliri fecit, cum hoc titulo: Cosmas medices patriæ pater. Ti. Cosmæ.

6632 1433 Vuladislaus natione Lituanus, Vuitoldi eius nominis primi, eius gentis filius Ladislai ac Cassimiri pater, hoc anno ex idololatra, cultũ Christianitatis, cum regno Poloniæ & Christi sacramentum accepit, sed quantum regnauerit, nobis incognitum est. Nam paulò antecum huius gentis rex obiisset, unica filia post se relicta, quidam Gulielmus Austriæ dux in matrimonium eam accepit, atque eidem regno præfectus fuit, non placuit Polonis habere Theutonicum. Vnde hunc Ladislaum ex Lituania aduocauere, & Gulielmo prædicto eiecto, coniugem eius & regnum omne, nouo regi tradidere. Erat itaque hic Vuladislaus gentilis & idolololatra, sed hoc pacto cum regno etiam baptisma recipere non recusauit. Conuersus autem ad Christum in omnibus se religiosum principem semper ostendit. Et in primis quidem multos ex suis Lituanis ad Christum traxit. Deinde ecclesias multas pontificales celebres erexit, quarum episcopos magno honore prosequi non destitit, cum Tartaris regem limites infestantibus persæpe feliciter dimicauit, Pruthenos maximo bello uicit. Ex ipsa autem prima uxore regis olim filia, prolem aliquam non suscepit, cum matrimonium illud haud legitimum fuerit. Ex secunda uero iam sene nonagenaria duo nati sunt filii, Ladislaus & Cassimirus. Eóque mortuo, eius primogenitus Ladislaus, in regno successit. Cassimirus autem Lituaniæ ducatum consecutus fuit. Prior quoque ad Hungariæ regnum accersitus, in bello Turcorum cecidit. Ecclesias erigit.

Lituaniæ prouinciæ, ex qua prædictus rex originem traxit, hic descriptionem facere non erit alienum, ex quo sic nostra consuetudo in antecedentibus fuit. Lituania igitur prouincia in Septentrionali posita est, & Poloniæ regno proxima, imò & connexa: est autem palustris fermè tota & admodum nemorosa, ad quam æstiuo tempore difficillimus est accessus propter palustres aquas, quibus undique cincta est. Sed hyemali tempore, cum aquæ gelu constrictæ sint, mercatores super glaciem euntes, eò proficiscuntur. Sed in uehiculis oportet eos ciberia plurium dierum secum deuehi, aiunt autem nullam uiam certam eundi eis esse, sed quemadmodum in mari syderum cursus iter ipsis ostendit. Raræ apud eos inueniuntur uillæ. Ipsarum autem gentium opes præcipuæ pelliculæ animalium sunt, quibus ætas nostra zobellinos armellinósque nomen indidit. Vsus pecuniarum eis omnino est ignotus. Matronæ eorum nobiliores, publicos concubinos habent, permittentibus uiris, quos matrimonii adiutores uocant. Vsus etiam uini omnino ignotus, panis uero nigerrimus. Armenta eius uictum multo lacte præbent. Eorum sermo Sclauonicus est. Multi eorum usque ad tempora prædicti Vuladislai regis, gentili errore detenti fuerant, aliqui tamen adhuc proprias habent hæreses. Hactenus autem quidam ipsorum serpentes colebant, unusquisque paterfamilias serpentem aliquem in angulo domus suæ enutriebat, cui & interdum sacrificium faciebat. Alii item sacrum colebant ignem, & alia propemodum infinita deliramenta apud eos fiebant. Sed quidam Hieronymus Pragensis ordinis Camaldulensium, uir eruditissimus, suis prædicationibus ipsam gentem pro maiori parte ad sanitatem redegit. Qui Hieronymus ad concilium Basileæ tandem accessit. Zobellini & armeli ni ubi reperiantur.

Polonia autem prouincia, horum regum regnum est in Samartia, uasta quidem regio habetur. Quæ Slesiæ ad Occidentem proxima, Hungaris, Lituanis ac Pruthonis proxima est. In ea Cracouia præcipua ciuitas regni est, in qua (ut aiunt) liberalium artium schola floret. Cæteræ uero ipsius ciuitates ligneæ sunt, quarum domus luto compactæ sunt. Est autem regio plana nemorosáque, sed uitibus prorsus indigna. Eorum potus cereuisia ex tritico confecta. Abundat tamen tritico, feno, & pecoribus. Et inter cætera ibidem

uenationes

rum prohibitus est. Nam Mustaphā unū ex Pacietis principis iam diu defuncti, quē apud se habebat contra Amuratem istum amisit, eúmq; summa ope prosequi non destitit. Sed ipso Mustapha in bello superato ac interempto, Amurates hic, mox uniuersum Turcorū regnum consecutus est, statimque Thessalonicam illustrem Graeciae urbem, quam tum Veneti tenebant, ui captam expugnatámque diripuit. Qua uictoria auctus, mox Epyrum atque Aetholiam non obscuras prouincias, suo regno adiecit. Illyricorum agros deinde uastans, multa oppida ui cœpit, diripuit, atque incendit: ita ut breui multas urbes Atticae, Boëtiae, Phocidis, Achaiae, Macedoniae, Thraciae & Graeciae occupauerit. Vxores multas suo ex more matrimonio sibi copulauit. Inter quas Georgii Seruiae Despoti filiam despōsauit, Christianam quidem & semper Christianorum amicam, ex qua Mahumetem successorem suscepit. Contra quem postmodum exercitum ducens, é regno tandem expulit, atque eius filium sororium suum cum Smedona urbe sua primaria captum, luminibus priuauit. Deinde cum centum milibus pugnatorum Hungariam ingressus, eam longe latéque populatus est. Cum isto autem tam fero, támque formidabili principe, Ioannes Vaynoda seu Vniades, regis Matthiae pater, persaepe dimicare non extimuit, de quo plærumque uictoriam reportauit. Quamobrem ipsius nomen terrificum apud Thurcos semper fuit. Nam inter alia uno unico praelio triginta milia Turchorum suo auspicio interfecit. Denique Amurates hic contra regem Vladislaum & Iulianum Caesarinum sancti Angeli cardinalem, atque praedictum Ioannem Vniadem, aliósque quamplúrimos Christianos regulos cum centum milibus pugnatorum apud Varuam montem acerrimé dimicasset, ibidem obtruncato Vladislao Poloniae rege, & aliis plurimis caesis, & profligato Christianorum exercitu uictor euasit. Atque ita Amurates hostibus superatis & caesis, & eorum spoliis collectis, suos exercitus domum redire iussit. Quibus ex sententia gestis, ipse Andrinopolim rediit, & deo suo uota persoluit. Deinde uoluens in animo regnorum cursus, & fortunae inconstantiam expauescens, quae nulli perpetuo fauere consueuit, accersitis proceribus suis, Mahumetem ex filiis natu maiorem, pro se regnare constituit. Quo facto, ipse priuatam & quietam deligens uitam, cum paucis ocii sui comitibus, religioni cuidam solitariae se adiecit. Sunt qui dicant ipsum caeteros suos filios enecasse, ne aliquas in regno perturbationes aliquando excitarent. Amurates itaque abiectis regni curis, & religioni adiectus, in senium usque permansit. Tandem mortem obiens, in Bursa in sepulchris maiorū suorum sepultus est. Ea quippe ciuitas in Bithinia est, & regni Asiatici caput.

Thessalonica ciuitas capitur

Io. Vaynoda magnus bellator.

30. milia Turcorū interfecti

Amoris immoderati optimum exemplum.

Duo amantes (ne dicam amentes) his diebus in Italia fuere, miles unus, Euralius nomine, Sigismundi imperatoris curialis praecipuus: alter uero Lucretia, ex Sena Hethruriae urbe oriunda, ambo decori, ámbóque praeter naturam speciosissimi: sed Lucretia incredibili pulchritudine, ac inenarrabili certe fulgore praecellens, adeó ut omnes & Caesar ipse, qui tunc aderat, aliquando dubius esset, an eius facies humana uel angelica esset. Hi itaque dū Sigismundus imperator Romam pro corona proficisceretur, & Senam urbem per aliquot menses petisset, caeco quodam amore adinuicem solo uisu exarsere, & deinde ad concubitum finem tandem peruenere. Et cum ibidem per aliquot tempus in bonis suos dies deduxissent, necessarium fuit ob Caesaris absentiam ab inuicem se separari. Qua quidem separatione tantam uterque mœstitiam contraxit, quod Lucretia post longas & implacabiles lachrymas in maximam inciderit aegritudinem, ex qua post dies plusculos etiam mœstam exalauit animam, Euralius uero posteaquam ab oculis amantis euasit, & ipse nunquā ridere uisus est, nec ullis iocis aut facetiis ad laetitiam reuocari potuit, quinimó uix imperium mortis euadere potuit. Ex quorum exemplis, hoc in loco mouentur iuuenes quantum petulans lasciuia & immoderatus amor, insanos reddat homines, unde uirtutibus temperatisque amoribus studeant, quae solae, possessores beatos efficit. Horum autem historiā eloquentissimam Pius pontifex Romanus ante pontificatum perpulchre conscripsit.

Duo amātes

Alphonsi regis captiuitas.

6632 1435 Genuenses hoc anno dum Alphonsus Taraconensis rex Caietam urbem obsideret & expugnaret, quae scilicet á mercatoribus suis Genuensibus acriter defendebatur, duodeim onerarias

onerarias naues, & trigintaquinque Triremes Philippo Maria Mediolanensium duce, etiam eorum Genuensium domino annuente & auxilia præstante, in auxilium ipsorum mercatorum miserunt. Quo audito, statim Alphonsus rex cum maximo ducum regúmque ac innumerabilium pene principum Occidentalium, exercitu eisdem obuiam fuit. Contra quos Genuenses duce Blaxio Axereto, & Elya Spinola, Iacobo Iustiniano, Cypriano de mari, & Gallioto Lomellino, cum aliis compluribus nauarchis, multa animorum præstantia, armorúmque atrocitate in prælio occurrerunt, ubi per decem horas cum multa sanguinis effusione id prælium protractum est. Tandem Genuenses superiores effecti, ipsum Alphonsum regem cum duobus suis fratribus regibus, cœperunt, Ioannem uidelicet Nauarræ regem, & cum eo Hispaniæ similiter regẽ. Cum quibus etiam aderant plurimi principes, scilicet Anthonius Sinuessæ dux, Ioannes Anthonius Taranti princeps, Iosias ducis Adriæ patruus, Anthonius comitis Rogerii Fundorum filius, Nicolaus Specialis procurator, Didacus in ulteriori Hispania comes, ac Ioannes quem in ipsa eadémque Hispania magistrum Cantharæ uocant: & ne singulorum nomina referantur, ferunt fuisse centum & supra principes, & ducenti equites aurati. Capti quoque & alii plurimi insignes nobilitate atque opibus uiri, quorum pars maxima ex utraque Hispania, plærique Siculi, reliqui Campani, cum quibus tantam prædam Genuenses collegerunt, quantam unquam ab ullis uictoribus maritimis adeptæ fuerunt. Hos namque omnes Blasius Genuensis classis ipsius generalis præfectus capiens, pro maiori parte Mediolanum ad Philippum ducem uinctos perduxit. At Philippus, ut erat animo glorioso, & incredibilis magnanimitatis princeps, ut sibi nomen faceret æternum, eos omnes non ut captiuos & Genuensium hostes suscepit, sed ut reges & principes atque amicos omnes habuit, quos etiam pauló post liberalissimé cum muneribus dimisit. Alphonsus autem in regnum reuersus, statim Caietam urbem obtinuit. Quas ob res Genuenses indignati, quod Alphonsum hostem, quem cum tanto eorum periculo cœperant, tam leuiter dimisisset, Francisco Spinola & Thoma Frego sio olim duce authoribus à Philippo discessere, cæsóque Obicino Alzatensi dictatore, & pulsis eius præsidiis, urbem in libertatem redigere. Quo sub Philippo duce per quatuordecim annos fuerat. In libertatem itaque urbe redacta, Genuenses ut omnes libertati fauerent, sex uiros libertati præsides delegerunt, apud quos una causa, duce electo, summa rerum omnium esset. Dux autem delectus Thomas Fregosius fuit.

Centũ principes, du centi equites capti.

Capitanei libertatis.

Genuensium ducum uarietatem uide.

6634 | 1435 Thomas Fregosius, natione Genuensis, illustris uir, hoc anno cum annis superioribus ducatus honore sua in urbe functus esset, etiam hunc honorem adeptus, quatuor annis ipsum principatum obtinuit. Nam (ut præmissum est) cum sui Genuenses Philippum Mediolani ducem é dominio urbis exclusissent, confestim in ea octo libertatis capitaneos creauerunt. Eisque pauló post libertate sublata & exactis, quidam annosus nomine Suardus Smerdeus, dux repente creatus est. Sed homo grandæuus cum ad gubernationem inutilis uideretur, uix septem diebus in officio permissus est, isto Thoma eius honorem iterum surripiente, uerum & ipse á Baptista eius germano pauló post expulsus fuit, qui & ipse uix sexdecim horis id officium obtinuit. Nam ipse Thomas uiribus reassumptis, confestim fratrem Baptistam palacio deturbauit. Et denuo in eodem magistratu constitutus, iam quarto dux factus, tres alios annos & aliquot menses regnauit, donec Ioanne Anthonio Flisco iterum ciuitas in libertatem redacta fuit. Delectis denuo octo capitaneis, qui rempublicam administrarent, statim hunc Thomam Fregosium captum, in carcerem coniecerunt, cum iam quater urbis ducatum gessisset. Sed hæc libertas paucorum dierum fuit, quia Raphael Adurnus, primus ipsorum capitaneorum, cum non tam capitanei quàm ducis nomen sibi placeret, tandem & ipse ducatus fasces assumpsit. Quibus cum pauló supra duos annos esset usus, à Barnaba Gentili patruële suo deiectus est. Ipse autem Barnabas nondum mense toto principatu potitus, à Iano Fregosio fugatus est. Sed & ipse Ianus cum annis pauló amplius duobus rexisset, fratrem suum Ludouicum successorem habuit. Qui & ipse à Perino patruële suo, é dignitatis culmine, haud multó post deiectus est. Is autẽ Perinus ille, qui cum multa animi uirtute regnauit, sed omni nobilitati & primatibus

semper odio fuit, quod & Gentilem & patruëlem suum Nicolaum Fregosium ob suspicionem affectati dominii à se uocatos interemit. Hunc item, cum quatuor regnasset annis, ciues urbe pepulerunt, & Ludouicum eius patruëlem, qui ante regnauerat, denuò loco eius suffecerunt: qui & ipse cum se parum gratum magnatibus intelligeret, eundem Perinum in auxilium accersiuit. Qui ex exilio reuersus, iterato ipsum Ludouicum patruëlem, ducatu amouit, atque omnes aduersarios suos, urbe expulit. Tandem à Gallis, quos ipse introduxerat (cum eisdem fidem promissam non seruaret) obtruncatus est, Ioanne Renati regis filio urbi præsidente. Eiectis demum Gallis, eius germanus Paulus, urbis archiepiscopus, principatum suscepit. Eo item expulso, rursus urbs ipsa mutabilis, Genua concedente Ludouico Francorum rege in manibus Francisci Sfortiæ Mediolanensium ducis peruenit. Fuit nihilominus Thomas prædictus Fregosius, uir singularis prudentiæ & consilii promptissimi, qui facinora nonnulla memoratu digna gessit. Et primo quidem contra Alphonsum regem Bonifacianam Corsicæ insulæ urbem occupare uolentem, indéque contra Philippum ducem Mediolani, qui Albingam urbem suam à Nicolao Picenino lacerатam defensauit, atque Chyum Græciæ à Venetis diu obsessam liberauit. Et hæc de Genuensium mutabilitate dicta sufficiant. Ludouicus Fregosius iterũ dux. Dux Paulus

Vuitoldus quidam Lituaniæ prouinciæ (quæ est Poloniæ regno propinqua) dux, hoc anno à Sigismundo Cæsare titulum regni in ipsa sua prouincia obtinuit. Cui cum idem Cæsar indulsisset, ut rex appellaretur, prius è uita excessit, quàm coronationis solennia celebraret. Erat hic Ladislai Poloniæ regis (de quo supra dictum est) frater. Quem adeò subditi timuisse ferunt, ut ipsi laqueo sese suspenderent, quàm eius indignationem expectarent. Quia si qui eorum imperium ipsius detractare præsumerent, ipsos confestim ursina pelle consutos, uiuis ursibus (quos eam ob causam nutriebat) dilaniandos obiiciebat, atque crudelibus aliis afficiebat suppliciis. Equitans, arcum semper gestabat tensum, & si quem conspiciebat aliter incedere, quàm ipse uoluisset, confestum sagitta confodiebat. Et cum esset sanguinarius carnifex, & admodum bestialis, multos per ludum interficiebat. Alia atque alia, de hoc insano homine referuntur improba. Denique (ut præmissum est) cum legatos ad Cæsarem misisset, pro regni corona obtinenda, prius obiit, quàm legati dyadema afferre potuissent. Vide crudelem uiri sæuitiam.

Sindrigal autem eius germanus, eidem in titulo regni successit, sed & ipse parum regnauit, propter ipsius nimiam crudelitatem. Nam & ipse cum sanguinarius nimium esset ursam nutriuit, quæ consueta ex manibus ipsius panem accipere, sæpe in syluas uagabatur, redeunti uero usque ad thalamum principis, ostia quæque patebant, ibique confricare ostium pedibus cum fames adesset consueuerat, cui princeps aperiens, cibum præbebat. Conspirauere aduersus eum quidam iuuenes, & obseruato die tanquam ursæ modum secuturi, cubiculi ostium armati confricare cœperunt: at princeps credens ursam adesse, ostium aperuit, qui mox ab insidiantibus confossus fuit, eóque obtruncato, prouinciæ gubernatio ad Cassimirum peruenit.

6637 1438  Lbertus Austriæ dux, & Sigismũdi Cæsaris gener, hoc anno socero Sigismundo in Snoynia Morauiæ oppido uita functo, cum mox in regna Hungariæ & Bohemiæ successisset, & apud Albã regalem urbẽ primũ cum Helisabeth dilectissima coniuge, eorum regnorũ dyademata maximo triumpho suscepisset, etiam à Theutonicis suis Romanũ imperiũ suscepit, & nec duobus annis imperauit: religiosus sanè princeps, in quo liberalitas simul & iustitia plurimũ resplẽdebat: qui in bello fuit audax & manu promptus. Vnde (ut supra dictum est) & Morauos primum, posteáque Bohemos armis subẽgit, Polonósque latè uagantes, intra regnum suum coercuit. Eas ob res magna de se Christianæ religionis promittere uidebatur, nec minora populi de sua uirtute conceperant. Erat (ut aiunt) statura procera, neruosum & ualidum corpus habens, cum facie terrifica, atque crassa barba, cuius lateri nunquam deerat ensis. Hic itaque cum intellexisset Turcos Smederonam Raxiæ urbem obsidere, ad eam liberandam multo cum exercitu eò processit. Verum morbo Dissintheriæ in uia contracto, infecto negocio Viennam repetere statuit, sed in itinere eo morbo affectus, relicta uxore prægnante, confecto testamento, in uilla Albertus imperator germanorum.

in uilla quæ Longa dicitur, sexto calendas Nouembris uita decessit : cuius corpus in Alba delatum, ibidem regiis exequiis conditum est. At Helisabeth eius uxor cum Posthumũ ædidisset Ladislaum, mox ut in lucem uenit in Alba ipsa regali urbe, & Christianæ fidei signaculum, & sacram Hungariæ coronam uno eodémque die accepit, & ablactatus sub Cæsaris Federici tertii, duodecim annis sub tutela fuit.

Concilium Basiliense. Concilium Basileæ hoc anno ex Martini papæ decreto congregatur. Lente tamen & parua admodum mortalium frequentia, authoritatéque ipsius Martini prius nutritum, in quo Hispaniæ & Galliæ, Germaniæque, ac Panoniæ principes conuenere. Qui & Philippi Mediolanensium ducis suggestionibus, communem reipublicæ causam in arbitrio ipsius concilii (ut Eugeniũ deponerent) reponebant. Pulcherrimũ certe initium habuit, sed tur pissimum exitum, propter scisma excitatum & subsecutum, in quo Eugenius priuatus, & Amedeus eremita dudum Sabaudiæ dux, ad pontificatum munus inuitus delectus fuit, quem & Felicem quartum nominauerunt. Verum Eugenius cognita concilii iniustitia, Delphinum Caroli Francorum regis filium, cum magno equitatu in Basilienses concitauit. Cuius plane impetu, statim conuentus ipse dissipatus est. 6637 1438

Felix papa. 4  Elix itaque eius nominis quartus papa, hoc anno decimoseptimo Nouembris die, Eugenio pontifice à Basiliensi concilio pontificatu deposito, in scismate pontifex electus, sedit annis nouem. Quo creato, Basileam statim pergens, pro more ibidem tanquam Romanus præsul coronatus est, atque ita diuina celebrans, benedixit populo, & officia curiæ ordinauit, ac cardinales nonnullos doctrina & authoritate præstantes assumpsit. Atque ita seditiones plurimæ in ecclesia dei oriri cœptæ sunt, cum Christiana respublica tripharie diuisa fuerit, quòd alii Felicem hunc, alii Eugenium sequerentur, alii quoque neutrales appellarentur, quia neutris obtemperarent. Hic itaque Amedeus primus Alobrogum dux fuit, quia sui prædecessores principes, non duces, sed comites usque in hodiernum tempus appellabantur. Sed ipse à Sigismundo Cæsare titulo ducatus obtento, non comes, sed dux Amedeus appellatus est. Vir certe omniũ uirtutum claritate adornatus, quas ob res imperium suum ultra citráque montes mirum in modum auxit. Qui cum gubernacula suæ gentis quadraginta annis tenuisset, parta undique pace, multis cumulatis diuitiis, relictis principatus sui gloriæ fascibus, Ludouico eius unigenito imperio tradito, in eremum se tradidit atque recepit. Vbi sumpta penula ac baculo retorto, cum sex uiris equestris ordinis ætate prouecta, mundo & pompis eius renunciauit. Vbi aliquamdiu cum sancte uixisset, tandem summi pontificatus honorem eo mundo accepit. Veruntamen cum pacis & humilitatis amator existeret, mortuo Eugenio pontifice, statim nullis pulsatus precibus, Nicolao pontifici eius successori humiliter cessit, & in loco pristinæ humilitatis rursus rediit. Quo cognito, Nicolaus & cæteri patres (confirmatis prius omnibus per eum gestis) in patria sua eum delegatum ex latere crearunt. Deficiens demum in senectute bona, post eius obitum, etiam miraculis multis clarus effulsit. 6637 1438

Christiani tripharie diuisi. Primus Sabaudiæ dux. Hic eremũ intrauit. Huius gesta confirmãtur.

Concilium Florentiæ hoc etiam anno ab Eugenio pontifice contra Basiliense celebratur. In quo (ut præmissum est) Ioannes Constantinopolitanus imperator, & eiusdem urbis patriarcha, atque alii innumerabiles religiosi, tam Græci quàm Latini, & aliæ atque aliæ plurimæ nationes conuenere. Vbi sæpius habitu conuentu, de multis inter Græcos & Latinos sapienter disputatum est. Tandẽq; in hoc conuentum fuit, ut Græci rationibus conuicti, faterentur spiritum sanctum à patre filióque procedere, homoousiónq; esse non à patre tantum, ut ipsi credebant prouenire: utque in azimo siue fermento triticeóque pane corpus Christi ab eisdem consecraretur, ac purgatorii locum crederent: postremò ut faterentur Romanum pontificem uerum Christi esse uicarium, Petrique uerum successorẽ, primum in orbe Christiano tenere locum, ac oportere, cui & Orientalis & Occidentalis ecclesia meritò pareret. Quibus finitis & ita compositis, imperator & patriarcha cum reliquis Græcis, hoc eodem anno, scilicet. 22. mensis Nouembris, gaudentes in patriam, etiam sumptibus Ro. ecclesiæ, rediere. Hoc autem modo Græcorũ Ro. composita, Armeni etiã & Indi, cum fide nostra conuenere. Sunt tamen qui dicant eo in concilio declaratũ fuisse, ut quilibet sacerdos iuxta eccle. suæ consuetudinẽ pane aut azimo aut fermẽto celebraret. 6648 1443

Græci cũ Latinis concordãt.

Armeni et Indi in fide nostra cõcordãt

Viri do

Viri doctrinis excellentes.

Ioannes Tortellius Hethruscus, patria Aretinus, Romani pontificis subdiaconus & cubicularius præcipuus, ac Nicolai pontificis postmodum contubernalis, & studiorum intimus comes, græcis, latinisq; literis, ac theologicè non mediocriter eruditus, hac tempestate floruit, & multo in precio fuit. Vir inter cætera singularissimæ humanitatis & grauitatis ac magnæ reuerentiæ, qui suorũ studiorum monumẽtis hoc præcipuũ addidit, quod de scribẽdi ratione præclarissimũ opus ædidit, in quo primũ de literarum inuentione numero uidelicet & figura pertractat. In secnudo autem cuiuscunque literæ potestatem, & in alias literas, tam in dictionibus græcis ad nos pertinentibus, quàm latinis commutationem explicat, post hæc de ordinatione literarum adinuicem, tam uocalium quàm consonantium dicit, ultimo particularium dictionum Orthographiam suis literis ordinat, & in Dialectica etiam commentarios composuit. Athanasii quoque episcopi uitam, ad Eugenium ponti. in latinum uertit. Ac Apianum historicum, ad uerbum interpretatus est, & alia quædam. Io. Tortellius Aretinus orator.

Laurentius Vallensis canonicus (ut aiunt) insignis, non minus theologus & philosophus, quàm Rhetor & grammaticus, per hoc tempus clarus existens, sex elegantiarum libros, ex Neapoli ad Ioannem Tortellium prædictum dedit amicissimum suum. Quibus certè nostro sæculo nil utilius excogitari potuisset, pro quibus ipsum omnibus grammaticis, qui sint, aut certe unquam fuerint (magna audacia) præponere non formidamus. Scripsitque & in Dyalecticam, & in Quintilianum commentarios dignissimos. Epistolas uero Pauli apostoli, suo modo in latinum uertit. Homerum insuper, & Herodotum historicũ, ac Tucididem græcos, latine loqui docuit, nonnulla etiam alia acri cura, ac diligentia composuit, in quibus certe altum sui sensus & ingenii non solũ ostendit, sed etiam latrator exi stit, pro quo plurimas inuectiuas in se in uita & post mortem concitauit. Laurentius Valla.

Blondus Flauius Foroliuiensis historicus doctissimus, & dicendi gratia grauissimus, & Eugenii pontificis aulicus & secretarius amplissimus, & ipse hoc tempore multo in precio fuit. Qui præter orationes & epistolas innumeras à se ædita, maximam gloriam uniuersæ Italiæ contulit, quòd præ cæteris latentem supra mille annos historiam, tanta attigit diligentia, ut duobus & triginta libris eandem diffuse ornatéque ostenderet, nam omnem nedum Italiæ, sed totius olim Romani imperii, prouinciarum, regionúmque statum perpulchre descripsit, indéque de Roma triumphante libros decem, & de Roma instaurata libros tres. Ac de Italia illustrata, libros quasi tredecim, ac alia multa, è quibus etiam multa ad uerbum excerpsimus. Quinque etenim filios hic post se reliquit, bonarum literarum feracissimos, nec patri certe inferiores. Blõdus Flauius Foroliuiensis.

Matthæus Palmerius Hethruscus, patria Florentinus, honestis parentibus ea in urbe natus, historicus & philosophus, ac orator disertissimus, ipsis quoque temporibus uiguit, & inter præclaros uiros consilii Florentini annumeratus fuit. Qui licet in omnes magistratus reipub. suæ semper euectus fuerit, & cum qui in ciuitate sua supremus habetur, iustitiæ uexillatum etiam ascenderit, & ad summum pontificem atque alios reges & principes legatus sæpius missus fuerit, nihilominus diligẽti partitione tẽpora demittens post reipub. gubernationem assiduam, ut multis proficeret, in primis quædam memoratu digna ædidit opuscula, & primo Florentino idiomate, De uita ciuili libros quatuor, in quibus omnia publicæ priuatæque uitæ, laudabiliter degendæ præcepta, ex morali philosophia deprompta complexus est. Latine uero uitam clarissimi Nicolai Accioli composuit. Et Pisanum bellum periculosissimum. Scripsit præterea de temporibus præclarum librum, Eusebium Cæsariensem imitatus, postremo poëticam pertractans facultatem, librum pergrandem ternario carmine composuit, quem Vitæ ciuitatem appellauit, quòd animam terreni corporis mole liberatam, uaria multipliciáque loca peragrantẽ, ad supernam tandem patriam ciuitatémque cælestem perducit, ubi beata fruatur æuo sempiterno. Alia quoque plurima in hoc laudis genere dicenda supersunt, sed pro temporis ratione hæc dicta sufficiant.

Guarinus Veronẽsis, grãmaticus & rhetor, ac philosophus eruditissimus, græcæ latinæq; Guarinus.

linguæ facundissimus, pater & magister fermè omnium, qui sua ætate græcas didicerunt literas, & ipse hac ætate, & Frrariæ quammaxime, & alibi, admirabilis & omnium honore senex dignus est habitus. Qui apud Chrisoloram Bizantinum apprimè eruditus, postea omnem ætatem suam in legendo, docendo, scribendóque transiuit, quòd unicum suæ senectutis refrigerium, & illud quidem honestum dignúmque suis exercitiis, ac uirtutibus adinuenit. Et primo quidem grammaticales regulas præ omnibus in ordinem pulcherrimum redegit. Deinde Strabonis geographiam, ac nonnullas Plutarchi uitas latinas mira eloquentia fecit: extant & ipsius epistolæ complurimæ à se æditæ, que ingenii ipsius magnitudinem præ se ferunt. Deficiens tandem in senectute bona (Baptista filio superstite relicto) Ferrariæ apud Carmelitas, insigni sepulchro, epigrāmate perpulchro decorato, sepelitur.

Georgius trapezuntius. Georgium Trapezuntinum doctissimum profectò uirum apostolicum secretariū, cum his fuisse & floruisse constat, quod ab Eugenio ponti. Romæ publico gymnasio uocatus, multis annis Hispanos, Gallósque, ac Germanos, unà cum Italis oratoriam & poëticam docuit disciplinam. Qui ex monumentis suis Rhetoricam quandam composuit, non improbandam, & Dialecticem, atque in orationes Ciceronis Peraphrases utilissimas composuit, & alia quædam: e greco autem Eusebium Cæsariensem, de præparatione Euangelica, mira eloquentia transtulit ad Nicolaum pontificem.



Federicus impe. Germanorum. Edericus eius nominis tertius, Austriæ dux, hoc anno Alberto defuncto, uigesimus septimus Germanorum imperator creatus, imperauit annis. 55. Hic etsi hoc anno Cæsar delectus fuit, tum scilmate prohibente usque ad Nicolaum quintum, pontificem quintum destitit coronari, quo pontificante, Eleonora Portugalliæ regis filia, & Alphonsi regis ex sorore nepte accepta uxore, unà cum eadem anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, septimo idus Martii, Romam ueniens, maximo cum apparatu gaudióque à Nicolao pontifice (benedictis primum nouis nuptiis) imperatoria corona donati sunt. Quo coronato, dum ad sanctum Ioānem in Laterano, ex more proficisceretur, nonnullos in Hadriani ponte auratos creauit milites. Deinde cum noua uxore Roma abiens, Neapolim uisendi, Alphonsi regis causa, maxima pompa summóque apparatu, ab eo etiam exceptus est. Rursúsque Romam nauigio rediens, iter statim in patriam arripuit, quòd intellexerat quosdam principes res nouas in Germania & Hungaria moliri, ob absentiam regis Ladislai egregii adolescentis, quem imperator secum adduxerat. Franciscus autem Sfortia, tum Mediolanensium dux, hunc imperatorem per legatos ad coronam ferream Mediolani suscipiendam (ut mos erat) imitauit. Qui renuens Romam, alio itinere profectus est. Rediens deinde Ferrariam, Borsium Estensem nobilissimum marchionem Mutinæ, & regii Lepidi ciuitatum ducem creauit, eo quòd dictæ ciuitates imperii ditionis essent, ibidémque etiam rediens Galeatium Francisci Sfortiæ ducis Mediolani filium, tum adolescentem, cum ingenti apparatu obuium habuit. Cuius suaui oratione Cæsar allectus, illum auratum militem creauit, & à se collaudatum dimisit. Hic itaque à principio suæ iuuentutis, Christianæ religionis zelotes esse cœpit, & ideo necdum uigesimum ætatis attigerat annum, Christi amore incensus, sancta loca Hierosolymitana inuisere noluit. Factus & electus deinde Romanorum rex, statim multorum opinione formidabilis esse cœpit, & magni precii princepa, sed paulòpost eius cupiditas & ignauia, à principibus Christianis cognita, quòd scilicet semper uilibus incumbebat, contemptui haberi cœptus est, unde & in anno salutis nostræ millesimo quadringētesimo septuagesimo primo Christianorū principū (propter Turcorum incursiones) querelis fatigatus, & excitatus, omnibus principibus Christianis ædixit, ut ad Ratisbonā Germaniæ urbē, aut uenirent, aut oratores mitterēt, consultores de bello contra Turcos suscipiendo. Ad Franciæq; regem, & Burgundiæ ducem misit, qui dicerent, & imperarent ab armis eos discedere, sed pace coire, uenisse inquiens tempus, ut Christianos gladios in Turcorum non Christianorum uisceribus conuerti, id nisi cito fiat de Christianis actum esse. Sed cum contemptui haberetur eius authoritati parum creditum fuit. Nouissimis uero temporibus cum inimicitias permaximas cum Matthia Hungarorum rege gereret, multa eius bella in se cōcitauit, pro

6639 1440

Borsiū ducem creat.

Hierosolymā iuit.

quibus

quibus multa damna & incommoda eidem intulit, & primariam imperii ciuitatem Viennam nomine, abstulit. Quamobrem ipse senio cōfectus, præ timore cum innumerabilibus thesauris coaceruatis, ad loca tutiora confugit. Hic inter cæteros eius liberos ex uxore su sceptos, Maximilianum uirum sapientissimum, atque humanissimum suscepit, quem ante obitum suum Romanorum regem electum uidit. Fuit autem Federicus iste à iuuentute sua, albis in primis capillis, planisque, statura plusquam mediocri, lato pectore, longo cultu, grauis incessu, pauci sermonis, ac modici risus, cum pudore quodam ante faciem, fuitque Catholicus princeps, usque in senium, & cultor sobrietatis præcipuus, ac corpore strenuo atque uegeto semper.

Albertus Austriæ dux, Federici Cæsaris germanus, hoc anno fratre ad imperiū assumpto, in eius locum successit, & annis.22.regnauit. Hic autem princeps fratri Cæsari longe dissimilis fuit. Quia sicut in agendis rebus Cæsar tardus, & remissus habebatur, ita econtrario iste celer fuit. Cæsar uero erat ocii & pacis cupidus, at hic belli ac gloriæ appetens, periculorúmque contemptor, audáxque, & laboris patiens, ac manu & ingenio promptus. Federicum item tenacem omnes accusabant, & ad promissa minus attentum. Hunc autem Albertum aiunt pecuniarum fuisse omnino effusorē, adeò ut inter opes pauper & in paupertate dicebatur diues, nullius rei quàm famæ auarus. In isto autem princi pe multa inerant, quæ laudare poterant, utpote corpus egregium, & speciem principe dignam, & ardentem satis religionis zelum. Qui tandem moriens Sigismundum filium habuit successorem.

6640 1441 Austria horum præstantissimorum procerum & principum prouincia, olim Pannonia superior dicebatur, est nobilior Germaniæ prouincia, quam Danubius permaximus Europæ fluuius mediam secat, & est inter Hungariam, Bauariámque, & Bohemiam, atque Italiæ alpes constituta. Cuius longitudo sex dietarum est, latitudo uero trium tātummodo. Terra ualde nobilis aquis irrigua, & uino quammaxime abundans. Huius primaria & præcipua ciuitas est Vienna nobilissima urbium. In qua est gymnasium perpulchrum liberaliū artium, & theologiæ ac iuris pontificii, ad quod maximus studentium ex Hungaria, & ex omni Germania cōfluit. Cuius ciuitatis populus quinquaginta milium communicantium creditur. De hac supra li. 12. pulchre dictum est. Austriā hic describit. Vienna

Nicolaus Fortebrachius, cognomento Piceninus, Brachii superioris ex sorore nepos. Vir certe claudus, sed ingenio rectus, ac manu uiribúsque fortissimus, copiarum Mediolanensium dignissimus generalis imperator, hoc anno apud Mediolanum (dolore animi ut creditur) diem obiuit, & ingenti quidem pompa, in maximo urbis templo Philippi ducis iussu, impensáque, celebri sepulchro sepultus fuit. Vir certe (ut dictum est) inuictissimus ac semper uictoriosus, qui quoadusque uixit ingentia gessit bellorum facinora. Et primo quidem Lucam nobilem Hethruriæ urbem, graui obsidione à Florentinis oppressam, eorū exercitu turpiter profligato, non solum liberauit, sed & multa eorum castella ui abstulit & Lucensibus adiecit. Classémque Venetam permaximam, in Pado flumine ad Cremonam, terribili impetu disiecit, quæ quidem classis à Venetis maximo ac incredili propè sumptu fuerat comparata. Ea enim classis constabat Gallionibus maximis septem & triginta, Triremibus autem ac Biremibus, aliisque nauigiis centum. Erat quippe ea classis repleta omni commeatu, armisque & telis, tormentis quoque atque innumerabilibus aliis diuitiis & rebus ad bellum necessariis. Crimignolæ præterea impetus retardauit, deinde in Eugenium pontifi. à Philippo duce & domino suo missus, tantum terroris eidem iniecit, ut Eugenius incertus fuerit, quorsum salutem sibi quereret, postea à Philippo reuocatus, cum per Hethruriam transitum habere uellet, magno impetu & fragore in agro Florentino descendit, & Florentinis ipsis magnum terrorem, ac incommodum non modicum incussit: populatis enim eius agris etiam ad urbis uestibula præcucurrit. Postmodum Brixiam urbem, tam magno dilacerauit & obsedit impetu, ut magnam murorum ipsius euerterit. Sed cum crebris tormentorum ictibus ipsam oppugnaret, Veronam per proditionem intempestæ noctis silentio cum maximis equitū copiis obtinuit, licet quarta die post ab Francisco Sfortia ablata fuerit. Quibus ita gestis cum Franciscus Sfortia Classis Veneta quanta fuerit.

Martinengum Bergomensium oppidum obsideret, eò Nicolaus hic ueniens ipsum Franciscum eo discriminis redegit statu, ut neque eius Gregarius miles ire pabulatum sine periculo, neque inde abducere exercitum sine magno discrimine posset. Quam ob causam lacessitus Franciscus, pacem cum Philippo suo Bono percussit. Fuerat autem Nicolaus hic à principio cum Francisco Sfortia, tum imperatore præstantissimo, quadam mirifica beneuolentia ac suauissima quidem germanitate coniunctus, ut non consilia modo communia inter sese haberent, sed & mutuis pecuniis (cum opus esset) adiuuarent, sed duorum scribarum delationes & susurria, discordiarum tantorum uirorum causa extitere, pro quibus maxima bella postmodum inter ipsos gesta fuere. Tandem hic Nicolaus acerrimus propugnator, cum didicisset Franciscum filium suum in Picentibus propè montem Vlmum, apud Bergomum à Florentino exercitu fuisse profligatum, eo acerbissimo nuncio, tantam iram atque dolorem contraxit, ut intra paucos dies uita decesserit, quod plærique principes, maximéque Franciscus Sfortia (cum eius obitum accepissent) præ nimio uiri illustris amore, tantum mœrorem doluerunt, ac si patrē charissimum amisissent. Reliquit autem post se hic Nicolaus, Franciscum & Iacobum, præstantissimos bellatores filios.

Rauenna Flamminea ciuitas.



Rauenna uetustissima Flamminea regionis in Italia ciuitas, Ostrogotthorum regum, & postmodum Exarchatus sedes, hoc anno pridie calendas Martii, 6640 1441
suo fausto homine in manibus Venetorum pacifice deuenit, expulsis Pollentesiis principibus, qui ea annis centum & quinquaginta possederāt. Hæc ipsa ciuitas in anno salutis nostræ. 1292. propter discordias & ciuilia bella ruere cœpit, & quan dam in miseram uastationem deuenit, cuius causa fuit opulentia & ocium, surrexere inter ciues, tum duæ primariæ familiæ Trauersariorum & Pollentanorum factionum auctrices, quæ cum diu de principatu acriter contendissent, tandem Pollentani superiores effecti, Ostasius quidam equestris ordinis eiusdem familiæ princeps uir, ad omnē rem & facinus promptissimus, ipsam urbem iam miserabilem effectam occupare per tyrannidem non dubitauit. Quam & pro suo arbitrio legibus solutis, quoadvixit gubernauit. Eo autē mortuo successere in tyrannide Bernardinus Pandulphus, & Lambertus fratres eiusdem filii. Bernardino autem primogenito successit Guido, Guidoni alter Bernardinus, & Ostasius alter, qui genuit Oppizonem, Aldroandinū, Azonē, & Petrum. Oppizo uero genuit Ostasium omnium nouissimum. Qui principes tenuere urbis huius principatum annis centum quinquaginta continuis. Verum cum ipsa ciuitas ob tyrānidem, & ciuium suorum discordias, ad nihilum quasi deducta fuisset, is Ostasius ultimus princeps uir insipiens & excors, atq; omnino inconsideratus, se & ciuitatem suam Venetis commendauit, at Veneti confestim Iacobū Antonium Marcellum patritiū, equestris dignitatis uirum, cum summa imperii dignitate Rauennam miserunt, qui tanquam dictator, ipsi Ostasio principi & ciuitati consuleret, sed posteaquam ciuium urbis corda & studia, in beneuolētiam & deuotionem senatus Veneti accensa animaduertit, consuluit Zenebriæ uxori suæ, deinde ipsi Ostasio principi unà cum filio, Venetias recreādi animi gratia petere. Ad quam cum accessisset & honorificentissimè exceptus fuisset, paulòpost ab senatu ipso, ipse cum uxore dilectissima ac filio, in Cretam perpetuo exilio damnatus est, atq; ita in eo omnis Pollentanorū familia finem accepit. Ostasius primus, ea in urbe primū principatum per tyrannidem occupauit, & ita quodam fato alter Ostasius eam amisisse uisus est. Ex eo namq; tēpore quo hæc ciuitas in manus Venetorum deuenit, plurimū equidem eorum beneficio, tum opibus, tum nouis hominibus aucta est, atque ædificiis innumerabilibus mirificè instaurata, e uestigio namque Veneti pro urbis tutela, arcem munitissimam & inexpugnabilem, ex latere cocto in ea erexere, deinde uias omnes in ea, per tēpora, lateribus coctis sternere cœperunt. Eius autem ager penè uniuersus, cum incultus esset, & loca quæque sentibus & uepribus squalida essent, nunc reparata cultissimam telluris faciem præ se ferunt. Felicem igitur dicam Rauennam quæ tale nacta est imperium.

Genealogia principū Pollētanorum.

Ia. Antonius Marcellus.

Renatus rex Neapolitanus, ex Francorum regum genere natus, Ludouici Andagauensis 6641 1442

gauensis frater, quem scilicet Ioanna regina iampridem in filium adoptauerat, contra Alphonsum regem, hoc anno cum in eodem regno sex annis regnasset ab Alphonso superatus, regno deiicitur. Qui Pisas & Genuensium nauibus deuectus, statim Florentiam petiit, auxilium à Florentinis impetraturus, ubi cum aliquot tempus immoratus fuisset, & nihil auxilii, ad reparandum regnum, sibi promitti animaduertit, abiecta eorum ac omnium Italicorum spe, Marsiliam, unde ab initio uenerat, nauigio reuersus est, ubi & reliquum quasi uitæ suæ tempus, in maximo ocio, pace & quiete, atque sanctimonia consumpsit. Fuerat nempè Renatus hic dignissimus rex, sed bello persæpe infelix. Vir utique iustus atque in omnibus tam aduersis, quàm prosperis fortissimus: quippe qui nulla uitiorum labe unquam fuerat notatus, sed summa uirtute decoratus, corpore pulcherrimo, reique militaris scientia insignitus, uirtutibusque egregiis nemini cædens, imò liberalitate quadam & humanitate, ac religione reges cunctos antecedens. Quippe qui Neapolim Famelicam, sua uigilantia, suaque solicitudine ab Alphonso duobus fermè annis acerrimè obsessam, pientissime conseruauit, sed tandem præualente hoste & præsidiis suis deficientibus hostibus per cuniculum furtim intromissis, omnibus in tumultu maximè existentibus, imò hostibus circa ipsum in foro conglobatis, ipse præstantissimo & infracto animo, uiam ferre per medios hostes sibi apperuit, & è manibus hostium intrepidus exiliuit, atque ita cum aliquibus principibus suis in arcem nouam intactus confugit. Quæ res cum Genuæ perlata fuisset, Genuenses eueſtigio, ne amicus rex pro quo tot & tanta pertulerat incommoda desertus uideretur, duas onerarias naues armatas eidem misère. Ad ipsum autem cum naues aduenissent, ibidem Antonio Caluo Genuense arci præfecto constituto, ipse rex Renatus in Hethruriam uenit: at Antonius præfectus, ubi rex discessit, protinus Alphonso arcem (non modica pecunia recepta) consignauit. Dum autem Renatus Neapolim ex Gallia aduenisset, confestim Isabellam reginam cordatam mulierem, coniugem dilectissimam amisit. De qua plurima clarissime & sanctissime à se gesta facinora, in libro de claris mulieribus memoriam fecimus. Renatus autem in Gallia constitutus, post undecimũ annum recuperandi regni sui, ex more cupidus, cum Franciscus Sfortia, tum Mediolanensium dux, & Florentinorum respub. ad eam rem opes suas pollicerentur, cum duobus equitum milibus in anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio in Italiam ad ipsum Franciscum primum contra Venetos militantem peruenit, & per Brixianum agrum exercitum ductitans, receptis multis castellis, magno terrori Venetis fuit, ita ut intra paucos menses, Franciscus Sfortia quæcunque Veneti intra Galliam Cisalpinam, præter Bergomum, Brixiam urbes, & oppidum Cremam, iam diu possederant, huius auxilio sibi uendicauerit: hyeme uero superueniente, cum ad hyberna itum esset, Renatus hic apud Florẽtiam Ioanne filio relicto, male in eos ad Franciscum Sfortiam animatus Marsiliam denuo rediit, ubi & reliquum uitæ suæ tẽpus in omni sanctimonia primum deinde delegit suæ senectuti conuenientissimam uitam, uidelicet, honestissimum negocium & modestam uoluptatem, quod tanquam Diocletianus Augustus & plærique alii principes fecisse legimus, scilicet plantandi hortos, & conserendi arbores suis manibus, & in ordinem deducere, atque piscinas fodere, atque aues cantatrices suis in nemoribus innumerabiles quasi enutrire, & alia huiusmodi multa facere, atque ita in his plurimam mentis suæ quietem, & curarum remissionem, & omnimodam certe naturalem delectationem suscipiebat. Dicebatque plærisque principibus, atque aliis oratoribus ad eum accedentibus, Hoc unum esse genus uitæ solum naturæ hominum, usuique præcipue accommodatum, & à tempestatibus huius infamæ dominationis terrenæ, remotissimum in hoc igitur uiuendi genere, Renatus hic rex modestissime in finem usque uixit, & uitæ suæ integritatem omnimodã seruauit. Et plenus dierũ in anno salutis nostræ .1480. de mense Ianuarii uita functus ad hortos illos (ut augurari licet) peruenit, quibus nec pluuia, nec æstus ullus nocere potest. Relicto in omnibus bonis suis Aloysio Francorum rege, maximeq; de iuribus regni Parthonopei hærede. Testamentum autem suum literis aureis exaratum dum adhuc superstes foret, idem regi Lugdunum existenti, ipse mittere curauit.

Renatus neapolita. rex.

Isabella regina moritur.

Brixianum agrũ accepit.

Hic uitã Diocletiani delegit

Optimumre gis huius documentum.

5441 | 1442 Alphonsus Aragonum & Siciliæ, citra Farum inclytus, regis Ferdinandi optimi regis filius, hoc anno (cum duobus annis paternum regnum tenuisset) Renato prædicto rege pulso, Neapolitanum regnũ sua ingenti uirtute assecutus, regnauit annis uigintiduobus. Hic autem rex cum ad id regnum consequendum, (quod sibi hæreditario iure obuenire dicebat) maximam ex tota Hispania sibi præparauit classem, cum qua in regnum mox formidabilis intrauit. Cui apud Caietam urbem cum Genuenses ingenti uirtute occurrissent, ipsum cum uniuersa eius classe, & duobus ipsius fratribus, atque innumerabili principum multitudine captiuarunt, atque ita uinctum ad Philippum Mediolani ducem perduxerunt. Sed (ut prædictum est) cum aliquandiu apud eundem ducem sub custodia seruatus fuisset, tandem multis ab eo donatus muneribus in regnum liber se, cum suis recepit. At fortuna tanquam si suum errorem cognouisset, quæ tantum regi molesta fuisset in maternum affectum, & quæ illi aduersissima fuerit, secundissima deinceps facta est. Bellum itaque iam diu cœptum prosequens, tandem multo labore & impensa, post annum primum & uigesimum eiusdem belli cœpti felicissime perfecit, & Renatum prædictum toto regno adiecit, deinde uniuersum regnum in potestate redacto, & extinctis in Apulia omnibus belli reliquiis, atque pacato ubique regno Neapolim totius regni caput in triumphantis modum, exultante populo magnificentissimis apparatibus ingressus est, deinde cum Eugenio pontifice pacem fecit, atque Ferdinando filio suo cui post mortem regnum destinabat, succedendi potestatẽ concedebat. His autem ex sententia confectis Alphonsus rex ad reformandam imprimis regiam urbem animum adiecit. Vnde pluribus in locis supraquam dici aut excogitari posset, magnificè ac splendide ædificauit. Regiam uidelicet arcem, cui nouo castro nomen est, à fundamentis ex lapide quadrato mirifica certe structura, reformauit: & arcem sancti Saluatoris in mari ex ouo nuncupatam, cuius inexpugnabilis situs ad usum regum redactus est. Ampliauit & urbis portum cum altissima mole crassissimi muri, turribus munita. Exsiccatisque paludibus, salubritatem non modicam urbi dedit. Atque alia permulta erexit ædificia. Fuit autem hic rex gracili corpore, uultu pallido, sed læto, & oculis illustribus, cum aquilino naso, crine nigro (ad instar gotellanorum) ad aures usque protenso, statura mediocri, cibi potúsque admodum temperans, literis per omnem ætatem operam dedit, Grammaticæ apprime eruditus, & historias omnes coluit, nec poëtas aut oratores ignorauit, erat sermone blandus tersúsque. Summa illi cura, ne quis ab eo tristis abiret. Fauebat religioni, unde & rem diuinam diligenter curabat, Sacerdotalia indumenta & altarium ornamenta ea parauit, quibus comparari nulla alia queant. Domesticam suppellectilem auream & argenteam admirabilem & incredibilem comparauit, Bibliothecam in omni facultate, & omni lingua permaximam & eandem ornatissimam sibi acquisiuit, uestiebat se nitide magisquam preciose. In uenationibus magnam suæ uitæ partem consumpsit, in bello feruens & asper, & in pace clemens ac mitis, nec impune subditos delinquere passus est. Regnum quod multis sæculis antea spelunca latronum fuerat, adeo pacatum securúmque reddidit, ut quacunque iter habebatur, nulla prædonum trepidatio adesset, legatis omnibus ad se uenientibus, sumptus oppipare præbebat, Apostolici uero si cardinales erant, obuiam extra urbem profectus quàm si patres honorabat. Magnus profecto princeps fuit Alphonsus hic & in utramque fortunæ partem probatus. Obiens denique de mense Iunii anno salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo Ferdinandum ex concubina filium unicum in Parthonopeo regno dimisit hæredem. In Aragoniæ autem regno Ioannes eius frater successit. Reliquit itaque hic Alphonsus rex cum super tria regna præfuisset tantas diuitias, quantas unquam ullus alius prædecessorum regum fecerit.

Hic captus à Genuensibus fuit. — *Portus ampliat* — *Doctrinã eius recitat.* — *De Bibliotheca.* — *Venationi operam dabat.*

Iacobus Scotiæ rex cum in Anglia apud Henricum regem captiuus diu stetisset, hoc anno dimissus cum uxore noua ex Anglis suscepta, domum redire permissus est. Qui ut erat insipiens & quadratus homo statim reuersus, multos regulos gladio percussit, sed & ipse haud multò post à suis domesticis obtrũcatus est. Quo mortuo eius filius Iacobus nomine sibi simillimus regnum suscepit.

6643 1444 Ladislaus Poloniæ rex magni Ladislai superioris filius, hoc anno in festo sancti Martini cum uniuerso exercitu suo in bello Turcorũ prostratus fuit, iuuenis certe magni spiritus, qui non suo iudicio, sed suorũ suasu ex pacifico regno in alienum non ad pacem, sed ad bellũ, non ad opes acquirẽdas, sed ad mortẽ uel captiuitatem fuit tractus. Hic autẽ ille Ladislaus fuit, qui regnũ Hungariæ occupauerat, ac serenissimum Posthumũ Ladislaũ adhuc infantulũ Hũgariæ & Bohemiæ regẽ paterno, & auito imperio spoliauit. Accesserat igitur hic inclytus iuuenis & rex cum plurimis Hũgaris Valachis & Bulgaris atq; Ruthenis (ipso Iuliano cardinale legato) in Rumaniã usq; bellando, ubi tot successus habuere, ut non lõge ab Andrinopoli castra ponerẽt. Quod postquã Turcorũ principi innotuit, mox in Asiam exercitu maximo collecto cum quadraginta milibus pugnatorum mare traiecit, & cũ illo etiã alio maiore exercitu Christianos aggressus est. Nec Christiani magnanimes detractauere certamen, quod quidem tam atrox & asperum fuit, ut raro inter mortales tale fuisse perhibeatur. Diu etenim prælium anceps fuit, diuque uiribus utrinque paribus est pugnatum. Atq; dum nostri pro Christo & illi pro Mahumeto contẽderẽt, tanti acies utriusq; partis animi fuere, ut cæsis inter utrumq; exercitũ circa. 15. milibus ita uterq; pugna par esset. Demũ instaurato prælio, ad extremũ Turcorũ exercitus propter multitudinem superior euasit. Sunt qui dicant nulla patrum memoria in tota Europa unquam tam cruentum bellum cõmissum fuisse, nec pauciores ex Turcis quàm ex Christianis ea in pugna cecidisse retulerunt. Rumor fuit. 80. milia hominum cæsa fuisse, ex utraque uidelicet parte. In ea autẽ pugna etiã Iulianus cardinalis sancti Angeli ibidẽ ex parte ecclesiæ Romanæ legatus, uir certe eloquentissimus atq; prudentissimus cecidit, cum eo etiã occisi fuerunt Agrigẽtinus & Varidinẽsis episcopi, atq; plurimi barones. Ioannes autem Vayuoda transilluanus uir magnanimus ex eo prælio cum paucis incolumis aufugit, qui paulò ante cum decem milibus Bassam quendam Turcum cum uiginti milibus superauit, & ex ipsius duobus milibus interfectis & quatuor milibus captis maximum triumphum reportauit. Eo itaque modo nobilissimus rex Ladislaus Poloniæ uitam finiuit, nullis post se relictis liberis, cuius in regno successit Cassimirus frater.

Hic à Turcis occiditur.

Præliũ christianorũ & Turcorum cõmemorat.

80. milia Turchorũ occisa.

6643 1444 Cassimirus prædicti Ladislai regis germanus, hoc anno in festo sancti Martini fratre ipso rege in Turcorum bello obtrũcato, dum Lituaniæ prouinciæ dux haberetur à Polonis uocatus & rogatus, regni dyadema in Craconia urbe regia suscepit, & annis regnauit. Est autem ciuitas Craconia bene præ cæteris urbibus Poloniæ ædificata, in qua liberalium artium schola floret. Cæteræ uero ciuitates ligneæ sunt, quarũ domus luto sunt compactæ. Estque ipsa Poloniæ prouincia in Sarmatia, cuius regio uasta quidem est plana, & nemorosa, sed uiribus prorsus indigna. Fuit itaq; regnum huiusce gentis ab initio in quatuor partes diuisum, quas quidem partes rex per circulum anni ambit. Et quelibet pars tribus mensibus regem pascit, sed si ultra prædictum tempus steterit, ex suo oportet uiuere. Idque efficere necesse est, quod prouincia auro & argento indigna sit. Cassimirus igitur hic regno suscepto, haud multopost etiam Ladislai regis Alberti Cæsaris filii sororem accepit uxorem, huic inter cætera multa aduersus fratres Theutonicos qui sanctæ Mariæ appellantur quemadmodum & patri olim bella fuere, de quibus plura mox dicemus. Fuit itaque inter reges Cassimirus Christianissimus uictoriosusque, ac humanissimus & pientissimus, & literarum appetentissimus. Qui tandem moriens Ladislaum & Albertum post se reliquit filios, inter quos postmodum de regno non minima fuit disceptatio, ut infra suo loco dicetur.

Mos huius gentis circa regẽ suũ.

6643 1444 Federicus Vrbini & Vgubii ciuitatũ in Vmbria princeps, postea à Sixto pontifice Romano earũ urbium ducatus titulo insignitus, hoc anno earũdem ciuitatũ imperium suscepit, & annis. 38. regnauit. Hic extra familiam illustrem Ferretrensium natus est, quem imprimis rei militaris scientia, ac bonarum literarum eruditio cum incredibili prudẽtia plurimum ornabant. Nam Guido Vrbini comes huius putatiuus pater, cum uxorem ex familia Columnensiũ duxisset, & prolẽ ex ea uirilem non susciperet, anxiari plurimũ cœpit, uidelicet quonam pacto suum imperium sua in gente prorogare posset, unde concilio accepto concubinam ex se prægnantẽ diuulgare cœpit, exinde Bernardini Cordẽsis agnati

Hic nõ fuit de familia principum.

sui uiri præclari filium tūc forte natum supponi, ac pro suo eum enutriri fecit, quem Federicum appellauit. Sed altero coniugio contracto cum filiū ex eo sustulisset, Odonem nuncupauit, in quem conuersa omnis cura, Federicum literis egregiè imbutum, etiam militaribus disciplinis tradidit imbuendum, in qua ad mortem usque magnificentissime perseuerauit, qua in iuuenili ætate oculum in militari ludo perdidit. Guidone autē mortuo, Odo prædictus eius filius eidem successit, sed parum regnauit, quod in florenti ætate ad imperiū assumptus, per omnem libidinē in Matronas nobiles mox debacchari cœpit, qui cum nec modum suæ licentiæ facere didicisset, populari tumultu unà cum quodam prothonotario Carpensi interfectus est. Quorum cadauera in forum delata, disiecta uirilia, in ore morditicus posuere. Odone itaque hoc modo defuncto, Federicus hic Guidonis filius putatiuus à populo uocatus, Vrbinacium princeps & comes, maxima cum gloria factus est. Clarus nempe uir (& ut prædictum est) castrensibus disciplinis apprime institutus. Cui nec in administrandis rebus bellicis consilium, nec in capescendis periculis animus unquam defuit, nec uere factis quàm fide clarior, quæ quidem multis in rebus perspicuè potuit. His itaq; uirtutibus plurimum illustratus, comes Federicus ab omnibus Italiæ potentatibus principibúsque ac summis pontificibus, maximéque ab Sixto pontifice maximo, multis semper honoribus & beneficiis affectus, & super omnia ducali dignitate insignitus, cum ingenti gloria fuit, præterea & si in gerendis bellis strenuus semper habitus fuerit, nihilominus Christianæ religionis obseruantissimus, pauperésque & religiosos ac doctos uiros, semper amasse uulgatum est. Vrbem insuper Vrbinatem & templis magnificentissimis, ac monasteriis plurimis, atque aliis tum priuatis, túmq; publicis ædificiis, & eisdem quidem superbissimus, & quammaxime bibliotheca admodū quasi Philadelphi regis celeberrima, ipsam quoque urbem suā & mœnibus ac turribus crassissimis munitissimam fecit. Hic autē quantæ fuerit fidei & amoris etiam sua in iuuētute perspicue animaduerti potest, in infortunio Francisci Sfortiæ, ab Eugenio pōtifice ex marchia pulso. Defecerant enim uniuersi etiam sanguine coniuncti ab ipso Sfortia, sed unus duntaxat Federicus hic adolescens inuentus fuit, qui à fidei sanctitate non decesserit. Confugerat etenim ipse. F. Sfortia, à uiginti milibus pugnatorum hostium insecutus, ad hunc Federicum, tanquam ad quandam opportunam stationem. Et Federicus tum egregius adolescēs dominatum omnem & uitam suam perdere quàm pati, ut de fide sua quicquam unquam sinistrum opinaretur. Dum autē hic princeps Baptistā Alexandri Sfortiæ Pansauei principis uirginē eruditissimā ac pudicissimam adolescentulā, de cuius clarissimis præconiis in libro de claris mulieribus tractatū confecimus, ex qua cū puellas plures suscepisset, tandē Guidonem unicū suscepit filium, quo ædito, in ipso suo puerperio ipsa dilectissima spiritum exalauit, cuius exequias splendidissimas post mensem, ingenti pompa celebrare decernens, uniuersam fermè Italiā ad eius luctum attraxit, unde & ipsius gratia, atque defuncta Baptiste fama, & probitate plusquam quadringenti externorum principum equi, mutata ueste interfuere. Inter quos affuit & Ioan. Antonius Campanus antistes, qui nomine Sixti pontificis maximi orationem funebrem habuit. Denique inclytus princeps Federicus apud Ferrariam exercituū dux, contra Venetos existens, anno salutis nostræ .1482.9. mensis Septēbris plenus dierum uita excessit, delatúsque Vrbini in sepulchris principum sepultus est.

Odo filius Guidonis turpiter obtruncatur. *Dux efficitur.* *Bibliothecam pulchram.* *Campanus episcopus.*

6643 1444 Georgius quidam Seruiæ dispotus, uir utique magnus, sed pessimus princeps, atque hæreticus, qui nec Christianam, nec Mahumetanam legem tenebat, superiori tempestate cum filiam Amurato Turcorum principi uxorem dedisset, ab ipso genero pulsus in Hūgariam cum uxore & liberis, ac suæ gentis sacerdotibus uenit, ubi & diu exulauit. Quod audiens Ioānes Vayuoda uir clarissimus, Christianæ religionis zelo commotus, mox sumptis haud magnis copiis, uiriliter cum ipsis Turcis conflixit, & magnam Seruiæ partem amissam, ingenti uirtute mox recuperauit, & Georgio isto ingratissimo restituit, multáque & sibi reseruauit, sed hoc anno cum eidem Vayuoda de prælio Varinensi in Seruiam fugeret, ab isto pessimo homine interceptus est, captúsque, in uincula, tanquam hostis coniectus est: nec prius illum dimittere uoluit, quam oppida sua iam pridem redempta restitueret. Nec multo postea cum Turci Constantinopolim euicissent, atque in Seruiā exercitum ducere minarentur

Magnā huius uiri ingratitudinē recitat.

minarentur, in Hungariam secundo auxilium petiturus transiuit, & in Austriam usq; peruenit, ubi & Ladislaum regem adolescentem adiit. Erat tunc grandæuus, utpote nonaginta annorum senex, ueneratione dignus, si recta de religione Christiana sensisset. Nam ut aiunt maxima sermonis authoritas & corporis maiestas. Hūc ferūt Ioan. Capestranū egregium declamatorem adiuisse, & quod Romana credit & docet ecclesia, eidem exposuisse, & errores suæ gentis relinquere magnopere exhortatum fuisse. Cui tandem hoc dedit responsum: Annis iam nonaginta, in hanc quam à patribus meis inbibi legem, quamobrem mallem laqueo uitam me finire, quàm eorum traditiones mutare. Reuersus deniq; in Serniam Georgius, cum accepisset Michaëlem Zilagi, qui tum Albæ cum præsidio præerat, atque Ladislaum eius fratrem, urbem cum quadrigis exiuisse, milites misit qui eos uel compræhenderent uel occiderent: unde solum Ladislaum appræhendentes, illum in frusta deseerpserunt, sed non impunè cessit id pessimo homini, quia paucis post diebus cum iuxta Danubium iter faceret, a Michaële Zilagi cum armis aggressos, duos dexteræ manus suæ digitos amputatos, dum cruor sisti non posset, uitam miseram pessimus homo exalauit, Lazaro & Gregorio filiis post se relictis. Inter quos non parua de hæreditate contentio semper fuit. Io. capestranus

6644 1445 Ludouicus Gonzaga secundus Mantuanorū marchio, hoc anno Ioanne Francisco patre defuncto, eidem in principatu succedens, regnauit annis. 33. Vir inter principes sui sæculi famæ non mediocris, literis eruditus, & rebus militaribus à primæuo suæ iuuētutis exercitatus. Exactis enim suæ adolescentiæ annis, sub Philippo Mediolanensium duce cum Nicolao Picenino militare cœpit. Postmodum integer factus, cum Francisco Sfortia socialia bella gessit, quamobrem magnum momentū rebus Francisci accessit. Nam sæpe hostiles acies perfregit, sæpéque profligauit. Maxime in Aragonis multas terras gentésq; expugnauit, propter quod, & apud multos, Turcus cognomēto dictus fuit. Et ideo eam ob militiæ disciplinā, ab omnibus Italiæ potentatibus desideratissimus fuit. Eo maxime, quod promissi adeò fidelissimus inueniebatur, ut nullis promissis, uel muneribus, nullisque precibus, aut terroribus, à promissa fide quomodo distrahi poterat. Et propterea Philippus Mediolanensium dux ipsum filium Franciscus Sfortia fratrem, ac deniq; Galeatius ipsum patrem appellare consueuerat, cuius tanta erat dignitas, ut non solū Mantuani regni princeps, sed etiā totius Insubriæ iustus arbiter fuerit appellatus. Et licet semper inuictissimus imperator extiterit, continentissimè tum iustissiméque, ac etiam prudētissimè, non solum regnum Mantuanum, sed & reliqua quæque administrabat. Religiosissime quoq; adeò uixit, ut etiam omnia sua in urbe monasteria & sacerdotum loca obseruantium repleuerit. Hic cum Carolo germano suo fortissimo uiro, dum esset ætate floridus, durum habuit bellum, adeò ut una dierum uterque in acie cum multo exercitu cōgregauit, ambo & animis & uiribus præstantes, de imperio, de gloria, ac de uita, summis uiribus contendere temptauerint. Verum hic Ludouicus superior effectus, cæsis plurimis germani ducibus, ipsum Carolum patria extorrem fecit, qui morbo confectus, uitam cum morte mutauit. Denique hic post præclara multa facinora à se gesta, in anno salutis nostræ. 1478. de mēse Iunii, sexto & sexagesimo uitæ suæ anno, leui genere mortis, apud Mantuam obiit. Filiis quinq; ex Barbara uxore pudicissima sapientissimáque susceptis, post se relictis, Federico primogenito successore, Francisco sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinale, Ioanne Frācisco Rodulpho, nuper à Carolo Francorum rege in conflictu Parmensi obtruncato, & Ludouico nunc dignissimo urbis episcopo solo superstite. Contra Aragones hic militatur.

Carolus autem ipse huius marchionis frater, de quo nunc extitit sermo, uasto fuit corpore ac forma penè gigantea, uiribúsque quæ magnitudine respōdebant. Hic imprimis dicendi copia fuit clarus, & literis græcis ac latinis instructus, & animo inconstanti & ingenio ad omne facinus, siue honestum siue nepharium perapto. Cui inter cætera non parua spes fuit Mediolana libertate oppressa, urbis dominium arripere. Quā ob rem ab Francisco Sfortia duce Mediolani facto, in carcerem coniectus est, sed à Ludouico prædicto fratre sub fideiussione liberatus fuit, qui cum nec suæ promissionis satisfacere nollet, ab ipso fratre suo fideiussore, omnibus suis castellis qui in agro Mantuano tenebat,

priuatus fuit. Quamobrem Carolus hic multas uastationes & damna in agro Mantuano fecit.

Lābertani ex Bononia expelluntur.

Baptista Canetellus & Hanibal Bentiuolus nobiles factionuur, Bononiensium principes, ambo certe sanguinarii, hoc anno cum Lambertam factionem non sine magna cæde è Bononia expulissent ipsi duo de communi consilio urbem regere conuenerunt. Qui licet compaternitatis sacramento sese iunxissent, nihil tamen meliores, imò deteriores esse uoluerunt. Nam Hanibal dū leuato de sacro fonte Baptistæ filio uisurus puerperam, una dierum compatrem sequitur, eique manu apprahensa pro nouo filio congratulatur. Mira res, confestim ab irruentibus ex improuiso Baptistæ proditoris satellitibus, Hannibal ipse obtruncatur, ut manifeste apparuerit baptismi sacramentum non tam fœderis retinendi, quàm cædis portandæc ausa, à Baptista quesitum fuisse, sed non inulta Hannibalis mors fuit: nam qui partes eius sequebantur, sumptis paulòpost armis, fugatis tandem aduersariis plateam obtinuere. Baptista tandem indicio pueriili in specu quodam subterraneo, cum plærisque suis complicibus latitans repertus, fumo exire compulsus est, moxque plurimis uulneribus confossus miseram exalauit animam, & ea quam mensuit mensuram eidem restituta est. Sic nanque à principio dominus dixit. Si quis humanum sanguinem effuderit, & suus effund i uecesse est, cadauer uero ipsius Baptistæ in foro tractum, & diu ludibrio habitum, cum plærique more ferarum cor eius dentibus lacerassent, cruorémque bibere non horruissent, tandem exustum fuit. 6644 1445

Lanifex hic erat.

Xanthus autem Bentiuolus Herculis (Hannibalis prædicti occisi pater) extra matrimonium filius, his turbulentissimis temporibus apud Florentiā lanificio uitam pauperem ducebat, cū satis ignarus quo ex patre natus fuisset, hunc à Bononiensibus (Baptista & Hanibale prædictis eo modo obtruncatis) euestigio uocatus in patriam quasi inuitns rediit, & ex lanifice imprimis Ioanni paruulo Hanibalis filio, tutorem & rei publicæ Bononiensis principatum tradiderunt, cuius certe, ea in rebus aduersis fortitudo eaque in secundis moderatio, qua hactenus ostensa est, ut Herculis filium pro certo omnes eum existimarent. Qui inter cætera cum exules aliquando per proditionem nocte quadam urbem intrassent, ac excitato rumore, quasi uictores exultassent, haud quanquam animo destitutus, amicis excitatis, correptis armis, in eos animose prosiliit. Nec mora ex eis plurimis cæsis, uiriliter ex ciuitate deturbauit. In huiusmodi autem principatu cum ad annum salutis. 1453. usque innocenter stetisset, die prima mensis Octobris Bononiæ ciuitatis moritur, cui successit prædictus Ioannes Hannibalis Bentiuoli filius.

Henricus Angliæ rex.

Henricus Angliæ rex, uir ingentis animi, atque potētiæ princeps, hac tempestate postquam regnum Francorum diu debellasset, illúdque pro maiori parte in suam potestatem redegisset, ocii & solitudinis iam cupidus alieno magis quàm suo iudicio id regnum gubernare cœpit. Vnde & ducis Suffolti consilio plurimum confisus eidem fermè uices suas omnes commisit, qui leges pro suo arbitratu & populis & principibus dicere cœpit, sed eam ob rem cum res Anglica apud Anglicos minuere cœpisset, dux Oborracensis multis coactis copiis multisque stipatus baronibus Londinas accessit, regis & regni saluti consulturus. Quo audito eius aduentum non expectauit Suffoltus, sed nauigio statim correpto salutem fuga consuluit, sed destinatam mortē quis effugiet. Missi per compēdia itinerum qui eum comprahenderent, cursum eius preuenere, cumque mox interceptum, in prora nauis qua uehebatur obtruncauerunt. Dux quoque Somerseti, qui potens apud regem credebatur captus & in carcerem coniectus, haud multo post cum multis nobilibus interfectus est.

Suffoltus dux occiditur.

Hasthor Manfredus Fauentiæ urbis in Flamminea Italiæ regione positæ princeps, hoc anno Guidone Antonio eius fratre defuncto (cuius multa iu rebus bellicis clara facinora referuntur) idem in principatu Fauentiæ & Imolæ successit, sed quantum superuixerit ignoratur, & ipse in armis, atque aliis rebus longe latéque cognitus. Qui inter cætera aliquando Florentinis contra regem Alphonsum militans, contra ipsum præclara gessit facinora, propter qnod rex ipse cum de pace totius Italiæ apud Neapolim ageretur, istius iniuriæ memor, cum extra communem pacem cum Sigismundo Malatesta esse uoluit. Hic

Fauentiam

Fauentiam urbem suam muro praeualido cum aggeribus & fossis profundissimis munitissimam fecit, pallaciúmque suum mirifice exornauit, duos filios post se reliquit; uidelicet Carolum natu maiorem, & Galleotum qui ambo eidem in principatu successere, tresque filias, quarum una suo infelicissimo fato Ostasio Pollentesio Rauennae principi nupta fuit, & nuper in Creta perpetuo exilio cũ marito dãnata, duae uero aliae, primo & Checho fratribus Ordelaphis in coniugio traditae. Muros urbis & aliamulta extruxit.

6644 1445 Constantinus Paleologus ultimus Graecorum Christianorũ in Oriẽte imperator, hoc anno Ioanne eius fratre Impe. sine liberis defuncto, eidem in imperium succedens, imperauit annis. 8. Vir sane ingentis animi atque potentiae princeps, qui cum primum Peloponnensis insulae haberetur rex, saepius cum Turcis confligens, maximam reportabat gloriam, atque suos fines exiens, hostium agros populare non extimuit. Cuius rei causa Draconis cognomentum assecutus est, & maximum suae uirtutis triũphum reportauit. Sed postmodum Heraclea oppido munitissimo, ab Amurato principe sibi adepto, & muro qui Graecos à Turcis illaesos seruabat demolito, adeò illi pristina cum uirtus decidit, ut & gestorum praeteritorum omnino immemor, nullum deinceps clarum facinus agere uidere uisus sit. Quapropter timore perculsus Amurato ipsi Turcorum principi se tributarium ac uectigalem fecit, Amurato deinde mortuo, Mahumetus eius filius tributo non contẽtus, nisi ei etiam & imperium omne & urbem toto orbe nominatissimã atque uitam adimeret. Nam suscepto patris imperio, mox explorata ciuitate, eam cũ innumerabili exercitu per sex & quinquaginta dies indesinenter terra marique obsidens, & expugnans, tandem eo in conflictu à Ieniseri obtruncato, cum caput suum hasta suffixum per castra Turcorum ludibrio delatum fuisset, consternata uniuersa ciuitas, & Graeci uiribus omnino destitutis, urbem deseruere. Vnde Turci introgressi, mortalibus penè innumerabilibus obtruncatis, urbem omnem depraedauere, duos hic filios è manibus hostium euasos post se reliquit, qui ad pontificem Ro. illicò uenientes cum ingenti pietate excepti sunt. Huius autem imperatoris & praedecessoris gesta & imperii amissionem, Vbertinus Poscullus, ciuis Brixianus, uir in graeca latináque lingua non mediocriter eruditus, cũ ex eorũ praeda liber inuasisset, Romam ueniens, pulcherrimo uersu descripsit. Paleologus imp. oriẽtalis. Draco cognominatus est. Ianiserũ hũc interfecerunt.

6645 1446 Nicolaus Tollentinas ordinis eremitarum diui Augustini, qui uidelicet in anno salutis nostrae 1294. obierat, hoc anno frequentatissimis miraculis praeclarus, ab Eugenio pontifice toto astante populo Romano, omniúmque cardinalium coetu, cum maxima pompa in sanctorum confessorum numero aggregatur, uoluerat nihilominus Ioannes uigesimus secundus põti. qui de eius sanctitate praecipuam habuerat noticiam, hunc ei honorem impartiri, sed multis bellorum atque scismatum perturbationibus & turbinibus uexatus, ac etiam morte praeuentus, id hanc ad usque diem diuino (ut arbitror) agente consilio ad maiorem ipsius sanctissimi confessoris gloriam delatum est. Et quia huius sanctissimi uiri (ut certo experimento didici) multa fuerunt excellentia facta, ac illustres certe in omni sanctitatis genere uirtutes, quas rite honestéque, ac recta conscientia uulgari & enarrari possunt, idcirco si praeter morem suscepti operis longius in eius describenda uita me habebo, magnitudini rerum non meae specialitati ascribendum erit, neque meae religionis eo in extollendo caecus amor me fallere potest, quia quem uniuersa Christi ecclesia tantis celebrat praeconiis, non potest non clarissimus esse. Igitur hic Nicolaus ex Piceno oppido quod sancti angeli nuncupatur, sub Firmana ciuitate, mediocribus parentibus natus, prius se deo dedicauit, quàm deum per aetatem cognoscere licuit. Aliqnantulúmque adultus factus, corpus & animam Christo domino nostro imprimis consecrauit, quem in altaris sacrificio oblatu, paruuli specie saepius contemplatus, ab eodem archana nonnulla caelestis aulae audire promeruit, quae lingua humana minime dici possunt. In adolescentiae itaque primordiis, mundo renuncians, ordinẽ eremitarum beati Augustini complexus est. Moxque religiosus factus, corpusculum suum ab ipso suo religionis ingressu multis ieiuniis, uigiliis, uerberibus, aliisque suppliciis, uehementer afflixit. Mundanas quoque & carnales delicias, à se omnes prorsus abdicauit, orationiue ac contemplationi totum se dedit. Humillima quaeque insuper religionis exercitia libentissime exercuit, nil magis optans quàm humilis S. Nicolaus de Tolentino ordinis sancti Augu. canonizatur.

humilis & ui lis atque abiectus haberi. Omnis eius sermo, aut rarus, aut cum opus erat, de moribus, de pieta e, de religione, de contemptu mundi, uel de amore dei, proximique, ac de cælesti patria semper fuit. Nullum uerbum ex eo ociosum, sed sanctum omen semper erat. Summa in super huius uiri abstinentia fuit, & mirabilis uitæ austeritatis, Nam carnes, uinum, oua, lacticinia, pisces, pulmentariáq; omnia abiecit, pane solo aquáque contentus. Cilicio uero, circulóque ferreo, subtrito laceratóque uestimento, seu habitu utebatur, (qui bus carnem suam plurimum macerabat. Dura & aspera strata semper elegit, in quibus iacens breuissimum somnum capiebat. Spinosis præterea cordulis, & ferreis disciplinis carnem suam macerabat, diabolicas etiam tentationes pertulit multas, cum quibus etiam quamfrequēter luctabatur, à quibus etiam multis uerberibus afficiebatur. Nec propterea tātis laboribus tantisque uexationibus unquam uel in modico à proposito sancto destitit, nec charitatis seu obedientiæ opera prætermisit. Omne enim tempus eius, aut uigilando, aut legendo, aut orando, aut contemplando, aut secretas confessiones audiendo, uel infirmos uisitando cōtriuit, peccatores arguebat, quos & dulcibus uerbis ad pœnitētiam reuocabat, præceptáq; salutis incessanter omnibus dabat. In eo quoq; prophetiæ spiritus fuit, & multa ante prædixit quàm fierēt. Ad eū multi languētes, nōnulliq; malignis uexati spiritibus ducti, curati sunt. Sed postea quā hic sanctissimus uir cælo receptus est, oratiōes & supplicantium uota à quibuscunque oblatas benignus audiuit. Vnde & infiniti prope mo dum qui diuersis egritudinibus detinebantur, cum eius patrocinium opémque expeterent, ad sanitatis beneficium mox reuertebatur. Ea propter in toto mumdo eius nomen cum multa celebritate receptum est, uotáque plurima quotidie fiunt. Et adeo nunc frequentissimis miraculis decoratur, ut post apostolorum tempora rarus inuentus sit sanctus eidem comparandus. Et licet aliis atque aliis miraculis claruerit, hoc præstantissimum uul gatissimúmque omnium miraculornm fuisse unum existimo, quod post eius canonizationem, confestim ecclesiæ Ro. iamdiu scismatum perturbationibus uexatæ, eius meritis & intercessione erroribus omnibus eliminatis, pax summa (præter spem) confestim reddita sit, quæ usque in præsens maiorem in modum perseuerat. Ea propter gloriosus ille pontifex Eugenius cum innumerabili gaudio eum in sanctorum numero contulit. Hanc illi perpulchram celebrémque decantauit orationem dicens: Concede quæsumus omnipotens deus, ut ecclesia tua quæ in fine sæculorum ineffabili prouidentia beati Nicolai confessoris tui uirtutum & miraculorum magnitudine chorruscat, ipsius meritis & intercessione, eliminatis erroribus, perpetua pace, ac unitate lætetur, Per dominum nostrum & cætera. Hæc de isto sancto Nicolao, non quod uolui, sed quod potui in eius laude, hoc in uolumine dicta sufficiant. Non quod ille meis, aut cuiuscunque indigeat alterius laude, ac non delectari opiner, sed ad profectus nostri gratia, cum illius persæpe indigeamus intercessione. Et quammaxime ego, qui mentis huius sanctissimi, ac gloriosissimi cōfessoris multa ac magna sæpenumero beneficia apud dominum me consecutum manifesta fide deprahēdi, & potissimum in sæuissima peste, quæ Brixianam urbem in anno domini. 1478. inuaserat, de grauissima & pestifera febre eius ope & intercessione me liberatum sensi, cum prorsus nulla mihi salutis spes superesset. Quod si ante hac deuotionis ullum studium à me debebatur, multo certe nunc amplius adhibendum est, cuius præcibus crebro etiam expertus sum plurimum in me ualuisse. Huius autem anniuersalis festiuitatis dies decima mensis Septembris celebratur.

Oratio in eius canonizatione

Nicolaus Papa. 218.



Icolaus papa eius nominis quintus, natione Genuensis, patrita Sarzanensis, 6646 1447
Thomas antea uocatus, patre Bartholomeo chirugico humili familia natus, hoc anno Eugenio pontifici omnium suffragiis pōtifex creatus, sedit annis 8. Vir certe tanto principatu dignissimus & quàm necessarius, omniúmque literarum scientissimus, ac uirorum doctorum obseruātissimus, quos undique perquisiuit, eos quoque semper ubicunque & pecunia & beneficiis mirifice iuuit. Qui cum omnium penè uirtutum ornatissimus haberetur, & in dominum hominésque benemeritus, uno eodemque anno, & episcopatus, & cardinalatus, ac pontificatus munus, maxima cum omnium pace & admiratione adeptus est. Qui cum pontificatum iniisset, præter omnium spem, omnes

omnes mundi principes,cum esset & consilio & uirtute illustris, in omnibus habuit fauorabiles & obsequentes. Cuius rei causa & Felix pontifex permotus, animaduertens id à deo factum fuisse,euestigio (ad tollendum omne scisma) pontificatu se sponte abdicauit, & per oratores suos eum pontificem uerum salutauit. Quapropter Nicolaus hic uisa hominis humanitate,statim Galerum cardinalatus eidem solenniter transmisit,atque Sabaudiæ & Germaniæ totius eum legatum ex latere creauit,& quicquid in pontificatu sancinerat approbauit.Qua quidem concordia adeò non modo lætatus est populus Romanus, sed etiam totus mundus à tanta seditione liberatus. Nicolaus uero ne ingratus deo tanti beneficii uideretur,supplicationes admodum celebres cum populo & clero habuit.Idem & omnes Italiæ populi effecere.Ea igitur gratia & authoritate pontificis populi, & principes permoti,ad bella iamdiu concitati,aliquandiu substitere. Ea Federicus iamdiu Romanorum rex creatus, unà cum Leonora coniuge noua pro corona accipienda Romam concessit, & ab ipso & coronam, & nuptiarum benedictionem accepit. Multa enim hic gloriosus pontifex in urbe, & extra,ædificia magnificentissime ædificauit, & quammaxime in Vaticano pontificale palacium sumptuosissimè extruxit,& murorũ ingentem molem ibidem inchoauit,quibus coerceri hostes possent, ne pontificis ædes diripere possent. Pentheon quoq; quod sancta Maria rotunda uocatur,plumbeo tecto restituit.Templum etiam sancti Theodori à fundamentis erexit,ac sancti Stephani ecclesiam restituit, pontem miluium & urbis mœnia instaurauit,ac urbis uicos ubique fermè strauit.Habentur adhuc multa ipsius uasa aurea & argentea, necnon & cruces multæ gemmis ornatæ,ac sacerdotalia uestimenta auro & argento intexta, quæ eius magnificentiam omnibus ostendunt, libróque perpulchros infinitæ multitudinis (cum adhuc imprimendi ars non prodisset)exscribere fecit. Huic autem plures, quàm ulli mortalium dedicati fuerunt libri. Elemosynas in pauperes & uirgines erogauit,quod expers auaritiæ omnino esset. Gratus erga se meritos,iustitiæ & pacis amator,atq; author & conseruator fuit. Iubileum habuit permaximum,quartum beatum Bernardinum canonizauit,& omnia prospera eidem fuccesserunt. Tandè cum captam à Turcis Constantinopolim audiuisset,dolore animi,quo plurimum cruciabatur,modica febre sauciatus,diem clausit extremum,quē in beati Petri basilica sepelierunt.

Ducem Sabaudiæ cardinalē & legatū creat

S.Bernardinus.

6646 1447 Pilippus Maria Mediolanensium dux, hoc anno decimo octauo calendas Septembris, apud Mediolanum urbem suam, toto orbe famosissimam, sex & quinquaginta annorum ætatis existens, oculis captus,sine ullo hærede uitam cum morte mutauit. Qui cum uita decessisset,funus nec tanto principe ductum est,nec etiam sepulchri decus additum.Quia eius morte audita & cognita, populus in libertatem sese mox proclamauit,ea propter,de exequiis eius haud multum cogitatum est.Erat hic(ut supra fatis dictum est)princeps super omnes mortales sapientissimus,& ingenio peracri, & callido, & quietis, ac pacis impatiens, atque imperandi summopere auidus,in pace bellum,& bello pacem quærens , in milites quàm in ciues indulgentior, raro in publicum prodiens. Erat in largiendo profusissimus, & in parcendo admodum facilis, ut sæpe fidelissimos à se amicos, leuissimis ex causis alienauerit. Demorte omnino nihil audire uolebat, & propterea tonitrua & fulgura maiorem in modum expauescebat. Erat propterea ingenti corpore, & terribili facie. Hic Genuam sibi subiecerat, Bononiam, Imolam,Foroiulium,è manibus tyrannorum armis eripuerat, & ecclesiæ restituit. Suitenses ferocissimos populos armis compescuit. De Forentinis ac Venetis, per suos duces sæpius triumphauit. Amedei Sabaudiæ ducis filiam matrimonio duxit,quam intactam uiduam dimisit. Alphonsum potentissimum regē cum duobus fratribus suis,altero Nauarræ rege,altero Compostellano magno magistro, & infinitis propè regulis,nauali prælio captos & uinctos,insolita usus liberalitate,magnificentissimè donatos libertati dimisit.Hunc itaque talem ac tantũ principem fortunatum,omnibus circunquaque hostibus formidabilem, quem omnes & honore & fauore dignum existimabant,ac quasi uerebantur. Tandem in calamitate perductum,ab omnibus mutata fortuna,tanquam odio dignum,derelictus est.

Philippus Maria Mediola. dux.

De eius acquisitione & bellis.

Libertas Mediolanensium hic incipit.

Medio lanē. libertas. Philippo Maria duce itaque mortuo, eodem anno quædam libertas apud Mediolanenses parum duratura, cœpta est. Ipse enim innumerabilis penè populus cognita sui ducis morte, in libertatem quandam erectus. 12. uiros mox delegit, qui rempu. regerent, Et ut id perpetuitatis uim obtineret, castrum Iouis instar regiæ excellentiæ ædificatum cœperunt, & protinus ad fundamentum usque euerterunt. Testamentúmque ipsius sui ducis pœnitus dilaniauerunt. Verum multi ac multi ad id dominium aspirare cœperunt. Et inter cæteros Franciscus Sfortia coniugem suam Blanchammariam, que Philippi demortui filia fuerat, hæreditatem paternam suscipere debere affirmabat. Sed ciuitas cum nullo pacto iugum cuiuscumque principis acceptare decerneret, ut libera suis legibus dimitteretur poculum aureū imperatori obtulit, illudque quotannis spopondit offerre. Confestim tamen Philippi hæreditas dilaniari cœpta est, nam Veneti Placentiam urbem, Cremam, Laudam occupauerunt, atque alia permulta oppida. Sabaudiæ dux Valentiam inuasit, atque alii & alii multas ciuitates, res autem pub. Mediolanensium penes nobiles aliquādiu fuit, & eos maxime qui quondā Philippi consilia direxere. Quorū prudentia & consilio, ita ea res prosperè ducebatur, ut paruo tempore imprimis tria milia Gallorū equitum apud Alexandriam profligarentur & delerentur. Et Veneti atq; Florentini in unum cōtra eos conglobati, apud Carauagium Claræ Aduæ nobile oppidum Frācisco Sfortia, eorum imperatore authore superarentur, & eorum penè copiæ profligarentur, pro quo Lauda ciuitas ab ipsis Venetis occupata, mox in dominorum suorum restituta est. Quibus gestis, cum Franciscus Sfortia à Mediolanensibus ad infestandam Brixiā missus fuisset, ibidem constitutus, animaduertens adesse tempus, quo principatum Mediolanense consequi opportunè posset, clàm cum Venetis fœdus iniit. Et inter cætera senatus Venetus promisit, quoad usque ipsum principatum consequeretur, & pecuniis & armis eidem auxilio adesse. Qua re firmata, mox in Mediolanenses duxit. Et tam pertinaciter ipsum populum & urbem circuuquaque obsessionem Franciscus Sfortia continuauit, ut in ea quasi totum frumentum ab sumptum fuerit, nec quicquam edulii in ea remanserit, & iam canes & equi & cætera quæq; animalia immunda ab incolis manderentur. Cúmque ultra multitudo tanta famem ferre non posset, collectis in unum ciuibus, ad Franciscum legatos miserunt, qui eidem & principatum & urbem offerrent. Qui mox ingressus, urbis dominium accepit. Et deinde multis interiectis diebus, denuò cum liberis & coniuge reuersus ducalibus insignibus exornatus, in triumphantis modum urbem intrauit. Et mox tantam frumenti abundantiam in urbe deuehi fecit, ut quæ prius annonæ caristiam habebatur, postmodum tam uilis habita est, ut nec emptores inuenirentur, sicque recreato famelico populo, maxima lætitia cōfestim fit subsecuta, pacatáque urbe, Franciscus euestigio arcem, quam furens populus, imò insanus prostrauerat, breui restituit, quam adeo excellentē refecit, ut ex mirabilibus septem mundi unum merito dici potest.

Veneto rum cō uentio cū Sfortia.

Prodigium. Solis defectio hoc anno quarto calendas Septēbris hora sexta facta est. Quo anno maxima ac cruentissima multis in locis surrexere bella. In Anglia etenim & in Gallia, Germania, Flandria, Prusia, Panonia, Pollonia, Apulia, ac in uniuersa Italia (ut dictum est) cædes, rapinæ, direptiones, incendia, uastationes, & alia propè subsecuta sunt mala. Græcis uero Amurato Turcorum principe mortuo, multo maiora subsecuta sunt damna, & sæuiora à Maumeto eius filio subsecuta sunt bella. Sequenti deinde biennio tanta ubique pestis lues, ut de multis pauci remanserint. Id etiam malum frequens terræmotus indicarunt. 6647 1448

Frācisc. Sfortia Mediola. dux. Franciscus itaque Sfortiæ, filius, Philippi Mariæ ducis gener, Mediolano tandem hoc anno tertio calendas Martii iure hæreditario non sine labore magno potitus, quartus Mediolanensium dux efficitur, & unà cum uxore Blanchamaria uiragine, ducauit annis. 16. & mense uno. Vir in primis robustissimi corporis cum quadam mirabili membrorū compactione, ad conuenientem & decoram proportionem, cum quadam uultus dignitate, & maiestate, ut solo aspectu dignus uideretur imperio. Erátque in dicendo acerrimus, eloquentissimúsque, qui sua eloquentia, magnanimitate, fortitudine, liberalitate atq; prudentia, & sapiētia, ueteres quasi imperatores sine cōtrouersia superaret. Et in re militari adeò semper

semper uictoriosissimus fuit, ut post Cæsarē par illi in tota Italia non inueniretur. Hic nāque ab ipsa sua adolescentia cum Mutio Attendulo, Sfortia cognominato, patre suo fortissimo militare cœpit, atque eidem mortuo in rebus bellicis adhuc adolescens successit. Qui in ipsa sua iuuenili etiam ætate, quanta imprimis contra Branchium supremum imperatorem, contráque Florentinos, Venetos, ac contra Eugenium pontificem, contra Mediolanenses, Lygures quoque, ac Gallos Transalpinos, contra denique omnes Italos obtinuerit uictorias, multis in locis clarissima extant trophea, quæ illum super æthera uehūt, & quæ clarissimè gesserit in multorum poëtarum, oratorumque scriptis uersantur. Cuius etiam historiæ & poëmata de suis operibus ædita publice leguntur. Ipse enim suo sæculo orbem terruit, Italiam lacerauit, Picenum cum tota prouincia, & Mediolanum cum toto regno sibi subiicens, multos antiquorum in rebus strenuè gestis superauit. Cumque sæpenumero conflixerit (ut par est) nunquam sine honore discessit, nunquámque certauit quin profligato uictóque hoste, palmam retulerit. Eius autem sapientia, & industria Guelphorum & Gibellinorum factiones, ex Lonbardia, aut sopitæ, aut sublatæ sunt, eo quòd omnes tanquam optimus omnium pater, uno animo complexerit. Cuius exemplo multi potentatus ducti, itidem effecere. Hic itaque Mediolanum ingressus, ex intestinis odiis, & seditionibus, ita destructum, uastatum, cenosúmque offendit, ut nulla quasi tantæ ciuitatis facies inesset. Collapsum erat Iouis castrum, deserti uici, cenosa uniuersa ciuitas, & omnium rerum charitate laborabat. Eam ob rem artifices omnes, aut pulsi, aut sponte sua, ad exteras gentes necessitate compulsi profugerant. Quid plura? nullum (ut ita dixerim) urbanitatis, aut pietatis, aut religionis in toto regno cernebatur indicium. Sed clementissimus princeps, quandriennio post suorum subditorum calamitate permotus, pacem cum Venetis perutilem composuit. Et instaurandas exornandasque ciuitates, componendósue mores subditorum suorum animum adiecit, ita ut breui conualescentes meliorem faciem præ se tulerint. Cuius exemplo permoti Veneti, Ferrarienses, Florētini aliique Italiæ principes, idipsum suis in urbibus effecere. Popter quod non solum dux, sed & totius patriæ pater merito appellari potuit. Genuenses autem inter sese diffidentes, hominis bonitate permoti atque allecti, urbem suam cum uniuerso suo regno eidem crediderunt. Ipsum enim Francorū rex, & Burgundiæ, ac Sabaudiæ duces ac uniuersa Italia tanquam patrem uenerabantur, & tanquam omnium patronum uniuersi excolebāt. Aedificauit autem magnificentissime, & Mediolani & alibi. In primis Iouis castellum à fundamentis restituit, aliúdque in Lauda ciuitate maxima impensa erexit. Hospitale magnificentissimum superbissimúmque insanis quasi extructionibus in urbe fundauit. Templum maius iamdiu inchoatum, sua opera maximum accepit incrementum. Sacella nonnulla & monasteria tam mulierum quàm uirorum ædificauit. Nauile permaximum ex Addua fluuio in urbe conduxit, & alia penè innumerabilia beneficia urbi contulit. Qui & si cunctos principes & sapientia & felicitate superasset in senectute tamen, ueluti alter Salomon sapiētissimus, mulierum ardore deceptus, nimium præuaricatus est. Id tamen in eo laudabile fuit, quòd licet in Veneream intemperantiam turpiter ageret, nullam uiolenter aut in uitam sibi submitti passus unquam fuit. Tandem sex post se relictis ex uxore masculis, & famellis duabus anno salutis nostræ .1466. Martio mense mortuus est, anno ætatis suæ sexto & sexagesimo, funeratúsq; cum ingenti pompa in maximo urbis templo loco sublimi & pensili. Victoriā cōmemorat.

6649 1450 Terræmotus hoc anno in regno maxime Neapolitano toto adeò grandis fuit, qualis nulla uiuētium memoria extitit. Ita ut multa regni oppida funditus corruerint, inter quæ Arrianum ita absorptum fuit, tanquam si mare eum absorbuisset. Caráq; ciuitas non absque insigni ruina superfuit ubi circiter triginta hominum milia inter cadentia tecta perierint, Neapolitanorum uero nobiliores ædes discissæ disiectæque fuerunt, neu templum in ea urbe superfuit, quod lesionem aliquam non senserint. Verum paulòpost ipsa ciuitas & cum diligentia ac regis Alphonsi liberalitate refecta fuit. 30. hominum milia ex terremotu occisa.

6649 1650 Iubileus magnus hoc anno Romæ refertissimus fuit, maxima scilicet hominum frequentia. Quo tanta hominum multitudo accessit, quanta unquam antea accesserit. Vnde (ut aiunt) cū è Vaticano semel pōtificis benedictione accepta peregrini ad urbem redirēt Iubileus magnus.

facta

facta est cuiusdā cardinalis mula obuiam, ita ut neq; uenientes neq; redeūtes obsequentiū multitudinē cedere possent, cadente uno super alio, super mulam illam, à mullitudine iam oppressam, ad ducenta hominū corpora, & equos tres suffocata sunt. Multi etiam à latere pontis in flumine cadentes, in undis periere. Multi eorum in sancto Calso haud longè à ponte sepulti sunt. Reliqui uero in Vaticano in cāpo sancto. Eorum autem pecuniis, qui mortui fuerant, duæ capellæ adhuc extantes ante pontem ædificatæ sunt. Pontifex autem eorum uices non mediocriter dolens, totum ferè annū illum in celebrationibus & stationibus consumpsit. Eo enim in iubileo, pōtificis prudētia & diligentia, nulla ad uictus necessaria tantæ multitudini unquam defuit. 6649 1450

Borsius Estēsis marchio.

Borsius Estensis marchio, postea primus Ferrariæ dux, Leonelli marchionis frater, Nicalaique marchionis ex cōcubina filius, hoc anno Leonello germano defuncto, in regnum Ferrariæ succedens, ducauit annis uno & uiginti. Vir certe ingenio diuino & moribus supra hominem, in quo nihil fucatum, nihil subdolum, nihilque nisi magnificum aut excelsum, aut admirādum erat. Cuius uerba sapiētiæ plena, opera uero grauissima, ac semper regia. Et propterea eidem omnia semper fuerunt secunda atque fausta. Deus enim ipse qui omnia curat, & duplicat, eum quoaduixit in omnibus comitari uisus est. Vnde & uniuersi totius orbis reges & principes ipsum quam simulachrum omnis uirtutis & laudis semper uenerabantur. Ad hūc cum Federicus Cæsar suo in principio regni accessisset, uisa hominis celsitudine, & animi magnitudine, illum Mutinæ & Rhegii Lepidi ducem primo creauit. Deinde multis exactis annis, Romam accedens, à Paulo pontifice Romano, laute magnificéque exceptus, etiam Farrariæ ab eodem ducatus titulo insignitus est. Hic itaque Borsius Leonello extra matrimonium nato successit. Eorum autem pater Nicolaus, cum hos & alios plurimos uariis ex concubinis genuisset filios, uxorémque propriam in adulterio depræhensam unà cum dilectissimo filio interfecisset, senio iam confectus, aliam uidelicet Rizardam Saluzianam duxit uxorem, ex qua duos tantum suscepit filios, Herculem uidelicet, & Sigismundum extantes, quos moriens regni hæredes sub Leonelli prædicti filii sui tutela reliquit. Sed Leonellus patre defuncto, cum esset regnandi cupidus, spretis fratribus paruulis legitimè natis, eos Neapolim relegauit, atque ita regnum omne occupauit. Cumque & ipse Ludouici Gonzagæ sororem duxisset uxorem, ex ea unicum tatum nomine Nicolaum suscepit filium. Quo nato, haud multo post & ipse mortuus est, Nicolao filio paruulo, propter ætatem huic Borsio unà cum imperio credito, hac conditione, ut cum idem Nicolaus ad maturam ætatem deuenisset, eidem principatum restitueret. At Borsius principatu suscepto, cū esset & conscientia ac prudentia admodum insignis, confestim Herculem & Sigismundum à Leonello relegatos in regnum reuocauit, & eos omnes, ac ipsum Nicolaum, tāquam filios charissimos aluit. Adueniente denique huius inclyti principis dormitione, & Hercules & Nicolaus ad paternum aspirabant imperium. Hercules uidelicet quòd esset Borsio germanus, & patri legitimus filius, sibi regnum deberi iure hæreditatis affirmabat. Nicolaus uero ea se ratione tuebatur, quòd de Leonello natus esset, cui Borsius fidem dederat regnum sibi restituturum. Sed Hercules (ut erat animo & calliditate præstantior) Venetorum auxilio fretus, cui confestim Biremes & Sulcatas naues, cum pugilibus transmiserant, nouam urbis Ferrariæ arcem occupat, & eius frater Sigismundus ueterem. At Nicolaus comperto quòd Hercules munitiones occupasset, ad Ludouicum anunculum, tum Mantuæ principem imprudenter nimium confugit, sicque Hercules (Nicolao secluso) regnum obtinuit. Ad Borsium igitur rediens, cuius innumeræ fuerunt laudes, & ingentia præconia, dico quod tanto & multo maiore fuit dignus imperio, si corporis pulchritudinem, fortitudinē, sapientiam, prudentià, consiliū, magnanimitatē, celsitudinem, munificētiam, iustitiam, liberalitatémq; ac pietatem, & religionem atq; plæraque alia quæ in homine reperiri possunt inspicias. Erat præterea diuinarum humanarúmque literarum egregiè doctus, & eam obrem doctorum uirorum amantissimus habebatur, & eos undecumque haberi possent, suo in gymnasio ad se conuocauit. Erat quoque castus, pudicus, & in omni actione honestus, quæ res raro in principe inueniuntur.

Federicus Cæsar hūc ducem facit.

De religione eius hic

Diuinum

Diuinum cultum deuotissimè excoluit, pontificem maximum & reliquos ecclesiæ sanctæ prælatos ac religiosos omnes, semper honorauit. Honorauitque reliquos Christianæ fidei principes, à quibus etiã summe meruit honorari & diligi. Nulli uel magno uel paruo iniuriam unquam facere didicit, sed sorte contentus, secũdum doctrinam apostolicam omnibus semper pacem habere uoluit, & propterea à nullis aliqua molestia unquam lacessitus fuit. Fuit præterea iniuriarum & maximarum immemor, imò iuxta Socratis philosophi documentum, semper & amicis benefecit, & inimicos reddidit amicos, quod permultis argumentis compertum est. Hic urbem suam Ferrariensem miris ac præclaris ædificiis tum publicis tùmque priuatis, quasi quendam paradysum fecit. Nam arcem nouam & curiam pulchrioribus ædificiis clariores reddidit, & alia superbissima ædificia intus & extra per agrum Ferrariẽsem admiratione digna construxit. Mœnia quoque urbis pro maiori parte restituit, Monasterium insuper toto orbe terrarum celeberrimum ingenti impensa ordini Carthusiensium à solo construxit, atque alia plurima monasteria restituit. Denique cum de deo, déque omnibus gentibus benemeritus fuisset, anno regni sui .21. in pace quieuit. Cuius corpus apud Carthusiam à se ædificatam, ingẽti pompa delatum, humili loco illud sepeliri mandauit, nullis ex se relictis filiis. Carthusiæ monasterium fecit.

6649 1450 Mahumetus magnus Turcorum imperator octauus, ex clarissima Othomanorum familia natus. Amurati principis filius, qui fuit Mahumeti, qui fuit Amurati, qui fuit Orchani, qui fuit Othomani, à quo ipsa illustris Othomanorum familia nomen sortita fuerat. Hoc anno à patre adhuc uiuente princeps suffectus, imperauit annis uno & triginta, & mensibus quinque. Hic autem cum à patre princeps institutus fuisset, quatuor & uiginti ætatis annos habebat. Qui inito imperio, patrem clarissimum in omnibus superare annixus est. Et propterea ex rerum gestarum magnitudine, magnus Turcus appellatus est. Quippe sicut patrem in rebus gestis ita & in uitiis & præsertim sæuitia superauit. Hic itaq; post patrem in Asia minori tãtummodo regnare cœpit, sed illicò ob animi eius magnitudinem auctis uiribus, ingentes copias in Europam per Hellespõtum classe traiecit, ubi breui multas Græcorum urbes (præter Constantinopolim) occupauit. Restabàtque ipsa imperialis ciuitas Orientis totius columen, ubi innumerabilia certè extabant rerum gestarum præclarissimarum monimenta, quam etiam summo desiderio occupare cupiens prius occasionem quærere cœpit, & castello haud longe à Bossori littore ad Euxinium tendentis condito, contra fœdera ex improuiso agros uicósque Bizantinos depopulare cœpit, & post innumeras cædes, multámque prædam abactam, undique copiis terrestribus atq; maritimis contractis, magnum congregauit exercitum, & cum eodem ad urbem properauit, illámque ingentibus machinis, & oppugnare & obsidere, ac dilacerare iam diu statuit, donec post quinquagesimum diem illam obtineret, captáq; urbe illam in prædam militibus expoliandam exposuit. Neq; eo contẽtus, nisi sacerdotes & Christi ministros omnes sine ulla misericordia dilacerare præciperet, sacrásque uirgines incœstare, matronas quoque & earum uirgines ludibrio haberi mandaret, deinde uniuersam plebem uenundari iussisset. Quibus gestis, ut nobilitatẽ omnem prorsus deleret, ipse callidus canis per tentoria quæque passim & publice edicere præcepit, ut quisq; nobilis si se redimere uellet, in sui ipsius arbitrio foret, quo quidem rumore per castra sparso, quisque nobilis qui priuatis cõtinebatur custodiis, seipsum prodiit. Atque ita eo modo complures urbis primores cogniti, & ad Mahumetũ perducti, dum infelices libertatem sperant, in miserã mortem incurrerũt. Eos namq; sæuus canis, ueluti pecora nudatos, suo in conspectu trucidare præcepit. Hæc & his similia imperã Genuensiũ coloniã eum cõmisisse ferunt. Cõstantinopoli itaq; potitus & in ea imperator declaratus, confestim Peloponnesum omnem armis accepit, & Christianum populum omnem ex ea abduxit, & in turpissimam seruitutem eum constituit. Inde in Achaiam mouẽs, & ipsam, & Acharniam, & Epyrum, & maiorem Macedoniæ partẽ, atq; Bulgariã omnem cũ Raxia, & Seruia, & quicquid ab Andrinoli, Samumq; amnẽ, & Danubium fluuiũ interiacet, inuasit, & Christianis omnino abstulit. Valachia etiam eas ob res timore perculsa pro maiori parte ad eũ defecit. Bosinã postmodũ ingressus tanquã horrẽda tẽpestas cuncta uastauit. Eam quoq; cũ uniuerso regno & rege tãdem cõpræhendit. Magnus Turcus appellatus.

Lesbon, id est Mithilenem insuper nobilem Genuensiū insulam, maxima cum humani sanguinis effusione cœpit, eius etiam infelices animas in Asiam transportare mandauit. Nec facile quidem commemorari posset, uirorum nobilium multitudinem, ac sacerdotum religiosorumq;, quos ubique morte cruentissima rapi fecit, senes, iuuenésq;, uiros, ac mulieres in plateis tanquam boues mactari permisit. Nullam matronis, nullámue uirginibus seruabat reuerentiam. In Rasia autem principibus illis, quos Despotos uocant, oculos erui præcepit. Dein hinc Synopem urbem uetustissimam & Trapezundam diripuit, earúmq; incolas unà cum earum imperatore, omnes captiuos abduxit. Euboiam insuper Venetorū insulam inuasit, quam unà cum Calcide eiusdē insulæ urbe diu expugnauit, & illam tandē cum multa hominū strage compræhēdit, & de ea triumphauit. In Asia itaq; minore duodecim regna obtinuit, nidelicet Pontū, Bythiniam, Capadociā, Paphlagoniam, Ciliciā, Pamphiliā, Lyciam, Cariā, Lydiam, & Phrygiam, ac omne fermè Helespontū seu Moreā, atq; alia multa, ac multa occupauit, quæ commemorare longum esset, innumeras plane gentes, & incredibiles populos sæpe in bellis fudit, & profligauit, adeo ut eius rei gratia totius penè Oriētis imperator fuerit constitutus. Nec propterea qui ad gerenda bella tam crudelis fuerat, à spurca libidine se temperabat, ad quam ueluti impudētissimus porcus semper ferebatur. In mares enim & fœminas æqualiter ardebat, puerorum enim turbam, ac fœminarū pro se in libidinem clausam custodiri faciebat, nec tamen libido ipsa, in eo crudelitatem nec in minimo minuebat, quinimò ex iis quorū amore tenebat pueros puellásque leuissimis ex causis persæpe interficiebat. Et ut ad effrenstam libidinem perdurare diutius posset, puluerem quandā suis præbentibus medicis certis diebus sumebat, quo & corpus ad libidinē concitatus etiā eius animus attrocior ferociórq; efficeretur. Non à suis amari, sed pariter ab omnibus timeri uolebat. Qui ut primū patris sceptrū tenere cœpit, in sanguinē suum crudelitatis initia ædidit. Fratrē enim unicū ex eadē matre natum, in cunis iacētem, ad se deferri & corám se strāgulari fecit, ne adultus sibi aliquādo aduersari posset. Hoc præcipuū in eo, & memoratu dignū erat, quòd summā iustitiam omnibus æqualiter ministrabat, & uirorū illustriū in bellis gerēdis uirtutes summopere colebat. Vnde historias tam latinas quàm Græcas, atq; barbaras cupidissimè legere & audire uolebat. Eius enim facies, hominis faciē præ se ferebat, sed aspectus quidem horridus erat, oculi sæui haud recti, sed in angulis reflexi, maxime cum aliquem non rectè spectabant. Frons alta erat, & posterior capitis pars eminens, Nasus in medio tumidus, supra labrū aliquantulū incuruus deferrebatur. Macillenta facies, intra maxillas cōcauata pallidissima ostēdebatur. Corpus robustū firmúmq; ossibus, ac mēbris cōmunem hominis magnitudinem aliquantulū excedebat, quod certe à teneris annis omnibus laboribus assuefecit, & maxime in iis, quæ ad tollerandā militiam sufficere uidebātur, currendo scilicet & equitādo, hastas & gladios tractando. Qui cū artem inferrē di, uitandiq; ictus perdisceret, fustū ferreum ad ludum pro gladio uti cōsueuit, quo gladius ei leuior ac tollerabilior postea uideretur. Deniq; cum plurima patris exēpla haberet imitanda, relicta benignitate, clemētia, ac liberalitate, uicia tantū (præter iustitiā maximam) cōplexus est. Solam patris in rebus bellicis gerēdis animi magnitudinem prudētiámq; imitatus est, quam etiam crudelitate, atq; malicia fœdauit. Et licet Christiana matre natus esset, Christiano tamen nomini quoadusque uixit inimicissimus fuit. Hic Alexādro magno uirtute & rerum gestarum magnitudine persimilis fuit. Qui ad Ciliciæ angustias cum exercitu pene trauit, quo in loco Alexādri memorabili clade Darium superauit & interfecit. Qui cū innumerabiles filios genuisset, Baysetū & Zayllabū legitimos post se reliquit, pro quibus eo mortuo, magnus tumultus Bizantinā urbem inuasit, cum alii Baysetū natu maiorē imperatorem postularent, alii qui Zayllabum minorē. Vicerūt tamen Bayseti amici. Et sic tādem eo absente ipsum nomine patris Turci imperatorem cōstituerunt. Demum dum in Oriente in expeditionem hic Mahumetus contra Vnger Machmech, Assibei filius proficiscere decreuisset, in expeditionem constitutus, anno ætatis suæ octauo & quinquagesimo, non sine suspicione ueneni in castris moritur, & in Constantinopolim delatus, magna exequiarum pompa sepelitur. Ad quem Baysetus ueniens, maximum suo sepulchro impendit honorem, atque illi tale Epigramma in Græco sermone scribi fecit, uidelicet.

Fratrē proprium interfecit

De eius iustitia

De eius corporis habitu.

Ex christiana matre natus fuit, filii legitimi duo

Qui uici innumeros populos, tot regna tot urbes,
Solus & immensi, qui timor orbis eram.
Me rapuit quæcunq; rapit mors improba, sed sum
Virtute excelsa ductus ad astra tamen.
Maior Alexander non me fuit Hannibal & non
Fuderit Ausonos tot fudit ille duces,
Vici uictores Danaos, domuique feroces
Chaoniæ populos, Sauromathasque truces,
Pannonius sensit, quantum surgebat in armis
Vis mea, quæ Latio cognita nuper erat.
Arsacidæ sensere manus has sensit Arabsque.
Et mea sunt per se cognita tela duci,
Mens fuerat bellare Rhodum superare superbam
Italiam, sed non fata dedere modum.
Hei mihi nam rapuit mors aspera quæque sub alto
Pectore condideram, uertit & hora breuis.
Sic hominum fastus, & eunt sic schemata, sicque
Imperia, atque aurum, quicquid & orbis habet.

Pestis cruentissima hoc anno multis in locis Italiæ, & quammaximè Mediolani desæuit, ubi à sexaginta hominum milia urbanæ multitudinis extinxerint, & per eius agrū fœda strage etiam desæuit. Sequenti uero anno adeò ubique laboratum est, ut pauci de multis superfuerint, quod quidem malum præterita penuria induxit, ac etiam superior Solis defectio, & frequentes terræmotus indicauere. 60. hominum milia pestis assūpsit in Mediolano

6650 1451 Ludouicus Alberti Cæsaris (iam demortui) ex sorore nepos, hoc anno Henrico Bauariæ duce defuncto, quod subditos suos in præcedenti anno Iubilei prohibebat ne Romam peterent, timens ne prouincia pecunia exhauriretur, ipso anno defunctus est, & ipse adolescens in ducatū succedens, multis annis regnauit, magni animi & spiritus iuuenis, gloriæ inter cætera cupidus, & pecuniarum contemptor. Qui uxorem ex Saxonia, Federici Cæsaris neptem duxit, ex qua cum prolem non susciperet, ad tollendas lites, & pacem componendam animum adiecit, ea propter multas ac multas in Germania sua authoritate & dexteritate composuit. Quamuis sæpe multum conatus reconciliari Cæsari Federico Ladislaum regem nequiuerit. Hic cum uerus Christicola esset, Iudæos omnes suo è dominio expulit. Iudæos omnes expulit

Ordo fratrum Theutonicorum, qui sanctæ Mariæ fratres nuncupātur, quique uniuersæ Prusiæ & Liuoniæ dominantur, hac tempestate maxima incommoda & damna, atque cædes à Cassimiro Poloniæ rege susceperunt. Superioribus etenim annis cum patre huius Cassimiri Vladislao rege, etiam acri prælio inito, maximam stragem accepit. In quo quidem conflictū, magnus ordinis Magister cum primariis uiris, qui commentatores apud eos uocantur, equestris ordinis insigniti, qui numero sexcenti fuerunt, omnes cum sua multitudine perierunt. Sed nec Polonio tum fuit incruenta uictoria. Tartaris & Lituanis innumerabilibus eo in exercitu acciti, magna ex parte cæsis. Quamobrem Prusiarum fortunam regis secuta omnis excepto quodam oppido permaximo & fortissimo, ad uictorem defecit. Sed paulòpost (interueniente Sigismundo optimo Cæsare) pax inter eos cōstituta pecunia non parua Polono data, Prusia omnis ordini reddita est. Nec deinde ad hæc usque tēpora ordo ipse in possessione sua nisi à Cassimiro rege isto turbatus est, qui & ipse plurima intulit damna. Sexcenti principes occisi.

Ordo autem ipse, uidelicet sanctæ Mariæ Theutonicorum nuncupatus, quem ex inaduertētia prætermisimus, sub Federico eius nominis secūdo, circa annos salutis nostræ. 1230. eo tempore quo & ordinis prædicatorum & minorum, in Theutonia initium hoc modo sumpsit. Eo quippe tempore cum Christiani Ptholmaydem insignem Syriæ ciuitatem amisissent, Theutones isti, qui etiam tum ordo sanctæ Mariæ eisdem in regionibus appellabantur, inde expulsi, sua in Germania tadem rediere. Vbi cum essent in primis uiri nobiles, Ordo sanctæ Mariæ Theutonicorum.

ac rerum militaris peritissimi, ne per ocium macerent, Federicum tum Cæsarem adierunt, & Prusiam prouinciam nobilem Germaniæ conterminam, Christi cultum sperne͂tem, eidem significauerunt, adiicientes, quod sæpius homines illius gentis in Saxones & exteros uicinos excurrere non uerentur, atque inde magnam uim pecorum abigunt. Esseque sibi animo ipsam barbaram gentem compescere, modo ipsa sua imperatoria maiestas annuat, prouinciámque sibi & ordini suo perpetuo possidendam suo iure tradere, si eam armis acquirant. Iam enim Mansonitæ duces, qui se eius terræ dominos affirmabant, suum ius sibi cesserant. Grata utique petitio Cæsari fuit, qui collaudato proposito; quas uoluere fratres, sub aurea Bulla literas concessir. Illi autem illicò sumptis armis, breui tempore quicquid Prutenici iuris fuerat, occupauerunt. Ex in traiecto etiam Vistulæ fluuio, plures alias gentes strauerunt. Indéque Paganis fugatis & deletis, omnem Prusiam acquisiuerunt. Ex illo tempore lingua theutonica in Prusia introducta est. Et cultus Christi ipsis gentibus imperatus est. Móxque ibidem ecclesiæ pontificales plurimæ erectæ sunt, quorum episcopi habitum huiusce religionis gestare oportet. Aedificarunt autem ipsi fratres oppidum nobilissimum inter cætera ædificia, quod Mariæ Burgum nuncuparũt, cum arce nobilissima, atque amplissima, pro sede magni eorum Magistri, qui ipsis fratribus præesse debebat. Igitur cũ Theutones huius religionis inuentores, & auctores extiterint, ea propter nemo ad eam recipitur nisi nobilis Theutonicus, & qui pro Christi euangelio propositum habeat armis pugnare. Ob eam itaque rem uestimentis albis utuntur, cum nigra cruce desuper insuta, barbámque nutriunt omnes, exceptis qui diuinis inseruiunt. Pro canonicis horis, tot pater noster admodum Rhodiorum militum dicunt, nec literas discunt. Maxime profecto his opes, nec minor potentia regibus sunt. Sæpe cum Polonibus, & maxime hoc anno, qui est. 51. super milesimum quadringentesimum cum Cassimiro rege, de regni confinibus & iuribus acriter pugnauerunt.

Habitus huius ordinis & mores.

Prusia autem horum fratrum possessio, plærisque mortalibus incognita est, quædã prouincia amplissima, sed quammaxime longissima, & pro maiori parte est circa Vistulæ fluminis ripas hinc & inde constituta, & Sarmatiæ terminos habet, ac propè Masségeras est constituta, atque ipsos Polonos habet propinquos. Quæ quidem regio frumenti est ferax, aquísque irrigua, & colonis plena. Multa habet ambitiosa oppida, & quamplurimos maris refluxus, qui amœnam efficiunt patriam, pecorúmque ingens uis, & multa in ea est uenatio, atque piscatio piscium, quæ res prouinciam admodum efficiunt diuitem, Ptholemæus Cosmographus de hac prouincia mentionem facit.

Liuonia etiam est alia prouincia, horum fratrum Theutonicorum ditionis, quæ est ultima Christianorum possessio, & inter Prusiam & hanc, Masségera prouincia (à qua Masségeræ gentes nomen sumpsere) sed hæc est iuris Polonorũ regum, unde plurimæ persæpe de confinibus oriuntur lites. Hanc etiam prouinciam ipse ordo sibi armis acquisiuit, & Christi sacra suscipere coëgit, cum esset similiter & ipsa antea gentilis, & idola coleret. Aiunt eam alluere mare Baltheum ab Occidente, & ad Septentrionem dicunt habere homines semi feros, cum quibus nullum linguæ commertium nauigantes habent, sed signis tantum & nutibus suas merces commutant, Meridionale autem sinus Saxonum & Prutenum esse affirmant. Tartari hanc prouinciam persæpe excurrunt, qui etiam nostris temporibus magnas strages ab ipsis religiosis acceperunt. Masségera autem prouincia, neque Christiana uel neque omnino gentilis est, licet Christiano regni pareat, parua utique est regio unius uidelicet diei itineris lata, sed longissima perhibetur.

Homines syluestres in hac sunt.

Masségera prouincia.

Michelletus Flammineus, ex Cotignola eiusdem regionis oppido, Attenduláque familia natus, uir quidem impigerrimus, ac inter primarios suæ ætatis rei militaris duces meritò annumeratur, hac tempestate cum pluribus annis uniuersales Venetorũ copias gubernasset, & plurima ac præclarissima gessisset facinora, à Francisco Sfortia Carauagiensi conflictu superatus ac profligatus, eidem Francisco nepoti suo iam Mediolanensium duce constituto (præ timore Venetorum) inhæsit, & militiæ iam grandæuus abrenũcians, quietem uitæ suæ cõsentaneam inuenit. Cui idem nepos Franciscus Pallarolũ in agro Dardonensi

oppidum

oppidum cum annua pensione fruendum concessit. Vbi & reliquum uitæ suæ tempus maxima in pace cõtriuit. Fuit itaq; Michelletus hic magni ingenii magnæq; fortitudinis uir, atq; rei militaris scientia admodum illustratus, & plærumque uictoriosus. Qui primũ apud Venetos militãs, Philippi ducis Mediolani castra apud quandam Padi insulam, in Cremonensi agro pœnitus confregit, ac magnam ipsius ducis militiæ partem exuit & cœpit, & Cremonam ditionis Frãcisci Sfortiæ, à Philippo socero suo obsessam liberauit, uniuersam deinde Geram Adduæ ipsi Philippo duci ademit, & in Venetorum potestatem redegit. Vbi transnatato Adduæ fluuio, uniuersum Mediolanensem agrum hostiliter percurrit, & multa incẽdia, & direptiones peregit, & ad ipsas usq; urbis fossas accurrere non extimuit, inde etiam direpto Brianciæ monte, Briuium oppidũ cœpit. Cúmque ad Leuchum oppidum, natura munitissimum peruenisset, quod est Larii laci caput, eumque ingenti uirtute oppugnare cœpisset, diúque frustra tempus triuisset, post innumeras datas acceptásque strages, deniq; uniuerso fermè consumpto exercitu, & inedia, & hostium uulneribus atq; equis omnibus macie consumptis, re infecta abiens, Brixiam deuenit. Demũ mortuo Philippo, cum in Geram Adduæ cum innumerabilibus copiis, tum Venetorum, tum Florentinorum, contra Franciscum Sfortiam nepotem suum peruenisset, ab eodem Francisco nepote suo Mediolanensium, tum imperatore in certamine superatus & profligatus, imò & dissipatus fuit. Quam ob causam sibi cauens, à Venetis defecit, & in Hethruriam per aliquod tempus, tanquã confusus se contulit, donec Franciscus idem uictor nepos suus Mediolano potitus fuit.

Exercitus ducis confregit.

A Frãcisco Sfortia profligatur.

Constantinopolis imperialis ciuitas.



Constantinopolis imperialis ciuitas, totius Orientis columen, & unicũ totius Græciæ sapiẽtiæ domiciliũ, hoc anno. 4. cal. Iulias à Mahumeto, magno Turcorum principe, per quinquaginta dies acriter obsessa, & expugnata, tandem capta, direpta, ac fœdata est, in cuius planè captiuitate, idem Mahumetus tantam exercuit crudelitatem, quãtam factitatum fuisse legamus, in primis enim Constantino ipsius urbis, in pugna interfecto, ac capite obtruncato, ipsius caput hasta affigi iussit & ad terrorem Christianorũ illud per castra deferri mandauit. Deinde magno cum clamore urbem ingressus, nobilitatẽ omnem quã inuenire potuit, statim cædi præcepit, deinde sacerdotes & ministros Christi quoscũq; reperiit, crudelẽ in modũ dilaniauit, postremo plebem omnem in seruitutẽ redigens, in Asiam transmisit. Sacras uirgines postmodũ requirens, stuprare fecit, atq; matronas omnes cum uirginibus, & prostituendas obtulit. Quibus gestis, omnia urbis bona quæcũq; in prædam militibus exposuit. Deinde sacra templa ingressus, omnia fœdauit, inde quibuscunq;, bonis ablatis, imagines omnes dei, uidelicet & sanctorũ delere fecit. Sublato deniq; Crucifixi domini nostri simulachro, per derisionem in castra delato, sputis, luto, & saxis impetito, cum omni fœditate pollui præcepit. Nobile etiã sanctæ Sophiæ templum, spurcitiæ Mahumeteæ dedicauit, & ipsius, ac urbis campanas omnes deponi præcepit. Et id ipsum in Peram Genuensium coloniam egit. Nec facile certe scripto mandare posset, quæ & quanta in subactam ciuitatem dedecorosa ipse pessimus ea nis exercuerit facinora, capite itaque hoc modo potito, cætera facillime obtinuit, Peloponesum confestim omnem armis deuicit, & populum ea in insula repertum, similiter in seruitutem pessimam redegit. Hoc itidem & in Acharnia, Epyro, & in Macedonia, atq; Bulgaria, & Rasia, Seruia, ac denique Valachia effecit.

Occisiones omnes feriatim narrat.

Sumcassiauus felicissimus Persarum & Armenorum rex, atque uictoriarum pater, cui proprium nomen Assimbeus est, hoc anno Zenza Persarum rege deuicto profligatóque, ac interfecto, Persis imperare cœpit, & annis quadraginta imperauit. Hic primum Armeniæ regulus existens, cum esset animo uasto, & bellorum appetentissimus, quòd sæpius paucioribus copiis magnos profligasset exercitus, cum superioribus annis oratoribus Zenzæ minus sapienter respondisset, iratus quidem rex, bellum contra eum mouit, at Assimbeus & si uiribus impar uideretur, nihil animo consternatus, pugnam non detractauit, & tandem de hoste uictoriam reportauit. Zenza autem superatus, domum reuersus, denuò alios exercitus comparauit, & ex more gentis cum coniuge,

Sumcassianus rex Armenorum.

 ac liberis

ac liberis,in campum pugnaturus intrauit,eo uidelicet animo,nisi uindicta de hoste sumpta,domum non redire. Assimbeus uero in loco tutissimo sedens, se incolumen seruabat. Cúmq; Zenza eidem exercitum admonuisset,confestim Assimbeus é loco suo irrumpens, hostem uiriliter inuasit,& cum diu tandem superatũ,suis propriis manibus interfecit,eiúsque filio capto, illum se Persarũ regem facturum simulauit,sedatis hac fictione Persarum motibus ipse Assimbeus cum filio rege captiuo ad Thaurim primariam gentis urbem accessit,ubi oppidis omnibus,& arce occupatis,cum satis cautum sibi putaret, illicó nouum regem publicé obtruncauit,& se Persico regno regem denũciauit. Eóque potitus omnibus formidabilis esse cœpit,potentiórque factus,se Sumcassianum appellari iussit, quód latiné magnũ uirum significat.His gestis,etiam haud multó post Bactrianos,Medos, & Parthos,ac uniuersum pené Orientem armis sibi subegit,ac solus (post Alexandrũ magnum) bella finitimis gentibus inferre non extimuit.Deinde cum incredibili apparatu,atq; innumerabilibus pené exercitibus Mesopotamiã ingressus,Babiloniã & Caras Sultam urbes magna ui oppugnare contendit,atq; in Syriam & Aegyptũ prædabundus ire proposuit,cum principe isto,Calixtus ponti. Romanus quandã amicitiam inchoauit,qui & ipse magnum honorem tanquam pontifici magno detulit,cuius intuitu magnas Turcis calamitates intulit. Ad hunc etiam senatus Venetus (Nichroponte perdito) quẽdam oratorem trãsmisit, qui auxilia contra Othomanum Turcum expostularet,reque ab eo exorata confestim copias suas recensuit,& in ipsum Othomanum Turcum misit,& primo quidem impetu Sinanum urbẽ,eidem abstulit.Quamobrẽ Turcus repente oratores eidem trãsmisit, qui dicerent,ut per fidẽ sui Mahumeti,quã ambo sequebantur,ne impediret Christianorũ interitũ sed cum eo pacem coiret.Respondit Sumcassianus Mahumetea lege cauere, fidem datam seruari,se enim dicebat pontifici maximo Christianorum,senatuíque Veneto fidem dedisse,quód Turcos suis é sedibus pelleret. Ac sic eo responso oratorem á se dimisit.Statimque quanta potuit celeritate cum uniuerso exercitu Trapezuntiam inuasit, illatáque ibidem Turcis maxima strage,ad.30. Turcorum milia interfecit,atq; multas alias clades Turcis datas & illatas,tandem uterque,uidelicet Sumcassianus & Turcus cum innumera multitudine, non longé ab Armeniæ montibus his adinuicem prælio conflixere. Et in primo quidem congressu, regis Persarum filius cum.30.equitum milibus Bassam Othomani, qui quadraginta milibus præerat cum multis aliis principibus interfecit, atque deleuit. Quod ubi Mahumeto renunciatum est,ita animo consternatus est, ut lachrymans præ dolore in terram ceciderit.Sed á suis mox castigatus,cum sedato dolore surrexisset,motis castris,inter duos montes descẽdit,ibiq; sua castra carris & palustris quasi uallo cinxit.Et in eis tormenta & springardas multas collocauit,ad quẽ cum Sũcassianus & eius filius cum trecentis quinquaginta milibus pugnatorũ bellandi causa peruenisset, Othomani milites igne in tormentis apposito,omnia simul excusserunt,quo insolito fragore territi Persarum equi, terga statim uertere, nec ullis frenis unquã cohiberi potuerũt,& omnibus bonis direptis, maiore quidẽ cum incõmodo,sed plurimi cũ gloria in castra redierũt. Ad.50.hominũ milia utriusq; exercitus eo in cõflictu desiderata referũtur. His gestis,Mahumetus in Aetholiã rediit,nouos cõflaturus exercitus,Sumcassianus uero in Thaurim regressus est.Inde aliquot interiectis diebus Assimbeus hic cum Turcorum principe pacem iniit, & natos suos mutuis coniugiis copulauere. Ad hunc Veneti munera magnificentissima & nonnulla armamenta calibæa,& alia atque alia misere dona. Hic itaque more Tãberlani magni Xerxsem,Darium Porum,& magnum Alexandrũ,& uirium magnitudine,ac rerum præstantia quasi superauit. Nec legimus quemquam adeo innumerabiles copiss in unum coisse, uelu ti iste, cuius equitum.60.milia & peditum totidem erant belli apparatus.

Calixtus papa amicitias cũ isto contraxit.

Vgner autem Machmeth primogenitus, huius serenissimi Sumcassiani regis, superesse dicunt,de quo mira in rebus bellicis referuntur facinora.

Pax inter Venetos & Franciscum Mediolani ducem, iam diu ab ipsis tentata,hoc anno idibus Aprilis, apud Laudam urbem, initis fœderibus, opere & interuentu Simoneti Camerini, ordinis eremitarum diui Augustini declamatoris sui temporis eximii, & longa uita probati, hac lege firmata est: Vt quæ cuique ante id bellum fuerat redderentur, 6653 1454

Potentiã huius re- giscom mẽorat

6653

redderetur, præter Geram Adduæ, quam Franciscus de Venetis cœperat, cum esset antiquissima Mediolanensium iurisdictio. Quæ pax maxime inter Venetos & Franciscum sic composita, ut firmior & sancior ab omnibus haberetur, pontifex suam interposuit authoritatem, Atq; in ea statutum est, ut si quæ deinceps dissentiones, discordiæue orirentur, earum tollendarum ius potestatémque pontifici Romano tradebant. Vtque siquis arma alicui inferret, cognita à pontifice causa, is statim cōmunis omnium hostis haberetur. Ea itaque pax, anno & die prædictis dictata, & per omnes solenniter publicata, fide & iuramento adhibito firmata est. Qua pace, nulla patrum nostrorum memoria maior diuturniorum utilior aut sancior uisa, aut audita fuit. Hoc igitur fœdere icto, non amplius ferreū, sed aureum exortum uidere uisum sæculum, non solum inter prædictos, sed & inter omnes Italiæ potentatus. Cuius quidem suauissimo fructu, non solum homines gaudere uisi sunt, sed & agri, & urbes, tecta, uiæ, campi omnes, ac maria, & ipsa denique lacerata diu Italia insusitata quadam exultauit lætitia. Apud Venetos enim magistratus additi, & auctus est. Senatorum numerus, & priuatæ diuitiæ, atque opes in immensum auctæ sunt, id quoque in omnibus Italiæ urbibus factitatum uidemus. Aureū sæculū.

Danubius maximus Germaniæ & Hūgariæ fluuius, hoc anno apud Viennā Austriæ urbem, & apud ciuitatē Nouam, & alibi circū circa adeò excreuit, ut intra ipsam urbē intrauerit, & plurimas domos cum familiis asportauerit, & in Bauaria, & armenta & uiros plurimos tēpestas occiderit, agrique quamplures, qui cum fluminibus contermini erant, non solum frugibus, sed & superficie priuati sunt. Nam per duas horas adeò ingens tempestas fuit, ut grando è cælo in modum oui ciciderit, ibidem enim summas templorum arces deiecit, & populos uniuersos, atque urbes exterruit, ueritáque fugerunt gentes ne rediret diluuium sancti Noe, aut certè graue Pyrri & Deucalionis sæculum. Danubius.

6653 1454 Ladislaus Alberti Cæsaris & Hungariæ ac Bohemiæ regis Posthumus, hoc anno, dum diu sub Federici tertii imperatoris tutela stetisset, in regnis Hūgariæ & Bohemiæ uocatus, regnauit annis decem. Hic quanquam admodum moriger & disciplinatus fuerit, infortunatus equidem nimium fuit. Ipsum enim Federicus Cæsar consanguineus eius, in tutelam usq; ad annos.12. suscepit, qui post annos septē natum Gaspari Austriæ cācellario uiro doctissimo & morato, informandum erudiendúmque tradidit. Cuius rogatu, Aeneas Picholomeus tunc poëta, insignissimum & perpulchrum tractatum de educatione puerorū conscripsit, In quo pertractat, quæ regis pueri, quæ iuuenis, quæ uiri, & quæ senis esse studia debeant, incipit autem: Serenissimo principi domino Ladislao. A principio igitur natiuitatis huius Helisabeth mater olim Sigismundi Cæsaris filia, cum regnum gubernare cœpisset, Vladislaum Poloniæ, qui se regem Hungariæ & Bohemiæ nominabat, eo in regno infensum habuit. Verū auxilio comitis Ciciliæ fratris sui ipsa regno tum ipsorum iura atq; possessionem quoad uixit feliciter filio conseruauit. Mortua autē ipsa optima genitrice Ioannes Vaynoda regnū gubernauit. Ladislaus itaq; in paterna regna ab imperatore Federico eius nominis tertio emissus, atq; à proceribus tandē difficillime receptus, mox ex Turcorum metu in Austriam conuolauit. Vbi paulòpost audita Turcorū strage, rursus in Hūgariam uenit, & Budam se contulit, ubi omnia in tumultu inuenit, & non solum in Hungariam, sed & in Bohemiam. Nā sicut sub Alberto Cæsare & rege ea regio raptoribus non caruit, sic & sub isto eius filio, miseris incolis ignota fuit. Hischra enim Bohemus latro, humili loco natus, magnam prouinciæ partem armis sibi subiugauit, quamobrem Hungariæ proceres lacessiti ipsum Hungariæ gubernatorē cōstituerunt, post quem nouus homo seu latro, noua prælia in regno immiscuit, qui cognomēto Aximit appellatus est, qui in Bohemia obscurissimis parentibus ortum habuerat, qui latro congregata non parua latronum manu, quandā regionem Gisoram nomine occupauit, & uniuersis Hungaris se terribilem formidabilémq; præbuit. Cuius impetum nec Ioannes Vaynoda regni gubernator cōpescere ausus fuit. Qui Ioānes & si maiores motus sæpe sedauerit, maioréfq; hostes regnum ingressos deleuerit, non tamē latronis huius conatibus obuiare ausus fuit, eo maxime quia didicerat nōnullos regni barones eidem latroni manus clàm porrigere. In Bohemia item quidam nomine Rochezana hæreticus episcopus surrexit, qui ex Praga ciuitate fratres Helisabeth huius mater Sigismundi filia.

minores omnes, deinde omnes sacerdotes qui bene de fide catholica sentiebãt, infinitis contumeliis effecit, & omnia in manu hæreticorum reposuit, neque religio Christiana postquam Bohemi sacrum baptisma susceperunt tantum oppressa fuit, quantum his temporibus, & quamuis Ladislaus hic rex Georgium gubernatorem quendam regno seu regioni præfecisset, & in clericos ac laicos omnem potestatẽ concessisset, nihilominus Rochezanæ, quem timebat contradicere noluit. Inuenit præterea Saxoniæ ducem de sexaginta castellis cum Bohemis litem maximam habere. Vratislauienses etiam ab rege isto requisiti, homagium facere recusarunt. Vanchonem quendam alium Bohemum latronem inuenit, qui cum duobus milibus latronibus regionem longe lateque uastabat, in Viẽnam insuper crebra fuere incendia, licet auctores non inuenirentur: plærosque alios motus hic infelicissimus iuuenis rex hisdem in regnis quoad uixit pertulit. Denique dum Vniadis seu Vaynodæ olim sui gubernatoris filios in carcerem rapi iussisset, & Ladislaum natu maiorem auunculi sui comitis Ciciliæ interfectorẽ capite plecti mãdasset, aliũmque Matthiam minorem captiuum duxisset in Austriam, & deinde in Bohemiam rursus redisset, ibidem post paucos dies Pragæ moratus, ueneno (ut quibusdã placet) nobilissimus princeps quẽadmodum & pater suus diem obiit, nullis post se relictis hæredibus. Quo die, qua oculos clausit, & Matthias futurus post eũ rex, captiuus Pragã perductus est. Fuerat igitur Ladislaus hic rex ultra quàm dici possit formosus, capillis crispis & in auri fulgorem nitentibus, & in aliis corporis membris in eo nõ erat aliquid emenda dignũ. Cuius quidem egregia indoles præsagium faciebat paternæ fortitudinis, & auitam in eo prudentiã, & utriusque liberalitatem in eo renatam. Nec tantam de se spem, ut Ascanius Aeneæ, aut Hector Priamo, aut Alexander Philippo præbuere, quantũ in sua iuuenili ætate Ladislaus hic rex se uisentibus exhibebat. Superabat enim omnem sermonem sua uirtus, suaque præstantia atque nobilitas. Tertio autem regni sui anno, filiam Caroli Christianissimi regis Franciæ cum incredibili pompa duxit uxorem, ad cuius nuptias interfuere omnes Germaniæ principes, atque Calixtus papa legatum sancti Angeli cardinalem misit, affuere & omnium Occidentaliũ principum oratores, atque Cassimirus Polloniæ rex cum uxore.

Viri doctrinis excellentes.

Antonius florẽtinus ordinis predicatorum. Antonius Hethruscus Florentinus archiepiscopus, ordinis prædicatorum, sanctæ uitæ ac morum honestate uir, & sacrorum dogmatum accurate doctus, hac tempestate ob literarii ornamenti gloriam & sanctimoniæ præstantiam, apud Italos, & quammaxime Hethruscos, magno habitus fuit in precio. Qui ex ingenii sui magnitudine quædã pergrandia uolumina magno sanè confecta labore, ac accuratissimis lucubrationibus posteritati commendauit, quo quidem legentibus atque audientibus magnam afferunt eruditionis uoluptatem. E quibus extat summa magna in quatuor partibus seu uolumibus diuisa, sacerdotibus utilis & necessaria, atque libellum ad instructionem confessorum, aliósque historiarum in tribus uoluminibus distinctos. Scripsit præterea sermones de tempore, & de sanctis, & alia quædã. Tandẽ in anno salu. nostræ. 1459. sexto nonas Maii deficiens, non sine magna sanctitatis opinione (eũ crebris clareret miraculis) apud sanctũ Marcũ ea in urbe Florentia ordinis sui sepultus fuit.

Orstius. Oratius Romanus, non solum latinis, sed & græcis admodum doctus, hac tempestate apud Nicolaum põtificem maximum præ cæteris uiris eruditissimus plurimum emicuit, quod in Homeri carmine translationem, ipse pontifex magnopere fieri cupiebat, cum plurimi eidem, uidelicet Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Gregorius Castellanus, Demetrius Græcus, & alii nonnulli moremgerere conarentur, unus hic inuentus fuerit, qui acri eius desiderio satisfaceret. Nam nonnullos in Iliade latinos fecit dignissimos, quos si prisca uidisset ætas, non profecto non improbasset, sed admodum admirata fuisset. Eam ob rem, ab ipso Nicolao pontifi. apostolicum scribatum assequi meruit. Alia quoq; non nulla transtulit atque composuit.

Aeneas siluius. Aeneas Syluius, patria Senẽsis Picolhominea nobili natus poëta, & eloquẽtissimus orator, hac ipsa tẽpestate postea quã à Federico Cæsare poëtica corona merito donatus fuisset, tãtum apud omnes Christianos principes, & ipsum maxime imperatorẽ & eloquentiæ & ingenii

& ingenii dexteritate ualuit, ut super omnes maximo haberetur in precio, qui & ab ipsa sua adolescentia ingenium agitans, poëmata lasciuiæ & festiuitati accommodata, perpulchra ædidit, indéque exercens epigrammata, salibus referta, composuit multa. Denique factus uir, reliqua omnino oratione soluta conscripsit.

Nicolaus Perottus, patria Saxoferratus, Sipōtinúsque episcopus egregius theologus, ac Rhetor luculentissimus, his temporibus nonnulla in scripturis diuinis laude digna composuit, sed & ad eruditionem puerorum commode breuitérque perpulchrum libellũ ædidit. In quo non modo eos qui circa prima erudimenta, sed & ad altiora tendentes grammaticè & rhetoricè loqui docet. Commentarios etiam in multis authoribus & diuinis codicibus quosdam composuit. Et Polibium Græcum, & alia quædam, commodè & ornatè ad latinos transtulit, atque de metrorum generibus optime tractauit. Extat de ipsius opus insigne duobus uoluminibus diuisum, in Marcum Valerium, & Martialem poëtam, omnem latini sermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrimè complectens. Quod prænotauit: Commentariorũ linguæ latinæ, seu Cornucopiam lib. 2. Qui incipiũt: Barbara &c. Nicolaus Perotus.

Franciscus Philelphus Anchonitanus ex uetusto insignique oppido Tollentini oriundus, eques auratus, & poëta laureatus, literarum tam græcarum quàm latinarum apprimè eruditissimus, in hoc tempus maximo cum sui nominis prædicamento insignis peruenit. Vir certè in omni modo dicendi omnibus multorum iudicio præponēdus. Quippe qui & græcam pariter & latinam orationem semper exercuit, in omni uidelicet genere & prosa & uersu, ut ex libris plurimis à se æditis apertissime constat, quòd nunquam apud Latinos in memoriam hominum compertum fuit. Is itaque Chrisoloræ Altizantini auditor & gener extitit. Qui cum ab eo doctissimus euasisset philosophus atq; orator, primum apud Venetos, postea apud Florentinos Senenses, Bononienses, & demum Mediolani à Philippo Maria inclyto duce uocatus, græcas latinásque literas plurimos docuit, & ibidem usq; ad finem fermè uitæ suæ sub quatuor ducibus cum annua pensione fuit. Vbi cum omium penè scientiarum egregiè doctus esset, multos libros à se æditos reliquit. Franciscus Philelphus. Gener Chrysoloræ.

Marianus Sozinus, patria Senensis, iuris utriusque consultus, mitissimi ingenii uir, & multarum literarum cultissimus, hac tempestate Pio pontifice Ro. conterrauco suo teste, maximo in prædicamento fuit. Cui certe nihil præter formam defuit. Erat homuntio, sed super omnes eloquēs erat poëta, historicus, philosophus quasi Plato, Geometerque quasi Boetius, musicus, ita ut nullum instrumētum ignoraret, Agriculturam quasi Virg. sciebat. Ita equidem (præter formam corporis) erat omnibus dotibus insignitus, ut nihil eidē aliqua in re deesse uideretur. Nam de eo Statium poëtam prophetasse credimus, quando dixit: Magna in exiguo regnabit corpore uirtus. Is igitur cum diu Senis & alibi egregiè leges docuisset, tandem lectioni renuncians, ut sibi imprimis uiueret, & posteris nomen relinqueret, super Decretalibus commētarios ædidit insignes, aliosque. 23. tractatus composuit, atque opusculum De sortibus non contemnendum scripsit, quem ad Nicenum cardinalem dicauit & trāsmisit, atque alia quædam. Hic etiam præter literarum studia, etiam uirtutibus moralibus admodũ illustris fuit, ita ut tanquam homo ciuilitatis plenus, & rem publicam & domesticam optimè regeret. Erat illi uultus Socraticus, semper & in prosperis & aduersis idem, Pii pontificis amantissimus, cui librum de duobus amantibus idē pontifex ante assumptionem pontificatus scripsit. Marianus Sozinus iuris consultus.

Ioannes de Anania Bononiēsis archidiaconus, iurium utriusque singularissimus interpres, ac theologus certe eruditissimus, hoc anno apud eandem Bononiam studiorum matrem, uidelicet. 1455. diem obiit. Qui cum diu ibidem publico salario legisset, etiam multa in legibus egregia composuit opera. Et inter cætera in Decretalibus quædam à se ædita omni laude approbata posteritati dereliquit. Ioã. de Anania

Ioannes item Bertachinus de Firmo celeberrimus iure consultus, & in ea facultate studiosissimus ingenio præstans, his tēporibus scripsit ea in facultate quosdam præclaros tractatus, & maxime dignissimum opus tribus magnis uoluminibus diuisum, quod multo studio & uigiliis cōportauit, & in ordinem pulchrum redegit, quod Repertorium utriusque iuris Io. Bertachinus.

iu ris prænotauit lib.3.cuius principium est: Solent principes. Quæstiones etiam uarias, & quidem pulchras composuit.

Iaco. de Aluarotis. Iacobus de Aluerotis, natione Patauiensis illustris utriusque iuris consultus his temporibus claruit, qui cum diu in gymnasio celeberrimo Patauiensi, iura ciuilia publice summa cum gloria docuisset, opus singulare super feudis in lucem ædidit, quod quidem opus apud omnes nationes, nunc summo in precio habetur, obiit autē tantus uir in anno salutis nostræ.1452.ætatis suæ.68.

Lafrancus de Oriano. Lafrancus de Oriano Brixiensis iure consultus celebetrimus, & sæcularium literarum non ignarus, ingenio præstans & eloquio disertus, per hoc tempus scripsit sua in professione quædam non ignobilia uolumina, quibus sui ingenii memoriam ad posteros trāsmisit, & se doctissimum in eodem studio multipliciter comprobauit. De quorum numero sunt hæc, uidelicet Repetitiones, Quoniam contra. De probationibus li.1.in Cle. De uerbo.sig.commentationes in.c. Dispendiosam. De iudi.li.1. Repetitionem.c. Raynucius. De testa.li.1.incipit: In textu ubi Raynucius. De lege admonendi. De iureiurau.li.1.principium est: Hæc lex diuiditur in duas. De interpretatione statutorum li.1. L. Centurio. De uul.& pupil.substitutione li.1. Repetitiones rubri.de causa pos.& pro.li.1. Et alia quædam. Deficiens tandē Paulum filiū eiusdem professionis & doctrinæ, atq; ingenii eminentissimi, post dimisit hæredem. 6654

Nico. de Cusa cardinalis. Nicolausde Cusa, natione Theutonicus, sancti Petri ad uincula cardinalis præsbyter, hac tempestate cum esset in diuinis scripturis admodum eruditus, imò & theologorum sui temporis princeps, dum in Germania legatus apostolicus haberetur, ibidem pro refromatione ecclesiæ multa scripsit librorū uolumina.

Ioā. de Turre cremata episco. Sabinen. Ioannes de turre cremata, ordinis prædicatorum, theologus ac philosophus clarissimus, episcopus Sabinensis, & sacræ Romanæ ecclesiæ cardinalis præsbyter, declamator ac concionator sui temporis peregregius, hac tempestate floruit, & sui ingenii multa opuscula præclara ædidit, quibus posteris suum nomen transmisit. De quibus referuntur, primo ad Arsenium monachum monasterii sancti Benedicti montis Cassini, opus magnum, in regula uidelicet sancti Bernardini, quod sic incipit, Adiuuāte domino nostro. In Psalterium totum li.1. In Euangeliis dominicalibus perpulchras quæstiones li.1. In Euangeliis sanctorum. De aqua benedicta li.1. De salute animæ li.1. Sermones de tempore & de sanctis li.1. Et alia plura.

Ludo. Arelaten. Ludouicus Arelatensis cardinalis sanctæ Ceciliæ uir doctissimus atque eloquentissimus, qui Basiliensi synodo, ex consensu omnium patrum præfuit, his temporibus cum multa ædidisset opuscula, & quidem digna, non sine magna sanctitatis optinione decessit. Et eam obrem ad eius sepulchrum magna miraculorū opinio orta est, & infirmorum magnus concursus.

Calixtus Papa.219. Alixtus eius nominis papa tertius, natione Gotholanus, patria Valentinus, patre Ioanne uiro nobilissimo natus, Alphonsus Boria antea uocatus, Nicolao ponti. omnium suffragiis iam decrepitus, hoc anno suffectus, sedit annis.3.& men.3. Magni consiliu uir, & excellentissimi animi decoratus, & utriusque iuris peracutus doctor, atque regis Alphōsi prius præcipuus secretarius. Qui pontificatu suscepto (ut ante deuouerat) bellum in Turcos statim indixit, & ad id perficiendum per uniuersum Christianum orbem prædicatores misit, qui Christianos in eandem expeditionem animarent, & suis opibus eum adiuuarent. E quibus elemosynis.13. Triremes primum ædificauit, & in hostes per patriarcham Aquilegiensem ibidem præfectum statim misit, qui cum illi toto triēnio Turcos acriter uexauit, & magnas clades illis intulit, & eorum multas insulas cœpit. Alphonsus uero rex, & Ludouicus Burgundiorum dux, plurimum animati, in eam expeditionem ituros spoponderunt, sed suorum regnorum uoluptatibus irretiti, tantam tamque sanctam rem omisere. Hæc idcirco Calixtus hic optimus pontifex literis & nunciis eos & reliquos Christianorum principes cessabat ad huiusmodi rem per necessariam adhortari. Cuius rei causa etiam sacerdotibus omnibus celebrantibus mandauit, ut orationem contra Paganos quotidie in missa decantarent, & ut deus assiduo 6654 1455

Oratio nē contra Paganos dici mādauit.

rogatu

rogatu flecteretur, uoluit quoque ut in meridie sonum campanis darent, sicut in sero ad salutationem uirginis Mariæ mos est dari, ut ea oratione eos adiuuarent, qui contra Turchos continue dimicabant, ea etiã de causa transfigurationis domini nostri Iesu Christi festum & officium ordinauit, iussitque illud cum indulgentiis illis celebrari, sicut solennitas corporis Christi, & propterea legatos ad Sumcassianũ Armeniæ & Persarum regem cum multis & magnis muneribus misit, ut eum in Turcos excitaret, cuius planè persuasione magnas eisdem plagas intulit. Hic beatum Vincentium Cathelanum, suum compatriotam ordinis prædicatorum, & beatum Edimundum Anglicum in sanctos retulit confessores. Huius inter cætera præcipua laus fuit, quod eleemosynas pauperibus & dei seruis libenter & frequenter dabat. Virginésque pauperes maritis cum dote collocabat, nobiles etiam ad inopiam redactos, suis impensis pro posse iuuabat, omnésq; ad se uenientes mira benignitate & beniuolentia complectabatur, & eorum preces libenter pro posse exaudiebat. Denique moriens, centum & .50. millia nummûm aureorum, quos in Turchos conquisierat reliquit. Cuius funus in beati Petri basilica templo rotundo sepelitur. Aue maria in meri die pul sari iussit.

6654 1455 Alphonsus Portugalliæ rex, Ioannis regis filius, & Federici Cæsaris sororius, princeps mansuetissimus, & alti cordis, ac prudentia singulari præditus, hoc anno eius patruo Petro tutore Infante agnominato mortuo, regnum paternũ quietum accepit ac tenuit. Cui cum obiisset dilectissima coniunx regina, nunquam ullis uerbis presuaderi potuit, ut aliam superinduceret, sed omnis ei cura eo erat conuersa, ut aliquid ageret, quod sibi laudem & meritum, ac Christianæ religioni fructũ pareret. Quapropter inuitatis à regni proceribus, suscepto publico crucis signaculo, classem in Turcorũ expeditionem promisit. Licet postea nihil actum sit. Alphõsus Portugaliæ rex.

Henricus autem Infans agnominatus ipsius filius (sic enim regum Anglorum filii ante quam regnent appellantur) uidens paternum regnum paruis limitibus contineri, cupiẽs illud ampliare, Oceanum Hispanicum summis uiribus ingreditur, suasione uidelicet & doctrina Cosmographorum, situs maris & terræ optimè noscentium, inuentisque multis & uariis insulis ab hominibus nũquam habitatis, inter eas insulam præclarã non sine suorum lætitia adinuenit, fontibus imprimis irriguam, pingui gleba refertam, & nemorosam ad incolendum aptam. Ad quam postmodum reuersus, diuersa hominum genera transmisit. Quæ inter cæteros fructus, & aptissima ad procreandum zucharum, quod tanto fœnore ibi nunc conficitur, ut uniuersa Europa zucharo plus solito abundet. Nomen autem insulæ Madera est, unde zucharum de Madera. Inuenit quoque & alias plures insulas quas habitari & aliis nominibus baptizari fecit. ut insulã sancti Georgii de Picho, quarũ unam hominibus Alemanis ex Flandria habitandam censuit. Maderã insulam & alias cõposuit.

Ioannes autem rex prædicto Alphonso regi auus fuit, quem suo in loco ponere omisimus, qui genuit Eduardum regem Helyonoris uxoris Federici imperatoris eius nominis tertii patrem, cuius Ioannis regis uirtus in omnibus admirabilis profecto fuit, in quo sanè principe religiosa animi magnitudo extitit. Is enim cum adhuc adolescens existeret, sua fortitudine amissum fraterna infelicitate, confestim recuperauit regnum. Deinde contra Castilionibus Hispanis hostibus in prælium procedens, parua manu ipsos hostes sæpe fudit spoliauitque, atque signis militaribus exuit, inde etiam tres insulas extra orbem eiectas, quas uulgo dispersas uocat, regno conquesiuit. Et earum gentes semi feras mãsuefecit, & ad quandam humanitatem sua dexteritate reduxit. Aliud quoque facinus hic Christianissimus rex nouissimè peregit, quod sibi immortalem gloriam apud omnem posteritatem, & apud dominum omnipotentem comparauit. Nam pacatis circumque finitimis, aliud insuper gloriosissimum facinus adoriri uoluit, quod cum ducentarum classe nauium, in Aphricam traiecit, & sexaginta armatorũ milia in terram exposuit. Et cum tribus Aphricæ regibus, qui eidem cum sexcentis milibus occurrerant, collatis signis confligere non extimuit. Quos tandem acerrimo prælio profligauit, occidit & deleuit, & Sutam eorum maximam urbem munitissimámque ui cœpit, & uniuersas penè eorum regiones igne & ferro depopulatus est. Sutam igitur eorum urbem, Christianam factam, tropheum crucis in ea defixit. Fœdus aut pacem cum Barbaris illis quoad uixit nullum habere uoluit, Ducentarũ nauiũ classis. Suta ciuitas ca

sed nec

ſed nec poſteri fecere. Quo autem mortis genere hic optimus princeps obierit, nullibi inuenire potuimus.

Iacobus Apianēſis Plūbini nobiliſſimi oppidi in littore Thuſci maris poſiti. Ibique inſulæ oppoſiti princeps, hoc anno ſine uirili ſobole deficiens, Raynaldum Vrſinum generū habuit ſucceſſorem, hic Iacobus prædictus Paulæ nobiliſſimæ matronæ Martini ponti. Romani ſororis filius fuit, princeps ſanè pacificus & à uicinis omnibus mirifice dilectus. Qui cum ex coniuge ſua uirilem ſobolem non ſuſciperet, concubinam quandam amare cœpit. Cuius cum uenter intumuiſſet, & iam tempus pariendi prope adeſſet, incredibili geſtiens, ad diuerſos legatos uti ad ſe mitterent, qui partum de ſacro fonte leuarent. Ad dictam itaque dietam legati uenerunt, ſed mulier tandem Aethyopem peperit. Quæ res, & riſum & chachinum omnibus excitauit, ita ut & compaternitatem, & lætitiam principis turbauerit. Tybicen tum fortè Maurus in eius familia erat, ex quo natum puerum credidere. Qui mox ubi directum eius flagitium intellexit, ſaluti ſuæ fuga conſuluit, eo itaque ſine liberis mortuo.

Raynaldus autem Vrſinus ipſius ex filia gener, in eius locum ſuffectus eſt. Vir peracri ingenio, & rei militaris peritus. Quem Alphonſus rex Aragonū intra mœnia oppidi clauſum, terra marique ſummis uiribus oppugnauit, ſed nō minori uirtute, ipſe ab intus ſe ſuóſque defendit, quanquam rex ab exteriori muros inuaſerit. Pugnatum eſt diu acri contentione, ita ut multi utrinque ceciderint, in eo autem prælio multorum uirtus enituit. Cumque diu Alphonſus rex ad id oppidum perſtetiſſet, & oppidi expugnatio difficilis uideretur, & ei comeatus pro caſtris non eſſet, diſſoluta obſidione receſſit. Nec diu, nec rex & Raynaldus hic uixere, ambo enim eodem anno periere. Eo autem mortuo, uxor eius Catherina uerita ne Ferdinandus rex Alphonſi filius uiri delictum aliquando puniret, miſſis oratoribus poſt adeptum regnum, tributum ei quotannis dum uiueret, aureum poculum quingentorum aureorum, ſe daturum ſpopondit.

Manuel Apianus, mortua Catherina Raynaldi uxore, in principatu Plumbini ſucceſſit, ſed quot annis præfuerit non habemus. Nam ipſa Catherina mortua, ſolliciti oppidani, quem ſibi potiſſimum dominum legerant, confeſtim renunciatum eſt, hunc Manuelem adhuc ex principum antiquorum proſapia ſupereſſe, cui ſe committere poſſent. Hic diu in armis uerſatus fuerat, in quibus nec opes, nec nomen ſibi ullum congeſſerat. Ob quam rem, dimiſſis iam armis, uxorem tandem acceperat, cum qua apud Apulos uitam tenuem ducebat. Cumque à Plumbinenſibus publicè uocatus fuiſſet, fortunæ ludum libenter ſuſcepit, & tanquam ſi reliquum uitæ tempus dormiſſet, in alterum uirum ſe mutauit. Vnde etſi admodum ſenex principatum ſuſcepiſſet, illum multis annis ſapienter gubernans, & ſuis ciuibus gratus, & amicis uicinis acceptus ſemper fuit. Deceſſit tandem, & è duobus filiis extra matrimonium ſibi natis, iuniore (quem ciuitas ſeniori præferebat) hærede & domino eiſdem inſtituto. Aedificauit autem hic ſenex pluribus in locis, ſuo in loco oppido ſplendidè ac magnificè.

Ludus fortunæ.

Ferdinandus eius nominis ſecundus Alphonſi regis extra matrimonium natus, hoc anno patre defuncto, ex eius teſtamento, in Neapolitanum regnum ſuccedens, regnauit annis. 39. Cum enim mortuo Alphonſo rege ſine prole legitima, id regnum eſſet ad eccleſiam deuolutum, cordique fuit Calixto pontifi. excellentiſſimi ingenii uiro, regnum illud repetere. Verum haud multò poſt morte pontificis ſuperueniente, ea de cauſa Ferdinandus metu liberatus eſt, poſtmodum à Pio Calixti ſucceſſore (reclamantibus Gallis) regni confirmationem accepit, & corona regia donatus fuit. Cum hac tamen clauſula, nullius iuri derogando. 6655 1456

Clauſula in cōceſſiōe regni appoſita.

Ioannes autem Andegauenſis Renati olim regis filius, audita Alphonſi morte, correptis mox armis, cum ualida claſſe in regnum aduolauit, & adiuuante Iacobo Picino Vito bellicoſiſſimo, bellum Ferdinando intulit, & cum nauigio in diſcrimine expoſuit. Et niſi ab Pio pontifice atque Franciſco Sfortia, tum Mediolanenſium duce adiutus fuiſſet, de eo omnino actum fuiſſet, pulſo itaque Ioanne Andagauenſe, regnum omne pacatum eſt, & multos hoſtes poſtmodum Ferdinādus bello cōpeſcuit. Hiſdem uictoriis perterriti

Apuliæ

Apuliæ principes, maximè qui Gallica sequebantur arma, ad Ferdinandum accessere, & pacem atque ueniam ab eo expostulauere, quos nihilominus perbenignè in gratiam & pacem omnes protinus excepit, alios autē quosdam è regno expulit. Cum autem Pius ponti fex eidem perbenignè tributi partē relaxasset, & ipse subditis suis sua tributa imminuit, de quo non minimè laudatus fuit. Mortuo autem Pio, graues inimicitias cum Paulo pōtifice, Pii successore, hic suscepit, occasione annui cēsus ecclesiæ debiti, indéq; multo maiores simultates & indignationes cum senatu Veneto ob Cypri regnū concepit. Nā mortuo Iabobo Cypri rege, cum Ferdinādus hic id regnū occupare decerneret, ab senatu prohibitus est, quod Iacobus rex moriens Posthumum in tutelā Venetorū consignasset, & sui tutorē dereliquerit, idcirco quod prohibitus fuerit, rex nouas in senatu semper moliri non destiterit. Quæ res multa mala, tum in senatu, tum in seipsum regem excitauit, ipse etenim rex ab senatu infensus Turcum quāmaxime (ut aiunt) in Venetos multitudine concitauit, atque alia mala moliri non destitit. At Veneti omnia circūspicientes, ueriti ne quid mali sibi obueniret, cum Turco pacem composuerunt. Quæ res effecit, ut Turci Venetis relictis, omnem belli uim in regem conuerterint, atque ita Hydruntum maritimam Apuliæ urbem, imminutam inuenientes, ex improuiso cum maximo danno atque dedecore eidem regi abstulerint. Et nisi Mahumetus Turcus de repente morte sublatus fuisset, non modo de suo Apuliæ regno, sed & ut ita loquar, de tota Italia actum erat. Mahumeto uero mortuo, difficillimo bello urbem rex per Alphonsum filium suum Calabriæ ducem tandem recepit. Cum Sixto autē ponti. 4. Pauli pōti. successore, uaria fortuna usus est, pacémq; & odium quasi (ne dicam per ludum) sed puerorum more, inter se sæpius reuoluebant. Sic & cum Innocentio ponti. 8. qui erga istum regem ex ingenti odio ad summam gratiam, móxque ex summa gratia iterum ad odium, & iterum de odio ad gratiam ultima uice se conuertit, ut plærique grauissimi adhuc extantes sæpe cum admiratione damnarunt. Denique rex hic, cum auaritiæ nimium deseruiret, nec ullis opibus tanquam crassus saciari posset in anno salu, nostræ. 1485. omnes regni principes & barones quoscunque, per Alphonsum Calabriæ ducem filium suum in urbe Teatina conuocauit. Et eis uectigalia augeri uoluit. Veritusque ne cæteri Petrum Salum Camponiscum Montorii comitem, primarium inter cæteros principes sequerentur, tanquam uirum sapiētissimum, euestigio illō cum filio atque uxore in uinculis coniecit. Quæ res cæteros omnes (suadente Innocen. papa) ad rebellionem concitauit, quod ubi pontifici innotuisset, pergratum habuit, & statim ad amicos in rebellionem confirmandos, bellum contra regem pro eis suscepit. At rex indignabūdus euestigio quoscumque proceres, quos in curia habebat, cœpit, & alios interemit, alióśque in arctissimis uinculis coniecit, quod archana regis consilia, aliis regni proceribus rebellis propalasse diceret, quorum nomina fuerunt ista, uidelicet Antonellus Petrusius, Pelicastri comes, primus inter secretorum suorum particeps, & Franciscus eius filius uir sapientissimus, Frācíscus Copula, Serni comes, Tertius, Anelus Archamula, Borella comes, postremò etiam alios cœpit principes, utpote Carolum Senseuerinarem, comitem inclyti principis Bisignani germanum, Petrū de Bausio, Altamuræ principem, deinde principem Melphæ, comitem de sancto Seuerino, & alios plerosq; uiros bonos, quibus & bona sua abstulit, atque quibusdam & uitam ipsam, quorum lachrymæ ad dominum iustum iudicem tandem peruenere, ita ut plæraque mala suis in filiis atque nepotibus, necnon in toto regno, iusto dei iudicio subsecuta sunt, de quibus infra suo loco dicetur. Quatuor autem filios ex Isabella optima ac pudicissima uxore, suscepit mares, uidelicet duos Alphonsum & Federicum, ambo reges: & femellis autem Eleonoram Herculis Ferrariæ ducis uxorem, ac Beatricem Matthiæ Panoniorum regis uxorem. Denique breui morbo corruptus ex catari descensu, ex immoderata uenatione causato, die ueneris. 25. Ianuarii. 1494. in pace quieuit.

De regno Cypri.

Principes quoscæpit & incarcerat hic cōmemorat.

Isabellæ filii 4.

6655 1456 Ioannes Ferdinandi, superioris regis secundo genitus, Alphonsique prædicti regis frater, Lusitaniæ rex, qui cum Alphonso rege captiuus in philippi Mariæ Mediolanensium ducis manus deuenerat, hoc anno Alphonso germano rege sine filiis legitimis decedens, in regnis Siciliæ & Aragoniæ successit, & uiginti annis feliciter regnauit. Hunc princi-

pem præclaræ & eximiæ bonitatis uirũ fuisse tradũt, ac Christianæ religionis præcipuum zelatorem, insuper & clementissimum, iustissimum, munificentissimum, ac deuotissimum, nec non & animi magnitudine præcellentissimum. Quippe quod cum esset illustri sapientia admodum ornatus, omnia eius gesta, ac etiam cogitatus ad dominum se retulisse ostendit. Et idcircò quoad uixit, nulla eidem prorsus fuerunt aduersa, sed secunda & fausta omnia, & ad uota omnia sibi succedebant, ipsum etenim omnes nedum Christiani principes, sed & aliarum nationum reges, mirificè amabant, colebant, & ex omni animi sententia uenerabantur. De principe isto plurima quidem, & propè infinita referebantur summæ uirtutis monumenta, quæ breuitati studentes omittimus. Tandem de deo, deque hominibus benemeritus, deficiens in senectute bona, Ferdinandum filium iam ulterioris Hispaniæ regem uxoratum, in regnis Aragoniæ & Siciliæ, cum Helisabeth Henrici regis filia uxore, dimisit hæredem.

Paschalis Venetorũ dux. Paschalis Malipetrus, sexagesimus octauus Venetorum dux, hoc anno Francisco Fuscaro admodum sene nondum defuncto, eidem surrogatus, ducauit annis. 4. men. 6. & die. 6. Hunc senatus omnis ob diuturnitatem uitæ Francisci Foscati, maxima cum lætitia principem instituit, & ad insinuandam lætitiam noui principis, omne genus ludorum instituit, atq; castellum ligneũ ualde ualidum in foro sancti Marci ædificari iussum est, quod fortium militum præsidio firmatum est, quod postmodum à fœmina bona nomine incredibili uirtute expugnatum est, cum maxima astantium admiratione. Hic itaque Paschalis optimus uir, tanto equidem principatu non solũ dignus, sed dignissimus habitus fuit, utpote quia integer, uerus, & apertus erat, nil habens ficti, nil simulati, sed neque sapiẽtia indiguus imò in omni actione præcipua quadam uirtute accommodatus. Christianã etenim religionem mirum in modum colens & obseruans, remque pub. conseruans, & scelestos quoad potuit, aut castigauit, aut urbe fugauit. Ciues & patritios suos sua iustitia concordes effecit, ac in unam quasi familiã coniunctissimos effecit, in eo nihil fluctuosum, aut turbulentum unqnam inuẽtum fuit. Totus moderatus & quietus ac pacificus erat, eos enim diligebat, imò & amplectabatur, atque honoribus & præmiis confouebat, quos uirtutibus excellere dignoscebat, ac doctrina maximè præstare didicerat, bellum super omnia perhorrebat, & urbanas uirtutes summopere adamabat, unde & ad eas amplificandas iuuentutem totius nobilitatis Venetæ inuitabat, & incendebat ad litteras compescendas: quo factũ est, ut postmodum patritii Veneti tantum profecerint in omni dicendi genere, ut in præsentiarum cum omni antiquitate & dicendo & iudicando comparari possint, itaque inter cætera bona huius principis quæ plurima erant, nõ mediocris hæc fuit felicitatis, quod cum omnem belli meteriam è medio abstulerit, ad doctrinæ & eloquentiæ studia suos ciues præ omnibus antecessoribus principibus impulerit. Et cum multæ sint huius uiri præclarissimi commendationes, tandem deficiens, apud prædicatores sepultus est, magno sui desiderii apud omnes relicto. 6656 1457

Vlricus Ciliæ in Hũgaria comes, Sigismundi olim Cæsaris ex concubina filius, & Helisabeth Ladislai regis matris germanus, regisque prædicti Ladislai adolescẽtis magnus gubernator, uir sanguineus, hoc anno, à Ladislao uiro audacissimo & prudentissimo, filio uidelicet Ioannis Vniadis seu Vaynodæ apud Belgradum oppidum obtruncatus est, is erat uir pessimus, & sanguinem sitens, & iusto dei iudicio in sanguine occidendus, innumeros enim iniuste & inique nimium gladio percussit, quasobres & ipse gladio percussus fuit, ut sentẽtia Iesu Christi non mẽtiretur, qua dicitur: Qui gladio feriet, & gladio peribit. Apud eũdem Belgradum castellum superiori anno pater ipsius occisoris, Mahumetis superbiam confregit, & Turcos debellauit, nec minus creditum fuit filio non minus profuisse reipu. Christianæ in occisione pestilẽtis comitis, quàm patrem in profligatione Turcorum, cum Mahumetes & comes hostes religionis nostræ pessimi essent, ille uidelicet externus iste domesticus foret. Cometes qui eodẽ anno uisus fuit, huic opinioni abunde satisfecit. Eam ob rem Ladislaus rex licet adolescentulus occisorem capite plecti & fratrem Matthiam (postea regem) in carcerem includi fecit.

Crudelem hominem recitat.

Carolus

6656 1457





Arolus eius nominis septimus, Francorum rex, Caroli regis filius, qui fuit alterius Caroli filii Ioannis, filii Philippi regis, quem Eduardus Anglorum rex prælio (ut diximus) superauerat, sæpiúsque profligauerat, hoc anno, qui est quinquagesimusseptimus supra millesimum & quadringentesimum, postquam diu regnauerat, deficiens in senectute bona, duos post se reliquit filios, quorum primus Ludouicus eidem regno successit, sepultúsque in sepulchris regum, cum hoc titulo, Catles lo byo serui. Hunc regem, nec inter malos, aut inter bonos Francorū reges omnino connumerare præsumimus, mitissimi tamen animi atque pientissimi eum fuisse probatum habemus, sed hebetis ingenii & in omnibus inconsideratus fuit, qui cum aliquando tumultum magisquam bellum contra Anglorum regem, & Ioannem Burgundiorum ducem excitasset, & multos eorum interemisset, ab eisdē pauló post reuocata pugna, & ipse cum uniuerso exercitu suo fusus, ac profligatus est. Qua quidē profligatione Angli & Burgundiones perplures annos eum durissimis præliis affecerunt, ac multas eidem ciuitates abstulerunt, adeoque illum eo in discrimine posuerunt, ut parum quidem affuerit, quin é regno pœnitus disturbarent, & id quidem iuste propter ipsius innumeras iniurias & ingratitudines passus est. Et nisi per Iannam Pulcellam Subulcam deus miraculo se eisdem restitisset, de eius regno actum fuisset, hanc historiam in uita ipsius Iannæ Pulcellæ, serió descripsimus, ubi de claris mulieribus libellum ædidimus. Auspicio itaque & ductu unius puellæ, rex hic perditissimum recuperauit regnum. Angli ueró cum demum puellam apprahendissent (in urbanitate nimia usi) illam igni exusserunt, ac sic uictoria huic regi accidit, secundum ea quæ puella prædixerat, ut ostenderet deus ipse nullam esse humanam potentiam, quæ propriis adminiculis perpetuam stare possit, si suo creat præsidio, paululum idcirco dominus ab hoc rege recessisse uisus fuit. Recuperato itaque regno, hi qui ab eo defecerant, ad misecordiam regis redeuntes, omnibus (ut erat animo regio & pientissimo) pepercit, atque ipsum paternum & auitum receptum, non solum conseruauit, sed & mirum in modum auxit. Deinde Nicolao sanctæ Crucis cardinale, ordinis Carthusiensium legato uiro prudentissimo intercedente, cum Ioanne Burgundiorum duce, qui cum Anglorum rege senserat, pacem composuit. Quem nihilominus haud multó post fraudulenter & per insidias interficere fecit, quod parricidium postmodū infinita prope mala concitauit. Hic cum Ludouicum filium Delphinum futurum successorem haberet, ab eodem propter ipsius mentis obstinationem multa mala & incommoda quoad uixit sustinuit.

Carolus. 7. Francorū rex.

Pulcella Gallica regnū recuperat puella concrematur.

6656 1457 Ludouicus autē Caroli prædicti regis filius, hoc anno patri in regnum succedens, regnauit annis. 26. Hic cum regis primogenitus haberetur, Delphinatus principatum ex more regio assecutus est, qui uiuente patre semper propter dissensiones ab eodem exul fuit. Regnóque suscepto, imprimis aduersariis suis nonnullis depressis, etiam multos patris beniuolos regno depulit, inde cum libertatem ecclesiæ in regno minuere attentasset, multos Romanæ ecclesiæ pontifices, & maxime Pium papam aduersarios habuit. Huic Carolus Berillis dux frater fuit, cum quo maxima dissidia fuerunt. Ioan. quippe Berillis dux Carolus, cum regni partem uendicare tentasset, regnum omne in magno discrimine posuit. Fauebant autem adolescenti imprimis Renatus prouinciæ rex, & eius filius Ioannes, Carolus Burgundiæ dux, Barbonensis dux, Duxque Bertaniæ, & alii quamplurimi Galliarum principes. Qui conspiratione facta, hunc regem aliquando ad limina diuæ Mariæ de Ponte proficiscentem, capere tentarunt, quod cum eidem innotuisset se armis tutatus est. Adeó tamen ipsum urgebant, ut necesse fuerit, non solum ex Gallia omni, sed ex Germania, atque Italia auxilia expostulare, maximéque à Francisco Sfortia, tum Mediolanensium duce, qui filium suum primogenitum Galleacium, cum tribus millibus equitibus absque peditibus totidem, eidem mox in subsidium misit. Eundem autem Carolum Germanum Berillis ducem, cum ueneno fraudulenter sustulisset, in eo omnes Galliarū principes, maximéque Burgundiorum dux potentissimus, maximam indignationem susceperunt, &

Ludo. 11. Francorum rex.

Dux Burgũdiæ hinc multa abstulit exercitibus plurimis instructis,in regem hunc proruperunt. Dux uero Burgundiæ,in Pichardiam aduolans, primariam prouinciæ urbem, nomine Pichignetum cœpit,& omnibus in ea interfectis,ignem apposuit,& prorsus eam complanauit,atque tali impetu plurimas alias colonias cœpit,& expugnauit, atque Belouachum urbem munitissimam acriter obsedit. Deinde in Normandiam properans(quæ fuerat fratris demortui prouincia)multa oppida & terras conflagrauit & euertit. Rothomagnum etiam maximam ciuitatem oppugnauit. Pius autem ponti. Ro. ad eosdem tumultus sedandos Bisarionem Nidenum cardinalem uirum eloquentissimum & sapientissimum eò misit,qui cum diu laborasset,in secto negocio Romam rediit. Mortuo denique Carolo Burgundiorum duce,confestim hic rex ablata uniuersa recepit. Fuit hic rex admodum leuis,& ad iram sucensus,sed deuotus & pientissimus, Demum in anno domini.1484. Remis deficiens, Carolum primogenitum annorum.15. ætatis existens,habuit successorem.

Iacobus Ioãnis Cypri regis ex concubina filius,hoc anno post patrem maximo cum labore in regno succedens,regnauit (interregno supputato)annis.12. Hunc pater cum uideret regni admodum cupidum, eo quod esset in primis forma egregia,& statura corporis regio digna honore, atque animi dotibus & dicendi elegantia longe eidem dispar, quòd ut dictum est erat homo certe ignauus & animo obtuso, suæ uxoris Helenæ suasu,ecclesiasticis iniciatum fecit ordinibus. At pater cum unicam tantum haberet filiam Carlotam nomine,ex matrimonio susceptam, illam regni sui hæredem instituit, & Ludouico Sabaudiensis ducis filio,consobrino suo,matrimonio copulauit, eoq; contracto, paulòpost rex & regina morte sublati sunt. Quibus defunctis,regnum multifarie turbatum est. Ludouicus uero Carlotæ sponsus,crebris nunciis uocatus,post annum, ex Venetia Cyprum adnauigauit,ubi magno omniũ plausu & fauore rex appellatus est. Iacobus autem hic,nequaquam eius aduentum expectare ausus, interim cum certis amicis suis numero centum,ad Soldanum in Syriam nauigauit,eique cum lachrymis & uerbis humilibus, suam conquestus est iniuriam,& ab eodem expostulauit,in regnum paternum collocari. Quibus uerbis, non modo Soldanum ipsum commouit,sed omnes qui aderant ad pietatem excitauit,dicentes. Iacobum hunc indigna pati. Tandem Soldanus Iacobi precibus inclinatus,mox eidem subuenire constituit. Erat autem Iacobus tum annorum.22. Vnde confestim iussu Soldani allatis regiis ornamenti,in conspectu omnium procerum suorum Cypriorum,rex declaratus est,ac per Alexandriam urbem more regio circunductus præcipuis honoribus cumulatus est. Atq; eidem classem decreuit,quæ ipsum cum multa militum manu deueheret. Quo Cyprum ueniente, Ludouicus nouus rex,eius impetum non tulit,sed fuga sibi salutem querens,in Nicosiam urbem sese recepit. Iacobus autem reliquis omnibus regni & insulæ urbibus receptis, obsidere Ludouicum statuit, sed post aliquantulum temporis spacium Carlota in Italiam delata,& Ludouico ipso ex insula pulso uniuersum regnum in pace recepit. Quo adepto etiam Famagustam primariam regni urbem, à Genuensibus diu possessam,eisdem abstulit. Et ita uniuersum regnum ad mortem usque in pace possedit. Deniq; ad regni sui stabilimentum Catherinam Marci Cornarii,patricii Veneti filiam, à senatu Veneto uxorem expostulauit,quam idem senatus in filiam sibi adoptauerat,libenter matrimonio copulauit. Quaducta, paulò post (ipsa prægnante) ex profluuio uentris mortem obiit. Vxore & Posthumo hæredibus relictis,quos ex testamento senatui Veneto commendatos fecit, Posthumo autem haud multò post infantulo sublato, id regnum in Venetorum manus deuenit. Ac sic in hoc rege Iacobo omnis Lusignanorum regum Vltramontanorum in Cypro extincta est. Qui reges à primo Guidone Lusignano,usque in præsentem Iacobum ultimum regnarunt apud Cyprum insulam, ab anno salutis nostræ 1195. usque in annum.1470. annis omnibus supputatis,trecentis quinquagintaquinque.

Carlota huius soror fuit

Caput s. Andreæ Ro. detulit. Demetrius & Thomas Paleologi Græci Corinthi in Peloponneso prouincia principes,hoc anno de principatu contẽdentes,à Mahumeto Turcorũ principe intercepti sunt. Et inde non solum Corinthum urbem, sed & totam Peloponensem tributariam sibi fecit. Deinde post triennii tempus Thomas prædictus, è Turcorum manibus delapsus, caput diui Andreæ apostoli,qui in Achaia sua prouincia crucifixus fuerat, secum Romam attulit,

attulit,& illud Pio pontifici maximo,cum magna ueneratione dono dedit. Quod quidem pontifex ipse pientissimus summo cum honore & deuotione excipiens,in honorem con festim sacellum in beati Petri corpus,in Vaticano extrui fecit, & illud magnis & exquisitis muneribus decorauit,ubi & postmodũ corpus suum ipse pontifex sepeliri præcepit.

Caput S. Andreæ apostoli Ro. detulit.

Ludouicus cardinalis Aquileiensis,uir strenuus & magni spiritus, atque Christianæ fidei propugnator ardentissimus, hoc anno à Calixto pontifice classi pontificiæ præfectus designatus,in auxilium Rhodiorum accedens,plures Turcorum naues superauit atque demersit,& omnium hominum captiuorum corpora palo suffixit, & plurimas insulas,uidelicet Lemnum, nunc Staleminum appellatam , Taxum & Nembrum , ac alias quasdam Aegei maris minoris nominis Turcis ademit. Deinde in Aegyptiis conuersus,eos quiescere non permisit,sed neque Syros,neque Celicas. Mortuo autem Calixto, Ludouicus classe dissoluta, Romam rediit, Rhodo quammaxime & omni Oriente in maxima desperatione & discrimine relicto . Et propterea acquisitæ insulæ ad hostes rediere , cum Pius pontifex eius Calixti successor intestinis Italiæ motibus, & subditorum seditionibus occupatus,longinqua prospicere non ualeret,cum Roma ipsa maximo esset in periculo.

6657 1458 PIus eius nominis secundus papa, natione Hethruscus, patria Senensis, Aeneas Siluius poëta antea uocatus , patre Siluio nobili satis familia Picolominea natus,hoc anno Calixto pontifici surrogatus, sedit annis quinque, mensibus undecim,& diebus uigintisex,breuis quidem pontificatus ,sed ingens gloria fuit. Vir planè omni laude dignus,utpote eruditissimus,eloquentissimus,copiosissimus, ac fortitudinis & prudentiæ singularissimus , qui non ad ocium , nec ad segniciem , sed ad res agendas,& quidem maximas uocatus,maiestatem pontificiam augere uisus est,pro qua neque reges,aut duces,aut populos,atque tyrannos ullos formidasse compertum est , imò si quos delinquentes uidisset,& bello & censuris tamdiu persequebatur,quo id usque ad sanitatem redisse agnouisset. Et propterea Ludouico Francorum regi aduersarius extitit, quòd libertatem ecclesiæ suo in regno minuere tentaret. Borsio Estensi comminatus est, quòd Sigismundo Malatestæ,& rebus Gallicis contra Ferdinandum faueret , Sigismundum Austriæ ducem, quòd in cardinalem ad uincula Petri animaduertisset, diris execrationibus persecutus est. Maguntinum insuper antistitem, male de ecclesia Romana sentientem,sede deiecit,& alterum eius loco suffecit. Beneuentanum quoque Archiepiscopum contra eius uoluntatem res nouas molientem,& Beneuentum Gallis prodere uolentem,archiepiscopatu summouit,multásque Campaniæ urbes in potestatem ecclesiæ redegit. Nil regibus,nil populis timore uel auaritia unquam concessit ecclesiæ,& sui inimicos ueluti hostes publicos constanter & intrepide persecutus est . Amicos autem humanissime & officiosissime semper adiuuit . Hic primo sui pontificatus anno Mantuæ conuentum pro fide Christiana habuit, & in eo principes omnes congregauit,ut Turcis bellum indicerent,sed frustra id fuit. Ea quippe de causa innumerabiles uiros ex Hispania,Gallia, Germania,in Italia conuocauit , quos dum ipse pontifex Anchonam proficisceretur, inuenit,quorum magnam partem, & maxime Germanorum, cum benedictione apostolica in patriam remisit,eo quòd minus idonei uiderentur. Fuit autem Pius hic pontifex in primis (ut superius monstratum est) studiosissimus & doctissimus homo,& doctorum uirorum amantissimus,incontinentissimæq; uitæ & ocii,ac diffidiæ inimicissimus , statura breui,facie senecta & serena,canóque capite,qui tandem anno ætatis suæ sexagesimoquarto, cum Anchonæ esset cum innumerabilibus populis proficisceretur, lenta febre percussus, diem clausit extremum. Cuius funus Romam delatum, in basilica Petri apud altare sancti Andreæ,sepulchro marmoreo conditum est,cui tale Epitaphium inscriptum est : Pius secundus pontifex maximus,natione Thuscus,patria Senensis,gente Picolominea, sedit annis sex, breuis pontificatus,sed ingenti gloria fuit . Conuentum Christianorum Mantuæ pro fide habuit. Oppugnatoribus Romanæ ecclesiæ intra atque extra Italiam restitit, Catherinam Senensem inter sanctas Christi uirgines retulit, Pragmaticam in Gallia abtogauit, Ferdinandum Aragonensem in regnum Siciliæ cis fretum restituit, Rem ecclesiæ auxit,& fodinas inuenit, tum alumnis apud Tolpham instituit , cultor iustitiæ & religionis

Pius papa. 220

Fräcorũ regem & Ferrariæ ducem, ac Sigismũdũ Malatestã cõpescuit

de eius doctrina & morib.

Huius Epitaphium.

amator admirabilis eloquio, uadens in bellum, quod Turcis indixerat, Ancouæ decessit, ibi & classem paratam, & ducem Venetorum cum suo senatu militonem Christi habuit, relatúsque est in urbem patrum decreto, & hic conditus, ubi caput sancti Andreæ apostoli ad se ex Peloponneso aduectum collocari iusserat. Hic toto suo pontificatu cardinales duodecim ueteribus addidit. Vrbem Romanam etiam multis ædificiis exornauit, & Tybure arcem extruxit.

Ars imprimendi lib.

Ars imprimendi libros, his temporibus in Germania primum enata est, quam alii repertam asseuerant à Cuthimbergo Argentino, alii à quodam alio nomine Fausto, alii à Nicolao Gensone prædicant, pro qua innumerabiles authores ipsi congregauerunt diuitias, qua certè nulla in mundo dignior, nulla laudabilior, aut profectò utilior, siue diuinior & sanctior esse unquam potuisset: in cuius laudem quidam ex nostris hos cecinit uersus, dicens:

O felix nostris memoranda impressio sæclis.
  Inuentore nitet utraque lingua tuo.
Desierat quasi totum quod fundis in urbem,
  Nunc paruo doctus quilibet esse potest.
Omnes te summis igitur nunc laudibus ornent,
  Te duce quando ars hæc mira reperta fuit.

Aluminis rochiæ inuentio.

Alumen etiam Rochiæ, quam Græci Pharno appellant, hac tempestate à quodam Genuense primum in Italia inuentum in Volaterano agro est, quo optimè decocto & probato, postmodum in Italia multis in montibus effodi cœptum est. Antea etenim Itali nostri in præsens usque eiusmodi fodinas nullatenus in usum habebant, sed ex Turcia à negociatoribus alumen nobis uehebatur, quæ res non paruum certe emolumentum nobis præstitit.

Perinus Campofregosius, Genuensium dux, magnanimus quidem & audacissimus uir, 6658 1
hoc anno apud Genuam urbem suam, suis inter sese ciuibus dissidentibus à Gallis per nobiliores urbis introductis, in conflictu turpiter uulneratus, die sequenti uitam cum morte mutauit. Quam sanè occidionem cum Paulus eius germanus urbis archiepiscopus æquanimiter ferre non posset, haud multò post Gallos ipsos urbe eiecit, & complurimos eorum extra urbem crudeliter interfecit, ciuitatéque obtenta, se ipsius ducem constituit.

Galli multi interficiũtur.

Ludouicus secundus, Alobrogum seu Sabaudiensium dux, Amedei olim primi ducis (qui se Felicem papam nominauerat) filius. Vir quidem multæ bonitatis, innocentiæ, & placabilitatis, necnon & eximiæ pietatis princeps, hoc anno postquam uno & triginta annis principatum illum optime gubernasset, apud Lugdunum Galliarum urbem à suo genero Ludouico Francorum rege uocatus, ibidem Christianissimè mortem obiit, relicta post se pulcherrima ac numerosa filiorum ac filiarum sobole, ex uxore pulcherrima regis Cypri filia suscepta, quorum de numero Amedeus primus eius in regno successor fuit, secundus Ludouicus Cypri rex, postmodum à Iacobo (ut dictum est) è regno pulsus, tertius Ioannes Gebenarum comes, quartus Philippenus, qui & ipse dux tandem fuit, eo quòd omnis linea Amedei fratris sui masculina defecisset, quintus & sextus ambo ecclesiastici episcopi, minimus & ultimus Iacobus, uir bello non ignarus, qui nonnulla præclara in bellis peregit facinorã. Filiæ uero ipsius in primis una extitit Francorum regina, Ludouici regis coniunx, & Caroli octaui mater, Alia Montisferrati marchionis uxor, Tertia Bona nomine, Galeatii Mediolanensium ducis nupta, atque aliæ multæ.

Filios huius cõmemorat.

Amedeus itaque, prædicti Ludouici filius, tertius Sabaudiensium dux, hoc ipso anno in 6661 1462
paterno regno succedens, regnauit annis fermè tredecim. Vir utique bonus, imò ex bona parentum radice optimus, placabilis sanè & innocens, pientissimus ac iustissimus, ac ingenti sanctimonia decoratus. Qui (licet comitiali morbo, quem alii caducum morbum uocant, sæpius laborauerit) regnum tamen suum tanta prudentia iustitiáque ac æquitate semper gubernauit, ut in eo unquam quippiam querulosum auditum fuerit. Cuius inter cætera suæ laudis opera, hoc præcipuum fuit, et quidem memoratu dignissimum, quòd pauperes Christi mira cũ pietate semper complexus est, quos & profusissimis eleemosynis

M.. caducũ patiebatur.

etiam propriis manibus quandoque confouebat. Eos sui regni strenuissimos commilitones & fortissimos defensores esse contestans, qui Isabellam cordatam mulierem Ludouici Francorum regis germanam ducens uxorem, ex ea autem duos suscepit filios, Philibertum uidelicet & Carolum in regno successores, quia post ipsius mortem, cum Philibertus natu maior in pueritia patri suffectus esset, statim quasi è uiuis sublatus est. Quo mortuo, Carolus paruulus eidem succedens, haud multum superstes fuit. Hic itaque Amedeus uerus Dei cultor & amator, tandem cum Vrcellis deuenisset ibidem adhuc iuuenis multa cum laude sui defunctus, atque sepultus est, quo carnis sarcina exuto, suæ beatitudinis famam signis & miraculis reliquit. Eius uxor Isabella propter filii teneritudinem aliquot annos regnum omni cum laude administrauit.

5999 1462 Margarita Britanniæ regina, & Henrici regis ardentissima coniunx, ex Francorum genere orta, hoc anno cum esset præcelsi animi uirago, uno duntaxat incredibili facinore se uniuerso Occidenti illustrem & magnanimam declarauit. Nam cum audiuisset regem maritum suum in bello ab Anglis superatum & captum, euestigio collectis copiis, maximo impetu hostem insecuta, apud Fractum pontem Eboracensem, eundem terrifico prælio uicit, captúmque inimicorum ducem, in ultionem capti mariti, statim securi percussit, deinde hostes fugitiuos consecuta, qui captiuum ducebant uirum, uidelicet itinere unius diei à Londino seu Loudra, eosdem uicit, & multis eorum cæsis, maritum recuperauit. Sed haud multò post apud Eboracum urbem, cum Eduardo, qui se eiusdem regni faciebat, & dicebat regem, congressi diu obstinatis utrinque animis decertarunt, pugnatúmq; est continuè per horas duodecim. Tandem uictus Henricus huius maritus, cum ipsa sua præstantissima uxore, fuga se hosti eripuit. Verum Henricus in monasterio quodam se recipiens & latitans, ab hostibus cognitus, denuò capitur. Regina uero in Narbonam ad fratrem Renatum confugiens, ibidem saluata est. Eo quippe in prælio cæsa fuerunt plusquam triginta hominum milia, adeò ut ferè omnis Britanniæ nobilitas cecidisse credatur.

Margarita Britanniæ regina. Henricus rex cũ uxore capitur.

30. hominum mil. cæsa sunt.

6661 1462 Christophorus Maurus, sexagesimus nonus Venetorum dux, hoc anno in demortui Paschalis loco, omnium consensu principis suffectus, ducauit annis nouem, mensibus sex, & diebus septem. Vir singularis clementiæ & humanitatis, ac multarum rerum experientia doctus. Sub isto principe res Veneta à Turcis magna suscepit incommoda. Primo etenim sui principatus anno Mahumetes contra rempublicam grauissimum mouit bellum, & primo quidem impetu quadringentos & quinquaginta Venetos milites captos uno die oẽs occidi iussit. Deinde cum ipse Turcus Corinthum (ut præmissum est) occupasset, & Peloponnesum sibi tributariam fecisset, Veneti euestigio ingentem classem cum magnis copiis, ad obsidendam Corinthum misere, ubi tumultuario opere in Isthmo ueterem murum fossámque ad utrumque mare protensam, ædificare cœpissent, à Turcis per interruptas munitionis ex improuiso adorti & profligati, infecto opere, omnes ad naues confugerunt.

Isthmos autem de qua nobis nunc fuit sermo, est quædam terræ pars angusta in Peloponneso, inter duo maria conclusa, quæ ad Cheronensem iter porrigit. De qua Ouidius in epistolis Heroidum ait: Aequora bina suis, oppugnant fluctibus Isthmon, Et tenuis tellus, audit utrumque mare. Hic quatuor milibus Aegeum mare ab Ionio summouit, & Peloponnesum angusto tramite bellandi annectit. Anno deinde sui principatus tertio, Mahumetus idem Turcus, Venetis Calamatam ui abstulit, & eorum exercitum superauit. Qua uictoria illatus in Albiam mouit, & Dirachium expugnauit, atque alia nonnulla eorũ oppida in Epiro ademit. Ad quem cum legatos de pace pretractanda transmisissent, eosdem gladio euaginato à conspectu suo summouit. Deniq; & Euboeam insulam cum Calcide seu Nigroponte eisdem Venetis abstulit & diripuit, Christianis quotquot in ea comprehendit ad unum cæsis. Cuius rei calamitate permotus ardentissimus princeps Christophorus, maximis exercitibus à Pio pontifice conflatis, cum ingenti classe, unà cum pontifice Romano decreuit contra Turcum in bellum ire. Sed dum classis ipsa in Anchonitano portu adesset præparata, pontifex ibidem uita excedens, res tam sancta frustrata est. Reuersúsque domi, quosdam magistratus in urbe ueteribus adiecit. Et primo lignis ad uitæ humanæ necessariis duos uiros præfecit, qui ex publica pecunia ligna ad publicũ usum

Magistratus primus

quæsita mercarentur,& conseruarentur,ut conseruata tempore hyemis,eorum inopia, in urbe laboraretur,ut quum postmodum esset illa pauperibus distribuerentur, eodem uidelicet precio. Alium insuper magistratum trium uirorum caducariorum instituit,qui præessent tributis tempore suo non solutis,quique multa debitoribus irrogata, ipsi pignora caperent,& suo precio uenundari facerent,ita ciues quoscunque ad tributum soluendum compellerent. Tertio magistratui aduocatorum (cum sex ab antea forent) quatuor addidit, qui in forensi turba & strepitu, & rex turbatione causas circa tribunalia agerent. Alios & postmodum præter illos constituit , qui in Riuoaltino foro tantum causas agerent. Quintum postremò magistratum de armorum prouisoribus creauit, propter grauissima Othomani Turci bella, qui (ut diximus) multum cruorem terra marique effundebat,qui armis præessent perpetuo,ut arma & omnia ad bellum necessaria mature præpararent. Hic inter cætera sua ædificia, monasterium sancti Iob intra urbem ordinis minorum propriis pecuniis ædificauit,ubi & postmodum moriens se sepeliri fecit.

Msgistrat.2. Magistrat.3. Mag.4 Magistrat.5.

Matthias Ioannis Vniadis seu Vaynodæ filius secundo genitus,hoc anno Ladislao præstantissimo rege iuuene sine liberis defuncto,in regnum Hungariæ succedens, regnauit annis . 27 . Hic ob mortem comitis Ciliæ,à suo germano,nomine Ladislao, interfecto, in carcerem à prædicto rege Ladislao raptus fuit,ubi quamdiu superuixit,Ladislaus ipse rex seruatus est. Mortuo deinde ipso Ladislao rege,dum in carceribus adhuc custodiretur, decem & octo annos natus, nono calend. Februarii inter quadraginta milia uirorum, qui apud Pragam urbem medio in Danubio cum glacie constricto impatientes magni secreti, uidelicet electionis exitum expectabant,rex acclamatus est. Quæ res matri(quæ adhuc primogenitum capite abscissum deplorabat) ex repentina lætitia exitium penè fuit, quæ tot cladibus afflicta,filium prius regem appellatum audiuerit,quàm uinculis exemptum . Vir igitur Matthias rex omni preconio dignus & regio potissimum honore,qui infinita prope,tum diuina,tum humana gessit præclara facinora. Delectus itaque & constitutus Pannoniorum rex Matthias, id Federicus Cæsar iniquo perferens animo, confestim aduersus eum instruxit exercitum. Sed Matthias ingentis animi adolescens,qui robustorũ militum, & quidem pugnacissimorum abundabat numero,mox amplissimum contra Cæsarem coëgit exercitum,consertisque præliis,sæpe amplissimam reportauit uictoriam. Paceq; cum Cæsare confecta, ne à genitore degenerare uideretur, contra Turcum ingentia facinora gessit,maximè quòd Hungariæ regnum bello consequi annitebatur,nec propterea ullum eidem Matthiæ timorem iniecit . Et quanquam copiæ Mahumeti longe maiores semper fuerint,& regnnm ipsius populatus fuisset,Matthias hic adhuc iuuenis cum expedita manu illi sese obiecit. Dúmque ad manus uentum esset, tandem Barbarus coactus est terga dare:ubi in prima pugna ad triginta milia Turcorum cæsa fuere, propéque decem milia capta,& maiorem Bossinæ partem,qua ille potitus fuerat,recepit,& suo imperio Matthias adiecit. De tanta uictoria ubi senatus Venetus certior factus est,legatos repente ad Matthiam misit,qui cum ipso societatem inirent, & ut Christianam rempubli. omnem defendere posset,ipse senatus societate inita , octoginta milia nummûm auri quotannis soluturum spopondit,atque ita in hunc modum rex cum Venetis societate composita,innumeras clades ipsis Turcis intulit,& multò plura sui nominis magnitudine effecit, quàm alius rex armis unquam facere potuisset . Erat tum Taurini oppidum quod Belgradum nostri appellant,natura adeò munitum,ut non nisi obsidione expugnari posse uidebatur, quod Mahumetus & omni commeatu & tellorum multitudiue muniverat . Ad quod Matthias castra mouens,tam diu expugnauit,donec oppido potitus est,& ipsóque ad solum euerso,omnes milites qui in præsidio erant captos, ad unum omnes occidi iussit . Ea uictoria tantam Federico Cæsari uoluptatem attulit,ut ipsum Misiæ inferioris,quam Bohemiã uocant,regem constituerit. Ex quo ad urbem Pragam cum exercitu contendens, eadẽ post multam obsidionem compos factus est. Neque alias ipsius Matthiæ uictorias hoc in loco referre uolo,ne nimium contexatur historia: hoc unum de hoc rege uulgatissimum habemus,quòd merito cum Iulio Cæsare & Alexandro magno in omni re conferri posset,sæpenumero(cum legendi auidus) in ipsius puluinaribus inueniebatur Liuius historicus,aut Curtius

6662

Mater præ lætitia quasi mori ui sa est.

Belgradũ obtinet, Pragã urbem cœpit.

Curtius, & alios historicos, legebatq; ardentissime sacras literas, & ea quæ in his continen, tur memoriæ adeò cõmendabat, ut plæriq; admirarentur. His namq; rationibu s adductus nobilissimũ suo in regno gymnasiũ constituit, ad quod exornandũ peritissimos undiq; uiros accersiri fecit. Vnde factũ est, ut quæ ad mores institutáq; pertinebant eorum, Matthias nõ nescius euaderet. Non solrrtiã, non docilitatẽ unquã contempsisse uisus est. Iustitiæ autem quantũ sese dederit, improbi ac perditissimi homines mirifice ostenderũt, quos penè omnes regno eiecit: bonos uero, & beneficiis & honorib. cumulabat. Erátq; adeò liberalis & magnificus atq; munificentissimus in omnes, ut omnibus ætatis regibus anteiret. Nunquã hic princeps diuinus certe in uoluptate, nunquã in diuitiis aut honoribus, uel corporis bonis suũ finem constituendũ putauit, sed reiectis maiorũ erroribus, in Christianam religionẽ se cõtulit, & in ipsam summã felicitatẽ mentẽmq; oẽm suã erexit, & in finẽ usque contulit. Multas tamen simultates & bella cum Cæsare Federico habuit, adeò ut ipsi Federico Viennã imperii sedem, & alias ciuitates, atq; oppida multa abstulerit. Duxit autem Beatricem cordatam & eruditissimã adolescentulã, Ferdinandi Parthonopæ regis filiam uxorem, ad quã (propter ipsius ingentes uirtutes & eruditionẽ magnã) nos librum De claris mulieribus nuper æditũ dicauimus, ex qua nullos suscepit liberos, Ioannẽ tamẽ extra matrimoniũ susceptũ, filiũ habuit. Deniq; 6. Apri. die, anni salu. 1490. apoplexi correptus, uitã cum morte mutauit, illo Ioãne naturali filio relicto, ex quo maximæ cõtentiões inter proceres regni exortæ sunt. Aliis huic filio, aliis Vlatislao Cassimiri filio Bohemiæ regi, aliisq; Maximiniano imperatoris filio regnũ decernentibus. Res tamẽ inclinari uidebatur ad Matthiæ filiũ, quod is & paternos thesauros, & munitissima oppida cũ præsidiis penes se habebat, sed nil eidem profuere, cum Vlatislaus rex à proceribus prælatus fuerit.

Vitia omnia uitabat

beatrix Aragonia huius uxor.

6662 1463 Ioannes Bentiuolus Bononiẽsis, hoc anno prima Octob. die, Sancto in principatu Bononiæ succedens, præfuit illi ciuitati in præsens usq;, qui est annus secũdus supra millesimum quingentesimũ annis. 38. Vir magnæ prudentiæ & admodũ fortunatus. Non solum Sancto illi in urbis principatu, sed & in uxoris coniugio successit. Acceperat quippe prædecessor suus Sanctus Genebriã sui seculi speciosissimã adolescentulam, Alexandri Sfortiæ Pisauri principis filiam uxorẽ. Quo mortuo, Ioannes hic speciositate & prudẽtia ipsius captus, illam coniugio sibi copulauit, ex qua prolem pulcherrimã suscepit. Ioannes igitur hic Hannibalis filius fuit, qui filius fuit alterius Ioannis, ab altera factione obtruncati. Huius aũt pater Hannibal ille fuit, qui urbem seruitute oppressam, in libertatẽ uendicauit, & arcem in urbe populo inimicã funditus euertit, plurimósq; ciues primæ pulsos ciuitati restituit. Tandẽ summa reip. Bononiẽsis in isto congesta, quẽ plæriq; mortales autumant & affirmant, unum esse, qui suo proauo dignus existat. Nam etsi plurimæ obtrectationes de homine isto circũferantur (quod Canetullos & Masuitios conciues suos urbe eiecerit, ac uita undiq; quæsitos priuauerit) nihilominus suo consilio atq; prudentia plurimi anni transiere, quod nec bellum, nec inimicitias ullas urbi illatæ sunt, suáq; circunspectione nulla in urbe annonæ charitate laboratũ est, sed neque agger uastatus: sua item prudentia discordiarũ ciuilia penè abiecta est memoria. Ex quo factũ est, ut urbis dignitas & authoritas, atque amplitudo indies magis ac magis augeatur. Quibus quidem rationibus adeò conualuit authoritate, ut & à ciuibus suis mirum in modũ & ametur & uereatur. Tanta etenim ipsius authoritas ea in urbe iam iam præualuit, ut nummi percussi ipsius nomine & effigie effigiantur, ab Federico eius nominis tertio authoritate obtenta, extant nihilominus huius præclarissimi uiri ea in urbe Bononia singularia beneficia.

Ioãnes Bentiuolus Bononiensis.

Stephanus ultimus Christianorũ Misiæ seu Bossinæ rex, hoc anno fallacibus Mahumeti Turcorũ regis blandimẽtis, ex quodã suo castello eductus captus, atque crudelissimè uitis excoriatus est: quo mortuo, etiam eius patruũ uenerandũ senem crudelẽ in modũ obtruncari præcepit: quibus interfectis, etiam potentiores regni ad se uocatos, in uincula proiecit: reliquũ uero uulgus in seruitutẽ abduxit, regnóq; uniuerso uasto atq; direpto, filium suũ secundo genitũ, eidẽ regno præfecit. Regina aũt è manibus Barbarorũ elapsa, Ro. ad Paulũ tum ponti. maxi. cõfugiens, ab eodẽ perbenignè & honorificè excepta est, & eidẽ quoad uixit pontifex honorificentissimè ex bonis ecclesiæ subministratum est: illud tamen

Stephanus bossinæ rex.

regnum postmodum Matthias Panoniorum rex (Turco superato & profligato) conquisiuit, & suo regno adiecit.

Mysia duplex

Bossina igitur prouincia ea est, quæ ab antiquis Mysia superior dicta est, inter Daciam & Thraciam sita. Est quippe duplex Mysia, uidelicet superior & inferior, & ambæ propè Danubium iacent, & eas maiores nostri Cereris horreum uocabant. Est & Mysia in Asia Phrygiæ Hellesponto adiacens.

Viri disciplinis excellentes.

Alexāder Imolensis.

Alexander Tartagnus, patria Imolensis, iurium utriusq; doctor, per hoc tempus, scientia iuris, nō solum apud Bononienses iam suos, sed tota Italia Germaniáq; atque Hispania late clarus est habitus. Qui cum eminentissimi esset ingenii, ac profundissimæ doctrinæ uir, à multis doctissimis uiris Aureus doctor fuit nuncupatus. Qui nō solum apud Patauinos, Ferrarienses, Bononiensésq;, apud quos per. 30. fermè annos publico munere excellē tissimè docuit, sed & apud cunctos (ut ita loquar) Italiæ principes, maximo semper fuit in precio: unde & plurimi eorum pro uiribus satagebant, imò & decertabant, & pollicitationibus atque præmiis permaximis eum ad se pellicere, existimantes profectò se fore beatos, si tanti uiri præsentia & consilio suas curias decorare possent. Hic itaque cum doctor peracutus & in docendo disertissimus, noscétq; plenissimè quicquid in legibus sciri potest, esset quoque iustissimus, in ultimū usque uitæ suæ finem Bononiensiū gymnasium ex frequentiū scholariū ad eum ex omni Italia, Hispania, & Germania confluentium, mirum in modum illustrauit. Tanto enim in precio habitus est, ut scholares eidem tanquā Pithagoræ philosopho uenerationē attribuerent. Et quicquid Alexander dixisset, id discipuli omnes contra in disputationibus contradicere nephas existimabant, utrum ita esse uel ne, quemadmodū Alexander dixisset docuit. Itaq; Alexander hic, ab anno ætatis suæ primo & uigesimo, quo doctoratus insignia suscepit, usque ad annū uitæ suæ quinquagesimūtertium, quo & mortuus est, qui fuit septimus & septuagesimus salutis nostræ supra millesimum quadringentesimū. Scripsit aūt Alexander hic ad multorum instructionē hæc quæ subiecta sunt librorū uolumina. Et primo super Codice, ac super omnib. partibus Digestorum, in totum uolumina octo permaxima, & quamplures additiones super toto iuris corpore, & præcipuè super tribus libris Codicis. Quinq; alia præterea consiliorum uolumina composuit egregia, quæ quidem mirificam apud eruditos obtinent authoritatē atque fidem. Deniq; de Deo déque hominibus peroptime meritus, Bononiæ uitæ finem faciens in diui Dominici templo sepulchro marmoreo sepultus est, tribus post se masculis filiis relictis, Anthonio uidelicet iuris ciuilis & pontificii dignitate insignitus, & aliis duobus.

Dionysius carthusiensis.

Dionysius, natione Theutonicus, Carthusiensium ordinis professus, uir & theologia atque aliis disciplinis eruditissimus, hac tempestate clarus habetur. Qui cum esset ingenio subtilis & eloquio disertus, tot & tanta scripsit, ut numero opusculorum præter diuum patrem Augustinum apud Latinos parem habuerit neminem. Quod planè donum scribendi, potius contemplatione & oratione eum assecutum reor, quàm alia studiorum solicitudine. Hic itaque diui Hieronymi exemplo in lege domini meditans, die ac nocte dulce iudicabat, semper aliquid aut legere, aut scribere, aut certe interpretari.

Cardinalis Bessarion.

Bessarion Nicenus cardinalis, & Constantinopolitanus patriarcha, uir undecunq; doctus, philosophus in primis, & idem orator disertissimus, atque utraque lingua scientissimus, hac tempestate in precio existens, quædam præclara sui ingenii uolumina ædidit, quibus suum nomen ad posteros transmisit, maxima cum gloria. E quibus extant subiecta, Aduersus Marcum Ephesinum episcopum, De spiritu sancto. Scripsit & insigne ac præclarum opus, quod Confutatio esse prænotauit, librum unum. In illo uerbo, Sic eum uolo manere, librum unum. In philosophiæ Platonis laude, lib. 5. Laudes patriæ suæ, lib. 2. Ad Græcorum imperatorem, lib. 3. Orationésque & epistolas penè innumerabiles, & alia multa. Cúmque libros penè innumerabiles in omni scientia tam Græcos quàm Latinos coadunasset, & eosdem sanè ornatissimos, illos senatui Veneto ad ornatum publicum moriens ex testamento legauit. Obiit tandem ætate grandæuus in legatione Galliarum, anno salutis nostræ millesimo quadringentesimo septuagesimoquarto.

Ioannes de Indagine, natione Theutonicus, Carthusiensium ordinis prior, diuinarum scripturarum admodum studiosus & apprimè eruditus, maximéq; in iure canonico egregie doctus, his temporibus clarus existens, multa præclara uolumina aperto sermone conscripsit, quæ quidem hominis eruditionem & doctrinam præ se ferunt. Io. de Indagine.

6663 1464 PAulus eius nominis secundus papa, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polixena natus, Petrus Barbarus antea uocatus, Eugenii pontificis ex sorore nepos hoc anno pridie calend. Septembris, ex cardinale sancti Marci pontifici Pio suffectus, sedit annis sex, & mensibus decem. Magni certè animi, magnæq; prudentiæ uir, corpus habens magnū & uastum, ac maiestati pontificiæ dignum. Qui pontificatu adepto, mox eius maiestatem, tum authoritate, túmque armis augere conatus est. Nam & duo bella toto suo pontificatu in Italia suscepit, quæ nulla re prius bello repetita, sed insidiis primo inchoata, postea deseruit. Tolpham enim ueterem obsidens & oppugnans, superuenientibus regiis copiis, quæ cum Vrsinis militabant, cum adhuc sexaginta passuum milibus abesset, repente obsidionē soluit, & locum deseruit. Eo etiam modo Robertū Sigismundi Malatestæ filium aggressus est: qui cum Ariminū aliquamdiu oppugnasset, & aliqua eius suburbia tormentis lacerasset, ab Regio & Florentino exercitu fusus atque fugatus, obsidionem soluere coactus est. Hic etiam ubi pontificatū iniit, omnes statim abbreuiatores, quos Pius pontifex prædecessor suus instituerat, abrogauit & auctorauit, & canonicos regulares de sancto Ioanne Laterano à Calixto pontifice pulsos, restituit. Multa apud sanctū Marcum & in Vaticano extruxit, quæ uiri magnificentiæ dignitatē præ se ferunt. Fuit inter cætera iustus pontifex, & pauperum præsertim cardinaliū, episcoporum, principum & nobiliū uirorum amator, quos unà cum uirginibus, uiduis & ægrotis, propriis pecuniis frequenter iuuabat. Eiusque præcipua cura semper fuit, ut omnia ad uictū necessaria urbi nō deessent. Sed in hoc aliquantulum repræhensibilis fuit, quòd in colligendis pecuniis & iocalibus præciosissimis nimiū diligens extitit. Et imperio cum omnia ageret, odiosus omnibus erat. Deniq; decem cardinalibus creatis (inter quos Franciscus à Ruere Saonensis unus fuerat) & cum annos plurimos uiuere sibi persuaderet, anno salutis nostræ. 1471. quinto calend. Augusti, hora secunda noctis, cum eo die lætum consistorium habuisset, & iocundissimè cœnasset, Apoplexi correptus, uitam cum morte mutauit, cuius corpus cum in Vaticano sepulturæ traditū esset, sedes uacauit dies. 9. Cui & post modum incredibile sepulchrum marmoreum à suis nepotibus cardinalibus erectum est. Paulus pa. 220. Amator pauperum. Imperiosus erat.

6664 1465 Carolus Aurelianensis dux, hoc anno patre defuncto, in paternum regnum succedēs, regnauit annis. 23. De quo nihil habemus dignū, aut certe indignū, nisi quòd contra Carolum Francorū regem, Francisci Bertaniæ ducis partes nimiū fauebat, pro quibus & tandē mortem suscepit. Die etenim octaua & uigesima Iulii mensis, anni uidelicet. 1488. dum Carolus Francorū rex per suos duces, contra Iacobum Bertaniæ ducem magnum exercitum direxisset, & dux ipse Bertaniæ, hunc Carolum Aurelianensem ducem ac Orenge principem, suas in partes in prælium asciuisset, facto congressu, multa hominum milia ex utraque parte cecidit. Fugato demū Francisci exercitu, hic Carolus & Orenge princeps compræhensi, ad regem captiui adducti sunt. At rex mox Centurione uocato, euestigio huic Carolo tanquam regiæ maiestatis subdito & rebelli, caput abscindi mandauit. Ludouico filio post se successore relicto, qui postmodum regnum Francorum ex successione consecutus est. Carol. Aurelianen. dux.

6664 1465 Gulielmus Montisferrati marchio, hoc anno Ioanne fratre sine liberis defuncto, in regnum paternum succedens, regnauit annis octodecim. Vir certe perhumanus pientissimúsque, ac Christianæ religionis & iustitiæ præcipuus amator. Qui à iuuentute sua arma semper cum ingenti laude tractauit, quíque in omni genere ludis, quæ in principe expetere solent, præ cæteris Italiæ principibus illustratus admodum fuit, imò & unicus uisus est, qui ceu sol inter sydera resplenderet. Adeò namque inter principes emicuit, ut nō modo angustis Montisferrati finibus, sed & diademate totius Italiæ, cum in eo essent omnia optimi principis ornamenta. Ipse enim ex quo placatum per omnia suum haberet regnū, uideretque oppidum suum Casale, quod sancti Euuasii appellatur, sui principatus sedem Guliel. Mōtisferrati dux.

ex frequentia populorum nimium angustum illud imprimis mirificè amplians, nouis muris ex cocto latere cum turribus crassissimis ampliauit. Et ex oppido ciuitatem authoritate apostolica constituit, atque episcopum sibi ex more dari uoluit. Vrbéque cum omni pompa constituta, in eadem pluribus in locis, per se & per ciues suos ædificauit, & supra quàm dici possit, splendide atque magnifice. Fuit Gulielmus corpore uasto, uultúque placido & hilari semper, cuius inter cætera summa erat, ne quis à se abiret tristis. Et cum rem diuinam diligenter semper curaret, etiam mirum in modum religioni fauebat. Monasteria uero omnia, tam fœminarum quàm uirorum, & ædificiis egregiis necnon & moribus instaurauit, quibus & sacerdotalia indumenta pro posse condonauit. Duxit autem Helisabeth, ipsius Francisci Mediolanensium ducis filiam, uxorem, ex qua duntaxat cum unicam (nomine Blancham) suscepisset filiam, moriens Bonifacium fratrem habuit successorem.

Iacob. Piceninus. Iacobus, cognomento Piceninus, Nicolai Picenini illustrissimi imperatoris filius. Vir strenuus ac præliandi scientia scientissimus, bellatorúmque sui temporis profectò acerrimus, hoc anno à Francisco Sfortia Mediolanensium duce & socero suo à Sulmone Marsorum oppido suo in Lombardiam uocatus, maximo cum gaudio & plausu in Mediolano exceptus est, ubi & paululum cum omni festorum genere permansit. Verum haud multò post ad Ferdinandum Parthonopeum regem, sub iureiurando quod nulla eidem inferretur molestia, ab ipso socero Francisco Neapoli missus est, ea uidelicet conditione, quod quotienscunque ipsi Iacobo & socero libuisset, incolumem ipsum dimittere & reddere teneretur. At Iacobus fidei soceri plurimum confisus, lætus ad Ferdinandum regem con cessit, ubi non multò post, iussu regis infidi, imò & perditi hominis, in carceribus unà cum filio inclusus est, atque paulò post uita priuatur. Iste etenim Iacobus ille est, qui præclara facinora in bellis gessit. Et quoad uixit, & ad pacem & bellum gerendum, ubique clarus effulsit.

Galeatius uicecom. Mediolanen. dux. Galeatius Maria uicecomes, quintus Mediolanensium dux, hoc anno mense Martio, 6665
eius patre Francisco Sfortia defuncto, absens, dux declaratus, regnauit annis nouem & mensibus decem, promptissimi ingenii uir, atque excelso animo princeps, sed uita & rebus aliquibus suo auunculo Ioanni duci similior quàm patri Francisco, aut Blanchæ matri suæ mulieri peroptimæ. Quæ mulier prudentissima & propè diuina ex mente omnium populorum, mortuo Francisco uiro suo, imperium Mediolanense unà cum filio regere & administrare debuerat. Sed ipse tanquam alter Constantinus septimus Græcorum imperator, non diu tulit sanctum matris imperium, Blancham etenim matrem, sicut & ille Hyrenem genitricem post secundum annum (ut solus imperaret) ab administratione eiecit. Ipsa autem uiuente & secum regnante moderatus satis uidebatur. Verum illa defuncta in multis sese infecit flagitiis, utpote auaritia, libidine, & superbia, propter quæ maximum in se ciuium suorum concitauit odium & indignationem. Id tamen bonum de illo ferebatur, quod licet nimium in colligendis pecuniis diligens haberetur, attamen nunquam ab iustitia, nec per se, nec per suos declinasse uisus fuit, quinimò cum expauesceret diuinum iudicium, largissimas sæpenumero erogabat eleemosynas, atque cum aliquando aliqua præmeretur tribulatione, se maximum confitebatur peccatorem, & se obnixè orationibus seruorum dei commendabat, & iuxta Danielis prophetæ documenta, peccata sua eleemosynis redimebat. Quæ quidem res, hominis fidei maximum fuit indicium. Aliud præterea memorabile dignum præ se ferebat, quod sicut in ostentatione rerum temporalium profusissimus habebatur, sic & in diuinis celebrandis, supremos ex omni Occidente ad se uocauit cantores. Ipse quoque cum multa memoratu dignissima in urbe Mediolano & extra extruxisset ædificia, & potissimum urbis suæ uias ex sectis lapidibus sterni fecit: insuper & cum paternum ærarium pecuniis exhaustum reperisset, tantas postea conflauit diuitias, quantas unquam prædecessorum suorum fecerit quispiam. Verum cum immoderata mulierum libidine uteretur, pro qua posthabita suæ maiestatis honestate, multas uirgines stupraret, matronásque impudice nimium uiolaret, tandem in eum coniuratione facta, à domesticis suis in festo sancti Stephani prothomartyris, & in ecclesia ipso sancto

Hic diuitias aggregauit multas.

sancto dicata, uniuerso astante populo, omnibúsque aulicis ipsius à coniuratoribus multis uulneribus turpiter confossus, anno ætatis tertio & trigesimo occubuit, relictis post se duobus filiis, Ioanne Galeatio eius successore, & Hermete: ac filiabus Blancha nunc imperatrice, & Anna ex Bona ducis Sabaudiæ filia uxore susceptis.

6667 1466 Carolus Manfredus, Fauentiæ urbis Flammineæ princeps & dominus, & ecclesiæ Romanæ ibidem uicarius, hoc eodem anno, Martio mense, Hectore patre uiro præstãtissimo defuncto, eius loco succedens, quatuor & decem fermè annis regnauit. Vir utique bonus ac perhumanus, necon & liberalis, sed quadam imprudentia notatus, ut rerum exitus comprobasse uisus est. Huic duo fratres ex eodem patre erant, quorum primus Federicus urbis episcopus, minimus uero Galeotus, animo & uirtute cõspicuus, cuius uirtutem cum suspectam haberet, esset que aliquantulum infestus, euestigio eum urbe pepulit. Et urbem deinceps (episcopi fratris consilio) gubernare decreuit, quæ res eidem ipsi Carolo ruinam non minimam peperit. Nam cum idem frater urbis episcopus, ciuibus & populis necessaria ad uictum subtraxisset (ut charitatem frumentariam suscitaret) maximum odium plebis in ipsum principem concitauit. Verum aliquando, cum infirmitate grauissima laborare cœpisset, ita quòd & eam ob rem lecto decumberet, ciues illum iam mortuum fore fore arbitrantes, confestim Galeotum (urbi & populis gratum, uirum armis exercitatum) ex Rauenna, in urbem introduxerunt. Móxque Carolo isto in castrum fugato, ipsum Galeotum principem acclamarunt. At Carolus hic, unà cum uxore sua, nobili ac illustri fœmina (ex Varaneorum Camerini principum nata) suis cum diuitiis omnibus, urbem pacifice deserens, Neapolim ad Ferdinandum regem concessit. Demúmque Arrimini reuersus, ibidem tandem (suspicione ueneni dati) uitam mœstam finiuit. Hic cum bonus regulus haberetur, urbem suam imprimis mirificè gubernauit, illámque sua impensa mirum in modum instaurauit, ac illustrem plurimum reddidit. Illam enim amplificauit, & nouis muris ex coctis lapidibus cum fossis profundissimis cinxit, palaciúmque sui dominii, non solum pulcherrimum, sed & superbissimum à solo quasi extruxit, atque alia permulta beneficia urbi contulit.

Carolus Manfredus Flamineæ princ.

Vxor huius Variana fuit.

Sigismundus Malatesta, Pandulphi quidem Malatestæ extra matrimonium filius, hoc anno, cum triginta & eo amplius in urbe ipsa Arrimini regnasset annis, octauo calendas mensis Decembris, grandæuus uitam finiuit. Huius principis gesta uario referuntur modo. Porcellus uero, quidam Romanus poëta disertus, hunc Sigismundum suis carminibus miris effert laudibus. Nam inter cætera, de ipsius uirtutibus, duodecim uersu præclaras ædidit epistolas, quæ planè tantam laudem atque gloriam de eo præ se ferunt, ut unicus suæ tempestatis princeps fuerit ab omnibus iudicatus. At contrà, Pius papa, eius nominis secundus, clarissimus testis, asseuerat ipsum fuisse spurium, omnibúsque uitiis inquinatum, & nulla prorsus uirtute redemptum, eo quod omnem suam ætatem, omni flagitiorum genere fœdâsset, ac uniuersum penè orbem turpissima sui nominis fama deturpasset, uidelicet infidum, hæreticum, proditorem, homicidam, parricidam, libidinosum, flagitiosum, machinationum structorem eum uocans. Et ideo à plærisque pontificibus Romanis & diris ex communicationibus, similiter & armis multipliciter afflictus fuit. Hic tres successiue duxit uxores, primam scilicet Crimignolæ comitis filiam, à qua dote permaxima recepta (mortuo patre) illam repudiauit, Secundam, Nicolai Estensis Ferrariæ principis filiam, nomine Genebriam, peroptimam mulierem: quam nihilominus & paulò post ueneno sustulit, Tertiam uero Francisci ipsius Sfortiæ filiam non minus modestissimam: quam etiam sine ulla criminis nota, tandem ipse propriis manibus strangulauit, nulla quidem prole ab ipsis suscepta. Istum itaque principem, quanquam Pius ipse prædictus pontifex Romanus asseueret fuisse omnibus inquinamentis seu opprobriis inquinatum, in rebus tamen bellicis strenuum ipsum extitisse affirmat, atque eundem in rebus gerendis splendidissimum & liberalissimum.

Sigismũdus Malate sta.

6666 1467 Robertus autem Malatesta prædicti Sigismundi ex concubina filius, ipsi suo genitori hoc anno in principatu Arriminensi succedens, regnauit .13. annis & mensibus decem. Princeps in malo patri dissimilis, in bono uero persimillimus, militari imprimis scientia clarissimus

Robertus Malatesta.

rissimus,& libe ralibus disciplinis apprimè eruditus,quem certe ob corporis & animi dotibus,cum quouis optimo principe & regulo comparare meritò possumus, quod & gratia,liberalitate,magnanimitate,aliisque uirtutibus omnium etiam aduersariorũ beneuolentiam sibi comparauerit,& pro Venetis maximè (sub quorum stipendiis diu militauerat) infinita mortis pericula subiit,in quibus etiam tandem mortem accepit. Hic itaque principatu suscepto, ut se à pontificalibus copiis defenderet, euestigio cum Galeatio Mediolanensium duce & Florentinis se coniunxit,& ab eisdem auxiliaribus copiis susceptis,in exercitum pontificis (qui ipsius urbis suburbana occupauerat) ingenti animo irruit,& illum magno impetu profligauit,oppidáque omnia quæ pontifex ipse ex Arriminensi agro patri ademerat,cum ingenti gloria mox recuperauit. Cognita postmodũ eius in bellis pertractandis uirtute atq; præstantia, senatus Venetus illum in locum Bartholomei Coleoni nuper defuncti surrogauit,qui ingentia facinora,& ea quidem præclarissima confecit, tum maximè in bello Ferrariensi,contra Alphonsum Calabrorũ ducem fortissimũ, quem in acerrimo conflictu (quem non longe à Roma commisit) adeò superauit & profligauit cum uniuerso exercitu,ut nisi Alphonsus ipse belli imperator fuga sibi salutem comparasset, & ipse captiuus in triumpho cum cæteris suis cõmilitonibus ignominiose Romam perductus fuisset. Eo igitur in conflictu & acerrima pugna, Robertus hic tantum contraxit algorem,ut Romã reuersus, in maximam repente inciderit Desinteriæ ægritudinem,ex qua haud multo è uita migrauit . Quo mortuo,Sixtus pontifex nõ sine lachrymis eius corpus Arriminũ suis impensis honorificentissimè transmittere curauit,ubi & in sepulchris maiorum eum sepeliri mandauit.Qui cum nullum ex Helisabeth uxore,Vrbini ducis filia,haberet filium,Pandulphum ex concubina susceptum,ex testamẽto sub uxoris tutela dimisit hæredem.

Pontificis exercitũ profligauit.

Calabriæ dux superauit

Sigismundus Federici Cæsaris ex fratre nepos, Austriæ dux, hoc anno Alberto patre defuncto,nonis Decembris,in paternũ & auitum regnum succedens,ducauit annis duodecim.Vir quidem mansuetissimus,& pacis potissimũ amator,ac pecuniarum contemptor, Christianæ quoque religionis obseruator,qui omnem fermè uitæ suæ cursum sub Federico Cæsare patruo suo pacifice transegit.Hic multas lites in Germania & Italia, sua authoritate compescuit, maximéq; inter Mediolanensem ducem & Heluetios pacem composuit.Laborauit præterea plurimum liberare Cichum Calabrũ in carceribus à Mediolanẽse duce inclusum, sed frustra. A Venetis autem prouocatus occasione confinium,contra eos decimo regni sui anno bellum mouit,unde & auxilio Saxoniæ & Bauariæ ducum, cũ magno exercitu ad Rogeredum oppidum accedens, illud euestigio machinis oppugnatum complanauit.Postmodum cum Venetis,duce Roberto Sanseuerinate, collatis signis confligens,multos hostes occidit, & multa eorum oppida cœpit . Verum postea pace confecta,restitutis oppidis,in patriam rediit. Denique sine liberis deficiens, Maximianum consobrinum nunc imperatorem habuit successorem. 6666

Cõtra Venetos bellum gessit.

Philippus Burgundiæ dux,hoc anno,magnis rebus gestis,felici senectute confectus, uita excessit . Vir super omnes principes , imò & prædecessores omnes miris extollendus laudibus atque præconiis,si uotum deo emissum, atq; fidẽ pontificis Ro. oblatam seruare uoluisset.Hic à iuuentute sua sẽmper magni & alti animi princeps extitit, & antequã aliquod magnum decerneret,id diu meditari ac deliberare cousueuerat,deinde Decretũ semel factum,inconcussum seruare,imò penes sententiã suam solidus & inconcussus permanebat,tanquã annosa quercus Borealibus frustra concutitur uentis,sed in ætate graui, maximam suo fulgori iniecit infidelitatis notam.Promiserat enim Deo & ponti.Ro.dum in lectulo aliquando ægrotus decumberet,si ægritudinem ipsam euadere posset, quod contra Turcos personaliter cum exercitu magno & ingenti classe proficisceretur. Sed à quibusdam magnis uiris persuasus,suam postmodũ profectionẽ reuocauit. Atque ita uir tantus,qui homines fallere nõ consueuerat, Deum & Ro.ecclesiam cum maximo Christianæ religionis incõmodo,fefellit.Nam ad ipsum Orientales plurimi reges, duces & principes ex suis remotissimis partibus tanquã ad augustissimũ Occidentis principem,solennes oratores misere,quod nunquam lectum,aut auditum certè ullo tempore fuit,uidelicet orator 6666

Philippus Burgũdiæ dux.

David

Dauid Trapezundarū imperatoris nomine, Michael de Alguri, Georgii Alexandri magni Persarum regis, Asrimberch Turcomani, Mesopotamiæ regis nō Christiani, sed Mahumistæ, Gorgoræ bellicosissimi Georgianæ ducis, & Moratiuauterch Armeniæ minoris principis. Venit & Ludouicus Antichenus patriarcha cum eisdem oratorib. in Burgundiā, ad ipsum Philippum ducem peruenerat. Quippe ad eosdem regea & principes Orientales fama, ipsum multa pro fide & Christianorū utilitate cōmuni, plurima clarissima atque sanctissima fecisse facinora. Conuenerant enim ipsi præpotentissimi Orientales principes inter sese, ut cōmuni impensa contra Mahumetū Othomanū Constantinopo. imperatorem bellum indicere, modo in Europa eidem bellū uel paruū ipso auctore cum Pontifice Ro. moueretur, plurimis namque rationibus & oblationibus atque precibus rogabant, ne tantæ cōmoditati sibi diuinitus oblatæ deesse uellet. Sed timidus homo, imò & auarus, oblationem nō contemnendā neglexit. Poterat etenim Philippus hic si contra rabiē & furorem Mahumeti insurrexisset, & immortale præmiū à deo consequi, & supra quàm humana lingua dici possit perpetuo glorificari, si id bellum complexus fuisset. Fuit nihilominus in reliquis sapientissimus ac Christianæ religionis zelotes. Moriens itaque in senectute bona Philippus hic, Carolum filium habuit successorem.

Carolus itaque, prædicti Philippi optimi ducis filius ultimus ex ipsa Francorū regum familia propagata, Burgundiorū dux, hoc anno patri in regnum succedens, regnauit annis nouem. Vir certe fortis seuerúsque, magnanimus atque terribilis, seditiustus, liberalissimus supra quàm dici possit, ac pientissimus, diuinorúmq; obsequiorū seruentissimus obseruator. Hic namque ab ipsa sua adolescentia ingentē sui animi ferocitatē præ se ferens, adhuc genitore uiuente, incredibilia præclara gessit facinora, & maximè in Gandauensibus ciuibus, qui à Philippo genitore suo quondā haud honestū extorserunt priuilegium, atque de eodem etiam confirmationem ab ipso quadam impudenti peruicacia obtinuerunt. Quibus gestis, ipse domum reuersus, inuito patre, nō paucam militum manū colligens, euestigio in Gandauū duxit, & in ipsam impetu facto, maximā de ciuibus illis ædidit occidionē, tantámque illi urbi calamitatē atque terrorem inflixit, ut nunquam antea in una pugna ex ipsis Gandauensibus tot occubuisse à maioribus memoriæ traditum fuit. Vrbe itaque potitus, priuilegia illa à patre collata, in medio urbis foro exuri præcepit, principatu deinde suscepto multas cum Ludouico Francorum rege concertationes & quidem graues habuit, pro quibus multas illi uastationes & incōmoda intulit. Pacéque cum eo postmodū confecta, à Leodiensibus Germanis grauiter infensus quod eius ex sorore nepotem eorum pontificem in uinculis coniecissent, iratus, omnem belli uim in eos cōuertit. Ciuitate itaq; demum grandi fragore & furore obtenta, uniuersos in ea & trucidauit & interfecit mortales, nec ulli quidem sexui aut ætati seu dignitati parcere uoluit. Eo namque bello & urbis captiuitate, tantam cædem cruentissimā hic Carolus exercuit, quantam neq; Græcorum, neque Latinorū aut Barbarorū certæ referant historiæ. Post cædem aūt & direptionē talem æditam, uniuersam prorsus complanari iussit ciuitatem, ita ut ne unus quidem ex ea remaneret calculus. In medio autem urbis foro, columnā sericam erigere fecit, in quam euersionis causam conscribi mandauit. Indéq; digressus ea urbe desolata relicta, pro Eduardo Angliæ rege sororio suo è regno à comite Doueruidi, & Henrico Portugalliæ rege pulso, multū exercitum congregauit, & contra eosdem, ac Ludouicū Francorum regem, acerrimum bellum suscepit, pro quo breui illum in regnū suum remisit. Quo in regnum collocato, statim arma in Ludouicum regem conuertit, & denuo multis cum incōmodis & damnis attriuit, quod cum Paulo pontifi. maxi. nunciatum fuisset, mox eius cura, inter ipsos pax confecta fuit. His ita gestis, ad Nussiam Coloniensis agri oppidū, quod est in ripis Rheni fluminis, duxit, & illud acerrimè obsedit. Sed cum Federicus Cæsar in eius auxilio aduenisset, mox inito fœdere in regnū suum reuersus est. Dehinc cū cōquiescere nō posset, cū Ludouico fœdere rupto, in Lothoringā exercitum duxit, & secum Eduardū regem sororiū suū, auxiliatorē aduocauit: ubi cum multo comitatu aduenisset, ipsam prouinciā diu expugnauit. Verū Eduardo cum Ludouico rege inducias firmatas, etiā ipso procurante, aliquādiu à bello quieuit. Erat igitur Carolus inter cætera acerrimus iustitiæ cultor

Carolus burgundiæ dux.

Gandauensiū bellum

atque

atque defensor,adeò ut pro illa tuenda nullius iracundiam, nullius inimicitiam, nulliúsue simultatem aut potentiam extimescere, imò & aliquando pro huiusmodi causa metas honestatis excedebat. Denique cum multas prouincias ferro ignéque, ac multa cæde sibi subegisset,ad Nausiam ditionis Raymbardi Lothoringæ ducis,urbem cum quatuordecim milibus militum deuenit.In eodémque loco uenientes alias copias expectaturus, ut integris exercitibus cōtra Sueuos quos usitatiore uocabulo Suyceros appellamus,maturaret. Dúmq; ibi exercitus præstolaretur,Suyceros coëunt, improuisiq; ante Lucano, proximū quendā montē occupant,in quē dux ipse pedites etiā quadringentos.ut & ipsi illum occuparent,misit,ibiq; Suyceri hostiū copias adoriuntur,eásq; fugatas & dissipatas, populariter in ducis castra aduolant,quē & tanta strage afficiunt, ut ex .14 pugnatorū milibus, uix.4.milia euasisse perhibeantur,alii uero aut cæsi, aut profligati per deuia quæq; fugientes,Carolū ducē deseruierunt:quē insequentes hostes,tandē ab innumerabilib.circūuallatum obtruncauerunt. Atq; uir tantus percussus & interfectus, uniuersa tantorū illustrissimorū uirorū in eo extincta est familia:unicam aūt filiam Mariā nomine, regni tanti hæredem dimisit,quæ Maximilianū Federici Cæsaris filium statim accepit maritū. Quæ cū duos tantū ex eo dedisset filios,Philippū uidelicet & Margaritā filiam, & ipsa paulò post ex equo delapsa,fractis ceruicibus expirauit. Eo itaq; mortuo,ipsa familia Burgundiorū radicitus euulsa est.

Leodium potentissima ciuitas.

Leodium ciuitas. Eodiū Lothoringæ Galliarū prouinciæ clarissima & potentissima ciuitas, hoc anno à prædicto Carolo Burgundiorū duce (Ludouico Francorū rege permittente) capitur,& in ea ingenti ædita cæde,statim direpta & incensa ac complanata fuit. Superioribus etenim annis,inter ipsos Leodienses & Burgundiorum ducem,maxima & odia & concertatiōes agitabantur,quas cum Leodiensis episcopus tanquam urbis pater extinguere tentasset, ab ipsis suis conciuibus urbe statim pulsus est. Qui ad Ro.ponti.iniuriam deferens,ab ipso pontifice Ro.ciues illi interdicto notati sunt. Pōtifex nihilominus animaduertens pericula & damna ciuiū Leodiensiū & ducis,eos ad concordiā pro uirili reducere curauit.Vnde eam ob rem episcopū Tricariensem ad ipsos legatum misit:qui ut facilius eos ad sanitatē reducere posset,primū omniū interdictū sustulit, & in pristinū statum omnino restituit. Verum dum legatus rem istam accuratissimè agere anniteretur,ab ipsis Leodiensibus & ipse cum episcopo tumultuariè in carcerē recluditur.Quam ob rem indignatus dux,statim cum Francorū rege(pace confecta) ingenti exercitu comparato,in ipsos Leodienses hostili animo irruit,& acerrimo prælio,ac terribili impetu urbem expugnauit, captámq; episcopos in primis à carceribus liberauit,postmodum ipsam protinus euertit. In cuius quidē captiuitatem ferunt ducē animo implacabili nulli ætati aut dignitati aut sexui pepercisse, sed omnes prorsus exterminasse. Vrbe itaq; hoc modo ad calculum usque euersa & complanata, postea in ipsius fori medio columnā marmoream erigere fecit,in qua causam ipsius euersionis inscribi mandauit. 6666

Legatus & episcopus incarcerātur.

Eduardus Anglorum rex ex regno expellitur.

Eduardus Anglorum rex,Philippi Burgundiorum ducis gener,hoc anno,dolo procerum suorum regno deiicitur, & Henricus olim eodem regno pulsus,Ludouici Francorū regis consilio & auxilio restituitur.Qui in regno collocatus,confestim unà cum Ludouico prædicto rege,aduersus Carolum Philippi prædicti ducis filium,graue bellū suscepit. Quam ob rem indignatus Carolus, confestim copiosissimum exercitum, ducentorum uidelicet milium peditum , & decem & octo equitum milium congregans , ad Eduardum hunc regem in Angliam transmisit,ut eorum auxilio,suum regnum perditū contra Henricum recuperaret. Venientes autem Caroli copiæ in Angliam,mox Calysium & alias plurimas ciuitates expugnauere,& multas hostium occidiones ædidere, ac Eduardum iustum pulsum,in regno reposuere. At Carolus dux,dum hæc agerentur, Ludouici regis inimicitiam ueritus,alia centum milia pugnatorum in Pichardiam misit,ubi & damna & incēdia, ac alia permulta incommoda regi intulit. At Eduardus hic tandem ab Anglicis nobilioribus in regnum suum reuocatus,Henricum hostem captum cum multis principibus extinxit.Quibus gestis, mox inter reges & duces ac omnes alios principes, pax cum omnium laude firmata est. Confirmatóque huic in regnum Eduardo, dux ipse Carolus, regis 6668

ipsius sororius à tributo quod regi Anglorum singulis anuis pendere solebat, est liberatus, quo autem genere mortis, uel quando hic rex Eduardus obierit, mihi incognitum est.

Calcides Euboiæ ciuitas.

6670 1471 Alcidem pugnacissimam Euboiæ insulæ ciuitatem, quam Nigropontem nūc dicimus, hoc anno decimoquarto calendas Iunii Mahumetus Othomanus Turcorum imperator, proditione cuiusdam Thomæ Lyburni, cum magno Christianorum, & maxime Venetorum, damno cœpit, & de ea triumphauit, ubi (proh dolor) omnes puberes Italicos ibidem inuentos, acutis palis transfigi fecit, & Græcanam gentem sub hasta uendere præcepit. Miserat enim Mahumetus ipse imperator primo Bassam suum, nomine Omarium, cum exercitu maguo ad expugnandā ipsam ciuitatem, sed post longam ipsius oppugnationem, cum nullo modo illam obtinere posset, nouissimé Mahumetus ipse personaliter ex Constantinopoli cum alio copiosissimo exercitu uenit, uisaque difficultate permaxima, ipsam obtinere omnino decreuit. Quamobrem omnes suos principes ad se euestigio conuocans, orationem perpulchram ad eosdem habuit, præmiaque magna primis occupatoribus compromisit. Qui inter sese diem diuidentes (animis accincti) duobus diebus continuis pariter & noctibus, cum ingenti fragore & clamore oppugnationem continuarunt, & licet à Christicolis & bombardis aliisque omnium generum missilibus repellerentur & dilaniarentur, atque in frusta cederentur, tanta nihilominus cum alacritate pessimi canes, ob principis sui præsentiam, alter alteri succedebat, ut nemo eorum etiam pedem referre unquam compertus sit, quanquam frequentissimi interirent. Bis etenim in murorum cacuminibus eos euolasse dicitur, bisque turpiter præcipitatos. Tandem nostri longa oppugnatione defessi, ubi rem suam perditam uiderunt, in urbis forum omnes conueniunt, & morituri usque ad mortem omnes decernunt. At urbis prætor nobilissimus, Paulus Erizius seu Erizzio, rem desperatam animaduertens, cum multis in arcem confugit, reliquos in certamine dimittens. Capta denique urbe (ut diximus) Mahumetus alios palis suffixit, alios obtruncauit, aliósque discerpsit, & alios saxis allisit, ac multos per medium scindere præcepit. Qua quidem miseranda cæde, omnes urbis uias cruore respersit ac fœdauit. Qui autem in arce confugerant, uitam paciscentes, arcem sine oppugnatione tradiderunt. At fidefragus Mahumetus arce potitus, omnes ad unum trucidari præcepit. Tradunt enim ea in strage multas mulieres armatas mortuas inuentas fuisse.

Thomas Lyburnus proditor.

Oppugnatio duorū dierum

6670 1471 Vboia itaque insula ista est in mari quod ab ea Euboicum mare dicitur, quæ tam modico spacio à continenti Boetiæ diuiditur, quod (Solino teste) dubium est, an debuerit inter insulas annumerari. Præter autem prædictam urbem, & aliæ feruut opulentissimæ ciuitates, uidelicet Caristos, Eretria, & Amarinthus.

Mulier quædam hoc anno Brixiæ canem, aliáque Papiæ catum peperere. Hoc ipso anno & mense (in Brixiana ciuitate existente atque uidente) decimaquinta die Augusti, hora uicesimasecunda, magnus terræmotus in ipsa urbe fuit, & adeò grandis, ut ciues ædium & mœnium ruinam extimuerunt. Quo quidem anno & grandines multæ multis in locis structionum oui grossiores cecidere.

Prodigium. Terræ motus.

Viri disciplinis excellentes.

Robertus de Licio, ordinis minorum, Aquilæ Marsorum urbis dignissimus episcopus in scripturis diuinis eruditissimus. Vir omniúmque ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus (& ut sine inuidia loquar) omnium concionatorum qui sunt, aut unquam fuerunt, magister & doctor, hisdem temporibus ob eius clarissimam & admirandam prædicandi gratiam, ab omnibus Italis multo est habitus in precio: qui tantum in scripturarum studio laborauit & scripsit, ut ubique Roberti prædicationes & exemplaria nuncupantur. Plurimos igitur tractatus & sermones ad instructionem fidelium addidit, uidelicet De tempore, De laudibus sanctorum, De pœnitentia in quadragesima, De peccatis. Et alia quædam. Obiit autem anno à natali Christiano millesimo quadringentesimo nonagesimoquinto.

Robertus de Licio ordinis minorum.

Baptista, cognomento Platina, patria Cremonensis, apostolicus abbreuiator, magni animi & constantiæ uir, & eruditione & eloquentia nulli secundus, hisdem temporibus Romæ multo in precio existens à Paulo pontifice maximo honoris & dignitate in dicta causa priuatur, & carceri (post eculei torturam) mancipatur, ubi & usque ad ipsius Pauli mortem reseruatus est: in qua cum multas afflictiones & calamitates patienti & æquo auimo tolerasset, tandem ab Sixto pontifice ipsius successore liberatus est, & statim cum multa ipsius gloria statum pristinum restitutus fuit. Et ne uideretur ingenio sibi credito abusurus, præter librum quem De natura rerum & obsoniis ædiderat, egregium opus & propé diuinum, De uita & moribus omnium pontificum Romanorum elegantissimé confectum ipsi Sixto pontifici maximo obtulit, in quo etiam imperatorum omnium principum ac ducum, maxime Italorum omnium, res gestas inseruit, nonnulla etiam alia opuscula & epistolas scripsit, quæ ingenii hominis præ se ferre uidentur. Demum & ipse egregius uir, anno domini. 1481. Romæ ex peste defecit.

Domitius Calderinus, patria Veronensis, acris ingenii uir, multæque in literis humanitatis industriæ, latinæ liguæ diligentissimus, ac Græcæ quidem non ignarus, hac tempestate Romæ in precio multo fuit, qui & prosam ac carmen condere perpulchré nouit. Nimium tamen sui admirator prout opera ipsius testantur. Nam quod semel apprehendebat, uel id quod aliquando inhærebat, pro sententia retinebat: atque ut aiunt etiam contra uerum persæpe contumax erat, & idcirco suis in scriptis nimium iactantior ferebatur. Scripsit nihilominus hic Domitius quædam commentaria grammaticalia, plena bonæ frugis, utpote in Martialem librum unum, in Iuuenalem poëtas librum unum, in Statii Siluas librum unum, in Ibin Nasonis librum unum, in Suetonium, in epistolas Ciceronis, Aduersus Brotheum grammaticum & hæc omnia utplurimum ad Laurentium medicen, eiusque Iulianum fratrem dedicauit, à quibus etiam amplissimis fuit honestatus donis. Obiit tandem hic in anno salutis. 1477. sepultúsque in solo paterno.

Marius philosophus.

Marius Philelphus, Francisci Philelphi Pollentinatis clarissimi philosophi oratorisque filius, eques auratus, ac laureatus poëta, philosophiæ ac artium doctor, per hoc ipsum tempus clarus extitit: qui cum eruditissimus haberetur uir, ea quæ ad altioris disciplinæ eruditionem pertinere uidebantur, studuit emendare: funebres etenim orationes praclarissimas, & alterius materiæ plurimas & quidem elegantes in plærisque locis habuit. Extant & eius ingenii opera in diuersis metrorum generibus ædita. Scripsit præterea opus præclarum præceptorum artis Rhetoricæ tribus libris distinctum. Rithmósque & cantilenas innumeras composuit, atque epistolarum librum unum, qui uiri ingenium celeberrimum ostendunt. Denique & à Federico Gonzaga Mantuæ marchione publico salario uocatus, ea in urbe Mantuana anno salutis nostræ. 1480. uitæ finem fecit.

Anthonius Rosellus.

Anthonius Rosellus, natione Thuscus, iuris utriusque eximius interpres, ac aliarum bonarum literarum egregie doctus, imò plurimum decoratus, ingenio & eloquio insignis & præstans, qui in gymnasio Patauino plurimis publico salario iura excellentissime docuit, per hoc tempus plurima præclara opuscula ædidit, quibus nominis sui posteris memoriam feliciter transmisit. De quibus feruntur, eius insigne opus De monarchia mundi, in libris tribus. Et in legibus uarios tractatus & consilia. Et allia quædam.

CHRO-

CHRONICORVM SVPPLEMENTI, HOC ANNO QVI EST A NATIVITATE CHRISTI MILLESIMVS QVINGENTESIMVS TRICESIMVS QVINTVS, SVAE INTEGRITATI QVANTVM FIERI POTVIT RESTITVTI.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

6670 1471 

Ixtus papa eius nominis quartus, natione Lygurus, patria Saonensis, Franciscus à Ruere antea uocatus, ordinis minorum generalis minister, hoc anno Paulo pontifice repentino interitu sublato Idibus Augusti eidem surrogatus fuit annis tredecim. Vir certè ingenio tantus, quantum nostra tempora (quæ præcipue doctrinis uigore) parere potuissent. Et propterea, De potentia Dei librum scripsit, Librúmque De sanguine Christi, Librum de futuris contingentibus, & librum de conceptioue beatæ Mariæ uirginis, & quædam alia. Fuit namque ante pontificatum, ac etiam in ipso pontificatu modestissimæ consuetudinis, ac uitæ pientissimæ, in pauperes religiosósque maximè munificentissimus, atque deuotus & affectus, quos omnes uno ordine amauit & fouit, ac amplissimis priuilegiis & gratiis, aliísque spiritualibus & temporalibus beneficiis indesinenter adiuuit. Nam omnes mendicãtes religiosos ad æmulationes euitandas, in priuilegiis & gratiis censuit esse æquales. Inde in amicos & familiares iucundus existens, etiam in delinquentes clementem & modestnm uoluit nominari. Principes enim paupperes & nobiles uiros patria extorres, præsertim Paleologorum filios, Bossinæque reginam, atque alios complurimos Turco pulsos, pecuniis adiuuare non destitit. Et Rhodiorum milites ac Ferdinandum regem à Turcis uexatos, mira & incredibili pietate confouit, & adiuuare fecit. Vrbem Romanam cenosam & incompositam, ac uetustate multis in locis collabentem & deturpatam, pro posse in omnibus instaurare fategit, & uias eius omnes cultissimè & decentissimè strauit. Pontem super Tyberim maxima impensa extruxit, & à se Sixti pontem nominari uoluit. Aliis quoque ædificiis quasi innumerabilibus tum in Vaticano, tum in urbe Leonina atque Romana extruxit, quibus mirum in modum Apostolicam sedem exornare uisus est. Quas ob res ipse urbis nouus conditor appellari meritò potuit. Aedes insuper pontificias multis in locis apud sanctum Petrum, non modo cultiores, sed cultissimas reddidit, ubi etiam ecclesiam nouam, et quidem ornatissimam fabricauit, & in ea nouos sacerdotes constituit, additis multis prouentibus ad ipsorum sustentationem, qui diuina quotidie in eo suo nomine celebrarent. Hospitale sancti Spiritus in Vaticano permagnificum quasi de nouo fabricari fecit, in quo & uitæ suæ ordinem depingi uoluit. Et cum beatissimæ uirginis Mariæ maximè deuotissimus esset, ecclesiam nostram sanctæ Mariæ in Populo sic nuncupatam, quasi uetustate collapsam à fundamentis magna impensa denuò erigere fecit, & ipsam tandem perfectam multis muneribus, tum argenteis, tum aureis decorauit. Alias quoque fermè omnes urbis ecclesias aut instaurauit, aut muneribus decorauit, atque alia innumera beneficia tum spiritualia, tum temporalia hic, urbi Romanæ contulit beneficia. Et ut breuibus concludam, in suo pontificatu nil egit, quod meritò repræhendi possit, nisi quòd & ipse (ut fit) suos nimiũ amauit, eis uidelicet diuina & humana contribuens, præter dei & Romanæ ecclesiæ dignitatem, atque honestatem. In quem sanè errorem multi superiorum pontifices etiam cecidere, quod satis detestandum & reprehensibile est. Duos enim nepotes suos urbis præfectos, uidelicet Leonardum & Ioannem successiuè cõstituit. Mamphredos Imolæ. urbis

Sixtus pa. 4.

Priuilegia omnibus religiosis concessa.

Ecclesiam sanctæ mariæ de Populo extruxit.

Mâfredos & Ordelaphos regulos expulit. urbis regulos, uidelicet patrem & filiũ iter se dissidentes, & postmodũ Ordelaphos similiter è Forliuio expulit, & ipsas eorum urbes Hiero. Riario conciui & necessario suo charissimo concessit. Cuius quidẽ consilio arduis in rebus semper uti uoluit. Hic Iubileum à Paulo pontifice prius per uniuersum Christianũ orbem institutũ, honorificè & utiliter in anno. 4. pôtificatus sui celebrauit. Et beatũ Bonauenturã theologũ ordinis sui, in sanctorum confessorũ numero ascripsit. Hic quædam bella iudicio multorũ præter iustitiam suscepit: & in primis Laurentiũ medicen Florentinũ excommunicauit, & ipsis Florentinis bellum indixit, eo quòd Raphaëlem diaconũ cardinalem comitiis Hiero. Riarii ex sorore Violentina nepotem, ac Franciscũ Saluiatum Pisanũ archiepiscopũ, cum trecẽtis uiris qui Iulianum medicen, ipsius Laurentii medices fratrem, in diuo Reparatæ templo obtrunca uerant, detinuissent ac suspendio interemissent. Quæ res cum huic ponti. Sixto nunciata fuisset, hortantibus Ferdinando rege & Hiero. comite, bellum contra Laurentium ipsum medicen & Florentinos suscepit, & damna multa eis intulit. Aliud postea aduersus Ferdinandum Apuliæ regem suscepit, quòd nollet illum Herculi Estensi genero suo à Venetis obsesso auxilio adesse, indéq; cum ipso Ferdinãdo pace confecta, pro eodẽ contra Venetos mutata sententia pugnam suscepit, eo quòd Veneti ipsi nollent eidem obtẽperare, ut Herculem obsessum dimitterent, ac ablata ipsi restituere, & propterea non modo omnes Italiæ principes & potentatus contra eos concitauit, sed ueluti Clemens sextus, alias effecerat, ipsos Venetos interdixit, excõmunicauit, ac maledixit, atque etiam omnibus dignitatibus eos priuauit, nec quoad uixit illis absolutionis beneficiũ impendere uoluit. Dũmque hæc agerentur, febribus decubuit, & pace inter Venetos & reliquos principes confecta & audita, mox uitam exalauit. Fuit nihilominus pontifex hic inter cæteros optimus, ac præ omnibus certè felicissimus & fortunatus, quod omnes Christianos principes toto tempore sui pontificatus obsequentissimos habuit, & quos noluit depressit, quos aũt uoluit pro uoluntate exaltauit. Suis etenim (ut præmissum est) sine ulla contradictione, multa ac plurima contulit beneficia. Et si multos habuit detractores, tamen ut uerum fatear, uir bonus erat, & iustus pontifex fuit. Summa etenim instantia & alacritate animarum custos extitit. Cupiditatem omnino à se resecauit, iras compressit, & malitias omnes extirpauit, & uirtutibus semper inhæsit. Trigintaduos cardinales toto tempore sui pontificatus creauit. E quibus tres fuerunt Ro. duo Genuenses, &. 4. Saonenses. Quos inter Iulianus sancti Petri ad uincula, ex fratre nepos fuit, qui ipsius corpus maxima pompa & deuotissimis exequiis (ut decuit) nouo in templo seu sacello apud sanctũ Petrũ in Vaticano sepeliri fecit. Hic etiam multa officia noua & institutiones festiuitatũ ueteribus addidit. Et multorum sanctorum festa, uidelicet seraphici Francisci, Conceptionis & Præsentationis gloriosissimæ uirginis Mariæ, sanctæ Annæ, matris uirginis Mariæ, sanctissimique Ioseph sponsi matris dei, celebrari iussit.

32 cardinales creauit

Nicolaus Tronus. 70. Venetiarũ dux, Christophoro Mauro duci, hoc anno suffectus, ducauit anno uno, mensib. 8. & dieb. 5. Homo sanè magnanimus perhumanúsque, ac certè eloquẽtissimus. Quiq; quoad uixit, semper optimus ciuis, optimus senator, optimúsq; Aristocratices & princeps cõsummatissimus habitus fuit. Suscepto igitur magistratu, confestim cum Parthorũ rege contra Turcũ socia arma coniunxit, fraudatámq; pecuniã Venetam, uiua sui effigie (maximo famẽ, tum publico, tum priuato incõmodo) resignauit. Nouos etiam in urbe magistratus ueteribus addidit, uidelicet ut præciosis rebus ita & iis quæ uiliora sunt nõ inutiliter nouum inuenisse diceretur, quanquã uile quidẽ dici potest, quod humanæ uitæ maximũ præstat adiumentũ. Duos enim uiros creauit, qui publica pecunia ligna ad domesticũ usum mercarentur, aut ex publicis nemoribus accersirent in urbe, ut quum hyeme mare esset minus nauigabile, ne eorum inopia in urbe laboraretur, mandauit ut quum opus esset ipsa ligna sic congregata, in pauperes distribuerent, ut postea fratre aliquo maiore incõmodo debitam exigerent pecuniã. Aliũ quoq; magistratũ de tribus uiris Caducariis instituit, qui quorundã inopia, tributis nõ suo tempore solutis, cõpellerẽt eos tributa soluere. Huius enim felicissima magistratu Veneta respub. Cyprũ insulã suo asciuit imperio, & Herculẽ Estensem remittentib. quibusdã in regnũ Ferrariæ collocauit. Quibus optimè 6670

Nouos magistratus in urbe instituit.

optime gestis,& ipse primo ducatus sui anno mense.8.nullo Christianæ religionis,uidelicet iustitiæ,pietatis,& benignitatis exemplo prætermisso moritur,& ibidē in capella maiore ordinis minorum cum ingenti pompa sepulchro superbissimo sepelitur.

6670 1471 Hercules Estensis,Nicolai marchionis ex Zaizarda uxore filius,Borsiique ducis frater, secūdus Ferrariæ dux,hoc anno non sine magna cōtentione regnū.paternum suscipiens, regnauit usq; in præsens qui est annus.2.supra.1500.annis.31.Vir quidē bonus,ingeniosusque,ac rei militaris scientia eruditissimus. Et propterea septimo sui regni anno Florentini,Venetiq;,ac Mediolanēses,ipsum tanquā uirum magnanimū & prudentissimum cōtra Alphonsum Calabriæ ducem,& Hiero.comitem,ac Federi.Vrbinatem ducē,sui exercitus ductorē constituerūt,qui in Senēsium agros depopulabūdus ingressus,plæraq; eorū oppida euestigio cœpit.Verū dissentiente ab eo Federico Mātuano marchione,non sine suspitione proditionis,copiarū partem amisit.Hic itaq; principatu suscepto,cōfestim Helionoram Ferdinandi regis Neapolitani filiā,mulierem cordatā & magnanimam duxit uxorē, ex qua sex suscepit filios.4.mares,&.2.fœminas.Tertio deinde regni sui anno Nicolaum Estesem,ex fratre sibi nepotē,adolescētem omni uirtute cōspicuum,cum regnū inuadere statuisset,captum,interficere fecit,nam ipse Nicolaus qui regnū illud sibi deberi existimabat,ad patruū Ludouicum Mātuæ cōfugerat,dūmq; per.3.fermè annos ibidē permāsisset, tādem à cōspiratoribus & amicis paternis Ferrariēsibus ad inuadendum regnū euocatus, quadā animi anxietate & amicorū suasionibus permotus, una dierū tentare fortunā statuit.Et.800.uirorū oberratorum exercitu cōparato, Ferrariā clàm ingreditur, & in forū cum plausu & tympanis perueniēs, ad excitandos cōspiratores & amicos, clamare cœpit uella uella,hoc enim cognomen Nicolao erat, sed nulli ciuiū propter id arma mouere uo luerūt.Et dum Nicolaus ipse eo in plausu aliquādiu in forū consedisset,tandē à Sigismundo Herculis uterino fratre,cū aliquibus rusticis & aliis plurimis militibus ipsius pugilibus obtrūcatis,urbe fugatus est,quē tamē insequentes demū in paludem dilitescentē cum.20. eius sociis cœpit,& ad Heleonorā nouā Herculis sponsam uinctū perduxit,Heleonora autem eum cū dulcibus suscipiēs usque ad aduentū mariti,qui Berrengardū tunc erat,seruari præcepit.Cúmq; Hercules domum rediisset suorū consilio usus,mox sacerdotes ad Nicolaum mittēs ædixit,ut cōfiteretur,seque ad interitū præpararet.Ac sic tertio die exacto (omnibus sociis in patibulo appēsis)eum in arce capitali sentētia puniri fecit. Manéq; facto magna cū exequiarū pōpa sepeliri cū fecit.Hic etiā paulòpost comites sancti Bonifacii exigēte iustitia omnes extinxit,& eorū bona suo fisco adegit.Decimo deinde regni sui anno quorūdam amicorū suasionibus permotus,tergiuersatis Venetis, Ferdinando socero suo regni & aliis sociis colligatis inhesit,& ut aiunt, uetustissimas Venetorū immunitates uiolare cœpit.Et quædam in eorū contēptum moliri præcepit, licet totū oppositum ipse fateretur.Quæ res maximū incendium in tota Italia certe excitauit,pro qua re Veneti terra aquáque illum oppugnare cœperunt,& plurimas terras eidem abstulerunt.Et nisi Alphonsus Calabrorum dux eius sororius,uir prudentissimus,& in armis strenuus ei auxilio affuisset,ac Sixtus ponti.Ro.& execrationibus & armis eisdem obstitisset, de eo omnino actum fuisset.Sed tandem pace inter omnes confecta,prout etiam eius genitor Nicolaus marchio effecerat,Rodigium oppidum & totum eius Pollicinum Venetis ipsis dimisit, in eo tamen permaximo & periculosissimo bello, nusquam hunc consternatum animo uidisse compertum fuit.Quinimò semper inuicto & excelso corde hostium uires repressit, plurimisque uicibus cum paucis eorū,innumeros profligauit,cúmque eorū uiribus grauissime præmeretur,eóq; foret res sua deducta,ut suo statui plurimum metueret,per totā Italiam legatos misit,qui dicerent per se solū tantā belli molē ferre non posse. Et quàm uniuersæ Italiæ metuendū foret,si Veneti Ferrariā occuparēt. Suis itaq; obsecrationibus permoti, oēs Itali eidē auxiliū præbuerūt.Si huius præclarissimi principis uniuersa præclara facinora dūmq; singulas uictorias quoq; gessit enarrare uellemus,lōgissimā profecto texeremus historiā.Eius enim uulnera suo in corpore accepta,indicāt præclarissimū semper in eo fuisse animū,post bellū cū Venetis terminatū,hic princeps ad ociū & ad togā cōuersus,ad dominū totus cōuersus nil sua religiōe sanctius.nihilq;suis moribus ornatius,nihil deniq; sua

Hercules dux Ferrariæ.2.

Comites sancti Bonifacii extinxit.

Rodigiū amisit.

liberalitate commendabilius fuit, nam oẽs pristinas uoluptates, ac (ut ita dixerim) desideria mala, à se reiecit, & ad uirtutes & ad religionẽ se totũ conuertit. Et in eo diuinitus ita diuinus amor atq; zelus incredibilis Christianæ religionis & fidei ita creuit, quod inter cætera diuina officia plurimũ colens, illa mirificè cum ingẽti impẽsa ab exquisitissimis cantoribus dulcissima & suaui melodia decãtari quotidie instituit, quorum canendi suauitas eidẽ tam grande canendi desiderium immisit, ut breui iam ætate grãdæuus, non musicã solum didicerit, uerum etiam ad ipsam perfectissimam canendi & pulsandi artis peritiam mirabiliter peruenerit. Horas canonicas quotidie more ecclesiastico exoluit, deinde missas quotidie, atq; alias singulares obseruationes maxima cũ religione audit, singulisq; diebus ac exẽplum sancti patriarchæ Abrahæ, ultra communes eleemosinas magnas, manibus propriis tredecim pauperibus, singulis eorum tres panes duásque carnium libras, cum urceo uini, atque monetam argenteam ualoris solidorũ octo usualium contradit, quos cũ sua benedictione lætos à se dimittit, uiros doctos & eloquẽtes plurimũ amat, & honoribus ac beneficiis fouit, nulla quidem est cõparatio thesaurorũ quos in ædificiis ecclesiarũ urbis Ferrariæ & monasteriorũ innumerabilium, tam fœminarũ quàm uirorũ, nouam quoq; Ferrariã incredibili pulchritudine & ornatu condidit. Cuius sanè ambitus permaximus est, & fossis profundissimis, aggeribúsq; altissimis & muris, ac frequẽtissimis turribus eam cinxit, ipsam autẽ omniũ illius regionis amplissimam iam reddidit & effecit. Et deniq; hic dignissimus princeps adeò in omni negocio, atq; uerbo modestus lenisq;, ut ex eius ore nihil incultũ aut subrusticũ unquã audiatur, estq; hic cõmunis mediocris hominis staturæ & formæ, sed mirabili quodã membrorũ cõpactione, & decora lætaq; facie honestatus, atq; mirabili fortitudine illustratus, ita ut & luctatiõe, & saltu, & cursu, oẽs coequales sua in iuuẽtute anteiret, semper cliẽtellas enim penè affinitatis innũeras hic dignissimus princeps filiúsq; suis constituit, ut nullus Christianorũ principũ qui eis nõ ueniat uel consanguineus uel affinis.

Prodigium. Cometa stella, in principio huius anni, circa festũ sanctæ Agnetis apparuit, igneo colore, rutilãs crinibus lõgis nigrisq;, quos in Occidentalẽ uergebat plagã, cuius quidẽ corpus primũ circa libræ principiũ fuit, postea se tantũ in Septentrionẽ flexit, ut extra Zodiacum migrasset, proculdubio iudicatũ sit, durauítq; diebus. 80. Nam breuissimũ durationis cometæ tẽpus. 7. dierũ, longissimum uero octuaginta Aristoteles tradidit, nec isto nondũ dissoluto, alter apparuit, cui erat coma ignita, quæ in Arictis signo posita uidebatur, & caudam in Orientalem uergebat plagam, sequenti quoque anno siccitas incomparabilis subsecuta est, & pestilentiæ, belláque cruentissima pluribus in locis eucnere. 6671

Nico. Marcellus Venetiarũ dux. Nicolaus Marcellus, primus & septuagesimus Venetiarum dux, hoc anno, suffragiis omnium Trono duci suffectus, ducauit anno uno & mẽsibus. 3. ac diebus. 6. uir certè quem ob animi & corporis dotes, cũ quouis Christianissimo principe merito comparare possumus, quis liberalitate, gratiáq;, omniũ non modo conciuiũ suorum, sed exterarũ nationum principũ beniuolentiam sibi comparauit, pietatis etiam & religionis, misericordiæ, ac munificentiæ, unicum exemplar ab omnibus habebatur, qui quoad uixit rempu. Venetam contra Turcos optime defensauit, & quammaxime in Scorda Illyrici prouinciæ oppido, maximam de Turcis per duces suos ædidit occidionẽ. Eo enim ipse Mahumetus Turcus centum milia pugnatores miserat, ad oppidum expugnandum, qui tandem cum maximo dedecore discessere. Hic etiam duos nouos magistratus in urbe constituit, uidelicet sex exactores, per singulas urbis regiones unum, qui pignora caperent, riteq; capta hastæ illorum arbitrio uenderẽtur, alium uero nexorum seu incarceratorũ aduocatores, qui corũ causas ante tribunalia magistratuum tuerentur, hic etiam nouam monetam ad instar Troni cudere fecit, quam à se Marcellum denominari uoluit. Demum princeps hic de deo déq; hominibus benemeritus, in senectute bonadeficiens, apud Carthusienses sepelitur. 6672

Phocis græciæ ciuitas. Phocis Græciæ ciuitas olim à Phoco Thesei fratre condita & denominata, quem ipse Thesæus frater interfecerat, in littore maris constituta, & à Genuẽsibus olim instaurata & possessa, hoc anno dum Turcus Mahumetus Soldanum Assyriorum & Aegyptiorum regem bello appetisset, ui cœpit, & suo regno adiecit. Deinde Lupum Baldaliam Cyprium, Soldani imperatorem, bello superauit, & cum multis suorum eum interfecit.

Aluisius

Aluisius Salusiarum marchio, Thomæ marchionis filius, hoc anno de mense Aprili patre defuncto in paternum & auitum regnum succedens, regnauit usque in præsens annis 29. Vir certe magnanimus, splendidus, liberalis, & perhumanus, bonarúmque literarũ non mediocriter doctus, & rei bellicæ ardentissimus. Qui Gulielmi Montisferrati marchionis filia, cum spe successionis dominii, duxit uxorem. Quia eidem Gulielmo nulla masculina proles supererat, & ipsa primogenita inter filias erat, hunc tamen Carolus Sabaudiæ dux sororius suus, multis prælijs ac infestationibus sibi subegit, & regnum omne sibi ademit, & nisi Carolus Francorum illi suum præstitisset fauorem, quo in regno restitutus fuit, per mundum errabundus & uagus iuisset.

Christenes seu Christernus inclytus rex Daciæ, Superiæ, Nouergiæ, ac Gothiæ, & Esthoniæ dux, uir quidem Christianissimus & multis uirtutibus perornatus, hoc anno ut Romam soluendi uoti sui gratia peteret, per uniuersam Lombardiam, Thusciámque iter fecit. Et ab omnibus potentatibus honorificẽtissimè exceptus est. Ea enim gratia illò proficisci ferebatur, non modo ut uotum solueret, sed ut Christicolas cõtra Turcum animaret. Romam itaque ingressus, prodente obuiam honorato cardinalium collegio, à Sixto ponti. maximo perbenignè & honorificentissimè exceptus est, ac pro singulari munere Rosa aurea (quam pontifices singulis annis in Dominica Palmarum alicui ex principibus Christianis donare consuerunt) à Sixto pontifice donatus est, ibidem enim de uniuersali Italicorum principũ pace agere cœpit, ut scilicet uno animo contra Turcum coirent, sed res perfici non potuit, indeq; ingressus, per omnes ferme Italiæ urbes pertrãsiens, magno & celebri honore ubiq; habitus est. Domũ deniq; reuersus, aliquot annis cũ omni sanctitate, & optimæ uitæ exẽplo superuixit. Hic in anno salutis nostræ. 1454. cum Constãtinopolis ciuitas à Turco occupata fuisset, à Cæsare Federico in Germaniã, ad Dyetam uocatus, ut Turco cõtradiceretur, se per literas dolẽs excusat, dicẽs, notã fore in regnis suis nõ modicam discordiam, sed pollicetur, si quid in ipsa Dyeta conclusum fuerit, se prompto & gratissimo uultu facturum. Datia autem huius principis regnum est Europæ prouincia, Danubio fluuio, siluæque Hercinæ proxima. Cuius gens olim Vngariæ partẽ incoluit, deinde in maritimis partibus Nouergiæ proximis incoluit. Nouergia regio huic proxima frigidissima est, quæ uersus Oceanum Germanicum est sita.

Filibertus quartus Sabaudiæ dux, paruulus hoc anno Amedeo patre uiro optimo & sancto, apud Vercellas defuncto, eidem quatuor tantummodo annis habens, succedens regnauit sub tutela matris, que Aloysii Francorum regis soror fuerat, annis. 10. Obiitque quatuordenis, relicto Carolo fratre successore, huic Galeatius uicecomes Mediolanensium dux, filiam suam infantulam nomine Blanchammariam nupsit, quo quidem die fuit sexta Ianuarii, & idẽ Mediolanensiũ dux in leticiæ signũ duodecim diuersæ ætatis equestri auro insigniuit, spõsalitiisq; cõtractis, Galeatius socer & dux, tutelã ipsius suscepit. Habuit nihilominus puerulus iste multos aduersarios, & primo Carolum Burgundiorũ ducem, qui anno decimo huius regni postquam idem Carolus dux maximã stragem ab Heluetiis, ubi ad duodecim milia pugnatorum interfecta sunt, dum domum superatus reuerteretur, capto huius patruo Iacobo, & hũc capere tentauit, sed à suis per fugam subtractus fuit. Deinde anno nono sui principatus Episcopus Zambræ patruus suus, cum quibusdam complicibus magni precii uiris, hunc regno apud Vercellas urbem spoliare tentauit. Ad quem Mediolanensis dux, plurimos armatos in subsidium misit, qui capto patruo episcopo Taurini in uincula coniecerunt. Habuit itaque princeps Amedeum uirum sanctissimum genitorem, qui multis post mortem claruit miraculis, habuitque alium Amedeum proauum, qui ducatus dignitatem sibi successoribúsque suis rite à Sigismũdo Cæsare obtinuit, & sanctitate, ac pontificali dignitate, atque rebus clarissimè gestis, illustrissimus ubique extitit, ut superius de Felicis ponti. tractauimus. Sed hoc unum de ipso Amedeo primo duce proauo istius reticendum non est, Quod dum in Syria Christianorum exercitus apud Rhodum insulã haberetur, & mortuo Rhodiorũ principe, urbs Rhodiana à Turcis obsideretur, & Christiani ubi trepidarẽt, ipse urbẽ ac insulã infracto animo suscepit, & Barbarorũ impetum sustinere nõ extimuit, imò excelso animo illos oppressit & fugauit,

Philebertus 4. Sabaudiæ dux.

& insulã cum ciuitate & maximis periculis,ac dura obsidione liberauit. Quamobrem statim Christianorum omnium principum consensu summóque applausu,crucis albæ uexillo donatus est,decretóque illo auctus,aut, ut in militaribus crucem illam perpetuò deferret. Quo glorioso insigni, omnes postea successores, relictis Cæsareis Aquilis, quod priscum eorum insignium fuerat,in hunc usque diem insigniti uidentur.

Petrus Mocenicus,secundus & septuagesimus Venetiarum dux,hoe ipso decimo septimo calen. Ianuarii absens,grato omnium patrum consensu,Nicolao Marcello duci surrogatus,ducauit an.1.& men.2.optimus quidẽ & eloquentissimus uir,cuius rei causa omnibus gratus & dilectus fuit,qui cũ domi forisq; maris imperio fretus esset, aliquando Asiã ab Helespõti faucibus usq; in Syriã igni ferróq; uniuersam uastauit,& Caramanis regulis, Venetorũ sociis,à Mahumeto Turcorũ principe oppressis, eos in regnũ suũ cõfirmauit, & Cyprũ insulã à cõiuratis magna celeritate atq; prudẽtia defensauit, atq; Scodrã totius Albaniæ seu Illyrici caput,unà cũ Anto.Lauredano,in ea tũc prætore suo ductu suísque auspiciis (ut dictũ est) graui Turcorũ obsidione liberauit,& rẽp.felicẽ esse uoluit. Ea propter etiã absens diui Marci procuratoris titulo insignitus fuit. Tandẽ dux declaratus euestigionum sex uirorum collegium sua in rep.instituit,cui quidẽ collegio uectigalium gubernatores cum paucis aliis ascriberẽtur,haberẽntq; ipsi uiri sapientes nuncupati, authoritatem uectigalia augendi, ac etiam noua tributa conscribendi,atque alia huiusmodi ad pecuniam expiandam procurandi,& hoc quis contra Turcorum impetum iugiter in armis erãt. Aliis quoq; nõnullis in rep.benegesta anno.1.mẽ.2.sui magistratus,an.scilicet.1476. moriens, in prædicatorum basi.sepelitur,adhibita à senatu honesta funebri pompa.

Sex uiros sapientes instituit,

Hieronymus Ryarius ciuis nobilisque Saonensis,hoc anno iactis in Imola Romandiolæ prouinciæ, ciuitate sui principatus fundamentis, regnare cœpit, & regnauit annis.14. ea quippe ciuitas à Thadeo Manfredo suóque genitore aliquandiu possessa, hoe ipso anno,eo & Guidatio eius filio inter se diffidentibus,urbem Galeatii uicecomiti Mediolanensium duci,ex communi consensu credidere,quibus ad se uocatis,in primis castellũ nouum in Alexandrino agro Thadeo possidendum tradidit,Guidacio autem eius filio,stipẽdium annuale assignauit,& ita ipse dux urbis dominium totum in se suscepit,quo adepto Sixto ponti.maximo annuente,imò & mãdante,ipsam urbem Hiero. huie genero suo dotis nominis (prius tamẽ.40.milibus aureis ab ipso Sixto seu Hiero.præsolutis) suscepit,id ipsum ponti.ipse maximus Sixtus Ordelaphis principibus mortuo Pino an.salutis nostræ.1479. in Forliuio urbe disceptantibus effecit, & Forliuianam ciuitatem huic Hiero. concessit, atque ita ab uxore Pini uidua,ipsam urbẽ etiam recepit. Quibus urbibus susceptis,ipse Hiero.nullum humanitatis ac certe beneficii genus prætermisit, quin ciuibus & urbibus ipsis non contulerit, ut eos ad concordiam æquanimitatem, ac suam beniuolentiam, & fidelitatem redigere posset. Eius namque humanitate,modestia,& liberalitate, munificentiáue, atque urbanitate,imprimis ipsa Imola ciuitas,mox tanto splendore atq; pulchritudine,in omnibus refulgere cœpit,ut ex infima omnium urbiũ fece,ad summã omniũ ciuitatẽ illius regionis pulchritudinẽ deduxerit, nam cum primũ ipsius Imolensis ciuitatis dominatum suscepit,in ea arcem seu castellũ munitissimum maxima impensa erexit,& prævalido muro aliquibus in locis ipsam urbem cinxit,ac portas cum turribus & propugnaculis præclarissimas adiecit,deinde domos ligneas solo luto compactas,omnibus ciuibus deponere mãdauit, & alias celebres cultiores suo anxilio erigere fecit, urbem quoque cenosam & immundam, pulchris & firmis lapidibus sterni fecit, palacium superbissimum super platea inchoauit,cum columnis & porticibus aliquam ex parte perfecit, quibus beneficiis & felici dominio adeo ipsa ciuitas inclyta & felix euasit,ut cum opibus & pulchritudine mirũ in modum excrescere meruerit, nunc suo beneficio mira claritate resplendeat, idipsum in Foroliuio effecit,ubi multa & præclara ædificia cõstruxit.Hic itaque illustris princeps ex Saona Genuẽsium urbe,nõ obscuro,sed nobili genere natus,infans adhuc, patre sublato, honeste sub matre uidua nomine Blãca educatus & generosos mores & gratia affluẽtes habuit uirtutes. Inde ex successione Petri aermani ordinis minorũ,tituli sancti Sixti cardinalis,apud Sixtum pontificẽ maximũ,in hanc celsitudinẽ prouectus fuit, qui scilicet literarũ ornamento

6673

Forliuium ciuitas.

ornamento caruerit, ingenio tamen & humanitate ac liberalitate atq; prudẽtia, cũ quouis principe sui seculi cõparari potuit, eius nãq; cõpositi mores, mãsuetudo, hũanitas, & familiare urbanũmq; uiuendi genus, eum nõ solũ põti. maximo, sed etiã multis principibus charum gratũmq; effecerant. Tandẽ. 15. mẽ. Apri. anni. 1488. à Franci. & Ludo. Vrsis, & aliis duobus cõplicibus (quibus semper & honores & beneficia cõtulerat plurima) beneficiorum reetributionẽ multis uulneribus in proprio palacio cõfossus, turpiter occubuit. Quo mortuo, etiam eius corpus ad crudelitatis uesaniã, per fenestrã palacii in publicũ forũ nudum proiecerũt. Hæc ex cõposito gesta, cum multis cõiuratis ipsi occisores regiã inuaserunt. Et Catherinã principis uxorẽ cũ filiis paruulis, in turri incluserũt, & totam regiam diripuerũt, deinde Catherinã in cõspectu populi adducũt, cui & ultima supplicia comminãtur, nisi arcem cõsignaret. At Catherina ut erat animo sagaci & excelso mulier, se omnia facturam pollicetur, modo paterẽtur se in arcem ad colloquiũ cum præfecto arcis ingredi, quo impetrato, ubi ingressa est, clausis euestigio portis, se iam tuto esse respõdit, nec quicquam nimis uelle ut præsidia populo traderẽtur, si quid in filios crudelius statuissent, inuẽturam se apud fratrẽ Medio. ducẽ, cuius subsidia in horis expectabãtur, & occisi mariti & librorũ ultionẽ, unde post. 14. ipsius mẽ. diem affuerũt. Io. Beneuẽ. Bononi. & Galea. Sãseuerinas, ducis Mediolanẽsis præfectus, cũ multo exercitu, & fugatis multis & obtrũcatis proditoribus, filios Catherinæ è uinculis soluunt, quorum primogenitus Octauianus nomine, annorum circiter nouem, princeps sub tutela matris declaratus fuit. Ludouicus & Franciscus fratres Vrsi occisores.

Puellæ monstrum tempestate istac in Veronẽsi agro nascitur, quod unũ tantũmodo caput habet, sed duos pedes, duas uuluas habens, ex ipsis ambabus uuluis superfluitates emittebat, insuper. 4. brachia, sed duo grossiora, quæ pro uolũtate mouebat, alia uero tenuiora immobilia erant, uentres etiam duos circa stomachum coniunctos habebat, Quam parẽtes per Italiam circumferentes, precia ab inspicientibus mendicabant. Monstrum.

6674 1475 Simon Tridẽtinus puerulus, quẽ ob miraculorũ frequentiã appellant, hoc anno in Tridẽtina urbe octauo calen. Apri. à Iudæis necatus, Christi martyr efficitur. Iudei itaq; ea in urbe degẽtes, pascha suo more celebraturi, cũ Christianũ nõ haberẽt immolandũ, cuius sanguine suis in azymis uti possent, puerũ hunc isto mõ in Samuelis cuiusdã Iudæi inter ipsos honorati domũ, furtim deportarũt. In cuius collũ primũ, ne uagire posset, sudariolũ alligarũt, & nocte quæ fuit passionis Christi dies, illũ super altare ipsorũ Synagogæ, super crucem brachiis extẽsis opposuerũt. Et primo priapulm forpicibus, deinde mox genã dexteram præcidẽtes, ac sudibus peracutis, hymnos eorũ more canẽtes, usq; ad mortẽ pupugere. Quo examinato, eius corpusculũ in propinquũ domus eorũ flumẽ proiecerũt. Et sic innocentis pueruli sanguine perfidi & perditissimi Iudæi, suũ pascha magno cũ gaudio celebrauerũt. Querẽtes deinde anxii parentes gnatũ puerulũ, postridie cum ipso in fluuio inuenerunt, uisóq; puerulo, statim urbis prætori scelus denũciarunt. Erat tũc ea in urbe prætor, Ioan. de Salis, nobilis Brixianus ciuis, egregius legũ doctor. Qui uiso puerulo exhorruit facinus, & sua usus prudẽtia, cõfestim omnes urbis Iudæos cõpræhendere fecit. Et eculeis eos sigillatim imponẽs, tormentis astricti, eo ordine retulerũt. Quo diligenti examine bis terq; cognito, ipse ingẽti zelo fidei succẽsus omnes Iudæos, aut orbe & urbe cõdignis suppliciis exterminauit, & eorũ bona in prædam dedit. Simon uero sanctus à cõciuibus & à parẽtibus collectus, & ad templum cum innumerabili populorum frequẽtia delatus, multis euestigio cœpit clarere miraculis, & adeò in tantum eius miraculorũ fama percrebuit, ut tãtus ad ipsam urbẽ ex omni Christiano orbe populorũ concursus, ad sancti huius pueruli sepulchrũ, miraculáq; uisendo, est factus, ut etiã ciuitas ipsa cũ miraculis opibus multis sit aucta, & hoc non sine Iudæorum maxima infamia & confusione dictum sit: corpori uero ipsius pueri Tridentini ciues basilicam pulchram postmodum exrexere. Miraculum.

Consimile etiam scelus apud Motam oppidum, quod est in finibus agri Foroiulii post quinquennium, ipsi Iudei peregerunt. Nam etiam alium puerũ simili modo peremerunt, pro quo tres eorum captiui Venetiis missi, ibidem atroci supplicio concremati sunt.

6674 1475 Bartho. Coleo clarissima familia in Bergomates natus, Vene. exerci. maximus impera. hoc ano. 4. nonas Nouẽ. postea quàm. 21. an. imperatoriã digni. apud Venetos exercuisset,

apud Malpagam suæ habitationis oppidũ agri uidelicet Bergo. suæ ætatis anno. 75. moritur, & Bergomum delatus, regiis exequiis in urbis foro iuxta maius tẽplum in mirabili sepulchro, quod ipse uiuẽs iuxta imperii sui dignitatem sibi extruxerat, sepelitur. Is namq; Impera. in auro & argẽto rerũmq; copia super oẽs priuatos Italiæ uiros præcellebat, quãobrem etiam nomen celeberrimũ, non modo cum prouinciæ principibus cõmune, uerum etiam extra prouinciã, cõmunes etiam cum principibus & regibus titulos, etiam quadam animi sui uirtute sortitus est, atq; fuit. Et quia pro uirtutũ gradus ex domestica (ut ita dicã) sorde illo conscendit, ut per unum & uiginti annos apud Venetos imperatoriæ dignitatis munus promeruerit, idcirco haud absurdũ putauimus in huic operis calce, in uita huius nostri clarissimi imperatoris cõscribẽda, præter mortẽ suscepti operis diutius immorari. Fuit igitur in primis Bertho. Coleonus imperator, formosi proceriq; corporis, & eximie uenustissimæq; per omnẽ eius ætatẽ pulchritudinis uir, magni quoq; roboris, & uelocissimæ agilitatis, & uelut alter Asaël, magni Ioab frater, tantã gloriam in pedũ uelocitate habuit, ut non solũ homines, sed etiã equos ad currẽdi certamina superarit, eiusque magnanimitas in bellis pertractãdis non satis scripto explicari possent, literarũ autẽ gloria nec omnino indoctus, aut gnarus fuit, literarũ tamen hominũ amãtissimus & assiduus fuit, & multorum historicorũ libros prout mirabilis ingenii uir erat, subtiliter intellexit, hãc ei ignorantiam ideo euenisse tradũt, quòd in pupillari ætate Paulo eius genitore Tritũ oppidi tũc domino, ab eius affinibus cupiditate dominãdi obtrũcato, & matre in uincula coniecta, puerulus ipse ultima lacessitus paupertate, per deuia quæq; sine literarũ præceptore, quadã animi magnitudine se cõferre coactus fuit. Et primo ut rei militaris fortunam tẽtare posset. Placẽt iam ad Philippũ Arrellatem tũc in bellis clarissimũ ducẽ, ut prima militiæ perciperet rudimẽta, cõcessit: inde ad Brachiũ in Apuliam trãsmigrauit, ubi & primũ futuris honoribus prudẽs armiger factus, uiã aperire cœpit. Dein hinc ad Iacobũ Caudolã, qui Neapolim cõtra Alphõsum nomine reginæ Ioan. obsidebat, euolauit, ubi inter imperatoris milites tanquã Marcus Catonis filius, primus enituit, & propterea uiginti equitibus, illa prima conditione præfici meruit, paucisq; post diebus Bracio ab ipso Caudola in Aquilæ bello ipso Bertho. militante interfecto, eius etiã uirtus ea in pugna cæteris præstantior declarata & prædicata, in Venetos euocatur, ubi & sub Crimignola comite, cõtra Philip. Mediolanensiũ ducem, bellũ gerẽte, militaturũ se cõtulit. Cum quo, quàm strenuè, quámque magnificè cõtra Zarpellonũ uirum audacissimũ in obsidione Cremonensi se exercuerit, non facile narrari posset. Eãobrem senatus Venetus, ob claram nominis sui famam, etiam octo equites, supra quos habebat, ei adiecit. Exinde quãto consilio, quãtáq; prudẽtia clarere cœpit, & præsertim in saluãdis Venetorũ copiis, in expugnatione Bergomensiũ, uallisq; Camonice depopulatione, dehinc etiam in expeditione cõtra Nicolũ Piceninũ, Brixiam infensissimè obsidẽtem, postmodum in defensione Veronæ sibi per senatũ Venetum creditæ, & postremo eius quam cõtra temeritatem Guereri magni, & fortitudo usus fuit. Senatus populúsque Venetus illo tunc & deinceps retributionum meritis magnificentissime comprobauit, nec etiam prætermittendum est, quæ postea Philippi ducis Mediolani nomine apud Bononienses Picenses & Cremonenses strenuè fortitérque ac prudenter gesserit bellorum facinora, licet ultimus uitæ suæ suspicione ductus, idem dux iniqua carceris damnatione eum captiuauerit, uerum anno nondum euoluto dux ipse uita excedẽs Bertholo. excarceratus fuit. Nec propterea senior, imò audacior effectus, suum non magno labore collegit exercitum, & iterato acceptis Mediola. stipendiis, mox contra Gallos in expeditionem accessit. Quorum furores motúsque, quanta magnanimitate fortitudinéque triplici triumpho fuderit, huic eius innumera uulnera, illinc illorum funera testantur. Dehinc post Transalpes tantus huius Coleoni nominis terrarum Gallorum accolas inuaserat, ut quoad uixit semper ipsum ducem in eorum exitium natum horruerint, & ideo Franciscus Sfortia Mediolani dux, qui Italia tanquam Alexan. enituerat, huius inuictissimi imperatoris laudes in bellis pertractandis ad cælos usque extulit. Itidem Alphonsus rex iam pridem fecerat, adeò ut ad intrans hominis uirtutẽ atque præstantiam, dixisse feratur, & se Bergomẽses ob cõceptã in eum beniuolẽtiam illámq; Taraconẽsem futurũ deinceps

Pater huius à suis occisus fuit.

Ad philippum ducem etiã se cõtulit

Gallos superauit.

Imperii sui dignitas.

deinceps decernebat, ea propter fertur apud præfatū regē illud præclari leonis insigne illi à principis uxore à principio oblatū fuisse, quo idē præ oculis habēs leonis more militari à cæremonia uehemētius indies accenderetur, ad Romulū igitur clarissimarum eius uirtutum declarandarū inclytus Venetorū senatus, postremo illi imperii uniuersalis sceptrum tanta pompa cōtulit, quanta uix humani fastus & gloriæ capax opinari queat. At sceptro suscepto, solum eius authoritas omnium hostium animos adeò suppressit, ut cōfestim Mediolanen. & Venetorū pax subsecuta sit, quæ quàm necessaria, quàmque utilis fuerit, omnium iudicio relinquo. Bartholo. itaq; in imperio cōfirmato, gloriam quasi de gloria proferre fategit, uirtutes quippe maiestati imperatoriæ necessarias summa diligentia cōplexua est, qui & si peccator mortaliū more habitus fuerit, Christianæ tamen religionis obseruantissimus extitit, miserationisque in pauperes ac pietatis ante deum monasteria tria sua impensa construxit, atque ecclesias nōnullas multis in locis ædificauit & dotauit, ingētia insuper legata & ea quidem perpetua pro uirginibus pauperculis maritandis in ciuitate Bergomi dimisit distribuenda, quæ res certè eum immortalem & perpetuo preconio dignum effecerunt, & ipsum Christianæ fidei amantissimum fuisse demonstrant, excoluit præterea ciuitatem suam eiusque agrum ac Brixiam maximis domorum ædificiis, agrū quoque Bergomen. cōplurimis beneficiis, scilicet peregrinas aquas maxima cum impensa introducendo bonificauit, indagauitq; balnea pro lepra purganda in Bergomensi agro, atque construxit. Quanto etiam in imperio princeps hic claruerit, consilio & prudentia ac beniuolētia reuerentiáque legationes regum ducum ac principum, ad eum frequentes, ipsæ declarant. Nonnunquam ipsi principes pacem & societatem ab eo petiere. Et cum principes multi & quammaxime Carolus Burgundionum dux, & Ioan. Andagauēsis dux, in familiis eorum per priuilegia auctētica ascripsere, & ipsorū insignibus eum uti cōcessēre. Erat enim erga omnes multæ bonitatis, clementiæ, mansuetudinis, & humanitatis, ac innatæ humilitatis uir, uirtutem autem atque iustitiam opere magisquam uerbo excolebat, seditiosorum insensissimus ferebatur. Eius aulæ amplitudo pompa & gloria omnium principum aulas æquabat. Vbi de honore agebatur, pecuniarum profusissimus nunquam pro splendore dignitatis & gloriæ superiorem pati uoluit. Erarium enim Venetū cum innumerabilibus pecuniis hæredem instituisset, ditissimum effecit, perplures etenim terrarum principes diuersis sub temporibus imperator hic, suo sub uexillo habuit, nouissimis uero diebus hi clarissimi principes & duces, eius stipendia uno exercitu sequi non erubuerunt. In primis Hercules nunc Ferrariæ inclytus dux, Alexan. Sfortia Pisauri dominus, Cichus & Pinus Ordelaphi germani, Hastor Manfredus Fauentiæ dominus, Bonifacius postea Mōtisferrati marchio, Ioan. Franci. Mirandulanus comes, cum duobus filiis, Marcus Carpensis, Deiphebus Anguilarus, Io. And. Caudola eques, Sfortia secūdus Frācisci Sfortiæ ducis Mediolani filius, Gerardus & Gaspar Martinengi eius generi, & alii multi. Tantæ enim eo tunc fortitudinis fuit, ut Federicus Cæsar iturus Romā, per legatos suos supplex ab eo Saluuū conductum expostulare compulsus fuit. Has itaque huius nostri præclarissimi imperatoris laudes ad multorū exemplū breui sub cōpendio hic pro uiribus cōscribere uoluimus, ut nobile hominis exemplum legētes, possint æmulatione ac desiderio immortalitatem adipisci.

Dotes pro puellis maritandis instituit.

Aulam suam & pompā dicit.

Hæredē Venetos facit.

Duces qui sub eo militarunt.

Capha Genuensium ciuitas.



Apha Genuensium ciuitas, quæ est in Septentrionali plaga, in Taurica Chersonensi penè insula Europæ prouincia, non longe à Meotide, populosissima quidem & mercatoribus plurimum apta, hoc anno quodam Squarzafigo ciue Genuensi causa proditorie in manus Turcorum deuenit, qua capta diripuit, & septuaginta milia captiuos inde secum abduxit. Odio enim Galeatii uicecomitis Mediolani duci id scelus factitatū fuisse tradūt, quia omnia ingenio ipsam & Genuam subiicere nitebatur. Et liberum principatum de eisdem sib[i] [u]endicare tentabat. Superiori etenim anno in Creta insula cōspiratione suborta, Cretenses Turcorum regi fidē dedere arma suscepturi, si classem eò mitteret & insulā in eo translaturi. Sed re patefacta, cōfestim imperator classis Venetæ, cū. 40. Triremibus armatis, ad insulā nauigauit. Eaq; classis, ubi à Cretensibus uisa est, adesse crediderūt Turcū, & Turci nomen inclamantes aduersus

Capha Genuē. ciuitas.

Vindicta contra Cretenses.

urbis præfectos & custodes in surgentes, in eisdem plurimum desæuierunt. Verum classis imperator remiges & pugiles in terram exponens, conspiratores omnes cœperunt, & multos eorum interfecerunt. Audientes autem hoc Turci, confestim in eximium mare, quod est Transbosphorum nauigauerunt, & terrestribus copiis sequentibus, præter omnium expectationem apud Capham constituerunt, & expugnantes ac eam lacerantes, tãdem cum magna cæde, ipso Squarzafigo prodente, urbem cœperunt.

Padus & Tyber, ac reliqui Italiæ fluuii, hoc anno Nouembri mense, ex multitudine pluuiarum ita excreuere, ut extra alueum effluentes, multa ac multa accolis damna intulerint. Quia non secus per uias homines nauigabãt, ac per eorum fluminum aluea facere con sueuerunt. Decrescentibus paulòpost aquis multa animalia & quammaxime Tyber secum traxit, quorum putrefactione & flatu maxima pestis subsecuta est. 6675

Magistratũ nouum decem cẽsoriorum.

Andreas Vendraminus septuagesimustertius Venetiarum dux, hoc anno Petro Mocenico duci suffectus, ducauit anno uno, & mensi. 4. Vir quidem ætate & authoritate grauissimus, atque opibus inter Venetos affluentissimus. De quo ob principis bonitatem nil memoria dignum habeo, quod literis mandari possit, nisi quòd Ludouico Francorum rege id fœdus percussit, quod cum Mediolani & Ferrariæ ducibus antea prædecessores sui percusserant. Deinde cum Mahumeto Turcorum imperatore pacem componere tentauit, sed à Ferdinando Neapolitano rege, atque à Matthia Hungarorum rege perturbatus, omnia usque ad successorem irrita fuere. Hic etiam magistratum nouum de Decemuiris censoriis ueteribus addidit. Denique quum iuste integréque ipsum officium sibi creditum, per illud tẽpus administrasset, magno sui desiderio relicto moritur, & in ecclesia seruorum sepelitur.

Carolus Burgundionum dux, de quo supradictum est, hoc anno die secunda Ianuarii cum Heluetiis & Leuciis Germanis grauissimo prælio cõmisso superatur, multis militum eiusdam cæsis. Tertio deinde mense post, idem dux comparato alio exercitu rursus fortunam tentaturus, ipsis Heluetiis bellum denuò mouet, à quibus & pari euentu deuictus & profligatus, decem militum milibus amissis in patriam aufugit, secum captiuum ducens Iacobum Sabaudiæ ducis patruum Francorúmque regis sororiũ, tentauitque Philibertum paruulum puerum prædicti nepotem Sabaudiæ ducem captiuare, & fecisset nisi à suis fuga ereptus fuisset. Nec propterea ferocissimus Carolus quiescere potuit, & post menses tres cum ipsis Heluetiis seu Suyceris, aliud atrox committeret præliũ, ubi ex utraque parte fere. 12. milia hominum cæsa fuerunt: anno deinde sequenti, qui fuit. 1477. die uidelicet lunæ. 6. Ianuarii dum hic ipse dux obstinatius magisquam consulte ipsis Suyceris grauissimum bellum intulisset, ab eisdem superatus & dissipatus ac profligatus, crudelẽ in modum occisus fuit, relicta unica filia nomine Maria, ex legitimo matrimonio suscepta, quam sibi Maximilianus imperatoris Federici filius nũc Ro. rex & Christianorum Augustus matrimonio copulauit, quam in uxorem suscepta, etiam imperium Burgundionũ inuasit. Quam obrem multa bella cum Aloysio Francorum rege gessit, cúmque ex ea unicum masculum nomine Philippũ, ac filiam suscepisset, ipsa ex equo decidẽs, fractis ceruicibus expirauit, hic ex bellorum multitudine multas ciuitates fecit desertas. 6675

A Suyceris occiditur

Galeatius uicecomes Me diola. dux.

Galeatius uicecomes, quintus Mediolanensium dux hoc anno die iouis sexto ac uigesimo Decemb. Mediolani in templo diui Stephani prothomartyris, solẽni ipsius sancti die, in magna stipatorum procerorúmque caterua maiore ciuium cuiuscunque ordinis corona tertio ac trigesimo ætatis suæ anno, à quodam aulico suo nomine Ioan. Andrea Lãpugnano, & aliis tribus complicibus proditoriè quatuordecim uulneribus sauciatus turpiter occubuit, ipse autem Io. Andreas proditor statim à stipatoribus correptus, innumeris uulneribus in ipso templo cõcisus est. Reliqui uero prius Frãcisco, quadã in cripta trucidato, qui solus pro duce in uestibulum templi opposuerat ad reliquam suorum multitudinem euaserũt, quæ armata præ foribus circiter homines triginta, ut edocti fuerant, quam ignari huius facinoris coniuratos opperiebantur, Ioan. Andreas ipse proditor, cum multis antea mensibus cum episcopo Comense de quadam abbatiæ possessione Miramundi, cuius ipse episcopus cõmendatarius erat per multum litigasset, simulans se ad capiendum principis ascensum

ascensum de cipien la uiolenter abbatiæ possessione proficisci, miseros atque ignaros omnium secum adduxit, suspicans multitudinem ipsam cum se innoxiam propter sumpta arma probare non posset, præclusa reliqua salutis uia, se ad quæcunque res postulasset secuturam, capti tamen perendie, nihil minus in uincula coniecti sunt, ac de octo ex his nondum comperta fraude supplicium sumptum, reliqui ubi dolus palàm factus est, dimissi. Franzonus unus ex coniuratis paulòpost principis cædem cum se fuga extra unam urbis portarum eripuisset, cognitus ex itinere retractus est, alii uero duo latitantes, pauc's post diebus reperti, in uincula acti sunt, ipsos autem proditores post octauum diem in uestibulo arcis in quaterna membra uiui discerpti sunt, quam diu per portas suspensa steterunt, capita uero lancea suffixa in pina turris maxime diu fuerunt, eodem die primates urbis quibus imperii cura demandata fuerat, ad promittendum uulgi fauorem ne qua seditio oriretur con iunctis uectigalium partes quas Galeatius dux occisus præter morem patriæ imposuerat, remiserunt. Reliquit aūt idem dux binos utriusque sexus legitimos filios, uidelicet Io. Galeatium primogenitum successorem, & Hermetem: ex fœminis uero Blanchā Mariam nunc Maximiliani imperatoris uxorem, & Annam nunc defunctam ex Bona Subaudiana uxore susceptos.

6676 1477 Ioannes Maria uicecomes, sextus Mediolanensium dux, patre eius Galeatio duce in festo sancti Stephani prothomartyris à suis trucidato, hoc anno in festo Epyphaniæ ætatis 9. annos habens, patris decreto, in ducem sublimatus & declaratus, statim magno in urbis tēplo defertur, & uniuerso astante & plaudēte populo, circūstantibúsq; patriis omnibus cum uniuerso regni magistratu, bireto & reliquis ducatus ornamentis insignitus est, & eius regni cura principalis quoad usque adolesceret matri nomine Bonæ, cognatisque ac proceribus quibusdam demandata est, uixitque semper sub tutoribus infrascriptis annos 26. & men. 9. infelicissimus sanè hominū in tota uita pariter & in morte, uerum cum nulla reperiatur regni societas, Cichus Calaber, qui regni secreta multo tēpore nouerat, & belli pacisque leges semper dicere consueuerat, uir quidem callidus & multorum rerum experientia doctus, ubi se rerum omnium moderatorem didicisset, animaduertens quosdam defuncti ducis Germagnos magni spiritus adolescentes, quod aliquando eius conatibus obsistere possent, eos regno expellere curauit, & tanquam maiestatis reos paulòpost uariis in locis exilio damnauit. E quibus duo postmodum è medio per mortem tollere fecit. Superstes uero, scilicet Ludouicus & Eschanius, tandem in regnum reuersi & Cichum, quē nouerant sibi fuisse infensissimum capiunt, & honesto carcere in Papiensi arce recludunt, ubi cum machinationes fassus fuisset, tandem capitali supplicio mulctatus est. Bonam autem matrem tanquam iuuenem & inexpertem paulò post ab administratione mouere, & principalis regni cura Ludouico patruo & Roberto Senseuerinate ac quibusdam nobilioribus & sapientissimis uiris commissa est. Qui cum & ipsi inter sese dissiderent, Ludouicus Robertum Mediolano fugauit, & eius copias Cōstantio Sfortiæ Pisauri domino & consanguineo suo commisit. Quæ res atque dissensio, multa incommoda & damna regno intulit, eo quòd Genuam imprimis & ipsius ditionem omnem amiserit, & exercitus Mediolanensis cum maxima iactura apud ipsam Genuensem urbem profligatus fuerit, atque alia permulta damna perferre hic dux compulsus fuerit. Bona itaque ducissa ab administratione regni Mediolanēsis submota Ludouicus solus dictator & gubernator perpetuus acclamatus fuit, & deinceps omnia pro libito ab ipso Ludouico quoad uixit puer, pertracta fuerunt. At hic Io. Galeatius princeps tantummodo nomine, iam bino parente orbatus, in potentia uagantis appetitus & prædominantis libidinis relictus fuit. Qui relictis literis, solum ludis intendit, ac uenatui aliisque inutilibus exercitiis occupatus fuit. Ita ut nulla ei authoritas aut reuerentia prorsus ei unquam exibita fuerit, uiuente adhuc huius pueri Galeatio duce patre, ut affinitas inter Aragonas & Sfortiadas iam diu contracta magis magisque firmaretur (pontifice Romano interueniente) inter hunc & Isabellam impuberes consobrini sponsalia decreta fuere, quæ tempore succedente in uerum matrimonium transierunt. Dumque princeps in ætatem adultam peruenisset & matrimonio ambo apti fuissent, Ferdinandus rex Neapolitanus neptem Isabellam sponsam traduci rogat: at Ludouicus

Io. Maria eius filius.

Huius uitam paucis cōmemorat.

Ludouicus gubernator id fieri non debere, nisi prius dote exarata: placuit regi, & dos nu merata fuit, iiicóque uirgo traditur: post aliquot tempus Isabella sponsa & uxor, filium peperit, nomine Franciscum. Quo ædito, placuit Ferdinando regi auo, regnum iam tandem à Ludouico nepoti restitui, pro qua re belli origo & multorum in tota Italia principium sumpsit. Et ipsa nubes tandem imbres & tẽpestates multas exalauit, ut infra in anno salutis nostræ.1495. dicetur. Eas obres Ludouicus uir astutissimus cum Francorum rege clanculum egit, ut regnum Neapolitanum iam diu Renano regi affini suo ablatũ, sibi hæreditatio iure deuolutum uendicaret. Quod ut celerius assequeretur, ipse Ludo. gubernator regi Francorum Carolo, omnia spopondit ad rem nauandam opportuna. Isto interim Ferdinandus rex instat, Ludouicum urget, ut regno cedat, dantur ab ipso Ludouico uerba, & se facturum propediem omnia respondit. Interim Carolus Francorum rex stimulatus precibus Ludouici, cum exercitu in Italiam ex Gallia transiuit. Moxque audita infirmitate huius ducis consobrini sui, Ticinum ad eum uisendum maturauit. Quem dulcissimis uerbis bono animo esse iussit, monuitque ut saluti suæ intenderet, plurima quoque cum rex dixisset, dictis finem fecit. Hic dictis ægrotus, ut potuit regi assurgens, humili & extrema uoce ait: Nihil est rex sacratissime, quod tuæ clementiæ non debeam, quòd tam iure seruitutis quàm affinitatis ad meum honestandum funus adueneris, quid aliud gratius & optatius affinis affini, pater filio, seruo dominus afferre potuisset, quàm extremum cõsolatum iri. Sero tamen ô rex uenisti, ebibi uenenum, pro quo omnia interiora mea uorantur. Et si animus saluti intendit, caro sic infirma est, ut nullo modo mederi possit. Auget hunc meum morbum summa ægestas, nam ad illud miseriæ deuentum est, ut aliquis ex me sperare non possit. O miseram meam sortem, uenenum innocens absorbui, quo regno paterno priuaret. Nihil est quod mentem meam tam conturbat, quàm sub oculis regis affinis & patientis mortem obire. Multa ac plurima ægrotus dux, ut poterat coràm consobrino rege ædixit. Demum adiecit, tibi rex genitricem meam, Isabellámque uxorẽ meam, ac filium dulce pignus meum, deo & tibi commendo, nec plura dicere potuit, cum hæreret lingua palato, & mẽbra omnia torperent. His auditis, obortis lachrymis, prout potuit cõsolatus est ægrotum atque matrem & uxorem desolatas, statimque uale faciens, & post tertium diem tristem amisit animam. Et eius cadauer penè sine pompa Mediolanum delatum, sepultum est in maiori urbis templo. Francisco unico filio ac duabus femellis post se relictis.

Hinc principiũ seruitutis Italicæ sumitur

Ferdinandus eius nominis quintus, Ioannis Aragoniæ regis unicus filius hoc anno Helisabetha Henrici Hispaniarum regis sorore seu filia uxore traducta, Hispaniæ ulterioris rex efficitur, & nunc usque, non solum super uno aut duobus, sed.18. regnis ac ducatibus & comitatibus nouem uigintiquinque annis, unà cum uxore feliciter regnauit, deinde in anno domini.1479. Io. rege patre defuncto, etiam non solũ in regno Aragoniæ, sed & in plærisque regnis principatum obtinuit, & omnium regum Christianorum unà cum uxore regia præpotẽtissimos euasit. Nam Hẽrico Hispaniarum ulterioris rege, ab Eduardo rege superato & unà cum uxore & filiis interfecto, sola Helisabetha soror ipsius Hẽrici superstes remansit, quam Ferdinandus iste adhuc Io. patre uiuente, uxorem duxit, & in regnum fraternum successit. Verum cum prouincia seu regnum diuersis populorum studiis diuideretur, quia alii hunc & Helisabetham regnare uolebant, alii autem, inter quos Alphonsus Portugalliæ rex erat, qui Ioannam filiam ex sorore alia Henrici neptẽ fouentes regnare uolebaut, regnum ipsum diuiserunt, & ipsum plurimum lacerauerunt, at Ferdinandus hic, ut erat iuuenis prudentissimus & propugnator acerrimus, contra Alphonsum Portugalliæ regem statim bellum suscepit, & post dira certamina & cædes innumeras, eum in Numentano agro profligauit, ac sic regnum omne obtinuit, & illud deinceps in pace possedit, deinde cum Christianissimus rex censeatur, & regnorum potentia, diuitiisque & prudẽtia, consilio, magnanimitate, cũctos Europæ principes excellat, fidei zelo succensus anno domini.1480. contra Miletem Blensem Granathæ seu Bethicæ regem, sectæ Mahumeteæ sectatorem, unà cum uxore Christianissima mulieréque religiosissima, bellum terra mariq; per sex annos continuauit, cui primo impetu ablatis Arunda Maranda, Almachia, 6676 1477

Regna s. & ducatus. 9. huic fuere.

Almachia, & aliis plurimis urbibus fortissimis, etiam Granatam nobilissimam potentissimamque atque populosissimam urbem, regni totius caput, multo labore difficillimeque prælio tribus annis obsessam tandem comprehendit, & de ea unà cum regina uxore triumphauit. Et hanc superbissimam ciuitatem(ut infra suo loco dicemus)post septingentos octoginta annos quibus Christo rebellauerat, uirtute & armis ad istorū principum Christiana respu. feliciter cum toto regno suscepit. Hic itaque Ferdinandus quintus & Helisabeth sui generis consummatissimi reges Hispaniam antiquis uirtutibus deturpatam & deprauatam, imò latronum speluncam simul & scortorum prostibulum factam, suis exemplis & prudentia ad antiquam priscorum suorum uirtutem reduxerunt. Fuerunt etenim post Africanam cladem in Hispania octuagintaduo Gotthorum reges, inter quos præstantissimi fuere quamplurimi, qui de Christo sanctaque ecclesia catholica quamoptime meriti, scilicet, Ricardus Sisebutus religiosissimus, Alphōsus primus & secundus, & complurimi Ferdinandi, quorum nonnulli suis sanctis precibus impetrarunt auxilia diui Iacobi apostoli, qui cum paucis plurimos deuinxerūt. Horum sanctimonia à filiis aliquamdiu passim exciderat, ita ut Hispania ad diuisionem & ad obliuionem præteritarum uirtutum aduenerit. His autem agētibus præterita fulgata sunt uicia, puritasque restituta, castigata innocentia, punita latrocinia, exultatæ hæreses, profligati infideles, expulsi sunt Iudei Christianorum inimicissimi. Subegit quoque eis Christus dominus noster insulas fortunatas, quarum fertilitatem fore constat, ut de eis & aliis infra dicemus. Ostendit denique eisdem sanctissimis regibus quinque alias incognitas insulas uersus Indos, quæ maximæ sunt, ac omnibus mundi preciosis rebus plenæ affirmantur, quæ & breui Christo perituræ sunt, plæraque hoc in capitulo à me de industria omissa sunt, quæ in sequenti uiraginis Helisabeth historia supplebuntur. Insulæ fortunatæ & aliæ quinq; in India.

6676 1477 Helisabeth autem prædicti Ferdinandi uxor, & regina Henrici Hispaniarum regis, ex Margarita uxore filia, & ipsa cū ipso marito rege hoc anno in regnis mariti & patre succedens, regnauit in præsens usque annis. 25. Quæ certe ob multarum uirtutum præstantia, in uniuerso Christiano orbe insignis plurimum est habita, propter quod uniuersæ Christianæ religioni sanctissimū numem esse censenda, quam ob rebus à se strenuè gestis ipse crediderim ab immortali deo quodam peculiari priuilegio fore creatam. Hæc itaque uirago, post patris interitum, paternum & auitum regnum multo labore & animi constantia obtinuit, & inde omnibus domesticis atque finitissimis hostibus expulsis, id regnum suum in pace redigere curauit, atque eam ob rem omnibus pepercit, quam ob causam illicò eam & uirum propter incredibilem clementiam tanquam proprios parentes & amare & uenerari cœperunt. Deinde iniquo perferens animo, quòd Mauri eam Hispaniæ partem tenerent occupatam, quam Granatam, secum cogitare cœpit, quonā pacto eam tandem post septingentos & octoginta annos ab eisdem occupatam uendicare posset. Tandem & à se & à marito aliisque regni proceribus decretum est, ut ipsa Beticha appræhenderetur, & id solum ad stabilimentum diuini cultus fieret. Vnde beatissimi apostoli Iacobi in primis præmonita oraculo exercitibus innumerabilibus tam maritimis quàm terrestribus comparatis, mox in Almasam mediterraneam urbem fortissimam mouit, & illam expugnatam cœpit: qua capta, confestim ibidem basilicas & templa permulta instaurauit, & eis ornamenta sacerdotalia obtulit. Deinde animo sucensa uniuersum regni Granatæ agrum cum exercitu populabunda excurrens, plurimæ urbes terrore concussæ, partim tremore, partimque armis & uoluntaria deditione sese eidem subdidere. Quas inter fuere, Alora, Sentinelum, Chochinū, Romda, Chartonia, & Caraza Bonela. Inde Loxia, Veelsmalachia insigni portu clarissima, atque cōplurimæ aliæ. Nec non & Mochlinum, Frigidumque, Montem Illoram, Cambilum, Columeram, atque alia munitissima oppida, in quibus etiam templa dedicari & consecrari mandauit. Postremo etiam Malacham, regiam urbem, post Granatam primariam post sex menses expugnatam cœpit, cum innumerabilibus diuitiis, & triginta milia Mauros in uirtutem abduxit, & in ea in triumphi modum ambo reges, uidelicet Ferdinandus & Helisabeth post tres dies cum hymnis & canticis introierunt. Anno Deinde. 1491. & Granatam superbissimā sub pacto acceperunt & obtinuerunt, & de omni regno

Helisabeth eius uxor.

Almasa ciuitas.

Alora ciuitas.

Malacha.

Granata.

regno tandem cum magna Christiani nominis gloria triumpharunt. Quibus regibus certe plus debetur uniuersa Christiana religio propter innatam eorum uirtutem, quam ulli hominum genere, qui soli ausi sunt semper Christianæ utilitati ac dignitati consulere. Huius præterea optimæ mulieris præcipua laus in duobus consistit. Quod contemplatiuam pariter & actiuam uitas complexa sit. Nam quotidie in usus pauperum ex condicto, centum aureos distribuere facit. Insuper & in exercitibus suis quamdringētos currus cōstituerat, in quibus omnia necessaria pro quibuscunque ægrotis in acie uulneratis aut alia de causa infirmantibus, quod hospitale reginæ appellabatur. In quibus omnia aromatica medicamina necessaria erant: ubi constituerat & medicos, & matronas honestissimas, que infirmātibus magna cum diligentia deseruiebant. In suo exercitu etiam complurimos religiosos doctissimos & eosdem deuotissimos constituerat, qui diuina sacrificia quotidie celebrarent, & sermones militantibus facerent. In suo exercitu nulli lenones, nullaque scorta, nullæue blasphemiæ aut alia peccata grandia inueniebantur. Quotidie sexdecim missas audit in quibus tanta cum deuotione interesse dicitur, ut etiam lachrymas persæpe effundebat. Tantæ equidem humilitatis & mansuetudinis, ut nullam prorsus in ornamentis de se iactantiam præ se ferre uideatur.

Franciscus britaniæ dux.

Franciscus Britāniæ ducis frater, hoc anno, ipso suo fratre duce insidiose interfecto, insulæ & regni totius imperium suscipiens, regnauit anni.13. Hic contra Carolum Francorum regem, anno principatus sui.9. accitis multis principibus, uidelicet Flādriæ comitem, Picardiæque ac Brabantiæ duces, necnon & Frixiæ regem, grauissimum bellum suscepit, quod & per plures menses cum magno populorum suorum incommodo perdurauit. Deinde octauo & uigesimo Iulii mense eiusdem anni, hic idem dux addito prædictis principibus Carolo Aurelianense duce, atque Oringe principe, grauissimum conflictum cum Iacobo Galeoti exercitus Frācorum imperatore habuit. Quo in prælio ex utraque acie ad sex hominum milia cecidere, inter quos & ipse Iaco. regis impetator, licet uictor, cecidit. Iste autem Fran. dux, suo exercitu profligato. & dissipato, ne in hostium manus deueniret fuga se eripuit. Aurelianensis uero & Oringe principes, & in conflictu capti, ad regem perducti fuerunt. Rex igitur euestigio Centurione ad se uocato, ipsum ducem Aurelianensem obtruncari præcepit. Quo mortuo pax subsecuta est. Fuere autem in isto certamine Francisci, huius.30. fermé militum milia, regis uero utpore opulentiores 50. Quamuis eodem tēpore ipse Caro. rex maximum exercitum in Burgensium suppetias, contra Maximianum & eius patrem Federicū imperatorem haberet. De reliquis autem huius gestis nihil habeo, aut quo mortis genere obierit nescio. Reliquit autem post filiam unicam nomine Annam, quam Maximianus Ro. rex sibi ilicò desponsauit uxorem. Quo audito Carolus Francorum rex, Nantem populosissimam Britāniæ ciuitatem per proditionem accepit, quam rem Maximianus rex egerrimè tulit, & conuocato in primis genitore Augusto & reliquis Germaniæ principibus, apud Nurimbergum conuentum habuit quomodo urbem prædictam à Francorum rege reciperent. Verum Carolus occupata uniuersa Britannia Annam & ducis filiam & hæredem, iam Maximiano prædestinatā, sed nondum carnali copula cognitam, uxorem duxit. Eamque statim celebratis nuptiis cognouit. 6676 1477

Vgner Machmeth, Assimbei Sūcassani filius, hoc anno patre defuncto in regnis Partharum, Persarum, Medorum, Mesopotamiæ & Armeniæ regnare cœpit, & usque.25. annis regnauit, uir certe in rebus gerēdis magnanimus præstantissimúsq; & patri suo quàm simillimus. Qui cum esset patri ex filii natu maior, ut tutius regnare posset, cunctos fratres suos statim per mortem è medio sustulit.

Maximilianus Federici impe. filius.

Maximilianus Federici Cæsaris unicus filius, hoc anno.22. annorum ætatis existens, Mariam unicam Caroli Heduorum ducis filiam & hæredem, duxit uxorem. Et tanquam dux eo in Burgundiorum principatu regnauit cum ea quoad ipsa uixit annis. 6676 1477

Carolus autem huius socer Belgarum dux, hoc anno ab Heluetiis & Leucis in bello interceptus (ut supra dictum est) eius regnum mox à Gallis occupatum fuit, sed hic Maximilianus pietate uxoris filiæ commotus, ingenti animo, parua manu, in regnum ingressus, maximo impetu hostes fudit & profligauit, ac magna seruitute & patriam ipsam cū uxore

ducis

ducis atque eius filiam liberauit. Erant namque ipsæ mulieres iam miserrimæ & exangues effectæ, imò & ingenti mœrore confectæ, omnique humano auxilio destitutæ, quarum, ui tam & dignitatem atque pudicitiam hic iuuenis sua pietate conseruare decreuit, & in pristinum statum restituere, quod & fecit cum maxima sui laude. Quo immortali beneficio ducissa mater atq; prouincia omnis deuictæ, uirginem defuncti ducis filiam & hæredem, sua ope defensam & recreatam, imò suis armis ab inimicis ereptam (prius à patre animo desponsatam) statim opere, matrimonio idem collocarunt, uidelicet matre & filia, hunc haberent generum & sponsum. Consummatóque matrimonio, sequenti anno.22. Iunii die, ipsa Maria uxor Philippum genuit filium. Nato autem filio, mox ciuiles ortæ fuerunt seditiones, Morinis auctoribus. Qui Morini, eo in regno potentissimi, quodam nescio prætextu, filium infantulum eidem surripuerunt, & per plures annos apud se illum continuerunt. Itaq; ut breuibus ex more uter, hic præclarissimus iuuenis post ademptum sibi filium charissimum, continuos nouem annos in castris egit, & difficillima quinque bella egit, uidelicet Gallicum, Eburonicum, Sicambricum, Batauicum & Morinicum ultimum difficillimum, quod quidam ultimum haud facile iudicari potest, utra re sibi gloriosius fuerit, eo ne, quòd filium sibi tam diu ademptum recepit, an eo, quòd nobilissimas gentes scientissimos bellicæ rei populos, urbésque opulentissimas ad deditionē compulerit, id quod nec Carolus socer, nec Philippus eius prosocer excellentissimi duces consequi potuerūt. Alias atque alias insignes uictorias & multa bellorum decora, in hanc usque suæ iuuentutis horam, hic inuictissimus adolescens consecutus est. Hunc itaque præclarissimum principem nihilominus fortuna etiam sua in iuuentute plurimum iactauit, & perturbauit, ita ut per labores, per erumnásque & per incōmoda multa, sæpenumero transire ipsum necesse fuerit. Nam in ipsa sua adolescentia aliquorum malignitate in multam tristitiam deuenit, ut infra cum de eius regno ac imperii promotione tractabimus. Id quippe eidem euenisse dixerim, ne eius uirtus eximiæ quiete languesceret, aut parum dignus imperio uideretur, quum omnino futurus esset imperator. Hic præter Philippum filium etiam Margaritam ex Maria uxore suscepit filiam, quam in infantia sua Carolo puerum Francorum regi matrimonio copulauit, & ob hoc Flandria prouincia, que ab ipso Maximiliano ad ipsum Carolum Francorum regem defecerat, restituta est. Tandem anno domini.1491.cum ipse Carolus rex Annam Britanniæ ducis filiam duxisset uxorem, ipsam Margaritam adhuc ad modum puellam sponsam, quam penes se habebat, pœnitus intactam patri remisit, pluribus donis & quidem prætiosissimis donatam, uidelicet auri & gemmarum.

Philippusdux austriæ nascitur.

Margarita ducis Burgū. filia

Franciscus Saluiatus, Florētinus ciuis, Pisanus archiepiscopus, multarū machinationū artifex & inuētor, suæ salutis ac ecclesiasticæ dignitatis pœnitus immemor, hoc anno quadam pestifera machinatione cōposita, cum Raphaele Sauonense Diacono cardinali admodum adolescente, cum famulatu trecentorum hominum Florentiam ueuit. Vbi cum suæ factionis plurimis conspiratione firmat, Laurentium & Iulianum fratres, medicos optimos uiros, atq; alios quamplurimos urbis nobiliores interficere ordinauit. Atque ita pro ditione composita, urbis magistratum in templo sanctæ Liberatæ, ad solennem missam celebrandam innuitat. In qua quidem solennitate, Iulianum medicen egregium iuuenem Laurentii germanum, à coniuratis in ipsa ecclesia obtruncari præcepit, cumque & Laurentium ipsum uulnerasset, ipsi, ut erat uir prudentissimus, è manibus Sicarium elapsus, uitam prudentissime seruauit. At Florētini cognita archiepiscopi huius fraude, multis sceleris sui consciis trucidatis, ipsum cum plurimis compræhensum, in medio urbis foro cum habitu episcoli, ignominiose suspenderunt, Innocentem uero cardinalem quoad res componerētur detinuerūt. Quas ob res Sixtus pontifex Laurentium medicen excōmunicauit & omnibus suis dignitatibus priuauit, ac bellum unà cum Ferdinando rege Florentinis indixit. Verum postmodum re diligētiore examinatione cognita ipsum Laurentium cum omnibus suis Florentinis absoluit, & ad pristinos restituit honores.

Iulianus medices Florentinus interficitur.

Episcopus suspenditur cū habitu.

Locustæ hoc anno in Brixiano atq; Mātuano agro in maxima multitudine aduolarūt. Quæ ipsis Brixianis & Mātuanis magnū intulerūt damnū. Quibus nisi Ludouici Mantuani principis sollicitudo obstitisset, & sata quæq;, atque alia bona in Lombardia corrosissent.

Prodigia.

Pestis sæ-

Pestis sæuissima hoc anno per totam quasi Italiam debachata est, adeò ut in Birxiana urbe supra.20. hominum milia & Venetis.30. similiter milia urbanæ multitudinis extinxerit. Eam enim calamitatem solis eclipsis indicauit, qui eo anno mense Iulio fuerat, atque locustarum multitudo. In ipsa autem ciuitate in ea quippe sæuissima peste, uix ipse mortis imperium euadere potuit.

Federicus mar chio Mãtuæ

Federicus Gonzaga, Ludouici optimi marchionis filius, tertius Mantuæ maachio, hoc eodem anno patre defuncto, in paternum regnum succedens, regnauit annis.6. & mense uno. Vir proceri corporis, magnæque uirtutis ac sapientiæ insignitus, atque rei militaris scientia nonignarus. Quem ob uirtutum suarum præstantiam, Mediolanensium princeps atque eius magistratus statim in multarum rerum nouitate, & in summis totius Italiæ difficultatibus, & in turbulentissima procellarum fluctuatione suarum copiarum generalem imperatorem delegit, ut potissimum Florentinis succurreret, quos maxima pontificis Romani Neapolitanique regis manus aggressa fuerat. Eò autem accedens, non parua contra hostes ædidit facinora, atque alia contra Suyceros in ualle Tellina. Hic Margaritam adhuc puer, patre uiuente, patria Germanã, accepit uxorem, ex qua præter cæteros Franciscum primogenitum suscepit filium, qui postmodum eidem in regno succeßit. Tandem cum Asulam agri Brixiensis olim oppidum suum nobile quidem atque populorum frequentissimum à Venetis in Ferrariensi bello recuperasset, & illud cum magna animi uoluptate aliquandiu possedisset, cernens quod ipsum restituere opus esset, infirmitate ob hoc contracta, paucis diebus uitam cum morte mutauit, & apud sanctum Franciscum in sepulchro paterno sepultus est.

Io. Mocenicus Venetiarũ dux

Ioannes Mocenicus, Petri olim Mocenici germanus. 4. & septuagesimus Venetiarũ dux, hoc anno Andreæ Vendramino duci suffectus, ducauit annis.7. Vir certe in tanta rerum perturbatione, tanto principatui pernecessarius. Quippe qui prudentissimus in primis eloquentissimusque ac certe perhumanus. Qui magistratu suscepto, ex senatus sui consulto, publicæ saluti consulẽs, quum iam anno superiore Turci Forumiulium infesto agmine percurrissent, & omnia cædibus, rapinis, & incendiis inuoluissent, ueritus etiam ne in Italiam penetrarent. Cum iam per septem & uiginti annos maximis & durissimis bellis per Græciam & Macedoniam contra eosdem pugnassent, imminente etiam sibi non paruo Italorum periculo, ex senatus sui consulto, à Mahumeto Turcorum principe, pacem multis difficultatibus tandem impetrauit, pro qua etiam illi omnibus redditis quæ ditionis imperii Constantinopolitani fuerunt, uidelicet, tredecim oppidis, & Scodram totius Albaniæ caput, quã diu durissima obsidione cinxerat, atque Corcyram ciuitatem inexpugnabilem tradidit. Et item uoluit idem Turcus, ut Veneti tributum quoddam singulis annis eidem honoris gratia contraderent. Id tamen ab eo obtinuit, ut suus senatus magistratũ in Constantinopolim mittere posset, quem Baylum uulgo uocat, qui in eadem urbe Venetis quibuscumque iustitiã administraret. Quarto deinde sui magistratus anno, cum Hercules Ferraien. dux, uetustas (ut aiunt) Venetorum immunitates uiolasset, dux hic inito cum Sixto pontifice maximo fœdere, maximum bellum aqua terráque illi indixit, atq; ipsum summis exagitauit præliis, indéque & Robertum Malatestam, sui belli ducem, ac classem ualida contra Ferdinandum Neapolitanum regem, Herculis prædicti socerum, multisiniuriis & infestationibus ipsum pontificem lacescentem misit, quæ classis uniuersam Apuliæ oram depopulauit. Et Robertus exercitus dux, Alfonsum regis filium, Calabriæ ducem superauit & profligauit, & multis eius commilitonibus captis, Romam in triumphi modum perduxit. Robertus autem Sanseuerinas uniuersalis copiarum Venetorum imperator, multa oppida Ferrariensis agri ui cœpit, ac multas direptiones & uastationes circumquaque fecit, ac urbem ipsam Ferrariensem graui obsidione cinxit. Quamobrem uniuersi Italiæ principes, pro ipsa urbe tuenda, contra senatum ardentissimo animo supra ferunt, atque illum multis in urbibus & castellis acriter uexare cœperunt, que res Venetos in maximo discrimine perduxit. Verum tanta huius principis & senatus prudentia extitit (licet de re Veneta actum esse diceretur) quòd cum maxima sui gloria, & rei suæ publicæ emolumento, tãdem pacem recepit, ac Rodigiũ Pollicinum de Ferrariẽsi ducatu ademit,

6677

ademit,& suæ reipu. applicauit, hic denique cum palacium sancti Marci casu exustum, in celebriore forma restituere cœpisset, ac quædam utilia conficere præposuisset, morbo pestilentiali correptus, uitam cũ morte mutauit, & apud prædicatores iuxta germanum ducem sepultus est. Pallacium sancti Marci incenditur.

Prosper Adurnus, patria Genuensis, hoc anno mense Martii, cum diu à Galeatio uicecomite Mediolanensium duce, apud Mediolanum detentus fuisset, à Ludouico Sfortia & cæteris eius fratribus liberatus, ex principis Mediolanensium iussu, Genuæ dux constitutus, ducauit anno uno. Mortuo enim Galeatio duce Mediolanensium Ibiletus Flischus prothonotarius, & Ioannes Aloysius frater, cum magna manu Genuam ingressi, quamuis urbis arcem habere nequiuerint, Genuenses tamen ad defectionem Mediolanensium compulerunt. Ad quam recuperandam Ludouicus Sfortia, cum reliquis fratribus suis, & aliis proceribus, cum exercitu duodecim milium pugnatorum protecti sunt, Prospero isto Adurno (quem in custodiam habebant) secum adducto: commisso autem prælio ultimo Aprilis die, Genuenses superati, rursus sub Mediolanensium ditione reuersi, post aliquot dies, denuò in manibus principis Mediolani de seruanda fide iurarunt. Et nihilominus ex more ipsum Prosperum Adurnum sibi ducem constituit. Verum postmodum assumptis secum Ibileto Flischo, & Roberto Sanseuerinate, cum ærarium sancti Georgii uiolenter diripere tentasset, à Genuensibus Baptistino Fregosio auctore, é Genua turpiter cum suis complicibus eiectus est.

Genua maritima ciuitas.



Genua ciuitas maritima Lygurum caput, hoc ipso anno, Prospero ipso Adurno ex nomine Mediolanensium duce ibidem ducante, suggestione Ferdinandi regis, à Mediolanensium duce defecit, & pristinæ libertati se uendicare cœpit. Erat tum Robertus Sanseuerinas magnus bellator in Gallia à Mediolano profugus, qui à Genuensibus, & à Ferdinando rege (Mediolanensium inimico & hoste) accitus, Genuam statim uenit. Qui Prospero Adurno duce desertore coniunctis armis, præsidium Mediolanensium ex urbe omnino expulit, arx tamen pro Mediolanensibus tenebatur, in qua Cæsar & Landulfus uiri strenuissimi præerãt. Hi uiri fidelissimi & magnanimes non cessabant omni machinamentorum genere Genuensium domos diruere, ac multos mortales bombardis collidere. Sed & Mediolanensis princeps, ut par erat, contra Genuenses in filios infra mensem exercitum triginta fermè millium peditum atque equitum misit, qui septimo Augusti cum hostibus congressus post aliquantulam pugnam superatus funditur, imò & penitus profligatur. In qua pugna atque uictoria, à cæde duntaxat temperatum à uictoribus est, commeatus omnes militumq; priuata omnia bona direpta sunt, nulla equidem hominum memoria, tantam iacturam principibus Mediolanensiũ uidisse fertur, quantum istã, multi ac multi eo in conflictu Mediolanẽsium capti fuerunt, quos in Triremibus Neapolitanorum diuenditi fuerunt. Ibiletus autem Fliscus à Mediolanensibus iam diu captiuus in redemptionem captiuorum restitutus fuit. Victoria Genuensium magna.

6677 1478 Baptistinus autem Fregosius, hoc eodem anno ipsóque mense post stragem æditam, à Mediolanensium duce Genuam missus, conciliato Mediolanensibus primum Ibileto Flisco prædicto cum armatis factionis suæ, coadiuuantibus Mediolanẽsium militibus in præsidio arcis Genuæ aliarúmque munitionum erant, Robertum Senseuerinatem & Prosperum Adurnum, & Iulium comitem Vrsinum Genua expellit. Quibus expulsis, ipse uolente ac iubente Mediolanensium principe, dux ibidem creatus, ducauit annis quinque. Astrictus tamen iureiurando fuit, de restituenda quantum in ipso esset Mediolenensibus urbe, si quo casu factionibus impar, ipse imperium tenere non posset, itaque Genuensium arx, quæ hactenus Mediolanensium præsidio tenebatur. Baptistino huic tradita est, atque hic Mediolanensibus de imperio Genuensium terminus usque ad annum. 1489. fuit. Cúmque hic optimus uir in magistratu illo per annos quinque omni cum iustitia, pacéque atque clementia & præcipua prudentia administrasset, tandem in anno salutis nostræ. 1493. die quarto & uigesimo Nouembris, ab patruo sub Paulo Fregosio archiepiscopo & cardinale, unà cum uxore & filiis captus, & in uinculis coniectus, imperium & dignitatem, atque

atque facultatesomes amisit.

Suyceri Theutonici seu Heluetii,hoc eodem anno Nouẽbri mense, Sixti summi pontificis,ac Neapolitanorum regis rogatu,Mediolanensibus bellum mouent. Egressiq; finibus suis multa castella, ac uillas Mediolanensium, igne corripiunt, superatóque Carrasso monte iuxta Luganum consederunt,post aliquot uero dies cum omnes Suyceri exceptis quinquaginta, domum rediissent, Mediolanenses milites ipsos quinquaginta persecuturi Leuentinam sunt ingressi. Quod ipsi pauci audientes opportunitate locorum consisi facto globo,Mediolanenses milites excelso animo adoriuntur,& demum superatos nostros in fugam uertunt. Vnde ex superioribus locis & syluis saxa deuoluentes, simul post terga nostrorum magnis uocibus conclamantes,in fœdam fugam pœnitus deduxerũt. Et ita ipsi paucissimi hostes, ex nostris octingentos, paucissimo negocio trucidarunt. Tantus enim fuit nostrorum pauor,ut nemo uirtutis Italicæ memor armatus obsistere ausus fuerit,magna profectò nedum iactura solet ignominia nostrorum hæc clades extitit.

Victoria Suycerorũ.

Ioãnes Cernoi Sabiaci urbis Illyrici princeps & dominus,hoc anno à Maumeto Turcorum rege,dum Scodram oppidum obsideret,sua urbe deiectus,spoliatus est.Quo superato & fugato,etiam Deynastum & Lyssum munitissimas ciuitates cœpit & diripuit atq; spoliauit, & eorum ciues uariis tormentorum generibus trucidauit, & reliquum uulgus in seruitutem abduxit.

Deynastum & Lyssum ciuitates.

Carolus Montonus comes, ex præclara,atque illustri Brachiorum familia natus,uir in armis exercitatus uictoriosúsque, hoc anno cum præclara facinora pro Venetis, aliisque Italiæ principibus diu exercuisse,agrum Senensem cum duodecim militum milibus inuadit,& specie quidem Senensibus bellum inferre uisus est, sed re uera clàm urbis Perusinæ imperium,unde olim eiectus fuerat,per factionis suæ participes assequi tentabat,sed pate factis dolis, de proditoribus per magistratũ Perusinorum supplicium sumptum fuit.Quo dolore & rubore cum esset nihilominus senio admodũ confectus,mortem obiit. Et Bernardinum filium comitem & hæredem sibi dimisit.

6678 1479 Ludouicus Sfortia,cognomento Maurus,Francisci ducis filius, Ioannisque Mariæ ducis paruuli patruus ac tutor,in exilium cum fratribus procuratione Cichi Calabri secretorum omnium scribæ superioribus annis actus,hoc anno unà cum Roberto Sanseuerinate consobrino in Lõbardiam reuersus,Derdonam ciuitatem primum,deinde quædam oppida ex Mediolanensi ducatu capit,quo tremore Mediolanensis magistratus perterritus,exilium eorum soluit,& illum atq; cæteros cum suis humanissime recepit. Vbi & statim unà cum Bona ducissa,paruuli ducis matre, ut rempu. Mediolanensem gubernaret, primarius constitutus est. In quo quidem magistratu non tanquam tutor,sed ut uerus patronus & dominus per annos uigintiunum,quoadusque à Suyceris Theutonicis proditorie in Nouaria sua ciuitate capituatus, Gallis uenundatus est, ut infra latius suo loco dicemus. Hic igitur suscepta pueri tutela,ut se principem per omnia ostenderet, haud multò post Bonam cognatam ducissam tutricem de procerum consilio primum exauctorauit, & priuatam omni authoritate niuere compulit. Deinde Robertum consobrinum magni spiritus uirum,è Medialano obire coëgit,& Constantiũ Sfortiã Pisauri dominum consanguineum suum,in administrationis cura auxiliatorem aduocauit. Cui etiam copiarum Mediolanensium generalem administrationem demandauit. Deinde Cichum Calabrum uirum prudentissimum quondam duorum ducum,uidelicet Francisci patris,ac Galeatii fratris secretorum omnium scribam inimicum suum decolari fecit. Eodémq; anno quo magistratum iniit,cum Sixto summo pontifice,ac Neapolitano rege,atque Florentinis societatem facit,quo quidem anno Ascanium fratrem postea cardinalem, cum nonnullis ciuibus noua molientem, Ferrariã relegauit inde cum omnia prospiceret tanquam sapientissimus cum Aloysio Francorum rege,ac Alphonso Neapolitano rege Florentini,Senensibus, Herculle Ferrariæ, & Mantuano marchionibus magnum fœdus, percussit. Deinde cum in altissimam deuenisset prudentiam & sapientiam, atque ingenii acumen, præstarétque maximi animi magnitudine,maximam authoritatem & gratiam non solum apud suos subditos & Italiæ principes,sed & externos reges atq; nationes. ita ut nõ modo imperii Mediolanẽsis moderator

Sfortia in exiliũ mittitur.

Ascanium fratrem relegat.

moderator haberetur, uerum etiam cæterorum Italiæ principum & regum uota pro arbitrio disponeret. Atque (ut ita loquar) in eius manus deinceps semper fuerit, pacis aut belli Iani, aut Martis postes reserare. Nam quot bella usque in finem confecerit, & contra Venetos hostes soceri Herculis Ferrariæ ducis, contra Rubeos sibi rebelles quos omnino demum destruxit, contra Suyceros pluries ac pluries, contra Genuenses, alios atque alios quam plurimos, difficillimum foret enarrare. Suis tamen locis infra, prout poterimus enarrabimus. Ipse enim auxilio Carolo Sabaudiensi duci ad destructionem Ludouici Saluciarum marchionis fuit. Quem nihilominus, mortuo ipso Carolo duci, postea suo regno restituit. Catherinam præterea Hieronymi comitis Forliuii uxorem, à ciuibus obsessam, suis exercitibus liberauit, & suo in regno confirmauit. Buchalinū Osmi oppidi tyrannum pontifici Romano rebellem, post longam obsidionem & expugnationem comprehendit, & oppidum ecclesiæ Romanæ restituit. Genuam urbem maritimam sua dexteritate, atque prudentia sine armis sibi & imperio suo subiecit. Et non solum urbem cæterarum Lyguriæ ciuitatum caput, sed & ab extremis coctiis alpibus totū Appenninum, quà uergit in mare ad Thusciam, usque ad Corsicam insulam satis magnam, & tot in his populos multis mari terráque uictoriis claros una uictoria acquisiuit. Eas ob res sapientissimè gestas, non solum Italicæ pacis auctor, sed & conseruator, omnium consensu ab plurimis extimatus fuit. Tanta enim in reuerentia & opinione apud omnes principes & reges, non solum Italicos, sed etiam externos quoscunque Christianos deuenerat, ut quisque eorum, se per beatum existimaret, qui aliquo fœderis uinculo cum Mauro isto confœderari posset. Erat huic Blācha Maria nubilis, ex Galeatio duce fratre neptis, quæ propter hominis famam, & ipsius puellæ eximias dotes à uariis principibus & regibus in matrimonium undequaque certatim deposcebatur. Et nobilissimus in eo maximam felicitatem reponebat, si ipsam ea de causa in coniugem assequi posset. Nam post Philibertum Sabaudiæ ducem defunctum, gloriosus Matthias Pannoniarū rex, eam unico filio, nomine Ioanni Coruino, despōsari curauit. Sed ipso Matthia rege defuncto, cum res de successione filii in interitum cessissent, statim Iacobus Stuert Scociensis, qui insulæ Britanniæ ipsam ea de causa in consortem expetiuit, postmodū & Vladislaus Bohemiæ & Pānoniæ imperitans, etiā ipse per crebros internuncios in uxorē diutius solicitauit. Tandem Maximilianus, qui inter Christianos reges Cæsaream maiestatem obtinuit, eam ea potissimum ratione, ut hunc Maurum haberet amicū obtinuit, cum inextimabili dote, ut infra dicetur. Ipse enim cum à puero liberalibus studiis & præsertim eloquentiæ operam dedisset, postmodum adepto imperio, ut Musarum amator præ se ostenditur, gymnasium in Ticinio urbe sua perpulchrum extruxit, imò & superbissimum ædificauit. Et id quidem pro iureconsultis utriusque, sed & pro theologia, philosophiáque, ac physica docentibus, ubi iureconsultos maximo salario nobilissimos adduxit, quos præcipuo honore semper habuit. Vbi scholares ex omni (ut ita dicam) Europa, ad audiendas quascūque disciplinas attraxit. Sacros etenim diuini uerbi concionatores solicite & attēte audiebat, & oblectabatur mirum in modum eorum doctrina & conuersatione. Aedificauit in Mediolano & alibi plurima ædificia, cō pulitque Mediolanenses, aliarum urbium ciues, domos suas, & picturis atque aliis ornamentis celebriores reddere. Vxorem nomine Beatricem Herculis Ferrariæ ducis filiam duxit, mulierem sanè pulcherrimam, atque sapientissimam, quam ultra credulitatem diligebat, imò uelut numen quoddam honorabat. Ex qua cum duos suscepisset filios Franciscum primogenitum, & alium demum, in anno salutis nostræ. 1496. expertum uita excessit, cumque ipsius illustrissima opinio per omnes in circuitu prouincias circūferreretur, & uirtus eius sapiētiáque ubique iam iam diuulgata esset ita, ut omnes penè per orbem Christianum desiderarent eius aspectū, & propter incredulitatē rerum, quæ de eo referebantur, plurimi oratores & pontifices Romani legatos honorabiles ad eum honorandū uisendumque frequenter mittebāt, & magnis muneribus suum circa eum studiū demonstrabant. Mittebant itaque ei uasa aurea & argentea, uestésque preciosissimas, atque equos sellatos, & his similia. Eius curia uirorum illustrium in omni genere curias regni profecto superabat. Nec tamē uir tātus uitiis caruit, nam tāta eius dominandi extitit cupido, ut eā ob rem nil

Genuā cū omni ditione acquisiuit.

Gymnasium Papiæ.

prætermiserit,& circa auaritiam & omnium malorum impietatem exercere. Existimans enim auarissimus homo; si innumerabiles coacernasset thesauros, omnes quosecunque uellet principes & reges sibi subiicere posse. Vnde & tributa subditis suis quotidie immoderata imponebat, impræstationésq; sine cessatione extorquebat, nec in iubẽdo nullius unquam

Vitia ipsius etiã recitat.

fuit modestiæ, prout Tyberius imperator Romanus, qui & si pessimus inter Romanos haberetur, attamẽ huiusmodi modestiæ utebatur, quod cum idem suaderetur, quod urbibus prouinciarum tributa augeret, respondisse dicitur, boni pastoris esse pecudes tõdere, non autem diglutire, sine ullo discrimine, hic ut pecunias cõgregaret, omnes expoliabat. Huic enim (ut iam dixerim) cum pecuniæ incremento etiam quædam cupiditatis rabies augeri uidere uisa est. De quo illud sapientis certe dicere poterant, Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Eam ob rem maximum omnium suorum populorum in se contraxit odium. Ipsa quoque eius dominandi effrenata libido, ipsum ad infinita prope mala perduxit. Et primo nepotem suum principem (ut aiunt) intoxicauit, & tandem è medio sustulit. Deinde ut Alphõsum fororium suum Siciliæ regem suum hostem è regno omnino deiiceret, imò ut de terra exterminaret, Carolum Francorum regem cum magno exercitu in Italiam adduxit. Nam idem Alphonsus rex, cum arceret ipsum Ludouicum dictatorem & gubernatorem, post annos decem & septem sui regiminis iam tandem Ioãni Galeatio principi genere suo Mediolanense imperium restitueret, & uerba solum ab ipso Ludouico darentur. Alphonsus rex socer cõtra ipsum bellũ præparauit, quod idem Maurus sentiens, e uestigio clanculum oratores in Galliam ad regem misit. Et cum eo egit, ut regnum Neapolitanum, quod sibi hæreditario iure, & ex testamentaria cautione deuolutum fuerat, uendicaret. Quod ut celerius res ipsa conficeretur, ipse omnia sibi spopondit, ad rem nauãdam opportuna, utpote liberum iter, aurum, & commeatum, & reliqua promisit. Vicit tandẽ iugis Ludouici precis efficaciæ, quod certe nõ debuit, & Italiam uenit, ipsũmq; Alphonsum Parthonopeum regem debellauit, uicit, & fugauit, ac regnum omne conquesiuit, sibiq; illud quasi sine bello inuoluero subiecit. Quantum aut detrimenti horum Gallorum aduentus, nedum regno Neapolitano, sed Sabaudiæ duci imprimis, deinde Mediola. regno, Bononiensibus, Florẽtinis magis ac magis, qui ultra pecunias spõte oblatas etiam tres urbes perdiderunt, Lucẽsibus & Senensibus maximo etiã fuit incõmodo, in quantam uero desperationem & tremorem Alexãdrum sextũ pontificem maximũ perduxerit, cum Romanã urbem ad rerum omniũ inopiam perduxerit. Ipsa enim damna & incõmoda quæ uniuersi Italiæ principes huius Ludouici opere passi sunt, nec uerbis facile quidẽ explicare possumus. Aperuit enim Gallis Italiæ ianuas, qui quidẽ prodesse nõ potuerũt, neq; ipsi in auxiliũ, sed aliquã utilitatẽ, sed idem in confusionẽ & in opprobriũ sempiternũ fuerũt, & non modo sibi, sed & suæ uniuersæ illustri Sfortiadæ familiæ exitio fuit.

Gallus itaque dum in Italiã cum exercitu. 25. miliũ pugnatorum descendisset in eo anno, qui fuit millesimus quadringentesimus nonagesimus quartus de mẽse Octobris. Ioã. 6666 5467

Dux moritur. Ludouicus dux efficitur.

Galeatius Maria Mediolanensium dux Ticini moritur, & e uestigio ipse Ludouicus imperium cum insignibus accepit, & quinque annis ac sex mensibus solus regnauit, quem paulòpost Maximilianus imperator constitutus priuilegio confirmauit, sed suis malis auspiciis, ut augurari possumus, id regnũ denuo inũt, pro quo maius populorum suorũ odium in se contraxit. Eo namque tempore Gallorũ amicitia cum Ludouico adhuc perseuerãs, ipse Ludouicus post aliquot tẽpus, ut multa se moliri, & contra Venetos aliosq; plurimos Italiæ potẽtatus uideretur, copias undiq; & classem ui cõparare cœpit, & se aperto marte cũ omnibus dimicare uelle iactitabat. Dederat enim idem Maurus Gallo regi à principio sui aduentus ducenta milia nummũm aureorũ pro alendis militibus, & (ut suã ostentaret potentiam) etiam classem ualidam ultra eidem obtulit. Et quanquam super astra cælorum se euectum existimaret, nec ullum in mundo subuereri amplius uideretur, nihilominus uelut alter nouus Nabuchodonosor, diuino iudicio peccatis exigentibus, imperium suum haud multo post labefactare cœpit. Eo maxime quia Carolo rege defuncto, Ludouicus Aurelianensis dux, huius Mauri inimicus, eidem Carolo in regno successit. Qui regni titulo suscepto, mox cum Venetis magnum fœdus contra hunc Maurum hostem iniit.

Quo planẽ

Quo planè fœdera uniuersa mala in eum conuersa sunt. His autem fœderibus Ludouicus non ignarus, statim omni consilio, imò & auxilio destitutus, (cognito maxime perhenni suorum populorum odio) colligere cœpit thesauros suos, ac alia preciosiora impedimenta omnia cum omni sua familia, & ea in Germaniam transportare per lacum Verbanum sepit. Deinde & arcibus ubique præsidio firmatis, ipse paulòpost turpiter in Germaniã subsecutus est. Atque ita Ludouicus rex, statim leui momento Mediolanense cum Venetis potitus est, ingressusque Mediolanum in triumphi speciem, Iouis arcem munitissimam, quam idem Maurus Bernardino de Curte, necessario fidelissimo crediderat, paucis diebus ad conditionem compulit, idque effecere cæteri omnes munitionum præfecti. Et Veneti hoc idem fecerunt in Cremona, & Clara Abduæ, quas obtinuerunt ex pactione & conuentione facta, fœdere cum rege ipso antea contra ipsum Maurum inito. Adepto igitur à rege & à Venetis uniuerso Insubrium regno, eo quoque pacato, & milites Galli per ciuitates migrantibus distributis, uagari sine discretione cœperunt, diripientes quorumcunque domos, spoliantes etiam ecclesias, nec eorum dira libido à quibuscunque mulieribus abstinebat. Quorum cum nulla in parte cessarent fœda libido & ebrietas, atque rapinæ, ipsorum Gallorum nomen inuisum protinus effecerunt. Quamobrem nobiliores Mediolanenses, ac penè uniuersa plebs, mutata sentẽtia, Ludouicum Sfortiam denuo ex Germania Mediolanum per literas & nuncios aduocarunt. Qui denuò rediens à ciuibus cum ingenti plausu exceptus fuit. Existimans autem solo nobilium suorum fauore posse Gallos ex regno eiicere, denuo exercitum cõgregat, Nouariamq; urbem mox sine arce cœpit. Ibidem autem dum maiores copias expectat, ab Heluetiis, quos ad sua stipendia aduocauerat, proditione captus, Gallis, seu Gallorum regi uenundatus est. Ad regem autẽ in Gallis cum plurimis tandem captiuus perductus, in uinculis positus est. Et post eum, eius germanus Eschanius sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis Archidiaconus magnæ authoritatis princeps, Vicecancellarius, & ipse captiuus adductus, honesto carceri usq; in præsens qui est annus. 1503. tertius uidelicet à captiuitate eorum, atque ita hic finis fuit regni Sfortiadum in Mediolano, qui regnarunt, eo in regno annis quinquagiuta, & mensibus quatuor. De hoc autem uiro illud Psalmistæ à plurimis dictum est: Ecce parturit hic iniustitiam & concepit dolorem, & peperit iniquitatem, Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit, Conuersusq; est dolor in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendit.

Ludouicus fugit, rex imperium capit.

Ludouici captio. Eschanius cardinalis capitur.

6678 1470 Petrus Dabuson, natione Gallus, magnus Rhodiorum militum Magister & dominus, Christianæ religionis amantissimus, uir quidem in primis religiosissimus prudentissimúsque, ac certe magnanimus, omni quoque præconio dignus, hoc anno contra Turchos, qui cum innumerabilibus exercitibus & tormentis urbem suam Rhodiam ultima ui, ac reparatione quadam insensissimè oppugnabaut, suæ præclarissimæ magnanimitatis & fortitudinis experimentum dedit. Nam Mahumetus Turcorum imperator (ut supradictum est, ubi de origine ipsorum militum mentionem fecimus) ingentẽ classem, & maximam bellatorum uim cum plurimis & maximis tormentis in Rhodum insulam contra ipsos milites expeditionem fecit. Et per tres menses continuos suam urbem & bombardis atque aliis missilibus, per duces suos lacerare & oppugnare nõ destitit. Sed auxilio imprimis sibi diuinitus dato, unà cum uirtute sua, tandem magnam Turcorum ipsorum partem exterminat, atque cum magna illorum ignominia & damno etiam obsidionem solue re coëgit. Nam dum Turci ipsi urbem indesinenter oppugnarent, auxilium magnum è cælo Christianis affuit, quod & ipsis uirtutẽ non modicam præstitit, & Turcis terrorem maximum incussit. Denique ipse illustrissimus uir Petrus, post Turcorum discessum, mox & pontificis Sixti & cæterorum Christianorum pecuniis adiutus, urbem penè solo æquatam, diligentiori cura restituere curauit, imò & excellentiorem, atque fortiorem in decuplum eam effecit. Quamobrem sibi nomen perpetuum & apud deum & homines acquisiuit celeberrimum. Post à Rhodo discessum, Turchus Chiis Genuensibus bellum etiam intulit, sed dispari fortuna, nam acie uictor effectus, multa hominum milia ea in insula cœpit.

Turcæ Rodũ oppugnãt auxiliũ è cælo Rodiis aduenit

6678 Cichus Simoneta, natione Calaber, maximus consiliorum ducum Mediolani scriba, ingentis animi & potentiæ uir, hoc anno cum an.70. secreta quæque consilia, uidelicet pacis & belli sub ducibus Francisco Sfortia & eius filio Galeatio pertractasset, à Ludouico Sfortia ducis Ioannis Galeatii paruuli tutore & gubernatore, & aliis regni proceribus, ob multa ipsius scelera captus, apud Papiæ arcem in cauea includitur, & per menses.7. & decem usque ad mortem seruatur. Erat enim uir sapiētissimus, magni consilii ac precii apud eosdem principes, ita ut nihil esset, quod non illius consilio gereretur. Ea igitur gratia & authoritas permaxima, eum multis effecerant odiosum, & multos plus post Galeatii ducis obtruncationem, quod secundus post Bonam paruuli ducis matrem, gubernator constitus foret. Cuius quidem potentia atque authoritas primoribus urbis formidolosa & suspecta esse cœpit. Tandem agentibus ipsis regni primoribus, uidelicet Petro Pusterla, & Ioanne Boromeo, atque aliis plurimis nobilibus, qui cum Cicho ipso cruentas exercebant inimicitias, eum apud Ludouicum Sfortiam nouum gubernatorem de multis accusarunt sceleribus, quod urbem uniuersam multis enormitatibus opprimebat, quodque factiones in urbe exercebat, eius quoque causa amissum fuerat Genuense imperium, Commemorantes etiam fratrum ipsius Ludouici gubernatoris, uidelicet Octauiani & Sfortiæ innocentissimas cædes, ac Donati comitis magni bellatoris, & aliorum plurimorum scelerum nephandorum. His auditis Ludouicus gubernator Cichum ipsum in arce Iouis detineri iubet, & captum cum fratre & filio nomine Anthonio Ambrosino Longinianæ arcis præfecto custodiendos tradidit, paucis autem post diebus, ipsi captiui in carceribus arcis Papiensis trāsmissi fuere. Quibus gestis, ipsorum captiuorum domus in prædam & direptionem plebi datæ fuerunt. Post annū uero cum ipse Cichus sua manu processum suorum facinorum conscripsisset, die trigesimo Octobris in uestibulo ipsius arcis, iubente Ludouico, capite truncatus est, & in æde diui Apollinaris ordinis prædicatorum sepultus est. Quo mortuo, Ioannes prædicti frater & Anthonius filius uinculis solūtur, & in exilium aguntur.

Petrus pusterla.
Ioā. Boromeus

6679 Pinus Ordelaphus Foroliuii Flamminiæ urbis princeps, Romanique pontificis ea in urbe uicarius, hoc anno cum ea in urbe multis annis regnasset, sine legitimis filiis deficiens, spurium filium paruulum (seclusis germani sui legitimis filiis) sub tutela uxoris dimisit hæredem. Quem cum consanguinei prædicti ab imperio eiicere tentassent, à Senatu Veneto prohibiti sunt. Verum quum Galeotus Manfredus Fauentiæ urbis princeps, prædictorum puerorum patruus, eos in regnum restituere decreuisset, magnum exercitum in Foroliuium duxit, & urbem quasi comprehendit. Ac relictam Pini huius cū spurio in arcem aliquandiu obsedit. Quam cum oppugnare cœpisset, ab exercitu Hieronymi Ryarii Saonēsis tunc Imolæ principis prohibitus atque ex urbe expulsus est. Demum ab ipso comite Hieronymo ipsi uiduæ grandi persoluta pecunia, ex concessione Sixti pontificis Romani urbem atque arcem pacifice accepit, & illam sibi ex priuilegio apostolico subiecit. Fuerat hic princeps Pinus uir utique bonus pientissimúsque, ac militaris scientia exercitatus, qui multis sub principibus cum gloria semper exercitus ductitauit. Quique & urbem ipsam Foroliuiensem multis ædificiis & mœnibus atque arce pro posse celebriorem reddidit, ac multas largásue eleemosynas omnibus semper conferebat. Atque ita hic ultimus Ordelaphorum principum fuit, qui ea in urbe regnarunt per annos fermé.150.

Galeotus urbem obsedit.

Galeotus Manfredus Astorgii Manfredi Fauentiæ seu Fori Sempronii principis filius, natu minimus, hoc ipso anno Carolo fratre principe à suis ciuibus dominio & principatu priuato, ex Rauenna ab ipsis ciuibus accitus, urbis dominatum suscepit, & octo annis regnauit. Hunc Carolus frater cum ragnare cœpisset, uideret maximi animi uirum, & in eo pronam suorum ciuium beniuolentiam ne aliquando in regno sibi aduersari posset, ut be depulit. Pro qua quidem re, statim ad senatum Venetum militaturus concessit, ubi & in disciplina non mediocriter edoctus euasit. Et propterea ipse senatus summo cum charitatis & amoris affectu, tanquam filium eum habere cœpit, & militaribus copiis plurimum euexit, ac rebus in arduis illum exercere cœpit, in quibus nunquam frustratum senatum

senatum spe dereliquit. Nec modo in militari scientia clarus effulsit, uerum & pro animi sui magnitudine plurimas uirtutes conquisiuit. Præter res militares etiam literarum, tam diuinarum, quàm humanarum atq; Musica quammaxime oblectabatur. Nec tamen uiciis hic tantus uir caruit, maximéque inconstantiæ & leuitatis atque impudicitiæ uenereæ, plures enim stuprauit uirgines, quas ut suis concubitibus pro uoto frueretur, etiam sibi aliquas desponsauit uxores, & ut peccatum peccato addere uideretur, mulierem sibi desponsatam in monasterio (ut aliam superinduceret) inclusit, quam etiam post professionis uotum carnaliter cognouit, atque alias sanctimoniales uirgines ad huiusmodi scelus perduxit. Hic urbem Fauentiam plurimis beneficiis exornauit. Vxorem denique post multas deceptas uirgines Ioannis Bentiuoli Bononiensis filiam duxit, inter quos modica, aut nulla unquam pax intercessit. Verum cum filium ipsa uxor ædidisset, pluries ab illo iniuriis lacessita, tandem eo itum est, quo ipsa uxor cupiebat, quia simulata ægrotatione, in cubiculum suum illum aduocauit, & clanculum intromissis siccariis, ipsa adiuuantibus illis, uirum ignaris omnibus, pugione cōfodit. Eo enim anno quo mortuus est, cum didicisset à mathematicis sibi mortem prætendere, & Biotematum fore, mira custodia per aliquot menses se abdiderat, ut ne cuipiam præterquam admodum paucis, domus pateret aditus. Verum cum non sit consilium contra dominum, tandem ut præmissum est, uxor simulata ægritudine, eum cum siccariis cōfodit & interfecit, relicto post unico filio Astorgio paruulo ætatis nouem mensium. Vxor uirum cōfodit.

Idruntem Apuliæ ciuitas.



IDruntum Apuliæ ciuitas, hoc anno ab exercitu nauali Mahumeti Turcorum principis aliquandiu expugnata, post infinitas hominū cædes die ultimo Augusti capitur spoliatur atque fœdatur. Et urbs episcopum palo suffixum, martyrem effecerunt, post cuius captiuitatem etiam Turcorum exercitu multiplicato, multa alia oppida & loca deuastātes, regnum omne in magno tremore posuerūt. Nam igni & ferro omnia deuastarunt, & nisi eorum imperator Mahumetus cito è medio per mortem sublatus fuisset, non modo de Apuliæ regno, sed de tota Italia actū profecto fuisset. Vnde & per omnia benedictus deus, qui non secundum peccata nostra permisit Christianis. Eas ob res Alphonsus Calabriæ dux qui tum Senam Hethruriæ urbem obsidebat, euestigio obsidionem soluens, in Apuliam cum exercitu properans, rem suam tutare cœpit. In eodem autem Turcorum tumultu, Iulius Neapolitanus summus regis Parthonopei imperator, a Turcis captus, interfectus fuit. Verum haud multo classis Turcia, à regia classe cum maximo Turcorum damno capta ac dissipata fuit. Ludouicus uero Sfortia Mediolanensium ducis gubernator, regi Neapolitano quadraginta millia nummûm auri, styrpe à populo suo exacta, ipsi Ferdinando regi statim in subsidium contra Turcos transmisit. Defuncto itaque Turco, Alphonsus Calabriæ dux, confestim urbem à Turcis captam & direptam, obsid one ualida cinxit. At Turci audito sui principis obitu, diffisi urbem posse tueri, saluis suis rebus, Alphonso ipsi sese tradidere. Qui urbem introgressus uniuersa sibi retinuit, & Turcos omnes pro suis mancipiis reseruauit. Idrūtæ ciuitas capitur. Subsidium cōtra Turcos.

6679 1480 Carolus Renati olim Apuliæ regis & Andagauensium ducis nepos, hoc anno ipso suo auo defuncto, ex ipsius testamento in regnum successit au tum, ac ipsius regni priuilegia, uidelicet Siciliæ Citrapharum obtinuit. Qnamobrem Renatus Lothoringiæ dux, & ipse Renati prædicti olim regis ex filia nepos, ægreferēs se fore exhæredatū, cum copiis Aloysii Francorum regis, statim Andagauensem prouinciam ingressus, Carolum hunc & imperio & titulis hæreditariis spoliaturus, cum exercitu circà Massiliam constitit urbē. Quam cnm aliquandiu oppugnasset, & nil contra eum agere cerneret, infecto negocio, inglorius domum rediit.

Hieronymus de sancto Seuerino, princeps Bausii & Nelphæ, Petrus de Bausio Altemuræ princeps, Bernabos de sancto Seuerino Lauriæ comes. Albertus de Sabausio ducente similiter comes, & comitissa de sancto Seuerino, hoc anno mēse Iunio, cum nouam

milibus castrametatus est. Sequuntur autem illum innumerabiles populi,& uiginti quinque milia armati. Qui huius imperium inuadentes plurimas urbes quasi sine dimicatione ademit.

6680 1481 Petrus Maria Rubeus,patria Parmēsis nobilissimus ac potentissimus in Cisalpina Gallia,uir utpote qui dominatur septem & uiginti castellis in agro Parmensi, Mediolanensium principi subditus,hoc anno cum ad principem suū uocatus renuisset uenire, ab ipso principe Mediolani plurima pertulit damna. Nam statim exercitum quatuor milium pugnatorum ducibus Ioanne Iacobo Triultio,& Ioanne Petro Bergamino comite,in eum transmisit,qui eum & patriam multis cladibus uexarunt.Deinde omnino sui principis factus rebellis, ad Venetos deficiens, multo maiora pertulit damna. Verum eodem anno, quarto nonas Septembris, idem Petrus Maria uir illustris admodum grandæuus & senex melancolia & dolore animi uita excessit, relictis Guidone & Bernardo filiis suis successoribus.Qui Bernardus Petrimariæ filius, statim post patris interitum,relictis Venetis, cum quinque oppidis suis, quibus præerat, ad Mediolanenses defecit. At Guido primogenitus in fide Venetorum perseuerās,post biennū tempus cum aliquid in agro Parmensi contra ducem Mediolani moliretur, ipse dux ad contuēda illius cœpta,contra Guidonem filium exercitum equitum & peditum grande,duce Ludouico Sfortia tutore transmisit. Quas ob res Guido iam rebellis & hostis effectus,uiribus suis diffisus,confestim non expectato prælio, cum sexcentis peditibus (de relictis omnibus) in Lygurum montibus unà cum quæstoribus Venetis se recepit. Quorum discessū Rubeorum oppida omnia, partim ui,partim uoluntaria deditione,in potestatem ducis Mediolani deuenerunt,quorum dnō munitissima Sanctus Secundus,& arx turris claræ fuere. At Guido filius omni uirtute & gloria insignis, tanquam alter Iob beatissimus amissis omnibus, quibus imperabat, extorris à patria unà cum uxore & filiis effectus, ad Venetos quorum amore & fide amiserat confugit, à quibus & perbenignè cū magno stipendio exceptus est,ut infra dum de eius obitu tractabimus,latius enarrabimus. Petrus Maria rubeus. Guido & Bernardus filii. Rubeorum de structio.

Ioannes Scanderbechi filius, cui proprium nomen Alexāder Castriotus erat, uir quidem magnanimus,& uiribus admodum fortis,hoc eodem anno audita Mahumeti prædicti morte, & ipse in Illyrico exercitu congregato, non longe à Croya prædictum Baysfetum Turcum, paternam ditionem occupantem, cum ingenti hostium cæde & strage spoliauit.

Bellum contra Ferrariensem ducem.

6681 1482 Veneti hoc anno contra Herculem Ferrariæ ducem, bellum sumentes, quinque milia equitum & duodecim peditum milia, duce Roberto Sanseuerinate, ac aliis plurimis ducibus, in agrum Ferrariensem hostiliter miserunt. Quamobrem hinc bella inter Herculem ducem & Venetos initium sumpsere. Causa huius belli ferunt, quod dux Venetorum ciuem quem uicedominum appellare consuerunt, consiliorum ipsius principis antiquo instituto participem, exclusum nedum curia, sed toto etiam regno abegerat. Cœpto itaque bello, dux Mediolani, ut in coniunctā ratione & causa, principem Vrbinatem ducem, cum maxima equitum peditūmque manu, in auxilium amici mittit. Sicque tota Italia studia harum partium secuta in gemina scinditur. Hinc enim Neapolitanorum rex, dux Mediolani, & Florentini, illinc Romanus pontifex, Veneti & Genuenses, facta societate bella gerebant, quæ ut maiore detrimento sui gererent, non uno in loco, ne leuius unius membri damnum uideretur, sed diuisis exercitibus diuersis regionibus Italiam lacerabant. Rex enim Neapolitanus cum Florentinorum manu per Alphōsum filiū suum Romanum agrū populabatur. Hinc pontifex suos exercitus opposuerat, Ferraria autem contra Robertum Veneti exercitus ducem. Dux Mediolani Federicum ducem cum sua manu,& Ferrariensibus militibus bella gessere iusserat. Erat & tertiū bellum contra Rubeos in Parmensi agro,quod Mediolanēsium exercitus sub diuersibus ducibus gerebat. Tanta rabies animos incenderat, ut dummodo iræ satisfacerent, non uererentur omnes pariter in discrimen, ac belli aleam iniicere. Fertur enim dux Mediolani urbis, sub ducibus Federico Mantuæ, & Gulielmo Montisferrati marchionibus. Bellum totius Italiæ.

Item Ioanne Bentiuolo domino Bonienſi, equitū undecim milia & octingētos, peditum octo milia in armis habuiſſe. His principibus ſuis exercitibus hoc modo diſpoſitis, Veneti duce Roberto infra duos menſes Policinum Rodigii & quacunque alia oppida citrà Padum multo quaſi obſiſtente cœperunt, cum exercitus confœderatorum, qui in altera Heridani ripa in præſidio erant laborantibus, opem ferre non poterant, claſſis tamen Veneta ab hoſtibus ferè tota diſiecta fuit, ubi ad trecentas omnis generis naues confectas fuiſſe fertur. Figarolum autem munitiſſimum Ferrarienſis agri oppidum, per menſem & eo amplius iugiter expugnatum, ultimo Iunii non ſine incruenta uictoria Veneti etiam cœperunt. Adepto autem Figarolo poſt paucos cum ipſi Veneti traiectum Padi per uim tentare cœpiſſent, ab hoſtibus prohibitus eſt. Quo in prælio duodecim Venetorum naues plurimis occiſis captæ fuerunt, à principio autem huius belli uſque ad medium Auguſti menſis in oppugnatione quammaxime Figaroli ex Venetorum exercitu ſupra decē milia, ex hoſtium uero quinque milia, ex corruptione aëris ualiditate contracta occubuere. Ab initio etiam huius belli Alphonſus Calabriæ dux, & cum ſex milibus equitum totidémque pedi tum aduerſus Romanum pontificem, qui ſe Venetis iunxerat uenit, caſtráque ad quintum ab urbe lapidem metatus eſt, contra quem Robertus Malateſta Venetorum dux, & Hieronymus Riarius pontificis exercitus dux in acie procedentes, illum ſeptimo & uigeſimo Auguſti profligarunt, & plurimis captis in triumphi ſpecie ad pontificem omnes uinctos perduxerunt, Septembri uero ſequenti menſe, idem Alphōſus Calabriæ dux exercitu alio nihilominus reparato, denuo cum.30. equitum cohortibus, peditúmque duobus milibus, ex Neapoli aduerſus pontificem uenit (& iam Roberto Malateſta profluuio uētris defun cto) multa damna Romanis intulit. Præterea dum hæc à principio agerentur, Conſtans Sfortia Piſauri dominus, Florentinorum exercitus imperator, Tyfernum urbem quam caſtelli ciuitatem appellamus, hactenus à pontifice Romano poſſeſſam cōpræhendit, & ſuis Florentinis ſubiecit. Eo quoque tempore Veneti claſſem magnā contra Neapolitanum regem in Apulia mittunt, & Brunduſium portum cum aliis quibuſdam appræhendūt, & eiectis regis militibus, ſuis præſidiis munierunt. Dum item hæc agerentur, Rubei Parmenſes & Guido Torrellus accepta à Venetis grandi pecunia, ſtipēdii nomine, duo qui Neſtores Venetos (quos prouiſores nominant) contra Mediolanenſem ſuum principem rebellarunt. Atque ita uniuerſa Italia in tumultu & fragore bellorū conſtituta, quid cōſilii aut ſolatii acciperet ignorabat, ubique enim direptiones, incendia & uaſtationes, & oppreſſiones, nedum uirorum, ſed & mulierum probra audiebātur. His itaque tumultibus (ut præmiſſum eſt) potentiſſima Rubeorum familia à ſedibus ſuis pulſa, deſtructa fuit. Ibiletus autem Fliſchus prothonotarius, natione Genuēſis cum ducis Mediolani ſtipendiis militaret, & in clara Abduæ ad tutandos fines ſui principis deſtinatus fuiſſet, ipſe ſolita perfidia uſus ſuffragia Rubeis contra fidem datam præſtitit, quamobrem proditione accuſatus in carceribus coniectus fuit. Vigeſimo primo Nouembris eiuſdem anni, Veneti ſuum exercitum ſub Ferrariæ mœnibus in loco quem Barchum appellant, collocarunt, & ibidem ſuorum ſigna ad terrorem fixerunt. Quibus Mediolanenſium & Ferrarienſium magni exercitus occurrerunt. Qua propter metu perculſi, locum deſerentes, ad loca tutiora regreſſi ſunt. Denique Veneti uictoriam ſperantes, dum obſtinacius bellum Ferrariæ proſequerentur, ſequenti anno, uidelicet.1483. pontifex Sixtus plura animaduertens, mutato conſilio cum rege Barthonopeo, & aliis colligatis, pacem & ſoſcietatem iniit, & ferociam Venetorum contunderet iunctis copiis mandauit, ut à Ferrarienſi pugna recederent, ac capta reſtituerent, alioquin & interdicto & excommunicationibus ac armis omnium Italorum eos mulctaret. At Veneti cum totius penè Italiæ contra ſe conſenſum formidarent, conſilium inierunt, ut Mediolanenſium ducem, cuius opes formidabant, inteſtino aliquo bello occuparent, ne interim contra eos quippiam molíretur, plurimos ſuorum ad defectionem multis pollicitationibus compulerunt. Quibus auditis, Alphonſus dux, Herculis ſororius in tutelam ipſius Herculis cum quinquaginta equitum cohortibus & peditibus multis, Ferrariam præſto uenit, & apud Cremonam urbem cum omnibus cōfœderatis & pontificis legato, de bello contra Venetos gerendo habuit, fœderibus itaque firmatis Alphonſus

Figarolum capitur.

15. milia hominum ex maligni tate aëris infra tres mē. perierūt.

Pōtifex Venetos deſerit.

Alphonsus Argentam cum exercitu accessit,& cum hostibus dimicans uictoriā obtinuit. Qui in conflictu, ex Venetorum exercitu mile & quingenti milites partim cæsi, patimque capti fuerunt,& inter captiuos fuit Aloysius Marcellus quæstor. Veneti uero cum di uersis in locis bellum sibi gerendum animaduerterent, nec se pro numero hostium pares, aut copias,aut imperatores habere,Lorenæ ducem stipendio conduxerūt,qui nono Apri lis eiusdem anni Venetias ueniens,mox eorum imperator cum magna pompa creatus est. Eodémque mense & Mediolanensium dux Ioan.Galeatius, & ipse marchionem Mantuanum,quem sibi generalē delegerat imperatorem, militari sceptro ac ducali uexillo donauit. Eo quoque mense Alphonsus Calaber Venetorum classem apud Bondenum oppidum stantem inuasit,& multos interfecit & captiuauit. Quo in prælio Authonius Iustinianus ipsius classis præfectus captus fuit. Mense Maii Veneti sæpius à pontifice Romano admoniti,ut Ferrariam Romano pontifici subiectam uexare desisterent. Cum indies contumacius iussa sua paruipenderent,interdicuntur. Demum cum Alphonsus Calaber generalis totius Lygæ imperator cum immenso exercitu,primum ex Bergomensi agro Brixiensiq; ac Veronensi,plurima loca & oppida Venetis,& ui & proditione ac uoluntaria deditione abstulisset,inter quæ Asulam celebre oppidū Brixiensis agri,quod marchioni Mantuano concessit. Cum omnes undique se fessos animaduerterent exhaustis omniū ærariis & plurimis principibus illustrissimis uiris, in quibus fuere Federicus Vrbini dux, & Robertus, qui una die ambo defecerunt,Federicúsque Mantuanorum marchio, & alii penè innumerabiles præstantissimi uiri die septimo Augusti.1484.apud Brixiam urbem,diuina opitulatione,cōfecta est inter omnes perpetua pax,restitutis utrinq; ablatis oppidis & terris aliàs ablatis, excepta certa Pollicini Rodigii parte, quæ Venetis remansit. Post quintum uero huius sanctissimæ pacis diem,qui fuit duodecimus mensis Augusti,Sixtus quartus eius nominis pontifex diem obiit. Talis quidem belli Ferrariēsis processus & finis fuit. In quo certe tantæ fuerunt pecuniarum expensæ,quæ præ multitudine supputari non possent.

Classis Veneta capitur

Asula capitur

Sixtus Papa moritur.

6681 1482 Guido Feltrensis Federici illustris uiri, ex Baptista Alexandri Sfortiæ Pisauri principis filia uxore susceptus,secundus Vrbini dux,hoc anno patre apud Ferrariam defuncto, Vrbinique in sepulchris paternis honorificentissimè sepulto, quum esset ætatis annorum duodecim, quintodecimo calendas Octobris ducalibus insignibus exornatus, in Vrbino & Eugubio Vmbriæ prouinciæ urbibus,sub tutela, cum à principio Octauiani optimi & eruditissimi patrui sui regnare cœpit, & regnauit usque ad amissionem regni annis uno & uiginti. Vir profectò bonus,mitissimúsque,atque perhumanus, & literarum, tam diuinarum,quàm humanarum apprimè eruditus ac studiosissimus extitit,& aliis plurimis uirtutibus excultus est. Hic itaque propter pium cultum & iustum sui populi regimen,pronámque in suos subditos clementiam,maximam omnium in se contraxit beneuolentiam, quam perpulchro his nouissimis temporibus iudicarunt argumento,qui omnes tanquam ueri fideles,propter conseruandum ei imperium,sese omnibus periculis exposuerunt.

Valentinus etenim Borgia dux, Alexandri papæ sexti (ut fertur) filius, cum Flamminiam omnem sibi subiugasset prouinciam,& Vmbriam regionem etiam subiicere cōstituisset, ad hunc sub specie amicitiæ cum exercitu accessit. Sed ab amicis fraude depræhensa; admonitus ab eiusdem,mutata ueste,cum rustico habitu fugere monuerūt,eúmque fugientem plurimi hostes insecuti sunt. At Valentinus cōperto quod fuga elapsus esset,regnum eius sine armis accepit,illúdque & magistratibus atque præsidiis ubique muniuit. Sed ciues sui principis amore & pietate permoti,haud multò post pulso nouo magistratu,hunc denuò reduxerūt. Verum statim suis uiribus diffisus,cum non posset se tueri,furori cessit, & regnum ab integro perdidit,& in quoddam castellum munitissimum se recepit. Atque ita in isto Guidone duce,uiro optimo, omnis Ferentanorum familia, ut uidere uideor,suæ diuturnitatis finem in Vmbria Italiæ prouincia habuit,qui in Vrbino urbe & aliis ciuitatibus à Clemente pontifice eius nominis sexto constituta,à primo Galatio illustrissimo uiro,qui regnare cœpit in anno salutis nostræ .1345. usque in præsentem annum, qui est secundus supra millesimum quingentesimum, annis centum & quinquaginta septem. Hic itaque. N.cordatam mulierem Francisci Gonzagæ Mantuani marchionis sororem duxit uxorem.

Valentinus Borgia

uxorem,ex qua nullã suscepit prolem. Quæ iam diu præuidens futuram sui status ruinam, collectis suis thesauris & preciosiora suppellectile, ad fratrem confugit.

Pãdulphus Malatesta. Pandulphus Malatesta eius nominis tertius, Roberti Malatestæ illustrissimi bellatoris ex pellice filius,hoc eodẽ anno & mense atque etiam die,patre ex profluuio uentris Romæ defuncto, ex ipsius testamento(Sixto quarto pontifice concedente)in Arriminensi principatu adhuc adolescentulus succedens,regnauit usque in anno superiore quo expulsus fuit,qui est.1502.annis.20. Hunc autem pater uir illustris atq; magnificus cum nullum ex Helisabeth uxore,filia Federici prædicti ducis Vrbini haberet filiũ,ex concessione Sixti quarti pontificis sub nouercæ tutela successorem sibi constituit,atque eius protectionem Sixto pontifici & Venetis commendauit.Hic à principio sub cura nouercæ satis modestus extitit, sed sui iuris factus,nullam iniquitatis speciem prætermittere uisus est. Et tanquam auus Sigismundus,omnia in urbe prophanauit. Nan non solum ciuibus suis fureba tur,sed & singulorum substantias diripiebat,atque latrocinantibus fauebat, & qui eam ob rem à decurionibus compræhendebatur, accepta pecunia relaxabat. Et propterea sua in urbe & ditione hac de causa facinorosorum creuit audacia. Vnde etiam qui in urbe tumul tum excitabant, non modo non indignabatur, sed etiamlargitoribus se redimentes fauebat. Vnde & multa mala sui causa in urbe surrexere,quæ hominem apud quoscunque esse cerunt infamem, ac semina futuræ suæ expulsionis sparsere. Nam tantis malis suos ciues attriuit,ut præ magnitudine malorum eius, Sigismundum auum sum uirum pestiferum & infidum, qua si iustum hominem Arriminenses laudarent. Neque solum ciuium suorum bona diripiebat, sed & Forenses transeuntes quadam effrenata rabie spoliabat. Erat quoque ad miserandum inflexibilis,unde & multi subditorum suorum,cum nequirent eius sæuitates sustinere,ad alienos solos transtulere. Quibus malis permoti ciues,contra eum armata manu surrexerunt, & arcem usquesæpius persecuti sunt. Et hic tandem à duce Valentino Borgia domino Arrimini in anno salutis nostræ.1500.priuatus est.

Cõstantius Sfortia. Constantius Sfortia Pisauriensis Romandiolæ ciuitatis regulus,hoc anno Augusto mense,cum in eadem urbe post patrem Alexandrum undecim annis regnasset, febre ualida consumptus, intestatus sine legitimis filiis uita excessit, ubi & in eadem urbe sepultus fuit. Hic itaque Cõstãtius Alexandro Sfortiæ imperatori fortissimo & strenuo ex Constantia Varanea uxore, muliere sanè pudicissima, atque cordata,genitus fuit. Quæ cum in effusione illius defecisset,id Constantii nomen ab ipsa consequi promeruit. Qui & ab ipsa sua infantia usque ad uirilem ætatem, eidem patri ita semper obsequentissimus extitit,ut merito Demetrio Asiæ regi comparari possit. Nam & ipse sicut Demetrius idem rex semper patrem magis ob ueram sincerámque beneuolentiam,quàm ob potentiæ dignitatem metuebat atque amabat.ac illi suo parenti amantissimo post exactam adolescentiam, ob amoris magnitudinem in bellis pertractandis magno in periculis fuit adiumento, & in laboribus solacio, atque in uictoriis congratulationi. Eam ob rem maximam gloriam & honorem,ac generi suo immortalem acquisiuit memoriam. Fuerat hic Constantius in pri mis studio genitoris egregiè literis humanitatis eruditus,& bonis optimisque moribus apprimè institutus. Factus deinde princeps,& dignitatem suã, & rempub.consilio & armis, ac aliis fauoribus multis iuuare & augere curauit. Et ideo urbem suam & ædificiis aliisque magnificentiis plurimis, ac uiris præclarissimis illustrem celebrémque plurimum effecit. Vnde & ad coercendos pyratas, ne urbem aliquando inuadere possent, castellum superbissimum in maris littore magna cum impensa ædificauit,& Burgum magnum dudum à patre inchoatum, ipse mirificè compleuit,atq; ipsius ædes superbissimis impensis in hanc formam,qua nunc cernitur,ipse redegit, ac ciues ad id faciendum suasit. Erat enim præ omnibus splendidissimus princeps, quod quammaxime in nuptiis magnificentissime & lautissime in traductione uxoris suæ celebratis ostendit. Nam cum Camillam illustri Marini Martiani filiam, ex regio Aragonum regum genere natam accepisset uxorem, eius nuptias tanto cũ faustu & apparatu atque pompa celebrauit, ut Xerxis regis cõuiuium diceres. Et propterea ex illis conuiuiorũ, ab eruditis oratoribus, cõfecta fuerũt opuscula. Fuit itaque Constantius hic, homo certe dignissimus, cuius quidem nominis memoria 6680

permanebat

permanebat sempiterna, eius autem pater Alexander Sfortia uir fuit omni armorum uirtute conspicuus, qui suis præclarissimis facinoribus ipsam Pisauriensem urbem à Malatestis principibus, partim uxoris dote, partim solutione acquisiuit. Verum hic cum nullam masculinam prolem ex ipsa Camilla uxore suscepisset, moriës, Ioãnem Notum paruulum filium à pontifice Romano legitimatum sub uxoris cura dimisit successorem. Quibus uidelicet Camillæ uxori & dicto Ioanni spurio Sixtus pontifex eius nominis quartus confirmauit. Ioannes autem prædictus, tum sub nouerca ipsa, tum de per se, postmodum regnauit annis.19. At camilla nouerca, quoad regnum administrauit, spurium plurimis beneficiis adiuuit, & subditos suos ob amorem sui præter iustitiam multis uexationibus attriuit, sed cum ipse Notus adoleuisset, nõ ea quæ debebat nouercæ ipsi retribuit retributionis bona, quia ipsam non modo administratione priuauit, sed urbem relinquere coëgit. Ipse autem Ioannes postmodum Lucretiam Alexandri pontificis eius nominis.6. filiam desponsauit uxorem, quam nihilominus nimium mali rumoris credulus dimisit. Quamobrem pontifex indignatione cõmotus, ipsum urbe priuauit, & armis etiam per suos duces ex urbe eiecit, & ipsam Pisaurensiũ urbem, quam pater & auus suus Alexander Sfortia per annos quinquaginta possederant, cum aliis Romandiolæ urbibus regulis earum expulsis, Valentino Borgiæ suo nepoti seu filio, possidendam concessit.

6680 1483 Alphonsus Calabriæ dux, Ferdinãdi Apuliæ regis filius, hoc ipso anno, rebus cũ pontifice Sixto quarto compositis, ex Neapoli in Ferrariẽsi agro in subsidiũ sororii sui Herculis Ferrariæ ducis obsessi, cum exercitu contra Venetos perueniens, ab ipso pontifice maximo imprimis, & à cæteris confœderatis principibus, uidelicet Mediolanensi duce, Florentinis, Bononiensibus, Ferrariensi & Mantuano marchionibus, aliisque plurimis colligatis Italiæ principibus uniuersalis copiarum omnium imperator, uno consensu designatur. Qui huiusmodi imperio suscepto, euestigio ingentes copias, tum equestres, tum pedestres conglobauit. Quibus congregatis uniuersi principes apud Cremonam conuenerunt, & facto conuentu, & mente omniũ, ut Venetos ab obsidione Ferrariensi dimouerent, in Bergomensem agrum primum duxit. Et captis ibidem multis castellis, relicto ibidem in tutelam Alberto uicecomite cum quadringentis equitibus & trecentis, peditibus, reliquum exercitum, transnatato Olyo flumine, in Brixiensem agrum traduxit, cui statim Anthonius Vrbinas, qui prædicti Alphonsi stipendiis militabat, cum.800. equitibus superuenit. Colla deinde Pithianus Florẽtinorum nomine cũ.900. equitibus.1000. post hos etiam reliqui cõfœderati suas copias cõtulerũt. Federicus quoq; Mãtuanus.1300. equites, pedites mille, Franciscus Tollentinas cũ uexillis Romani pontificis.1800. equites perduxerũt. Ea quippe multitudine armorũ Calaber imperator formidabilis esse cœpit. Verum cum id bellum Mediolanensibus damnosum & onerosum admodum uideretur, cũ exercitum aliquandiu per agros Brixiensem & Veronensem circunduxisset, tandem intercedentibus quibusdam ex primariis Mediolanensibus, pax post annum cum omnibus composita est, atque ita Veneti soluta Ferrariensibus, pax post annum cum omnibus composita est, atque ita Veneti soluta Ferrariensi obsidione, & receptis castellis suis, pacem & legis pacis acceperũt. Quibus gestis hic Alphonsus post annum cum bona probitatis laude in patriam rediit. Hunc itaque Alphonsum, hoc in loco pro more suscepto illaudatum silentio præterire nequeo, quum res probabiles laude dignæ de eo affint multæ. Qui licet res bellicas diu cum multorum damno & inconmodo, & aduersus ponti. Ro. Hethruscósque omnes gesserit, ac multas direptiones (ut fit) permiserit, salua tamen multorum pace, illum certe prudẽtissimum humnissimũq; ac amicorũ studiosissimum fuisse depræhendimus. Omittendo igitur multorum bellorum facinora, modo prospera, modo aduersa ab ipso gesta, hoc nihilominus præcipuum & memoria æterna dignum, opus quidem exemplificatiuum singulis annis faciebat, ut quadragesimali tempore sepositis bellicis rebus, se totum diuinis lectionibus, orationibus, prædicationibúsque, ac eleemosinis dabat. Et demum in cœna domini plurimos Christi pauperes, tanquam uerus Cristicola ad se conuocabat, & multis illorum pedes (non tanquam dux aut futurus rex aut nobilis) sed ueluti religiosissimus domini nostri Iesu Christi seruulus, animi cum humilitate lauabat, ac prandio regio eos refectos, cum singulis

Alphõsus Calabriæ dux.

Eius uirtutes hic commemorat.

singulis uestimentis atq; aliis munusculis à se in pace dimittebat. Alia atque alia uirtutum opera à se gesta referebantur, quæ hominis religionem atque dignitatem præ se ferunt, quæ alio loco ubi de ipsius regno dicetur narrabimus. Hic Ipolitam illius quondam diuæ mulieris Blanchæmariæ Mediolanensium ducissæ filiam castissimā duxit uxorem, de qua in libro de claris mulieribus plura retulimus. Quæ quidem cum in omnibus fuerit mulier fœcundissima, etiam tantæ uirtutis & sanctimoniæ prædicabatur, ut ad ipsas uirtutes suis exemplis & monitis hunc maritum suum perduxerit.

Renatus Lothoringiæ dux. Renatus Lothoringiæ dux, Renatioli Apuliæ regis ex filia nepos, cui superioribus annis Carolus Burgundionū dux, multa damna atque incōmoda intulerat, hoc anno à Venetis solicitatus, sub spe regni Apuliæ obtinendi, quod sibi ex hæreditate materna debebatur, Venetias sub magni stipendii pollicitatione uenit, ubi & à senatu ipso magno cū apparatu & gloria exceptus fuit, atque ibidem fœderibus cū ipsis Venetis percussis, statim in Ferrariensem agrum, & urbis oppugnationē cum exercitu concessit. Is etenim sicut olim auus, recuperandi Apuliæ regni cupidus, omnem industriam & uim positurus in Ferraria obtinenda, Venetis pollicitus est. Verum superueniente prædicto Alphonso cum magnis exercitibus, & Venetorum ac huius Renati uires enarrauit. Quamobrem cum sibi uires deficere circunspiceret, ac etiam infirmitatem ex malignitate aeris Ferrariensis contraxisset, eodem anno inglorius in patriam rediit. Hic itaque Renatus habitus fuit uir optimus, & rerum diuinarum amator, sicut & sui antecessores uiri semper Christianissimi.

Zizymus Turcorum rex. Zayllabus, seu Zizymus Baysseti Turcorum principis frater, quem Mahumetus pater testamento successorem reliquerat, hoc anno apud Bisantiū à fratre maiore prælio superatus, relicta Turchia, solus quasi præ timore in Aegyptū, deinde Rhodū ad magistrum militum Rodiorū confugit. Vir certe maximæ uirtutis ac strenuissimi ingenii. Apud quem quum aliquod tempus incognitus substitisset, ueritus ipse Rhodiorum magister, ne ob hoc Turcus eidem bellum inferret, ipso Zyzimo uolente & rogante, in Gallias ipsum ad Carolum regem honorificentissimē custodiendum, nauigio transmisit. Quæ res postmodum cum Turco innotuisset, periucunde accepit. Statimque legatū in Galliis idem Baysfetus Turcus pro reconciliatione fienda, ad hunc Zyzimum & regem Francorum transmisit. Idem autem legatus ex nomine sui principis Francorum pro taxa singulorum anno rum obtulit. 40. milia nummûm aureorum dum hic uiueret. Verum quum aliquod tempus eo modo in Galliis permansisset, iubente Innocentio papa, Romam remissus est. Idque pontifex ipse fecisse referunt, ut Turchos iam Italiā ingressos, ē finibus Italicis coërceret. Carolus autem eius nominis octauus Francorum rex, dum Romam in anno. 1494. potiundi Parthonopei regni cum exercitu magno peruenisset, Romam quondam rerum domina sibi subiugata, uersus Neapolim discessurus inuito Alexandro sexto pontifice, hunc uirum strenuissimum fortissimúmque, ac sapientissimum (ut omnia in Turcos moliri uideretur) secum abduxit. Cuius causa pontifex idem ipsam pecuniarum quantitatem quotannis accipiebat. Verum Galliæ rex, dum in regnum cum eodem peruenisset, sua indigentia, hic uir illustrissimus, Rheumatismo uitam finiuit cum magna certe Christianorum iactura.

Viri disciplinis excellentes.

Theodorus Gaza græcus. Theodorus Gaza Græcus, patria Thessalonicensis, philosophus & rhetor ornatissimus atque disertissimus, Latina Græcaque lingua eruditissimus, Sixto quarto pontifice præsulante, toti Italiæ docendo & traducendo atque componendo, & maxime Romæ floruit & obiit. Qui cum quædam opuscula ædidisset, multo pulra ē græco in latinum transtulit. Et ob id magno apud eundem Sixtum pontificem in precio semper habitus fuit. Transtulit igitur hic eruditissimus & memoratu dignissimus Theodorus, Aristotelis problemata, & libros eiusdem de animalibus, & Theophrastum de plantis. Ac quædam alia.

Andreas Barbatia. Barbatia, natione Siculus, iurium ciuilis & pontificii consultissimus, omnium plane Italorum hominum sua in facultate sine ulla contradictione facile princeps, hac nostra tempestate Bononiæ per mortē sublatus fuit. Quod quantæ doctrinæ, quātæq; & docendi & legendi, ac consulendi gratia præditus fuerit, ipsa Bononiensis ciuitas, quæ studiorum mater

mater nuncupatur, per annos plurimos suo anno, & quidem permaximo censu quàm liberalissimè sibi collato contestata fuit. Eo etenim ab ipso Bononiensi magistratu multis precibus fatigatus, per multa tempora suo in gymnasio accuratissimè docens, palmam doctorum sui seculi reportauit. Quod certe etiam exteri adolescentes ex longinquis remotisque nationibus, illò plurimi ac cedentes, pro ipsius epotanda doctrina, atq; sapientia uera, cum ab eo doctissimi euaderent, & doctrina & uocibus quibus poterant, miris laudibus atque præconiis ubique contestabantur, ipsius quoque fœcundissimam, atque præstantissimam sapientiam consiliorũ multorum à se æditorum Codex optime demonstrat. Qui & ab impræssoribus in lucem proditus est.

Angelus de Clauosio oppido nobilissimo Pedemontanæ regionis Cisalpinæ Galliæ ordinis minorum professus, generalisque uicarius obseruantium Cismontium, hac tempestate non modo incredibili omnium diuinorum dogmatum eruditione conspicuus, & diuini sermonis declamator ardentissimus, atque famosus, sed & quadam humilitate, & sanctimonia clarissimus effulsit. Qui licet ordinem suum obseruantium Citramontes perplures annos uerbo & exemplo dignè & laudabiliter maximo cum labore direxerit, nihilominus cũ diuini prope ingenii existeret, uir ut meritò re & nomine dici possit angelus, opus certe dignissimum ædidit, quod à se Summan angelicam nuncupauit. In qua certe quid ad perfectum cuiuscunque intelligentia deficiat nescio ibidem contractus omnes plenissimè habẽtur, interrogatorium pulcherrimũ & habetur enucleatũ, ibidem quoq; & matrimonia & censuræ, atq; restitutiones omnes perfectissime inueniũtur. Omnes & docti & indocti in ea certe depasci possunt. Scripsit præterea ad eandem summã additiones pulchras librum unum. Sermones insuper prædicabiles doctos composuit. Atq; alia quedam. Obiit autem uir omni preconio dignus, non sine magna sanctitatis opinione, in oppido Cunii, suo in conuentu, in anno salutis. 1499. Ordinis minorum. Sũmam angelicã ædidit.

Marsilius Ficinus, philosophus & sacerdos Florentinus ingenii eminentissimi & prope diuini uir, utriusque linguæ eruditissimus, ac multarum scientiarum locupletissimus doctor, homo sanè memorabilis, moribus uidelicet & sanctimonia insignis, ac inter Platonicos doctores facile princeps, hac nostra tempestate floret, & multa præclara opuscula scripto mandauit. Quibus excellentiam suæ permaximè eruditionis immortalitati commendauit. De quibus subiecta feruntur. Et primo theologiam notabilem libro uno ædidit. Item de intellectu & intelligẽtia li. 1. In conuiuium Platonis lib. 1. Epistolarum libros plures. E Græco autem multa in latinum transtulit, uidelicet Platonis lib. 7. & triginta, qui antea neque apud Græcos facile inueniebantur. Eosque ad Cosmũ Petrumque eius filium, atque Laurentium illustres medicos Florẽtinos dedicauit. Sed neque eo labore permaximo contentus fuit, quin & ipsius Platonis mentem, partim argumentis, partimque breuibus commentariis explicare tentauit. Deinde & Mercurium Trimegistum, De potestate & sapientia Dei, librumque Xenocratis Platonici. De morte ad eundem Petrum Medicen. Speusippi Alcinoy & Pythagoræ etiam opscula trãstulit. Etiã ipsius Alcinoy, Platonici de doctrina Platonis uertit. Alia etiam plura eum uertisse ferunt mihi incognita. Marsilius Ficinus.

Ioannes & Gentilis germanus Bellin, patria Veneti, atque Andreas Mantinea Patauinus, nec non alii plurimi pictores nobilissimi, his temporibus non modo in Italia, sed (ut ita dixerim) uniuersum Christianum, atque Turcorum orbem, suo inaudito pingendi modo illustrare uidentur. Quibus tanta certè pingendi gratria collata est, ut cũ Apelle, Zeuse, Pollicrate, Phida, & Praxitelle antiquis magnis pictoribus meritò comparari possint. Hos enim pictores celebres plurimi eruditissimi uiri, qui eorum picturas aspexerũt magnis efferuntur preconiis. Horum autem maxime fratrem Io. & Gentilis uirtus cum iam annis multis ad aures Mahumeti Turcorum principis peruenisset, desiderio uidendi eos fragrãs ad senatum Venetum supplex scripsit, ut uel unum ipsorum Constantinopolim transmitteret, Ad quem tandem Gentilis minimus frater accedeus, ut ipsius peritiam tentare posset, post plurimas & incredibiles eius picturas, atque alia propè innumerabilia ipsum depingere fecit. Denique ut omnis industria magis ac magis experiretur, se ipsum in propria forma reduci coegit, cuius quidem imaginem sibi simillimam cum imperator Turcus conspexisset, Pictores egregii, Apelles Zeusis Policrates Phidas & Praxitelles.

conspexisset, admiratus uiri uirtutem, dixit illum cunctos pictores qui unquam fuere excellere. Et propterea confestim in beniuolentiæ & largitatis inditium, ipsum suum familia rem constituens, & comitem Palatinum & equitem auratũ creauit, & à se laudatum cum celebri priuilegio ac donis multis, in patriam remisit, ubi & ab ipso senatu cũ multo hilaritatis uultu exceptus est. Nec tamen prædicti celeberrimi pictores nominati primi fuere, qui antiquam pingendi artem restituerunt, cum à centum annis citra magnos pictores fuisse ex eorum picturis conspicimus. Ante enim centum & trecentos annos, cum non Italia inueniebatur, qui tersum lucidúmque antiquum sermonem haberet. Sic & pingendi sculpendique arte acciderat. Nam si ducentorum trecentorumque annorum picturas quis intuetur inueniuntur non hominum sed monstruosorum potentorumque facies.

Inno. Papa 224.  Nocentius papa eius nominis octauus, patria Genuensis, patre Aaron, Cybo rum mediocri familia, sed honorata natus, Ioãnes baptista antea uocatus, post Sixtum pontificem ex cardinali præsbytero sanctæ Ciciliæ, hoc anno idibus Augusti pontifex creatus, sedit annis.7.& mensi.11. Hic inter cæteros cardinales cum pauperior humiliorque, ac humanior certe haberetur, propter ipsius humanitatem atque mansuetudinem, pontificium munus assequi meruit. Ferebatur etiam in rebus gerendis prudentissimum, & magnanimum atque constantẽ, eo quod Senis & alibi legationis officia peroptime functus fuisset, & magnã sui regiminis & prudentiæ patribus spem præstitisset. Ego põtificem istum dum cardinalis esset noui, & aliquãdo allocutus fui. Et ut animaduertere potui nihil tam graue tàmque arduum, quod is statim non intelligeret. Animus illi rectus & magnus uidebatur, non solum quæ præsentia forent disponere, sed & longe futura præmeditari. Erat in eo clara facundia, multaque in ore eius uidebantur facetiæ, multusque lepos, nunquam elatus, nec iracundus uisus fuit. Factus deinde pontifex, ut erat uir optimus, ecclesiam Dei pro posse in pace continere constituit. Et merito quidem Innocẽtius fuit appellatus, quia & sanctimonia, & innocẽtia, & animi magnitudine cum quouis optimo pontifice conferri potuisset, rerum diuinarum maxime appetentissimus munificúsque, & quammaxime in pauperes, ut ueros decet pontifices. Nihil erat quod illi melius pace communi uideretur, cum eius omnia consilia quietis forent. Nec tam bellum dissuadebat, cum pro tutela ecclesiasticæ ditionis suscipiendum foret. Sed arma non propter uictoriam, neque propter iniuriam uindicãdam sumẽda dicebat, sed propter pacem obtinendam, finem uero belli rapinam, aut gloriam, sed quietem esse debere. Huius itaque pontificatus per duos annos infelix plurimum extitit, & multorum bellorum plenus. Et quod à principio multa cum instantia ab omnibus potentatibus expetiuit, difficillime tandẽ obtinuit. Quibuscunq; enim oratoribus à principio ad præstandã eidem ex more obedientiam ad se uenientibus, summopere pacẽ & concordiã postulabat. Armáque omnibus deponere præcipiebat, sed inimicus homo (ut bonis eius desideriis obsisteret) haud multò post in langorẽ maximũ eum perduxerit, & statim inter Vrsinos & Colũnenses urbis primores, magnum dissidium excitauit. Diu etenim inter ipsas potentissimas familias immortale intercesserat odium, quod uiuẽte Sixto pontifice sopitum esse uidebatur. Sed eo pontifice defuncto, Columnenses cõtra Vrsinos arma sumpsere, & multis eos incommodis effecere, ac uniuersam urbem perturbauere. Quasobres multis sceleratis & damnatis, in ipsa urbe, & extra, licentina peccandi concessa fuit, quæ res cum aliis permultis maximum animi dolorem pontifici optimo inflixit, indeq; pro ecclesiæ libertate, & ipsius subditorum tuitione, uidelicet Aquilæ urbis, aliarũ urbium & procerũ, magnum bellũ (licet inuitus) contra Ferdinandũ Apuliæ regem suscepit, & Robertum Sanseuerinatẽ maxima cum impensa contra ipsum ducem conduxit. Sed post uarias depopulationes, & uastationes atq; incendia, tandẽ rogatus pacem cum omnibus facere uoluit. ea scilicet lege, ut rex ipse tributũ ecclesiæ quod singulis annis pendere cõsueuerat, quodque Sixtus pontifex relaxauerat, de cætero pontificibus Roma. integre persolueret, Vtque regni proceribus contra ipsum Ferdinandum regem erectis, omnino ipse rex parceret, atque illum iureiurando astrinxit, ne deinceps contra põtificem Ro. arma moueret. Et pace conficienda, etiam dissidia Vrsinorum & Columnensium cõposuit. Quibus ex rebus, magnam suæ uirtutis

Eius indolẽ & uirtutes dicit.

Vrsini & colũnenses inimici

1499

uirtutis & constantiæ laudem reportauit. His ex sententia bene gestis, etiam Bucalli num Osimi principem seu tyranum, qui contra ecclesiam rebellauerat, & ad Turcum defecerat, debellauit ac expugnauit, illúmque tandem captum, uinctum ad Ludouicum Sfortiam Mediolanum transmisit, et oppidum sibi & ecclesiæ subiecit. Multa denique hic optimus pontifex, & circà pontificiam dignitatem, remque pub. Christianam, nec non & amicorum utilitatem facere decreuerat, sed ob temporis breuitatem, suámque infirmitatem, ac bellorum & epidimiæ perturbationem, nõ adimplere modo, sed nec incipere potuit. Hic cardinales in toto suo pontificatu creauit, inter quos (ut alios missos faciam) Anthouiotus Pallauicinus, uir profectò religiosissimus optimus unus fuit, hic post beneficium sanitatis adeptum, Heliopoldum olim Austriæ ducem, iam diu defunctum, ob crebra ipsius miracula enarrata, in sanctorum confessorum numero rogatus aggregauit. Venetósque ab inter dicto ecclesiastico & censura in eos à suo prædecessore fulminata, liberauit & absoluit, & eosdẽ sibi confœderatos & amicos effecit. Beneficus equidẽ quoad potuit, & circa Deum in primis, amicósq; pro uiribus semper fuit. Nam post corporis sanitatẽ, inter cætera pro gratiarum actione, monasterio nostro, & ecclesiæ sanctæ Mariæ de populo argenteam ecclesiam miro artificio elaboratam, cum magna cleri populique Romani frequentia, ipsemet propriis manibus super altare obtulit, atque alia quibusdam ecclesiis aliisq; locis piis munera condonauit. Suis autem parentibus & agnatis aliquid beneficii signum (nisi Francisco & Theodorinæ filii) ostendere minime potuit. Ante enim pontificatum & cardinalatum (sicut & diuus pater Augustinus) dum in muneribus esset, duos ex damnato coitu susceperat proles, uidelicet Franciscum filium, & Theodorinam fœminam, quibus nimio afficiebatur amore, ambos enim pro uirili sua enitebatur magnos efficere. Vnde in primis filiam honorato & illustri uiro matrimonio cũ ingenti dote collocauit, Francisco autem filio dilectissimo illustris Laurentii Medicei Florentini filiam coniugem dedit. Eidémque dum moriretur maximos thesauros de consensu cardinalium dimisit, quos nihilominus ipse dum adhuc pontifex pater superuiueret, furtim abstulit, & Florentiam ad patrem Mediceu sororium transmisit. Fuit itaque hic dignissimus pontifex omnibus uirtutibus, quæ pontifice maximo requiruntur, decoratus, sanctitate uidelicet & iustitia, atque prudẽtia: quippe qui propria uirtute, & non aliquo fauore, nec fortuna ex humili loco, ad id fastigiũ euectus fuit. Tãta enim huius põtificis fuit gloria, ut nullius laude crescat, nulliúsue uituperatiõe decrescat. Ne plura de eius laude ob ingenii mei exiguitatũ referẽda censeo. Deniq; relicto apud omnes Christianos sui desiderio, moritur, & apud sanctũ Petrum magna funeris pompa sepelitur.

S. Heliopoldus Venetos absoluit.

ecclesiã argenteã obtulit.

Filii huius.

6699 1484 Ioannes Frãciscus Gonzaga eius nominis secundus, quartus Mantuanorum Marchio hoc ipso anno mense Iulio, Federico patre defuncto, eidem in regno succedens, regnauit usque in præsens annis quasi .19. Hic namque illustris princeps, sicut proano suo Ioanni Francisco in nomine successit, ita & quodam mirabili præsagio in omnibus subsequi uisus est. Ipse in primis patri in anno ætatis suæ quintodecimo successit, sic & iste in decimo octauo. Ille ab ipsa sua iuuẽte ob rem suam tuendam se propugnatorem strenuum contra potentissimos inimicos exhibuit, ita & hic, & quammaxime in Astiludio, cæterisque corporis uiribus sua in adolescentia aduersus exercitatissimos milites uictoriæ palmam atque triumphum reportauit: ipse præterea magnificentissimus & munificentissimus habebatur, nec hic profectò ab ipsius auitis uirtutibus degenerare uidetur. Ille & pietatis & Christianæ religionis amator & obseruator plurimum ferebatur, sic iste cum ingentes eleemosinas quotidie ex condicto pauperibus elargiatur, atque ecclesias dei & templa quotidie ex more sollicitet, & dei uerba curiose & attente audiat, Ille denique diuum patrem Augustinum ecclesiæ doctorem præcipuo excolebat affectu, illúmque sui in necessitatibus præcatorem implorabat, Et hic non modo ipsius uestigia imitari uidetur, & religionẽ ipsius diui Augustini miro affectu & fauoribus, aliísque beneficiis sua in urbe Mantuana prosequitur. Quarto igitur sui principatus anno, de mense Maii hic inuictissimus princeps dum multis hactenus annis fermè trigintaocto continuis, ipse suiq; maiores, sub ducibus Mediolanensibus stipendia meruissent, ad stipendia Venetorum maxima cũ gloria transiuit.

Io. Gõzaga, 2. Mãtua. marchio.

tra posiuit. Apud quos per annos.10. imperatoria dignitate functus, incredibilia in prælijs confecit facinora, & ipsa quidem præclarissima, & primo contra Carolum eius nominis octauum Francorum & Neapolitanorum regem, in agro Parmensi, apud Tharum fluuium. Reuertebatur enim idem rex à captiuitate regni Apuliæ tum ingenti præda, diuitiisque multis, regio exercitu comitatus in Gallias profecturus. At hic ex senatus Veneto rum mandato, cum Rhodolpho patruo, & innumerabilibus exercitibus obuiam regi factus, atrox & asperum bellum cum eodem per horam commisit. In quo certe si sui milites ordinem datum seruassent, & regem ipsum captiuũ habuissent, & uniuersum eius exercitum profligassent. In ea namque pugna hic Franciscus non solum imperatoris, sed & militis officium egit. Infesto enim pilo suo concursus, multos hostes confodit ac agmen pertubauit, & ad interiora agminis cum multa cæde penetrauit, & nisi eidem equus cõfossus fuisset, Gallorum aciem in magno discrimine posuisset: uerum mutato equo, rursus in aciem prosiliens, etiam multos principes cœpit, inter quos fuerunt Barbonus magnus bastardus regiæ stirpis, & Miolanẽsis princeps, ac. F. Vitellus necnõ & alii pluresnobiles milites, quos secum Mantuam captiuos tandem perduxit. Carolus autem comparata eius magnanimitate & fortitudine cum postmodum mitis extulit preconiis. Aiunt eum Triulcio dixisse: Tu præfectum castrorũ iuuenem puerumue fore, & sine disciplina militari prædicasti, sed malus puer mihi uisus est, Quod si in plano pugnare cõtigisset lõge pessimus certe fuisset. Eas ob res ipse Gallorũ rex eum postmodũ incredibili affectione dilexit, & multis muneribus donatus fuit. Et per se suósque muncios, magnis oblatis stipendiis, à fide Venetorum auocare tentauit. At iste se Veneto senatui, quàm acceptissimum esse respondit, militiæque fidem, acceptis conditionibus, tanquam Fabricius fidelis Romanus seruaturum. Suam deinde animi magnitudinem atque uirtutem, in Apuliæ regno ab ipsis Gallis occupato, mira uirtute demonstrauit. Nam eo post annum à senatu in auxilium regis Ferandini, cum exercitu missus. Eos tandem magnis prælijs & ipsis quidem atrocissimis uicit, & è regno eiecit & exterminauit, regnúmque ipsum pacatum ipsi Ferandino regi consobrino restituit, de quibus bellis optimè confectis magnos triumphos reportauit. Neque enim hoc in loco omnes res gestas de hoc inuictissimo imperatore serio enarrare possum, maxime cum à uiris probatissimis, & uersu, & prosa tractata sint. Alia atque alia hic præclarissimus imperator nũc usque confecit facinora, quæ singula enarrare operosissimum foret. Ipsum certe sine iniuria, & corporis robore, animique magnanimitate, atque inconcussa fide cum Torquato insigni patritio. Ro. qui Galliorum exercitum ex Tarpea eiecerat, & eorum castra spoliauerat, & M. Pompilio qui Gallos sua ingenti uirtute debellauit, & eorum castris direptis, exercitum spoliis opulẽtum cum gloria Romam duxit atque de ipsis Gallis triumphauit, atque Fabricio insigni Romanorum consuli fidelissimo de quo Pyrrhus rex dixisse fertur, Ille est Frabricius qui difficilius ab honestate quàm sol à suo cursu auerti posset. Hic Beatricem magni illius Herculis Ferrariæ ducis filiam duxit uxorem, ex qua in præsens usque, duos suscepit liberos, marem uidelicet & fœminam.

Cũ Gallis pugnat

Barbonus Miolanensis princeps. Vitellus. Rex marchionẽ laudat. Marchio fidem obseruat.

Carolns eius nominis octauus Francorum rex, hoc anno Aloysio patre rege uita functo, in regnum paternũ succedens, regnauit annis quatuordecim. Sunt qui dicant patrem superiore anno, quarta & uigesima die Augusti defecisse, & hunc undecim annorum successorem reliquisse. Hic in primis ex paterna auitáque stirpe, homuncio fuit, longa quidem facie, sed læta, exilísque tibiis, sed ingenti uirtute & regio animo uir, ac regnandi ab ipsa sua infantia admodum cupidus, qui cum regnare cœpisset, duodecim ætatis erat annorum & ad ãnos usq; decem & octo, sub gubernatoribus regnũ administrauit. Quo in tempore Margaritam infantulam Maximiliani Romanorum regis filiam desponsauit uxorem. Quarto autem regni sui anno, ut erat ingentis animi rex, ualidissimum exercitum in Picardiam & Britanniam contra eundem socerum suum Maximilianum misit, contráque duces Aureliensem & Britanensem, atque alios regni proceres, qui regni administrandi cupidine ducti, haud multò ante ab eo defecerãt, qua etiam causa & plures alios defectores in uincula coniecerat. Sequenti deinde anno, innouato exercitu cõtra socerum suum Maximilianum tunc Flandriæ & Barbantiæ, Frixiæque regem, necnon & Franciscum Britanniæ 6683

Carolus. 8. Francorũ rex.

Margarita puella uxor.

Britanniæ ducem mouit, sed pauló post Maximiliano ipso socero à Brugensibus capto, nihil actum est. Verum cum Franciscus Britanniæ dux, Aureliensem ducem, Orengæque principem, suos subditos barones, suas in partes asciuisset, suum imperatorem Iacobum Galeoti contra eundem Britanniæ ducem cum magna manu misit, qui & maximo prælio diu & acriter inter se decertarunt, quo quidem in conflictu, ex utraque parte ad sex hominum milia fuerunt cæsa, inter quos & ipse Iacobus dux, licet uictor, cæsus occubuit. Britanniæ autem dux, dum se profligatum uideret, ne in hostium manus deueniret, fuga se eripuit. Aurelianensis uero & Orengæ principes capti, & ad regem perducti, eue-stigio Aureliensem ducem nomine Carolum, per Centurionem decapitari mandauit, quo mortuo pax confestim subsecuta est. Fuerunt in Francisci exercitu milia militum ferme triginta, regis uero huius quinquaginta milia. Aiunt quidam Franciscum ducem ea clade tantum concœpisse animi dolorem, quód diu superuiuere non potuerit. Moriens itaque Annam nubilem uirginem, unicam filiam habuit, regni hæredem, quas filiam haud multó post Maximilianus Romanorum rex, cum spe regni, sibi matrimonio copulauit. Quæ res cum Carolo huic innotuisset, mox Nantem primariam regni urbem potentissimam per proditionem recepit, quam idem Maximilianus nouus spósus ægre pertulit, & conuocato patre, reliquisque Germaniæ principibus, consultare cœpit quonam modo ipsam urbem à Carolo reciperent. At Carolus astutia usurus, eodem anno, Decembrio mense, ipsam Annam iam ipsi Maximiliano destinatam, sed nondum carnali copula cognitam, unà cum omni regno accepit, & duxit uxorem, quam statim (celebratis nuptiis) carnali copula cognouit, relicta Margarita prima sponsa, quam (ut prædiximus) admodum puellam intercedentibus Flandriæ populis, iam multis ante annis desponsauerat, penésque se tenuerat. Remisit igitur uirginem patri penitus intactam, honorificentissiméque donatam, magna auri gemmarúmque ui. Atque ita per præsentes nuptias Carolus iste totum Britanniæ regnum sibi firmauit. Eam enim ob causam magnos exercitus contra Anglos diu tenuit. Demum omnibus in Occidente regibus ac principibus pacatis, etiam omnes totius Europæ principes sibi iungere proposuit, & alios condonatis ciuitatibus aliósque pecunia conciliauit, quosdam uero redimendæ reipublicæ Christianæ spe stabiliuit, & inter cæteros Heluetios & Cymbros ferocissimas gentes, certa fide confirmauit, qui omnes iureiurando fœdera cum ipso iniere. Et ipse ut erat animo callidus, ut fidem suis conatibus faceret, simulata religione, bellum contra Turchos parare ubique uulgauit. Maximæ inimicitiæ inter Ludouicum Sfortiam, tum Mediolani gubernatorem, & Alphonsum Apuliæ regem sororii de imperio Mediolanense subortæ erant, quod idem Ludouicus gubernator Ioanni Galeatio duci nepoti, & Alphonsi genero regnum cedere nolebat. At prædictus Ludouicus Sfortiæ astutissimus uir cum urgeri se exinde animaduerteret, cum Carolo isto regnorum cupido egit, & promissis & precibus, ut Apuliæ regnum, quod sibi merito seu hæreditario iure debebatur, uendicaret. Carolus itaque hic rex, regnandi desiderio cupidus, cui quotidie etiam hærebant lateri continui regulorum ex Neapolitano regno proscripti lamentationes, & plebeus totius regni fauor, & conditiones Ludouici Sfortiæ oblatæ, in Italiam tandem cum pacato suo exercitu & quidem magno descendit, primúmque in Astensem urbem aliquandiu substitit. Ibidémque rerum omnium ordine firmato, per Hethruriam exercitum traducere decreuit. Cúmque inde discessisset, Ticinum uersus maturauit, ad languentem ducem Mediolani consobrinum uisitatum se recepit. Deinde uersus Florentiam proficiscens, Petrus Medices, reipublicæ Florentinæ moderator, eidem occurrit, & Sarzanam oppidum rei Florentinæ ianuam, primum libera manu tradidit. Deinde Petram sanctam, portúmque Pisanum, & Pisam urbem insignem, suæ ditioni supposuit, cui rex gratias egit, & Pisanam urbem mox libertate donauit. Et inde post Lucam se recepit, ubi & à ciuibus illis molestissimis honorificentissimé susceptus fuit, pastóque affluentissimé omni exercitu, postera die Florentiam uersus maturauit. Vbi quæ gesta à Petro Medice fuerant intellecta, ipse Petrus Medices confestim à populo Florentino patriæ hostis adiudicatus est, quamobrem urbem pellitur, & eius bona subastantur.

Annæ ducis Britanniæ filia.

Rex annā ducit uxorem primam. Patri remittit. Britanniæ regnū obtinet.

Italicū bellum enarrare incipit.

Interea ad regem oratores dantur, qui ipsum in urbe comitentur, quo intrante uniuersa ciuitas blandita est. Acceptis autem à Florentinis centum millibus aureis, mox inde Senam aduolauit. Vnde & ab ipsis ciuibus decem pondo auri exigens, Romam concessit, & à summo pontifice Alexandro comiter tandem exceptus est, & in ædibus sancti Marci hospitatus est. Galli autem quum nonnulla inhonesta in urbe exercere cœpissent, Romani indignati, plures trucidarunt, & multo plures Tyberis, quàm gladius interemit. Tandem omnia inter pontificem & regem composita, fœdus inter se inierunt. Et ut rex cautior fieret, pontificis filium Valentinum pro obside petiit, & accepit. Rebúsque ita compositis, rex cum bona pontificis uenia ad bellum destinatum accessit. Vbi mox Campania in deditionem accepta, Montem fortinũ & castellum regio prælio adortus, illud ferro & igne funditus solo complanauit, quantam ibidem crudelitatem exercuerit, nemo certe explicare posset. His crudeliter peractis, maximum terrorem in uniuerso regno incussit. Verum cum Capuam, alias ciuitates, paruo negocio in deditionem Gallus accepisset, ad urbem regiam munitissimam peruenit, illámque cum regii milites, & ipse Alphonsus & eius filius Ferdinandus timore perculsi deseruissent, ad Francum tandem defecit. Iam Parthonopeum militem de diuidendis rebus cura inuaserat. Nolæ & Capuæ equorum greges stabulabantur. Studium fuit militiæ maioribus omnia raptum iri. Et sic relicta ciuitate, alii Nolam, alii Capuam se receperunt. At Ferdinandus nouus rex militiæ expers, cum pauculo exercitu flens, Capuam uersus festinauit, nec Capuani eum minime admissum fecerunt. Alphonsus autem rex naue oneraria cum suis diuitiis onusta Trinacriam adnauigauit. Reliqua filiis & fortunæ reliquit. Ferdinandus & ipse mox cum suis ad Ischam insulam trepidus & mœstus traiicit. Ouans igitur Carolus rex militari more ac imperatorio ordine ciuitatem, die prima Ianuarii, anni salutis nostræ millesimi quadringentesimi nonagesimi quinti. Itaque Carolus in diebus tredecim uniuersum Apuliæ regnum à Tarento Salernum usque ad Italiæ extrema miro successu sibi uendicauit. Quibusdam maritimis urbibus exceptis. Quæ in fide Ferandini regis semper permanserunt. Aderat tunc Paulus Triuisanus Venetus legatus. Qui in hæc quæ scripta sunt, dum hic Bergomi præturam ageret postea retulit, qui tantarum rerum magnitudine attonitus extitit, regem uidelicet iuuenem annorum uiginti quatuor, tam magna in paruo quasi momento confecisse. Rege igitur sæpiuscule ciuitate cum omnium beniuolentia ciuitate Neapoli illustrata, tandem populum pro concione habuit. Quem benignè ac mellifluè in hæc uerba alloquutus est: Non ueni ad uos ô Neapolitani ciues, quo rem uestram dissipem aut euertam, sed ut augeam & honestem. Vt primum deo omnipotenti uiuenti gratias habeo, qui me tanto munere donauit & decorauit, ut sine ullo genere belli rex Neapolitanus sim & dicar uobisque plurimum deo, qui tyranno pulso regem uestrum ultro suscepistis, & credo uos in sententia sic permansuros, ut sine milite & præsidio regia Francorum non solum ciuitas, sed omne regnum tuebitur, & quod deest propediem nostrum erit. Qualis fuerit Alphonsus rex iste uester, docuit eius rerum exitus. Priamus rex ætate maturus Hectore orbatus tanto hoste circundatus, quo ciuibus auxilio foret, ciuitatem Ilionem non deseruit. Vir quidem iste Alphonsus hostem aspernatur, & fugit. Et quo dementiam suam magis, magisque ostendat intra fanas se continet, non quo Deo, sed quo uentri deseruiat, tantum inter me & ipsum interest, quantum inter Deum & Demonem, damnat Alphonsus Gallum, quod regium fecerit nihil. Et si solum regnum Neapolitanum ab infensissimo tyranno occupatum nunc liberatum est, nónne facinus dignum rege? Si miseri & extorres rebus suis restituti sunt, nónne magnanimi regis fuit? forte cogitabat Alphonsus regia esse, quæ ipse operabatur, uidelicet sanguinem bibere, aurum sitire, iniuste occidere, pro arbitratu fallere, semper mentiri, inimicis blandiri, inter conuiuas Scorta enarrare, gesta recensere. Sed credite uiri Neapolitani regii mores ab Alphonso pœnitus distabant. Regum enim proprium est, parcere, donare, fidem seruare, amicos extollere, ciuitates augere, ciues ditare, iustitiam fouere, uirtute delectari, & cum bonis esse. Hæc quidem regia sunt. O ciues quantum deo debetis, qui uos tanta liberauit seruitute. Tunc quidem

Romã — Galli trucidãtur. — Alphõsus fugit. — Oratio regis ad Nepolitanos.

quidem serui, nunc liberi, qua libertate omnes uos & ciuitatem hanc hodie dono, legibus uestris uiuere, libera & immunis ciuitas est. Vt finem dictis fecit Carolus rex, populus omnis clamore sublato, Francum, ut regem salutauit & adorauit. His peractis Romam nuncios misit qui regni titulum rogarent, pontifex uero negocium in aliud tempus distulit, & oratores uacuos remisit. Sed ueritus regiam indignationem, cum regibus imprimis Romano, Hispano, & ducibus Veneto, & Sfortiano, ac eorum confœderatis, fœdera mox percussit. Quod quidem gestum cum Carolo huic regi nunciatum est, etsi rem dissimulasse uisus est, tamen quodam cordis dolore præmebatur. Verebatur etenim dum pluribus intenderetur, ad neutrum sufficere. Et tunc de profectione ad patriam cogitare cœpit, antequam montes niue obscuerentur, ita ut Gallis neque Italia ingredi, neque egredi facultas esset. Et ne Ludouicus Sfortia, qui iam ab ipso rege desierat, transeuntibus impedimento esset. Actum est, ut dux Aurelianensis bellum ipsi Ludouico moueret. Dumque ibi bella geruntur, ex Neapoli rex soluit, relictis qui regnum custodirent. Vt regium autem aduentum pontifex Alexander Romanus præsensit, urbe excessit, & ad urbem Veterem se recepit: interea Nouaria per proditionem ad Orilianensem defecit, quæ res Sfortiano magno fuit dolori atque incommodo, interim rex Romam ingressus, recessum pontificis indoluit. Biduóque ibidem exacto soluit, & inter eundum Toscanellam Vmbriæ ciuitatem Galli solo equarunt, incolis omnibus trucidatis. Cúmque Pontremulum nobile Hethruriæ castellum peruenissent, & montium aspera rex pertransisset, magno tam hominum quàm equorum incommodo, Parmam uersus maturauit, apud quam exercitus maximus confœderatorum se eum expectans sedebat. Rex suum exercitum ad fur nouum rusculum, in colle constitutum locauit, cui à læua Tarrus fluuius est. Rex hostium multitudine perculsus, oratores confœderatis dedit, qui regem ad patriam securum ire permitterent. Responsum fuit, armis uiam sibi aperiendam fore, at rex animo minime fractus militem ad concionem conuocat dicens: Non meæ temeritatis fuit uiri fortissimi, hanc tam grandem uelle aggredi, ni uirtus uestra ad hæc me hortata fuisset, ac fides Sfortiana, quæ si in homine permansisset, haud pugnaremus, sed cum perfidorum natura plus malignitate quàm uirtute gaudeat pugnando, euitandum est, ut ipsam superemus. Nam facilius erit uincere quam incipere, miles mercenarius est potius timore quàm amore qui pugnat, & ideo non est quod timeatis. Maiores nostri pugnando orbem peragrarunt, & ex hostium manibus trophæa reportarunt magna. Et nos ex turba hac imbelli, inglorii abibimus? Videte per deos, quid uobis offeratur, quæ uobis timorem incutere debent? Rememoramini obsecro ô milites, qui scitis quum proprium Gallorum sit fortia pati & agere, Et uere Gallo gloriosius est oppetere quàm capi. Hi quos uidetis multitudini confidunt, & nos uirtute gaudebimus. Si uictor Gallus euaserit, Gallo omnis Italia patebit: si uictus Gallia arridet, quæ uidelicet, suos penates intrepide tuebitur. Res nostræ in tuto sunt. Non sint uobis curæ, uxores, filii, neque parentes, sola pugnandi uos cura capiat. Si autem alia mens uobis est, regem uestrum palantem uel captiuum fieri, re uestra salua, quod uultis declarate. Vt finem dictis rex fecit, omnes rati parum muneris & emolumenti regi esse corpora tantum fore, exponere etiam animas ipsa deuouere. Illicóque sublato clamore, bellum hosti indicauere. Imperator autem Italus, cui per exploratorem omnia nota erant, exercitum ad pugnandum ordinauit. Et primo quidem peditum Phalanges instituit, quos sequebantur Vmbones & clypeati, demum miles armatus suo ordine subsecutus est. Et in quatuor cornua diuisus est exercitus Venetus, primum Bernardinus Bracius, secundum Raynutius Frenesius, tertium Rodulphus Gonzaga, quartum Franciscus Mantuæ marchio. Sfortianus autem illo die pugnare non debuit, Francus uero è regione omnia prospectans, omnem suum exercitum in duo cornua diuisit, utrinque suo belli signo dato, omnia ad pugnam parantur, Francus ordine & milite Italo perculsus, statuit id arte uincere, quod uiribus superare diffidebat. Vnde & impedimenta quadraginta præmisit, quæ ut ita effuse uagari uisa sunt, ratus est miles Italus, ea beneficio longo fieri, quæ dolo & astu fiebant, loco motus & omni ordine turbato, ad ea diripiēda agmenatim se cōtulit. Sensim inter Epyrothas &

Dux Aureli anus cō tra Ludouicū pontif. fugit. Nouaria amittitur.

Dispositio exercitus Italorū

fuit. Fuit itaque hic regius marchio omni laude mirifica insignitus, utpote religione, pietate, iustitia, clementia, animi magnitudine, grauissimóque consilio, ac magna in summis abeundis negocijs fortitudine, atque constantia, de eius bonitate atque pietate circa Christi pauperes cum quouis principe contendere potuisset.

Pax pernecessaria, hoc anno mense Iulio inter Venetos & omnes Italiæ principes & potentatus procuratione multorum illustrium Mediolanensium confecta est, pro qua maximus ignis in tota Italia excitatus extinctus est, in ipsa siquidem pace sancitũ fuit ut unicuique quod suum fuerat ablatum restitueretur Pollicino Rodigii cum suis oppidis excepto, quod quidem Pollicinum Venetis iam tertio permissum est.

Pestis etiam sæuissima in tota fermè Italia hoc anno fuit, quæ ex Roma, Venetia, Taruisio, Patauio, Mediolano, Papia, Laudáque urbibus, ubi plurimum desæuit, infinita prope hominum milia absumpsit & quammaxime Venetis desæuiẽs, plurimos senatores & ipsorum principem. Io. Mocenicum extinxit. Pestis in Italia.

6684 | 1485 Marcus Barbadico quintus & septuagesimus Venetiarũ dux, hoc anno tertiodecimo calẽdas ex procuratore sancti Marci Ioãni Mocenico suffectus, ducauit mẽsi. quasi. 9. Breuis quidẽ huius principatus sed ingens eius gloria fuit, cum esset uir perhumanus & multarum rerũ experientia doctus. Qui principatu suscepto secundũ philosophi documentum in rebus gerendis se uirum ostendit, quia in omnibus se prudentissimum iustissimúmq; ac certe pientissimũ pro posse omnibus se exhibuit. Nam in primis (ut bonũ decet principẽ) rem Christianã & ecclesiæ catholicæ præcepta excoluit & obseruauit. Rémq; pub. suam in pace conseruauit. Et ipsam Venetam ciuitatem suam rei frumentariæ ac aliarũ rerum, quoad uixit feracissimã effecit, atq; suos conciues uno ordine semper habere uoluit, aliud quoq; præcipuum præconium hic diuus princeps de se ostendere uoluit, quòd non principibus modo mũdialibus, sed uiris sanctissimis cõuenit, quia ea in dignitate semper tam prudentissimum se exhibuit, ut nullius iniuriæ antea susceptæ unquam memor esse uoluerit, imò si quos habuit aduersarios, etiam quadam animi sui nobilitate & uirtute eisdẽ pepercit, atq; ipsos excoluit & erexit, at beneficiis & dignitatibus exornauit. Quæ quidem res non hominis humani, sed diuinæ uirtutis censetur. Alia atq; alia uirtutũ opera de Marco isto principe referũtur, pro quibus tantam ab omni populo comparuit gratiã atq; beniuolentiã, ut ipso tandem Christianissime & religiosissime deficiente ab omnibus tanquam cõmuni parente orbatus collachrymaretur. Quo mortuo, cum ingenti pompa & populorũ frequentia apud sanctam Mariam de charitate sepelitur. Marcus Barbadico Venetiarũ dux.

Augustinus Barbadico, prædicti principis germanus, sextus & septuagesimus Venetorum dux, & ipse quarto calendas Septembris, in festo diui patris Augustini, hoc anno eidem Germano suffectus, ducauit annis quindecim, & diebus tribus & uiginti. Hic quum primùm principem se declaratum didicisset, ac pronam in populi beniuolentiam ob memoriam optimi ducis germani sui perpenderet, euestigio populum exhortaturus in altum conscendit, & suaui oratione atq; perhumana omnibus bono animo esse dixit, quia nunquam fratri suo germano in omnibus & quammaxime iustitia, pietate, & humanitate haberent inferiorem, quod si facta dictis respondissent, profecto nulla de eo tam aperta fuisset obtrectatio. Inter hunc & germanum tanta fuit disparitas, quanta inter Titum & Domitianum fratres extitit. Qui licet fuerit eo in principatu accuratæ diligentiæ, & laudabilis memoriæ, facundiæque optimæ, tamen adeo iracundus extitit, ut uix reconciliari poterat. Erátque acer & nimis sibi atrogans, cupidus & auarus, superbia quoque tumidus, & denique pauperiati inclemens. Vnde populis ferè omnibus fuit obnoxius, cum nec ubertati multum neque quieti reipub. (prout germanus fecerat) animum intẽderet. Qui ethica febre penè cõsumptus, mortem sibi ferè ab omnibus affectabatur. Cúmque respu. (suo quasi defectu) satis detrimenti passa, uariis periclis, detrimentisue, & tam terrestribus quàm maritimis uexata foret, atque indies uexaretur à Turcorum rabie & potentia, ita ut Lepantum, Modonum, Coronum, & Dirachium sibi necessarias urbes, & alia loca plurima pariter amiserit. Et si etiã ipso imperãte Venereæ insulæ regni Cypri plurimorumq; locorũ, dignissimarumúe urbiũ Cremonæ uidelicet, & Apuliæ regni, multarum

ciuitatum in Italia per magnifice eius auxerit imperium. Placuit tamen ipsi paucis ante sui obitum diebus, animos omnium (ut creditur) reconciliandi gratia, ducatũ ipsum renunciare, quæ quidẽ à patribus non fuit admissa. Hic tamen sicut & Domicianus Augustus multas leges & easdem bonas condidit. Et primo munera in senatu amplificans, quadraginta uiros tertios addidit. Imperatoribus statuas publicare cœpit, palacium publicum sancti Marci miro & incredibili ornamento, interius & exterius, iureiurando suo ductu exornatum fuit. Suo denique consilio & armis, rabies Gallorum in Apulia regno, domita fuit. Obiit demum suæ ætatis anno octuagesimoprimo. Cuius corpus magna pompa in basilica charitatis, sicut & fratris sepelitur, inaurato tumulo à se structo. Fuit autem hic Augustinus Barbarus uenustissimæ formæ, & graui præsentia uir, sed terribili aspectu. Cuius quanta per eum mala fuerint pertractata facinora, Consultosenatu omnibus ferè suffragiis tanta equidem emendationibus multipliciter omnino reprobata extiterunt, aut improbari arbitribus non amplius ab urbe condita electis censoribus data fuere.

Leges huius commemorat.

Florentini hoc anno Genuensibus magnum bellum inferunt. In quo quidem bello, post multa utriusq; damna, inter cæteros Antonius de Martiano Florentinorum strenuus imperator, occisus est. Deinde Florentini per annum bellum continuantes, Nicolaũ Vrsini comitem, Pictiliani sui exercitus ducem constituentes, in die resurrectionis domini Genuensium exercitum, qui Sarzanellum oppidum obsidebat, magna ui aggrediens, obsidionem soluere compulit: qua uictoria post mensem etiam Genuensibus Sarzanam urbem diu oppugnatam abstulerunt.

Antonius Martianus occiditur

Petrus Vermes, natione Veronensis, urbis Bobii, Viqueriæ, multorũmque aliorum oppidorum dignissimus princeps & dominus, hoc anno decimaseptima die Octobris nullis ex se relictis liberis legitimis decessit. Ob quod uniuersum eius imperium denuo ad Mediolanensium ducem lege successionis rediit. Cum etiam eisdem Vermianis principibus propter eorum benemerita, Philippus uicecomes Mediolanensium dono dederit.

Maximilianus Federici Cæsaris filius, & Eduorum dux, de quo supra multa tractauimus hoc anno die uigesima Februarii, adhuc patre uiuente, ab electoribus imperii in regẽ Ro. electus est. Quæ res, senem patrem ingenti læticia profecto affecit. Vnde mox ab Italis quasi omnibus maxima pompa salutatus fuit. Quod cum Matthias Panonum rex intellexisset, grauiter tulit, & quoad potuit electionem infringere procurauit. Quamobrem sequenti anno solennes oratores & Mediolanum & in Gallias transmisit. Vt cum principibus Christianis ageret, ut ipsa imperii electio infringeretur, & irrita pœnitus foret, cum contra electionis leges facta fuisset. Vnde & magnum populorum odium in eo concitatum fuit. Est quippe hic illustrissimus Maximilianus singulari prudentia princeps magnanimúsque, cum quadam corporis maiestate & decore nimium decoratus, sed bello usque in præsens infelix, quem Maximilia. sui Brugenses captiuarũt, & Vladislaus nonus Bohœmorũ rex sæpe acie perfregit & fudit. Sequenti etenim anno, hic dum apud Brugem sibi subditam, exercitum equitum quadringentorum, & peditum mille quingentorum congregasset, dum urbem egrederetur (maiore copiarum parte iam emissa) ab ipsis Brugensibus captus & in uincula coniectus fuit. Affirmantibus ipsis Brugensibus non prius illum fodæ uinculis educturos, quàm pacem cum rege Francorum firmasset. Nec Brugenses eo facinore contenti, quin & duodecim ipsius Maximiliani proceres, ad terrendum eum, uariis tormentis necauerint. Quæ res cum ad aures Federici Cæsaris peruenisset, grauiter indoluit. Et quamprimum electorum imperii concilium conuocans, apud eos de atroci Brugentium iniuria, uidelicet filiũ captiuitatem, suorũmque nobilium, indignissimam mortem in Alemanorum uilipendium & iniuriam conquæstus est, qui in furorem uersi clamore sublato, arma contra Brugenses esse omnino accipienda dixerunt. Itaque mensibus duobus elapsis, Federicus huiusmodi iniuriam bello uendicaturus, quadraginta milium pugnatorum exercitu coacto, die tertio Maii ad Brugem ipsam equitauit. Cũmque ciuitate ad octo milia passuum cum eodem exercitu

6685 14

Maximilianus in regem Ro. eligitur.

Cõciliũ Alemanorum

exercitu appropinquasset, ciues animaduertentes quod tanto exercitui essent, nec aliunde præsidia habere possent, generali consilio habito decreuerunt, ut iniurias Maximiliano infensè illatas, nouis obsequiis redimerent. Igitur in magno urbis ipsius foro magnum erexerunt tribunal: quo erecto, confestim Maximilianum hunc, uinculis absolutum & exemptum, quantum possibilitas patiebatur in eodem honorificentissimè collocant, & ut uerum regem salutant, ueniam errori suo, ac ne exercitum paternum propius accedere sinat deprecātur. Quibus Maximilianus (ut erat clementissimus princeps) hilari uultu, magno atque Cæsareo animo, non solum ueniam dedit, sed & Brugentium legatus, ad patrem accedens exorauit, ut exercitū retroduceret: quo impetrato, cum patre & exercitu gaudens Antuerpiam uersus profectus est. His gestis anno sequenti, qui fuit. 1489. pacem cum Carolo Francorum rege genero suo percussit, in qua Flandria prouincia, quæ ad Carolum defecerat restituta est, sed & matrimonium Margaritæ Maximiliani huius filiæ, & Caroli uxoris, quod propter has discordias labefactatum fuerat, confirmatū fuit. Mortuo deinde Matthia Panoniorum rege, & Vladislao Poloniæ in locum eius surrogato, Maximilianus hic confestim in Austriam cum exercitu magno proficiscens, Viennam & Nouam urbes primarias, & alia plurima loca, quæ dudum Matthias ipse rex armis patri ademerat, magna uirtute recuperauit. Quæ res, Vladislaum ad defensionem regni sui cōparatis undique exercitibus armauit. Inde etiam uictoria elatus Maximianus, post men sem bellum continuans, Albam regnum Panoniorum primariam ciuitatem (in qua reges ipsi coronari consueuerant) bello cœpit. In quo omnes mortales sine ullo ætatis discrimine interfici iussit. Elatus etiam huic insigni uictoria, cum eodē exercitu, Budæ agrum obequitare cœpit, cui Vladislaus cum exercitu occurrens, commisso sæuissimo prælio, Vladislaus Maximilianum uicit & fugauit. In quo quidem conflictu Maximilianus animi ferox, qui mori latius quàm prælio uinci semper putauit, dum militis potius operam, quàm ducis nauaret, uulnus crudele accepit, multósque suorum ut erat quisq; audacissimus amisit. Tandem cum uiribus Vladislai non sufficeret, collectis ex profugo exercitu reliquis militum, in Austriam se recepit, relicta Panoniarum imperio uacua possessione. Sequenti autem anno, cum hic Maximilianus Annam Francisci Britanniæ ducis unicam filiam accepisset uxorem, quam nihilominus Carolus Francorum rex gener suus, relicta ipsius Maximiliani filia, sibi abstulit. Quamobrem maximæ lites & bella inter Germanos & Gallos exortæ sunt. Tandem intercedentibus multis, pax optima inter ipsos subsecuta est, & restituta Margarita filia Maximiliani primum despōsata, cum innumerabilibus ad infamiam puellæ abstergendam, Annam cum suo regno retinuit uxorem. Pace itaque undiq; parta, Maximilianus hic denuo cœpit animum ad rem maritalem flectere cum meminisset, quod matrimonium est uenerabile fidei & honestatis templum, suauissimúmque uitæ humanæ condimentum, ne uidelicet solutus & infrenus ferarum ritu in uarias cupiditatum illecebras euagaretur. unde diuino spiritu ductus, tandem animum ad Blanchammariam uicecomitem Galeatii ducis Mediolani filiam adiecit. In qua uirginalis pudor cum matronali grauitate coniunctus, omnium uoluntates quamfacile promerebatur. Quam tandem anno à natali Cristiano. 1494. eo scilicet anno, quo & eius genitor Federicus imperator uita excessit, sibi desponsauit. Cui à patruo suo Ludouico Sfortia uicecomite Mediolani guber natore, in dotem constituta fuerunt, quatuor centena milia aurei nummi. Insuper in Para frena aduecta fuit, summa aureorum sexaginta milium, pro localibus uestimentis, preciosa suppellectili, & reliquo mundo muliebri. Hoc enim coniugio renata & non instituta fuit affinitas, inter Austros & Vicecomites, imo quodam necessitudinis uinculo instaurata, potiusquam contracta. Nam huius inclyti principis proauus, Hernester matrem habuit Viridem magni Bernabonis uicecomitis filiam. De hoc itaque principe, uidelicet de eius regno hoc dixisse satis est, alio etiam in loco, dum ipsius imperio tractabitur plura dicemus.

Pax inter hūc & Frācorum regem.

Blāchā mariā.

Bellum procerum regni Apuliæ contra Ferdinadunm regem.

His tēporibus Ferdinandus Neapolitanorū rex, per Alphonsum Calabriæ ducem filiū suū omnes Brutiorum primates in urbem Teatinam, gratia mutādi augendique uectigalia

regni,contraxit,apud quos ipse filius expositis paternis mandatis,euestigio Petrũ Ladum Camponiscũ Montorii comitem,hominem Aquinatis agri facile principem, cum filio atque uxore compræhensum,Neapoli in uinculis interim haberi iussit,dum ratio uectigaliũ perageretur. Verebatur etenim ne si ipse dissensisset,alii authoritatem uiri secuti,infectum relinquerent negocium,reliquos libere dimittens. Quod cum Innocentius papa audisset, subornatis imprimis prædictis principibus,& accitis etiam ipsius Montorii comitis cognatis, magnam seditionem in regẽ excitauit, usqueadeo,ut Aquinas populus impulsu ipsius pontificis,& Antonium Cincinellum regis in ea urbe præfectum,crudeliter trucidarit,& ipse populus ab rege defectionem fecerit.Quo audito,mox decem alii proceres ab ipso rege defecerũt,inter quos fuit Pyrrhus Bassus Altemuri,Salerni,& Bisignani princeps.His sic se habẽtibus rex ad Mediolanẽsem ducem & ad Florentinos se recõmendauit,à quibus mox auxiliaria præsidia accepit. At pontifex ad procerum animos confirmandos magnos exercitus in urbem Soram destinauit. Tandem rex multis datis accepisque damnis,pacem & confœderationem cum pontifice maximo percussit. In qua idem rex ad preces summi pontificis, proceres rebelles hac lege se recepturum promisit,si depositis armis imperio ipsius se summitterẽt,impetratáque facerent. His ex sententia gestis,post menses duos, Carolus Sanseuerinas Busignani principis frater, suo principúmque omnium (quos supra nominauimus) nomine,cum mandato omnium ad regem accedens,impetrata se facturos iureiurando promisit,ac sic tota Italia bellis,quibus hactenus laborauit,liberata est.

Antoniuscincinellus occiditur.

Pax procerum & regis.

Robertus Sanseuerinas, magnus in Italia exercituum imperator, tanquam alter Ioab Saruiæ regis Dauid sororis filius,& ipse Francisci Sfortiæ ex sorore Elysia nepos,hoc anno cum magna bella, & cum ducibus Mediolani, Genuensibusque ac Venetis diu gessisset,die tertiodecimo Augusti à summo pontifice Innocentio,cuius stipendia contra Ferdinandum promeruerat, extra Romanos fines cum dedecore proiicitur. Eo quòd cum maiora damna oppidis, ciuitatibúsque ecclesiasticis, quam ipsos hostes intulisse compertum fuerat. Quamobrem Robertus animaduertens multos regis & ducis Mediolani ac Florentinorum duces contra eum conspirasse, cauens sibi,statim ex monte Sportedo ditionis pontificis mouens, quàm potuit celeritate, uersus Rauennam fugit, & apud Carthalupum ditionis Imolæ oppidum, cum mille sexcentis equitibus se continuit. Ibidem etiam diffidens, suos ad concionem conuocans, dixit quod propter conspirationem in se Italorum principum factam,nullam se uiam,quà eos incolumes educere possit uidere,monuitque omnes, ne posthac spem ullam suæ salutis in se duce ponerent, sed anniti pro se quemque debere, quà posset arte ad seruanda corpora, se quoque idem facturum ostendit. Illis itaque dimissis eadem nocte,cum equitibus circiter centum secreto in agrum Venetorum trepidus se recepit. Exorto deinde die,milites qui remanserant fuga ducis cogni ta,alii alio,nullo ordine fugientes,& à Florentinis ac Bononiensibus,aliisque finitimis populis hostiliter capiuntur,atque spoliantur,præter admodum paucos, qui stipendiis ducis Calabrum adherentes,illũ secuti sunt. Ipse igitur dux compositis hoc modo rebus,fugatisque hostibus,comitantibus Ioanne Iacobo Triulcio,& aliis ducibus bellorum,domum reuersus est. Robertus autem sequenti anno à Venetis iterum dux,contra duces Sigismũdum & Albertũ hic Saxoniæ,alter uero Austriæ delectus,cum quatuor milibus equitum in bello processit,qui post aliquas uictorias & occidiones de Theutonicis æditas, & adepto prædæ ipsorum Germanorũ oppido,pontem ex colligatis nauibus super Atesi fluuio uersus Tridentũ extruxit,per quẽ statim cũ quinq; & uiginti equitũ cohortibus, & quatuor peditũ milibus,animo expugnãdi ciuitatem traiecit,sed à sexcẽtis equitibus Theutonicorum,& totidem peditibus prælio exceptus,superueniẽtibus deinde aliis ad numerum ferè mille armatorum cum duodecim signis qui in uicina sylua in insidiis consederant, haud tantã molem sustinens ipse militiæ princeps Robertus cum toto exercitu in fugam conuersus est,insequẽtibus deinde hostibus in traiectu amnis,soluto ponte, impetu cõcursantiũ cateruatim militũ(ut in subito pauore fieri assolet)accepto iam uulnere,cũ reliquis qui super pontẽ reperti sunt,alii alios impediẽtes,summersus est. Hoc autem gestũ est,anno salutis nostræ. 1487. decima Augusti die. In quo quidem conflictu seu profligatione

6689 | 14

Robertus eiicitur.

Bellum contra Germanos.

potius perierũt ex Roberti huius ducis exercitu supra quinq; militum milia. Eius autẽ cadauer per aliquot dies repertum à Tridentino pontifice, & eius ciuibus, honoficẽ in maiore urbis templo sepultũ fuit, atq; ita huiusmodi Roberti Sanseuerinatis finis fuit, reliquit autem hic imperator post se Federicum dignissimũ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem nunc extantem Io. Franciscum, Gasparem cognomento Fracassum, Antoniummariam & Galleatiũ bellicosos uiros ex Ioanna de Corregio prima uxore susceptos, duos deinde alios, uidelicet Alexandrum & Iulinm, ex Lucretia Senensi.

Heluetii Germani, qui & Suyceri nuncupati, uidelicet uallis sancti Iacobi circunstantiumque locorum hoc anno imperium Mediolanense ingressi, ad Clauenam usque magno impetu penetrarunt, & prædas ingentes ac crudelissimas cædes ædiderũt, cum magno incommodo populorum incedentes quæcunque inueniebatur. His gestis haud multò post iterato fines egressi, Bormium & alia nõnulla uallis Tollinæ oppida cœperunt ac diripuerunt: post non multum tempus etiam Sudunensis episcopus qui Vallesiæ nuncupatur, & ipse Heluetius, coacto nõ paruo exercitu, scilicet sex milium militum, denuo bellum duci Mediolanensium indixit. Et impetu facto mox Anthicolum & Vegetii uallem occcupauit, ac castella plurima cœpit, in quibus prædas populationes & incendia plurima cũ maximo finitimorum damno exercuit. Contra quem dux Mediolani quamprimum complurimos bellicosos ex suis uiros cum mille ducentis equitibus & duobus milibus peditibus misit, qui prælio commisso, Germani superati & turpiter profligati, ex eorum exercitu mille desiderati sunt. Quo tremore & clade Suyceri cõmissi, per annos multos eorum fines egredi non sunt ausi. Suycerorum mala cõmemorat.

6685 1486 Bucalinus Osmi oppidi princeps, hoc anno mense Aprili à summo pontifice Romano cui tributa pendebat, ad Turcorum imperatorem defecit, fœdus cum eo iungens atque auxilia postulãs. Quo cognito statim summus pontifex, ut auxilia Turcorum præueniret, cõtra eum exercitũ misit. Qui post longã oppidi ipsius obsidionem & expngnationẽ cum nulla auxilii spes superesset, ipse se & oppidũ summo pontifici tradidit. Adorãt pontificis subsidio exercitus Mediolanensiũ, duce Ioanne Iacobo Triulcio, qui confecto bello, cum ingenti gratiarum actione Mediolanum uersus cum ipso Bucalino reuersus est.

Sigismundus Austriæ & Albertus Saxoniæ duces, hoc tempore à Venetis (ut aiunt) prouocati occasione confinium cum decem milibus militum bellum Venetis mouent, & primo Rogoredum oppidum Tridentino episcopo in spirituali suppositum, aggrediuntur, illudque diutinis præliis expugnare cœperunt: Contra quos Veneti suos exercitus, duce Roberto Sensceuerinate mittunt, & tertia Iulii die huius anni, iuxta Sarauалem cui Rogoredum imminet, durum prælium commiserunt, in quo quidem prælio multi ex Venetis militibus occisi & uulnerati fuere. Sed & Antonius Maria Roberti filius, & nepos principis Camerini, capti sunt. Ipse quoque militiæ princeps Robertus ter captus, sed militum suorum uirtute liberatus, incolumis euasit. Ea quippe multi utriusque exercitus extincti fuerunt, ipsi denique Sigismundus & Albertus duces, Rogoredo solo equato, ac aliis multis Venetorum castellis captis, haud multo post, relictis sine præsidio oppidis, in patriam redierunt. Verum postmodum profligato ab episcopo Tridentino, non longe à Tridentina urbe Venetorum exercitu, ac Roberto eorum exercitus imperatore summerso Veneti cum ipsis ducibus & Theutonicis omnibus pacem composuerunt, restitutis omnibus captis castellis ac Anthoniomaria Sensceuerinate, cum aliis captiuis: pacéque confecta Veneti de integro oppidum Rogeredi reædificarunt. Pax Theutonicorum.

Exules Senenses hoc anno primo ac uigesimo Iulii die, per obscura noctis Senam urbem ingressi Christophorum equestris ordinis uirum, ciuitatis primarium interfecerunt. Conforoneriumque iustitiæ ciuitatis detinuerunt, ac multos alios alterius factionis per insidias eiecerũt. Quibus gestis ipsi exules multis ciuibus consentieutibus in regimen ac dominium ciuitatis introierunt.

Petrus de Bausio Altemure princeps, Hieronymus de sancto Seuerino princeps Bausii & Melphe, Bernabos de sancto Seuerino lauriæ comes, Albertus de Sabausio comes ducente similiter, comes & comitissa de sancto Senerino, hoc anno mense Iunii cum nouam rebellionem

rebellionem Ferdinando Apuliæ regi facere tentassent, apud ipsum regem coniuratione patefacta omnes capiuntur, & Neapoli omnes in uinculis coniiciuntur. Quæ detentio confestim ab Antonello Sãseuerinate pontifici Romano denunciatur, & supplex hortabatur, ut ipse pontifex bella regi inferret.

Aloysius Salutiarum marchio, hoc anno à Carolo Sabaudiæ duce cognato suo, post multa bella auxilio Ludouici Sfortiæ superatur, & regno omni penitus spoliatur, cuius oppida ipse Carolus suo regno adiecit, eaq; quoad uixit per annos tres possedit. Verũ eo mortuo eodem anno, ipse Aloysius optimus princeps & marchio etiã ab ipso Ludouico Sfortia in regnum restitutus fuit. Quam rem uxor uidua prædicti Caroli egrè nimium tulit, asserẽs ipsum Aloysium marchionem eiusque regnũ atque dominium duci Sabaudiæ fore subiectũ, quem ut dominũ suum agnoscere debebat. Quam ob iniuriam cominata est, ipsum Ludouicum auunculum suum se armis uendicaturũ. Cumque appareret rem hanc in summam discordiam euasuram, Ludouicus ueritus, ne qui motus fœminea temeritate oriretur, summa ope prouidit. Et in agrum Astensem multos euestigio equites transmisit, in quo cum multos dies substitissent, tandem ille motus prudentissime sedatus est.

Catherina Hyeronymi Ryarii Saonensis Foroliuiq; comitis uxor, & Galeatii uicecomitis Insubrium ducis naturalis filia, hoc anno marito in Foroliuio urbe sua, decimo octauo calendas Maias turpiter à suis obtruncato, non sine magna animi sui uirtute eidem suo marito in regno Foroliuii & Imolæ successit, & tredecim annnis tanquam Semiramis Assyriorum regina regnauit. De hac plæraque memoratu digna in libro de claris mulieribus diffuse differuimus. Adepto namque multa cum difficultate regno, & compositis rebus suis, cum haberet Octauianum primogenitum puerulum filium, ipsa (ut præmissum est) more Semiramidis reginæ non existimans tutũ fore dominium tenello committere filio, illud usque ad ætatem adultã regere per se cõstituit, quoad & usquequo ab Alexandro pontifice maximo expulsa fuit, pro libito uoluntatis suæ per omnia fecit. Erat quippe, & etiam nunc est, hæc Catherina inter mulieres nostri seculi formosissima & eleganti aspectu, ac per omnes sui corporis artus mirifice decorata fuit, quæ ad fœcunditatem aptissima, atq; miro dicendi modo est insignita: est quoque tenacissimæ memoriæ & animo excelso mulier. Et præterea promissi adeò fidelissima, ut nullis blandimentis, nullisque muneribus, seu precibus, aut terroribus, à promissa fide distrahi unquam potuerit, quod permultis argumentis certe comprobari posset, adeò suo in regno in uirtute surrexit ualida, ut populos suos qui præcedentes regulos paruipendere consueuerant, suo tempore posita uetere ceruice, iratæ mulieris faciem pertimescebant, quod maxime ipsam occulatam animaduertebant fœminam, quæ fraude potius quam ingenio decipi poterat. Quod cum fuerit constans & longanimis, suum propositum à nullo equidem leuiter unquam flecti potuit, quod pluries monstrauere insultus sæuiẽtis in ea fortunæ, quibus persæpe acri concussa motu, & uario turbine, maxime in ãno salutis nostræ.1500. primo à Valẽtino Borgia, iussu pontificis Alexandri sexti, fuit agitata & circundata atque diu obsessa, & uariis præliis expugnata, tandem superata & captiua, Rom. tanquam Zenobia regina, sub quadam triumphi specie perducta est, ubi per multos menses sub honesta custodia ab ipso Alexãdro pontifice suo compatre libere relaxata, Florentinam concessit. 4487 14

Hastor Manfredus Galeoti Fauentiæ principis filium, hoc anno circa finem Maii, patre ipso Galeoto confosso & interfecto, eidem quadrimulus admodum in principatu suffectus, & ipse tutela ciuium suorũ regnauit annis.13. Nam paucis post diebus Ioãnes Bentiuolus Bononiæ princeps, nouelli principis ex filia auus, cum comite Ioanne Petro Bergamino strenuo armorũ ductore, qui Bergaminns illis in locis pro Mediolanensium duce perrexerat, & paucis admodum militibus ad componendas nepotis paruuli res Fauẽtiam ingreditur. Quarto deinde die sui ingressus, in colle uallis Lemone suspicantes Ioannem Bentiuolum auctorem necis Galeoti fuisse, & nũc urbis suæ imperium sibi occupare uelle, sumptis armis, clàm in urbe ingrediuntur, atque ubi satis auctum fuerum numerum animaduertunt, sublata pariter uoce Manfredi conclamantes eductis Galliis, urbẽ percurrunt, ac comitem Io. Petrum cũ paucis obuiam sibi factũ, crudeliter obtruncant. Ioannes uero

Homines uallis lemonii.

uero Bentiuolus subito rusticorum impetu permotus, & ut se suspicione eximeret plebi sese in custodiam tradidit. Quem paulò post Florentini ab oppidanis rusticisque impetratum in oppidum quodam suo nomine custodiendum miserunt, tandem duodecimo Iunii discedendi potestate concessa, in patriam reuerti concesserunt, quo nisi Fauentini fecissent, grauissimum Bononiensium & confœderatorum bellum passuri erant. Hastor autem hic, dum quartumdecimum attigisset annum, ab Valentino Borgia duce Alexandro papæ filio post captas & expugnatas Imolam & Foroliuium urbes, & ipse sua in urbe obsessus est. Quem cum aliquamdiu nullas uolens conditiones deditionis audire, magna solertia per suos ciues defensus fuisset, in magnam penuriam rerum oportunarum deductus est. Hinc nequeuntibus Fauentinis ciuibus Valentini ducis uribus obsistere (aliquorum tamen ciuium proditione præmissa) armorum ui Fauentina ciuitas à Valentino ipso capta est anno. 1501. Capta igitur ciuitate, Hastor hic quaterdenus adolescentulus, & si fuga se subtrahere potuisset, se tamen sub fidei sponsione, ne sibi aliquod interreretur malũ, captiuum tradidit. Quem idem Valentinus dux, non alter quàm si magnum superasset & captiuasset principem, cum gloria Romam perduxit. Quid uero de eo actum sit, ignotum mihi est.

Genua maritima ciuitas.



GEnua maritima ciuitas potentissima, hoc anno ex quo per annos nouem à Ioanne Galeatio Mediolanensium duce defecerat, & per diuersas factiones multa damna & incendia, atque rapinas perpessa fuisset, iterato Ludouici Sforciæ gubernatoris ingenio, ad Mediolanẽses rediit. Paulus enim Fregosius cardinalis & Archiepiscopus, ac urbis huius dux animaduertens tranquillam & quietam ciuium & patriæ uitã, quam sub Mediolanensibus principibus uniuersi hactenus habuerát, & instantia Florentinorum pericula, quibus resistere impossibile uidebatur, cõuocato urbis consilio omnibus persuasit, ut rursus ducem Mediolani in dominum suum reciperent, quibus alacri uultu annuentibus, ipse Paulus cardinalis & dux urbis, imperium Mediolanensibus restituit, eiusque uexilla & Mediolanensium insignia, per totam urbem per oppida & per naues: ac sic Genuẽses mox ab oppressione Florentinorum liberati sunt, postmodum die ultimo Octobris huius anni, sexdecim legati Genuenses Mediolanum uenerunt, & habita eleganti oratione coràm principe, euestigio omnia principatus insignia singularim, ut ratio expostulabat, duci Mediolani sceptrum primo, deinde sancti Georgii uexillum, tertio loco claues, demum sigillum obtulerunt. Quibus peractis, aperto missali in principis manus fidelitatem ab obedientia iurarunt, sicque peracta solennitate magnifice à principe laudati, donatique in patriam cum gaudio reuersi sunt. His gestis Ioan. Augustinus Adurnus, ducis Mediolani nomine gubernator urbis designatur. Genua ad Mediola. rediit. Legati sexdecim Genuẽses.

Granatæ seu Beticæ regnum hactenus unius imperio administratum, hoc anno in duo diuisum est. Et Bleusum regi quidem ueteri, quatuor ciuitates, quæ solum supererant, ui saltem obtigerunt. Nouo autem regi sola ciuitas Granatæ, quod opulẽtior ipsis quatuor ciuitatibus, esset & natura, ac arte certe munitior facta, itaque huiusmodi diuisione nouus rex legatos ad Hispaniarum regem misit, à quo inducias quatuor annorum obtinuit. Veterem uero non destitit persequi, donec expoliatum à regno omnino proiiceret. Continuans nihilominus Hispaniarum rex, bellum implacabile aduersus Bleusum antiquum regem ad Bassam urbem illius exercitu admouit, quam post longam obsidionem tandem expugnauit & cœpit, quæ res ipsum regem admodum perterruit. Quamobrem cum animaduerteret nullum aliunde auxilium sperare posse, quemadmodum Porus Indorum rex ad Alexandrum magnum ipsemet ad Ferdinandum regem supplex accessit, & se, regnúmq; totum suum, ipsi Ferdinando tradidit, exposita prius fortuna sua statúmue, à quo rerũ mutabilitate decidit. At Ferdinandus rex clementissimus miseratus humanas conditiones uicissitudinésque rerum, ipsi regi seni & mœsto, sena milia ducatorum pro annuo redditu mox constituit, ut si non regiam, saltem proximam maiestati regiæ uitam ducere posset. Sequẽti deinde anno, cum oppidũ Vrbium, Ameriæ, Guadusæ & Vassæ ditionis Granatæ (quas ipse Ferdinãdus bello cœperat) cõmeatus clàm Granatẽsibus obsessis subministrare cœpissent. Granatæ rex seipsũ tradiit.

cœpissent, Ferdinandus indignatus, duodecim milia ipsorum oppidanorum in Aphricam nauigio transmisit, & ne uacuæ urbes ipsæ reliquerentur, totidem Christianos loco eorum suffecit.

Soldanus Assyriorum & Egyptiorū magnus rex, qui ipsorum lingua Mamaluch nuncupatur, hoc anno mense Februarii moritur, de quo nihil memoriæ dignum habemus, cui alium statim suffeceruut

Carolus quintus Sabaudiensium dux hoc anno cum.7.annis regnasset, ueneno ut creditur epoto, in florida ætate die quartodecimo Martii moritur, relicto filio circiter octo mensibus nato, ex Blanchamaria uxore Montisferrati marchionis filia suscepto, & ipse Caroli nomine. Vir certe dignissimus, fortissimus imprimis, & bello paceq; clarissimns iustissimus ac pietate necnō & Christiana religione insignissimus, cui ea in familia Sabaudiæ illustrissima nullus unquam auditus fuit, bello & armis maior. Qui admodum iuuenis, ut imperii sui dignitatem defenderet, Aloysium Saluciarum marchionem, qui nec eum ut dominum suum agnoscere curabat, bellum intulit, & suo regno eum penitus expoliauit. Deinde Gabienos deuicit, aliásque permultas superbas gentes & ferocissimos populos domuit, imperiique dignitatem plurimum auxit. Qui inclyus adolescens post multa strenue gesta, in ipso ætatis & uictoriæ flore, tandem extinctus fuit.

Aloysius Saluciarū marchio.

Blanca itaque & ipsa adolescentula prædicti Caroli ducis uxor, & Caroli sexti ducis puerուli mater ac gubernator.11.post mariti obitū, filii sui nomine regnauit (puero suo uiuente) annis.7. Hæc imprimis Guilielmi Montisferrati filia ex Helisabeth uicecomite Frācisci Sfortiæ ducis filia uxore, suscepta fuit. Quæ sicut in nomine illius diuæ uiragini auiæ suæ Blāchæ Mediolani ducissæ successit, ita & per omnia illius uirtutes, diuinas pariter & humanas, imitata est. Nam cum cæteras huius sæculi mulieres corpori formositate, & animi magnitudine antecellant, etiam scilicet tertiū & uigesimum ætatis suæ annum nondum excesserit, attamem ea in sua regni administratione & cōsilio, & prudētia, ac rerumgerendarum industria, cæterisque regiis uirtutibus mirificè cunctas superat. Ausim equidem affirmare hanc adolescentulam principem esse cunctarum nostri sæculi matronarum & decus, & speculum. Quæ quamquam diuinis summopere inseruiat institutis, & orationibus incumbat frequentissimis, attamē quæ ad imperii dignitatem, & ad principatum bene gerendum pertinere dignoscit, dies noctésque uigilanter incumbit. Marito itaque ut præfertur mortuo, cum ipsa imperii administratione summo optimatum populorúmque omnium consensu suscepisset, uarii bellorum & sedetionum motus transcitraque Alpes oriri cœperunt, quos hæc uirago infracto animo, singularique sapientia, ac bonitate eximia ita repræssit, atque composuit, ut pacatis undiq; rebus (deo authore) uniuersum suum imperium semper aurea felicique pace frui commeruerit. Didicerat enim à maioribus & primarii regni sui proceribus, id regnum à suis maioribus pie & iuste ac clementer semper fuisse rectum, in quo nullus unquam tyrannus extitit, nullisque grauibus uectigalibus, aut certe improbis locus fuit. Tantam igitnr hæc sancta uirago ab omnibus suo in regimine contraxit gratiam & beniuolētiam, ut moriens, tādem eius filius in anno domini.1496. apud Moncalerium insigne oppidum suum plus mœroris apud omnes fuit huius mulieris desideriū, quàm filii principis obitus, Nam eo defuncto, Philippus eius magnus patruus, eidem in regnum successit. Eaq; eo modo authoritate priuata in oppidis quibusdam sibi assignatis sancte & pudice sese contulit.

Vladislaus Hūgariæ & Bohemiæ rex.

Vladislaus Hūgariæ & Bohœmiæ rex, hoc anno post graues & longas disceptationes, ex Poloniæ rege, Panonum rex declaratus, regnauit in præsentiarum usque annis.13. superiore etenim anno nonis Aprilis Matthia gloriossimo rege apoplexi morbo defuncto, cū eidem in regno naturalis eius filius Ioānes nomine succedere uellet, maximæ contentiones inter Panonas proceres mox exortæ sunt. Aliis huic Ioanni puero, aliis Vladislao isti iam Bohœmo regi, aliis Maximiliano Romanorum regi regnum Vngari eum decernentibus. Rex tamen inclytum uidebatur ad Ioannem Matthiæ filium, quod is, & thesauros paternos, & munitissima, fortilicia cum præsidiis penès se habebat. At Ioannes post menses tres ingenti cupidine regnandi succensus, magnum exercitum Budæ duxit, ubi & cum his qui 6689 1.

his qui eum regno deturbare cotendebant prælium cruentissimum commisit. Sed tandem superatus & profligatus, plurimis suorum amissis fugit. Quo facto, die sequenti quæ dies tertiadecima Iulii, regni proceres uno consensu Beatricē Matthiæ defuncti regis relictam in reginam suam delegerunt, séque illi denuo sacramento astrinxerunt, cui & optionem eligendi sibi regem dederunt. At illa statim consensu procerum atque fauore hunc Vladislaum Bohæmiæ regem, Casimiri optimi Poloniæ regi filium, in utrūm & regem sibi delegit, ac postridie proceribus ipsis adiuuantibus, maximos apparatus ad eum recipiendum in regnum constituit. Ipse igitur Vladislaus maximo faustu & triumpho urbem Budam ingressus, in arcem cum Beatrice pacta sibi uxore, ut legittimus rex, se recepit. Post tres uero menses, mense uidelicet Octobri, hic Vladislaus nouus rex, Beatricem reginam in suam legitimam uxorem palàm desponsauit. Quæ res cū Maximiliano innotuisset, animaduertens se per has nuptias regno Panoniæ, quod sperauerat propter quorundam procerum conspirationem, priuari, ex Austria Panoniam uersus cum magno exercitu equitauit, sed & Vladislaus hic armatis sex ac uiginti uirorum milibus, Maximiliano obuiam uenit. Beatrix iterum confirmatur regina.

His agentibus & sic se habentibus, Albertus huius frater Casimiri Poloniæ regis & ipse quoque cupidus, Panoniam armata manu inuasit, multaque oppida compræhendit. Cum quoque haud multo post resignato sibi Poloniæ regno, pacem & fœdus percussit. Hoc ideo Vladislaum fecisse tradūt, ne cum duobus eodem tempore bellum gereret. Cumque Maximilianus Albam regiam ciuitatem bello cœpisset, & in ea multam occidionem adidisset, atque uersus Budam exercitū duxisset. Vladislaus hic eidem bello occurrit, & prælio sæuissimo commisso, Maximilianum cum toto exercitu profligauit, & e finibus omnino proiecit, & deinceps regnum pacatum obtinuit. Pacato itaque ex omni parte regno, non dignas certe Beatrici reginæ multorum amplissimorúmque beneficiorum retributiones reddidit, imò (ut ita dixerim) mala pro bonis ueluti ingratissimus homo eidem rependit, nedum matrimonii fidem datam seruare uoluit, sed & omnia sensim ipsi suæ repudiatæ coniugi auferri præcepit, adeò ut nedum authoritatem omnimodam adimeret, sed & uitæ necessaria sibi afferri mandauerit. Eidem enim Vladislao regnum procurauit & contulit, sed & thesauros innumeros quos ipsa regina penes se habebat, ad bella sustinenda obtulit, per annos fermè duodecim æquo & excelso animo has & necessitatu calamitates patiēter Beatrix pertulit, sperans eum & pōtificis Romani aliorúmq; ecclesiæ Catholicæ prælatorum admonitionibus, ac multorum regum & principum Christianorum precibus demolitum, ad sanctitatem adduci. Tandem in anno superiore, qui fuit secundus supra. 1400. à natali Christiano annus, cum didicisset regem aliam in Galliis sibi desponsasse uxorem omni spe destituta, insalutato rege in Italiam ad Federicum Parthonopeum regem germanum, regio associata comitatu, mœsta rediit. Est nihilominus Vladislaus hic rex, præter hanc ingratitudinis & infidelitatis uxoriæ labem, magnarum uirtutum prout Casimirus eius pater ualde insignis bellator, minus uictoriosus existit, qui (præter quæ diximus) cum finitimis Turchis plurima gessit bella, atque certamina. Est & corporis pulchritudine plurimum decoratus, cū regio aspectu excultus, uirq; prudentissimus, cum sermone raro & prudenti sane atque decenti, prout reges decet. Albertus huius regis frater. Beatricē uxorem repudiat. Beatrix in Italiam uenit.

Ferdinandus Christianissimus Hispaniarum rex, hoc tempore dum obstinatius repugnantes Mauros Granatinos cerneret confisos naturæ loci munitionibúsque, quibus urbem suam inexpugnabilem reddebant ad imitationem Moysi prophetæ, ne exercitus eius difficultatibus rerum tam diu obsidendo eam Granatam urbem terretur, ciuitaculām munitissimam uicinam Granatæ ad quinq; passuum milia cōstruxit, quam Sanctā Fidem appellari uoluit. Quo & exercitus suus incōmoda tam diutinæ obsidionis facilius sustineret, & hostibus nullam requiem aut nullum tempus ad reparandas uires cōmeatúsque alicunde prospiciendos traderet. Sancta Fides noua ciuitas.

Viri disciplinis excellentes.

Felinus episcopus, patria Ferrariensis, ex nobilissima gente Sandea iuris utriusque doctor consumatissimus, ac aliarum bonarum literarum eruditissimus, hac tempestate, cum diu antea Ferrariæ & ipsis publico earum urbium gymnasio cum maxima omnium laude Felinus Sādæus

pontificia

pontificia iura florentissime docuisset, à pontifice inuocato octauo Romam ascitus Rotæ collegio, ubi ardua & maximi momenti tractātur negocia, præfectus est. In quo sanè collegio licet mille negocii maxime in pontificiis consultationibus sit occupatus, attamen cum ingenii prope diuini sit uir, & consumatissima in utroque habeatur eius prudentia, multa in iure pontificio ædidit opuscula & commentaria, & ea quidem ita dilucide & exacte nodos huiusce disciplinæ enodauit, obscuraq; declarauit, dubia quoque castigatissimo iudicio adhibito ita enucleauit ac decessit, ut eius scripta ferè pro legibus habeantur. Et in clarissimis quibuscunque gymnasiis recepta, ipso ad huc uiuente, pro statutis authoritatibus allegentur. Quæ autem hic erudissimus uir & Ferrariæ, & Pisis, Romæque ædiderit, hæc sunt, primo in Gregorii doctoris libro, In constitutionibus, De rescriptis, De officio ordinarii, De maioritate & obedientia, De tregua & pace, in lite non contestata, De probationibus, De testibus cogendis, De fide instrumentorum, De sumptionibus, De iureiurādo, De exceptionibus, De præscriptionibus, De sententia & re iudicata, ac de appellationibus. Scripsit quoque & de accusationibus & inquisitionibus, fecit & additiones quasdam ad initiatum opus ab abbate in decretum seu librum decretorum. Item tractatum unum, De iure patronatus, cuius titulus est: Quando literæ apostolicæ nocent patronis ecclesiarum. Item & sermonem, De indulgentia plenaria, assumpto themate: Hodie mecum eris in paradyso. Aliò quoque eius commentaria esse feruntur, quæ nōdum adhibita castigatione, tanquam molis indigesta præmuntur. Sed nec sola ea quæ absolutissima iuris utriusque prudentia contentus in multiplici rerum cognitione successiuis temporibus ita animum exercuit, ut eum cuncta omnium temporum historiæ monimenta euoluisse cognoscere. Etiam libellum in modum Epitomen. In omnium regum nomina, qui regnum Neapolitanorum tenuerunt, nomina & tempora miro ordine descripsit. Ex istis itaque operibus qualis sit huius optimi uiri scientia, sani quisque iudicii ac doctrinæ uir, absque ullo nostro elogio iudicare ac diiudicare certe potest. In ea igitur nūc summa fortunæ gloria, quæ in illa Alexandri sexti Romani pontificis aula uersatur, constitutus maxima & multa negocia pertractans ac perficiens, ab aulicis ferè omnibus maximo habetur in precio. Vbi nullum tempus uacuum transit, quo non aut consulentibus respondeat, aut lites componat, aut negociis sibi à pontifice iniūctis, aut lectione & peruigili oratione occupetur, id quod ex fratribus nostris sanctæ Mariæ de populo accepit. Et quēadmodum dignus est ueneratione, ita à bonis amatur, colitur, & ueneratur.

Matthæus Bossus, patria Veronensis, ordinis canonicorum regularium diui Augustini congregationisque Lateranensis professus. Quem ipse & si uultu non agnouerim, pro ipsius tamen ardētissima charitate humilitatéque, ac sanctimonia plurimi imprimis facio, ac certe ingenti obseruantia prosequor, uir in omnigena eruditione egregiè doctus, sed in dicendi elegantia & grauitate doctior: quam quidem grauitatē Frontonii grauitate comparare ausim, hac tempestate & concionandi gratia docendique atque scribendi magno apud omnes habetur in precio. Qui suis in operibus componēdis adeò ecclesiasticum dogma pigmētis oratoriis uenustauit, ut tersius mūdiúsq; uix quicquam inueniri possit. Scripsit itaq; hic optimus pater multiplici doctrina hæc infrascripta opuscula, imprimis Dialogum de tollerādis aduersis perpulchrū, libris. 2. Item de gerendo magistratu iusticiáque colenda, ad Ioannem Ludouicum Bossum iureconsultum equitémq; auratum libro uno. Orationum etiam librum unum. Epistolarum multarum ad diuersos librum unum. Et alia quædam. In quibus omnibus cum uaria scateat doctrina, & ubique sit luculentus, nullibi ullum profecto arrogantiæ fumū euomit, sed quod decet religiosum sanctitatis consultissimus uidetur. Obiit autē Patauii anno salutis nostræ. 1502.

Mirandulæ philosophus.

Ioannes Picus Mirandulæ principis filius, uir non modo fortunæ, sed & totius corporis & animi dotibus perornatissimè insignitus, hac nostra tempestate in uniuersa penè Italia, propter incredibilem ipsius omnium scientiarum noticiam clarus effulsit. Hic quippe cum iuuenis admodum esset, intelligerétque se perspicacissimo ingenio, ac tenacissimæ memoriæ prædotatum fore, ut etiam ipsa præclarissima ad cumulum usq; perduceret, īm primis amplissimum patrimonium tāquam Socrates, ueluti contemnendum uendidit, &

uoluptate

uoluptate à se reiecta uirtuti pro sua uirili inhæsit. Et ut omnimodam sapientiam sibi uendicare posset, tanquam Vlisses uarias & diuersas Italiæ urbes peragrans inuisere curauit, uniuersa penè gymnasia semper aliquid odorando,& per Bibliothecas elucubrando.Quo quidem infatigabili studio, non solum in noticiam plurium linguarum deuenerat, sed & etiam adeptis septem liberalium disciplinis, in magnum philosophum & eminentissimum tandem euasit theologum, atque ita ipse præstantissimus Io. in huiusmodi disciplinis peroptime instructus,etiam sua in adolescentia non uerebatur cum quouis doctore in qualibet scientia disputando & differendo congredi.Quo quidem admirando differendi modo factum fuit, ut apud omnes Italiæ potentatus, non minus colendus quàm admirandus fuerit habitus. Scripsit itaque ut à fide dignis accepi, hec quæ subiecta sunt, primo septiformem sex dierum expositionem,cuius titulus est:Heptaplus, quod sane opus perpulchrum est, & non emolumentum studiosis, sed uoluptatem haud uulgarem pariturum fore non abigebatur,item de concordia Platonis & Aristotelis decadas decem defensionem translationis diui Hieronymi, qua ecclesia utitur aduersus calumnias Hebræorum.Commentaria in nouam ac ueterem legem.Opus quoque singulare & quasi admirandum super psalmos Dauid.Multa in defensionem Christianæ religionis,præsertim aduersus Iudæos & impios philosophos.Quæstiones item multas stylo Parisiensi disputatas,easque naturales atque diuinas & certe composuit,atque alia complurima ædidit. Eius autem uitam atque sanctam dormitionem luculentissimo stylo Ioãnes Franciscus Picus Mirandulæ nepos composuit. Obiit autem admodum iuuenis Florentiæ,ãno à natali Christiano.1490.sepultus apud sanctum Marcum ordinis prædicatorum, cui & bibliothecam suam permaximam ex testamento legauit.

Angelus Policianus,natione Hethruscus,ab oppido Policiani, Policianus cognominatus uenerãdus sacerdos,canonicusque Florẽtinus, ac illustris Laurẽtii Medices præcipuus sanè alumnus, & studiorum prædicti Io.Pici,studiorum indiuiduus socius,hisdem temporibus apud Hethruscos omnes,potissimùmque Florentinos & eorum senatum ubi uno & decem annis publico munere cum maximo sui prædicamento(ob discipulorum frequentiam)non solum latinas græcasque literas ,uerum etiam philosophiam florentissimè docuit,permagno fuit, in precio. Qui cum esset uir peregregiè doctus atque disertus, ut & præsentibus atque futuris uniuersis innotesceret quantum & apud græcos ac latinos in dicendo ualeret aut non ualeret,permulta,ut ex infrascriptis titulorum libris,elicere quisq; potest.Vnde & uersu & prosa plurima ornatissime perscripsit.Et ea quidem nõ oratorio & poëtico duntaxat more,sed etiã philosophico modo cõscripsit,ipsius equidem styli modus grauissimus,hominis doctrinam atque eruditionem præ se ferre uidentur.Scripsit itaque hic uenerandus Policianus hæc quæ subiecta sunt, Centuriam unam Micellanearum ad imitationẽ Auli Gellii, poëmata item quatuor,quæ Siluæ dicuntur,quarũ tituli,Manto,Rusticus,Ambra,& Nutricia.De ira ad Laurentium Medicen, item præfacio in Homerum poëtam,præfacio in Quintilianum & Statii Siluas atque Suetonium.E græco autem puer adhuc libros sex Homeri exametris uertit,quos æditos deinde renouauit. Herodiani historiam Romanorum principum,item in latinum uertit.Item Epicteti Enchiridion, Athanasii opusculum,psalmos in latinum fecit.Item epistolarum libris duodecim. Orationes penè innumerabiles composuit. Item epistolas & Epigrammata,& Elegias,& Odas græcè latinèque composuit,uertit Alexandri Aphrodisi quæstionẽ libros quatuor. Item promata eiusdem Alexandri Xenophontis. Et librum de Socratis memorabilibus. Hypocratis Aphorismos cum commento Galieni uertit.Item commentarios in Aristotelem de animalibus,notasq; in interpretationes Theodori Gazæ ædidit. Emendationem denique,breuémque expositionem Digestorum,quæ contulit cum Pisana litera, pollicebatur etiam si uixisset liberalissimas artes omnes & uiua uoce & scriptis luculentissime enarratum. Multa ac multa uir iste scitu dignissima, nisi morte immatura præuentus esset, posteris reliquisset, quæ fortè nunquam scientur.Obiit denique tantus uir admodum iuuenis Florentiæ anno à natiuitate domini.1499.Nec eius uita caruit obtrectatoribus,& fortè mendacibus.

Hermo laus Barbarus. Hermolaus Barbarus patritius Venetus Francisci Barbari eruditissimi uiri ex Zacharia filio nepos, Aquileiēsis dignissimus patriacha uir omnium disciplinarum certè pertissimus, hac tempestate & dignitate pontificali, etiam omni eruditione atque doctrina uniuerso Occidēti insignissimus & præclarus est habitus. Cuius sanè tanta philosophiæ & cæterarnm disciplinarnm fuit consumatissima eruditio, ut si quis inter eminentissimos Christicolas esset enumerādus, inter illustres & habendus, laudéque dignus. hic Hermolaus mihi uidetur summis & æquissimis meritis sibi id uendicari potuisse, qui singulari sua doctrina atque sapientia & eloquentia effecit, ut non modo his finibus quibus continetur res Italica, uiuat Barbarum nomen, sed etiam ad peregrinos omnibus sæculis uagaturum sit gentes, Is etenim etsi egregiis honoribus suo in senatu à puero semper perfunctus, & fastigium omnium disciplinarum tenuerit, tamen tantæ humilitalis extitit, ut & professores & studiosos artium bonarum, quamuis humili loco aliqui essent, ita complectabatur & amabat, ut æque cunctis suæ quasi maiestatis fasces submittere uideretur. De hoc homine multa mihi pro magnitudine uirtutum ac dignitatū, maximè in reipub. benegesta essent conscribenda. Sed hoc in ordine dicendi, non nisi de eruditione & scriptis eius tantum. Ideo cæteris eius bene gestis prætermissis, solū de æditione opusculorū dixisse sufficiat. Scripsit

De eius opusculis. igitur hic eruditissimus Hermolaus imprimis De cœlibatu libros. Castigationes Plinianas lib. 1. Contra barbaros philosophos lib. 1. De re uxoria metrice lib. 1. Quæstiones geometriæ lib. 1. Conuenientia Astronomiæ & medicinæ lib. 1. Præcepta historiæ conscribendæ lib. 1. Compendium philosophiæ lib. 1. Compendium Galieni lib. 1. Epistolarum ad diuersos lib. 1. Orationes multiplices lib. 1. Carminum lib. 1. Rhetoricam quoque Aristotelis ac Dialecticam uniuersam & Dioscoridem interpretatus est. Obiit & hic maximus uir cum maxima studiosorum iactura, anno domini. 1493. ætatis suæ trigesimo nono.

Auto. Sabellicus Venetus. Marcus Antonius Sabellicus rhetor & historicus atque philosophus peregregius & peracutus, hac nostra tempestate, non solum apud Venetos ubi publico munere iam diu mirificè docuit, sed & apud uniuersam Italiam propter ipsius maximam eruditionem, & optimum dicendi modum, magno est in precio. Hic autem præstantissimus & eloquentissimus uir, imprimis ex Cocceia nobili uetustáque familia in Latio non longe ab Aniene fluuio in Varronis uico natus, Io. habuit genitorem, quem & Ro. sub Pomponio & Domicio peritissimis doctoribus erudiendum transmisit, ubi cum eminētissimi ac propè diuini adolescēs foret ingenii, ut de reliquis taceam, prima eius commendario circa poëticam eluxit. Vnde & adhuc penè puer ad quinque milia carminum scripsit, quæ penè omnia cum adoleuisset aboleuit, postea crescentibus annis mox solutam orationem tanto studio tātáque industria adamauit, & in ea tantum enituit, ut omnium etiam opinionem in ipsa sua adolescentia superarit. Sed neque Oratoria uirtute contētus esse uoluit, nisi etiam ad reginam omnium artium Philosophiam, atque (ut ita dixerim) Theologiam magnificentissimè perueniret. Denique cum ad adultam peruenisset ætatem, ex ingenii sui felicitate, & naturæ suæ munere, complurima librorum uolumina elegantissimo & magnifico ædidit stilo, que quidem & literaturam hominis studiúmque, ac elegantiam peroptimè indicant. Nam ea ipsius opera in lucem prodita propter singularem facundiam, & optimam scribendi artem, summo in honore apud omnes habētur, profecto ut uidere uideor ego hunc uirum, ipse immortalis Deus, tanta facundia tantóque scribendi modo illustrauit, ut alterum Liuium Patauinum historium nunc suscitasse uisus est. Huic quippe ad omne scribendi genus, tanta inest habundantia, ut cum opus sit etiam minima quæque tanto nitore & eloquentia depromat, ut legentibus quasdam delitias offerre uideatur. Est & insuper

Libros huius hic recitat. hic præter doctrinam singularem uir certe perhumanus modestúsque, ac multa ueneratione dignus, complurima itaque hic ædidit librorum uolumina, inter quæ sunt ista, uidelicet, De uetustate urbis Aquileiæ libros sex, pedestri oratione. De situ Venetæ urbis li. 3. de Venetis magistratibus, lib. 1. historiam rerum Venetarū, lib. 35. De officio prætoris, li. 1. De latinæ linguæ reparatione li. 1. Oseruationum in Plinium & cæteros linguæ latinæ autores, lib. 2. paraphrasim in duodecim Suetonii historici uitas. De officio scribæ, lib. 1. De officio causidici li. 1. De sancti Rochi uita li. 1. Epistolarū circiter li. 5. Orationes plurimas.

A mūdi quoque exordio, omnem diuinarum humanarúmque rerum seriem & historiam elegantissimo cōscripsit stylo, opus certe diuinum & omni admiratione dignum, quod in plurimis uoluminibus distinxit. Scripsit præterea Elegias.13. in laudem uirginis Mariæ, atque alias multas. Heroico autem uersu in munitionem Sonciacam, in cladem Sonciacam, Originem Vtini. De inuentoribus artium ad Ludouicum Sfortiam, De calabro tumultu carmen lib.1. Craterem Vicentinum, lib.1. & rerum Venetarum Panegyricū carmen, quatuor libris distinctum, & quædam alia quotidie componere non desistit.

Georgius Valla, patria Placentinus, uir undecunque & ipse doctissimus philosophus rhetor & poëta elegantissimus, hac tempestate, & doctrina & fama, ac librorum æditione non minoris precii apud Venetos, ubi iam multo tēpore publico munere docuit, quàm supradictus existit. Qui cum utraque lingua eruditissimus habeatur, sitque ingenio prope diuino, atque eloquio disertus, & ipse permulta scripsit librorum uolumina, Quorum elegantia & utilitate, eruditos uiros omnes debitores sibi fecit obnoxios. De quibus extant subiecta. Et primo, De ortographia, libros duos. De quantitate syllabarum lib.1. De figuris oratorum & poëtarum lib.1. In Ciceronem, de uniuersitate li.1. In eundem de fretto lib.1. In Topycorum libris eiusdem, lib.1. In rhetoricam ad Herennium, lib.1. In Iuuenalem, lib.1. In poëticam Horatii, lib.1. De ratione differendi, lib.2. De rebus expetēdis & fugiendis, lib.1. Epistolarum ad diuersos, lib.1. Ex latino in Græcū uertit, Aristotelis Opusculum, de ueritate. Eiusdem Ethicorum libros duos. Nemesii quoque philosophi Christiani opus, De natura hominis: libellum etiam Athanagoræ philosophi acutissimi, De resurrectione: librum etiam Dialectices Brissonis. Tractatum insuper Galieni medici. De hæresibus medicorum. Eiusdem introductorium ad medicinam. Problematum quoque Alexandri libros quatuor. Et alia multa.

Georgius Valla. *Ex græco in latinum uersa.*

Iason Maynus, nobilis Mediolanensium patritius, consumatissimus iureconsultus, ac Orator facundissimus, Eques auratus, ac Ducalis senato, hoc tempore ubique, & propter eruditionem maximam, & dicendi optimi robur, ac corporis totius elegantiam, magno habetur in precio, uir non solum in literarum doctrina, sed & à quacunque difficillima obeunda certe præstantissimus, quod legationes permaximæ, atque alia officia sibi à Ludouico Sfortia sapientissimo Mediolanense duce credita & sapientissimè confecta, testimonio comprobantur. De quo ego hoc in loco, ut de Carthagine, Salustius tacere satius puto, quàm pauca dicere. Est namque dignus hic doctor, qui uolitat docta per ora omnium. Hic itaque Iason ex suo elegantissimo ingenio, accerrimóque iudicio, atq; exquisitissima doctrina, cum complurima alia egregia monumenta posteris reliquerit, tum & libros elucubrauit infra notatos, uidelicet super titulo, De actionibus in Instituta, librum unum. Super Codice libros nouem. Etiam super Digestis uaria congessit. Orationes uarias, & ad pontifices Romanos, & ad imperatorem Federicum, eiúsque filium successorem Maximilianum imperatorem, & alias nationes. Plures extant & ipsius epistolæ elegantes, & quædam alia.

Iason legista & orator. *Libros eius describit.*

Bertholomæus Socinus, Senensis, domini Mariani Socini legum interpretis celeberrimi filius. De quo Mariano supra diximus, Iurisconsultus excellens plurimum, hoc tempore in Hethruria primum inter legum interpretes locū tenens, & doctrina & ingenio plurimum ualet, ut ipsius & lectiones & scripta atque consilia eius plurima à se scripta indicant. Et hic Alexandri etiam discipulus extitit.

Legista senēsis.

Bulgarenus Senensis, magnus & ipse legum interpres, hoc tempore floruit, & anno salutis nostræ.1497. in fata cōcessit, uir certe omni uita probatus, & honoris cupidus, ac magno ingenii munere decoratus. Cuius innata eloquentia eum nimium clarum effecit, atque in iudicando consulendóque, ac docenco, propensus maximo dum uixit apud omnes fuit in precio. Et uita functus egregium de se nomen ac famam posteris dereliquit. Et hic ex Alexandri Imolensis discipulis unus fuit.

Legista Senēsis.

Baptista Mantuanus, ordinis Carmelitanus, theologus ac poëta nostri temporibus certe consummatissimus, hac tempestate propter ipsius poëticen, atque alias eruditiones, magno existit in precio. Quamobrem ipsis eloquentiam in uersificando admirantes dicunt,

Baptista Mantuanus.

dicunt. Aut Baptista Virgilium conterraneum suum sequitur, aut Virgilius Baptistam. Hic itaque promptissimi ac acerrimi existat ingenii, ut cæteras eius uirtutes missas faciam, scripsit Syluarum libros octo. Versu, eglogas decem. De calamitatibus nostrorum temporum libros tres. In uita beatissimæ uirginis Mariæ lib. 3. Item in uita beatæ Catherinæ uirginis & martyris libros tres. Vita Ludouici Morbioli, lib. 1. Vita beatæ Margaritæ, beatæque Agathæ atque Luciæ uirginum & martyrum, lib. 1. Vita etiam sanctæ Apoloniæ in li. 1. Ad Falconem librũ unum. In Tropheo Francisci Gonzagæ Mantuæ marchionis, li. 5. De captiuitate Granatæ & eius regni, lib. 2. omnia carmine. In prosa uero, De patientia, lib. 3. & dyalogum de ieiunio, sermonésque multos prout ipsemet rogatus retulit.

Orator & rhethor lõbardus. Georgius Merula, patria Alexandrinus, orator & philosophus, ac utriusq; linguæ eruditissimus, per hoc tempus, & Venetis, ac Mediolani insignis habetur: uir plane doctus ac diligens longéque aliis quibuscunque scriptoribus diligentior. Quamobrem maxima apud doctos sunt eius laudis præconia. Nam qui eius scripta uidẽt, uno ore omnes docti, bona de eisdem dicunt. Doctrinámque hominis prædicant, extolluntque, ac quasi admirentur. Erat hic (etsi admodum eruditus) quodam uitio notatus, quod dignitati scribentium plurimum efficit, quod mor sibus uiuentium & laudationibus plurimum suis in scriptis utebatur. Hic itaq; doctissimus Merula non solum semper docendo pollitiores ubiq; ciues reddere annitebatur. Verum & scribendo in primis res gestas Ludouici Sfortiæ sapientissimi principis maiorúmque suorum non posteritati modo, sed æternitati multis uoluminibus commendauit, scripsit permultos commẽtarios in Iuuenalem, Statium, atque alios. Inde Centenarias quasdam. Extant & eiusdem epistolarum libri multi. Et ipse quanquam haberetur eruditissimus, & ingenii perspicacissimi, non caruit obtrectatoribus. Eius enim cõmentaria & scripta magna profecto posteritatis spe, & uiuentium gratia nunc usque accepta. Obiit denique admodum senex Mediolani, anno salutis nostræ. 1494. Eius autem mors & principi Ludouico (cui admodum gratus erat) atque aliis permultis nobilioribus maximum equidem attulit mœrorem, quod utilis foret instituendæ iuuentuti, rerum memoria, & iucunditate omnes oblectabat.

Florentinus architectus. Baptista Leo, patria Florentinus, ex clarissima ortus familia, uir ingenii elegantissimi acerrimiq; iudicii, & exquisitissimæ doctrinæ, hoc tempore fato concessit. Qui cum pluri ma alia egregia monumẽta ædidisset, etiam libros decem de archytectura ad imitationem Vetruuii elucubrauit, qnos propemodum emendatos, perpolitósque æditurus iam in lucem, & diuo Laurentio Mediceo dedicaturus, obiit. Quos nihilominus eius frater Bernardus homo prudentissimus & literatus in uolumen redactos, eidem Laurẽtio præsentauit. Aiunt enim hunc hominem quamlibet remotæ literæ latuisse. Nam ita antiquitatis uestigia fuit perscrutatus, ut omnem ueterum archytectandi rationem & depræhenderit & in exemplum reuocauerit. Sic ut non solum in eo machinas & pegamata attomatáque permulta, sed formásque ædificiorum admirabilis excogitauerit. Fuit præterea hic Baptista optimus & pictor, etiam statuarius.

Arturus, seu Artusius primogenitus Hẽrici Portugalensis regis, hoc anno Ioannã Ferdinandi Hispaniarũ regis filiã duxit uxorem. Sed sequenti anno mense Augusti idẽ Arturus sponsus dum obstinatius equum currendo impingeret, delapsus equo, interiit.

Sex insulæ in Oceano inuente. Fortunatæ insulæ quæ sunt in Oceano Meridionali proximæ occasu, hoc anno opera & industria sapientissimi ac Christianissimi Ferdinandi Hispaniarum regis, regno Hispaniarum additæ sunt, quarum fertilitatem mirabilem esse affirmant: hæ quippe sex numero sunt, quarum prima Ombrion dicitur, in qua nulla extant ædificia, nec unquam fuere, Iunonia secunda dicitur, in qua aiunt, ædiculam tantum esse extructam, Tertia eiusdem nominis, huic proxima est, deinde Capraria lacertis grandibus referta, Niuaria quinta est, à perpetua niue nebulosa sic dicta & appellata, Canaria sexta uocatur, plena maximis canibus. Abundare autem hæc ultima dicitur pomis & omnis generis auium, & palmetis, quæ cariotas producunt, ac melle & aliis omnis generis fructibus. Sunt deniq; hæ insulæ adeò fertiles, ut gentilium error putauerit propter soli fertilitatem, easdem fuisse paradisum uoluptatis.

Granata prouinciæ ciuitas.



6691 1492 Ranata permaxima Beticæ prouinciæ primaria ciuitas, imò totius regni caput, regum Maurorum sedes & regia, hoc anno prima Ianuarii die, à Mauris per septingẽtos annos possessa, & occupata, & fœdata, ab inclytis regibus Ferdinãdo & Helisabeth post durissimam obsidionem fessa ac ultima perpessa inædia, cum sola ex toto regno debellanda esset, per conditionem cœpta est. Est autem hæc ciuitas (ut fertur) in montis cacumine posita, quæ ingenti flumine Bethi (à quo tota prouincia denominatur) ueluti uallo cingitur, quæque & duplicibus muris circũquaque cingitur, quorum robore ita præmunita, ac prædita est, ut alteram totius regni portionẽ, non exæquet tantum, sed longissime superet. Ac sic totum Beticæ seu Granatæ regnum ex Maurorum manibus ereptum, Christianis denuo uirtute clarissimorum regum Ferdinandi & Helisabeth tandem magna cum gloria atque triumpho restitutum est. Id autem regnum cum reliqua Hispania Ismaël in præsentiarũ rex, & sui maiores ex Mauritania cum exercitu magno uenientes, iam octingentis fermè annis occupauerant diúque possederant, sed postmodum à Tarraconensibus inclytis principibus, ultra Bethym fluuium pulsi, nunc usque magnis sub tributis eandem plagam felicissimam tenuerunt. Quam quidem prouinciam primariam omnium terrarum appellant. Quæ sanè prouincia (ut Strabo scribit) intra Anin & Ortum fluuios, usque ad Oretaniam protenditur, à Meridie uero & Oriẽte fluminis eruptione, usque ad Australe maritimum tractum, ac usque ad Herculeas columnas uadit. Eius autem regionis longitudo secundum Plinium in tertio, est ducenta quinquaginta miliaria, latitudo uero. 236. in qua ad. 200. oppida perpulchra fuisse propter ipsius ferocitatem, Strabo & Plinius scribũt. Nam ipsius prouinciæ ager, si ad uniuersum conferatur orbem, supremus & excellentissimus perhibetur, eo quòd quæcunque ad humanum uictum sunt necessaria, & plusquam necessaria, affluentissime gignat. Eius enim montes & flumina quasi ubique aurum & argentum producere dicuntur, armenta quippe & pecudes, sine numero nutrire dicitur, optimum quoque siricum colligit, ac cera & melle, atque aliis omnibus bonis abundat. Hunc itaque Ismaëlem regem supradicti Christianissimi reges decennali bello terra marique acriter afflixerunt. Et tandem superatum & captum, hoc anno prima Ianuarii die, cum triumpho permaximo obtinuerunt. Eam autem prouinciam ideo Granatã appellare consueuimus, quòd in ea primum Grana, quæ perpulchrum pannis confert colorem, enutriri cœpta fuerit. Atq; ex eo, quòd in ipso Bethi fluuio panni pulchro tinguntur colore. Dicente Iuuenale in quadam Satyra, præcipitare uolens etiam pulcherrimam uestem, Inficit natura pecus, sed egregius fons,

Granatã describit.

Prouinciã hic describit & ipsius dignitatẽ

Atque alias quarum generosi graminis ipsum.
Viribus occultis, & Bethicus adiuuat. Et Martialis.
Aethis olifera crimen redimite corona
Aurea qui nitidis uellera tingit aquis.

6691 1492 Laurẽtius medicus Florentinæ reipu. moderator & princeps, hoc anno idibus Martii haud lõge à Florẽtia urbe, sua in uilla nomine Caregia, fato cõcessit. Vir certè omniũ sapiẽtissimus, in quo (ut ita loquar) erãt omniũ uirtutũ imagines atq; signa, cuius quidẽ obitus ne dum Florẽtinis omnibus, sed uniuersæ profectò Italiæ acerbissimũ attulit dolorẽ, quò eius patrocinio in primis literarũ professores aliiq; quicũq; pusilli & magni, nõ solũ urbe Florẽtia, sed in toto ipsius regno mirificè & piẽtissimè subleuabãtur. Videbatur equidem ad omnia natus, ingenio maxime perspicaci, ac facili, ut in singulis excelleret nesciretur. In eo equidẽ probitas & iustitia, atq; fides domiciliũ constituisse uisæ sunt, quod eximia quadã id eum totius populi sui beniuolẽtia declarabatur. Sed super omnia in ipsum liberalitas, ac munificẽtia explẽdescebant, quæ quadã immortali gloria illũ inter deos prouexerãt. Quãto etiam literatos uiros studio cõplecteretur, & cõquesitis toto orbe terrarũ utriusq; linguæ libris, sumptus ipsi declararũt. Hanc itaq; rẽp. Florentinã cũ per multos annos post Petri patris, & Cosmi aui Medices gubernandũ dirigendámq; suscepisset, animaduertẽs se suũ fore alũnum, ita animũ ad illam tuendam & exornandã sibi incendit, ut eius opes, ac proximũ sanguinem exponere non extimuerit. Quo factum fuit, ut bellorum

Laurẽtius medicus Florẽtinorum dux.

Libros multos emit.

pericula à fuorũ ciuium ceruicibus sæpe propulsauerit, atq; ipsius imperium multarũ urbium & oppidorũ acquisitione auxerit, nomenq; Thuscum, ad Barbaras usq; gentes extẽderit. Illi namque quemadmodũ Octauiano Augusto reges & principes, ac respub. atque Sultanus magnus Turcorum imperator mittebãt legatos & munera, ipsum quoque Romani pontifices Sixtus & Innocentius ueluti filiũ dilectissimum salutari complectabãtur sinu, ipse denique (ne dicam Florentinã urbem) sed totum eius regnum pacatissimum seu ditissimum omnifariæ mercaturæ & artificio quoad superstes fuit efficere curauit. Quantas hic inclytus Laurentius Medices in ædificandis, instaurandisq; ecclesiis & monasteriis exposuerit opes, dicere profecto non sufficimus, quum ipsa eius opera, in omnium gentium ora & linguis ubiq; prædicentur. Tandẽ hic uerus Christicola sacramẽtis omnibus ecclesiæ deuotissime susceptis, testamentóque confecto, & filiis omnibus ac amicis cunctis uale faciens deosculatus deuotissime crucifixo, multis astãtibus uiris religiosis expirauit. Eo autem mortuo, mox tam magnus mortalium concursus ad eius funus exornandũ factus est, quàm antea factum fuisse credatur. De funere uero, ex ipsius mandato, ad Cosmi aui exemplum nihil pompæ actũ fuit, sepultúmq; in æde diui Laurẽtii à suis maioribus ornatissime extructa, prodigia permulta ante mortẽ ipsius antecesserũt, quæ cõmemorare istic superfluum est. Tres hic post se reliquit filios, Ioannem scilicet sanctæ Ro. ecclesiæ cardinalẽ, Petrum primogenitum eidem successorẽ, & alium natu minimum Iulianum nomine, qui omnes statim quadam animi probitate totius ciuitatis animos in se deuinxerunt.

Petrus autem Medices eius nominis secundus, hoc anno ipso Laurẽtio patri prædicto in administratione reipu. Florentinæ suffectus, illam tantummodo tribus annis administrauit. Nam patre sapientissimo & integerrimo uiro decedente, hic unius &.xx. annorum erat ætatis, qui in principio sui regiminis tantam grauitatem & prudentiam atque authoritatem in ea mole sustentanda præ se tulit, ut ne cui maiorum suorum concedere uideretur. Quamprimum enim eius pater è uita decessit, uix dici posset, quanta & humanitate & grauitate ciues omnes ad se domum confluentes exceperit, & quàm blandè etiam dotibus consolantibúsque pro tempore suámque operam pollicentibus respõderit, deinde & quàm solertem curam impenderit in custodienda sua rei familiari, atque in obeunda reip. nulli unquam aut loco, aut tempori, aut muneri, aut cuiquam homini defuerit, nulla denique in parte cessasse uisus fuit. Sic ut in eam plane proficiscens, ab omnibus profecto putabatur, parẽtes uestigia ipsum consecutus, ipsam igitur uiam modestissimã per annum (cum gratia omniũ ciuium & uulgi) seruauit, sed postmodũ tanquã Roboam Salomonis sapientissimi filius, zelo quodã incensus ac superbia inflatus, suos affines imprimis multis iniuriis urgere cœpit, deinde in malũ prosequens, alia atque alia præter iustitiam ac bonorũ principum honestatem ciuibus inferens mala, in odium totius senatus incidit, pro quo tandem extra curiam & senatum proiectus est. Hæc quippe anno salutis nostræ.1495. gesta sunt, quo quidem tempore Carolus octauus Francorum rex, ad capiendum Neapolitanum regnum uersus Florentiam cum exercitu magno proficiscebatur, cui hic Petrus occurrẽdo salutauit dicens, Sacratissime rex, pater meus Laurentius moriens, tria mihi testamento reliquit, mandauítque ac imperauit, primum ut deum colerem, regem Francorum uenerer, & patriam meam pro uirili tuerer. Deum, inquit, adoro, te regem ut patronum suscipio. Et ut gratiam regis iniret, confestim Sarzanam oppidum rei Florentinæ ianuam libera manu tradidit. Deinde petram sanctã, Pisanúmq; portũ ac Pisam ciuitatem, insciis Florentinis, regiæ ditioni supposuit. Rex autẽ ut gratias egit, & loca Gallico præsidio muniuit & firmauit, atq; etiam Pisanã ciuitatẽ libertati donauit. Vbi autem hæc gesta Florẽtiæ perlata sunt, indignatio nõ modica omnes cœpit. Et re minutius intellecta, Petrus hic patriæ hostis statim declaratur, urbéq; omnino pellitur, & eius bona subastãtur, ac perpetuo dãnatur exilio. Multi quoq; ipsius factionis uiri & ipsi extra urbem acti sunt, tanto euestigio ira senatus Florentinorum in ipsum Petrum Medicen familiam exarsit, ut etiam eius insignia ex omnibus priuatis & publicis locis & ecclesiis, ac monasteriis deleri fecerit. Pauloque post Petrus hic, cum redditũ in patriam intercessione multorũ principũ, summiq; pontificis ac Gallorũ regis expostularet, instaret quoque multis precibus illũ assequi, licet maiorum

Terras suorum ciuium regi tradit, exilio damnatur.

6691

maiorum suorum uirtutes & beneficia permulta in senatu commemorarentur, ac uenerarentur, tamen quod postulabatur, non fuit concessum, & hoc ob maliuolentiam non solũ plebeæ multitudinis sed & aliorum ciuium. Qua iniuria infensus cõfestim cum Vrsinis atque aliis se coniungens, contra Florentinos bello suscepto, eorum ditionem & agrũ inuadens multam prædam exportauit, et aliqua oppida cœpit, postremo etiam lata de eius reditu rogatione, cum intelligeret ciuitatem penè uniuersam denuo fuisse sibi aduersatam, maxime stimulatus, cum Pisanis fœdus contra ipsos pepigit. Quo fœdere sibi primum & suis aduersariis ruinam peperit, non minimam. Et in hoc certè perspicue animaduertere possumus nihil esse diuturnum in hoc mundo potest, quod simultati, quod odio, quod discordiæ sit obnoxium, in præsens usque quid in tota Europa Florentinorum ciuitate illustrius, quid præclarius, quid denique gloriosius aut certe splendidius inueniri potuisset? Hæc bonarum omnium artium parens. Hæc & belli & pacis ubique insignis disciplina, hæc & dignitate, & opibus in uniuersum Occiduum admirabilis habebatur, sed nunc uno quasi momento ubi partium studia souere cœpit, repẽte ac præceps in obscuram miseriam & quandam calamitatem corruit.

6691 1492 Lexander papa, eius nominis sextus, Theodoricus seu Rhodoricus Ro. ecclesiæ Archidiaconus antea uocatus, Calixti olim pontificis ex fratre nepos, hoc anno mense Iulii Innocentio papæ, omnium consensu pontifex suffectus, sedit in præsentiarum usque annis. x. & mensibus octo. Qui mox ab omnibus Christianis principibus, & præcipuæ Italis, maxima põpa est salutatus. Huic ideo hoc nomen magnum decretum fuisse arbitror, quod eius regius in primis aspectus, ac cælestis quædam in eo species, utrique & nomini & pontificatui apte conueniret, quod Alexandros omnes, tum pontifices, tum reges exactos pontificatum, & imperium felicissimè gessere, ut superiorũ gesta scriptaq; felicissimè demonstrant. Hic ex Borgia gente nobilissima Hispaniarum familia originem duxit, quem Calixtus papa eius nominis tertius patruus, à puero educauit, instituitque, atque huius dignitatis gradum præparauit. Vnde & literis humanis pariter & diuinis à principio summopere illum instituit, & erudiri curauit, in quibus certe (ut acri ingenio adolescens) præstantissimus euasit. Quo factum est, ut in explicandis consiliis, optimam facundiam ab ipsa sua adolescentia demõstraret, propter quod & in ipsa iuuenili ætate cardineum munus, ac Vicecancellariatus officium, ad quod propè omnes graues curiæ Ro. referuntur expeditiones, ubi & maxima ecclesiasticarũ rerum referũtur moles, eidẽ concessit. In quo quidẽ officio, tanta cum omni curialiũ beniuolentia atq; admiratione se exhibuit, ut tandẽ ad id fastigiũ meritò peruenire meruerit. In quo quidẽ officio per quatuor & quadraginta annos maxima rerũ pericula atq; naufragia cõstanti animo maximũ experimentũ de se dedit. Nulla equidẽ negociorum grauitas, aut Romanæ ecclesiæ cõditio, temporúmq; difficultas cõtigit unquã, quam in officio non fuerit expertus, quæue suo nõ cesserit cõsilio. Inito itaq; põtificatu, statim ex suis (ut moris est) duos cardinales uidelicet Ioan. Borgiam Montisregalis nuncupatũ, & Valentinum similiter Borgiã creauit. Quẽ quidẽ Ioannem nepotem sanctæ Susanæ præsbyterum cardinalẽ ex sacri senatus cõsulto, legatũ declaratũ, secũdo sui pontificatus anno Neapolim cum ingẽti prælatorũ & curialium comitiua ad Alphõsum nuper regem creatum inuestiendum & coronandum misit. Quod & factum fuit, multa cum solẽnitate, & cærimoniarũ omniũ exactissima obseruantia. Quo facto fœdus cum eo maxime propter aduẽtum Caroli Gallorũ regis iniit. In quibus duobus, uidelicet põtificis & Alphõsi, spes omnis cõtra Gallos relicta erat. Et tũc Iulianus à Ruere sancti Petri à uincula cardinalis, Sixti papæ nepos Ostiæ oppidi dominus, Tyberim fluuiũ interclusit (iam Gallorũ regis amicus & põtificis hostis affectus) ne cõmeatus in urbe deueherẽtur, quamobrem statim Ro. ad rerum omniũ inopiam deuenere. At pontifex cum antea Romanorũ numero & uirtute factus securus esse uideretur, adueniente Gallorum rege, adeò territus fuit, ut ui illa ac magnitudine animi elanguescente, cum Romam appropinquasset, Gallus rex ad eius oblatas conditiones (dimisso Alphonso rege) protinus descenderet, atq; regias copias cũ Romam in exiliũ uenerant, præ timore inuitus extra urbẽ excludit. Excepit itaque tandem

Alexã. Papa 225.

Borgia familia.

Alphõsus coronatur

Carolus rex urbem intrat.

hic pontifex Francorū regem cum maximo populi Romani plausu, & illum in diui Marci pallacio sedem & hospitium præparari iussit, sed ipse pontifex formidine plenus, in arcem se inclusit. Sequenti deinde die, rebus inter se compositis, post multos complexus, ad instantiam regis pontifex Maclodiensem regem charissimum cardinalem designauit, subiugata deinde Roma, rerum domina, pontifex licet inuitus, eidem Zizimum Turcorū imperatoris fratrē concessit, & ultra Valentinū cardinalem filiū (ut aiunt) obsidem dare, atq; urbes Neapolitano regno proximas cōpulsus fuit. Demum cum Carolus rex uniuersum regnum modico momento obtinuisset, hic pōtifex admodū sibi timere cœpit, cognito maxime Caroli odio, unde & incerta consilia uoluebat, statuitque conuocato patrum concilio, de summa rerum deliberare, in quo hæc dixisse ferunt: Videtis inquit filii Carolum Gallorum regē Italiæ magnam partē subiugasse, & ea suis armis & uiris impleuisse, à pontificia sede & oppida & urbes ademisse, iam pœnitus ecclesiam euersurum uidemus, multos enim proditores, multósque sedis apostolicæ hostes cernitis, nemo nostrum in reditu ipsius tutus erit, hinc profectò mea sententia discedendum est. His dictis confusæ uoces fuere, aliis alia iudicantibus, tandem uisum est, in tanto rerum præsentium discrimine nutantes Italiæ res principum fœdere posse contineri. Missis igitur legatis ad Romanorū & Hispaniæ reges, & Venetos, ac Ludouicum Sfortiam ducem, noua fœdera in ipsos principes icta fuerunt. At senatus Venetus, per legatos suos adeò constanter hoc fœdus stabiliuit, ut imperiū omne pro Italiæ & ecclesiæ salute facile expositurus esset. Regrediēte autem ex Neapoli Romam cum intellexisset Alex. ponti. mox cum uniuerso consilio (Roma dimissa) suadente legato Veneto circūseptus militibus Venetis in urbē primum successit, deinde Perusia decreuerat Anconam adire, & Venetias postremo nauigare, si opus fuisset. Reuerso denique in Galliam Carolo rege, & ibidem haud multò post defuncto, ac Ludouico Aurelianense eidem rege surrogato, Alexan. pristina formidine liberatus, plurima meditare cœpit, & ea quidem permaxima, quæ in præsens usq; ad uotum per omnia eidem successēre. Nam Ludouico uicecomite Mediolanensiū duce captiuato, in Galliis uinctum abducto, & eius imperiū ad Gallos perducto, necnon & Parthonopeum regnū cum Galli denuo uendicassent, hic sapientissimus ponti. cum Francorū rege & Venetis, noua percussit fœdera. Quibus confectis, exercitus magnos congregauit, & Valentinū Borgiam uirum impigerrimum, eisdem ducem & imperatorem præfecit. Qui cōgregatis omnibus copiis, primo cum omni cura contra Catherinam uicecomitē Hieronymi Ryarii comitis relictam principem, expeditionē assumpsit. Et cum legionibus tandē Imolam ciuitatem deuenit, quam penes Catherina in nullo perterrita, cū suo exercitu consederat expugnauit. Vbi cum Valētiniana uirtus uideretur superior, Catherina uirago relicta Imola Valētino, cum suis Forliuiū sese recepit. In qua e uestigio à uictore obsessa fuit. Quam cum aliquandiu oppugnasset & mira solertia se defendere in magnam penuriam rerū opportunarum deducta est. Verum tandē cum uiribus pontificis obsistere Catherina non posset, armorū ui post captam ciuitatē & arx tormentorū ictibus lacerata, ab Valētino capta est, atq; ipsa Catherina captiuata, Romam missa, pontifici uiua præsentata est. Ex quo ponti. ipse, non aliter quàm si permaximum superasset ducē gloriatus. His gestis, bellū contra Fauentiam munitissimam Mācfredorum urbē mouit, quam demum post multas oppugnationes cum magna suorum militū cæde obtinuit, & Hastorem puerū urbis principem, sese ultro oblatum, Romam ad patrem pontificem in triūphi modo perduxit. His facinoribus tam egregiè tamq; strenue à Valentino cōfectis, pontifex in admirationem sui adductus, imò stupefactus, ipsum protinus authoritate apostolica, ducali dignitate insigniuit, illúmq; earūdem ciuitatū, atq; aliarū ditionis ecclesiasticæ urbiū principem declarauit, prout latius infrà suo loco dicemus. Deiecit itaq; regulos omnes, quos prædecessores sui pontifices, maxime Clemens eius nominis sextus, annis centum elapsis in urbibus Flāminiæ & Vmbriæ uicarios ecclesiæ instituerat, uidelicet Māfredos, Ordelaphos, Malatestas, Feltranos, & Varaneos, & eorum ciuitatum Valētinum Borgiam, iam ducem & titulo ducatus decoratū principē instituit. Hic etsi multas pecunias in bellicis sumptibus, atq; in dotāda Lucretia filia, quam Alphōso Estensi Ferrariæ duci matrimonio copulauit, splendidè erogauerit,

nihilominus & in municula S. Angeli arce, quam municitissimam ultra modum ingenti impensa reddidit, & in exornando diuæ Mariæ maioris urbis templo, cælum eius incredibili pulchritudine inaurando, uias quoque publicas Leoninæ urbis sternẽdo, atque alia & alia in urbe ædificia instaurando, plurimas pecunias nunc usque errogauit: plurimos etiã cardinales in præsentiarum usque creauit, Iubileúmque celebrauit.

De quatuor permaximis insulis in India extra orbem nuper inuentis.

6652 | 1493 Insulæ.4.permaximæ, uidelicet. S. Saluatoris, Sanctæ Mariæ conceptionis, Ferdinãdæ, & Hispagnolæ, hoc anno post captam Granatam & eius imperium ab inclytis Ferdinando & Helisabeth regibus per Christoforum Coloni eorum classis imperatorem sapientissimum & strenuum in India extra orbem inuentæ & captæ sunt, ut etiam oratores qui superiori anno ad pontificẽ Alexandrũ, pro præstanda ex more pontifici obedientia, sua in oratione contestati sunt. Ferdinandus igitur capta Betica prouincia, ne sui milites strenuissimi ocio macerent, Christoforum Columbum suæ classis imperatorem cum plurimis militibus statim ex Gadibus insulis, uersus Orientem adnauigare iussit, ut Orienti ostenderet quas uires haberent Occidui. Qui ex ipsis locis soluens, infra modicum spaciũ in Indicum mare prospero nauigio peruenere, & in supradictas insulas peruenit. In quibus numerum hominum multitudinem reperiẽs, earum insularum ipse classis imperator pro suis regibus possessionem pacifice accepit, & supradictis nominibus eas appellauit. Vltimam itaq; insulam Hispagnolã, cum applicuisset, uidens ipsius magnitudinem permaximã, eam non insulam, sed ut continentem Cathay prouinciam est arbitratus. In ipsis autem maritimis littoribus atq; cõfinibus, asseruit se nulla uidisse oppida, sed uicos perpaucos, & rusticana prædia, quorum incolæ cum primũ ipsius milites uiderũt, fuga se surripuerũt. Eoq; in loco imperator nihil noui inuenisset retrocedens, ad quendam portũ rediit. Et inde ex suis militibus quosdã milites strenuos emittẽs, iussit explorare, si quas urbes in mediterraneis inuenirent. Qui tandem & isti innumeros inuenerunt populos, & paruas habitationes. Hæ igitur insulæ omnes cum sint feracissimæ, Hispagnola longẽ plus, in primis portus habetur, quam reliquum orbis Christiani, flumina in ea tam uasta, quæ admirationem inducũt. Ibique conspiciũtur montes excelsi, arboribus frondentibus consiti, cælũ tangẽtibus, quæ arescunt nunquam, & tales (ut ipse imperator ait) erãt quales de mense Maio apud Hispanos sum uidere solitus. Harum arborum pars ad maturitatem alia ad fœcunditatem tendit, secundum earumdem arborum qualitatem, ibique aues cantus personabant de mense Nouembrio. Septem diuersitatis palmæ sunt, quas uidere stupor est, pinus, poma, nuces ad nostris diuersa sunt, planicies magna, uuarum copia magna, mineræ metallorum infinitæ, gẽs illa numerũ non capit. Item ipsa Hispania insula magnas habet ualles, iugẽtémque planiciẽ feracissimã habet, non minus armentorũ quàm hominũ usui accõmodatam. Aquarúmque quæ aurũ tenẽt, dulcis est austus. Et in arboribus reperiuntur fructus diuersi generis, aromata quoq; quãplurima. Huius autem insulæ & aliarũ quas uidi, mares & fœminæ nudi sunt, mulierũ tamen aliquæ, pudenda fronde quadam Bombice cõtexta uellãt. Ferri & omnis generis armorum sunt expertes, natura optime dispositi, proceres & formosi, sed timore quodam incredibili semper aguntur. Hoc genus armorũ peculiare est, uidelicet pennæ alitum summitatibus baculorũ infixæ utuntur. Vt igitur me tales uiri conspexerũt, salutem statim pedibus sibi procurarunt. Misi inquit uiros qui eos conuenirent, alloquerentur, hortarentúrque, In publicũ turmatim prodibant, nec loquebantur, Et quãto propinquius nos cernebant, tanto curiosius terga dabant. Et ut eos in amorem allicere possem multa eis elargitus sum, sed nec munerum, nec amoris uices rependebant. Verũ postquam timorem posuerũt, munificentiores supra id quàm credi potest erga nos facti sunt. Ita quod omnia effundunt & profundunt. Fideles admodum sunt. Aurum pro uitro commutabãt, quod eos apud uitro nihil est præciosius. Deditq; eis idẽ imperator Christoforus plurima quæ secũ detulerat dona. Cũ eos autẽ quadã beniuolẽtia cõciliasset, de multis eos per signa sciscitatus est. Affirmabant se nunquam homines uestitos uidisse, nec etiã huiusmodi naues seu triremes. Quosdã autem idẽ imperator uiolẽter rapuit, ut Hispanicũ idioma eos doceret, & ipsi de ipsorum informarentur. Tantam deniq; ipsi siluestres homines

erga Christianos postmodum contraxerunt beniuolentiam, ut undecunque uocibus magnis conclamarent & dicerent, uenite uenite omnes quia & æthereæ gentes ad nos descẽderunt, utuntur autem hi insulani quibusdam scaphis ad nauigandum, unico ligno confectis, quæ sunt cursu uelocissimo, cum quibus suas exercent mercaturas. Refert idem imperator eiusdem in regionibus duas fore insulas seu prouincias quarum alteram Anã uocant, cuius accolæ omnes caudati nascuntur. In insula ipsa Hispagnola, ipse imperator in quodam opportuniore loco, in quadam uilla permaxima, cui Natiuitas domini nomẽ imposuerat, peculiarem possessionem pro regibus Hispaniarum accepit, & arcem quandã munitissimam ibidem ædificauit, quam & omni armorum genere, atque uiris necessariis muniuit. Quibus & Garauellam unam & pro aliis construendis tam in arte, quàm in cæteris peritissimos dimisit artifices, qui euestigio cum eiusdem insulæ rege & cæteris maximam contraxit amicitiam. Eiusdem enim gentes more ferino degentes, ad quandam pollitiorem uitam redegit.

In eisdem quoque insulis, quisque uni tantum coniugi conquiescit, præter princeps, cui uiginti habere licet.

Charis autem insula sic appellata, habet quoddam hominũ genus ferocissimum, qui carne humana uescuntur, alias enim insulas traiicientes, quæcunque habere possunt surripiũt, hi fœmineo more longos deferũt carnes. Ipsim etiam in Indicis regionibus alia quædam est insula Mateniena seu Matinien appellata, in qua solum feminæ sine uiris habitant. Quæ quidem fœminæ nullum sui sextus opus exercere dicuntur. Vtuntur etenim quibusdã arcubus & speculis muniũntque se laminis æneis in bello. Cum his ueluti Amazonibus coëunt Indi insulani, tempore ueris.

In his itaque quatuor prædictis insulis, idem Christoforus imperator regiæ classis maximam auri uim inuenisse contestatus fuit, sed etiam aromata cuiuscunque generis, uidelicet, Masticis, Piperis, Aloës, & Hebenum lignum ac Reubarbarum, atque maxima Bombicis copia inuenitur. Ea igitur inclytus rex Hispanus diuino munere per suum imperatorem prædictum consecutus est, è quæ hactenus mortalium aliquorum uires minime attingere potuere. Hoc quidem ipse imperator se uidisse & perlustrasse, ac possessionẽ pro suis regibus accepisse, quãdam sua epistola contestatus est, atque oratores regii pontifici Alexandro affirmarunt ita esse.

Maximilianus impera.



Aximilianus Federici eius nominis tertii imperatoris filius, hoc anno patre ipso defuncto eidẽ ab electoribus imperii surrogatus, uigesimus octauus Germanorum imperator efficitur & in præsens usque imperauit annis quasi. 9. licet nondum ex more coronam à pontifice Romano haud susceperit. Perplura de principe isto duobus capitulis superioribus, ubi de ipsis Eduorum ducatus primum, deinde electione regni Romanorum tractauimus, sed pro meritis tantarum suarum uirtutum equidem digne narrare non sufficimus. Reportauit etenim hic gloriosissimus Cæsar, etiam sub ipsa uiridi sua iuuenta uarias celebrésque uictorias, quas longo etiam æuo obtinuisse fuisset gloriosum. Est itaque hic Cæsar Maximilianus, uir sapientissimus humanissimúsque supraquam dici aut excogitari potest, est & totius corporis elegantia cum quadam uultus maiestate admodum insignitus, in quo inter cætera quidam imperatorius oculorum uigor enitescit, est præterea bonarũ literarum egregiè institutus, ita ut latinè perelegãter, cum opus sit loquatur, & non solum Germanicam, sed Italicam, atque Gallicam intelligit linguas. Primo igitur sui imperii anno Blanchammariam uicecomitem Galeatii Insubrium ducis filiam elegantissimam, cum ingenti dote in Ispruch suo oppido, ex Mediolano maxima pompa transmissam, quinto calendas Aprilis sibi desponsauit uxorem. Tertio uero imperii sui anno in Italiam pro Venetis contra Florentinos Pisanam urbem obsidentes (præter imperii dignitatem) uenit. Et in Hethruria apud Pisanum portum aliquãdiu cunctando substituit. Sed non multò post anulo confecto negocio, in Germaniã inglorius rediit. Reuersus autẽ paulòpost Heluetiis & Suenis ac Anglis (quos Suyceros uocamus) sibi rebellãtibus & infensis, magnũ indixit bellum, quod per annum cũ maxima utriusq; populi cruẽtissima cæde, & aliis cõplurimis incommodis & damnis gestum fuit. 6693 | 1494

6693 1494 Blancha uicecomes, Galeatii Insubrium maximi ducis filia, & Ludouici Sfortiæ cognomento Mauri neptis, Carolique Christianissimi Francorum regis consobrina, hoc anno in Ispruch Alemaniæ oppido quinto calen. Aprilis, ad maritnm perducta, ab Maximiliano Cæsare & Augusta matrimonio cum maxima procerum Germanorum pompa desponsatur, & præsentibus cunctis, euestigio dos. 4. centum miliū aureorum & sexaginta milium ducatorum Parafrenalium eidem numerantur. Quæ quidem mulier Augusta, sicut Blācha nomine, ita certe & re, non solum menbris, sed & moribus & omni uita, atque naturæ & corporis muneribus, fortunæ quoque & animi bonis prædita fuit, & his præsertim, quæ in mulieræ præcipue habenda sunt, pudore uidelicet & pudicitia, probitate, uenustate, atque ingenii acumine, quāuis illustri sanguine sit orta, tamen in omnibus mulierum exercitiis, utpote in Italia, in Acu, in phrigiis opibus, & omni alio muliebri mundo instructa, omniū mulierum sui tēporis in eisdem exercitū gloriam euicit. Fuit & in primis gratia oris eximia, forma totius corporis procera & elegātissima, & in omnibus aliis corporis liniamētis insignissima. Quæ propter ipsas eximias dotes diu anteà uariis principibus & regibus in matrimonium fuerat expostulata. Vnde unusquisq; nubilissimus, in hoc felicitatem quandam reponebat, si hanc in coniugem assequi meruisset. Sed in hoc infelix extitit, quòd ullam sobolem minime potuerit. Hoc quippe matrimonium uniuersæ Italiæ & Germaniæ gratum fuit, & sydera ipsa huic tanto coniugio applausisse uisa sunt. Quod quidem ex hoc diuinitus factum credi posset, ipsa enim regina cum magno comitatu media hyeme ad maritum iter faciens, nullæ unquam pluniæ, nullæque niues de cælo descenderunt, non frigora nec glacies obstiterunt, solis radii diuina quadam specie semper in itinere suo eam circūfulserunt, & ultra rationē hyberni temporis incaluerunt: posteris hæc forte incredibilia uidebuntur, & tamen uerissimum profecto fuit. Blāchæ Galeatii comi. Maximiliano desponsatur.

Alphonsus Calabriæ dux, Ferdinandi Apuliæ regis filius, hoc anno patre eius uita functo, ea die omni curia procerum suorum pompa comitatus, regno Neapolitani seu Apuliæ adeptus, regnauit tantummodo anno uno. Qui mox ad Alexandrum papam proceres mittens, supplicare cœpit pro executione bullæ suæ, quam cum consensu omnium cardinalium superioribus annis fecerat Innocētius octauus. In qua recensitis inuestituris Eugenii, Nicolai, Pii, & Sixti, inuestitus fuit uerbaliter de regno Apuliæ & Siciliæ. Alhhonsus hic, tunc Calabriæ dux, & post eum Ferdinandus eius filius. Eo addito, ut decedente Ferdinando patre, Alphonsus iste possessioue accepta, actualiter inuestiretur & coronaretur per Romanum pontificem, uel cardinalem ab eo mittendum regiis precibus & bullo in secreto Concistorio, per pontificem sæpius recitatis & præpositis, res opportnna discussione agitata fuit. Demùm uisa iustitia, regiæ petitiones, cui secundum iuris necessitatem nec dari uerba poterant, neq; dilatio, ex sacri senatus consulto missus est Ioannes Borgia cardinalis Neapolim cum magna prælatorum pompa, qui eum inuestiuit & coronauit. Hic Ludouici Sfortiæ Mediolanensis imperii guibernatori sororius fuit, ambo sanè magni, ptæ potentésque uiri, inter quos de administratione imperi Mediolanensis tandem permaxima, & miserāda suborta est discordia. Quæ adeò breui inualuit, & ipsos demum & semen eorum, ac quoscunque proceres, & amicos, in mortem pariter & captiuitatem, atque dispersionem, necnon & in miserrimam calamitatem omnes adduxerit. Syllanam & Marianam equidem discordiam huic deteriorē fuisse non arbitror. Hæc quippe in primis uniuersum Apuliæ regnum destruxit, & miserabiliter lacerauit, Insubrium potentiam demersit, rempub. Florentinam turpiter eneruauit, uniuersos postremo Flaminiæ & Vmbriæ regulos disperdidit & eliminauit, & uniuersos terrarum popnlos spoliauit, & miserandā egestatem deduxit, ob discordiam inquam malorum & miseriarum omnium dux & causa. Igitur hic Alphōsus Ludouico prædicto admodū inimicabatur, quòd imperiū Mediolanense per octo & decem annos occupasset, nec nollet Io. Galeatio duci nepoti suo, ac genero huius Alphonsi regis restituere, cui cum comminaretnr eum armis exterminaturum fore. At Ludouicus egit (ad ipsum Alphonsum exterminandum) ut Carolus Francorum rex in Italiam descēderet. Qui cum in regnnm magno cum exercitu peruenisset, Alphousus hic rex, iam animo & bonis omnibus destitutus, etiā populorum suorū odio perenni cognito Alphōsus Calabriæ & Neapolita. rex

prosperam

Pater regnũ filio resignat.

prosperam sibi salutis uiam adinuenit, qua quidẽ regium dyadema deponens regno spon
re se abdicans, illud filio Ferdinando à populo dilecto dedit, & regno filio relicto, regiam
omnem suppellectilem maximéque insignem suam bibliothecam, ac thesaurum omne se
cum deferens, in Siciliam uersus adnauigauit. Vbi, quod reliquum superfuerat temporis,
in maxima pace, lectionibus & orationibus iugum operam impendens, consumpsit. Ibi-
dem autem cum aut lapideus non esset hic rex, reputans secum exilium diuturnum, & ma
ximi regni amissionẽ, quamquam illi maximo & acerbissimo atq; intollerabili esset suppli
cio, tamen sese annitebatur forti animo consolari, rememorans (ex iugi lectione) modo pri
scos & gẽtiles illustres uiros, modo patres nostros, qui patriæ solo pulsi, & suis bonis om-
nibus spoliati, exiliũ cum paupertate fortissimè pertulerant. Legebat frequenter & penè
cum lachrymis passionem Christi, & sanctorum martyrũ lacerationes, & gloriosa utriusq;
sexus in pressuris & suppliciis tollerata tormenta. Ad quos compunctus & feruefactus
rex ardentis fidei septus quandoq; se erigebat, ut etiam a dolore abesse exultãdo in Chri-
sto gestiret. Ad sacros enim Christi seruos se conferens (ut aiunt) se pedibus eorum sub-
sternebat, & preces eorum supplex efflagitabat Ea quippe sanctimonia & humilitate pro-
fecto existimo & credo animã illius post annum sui exilii è corpore ereptam, in cælo fuis-
se susceptam.

Diluuium permaximum, hoc anno mense Octobrio in tota Italia (iam ab Astrorum 6693 1.
peritis pedictum) fuit, ex quo auctis supra modũ fluminibus in agro Bergomensi breuius
inter cætera flumina, aquarum impetu, sex lapideos pontes ingentis molis, ad imum deuol
uit, idque & Veronæ aliam pontis molem super Athesi constructam deiecit. Aliis atque
aliis Italiæ locis, hoc prodigium euenisse constat. Quod quidẽ diluuium non sine præsa-
gio futuræ calamitatis augurium dedit.

Ludo. Sfortia duca. Mediola. gubernator.

Ludouicus Sfortia uicecomes, cognomento Maurus, Francisci Sfortiæ Insubrium du 6693 14
cis ex Blancha uxore filius, hoc anno Octobrio mense, postquam octo & decem annis im
perium Mediolanense sub titulo gubernatoris administrasset, Io. Gleatio duce nepote
apud Ticinum mortuo, ipse imperium regnantibus urbis Mediolani optimatibus susci-
piens, regnauit annis quinque & mensibus sex. Quem paulòpost Maximilianus imperator
priuilegio confirmauit. Vir planè industrius, & priorum principum per aliquod tempus
ualde felicior, sed quadam mentis elatione nimium inflatus astutissimus in primis hic, etsi
alto loco se constitutum animaduerteret, existimans se altius multò sublimari, neptem
suam supra nominatam Blancham, Maximiliano Augusto matrimonio copulari procura-
uit, ut per ipsam affinitatem, fœdus & societatem perpetuam, cum imperatoria maiestate
iniret. Inde aliud fœdus cum Carolo Francorum rege Christianissimo percussit, & cum
Venetis sæpe & sepius fœdera iniit, sed ea leuitate qua percutiebat, & ea facilitate dissol-
uebat. Ita ut huiusmodi apud eum continui dicerentur ludi, quod si rarius percutere di-
dicisset, & in eis fide integra permansisset, multò magis consultum ei fuisset, nec ipsa ma-
la ipsum profectò appræhendissent, ut imperio amisso, in captiuitatem adduceretur. Ad
uendicandum itaque se de Alphonso Parthonopeo rege sororio suo, illúmque euertendũ
cum Carolo Francorum rege multis precibus & pollicitationibus fœdus pepegit, illumúe
tãdem ex Gallia in Italiam traxit. Vbi cũ Alphonsum è regno eiecisset, atq; regnum penè
omne Gallus ipse obtinuisset, Ludouicus hic mutata sentẽtia, pontifici Romano & Vene
tis (fœdere uiolato) adhæsit, & nouã cum eis societatem cõposuit. Quæ res, cũ regi inno-
tuisset, ilicò per literas Ludouicũ Aurelianẽsem ducẽ (qui Astẽsem custodiebat ciuitatẽ)
excitauit, ut Nouariã Ludouico, propter uiolatam fidẽ auferret, quod & protinus effecit.
Cui nisi Veneti socii auxilium præsto præstitisset, iam de ipsius imperio actum erat. Affuit
e uestigio huic discrimini & Hercules Ferrariæ dux, Mauri socer, cuius fides & authori-
tas mira apud regem habebatur. Qui suo intuitu & hortatu pacem Ludouico præstitit, at-
que Nouariam restituit. Mortuo demum Carolo prædicto rege Frãcorum, regnum sine
pauca difficultate ad Ludouicum Aurelianensem ducẽ iure gentium Ludouici huius ho-
stem deuenit, ad quem Veneti multa cum celeritate oratores cũ magna pompa miserunt
salutandi gratia, ac componendi cum eo amicitiã causa, tempus eis aduenisse opportunum

quo

quo uindictam de ingratitudine ac malis à Ludouico Sfortia Insubrium duce receptis
aduenisse. Sciebant enim nouum Francorum regem fore Ludouico prædicto acerrimum
hostem, cumque legati pronam in Venetum senatum regis beniuolentiam animaduerte-
rent, suaserunt, ut contra Ludouicum Sfortiam Insubrium ducem, regni occupatorem,
& suæ maiestatis inimicum pestiferum hostem ac omnium hominum impurissimum tyran-
num è Mediolanensi imperio esse eiiciendum, adiicientes senatum suum in hæc sancta uo
ta uires quascunque suas offerre. At Gallorum rex, sciens Maurum ducem uafrum calli-
dúmq; & diuitiis ac imperio præpotentē, formidans ea de re, aliquādiu substitit. Tādem
Oratorum suasionibus rex permotus, socialia belli contra Ludouicū, cum Venetis fœdera
percussit, ut uidelicet deuicto, quòd Mauro duce, omnia ultra Padi & Abduæ flumini-
bus, regi hæreditario iure obuenirent, citrà uero ipsis fluminibus, utpote Cremona urbe
pulcherrima, atque Claræ Abduæ regio, Venetis ipsis decernerentur. Veneti enim memo
res malorum quæ eisdem in Pisana expeditione & tuitione fecerat, sese cum inimico rege
coniunxerunt. Quæ res cum Luduico denunciata fuisset, nimis multúmque eum contrista
uit, suámque cœpit accusare infidelitatem. Qui collectis suis infinitis thesauris, eos in Ger
maniam unà cum filiis tanquam in tuto transmisit. Deinde arcibus munitissimus, ubique
præsidio firmatis, nullo quasi expectato exercitu, miserrime in Germaniam & ipse tandē
multis consociatus cardinalibus & aliis nobilioribus aufugit. Atque ita Gallorum rex, ac
Veneti, modico momento, de mense Augusto, anni. 1499. imperium Mediolanense obtinue
runt. Et conditionibus inter ipsos seruatis, unusquisque quod suum erat accepit. Rex au-
tem Mediolanum cum omni imperio adeptus, non multò post Mediolanum ueniens, cū
ingenti plausu à ciuibus exceptus est, & arcem Iouis, toto orbe famosam munitissimam
paulòpost cum omnibus aliis regni fortilitiis, partim uoluntaria deditione, partímque sub
conditione compulit, idque & Veneti effecere. Rex uero per uniuersas urbes & oppida
destributis Magistratibus, collectísque præciosissimis & innumerabilibus cuiuscunque ge
neris suppellectilibus, post mensem cum eisdem in Galliam ouans rediit. At regii milites
post regis discessum, cum secuti ubique uagarentur, domos priuatas spoliantes, & dedeco
rosa facinora ubique perpetrantes, demum cum nulla in parte eorum cessaret luxuries, &
ebrietas, atq; rapinæ inuisum Gallorum nomen, protinus apud Mediolanenses effecerunt.
Vnde ciues magna ex parte sententia mutata, iam pro Ludouico effugato uota nuncupare
cœperunt. Atque ita post sextum mensem Ludouicum ex Germania euocarunt, eúmque
magna cum gloria denuò principem exceperunt. Qui suorū fretus auxilio, Gallos ex Itā-
lia eiicere tentauit. Quamobrem multis congregatis exercitibus, contra eos ad Nouariam
urbem in bello processit, ibidémque à suis male custoditus, ab Heluetiis, & Sueuis, militi-
bus suis, proditorie captus, in Galliam uinctus ad regem perductus est. Quem rex sub per-
6720 1521 petua custodia seruari præcipit. Atque ita per biennū tempus in præsentiarū usque serua
uatus est. Et hic Sfortiadum principum finis habetur.

Oratores Veneti ad regem Francorum.

Ludouicus suos thesauros & filios in Germaniā mittit.

Rex Mediolanum uenit.

Ludouicus capitur.

Pisana Hethruriæ ciuitas.

PIsana olim primaria Hethruriæ prouinciæ ciuitas, hoc anno mēse Octobrio,
postquam octuaginta & octo annis sæuissimum Florentinorum dominium
pertulisset, à Carolo Francorum rege eius nominis octauo libertate donata,
seruitutis iugum, maxima cum lætitia excussit, pro qua tuēda magnos motus
in tota Iatalia excitari cœpti sunt. Pisani autem cum animaduerterent se impares, ad suam
tuendam libertatem contra Florentinorum potentiam, legatos quamprimum ad Vene-
tum senatum dederunt, roganres, per eos Venetum senatum sibi amicum & auxiliatorem
fore. Cumque Venetias legati uenissent, senatus libenter eos excepit, & ad ea quæ petie-
runt tandem annuit. Vnde ut eius protectionem se suscepisse ostenderent, præfectos no-
biles Venetos quanta celeritate potuerunt, cum magna militum manu, eò transmiserunt,
& urbia tuitionem per aliquot annos magna cum impensa sustinuerunt, quo in tempore
magnæ utrimque cædes intercesserunt. Verum cum Ludouicus Sfortia ad instantiam
Genuensium, aut auxiliaria præsidia Florentinis clanculum transmisisset, in maximum
Venetorum odium incurrit, quod suæ ruinæ occasionem præstitit. Pisani autem ciues &
plebei

Pisana libertate donatur.

plebei omnes, quanquam durissimam obsidionem, ac acerrimas expugnationes paterentur attamen ultimo pati statuerūt, quàm rursus Florētini populi ferre imperia: unde & munimenta ante portas construxerunt, uidelicet cespite, uimine, fronde, luto, quæ Bastiona uulgo appellat. Deinde muris ciuitatis ualluū & fossam maximam obiecere, quæ omnium manfionibus sinistra erant.

Carolus Francorum rex, hoc anno Ianuario, mense, pulsis & effugatis prius Alphonso & eius filio Ferdinando, Neapolitanis regibus, eorum regnum haud magno negocio iure hæreditario obtinuit & illud tantummodo per sex menses possedit. Hic itaque (ut iam præmissum est) uiginti quatuor annorū ætatis existens, regnandi cupidine ductus, ut Neapolitanum regnum imò & Italiam totam obtineret, in primis quadam religione simulata eundi contra Turcos, in Italiam cum exercitu uenit. Et in regnum proficiscens, primo Thusciam occupauit, deinde Romam superans, pontificē parere coēgit. In Romano præterea soleo seu imperio aliquandiu subsistens, Terracinam, Carpētum, Campaniam & maritimas pontificis Romani oras, non solum occupauit, sed & diruit, ac Iacobum comitem & fundorum principem suis sedibus expulit. Deinde expulso Alphonso & eius filio Ferdinando regibus, Neapolim tandem cum toto penè regno, cum magno sui triumpho sibi subegit. Et inter cæteros Nicolaū Vrsinum Petiliani comitem, ac Iacobū Triuulcium patria Mediolanensem, uiros in armis strenuos, exercitum regis Ferdinandi inperatoris captiuos habuit. Quæ res tam paruo tempore confecta in admirationem uniuersam Europam conuertit, uniuersi conclamantes & dicentes, fortunam ipsam huic regi ancillam fore effectum. Post tantam uictoriā, hic statim à pontifice Romano per legatos regni ipsius Nepolitani dyadema expostulauit, pollicens se censum consuetum quotannis persoluturum: quod cum pontifex recusasset, rex indignatione permotus, de pontificis statu mutando in animo uoluere cœpit. His sic stantibus, milites regii, multas crudelitates in regno exercere cœpere, utpote in oppido Montisfortini, inque sancti Ioannis, ac Caieta, necnon in urbe Thuscanensi, quam spoliatam euerterunt, cum multorum truculenta cæde: quibus diuulgatis, & pontifex Romanus, ac uniuersa Italia sibi plurimum timere cœperunt. Vnde icto inter pontificem, Maximilianum imperatorem, Senatum Venetum, & Ludouicum ducem Mediolanensem fœdere, tandem hic onustus maxima præda, in patriam rediens, à Venetis apud Tarrum agri Parmensis flunium, subito milite egessus, ibidem & tentoria, & regia impedimenta, non in cruenta uictoria amisit. Vbi impetratis induciis, trepidus demum ad extrema Italiæ confugit. Vbi Nouaria occupata, Mediolanensibus reddita, ac pace cum eis confecta, in patriā rediit, ubi & post annum sine liberis mortem obiit. In quo genus magni Vgonis regis defecit, qui à primo Vgone usque in hūc Carolum ultimum fluxerunt, anni quingentisex. 6694

Ferdinandus 2. Neapolita. rex.

Ferdinādus eius nominis secundus Alphonsi regis ex diua Hippolita uxore filius, à patre regno suscepto, regnauit annis. Infra spacium sedecim mensium in ipso Nepolitano regno. 4. reges fuisse compertum habemus, uidelicet Ferdinandum primum, Alphonsum eius filium, Carolum, Francū, & Ferdinandū hunc. Alphonsus autem huius pater (ut præmissum est) in aduentu prædicti Caroli Francorum regis, deposito regio diademate, regno sponte se abdicans, huic filio à populo Neapolitano dilecto imperium dedit. Qui studiis rei militaris disciplina, clemētia, pietate, iustitia, & liberalitate, qui nec manus quidem sanguine imbuisset ardentius colebatur. Qui suscepto regno dulcissimis uerbis omnibus quietum regnum polliceri cœpit, atq; iniurias omnes priuatas & publicas abolere, & proscriptis parere compromisit. Deinde milites recognoscens, stipendia omnibus tradidit, & urbes ac oppida nouis firmauit præsidiis. Postmodum cum didicisset aduentare in regno hostem, angustas suorum locorum tueri mandauit, uerum cum ex maleficiis maiorum suorum, & ipse odiosus populis esset, multa circunspiciens, tandem collectis suis impedimentis, triremes conscendens, in Porchytam insulam septem triremibus omni cum familia sua se recepit, ibidem autē per sex menses anxius subsistens, sperabat ac deprecabatur omnipotentem Deum, ut sua institia, illam fortunam, quæ Carolo hosti totum orbem pollicita fuerat, eam tandem ex alto rerum fastigio, in imum præcipitē deuolueretur. Exactis autem

autem sex mensibus,dum Francorum rex uix è manibus Venetorum euasisset,hic Ferdinandus rex à Neapolitanis rursus uocatus, summo omnium ciuium studio exceptus est. Quo audito,urbes omnes quæ in propinquo erant (eiectis Gallis)huius Ferdinandi uexilla extulerunt.Qui capite potitus,idest Neapoli adepta, ad Venetos pro auxilio confugit. Qui acceptis Brundusio & aliis quatuor Apuliæ portubus in pignus, quanta poterant celeritate,ex Lombardia Franciscum Gonzagam Mantuæ marchionem,eorum exercitus inuictum imperatorem,& ipsius regis cōsobrinum amicissimum, magno cum exercitu in regnum miserunt: hoc tempore Veneti admodum Romanorū ubique multa bellorum onera portabant soli,in Apulia & in Germania, & Sueuia equitum peditúmque delectum habebant,item in Illyria & Dalmatia,ac Græcia,& Trāspadana regione, aliisque atque aliis plurimis in locis,eorum pecuniæ diffundebantur. Ferdinandus itaque hic rex tandem auxiliatore Venetorum imperatore Francisco Gonzaga, magna difficultate Gallos omnes post annum eiecit,atq; paulò post,& ipse ex profluuio uentris sine liberis deficiens, Federicum patruum successorem habuit. In hoc autem rege fuisse admirabilem corporis agilitatem & incredibiles uires compertum habemus,fuit & eloquio blandus,& imperio quo ad uixit adeo moderatus,ut nihil etiā ab ipsa sua adolescētia in regnum deesse uidebatur.

Philippus septimus Sabaudiæ dux,hoc anno mense Martio,Carolo puerulo duce apud Monchalerium oppidum defuncto,eidem successit, & necdum plene duobus annis regnauit.Hic prædicti ducis paruuli magnus patruus, primíque Amedæi ducis papa Felix nuncupati ex filio nepos fuit,ac Caroli Francorum regis auunculus. Vir grandæuus, egregiæ prudentiæ,& eximiæ sapientiæ princeps.Quem rex Francorum Aloysius, & Carolus eius filius,tanti semper fecerūt,ut & salutem atque ruinam totius regni eorum in sua potestate haberi,ac omnium rerum suarum arbitrum esse eum uoluerint.Qui ad imitationem maiorum suorum,qui ab initio semper pacem coluere,& ipse amator pacis multa pacis fœdera,maxime inter Venetos ac reliquos Italiæ principes cum Francorum rege percussit,quibus ex rebus non modo magnam commendationem apud motales, sed & apud omnipotentem & immortalem,eum immortalitatis gloriam adipisci promeruerit.Eius autem facinora & uirtutes permultæ & præclarissimæ,si cunctæ hic scripto enarrare uoluero, operosissimum profecto opus esset.Obiit autē Philippus hic plenius dierum apud Zambelerum,magno omnibus sui desiderio,relicto Philiberto filio successore. Papa Felix.

Philibertus autem prædicti Philippi ducis filius,octauus Sabaudiensium seu Allobrogum dux,hoc anno patri in regno succedens,regnauit in præsens usque annis.5.Hic princeps in primis catholicus est,& catholicis maxime religiosis plurimū fauens.Bonus quippe atque magnanimus, cum eximia totius corporis pulchritudine atque formorsitate, ac uultus hilaritate & splendore, hunc itaque principem ex antiquissimis maiorum suorum illustrissimis Christianissimísque principibus uere effluxisse,nec degeneraasse dixerim, aut posteritatem suam interrupisse in aliquo uidetur, quod ex Othonum primorum imperatorum Germanorum originem traxere.Vnde ut antiquissimam imperatorum consanguinitatem continuare uideretur, nuper Margaritam Maximiliani imperatoris filiam elegantissimam, diuino quodam munere, cum ingenti dote duxit uxorem. Est autem huius inclyti principis,præter multorum opinionem,pergrande imperium,quod aurea felicique pace semper perfrui meruit, Nec ab re illud scripto recensere alienum puto,ut principis potentia atq; gloria omnibus nota fiat. Sunt igitur eius imperii fines in Galia Transalpina & in Italia longe diffusi.Galli enim Trāsalpini qui religione huius principis incolunt, Rhodanum & Rhenum fluuios uersus Occidentem pro finibus habent. A Septentrione uero à Germanis ad montem Iouis usque in mare Lygusticū protenduntur,ubi sunt Nicea insignis ciuitas, ac Villafrancha, cum aliis octo dyocesibus amplas ac Metropolitana sedes, quæ omnia præteritis ac huic principis in præsentem usque parent. In Italia uero maius habet imperium,uidelicet à Nicea urbe uersus Orientem & usque ad Insubrium fines protenditur, quod Pedemontium regio uocatur, in qua quidē regione præter quinq; urbes insignes sunt.50.oppida præclara,quæ omni splendore à magnis urbibus nihil differunt.Sunt præterea & alia municipia quasi ducēta,mœnibus & turribus munitissima,rerū Margarita Maximiliani filia.

copia

copia ac uiris præclarissimis insignita, quibus in locis sunt uiri illustres, Marchiones, comites atque alii plurimi equestris dignitatis uiri, qui huic principi parent, & obsequuntur.

Ludouicus 12. Francorum rex.

Ludouicus Aurelianensium dux, hoc anno Carolo Frãcorum rege sine ullis filiis uita functo, eidem non multa difficultate in ipso regno succedens, in præsens usque quinque annis regnauit. 6697 1498 Hic imprimis Carolum ducem habuit patrem, quem idem Carolus rex prædecessor ob conspirationis & rebellionis notam, ac publicam fidem uiolatam, captum, securi percuti mandauerat. Et quanquam hic filius regi ipsi fororius esset, nihilominus & ipsum post paternam cædem diu sub custodia seruari præcepit. Verum in ea captiuitate tam pertinaciter perseuerauit, ac parienter ipsa aduersa pertulit, donec (ut ita dixerim) uictam pudore fortunam, ipsum in suum reuocauerit fauorem. Et ne dum in fauorem solũ, sed & tanquam ancillam sibi subiugauerit, & iureiurando sibi eam astrinxit, ne deinceps sibi ullo modo aduersaretur. Nam cum eius imperium aliquãdiu infracto sustinuisset pectore, demum ut arbitror manus in capillos ipsius fortunæ coniecit, etiam arrepta eius coma dixisse eidem existimo, sta inquit fortuna, & me iam tandem respice, nec tibi me fugere amplius conceditur, pluribus enim annis mihi aduersa fuisti, nunc alium uultum mihi præbere abs te opus est, aut mihi blanda eris, aut tibi certe omnes crines euellam. Crediderim ipse fortunã huic regi hæc uerba dixisse: Vicisti Ludouice fateor, nec me amplius experieris inimicam. Atque ita ex captiuo duce post multas clades, hunc maximum Christianorum eleuauit regem. Quo autem iure seu quo prætextu, id permaximum munus hic Ludouicus assequi meruerit, uxoris uidelicet successione, aut alia sanguinis propinquitate nescis. In ipso quippe Carolo defuncto, magni Vgonis regis propinquitatem plærique in terreptam fuisse affirmant. Quibus etiam artibus hunc tam magnum fortunæ fauorem acquisierit, ut ex tot perpessis cladibus ita repente ad id permaximũ peruenit solium, adhuc minimum notũ habeo. Regno igitur Francorum in pace adepto, plurima apud se sapienter animaduertens, etiam Annam prædicti Caroli regis uxorem (repudiata, more gentilium, prima uxore) in coniugem accepit. Veritus ne si illam non duceret uxorem, se Britanniam insula ipsius Annæ uiduæ hæreditaria possessionem perditurum. Quæ res non sine magna ipsius regis infamia nota fuit. Nam Christianis uxorem dimittere, nisi fornicationis causa ullo modo cõceditur, scriptum est, quos deus coniunxit, homo nullatenus separare potest. Sed meum hoc in loco nihil est, de prima sede quicquã dicere, cuius opera iudicare in terris mortalium nemo potest Repudiata igitur prima uxore Caroli prædicti regis sorore, & ipsius Caroli uxore sibi desponsata etiam ipsius, uxoris paternum regnum Britannicum sine ullo belli certamine recepit. Omnia autem in Transalpina Gallia ex sententia bene cõfecta, & in eo regno cum quietissimam duceret uitam, in mẽtem uenit tempus adesse, quo Mediolanense imperium sibi iure hæreditario deuolutum facile obtineri posset.

Fortuna huic fauet.

Vxorẽ repudiat Annam.

Genealogiam ipsius recitat.

Est autem Ludouicus hic extra materna linea Galeatii uicecomitis primi Mediolanensium ducis, ex Valentina ipsius filia abnepos, cuius mulieris frater Philippus, dux, cum nullum ex se reliquisset filium, filiis Valentinæ iure propinquitatis debebatur imperium, plura itaq; circa hæc animaduertẽs, ut est hominum cõmunis infirmitas semper plure appetere, cum pontifice Romano primum, deinde cum Venetis aliisque Italiæ potentatibus fœdere inito, tandem cum Venetis uires iungens, contra Ludouicũ ducem Sfortiam per suos duces exercitum duxit, & illum, non sua potentia, sed uiri pusillanimitate ex Italia effugauit, & regnum ipsius paruo momento sine bello, aut sanguinis effusione obtinuit, annnorum natali. Christiano. 1500. men. Martio. Atque ipsum Ludouicum cum Eschanio cardilani uicecancellario fratre captiuum habuit, atque ita parui laboris tempus in multos annos, hic dignissimus rex suis posteris consuluit, cumque post mensem ad suscipiendam imperii huius Mediolanensis possessionem in Galliam Cisalpinam descendisset, & magna cum gloria & plausu à Mediolanensibus exceptus fuisset, elatus animo, de recuperando Apuliæ regno iterum animum adiecit. Vnde & haud multõ post quoque armis cum confœderatis iunctis, & auxiliaribus additis copiis, exercitum in regnum trãsmisit. At Federicus Neapolitanus rex, cum intellexisset exercitum contra se aduentare, timore quodam inani perculsus tanquam infinitæ hostium turmæ ad se debellandum uenirent, collectis

Mediolanum obtinet

imprimis

imprimis omnibus sui regni machinis, aliisque armamentis, ea protinus Valentino duci Borgiæ pontificis filio triginta milibus aureis uēdidit. Et nullo belli certamine expectato prius uxore & aliis regiis & impedimētis suis in toto positis, ad regem, ipse rex tanquam Ioachim Hierosolymorum rex protinus adnauigauit, atque ita regius Gallorum præfectus, sine ullo quasi labore aut negocio, uidelicet nullo resistente uniuersum penè regnum Apuliæ suo regni subiecit, at Nepolitani, qui super omnes Italos nouitatibus gaudēt semperq; nature consueuerunt, semper quoque in motū fuerunt, nec ullum regem pro posse diu pati consueuerunt, post non multum tempus ad regem Hispanum confugierunt, qui eò suos exercitus mittens, uniuersa in confuso posuerunt. Machinas uendit duci Valētino Nouitatibus gaudēt Neapolitani.

Federicus secundus Ferdinandi Apuliæ regis filius, hoc anno Ferdinando eius nepote sine filiis defuncto, eidem in regno succedens, regnauit annis quasi quatuor. Vir quidem ingenio & manu promptissimus, ac eloquio disertus, & à principio singulari in omnes humanitate insignitus. Qui quanquam regnum suum Neapolitanum omnibus bonis spoliatum, ac (ut ita dixerim) penè desolatum adierit, & omnia regni oppida ac urbes dilaceratas & mille modis oppræssas animaduerteret, exhaustos nedum suos, sed & ciuium suorumque thesauros, id non deo, sed suis peccatis, suorumque prædecessorum ascribens, eum Daniele propheta eum dixisse tradunt, Dem esse in cælo, qui releuat mysteria, mutat tempora, & transfert regna, ut uniuersi cognoscant, quod dominatur excelsus in regno hominum, & cui uoluerit dabit illud, à deo etenim regnum tenue inuenit, ut nedum præuidere futuræ suæ cladi, sed non necessaria ad sui suæque familiæ habere poterat. Vnde cum didicisset Francorum regem exercitum super eum missurum, omnia suæ regiæ urbis atque aliarum ciuitatum tormenta & armamenta quasi innumera, & ea quidem pulcherrima, quàm citius potuit, duci Valentino Borgiæ (ut præmissum est) triginta milibus aureis uendere curauit. Erat enim ipsa armorum uis permaxima, quam idē dux Valentinus emptor Romam cum magna omnium intuentinm admiratione adduci mādauit. Erat igitur adeo grandis, ut inde multa hominū milia facile armari posset, inde prudētissimus rex sua quæque impedimenta atque familiam in tuto reponens, tādem regno Gallis sine ulla belli contradictione dimisso, accepta abeundi licētia, ad regem in Galliam adnauigauit, & ante regem (ut aiunt) genubus prouolutus se submisit. Cuius uirtutē & humilitatem admiratus Francorum rex, bono eum esse animo dulcissimis uerbis exhortatus est, & tanquam nobilem uirum haberi à suis præcepit, hoc enim Federicum non ex animi pusillanimitate, sed impotentia rerum fuisse tradunt, quod labefactatum regnum se adiuuare & confirmare diffidebat, maximè cum gens illa sit imbellis, quæ quorumcunque bella minitantium imperata facere cōsueuerit, Atque ita in isto Federico, ut uidere uideor, regia Aragonum familia in regno Neapolitano suæ diuturnitatis finem habuit, in quo quinq; fuerunt reges, uidelicet Alphonsus primus, Ferdinandus secundus, Tertius Alphonsus, Quartus Ferdinandus, & hic Federicus quintus, qui regnarunt omnes annis eorum supputatis.78. Hoc enim Neapolitanum regnum plurimos defatigasse rerum scriptores compertum habeo. In quo postquam regum titulum ab Anacleto pontifice Romano accepit, quatuor nationes regnasse comperi, uidelicet Normanos, Germanos, Gallos, & Arragonenses, nunc à Gallis expulsos, Romani namque.135.annis regnarūt, Germani uero.75.Gallique.178. Arragonenses denique.79. Quorum omniū anni in unum supputati sunt.458. Ac sic Arragonum regum finis in isto Federico ex una parte & Ferdinando Hispaniarum rege fuit. Quorum nomina sine temporibus hic epilogando ponimus. Danielis prophetæ uerba.

Arragonum regum epilogus.

Remirus.1.	Petronilla.6.	Alphonsus.11.	Martinus.16.
Petrus.2.	Idelfonsus.7.	Iacobus.12.	Ferdinandus.17.
Alphonsus.3.	Petus.8.	Alphonsus.13.	Alphonsus.18.
Sencius.4.	Iacobus.9.	Petrus.14.	Ioannes.19.
Remirus.5.	Petrus.10.	Ioannes.15.	Ferdinandus.20.

Et Ferdinandus, Alphonsus. Ferdinandus, ac prædictus Federicus ultimus, hi quatuor Apuliæ solum reges.

Viri

Viri disciplinis excellentes.

Bononiensis philosophus & orator.

Philippus Beroaldus patria Bononiensis, utriusque linguæ peritissimus grammaticorumque & Rhetorum, ac oratorum omnium huius nostræ ætatis decus cuius nominis celebritatem Bononia musarum mater & altrix, hac nostra ætate amat, colit, & ueneratur, imò plurimum gratulatur, quod talem habeat uirum, qualem maiores sui in summa gloria habuisse dixissent, hac tempestate Bononiæ publico salario humanitatis literas docēs, summo ab omnibus habetur in precio, ad cuius doctrinæ famam & ingenii altitudinem, turmatim undique iuuenes confluunt & aduolant, qui audito homine plærique obstupescunt & admirantur, quasi ipsum è cælo fuisse demissum. Qui & si uariarum disciplinarum sit occupatus, nihilominus multa & plurima ædidit, & commentatus est, atque e Græco in latinum uertit, quæ tam præclara ab omnibus sunt habita, ut eorum labor satis authorem efficiant clarum. Quamobrem nec nostra tenui, nec alienam hic tantus uir indiget prædicatione. Hic itaq; cum iam in oratoria & poëtica facultate eminentissimū obtineat locum, etiam Platonicam & Aristotelicam iam imbibit disciplinam, ita ut inter philosophos non ultimum teneat locum. Scripsit igitur hic Beroaldus, hæc quæ subiecta sunt opuscula, uidelicet Annotationes in Seruium. Commentarii in Propertium. Commentarii, in Suetonium. Commentarii in Tusculanas qusistiones.

Libri huius hi sunt.

Nicolaus Leonicenus, oratorum omnium huiusce ætatis elegantissimus, ad hæc usque tempora senex magna cum suæ laudis gloria florenter peruenit, philosophus certe consumatissimus, idemque physicus. Qui & ipse ex ingenii sui magnitudine perpulchros in omnibus Galieni operibus composuit commentarios, quos etiam latine loqui compulit, aliúdque opusculum in medicina composuit, ubi Auicennæ inscitiam refellere uidetur, in quo docet medicos iuniores quanta in caligine rerum uersantur, in eo sanè opera hominum uita salúsque contineri dicitur, ex quo quidem opere & sibi gloriam immortalem peperit, & omnibus ægris salutem & uitam conciliauit. Plinium in multis arguere uidetur. Extant & ipsius quamplurimæ ad diuersos elegantissimæ epistolæ, quæ eius permaximam doctrinam & elegantiam præ se ferunt.

Philippus magnus Eduorum seu Burgundiorum dux, Maximiliani imperatoris filius, 6698 14..
ex Maria Caroli ducis filia & hærede uxore susceptus, hoc anno quinque & uiginti ætatis annorum existens, suum maternum & auitum imperium, per sese administrare cœpit, & Ioannem serenissimorum regum Ferdinandi & Helisabeth Hispaniarum primogenitam cum promissione omnium regnorum illorum duxit uxorem.

Cremona Cisalpinæ Galliæ nobilissima atque pulcherrima ciuitas, que diu multúmque antea principibus Mediolanensiū subdita paruerat, hoc eodem anno Septenbrio mense unà cū plurimis Claræ Abduæ oppidis in manibus Venetorum sine ulla belli oppugnatione deuenit. Conuenerat enim Ludo. Francorū rex (cui hæreditario iure Insubrium imperium debebatur) cū Venetis ipsis si auxilio sibi ad ipsum Mediolanense regnum obtinendum adessent, eam ciuitatem cum oppidis ex fœdere haberent. Quod & factum est.

Iubilæus hoc anno Romæ, non ea frequentia, ut hactenus fuit. Isque sextus extitit Iu 6699 1500
bilæus, & primo ab Bonifacio octano primo Romanum pontificū institutore, paruā ideo eum habuisse hominum frequentiam dicimus, quia bella in Italia perplura exardescere cœperant, & pestis iam ubique incœpta populos deterruit.

Dux Venetus.

Leonardus Lauretanus septimus & septuagesimus Venetiarum dux, hoc anno Octo- 6700 1501
brio mense Augustino Barbadico duce defuncto, eidem omnium bonorum suffragiis, magno cum plausu surrogatus, ducauit annis in præsens usque, nec plene duobus. Vir profecto natura uirtute & gloria tam excellens, ut pace omnium possit in multo laudis genere cum quibuscunque præteritis principibus decertare, humanissimus imprimis & sapientissimus atque iustissimus & rerum diuinarum appetentissimus, hunc ego postposita omni assentationis labe omni laudationis officio prosequendum esse puto, uerum cum ingeniū nec eloquentiam meam parem meritis suis præstare dignam posse confidam, aliis doctissimis & eloquentissimis scriptoribus sedendum puto, quàm ex maximis pauca enarrare. Sunt equidem permulta huius principis uirtutum ornamenta. Adepto igitur principatus officio, in

officio, in eo iamiam tantum fortitudinis, atque constantiæ, tantum consilio & prudentiæ demonstrauit, ut expectationem omnium quæ de se maxima semper fuit, superet atque euincat, est sané princeps hic imprimis rerum omnium urbanarum uehementer studiosus sed pecuniarum reipublicæ augendarum conseruandarúmque sané studiosissimus. Quapro pter primo sui pincipatus anno, omnes mensas introituum & exituum minutatim & diligenti examine uidere uoluit. Et habito sui senatus consilio, sancitum fuit, ut salaria quæ custodibus portarum urbium & aliorum locorum, quotannis dabatur diminuerentur. Et aliæ huiusmodi conseruandæ pecuniæ constituit.

Cæsar dux Valentianus dudum ecclesiæ Romanæ cardinalis, Alexādri pontificis Romani filius, hoc anno cardinalatu sponte à se abdicato, ab ipso pontifice maximo in Flaminia prouincia dux declaratur, ac copiis ecclesiasticis generalis imperator præficitur. Decreuerat etenim idem Alexander pontifex iamdiu omnes Romandiolæ & Vmbriæ, ac Piceni regulos omnino eliminare, suosque Borgias in eisdem atq; aliis regionibus præficere. Vnde animaduertens hunc Cæsarem gnatum suum imprimis acri consilio uirum manu ui delicet strenuum & militibus charum ac ingentis animi iuuenē, & militaris disciplinæ appetentissimum, quod ad arma pertractanda se totum contulerat, tempus adesse dixit, quo Borgiam familiam suam in Italiam propagare posset, Eūdem igitur filium Cæsarem ad se aduocans, eidem ipsam ducatus dignitatem conferens, inquit, age fili & perfice quæ nostro geruntur animo cō fide, quia nos tibi, & negocio huic omnia necessaria administrabimus, modo quoscunque tyrannnos ditionem nostram occupatores é finibus nostris extorres efficias. Quibus adhortationibus & auxiliis inflammatus Cæsar, mox nō paruo exercitu congretato, ad proterrendos & conculcandos ipsos tyrannos animo eiectus, in Catherinam Imolæ & Foroliuii dominam Hieronymi Ryarii comitis relictam primum mouit, quam & omni conatu urgere cœpit, in quam tot & tāta prælia pertinaci animo exercere cœpit, quanta ante illum nemo dicam præteritorum pontificum (non dico non fecere) sed nec cogitauere quidem. Ipsam autem Catherinam intra mœnia urbium suorum clausam, summis uiribus diu oppugnauit, licet & ipsa deintus (ultra quàm credi possit) se & suos defensaret, tandem non sine incruenta uictoria illam superauit, atque ipsam & urbes cum magno sui triumpho sibi subiecit. Et uiuam Romam ad patrem captiuam trāsmisit. Quo ex facinore pontifex mirum in modum exhilaratus ipsum totis præcordiis apud omnes miris laudibus extulit. Fauētiam deinde urbem inexpugnabilē Manfredorum principum antiquam sedem pari modo diu multúmq; expugnatam, tandem cum Hastore puero principe etiam cum ingēti uirtute cœpit, & præsidiis suis firmatam, puerū similiter captiuum Romam perduxit. Hisdem terroribus cæteri aliarum urbium reguli, uidelicet Arrimini, Pisauri, Camerini, & Vrbini timore perculsi, cū didicissent prædictas urbes tot tantisque cladibus fuisse afflictas, cum & ipsi tale formidarent uulnus, nisi suis euestigio consulerent rebus, demum animaduertentes se tantos belli motus sustinere non posse, collectis suis impedimentis, relictisque ciuitatibus trepidi fugere. At eorum ciuitates mox partim uoluntaria deditione, sese ultro suo subiecere imperio. Ita ut in præsens usque & tota Flaminia Vmbriáq;, paucis exceptis locis, in eius potestate sint redactæ. Piceni uero pars & Latina iamiam timore concussæ ad eum defecere. Thuscia quoque pluribus in locis eidem pater, Plumbinum uero inexpugnabile oppidum Apianensium regulorum domicilium, quod nunquam Alphonsus potentissimus Arragonum rex assequi potuit, modico negocio hic sibi subdidit, Senegalliam denique præfecti Romanorum urbem sibi & successoribus suis à Sixto pontifice amplissimo priuilegio concessam, hoc anno qui est tertius supra Millesimum quingentesimum à natali Christiano annus, expugnatam ui cœpit, & militibus suis (cum magna hominum cæde) diripiēdam concessit. Nec in præsentiarum quiescit cum Perusium, Typhernum alias permultas sibi subiecerit, etiam sui opinione tumēs uexare cœpit, illustres & antiquas Romanorum familias uidelicet Vrsinos Columnenses atq; Sabellos, ex quibus nonnullos illustres é medio tulit. Atque ita Cæsar hic tempestate hac cum sibi fortuna plurimum arrideat clarus & potens ultra modum effectus est. Mi... certe incredibilis hominem penē inermē paucis diebus tot confecisse belorū

facinora,totque regiones,tot ciuitates & oppida,suo potuisse imperio subiici. Id profecto effecere intestina illarum gentium odia,que semper diuisiones & simultates plurimas & easdem graues aluere, que utinam tandem finem habeant, plus enim negotii Romanis fuit ipsas regiones acquirere,quã(ut ita dixerim)reliquo orbi frena imponere. Ex his itaque facinoribus & bellis feliciſſime confectis, crediderim ipse huic uiro id Cæsaris nomen non casu,sed potius quadam potentiori natura fuisse impositum,ut in aliquo magno Cæsari Romano in rebus gerendis consimilis haberetur. Quam opinionem & Plato philosophus,ubi de nominum impositione scripserat,contestatus est. Quid autem de futuris huius dicendum sit,sapientioribus & sanctioribus id munus relinquo, cum de futuris aliqua polliceri non poſſimus,qua diuina maiestas cæca caligine occulit.

Sichinus quidem Armenus seu Persa,ex gente Sumcassani,maximi Persarum regis oratorum ducẽs,quem uulgo ipsis in partibus,ac etiam nostris prophetam appellat,hac ultima nostra tempestate incredibili populorum potẽtia illis in partibus surrexit, & permaxima quotidie in bello ad perterrendos hostes perficit facinora. Qui inter cætera ad instar quasi primitiuæ quondam Christi ecclesiæ uult apud suos omnia fore communia, ut quod uni deficit alter ditior subministret,ut non sit inter suos alius qui esuriat, & alius ebriosus. Vnde & ad prioris nascentis ecclesiæ imitationem, sui imperii fundamenta iacere uidere uisus est. Mandatque ut sui quicunque,se fratres inuicem appellent. Cunque aliquam apprehendit ciuitatem,eius mœnia e uestigio aperiri ac deiici præcipit.

Io. præsbyter & Apuliæ rex. Ioannis autem præsbyteri maximi Indorum & Aethyopum Christanorum patriarchæ uitam moresque, ac sui pontificatus tempora pro more suscepto conscribere cupiebam, sed propter locorum ipsius distantiam, & raram nostrorum hominum ad gentem illam accessionem, quæ circa illius temporis & uitam prolixum est, habere non potui. Verum generalia illorum pontificum seu patriarcharum quedam conscribenda dignum duxi, & quammaxime quæ circa illorum uitæ longitudinem ac potẽtiam, nec non & rerum mirabilium gentium quoque diuersitatem,quæ à nonnullis accepimus,hic in calce operis conscribemus. Et imprimis quidem hoc Ioannis præsbyteri nomẽ apud Indos & Aethyopes præcipuum & generale suorum pontificum est cognomen,quod quidem cognomentum & ipsi patriarchæ ad humilitatis indicium(sicut & pontifices Ro. se seruos seruorum dei appellare cõsueuere)pro præcipuo suæ magnæ dignitatis titulo accipere. Hos itaq; Christianiſſimos & domini nostri iesu Christi ueros esse cultores multi cõfitentur, quos apud Aethyopiam in primis Matthæus apostolus, deinde Eunuchus Candacis reginæ constituerunt,atque in India beatiſſimus Tho. apostulus,ad fidem Christi conuertit. Horum autem Christianorum & gentium Ioan. ipse præsbyter,non solum pontifex, sed & magnus censetur imperator. Cui quidem imperio & septuaginta parent reges, atque tributa multa quotannis exoluunt. Quorum etiam in pontificatu uigintiseptem supra centum archiepiscopos præsidere dicuntur, & eorum quilibet uiginti ad minus habent suffaganeos. Inter quos multi regio funguntur titulo. Et hi omnes alternatis uicibus, diuersis in obsequiis,eidem pontifici suo subministrare dicuntur. Eo tamen in imperio,non omnes principes Christiani esse dicuntur, sed idolorum cultores, licet annua ipsis pendant tributa. Hos autem patriarchas, propter aẽtis salubritate,& uiuendi modestiam, multos centum & quinquaginta annos in sana ualitudine exceſſiſſe tradunt. Qui uxores more Iudæorum & Græcorum ducant, ad eas tamen nisi gignendæ prolis gratia nũquam accedunt. Eorúmque pontificatus sedes in quadam permaxima ciuitate nomine Bibrith constituerunt,in qua etiam propemodum indicabiles sedes & aulas eos habere dicuntur,cum omni splendore & decore exornatas. Ad cuius maiestates seruitia triginta utriusque sexus hominum milia sunt deputata. Cumque in bello contra hostes Christiani nominis proficiscuntur,ad decies centena milia in exercitu perducuntur. Nec mirum esse uidetur,quia cum apud Indos nulla unquam uisa sit pestilentia, faciliter innumerabiles congregantur exercitus. In suis namque exercitibus uiginti magnas cruces multis refertas diuitiis deferri faciunt. Quando uero cum aliquo ire contigerit,archiepiscoporum nostrorum more, crucem ligneam nullis insignibus exornatã, in memoriã paſſionis domini nostri iesu Christi, ante se

Cruces multas in exercitu portãt.

ante se perferri iubet. Afferri etiam uas aureum simò plenum ob suæ mortis diem commemorandam præcipit. Maxima enim apud eosdem pontifices rerum diuinarum & officiorum celebrandorum cura & studium habetur. Quorũ mos in celebratione missarum & baptizandorum (quibusdam ceremoniis exceptis) cum sacerdotibus nostris per omnia concordatur. Et cum apud eos summe coli iusticiam uelint, nullæ fraudes, nullàque periuria, aut adulteria, & his similia, apud eos raro inueniuntur. Ipsius autem celsitudinis cutiæ, uidelicet domorum & apparatuum, dicere nõ sufficimus. Eorum uero templa & ecclesiæ, nostris maiores ornatioréſque esse dicuntur, sed tantũ testudinis structæ referuntur. Corpus sancti Danielis prophetæ ob maximam ipsius deuotionem, quilibet eorum Indorum patriacharum in Babilonis deserto apud Ballachiam urbem conditum, quotannis inuisere consueuit. Sub huius etiam imperio in superiori India, apud quandam maritimam urbem, nomine Malpuriam, corpus sanctissimi apostoli Thomæ in quadam amplissima ornatissimáque ecclesia summa cum reuerentia à Nestorianis hæreticis conseruatur. Quorum patriarcha tempore Eugenii quarti papæ legatos Romam misit, ut de fide catholica certiorarentur. Et cum Occidentali & Romana ecclesia uniretur. Ipse autem patriarcha ditissimus in auro & argento perhibetur, eo quòd à singulis patribus familias totius sui patriachatus, pro annuo censu unam unciam argenti purissimi percipiat, in horũ autem patriarcharum Indorum aula, Bragiones seu Bragmani philosophi & astronomi plurimi habitant, uiri religiosissimi. Quorum de numero, quosdã aliquando uisi fuerunt, trecentorum ætatis annos excessisse. Ad quos plurimi pro singulari miraculo confluebant. Hi uniuersam Indiam percurrentes, sua astronomia edocti, multa de futuris prædicunt. Hos idem præsbyter Ioannes summo ueneratur honore, in ipsius etiam imperii dominio diuersis sub regibus diuersa reperiuntur hominum monstra, ac bestiarum serpentúmque & fructuum genera. Quamobrem etiam aliquid de eisdem dicendum est. Et primo in Aethiopia circa Nili fluminis ortum, est quædam permaxima ciuitas nomine Nauaria, in qua quidem potẽtissimus rex dominatur, qui & huic Ioanni præsbytero subiicitur. In cuius quidem regia tãta est mortalium multitudo, ut sibi à mille armatis singulis noctibus excubias fieri faciat, ut si quod in eadẽ urbe tumultus exurgerent, coerceri possent. Isque apud Aethiopes rex regum appellatur, eo quod sub ipso multi subsint reguli, hi etiam reges cum Christiani sint, unam tantum ducunt uxorem, & unicas habent literas, licet diuersis pronuncient linguis. Et more nostro, à festo Natiuitatis domini nostri Iesu Christi, usque ad quadragesimam celebrant carnisprìuium, diéſque festos in choreis & epulis solennizant. Adueniente deinde quadragesimali tempore, maxima ciborum abstinentia se affligunt. Hi quidem reges uniuersum solum habent amenissimum, & in omnibus (uino excepto) feracissimum. Arbores enim per multas & in auditas ac nobis incognitas eos habere dicuntur, & quam maxime in maritima uersus Indiam Zynziber, Gariopholi, Nucemusmatæ, & alia multa aromatica, sicut in India colligunt. Sed cum lana careant, lineis sericisque uestimentis, & eisdem præciosissimis uestiuntur. Viri annulos multos, fœminæ uero brachialia uariisque aliis ornamentis lapidibus præciosis distincta differunt. Apud eos reperiri dicuntut boues gibbosi & permaximi, canésque magnitudine asinorum nostrorum, quos leones in uenatione expectare non præsumunt, habent & elephantes ingenti magnitudine, atque leones permaximos educare dicuntur. Sũt & apud eosdem reges inter cætera mõstruosa uarii coloris animalia Elephanto persimilia, quæ habẽt duo cornua cubiti lõgitudine, unum uidelicet in fronte, & reliquum in naso. Aliud etiam animal admodum leporis, odoris sua uissimi. Aliud insuper esse animal in Aethiopia referunt permaximum, cuius quidem caudæ pili magno uenundantur precio, eo quòd mulieres earum, eos pro magno differant ornamento. Alia atque in Athiopia inueniuntur animalia syluestria, uidelicet Simiæ, & etiam alia eis simillima, & infinita propemodum monstra, atque aues quæ pedibus uelocissimẽ currunt. In desertis quoque Aethiopiæ uastissimi serpentes inesse asserunt, quinquaginta cubitis lõgos, ac alios pestiferos uarii generis. Distat autem Aethiopia ab Aegypto itinere dierum quinquaginta. Et hæc uniuersa penẽ Ioan. præsbytero in multis subiicitur. De cuius situ & magnitudine uide supra lib. 2. Et Strabo suo in libro ultimo meminit.

Corpus Danielis prophetæ.

Diuidit Indiam


Ndia autem maximum continet imperium. Quæ quidẽ in tres diuiditur partes, uidelicet in anteriorem, interiorem, & ulteriorem. Prima uero à Persis incipiens, usque ad Indum fluuium protenditur. Secunda ab ipso Indo, usq; ad Gangem. Tertia denique quæ ulterior appellatur, nullum habet terminum Et illa quidem est & opibus & omni urbanitate longe aliis præstantior, & quadam ciuili consuetudine nobis habet consimiles mores, domósque speciosissimas atque perpulchra habitacula, cum omni suppellectili & reliquis rebus ad uitæ humanæ politiam pertinentibus, atque ab omni Barbaria fœditate dicuntur alieni. Viri quidem perhumani, & mercatores opulentissimi, & illi soli Indi ulteriores more nostro uiuere dicuntur scilicet in mensis & reliquis nostris politiis. Reliqui autem Indi omnes semper in terra super stratis tapeciis comedere dicuntur. Vites autem & uinum plurimis & quasi omnibus Indis desunt. Conficiunt tamen eorum potum, non disparem à uino, & ibidem apud quãdam regionẽ, uidelicet inter Indum & Gangem est lacus, cuius aqua mirabilis est saporis. Vlteriores Indi (dempto frumento) omnibus ad uitæ sustentationem abundant, neque etiam illi barbam, sed capillos capitis nutriunt, quos serica corda tam uiri quàm mulieres post occiput ligant. Tonsoribus utuntur, sicut nos, eadémque sunt corporis statura, & uitæ breuitate, sicut & nos. Dormiunt in lectis, & culcitras tenent super lecticas eorum ornatissimas. Eorum item uestimenta locis in pluribus sunt dissimilia. Lanæ usu omnes penè carent, sed lino & serico abundant, quod certe ex omnibus ad nos aduentantibus coniicere possimus, quia omnia culcitra linea uestiri uidemus, eorum mulieres argentum & aurum ac preciosissimas gẽmas, & quidẽ multas, ad earũ ornatum deferunt. In interiori uero India omnes ferè unicas habẽt uxores, reliqui maiori ex parte plures habere uolũt. Anteriori autem India istis utuntur moribus. Imprimis quidem alios in sepultura mortuorum suorũ excellere dicuntur, quia cum mirabili pompa & magnificentia cum innumerabilibus diuitiis suos sepeliunt mortuos. Hi etsi præsbytero Ioanni subiiciantur, non tamẽ Christiani sunt, sed sacerdotes quos Bachalos uocant, more suo habent, qui se mirabili abstinentia semper quasi affligunt, & ab omnibus animantibus abstinent, sed leguminibus & fructibus tantum sustentantur. Et cum eos deficere contigerit, eorum uxores cum eis comburuntur. Et illi sacerdotes, ut plurimum incantationibus uacant, hi apud suos, uxoribus defunctorum suadent, ut cum marito defuncto se comburi permittant, pollicentes post mortem, eas etiam cum marito gaudere. Quorum exhortationibus alacri animo in ignem prosilire dicuntur. Naues Indi non more nostro fabricant, sed lõge maiores. Aliqui Indi uarios adorãt deos, quibus & templa nostris & simillima construuntur. Varios sacrificandi usus habẽt, quibus etiam multos celebrant dies festos. Nuptiásque suas Indi maximo dum gaudio & canticis & tubis nostro more celebrãt, & pro eis conuiuia sumptuosissima præparãt, in quibus dies permultos die noctúque uacant. Quædam eorum regiones monetam non habent, sed pro eis quidam utuntur quibusdam lapidibus, aliqui autem ferro in modũ acus, aliqui cartis regis nomine inscriptis. In aliquibus etiam locis, & maxime anterioris Indiæ ducati nostri habentur, atque alias monetas aureas & argenteas suo more habent. Citeriores Indi in præliis suis utũtur iaculis, ensibus, brachinalibus & scutis. Inferiores autem arcu, & casside, lorica, & torace. Vlteriores autem bombardas, & cæteras machinas, ad expugnationem urbium, sicut & nos habent. Pauci Indi papyri usum habent, sed multi utplurimum in arborum foliis scribunt. Indi etiam suum annum in duodecim mensibus sicut & nos diuidunt, sed illum uariè computãt, maior tamen pars ab Octauiano Augusto illum sumere dicuntur, quo imperãte pax uniuerso orbi parta fuit. Furta & fraudes Indi plurimum detestantur, & acriter damnant. Et hæc de moribus Indorum dicta sufficiant.

De sacrificiis

De nuptiis.

Monetam nõ habent.

De mõstria Indorum

Insunt & apud Indos plurima mõstruosorum hominum genera, de quibus supra li. 2. multa tractauimus. Quorum de numero, aliqui dicuntur monoculi, eo quod unum tantum in fronte habeant oculum. Alii autem cum os non habent, sed per nares tantum solo halitu uiuunt. Alii cubitales uiri, qui cum gruibus bellum iugiter habent. Alii ibidẽ miræ magnitudinis uiri, qui ad quadragesimum altitudinis cubitum excellunt. Sunt & apud Indos Cynocæphali, qui canina habẽt capita atque latratus. Et alii sine ceruice homines,

qui oculos tantum in pectore habent. Gignit & India Hermaphrodites homines, qui utrumque habent sexum. Atque Faunos, & Satyros, & alia perplurima monstra, sicut & in India in quodam permaximo flumine conchis nomine pisces hominibus similes, qui noctu aquam exeunt, & ligna colligunt, ac ex collisione lapidum ignem excutiunt, & ligna iuxta aquas comburunt, & alios pisces ad splendorem ignis atrahunt, & eosdem capiunt & comedunt. Et hi aliquando capti, à forma masculorum & fœminarum nihil differre uidentur. Sunt & alio in loco Indiæ pisces bobus & equis similes, quos Amazones fœminæ, in bellis suis utplurimum ducunt. Illos quidem uelocissimos dicunt, & cum ex prælio redeunt, illos in fero uinctos, in aquis tanquam in stabulo reponunt. Adsunt & in quadam insula nomine Tepobranes, Theopophagitæ uiri crudelissimi, & moribus asperrimi, qui permagnas habent aures, & illas plurimis gemmis ornare dicuntur. Hi carnes hominum pro summis delitiis comedũt, domos habentes depressas, ad euitãdos solis ardores. Et hi in auro gemmisque præciosissimis plurimum abundant. Isti piper colligunt alio dissimile, ibidem & Ganges permaximus fluuius habetur, ubi sunt Cochodrilli permaximi, ac alii pisces nobis incogniti. In India quoque sunt serpentes infesti grossitiæ hominis, absque pedibus, quos incolæ regionis illius pro summis delitiis comedere dicũtur. Alii etiam serpentes alio in loco, uidelicet in Malabria prouincia sunt, sed ulnarum longitudinis, innocui nisi irritentur, qui puerorum uisu plurimum delectantur. In quorũ capitis parte, posteriori apparet quædam homini facies uariis coloribus picta, hi incantationibus capiuntur, & uiui ad spectacula circunferuntur. Aliud serpentum genus in alia prouincia nomine Susmaria quatuor pedibus longa, quorum corpora optimus est cibus. Eorumque cornua diuersi sunt coloris, & cum uisu pulcherrima sint, ad eorum thecas utuntur. Alios item serpentes ipsæ Indorũ prouinciæ miræ pulchritudinis ferre dicũtur, qui sunt uolatu uelocissimo, & præ cæteris uenenosi. Sunt & in eisdẽ prouinciis cati syluestres uolatiles formicæ insuper rubeæ, magnitudine paruuli canchri, quas illi populi pro summis delicits comedunt. Boues insueti in finibus Cathasii nascuntur nigri & albi, qui crines, & caudam equinam habent. Quorum pili sunt potẽtissimi & subtilissimi atque in modum plumæ uolatiles, qui & magno extimentur precio, quibus ipsi flabella conficiunt ad regios usus. Est & in India Macinum prouincia innumerabilibus referta Elephantis, & eius rex ad decem enutrire dicitur, qui miro modo capiuntur, & fame quammaxime domantur. Cuius prouinciæ rex super albo Elephãte miro apparatu uehitur. In India perpulchræ reperiuntur aues, inter quas sunt Psittaci & Cachi, qui ad nos perferuntur, que apud nos magno sunt in precio. Phœnix etiam (ut aiunt) unica auis in interiori India inuenitur, quæ mira dulcedine canit. Ex India denique quæque præciosissima nobis perferuntur, uidelicet in lapidibus gemmisque preciosis, ac aliis aromatibus ut sunt Smaragdi, Saphyri, Ametisti, Adamantes, Carbunculi, Thopasii, Chrisoliphi, Onichinus, Berilli, & reliqui omnes ferè lapides præciosi, Inde & Gyngiber, Nucesmuscatæ, Macis, Gariopholi, Piper duplicis naturæ, Canella, Camphora, Aloës, & Vercinum, Mana quoque, & reliqua omnia aromatica, ex huius Ioannis præsbyteri imperio nobis deuehuntur. Non tamen omnia una in prouincia simul colliguntur, sed diuersis in prouinciis, quia in Sandaya insula Nucesmuscatæ & Macis, & Gyngiber colliguntur. Gyngiber enim ex quibusdam arbusculis altitudinis duorum cubitorum extrahunt, quod inuisentes cineri ad solem exsiccare faciunt. Gariopholi autem in quadam alia insula nomine Bauda producuntur, soli & illam insulam nigri homines possident. Camphora uero & lignum Aloës in Occidentali Indiæ plaga apud quandam maritimam nomine Cayampa inueniuntur. Piper denique & Canellæ, que grossæ appellantur, & etiam Gyngiber atque lignum Verzinum in Malabria prouincia cum aliis pluribus aromaticis fructibus colliguntur. Lapilli etiam præciosi uariis modis ac diuersis prouinciis colliguntur. Indus autem lapis præciosissimus ad Ioannem præsbyterum ab Aquilis dicitur miraculose quasi perferri, qui ad seruãdum oculorum lumen & ad illud restituendum plurimum confert, si in annulis gestetur. Est & in India res dictu mirabilis, uidelicet arenosum mare aquis penitus carens, quod tamẽ sicut cætera maria intumescit & à uento agitatur. Hos etiam se uidisse sanctus Macharius Aegyptius, diuus

Viri qui carnes humanas comedunt

ACCESSIO IN SVPPLEMENTVM CHRONICORVM, EARVM RERVM QVAE TVM APVD NOS, TVM APVD EXTEROS, HACTENVS GESTAE SVNT: AB ANNO SALVTIS 1500 AD ANNVM 1535.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.



CVM nihil unquam aut excellentius aut præstãtius ad humani generis commercium ac societatem ab antiquis iudicatum sit, earum rerum cognitione, quæ à maioribus suis superioribus temporibus actæ essent: ut uel ex hac ratione petito argumento, quid sibi agendum, quidúe fugiendum præuiderent: tum illud sanè mihi perquã laudandum uidetur, quod ab iisdem identidem obseruatum fuisse uideo: ut quæ res aut publicæ aut priuatæ quotannis agerentur, hominum memoriæ ac posteritati remanerent. Quod factum, ut meo quidem iudicio grauissimum, & omni laude digniss. uidetur, ita profectò haud paruam prouinciam assumpsisse credibile est eos qui hisce rebus conscribendis non uulgarem operam adhibuerunt. Quo in loco nobilissimos tum antiquos, tum recentiores historiarum scriptores omnes annumerare licet: quorum labor & industria perinde æstimanda est, atque eorum qui nobis ad bene rectéque uiuendum, uiam commonstrare studuerunt. Neque uero id sine maximo, & grauitatis suæ, & honoris discrimine ab iis factum fuisse quisquam existimare debet. Magnum enim est, atque haud scio an omnium maximum, temporis sui exactissimam rationem habere, & eadem opera, posteris ex æquo consulere, ac res ipsas, quemadmodum se habent, postposita omni calumniæ suspicione, ad unguem exprimere uelle. Quamobrem hoc etiam mihi in mentem uenit, ut suspicer, eum qui tale quiddam conscribere aggrediatur, id quidem nõ sine maximo periculo, aut famæ, atq; interdũ etiam suiipsius iactura, facile ac libere facere posse: præsertim si de sui sæculi rebus agatur. Quid enim quæso est periculosius, quid odiosius, quàm ea recensere, quorũ memoria ut quibusdam iucunda fuerit, ita permultorum animos in caput tuum commouebit? Quid calamitosius, quàm exulcerata, angusta, infelicia tempora recensere? Quocirca nemini mirum uideri debebit, si grauato animo, ac non ita prompto & inclinato hæc prouincia à nobis suscepta est, ut in Supplementum Chronicoaum, (opus primum à pio & religioso quodam uiro conscriptum, usque ad annum 1500,) auctarium nostri temporis adderemus. Neque enim quenquam latere puto, quantis turbinibus ac procellis hactenus iactata fuerit nostra Gallia, omnium alioqui regionum felicissima: quàm infausto & infelici fortunæ telo uulnerata, nescio quot annos grauissime laborarit, post diuturnam cum ipsa sorte conflictationem. Quibus tamen malis, tandem liberata est, ut nunc caput attollat, uires resumat, animũ multò alacriorem quàm antea paulisper erigere conetur. Atqui hæc omnia quanquam aduersissima, & nostris auribus admodum infensa, recensenda tamen esse quis negauerit? Quod enim posteris relinquitur, id purum, syncerum, atque ab omni fauoris suspicione alienissimum esse debet: neque uero ei qui probus historicus esse uolet quicquam reticendum, aut ulli parti magis addictum esse oportet quàm alteri: nisi descriptioni ipsi grauitatem atq; authoritatem omnem prorsus adimere uelit, ut potius mendacis aut fabulosi nomen incurrat, quàm historici. Potest tamen (atque id omnino, mea sententia, debet) uitia, aut parum decora si quæ incidant, egregio colore aliquo, aut dicendi ratione paulò remissiore obtegere, ut in hac parte suis æque ac posteris consulere uideatur. Sed id profectò quodammodo subdifficile apparet. Atque id est quod nostrum animum ab hoc instituto aliquantisper reuocauit: fecitque ut minus audacter negotium hoc attentaremus: nisi tandem amicorum conuitia ac preces calcar nobis addidissent. Quibus ad extremum deuicti: nullum non mouimus lapidem, ut hac in re posteritati à nobis satisfactum esset. Congessimúsq; suo ordine ex uariis qui de hac re tum Latinè tum etiã uulgariter conscripserant,

ea ferè omnia quæ à nostris Gallis in hunc usque diem acta sunt. Data est insuper opera, (si non quæ debuit, saltem quæ potuit) ut non solum nostræ regionis, sed etiam Transalpinæ, & aliarum propè omnium uicinarum regionum memorabiles historiæ, in unum ueluti fontem & riuum concurrent, ac certo ordine dilaberentur. Quem ordinem proximùm est ut explicemus, priusquam ad rem ipsam deueniamus.

Primum igitur, quod ad supputationem attinet, archetypum, ac primum scriptorem ita sequuti sumus, ut ab eodem annorum numero, quo ipse opus suum clauserat, atque ab ipso eodem anno simus exorsi. Quinetiam uiroa doctos, & illustri quodam ac memorabili stemmate insignes, eo ordine dispofuimus, quo prior ille posuerat, nempè post rerum gestarum explicationem. Quam ita tractauimus, ut primum externas, hoc est Italicas, Germanicas, & alias huiuscemodi historias contexuerimus: deinde uero, ad priuatas & ueluti domesticas fit progressus. Atque ubi externa desunt, tum quidem à priuatis ordimur: nonnunquam etiam aliquot annos prætermittimus, quorum nulla rerum præclarè gestarum memoria extat. Viros insuper doctos, non quibuslibet annis adscribimus, sed per aliquot ueluti annorum interualla: Incipimúsque ab eo tempore, quo primùm florere incœperunt. Eorum quoque uel opera, uel præclarè gesta, obiter & succinctè recensemus, ne nimis longus sermo noster, lectoribus fastidium pariat. Sed nunc res ipsa nobis feliciter attentanda est.

EXTERNA.

Alexander papa.6. Lexandro.6. Pont. Max. celebratur Romæ Iubilæus: atq; ab iis qui uenire neglexerant, aut minus potuerant, per diplomata fit licitatio. Per id tempus expulsis Gallis Mediolanum occupat Ludouicus Sfortia, ad.3. Non. Iunias. Quo factum est, ut multi religionis ergò Romam proficiscẽtes, misere ab hospitibus enecti sint. Quinetiam id (proh nephandam tyrannidem) uulgo de Sfortia circunferebatur, pro quoque capite Galli execto quod ad se adferretur, nummum aureum tradidisse. Deficit ad Gallos comes Galeatius. Atque iterum nouus à Ludo.12. Gallorum rege creatur exercitus, Io. Iacobo Triuultio duce, qui & ipse à Ludouĩ. Sfortia male habitus ad Gallos transierat: cui etiam Veneti se pugnæ comites addiderunt: tum quòd intestino odio Sfortiam prosequebantur, tum etiam ut iure aliquo possent Insubribus potiri, si liceret. 6699 1500

Ludo. Sfortia Medio. occupat.

Ludo. rex.12. Medio. recipit. Ludouicus rex, Mediolanum recipit. Fugit Sfortia ad Maximilianum, interceptúsque tandem à Ludouico Tremollio, dum se in Heluetium conuestierat, inter Germanorum turmas, Lugdunũ adducitur. Cuius postea liberi, & frater Cardinalis Ascanius potentissima, manu circunsepti, fuga salutem petentes, à Soncino Veneto ad Riuoltum occupati, ibidem etiam adducuntur. Henricus Britanniæ rex, Iacobo Scotorum regi Margaretam filiam, & Ferdinandus Hispaniæ rex Catharinam filiam Arthuro Henrici filio, Vualiæ principi dedit uxorem.

Hactenus Robertus Guaguinus.

PRIVATA.

Anna Galliarum regina, dux Britonum, honorificè Lugdunum ingreditur.

Pons D. Mariæ uirgini ædificatur. Ad.16. calend. Apri. iactus primus lapis, eius pontis apud Parisios, qui nunc D. Mariæ uirgini sacer est: summóque in precio apud exteras nationes habitus.

EXTERNA.

Gallorum bellum in Turcas. Alexander.6. Pont Max. decimam instituit, quæ undecunque corraderetur, ad bellum suscipiendum aduersus Turcas. Galli exercitum in Turcam mittunt: monitore Pontifice: hi uero ad Mytilenem congressi, infeliciter fusi sunt. Heluetii in Burgundos infiliunt, quorum impetus, tam facili negocio à Ludouico reprimitur, quàm inconsultè rem attentauerant. 6700 1501

PVIVATA.

Circa finem huius, Philippus Archidux Austriæ, & princeps Hispaniarum, Lutetiam ingreditur: ubi honorificè à Ludouico rege atque adeo summo senatu acceptus est: unà cum filia regis Aragoniæ, & Elisabeth Castellæ regina. Sancitóque fœdere, Ludouicus, Carolo Philippi filio Claudiam unigenitam spopondit. Arthurus Henrici Britanniæ re-

niæ regis filius, diem claudit extremum. Romæ maxima Tiberis inundatio.

EXTERNA.

6701 1502 Galli Neapolim obſident, duce Aubiniaco. Qua deuicta Fredericus rex Neapolitanus in Gallias captiuus ducitur, cum uxore & liberis: ad. 16. calend. Maii. Galli Capuam occupant. Tota ferè Sicilia in Gallorum ditionem uenit. Inde uero ſe confert exercitus in Turcas, duce Philippo à Rauaſtano, cuius animus bello plurimum exercitatus Salamina inuadit, ac ferro, flammáq; diripit. Huic autem res pro uoto quàoptime ſuccedebant, niſi Venetorum fides longe aliud præſtitiſſet quàm pollicita erat. Tantum enim abfuit ut commeatum Gallis præberet quem promiſerant, ut etiam Turcis ipſis iter facerent in Gallorum copias. Quo factum eſt, ut Gallorum numeroſus exercitus funderetur, unde pauci redierunt incolumes: & duo &. 30. ex Galliis nobiles captiui apud Turcas perducti ſint: ad quos redimendos, inſtitutæ ſunt à ſummo pontifice permultæ indulgentiæ. Veneti autem, quorum exercitui præerat Authonius Grimanus, ut aliqua nube culpam tegerent, Cephaloniam impetunt atque occupant. Atqui Turca Neopactum (quod uulgus Leupactum uocat) ui accipit. Inde uero in Forumiulii ſe confert, atque illinc prædam opimam nanciſcitur: futurúmque erat, ut iam ea uictoria potiretur, niſi Bernardinus Hungarus comes Francpanus ſtrenuè illum fugauiſſet. Itaque Turca, occiſis plæriſque quos ſecum abducebat Chriſtianis, per deuios & inacceſſos montes fugiens, ægrè ad ſuos traiecit. Anna Candalli principis filia è Galliis, regi Hungariæ deſpondetur. Galli Neapolim obſident.

EXTERNA.

6702 1503 Pactum cum Ludouico Galliarum fœdus, Hiſpanus uiolat: atque eo incauto Neapolim occupat, duce Gonſallo Ferrando: ex nutu atque fauore Alexandri pontificis: haud ſine magno certamine tamen, ac uehementiſſimo Aubiniaci ducis propugnaculo. Cæterum id factum quidam autumant, quæſtorum bellicorũ culpa, qui militibus ſtipendia deti nerent. In ea pugna deceſſit Ludouicus Armigniacus, dux Nemorenſis. Ac ſubinde, dum tanti facinoris ultio paratur à Ludouico, in ipſo itinere Trimollius dux exercitus ac prætor maximus, infelici morbo corripitur. Alexander Pont. moritur, atque ex ueneno, ut quidam autumant: ad. 17. Calen. Septemb. anno pontificatus ſui. 11. Die poſt eius obitum circiter octauo & triceſimo, creatur Franciſcus Picolomineus cardinalis Senenſis, Pii ſecundi ex ſorore nepos: idque factum eſt. 36. cardinalium ſuffragiis. Huic autem nomen inditum eſt, Pio Tertio. Vir fuit acri ingenio, & bonarum literarum ſtudioſus: ſed animo in Gallos paulò concitatiore, quàm & pontificia dignitas & uiri prudentia expoſtulare uiderentur. Pandulphus Malateſta, poſt Alex. Pont. mortẽ Ariminũ recipit, qui cum ſubinde à Cæſare Borgia eiectus eſſet: ad extremũ tamen, Guidone Feretrano ſuppetias ferente, iterum reuertitur. Pius. 3. Pont. Max. triceſimo ab electione die moritur, ex abſeſſu in crure, quo diu laborauerat. Gallis plurimum obſuit dum uiuetet. Fuit autem pontifex ex quorundam ſupputatione ducenteſimus. 16. aliis, 24. Per id tempus maximus fuit Gallorum cum Hiſpanis congreſſus, ut parum abfuerit, quin Neapolis iterum reciperetur. Vacat ſedes per dies. 14. Poſtea uero creatur in Pont. Iulianus cardinalis S. Petri in uincula, Sixti. 4. nepos. atque huic nomen inditum Iulio. 2. Fuit Ligur, Saona ortus, haud procul à Genua. Pontificatus ſui initio, Gallis plurimum fauit: quapropter à Ludouico. 12. adiutus, Bononiam Ioanni Bentiuolo eripuit. Quod tamen beneficium ingrato animo ſuſcepiſſe uiſus eſt. Sedit decennio, ut ex ſequentibus uidebitur.

Hiſpani Neapolim occupant.

Alex. Pont. moritur.

Pius. 3. Pont.

Pius. 3. Pont. moritur.

Iulius 2. Ponti. Maximus.

Leonardus Lauredanus Venetorum dux, Neritum expugnat, aduerſus Turcam, quod oppidum uulgo S. Maura dicitur: eſt autem ueluti promontorium quoddam, tantum Euripo mari à Corintho diſcretum. Quo demum hoſti reddito, pax cum eo facta eſt: ac Venetis tuta quocunque nauigatio permiſſa. Alexander Poloniæ & Bohœmiæ rex. Emanuẽl, Luſitaniæ rex. Ioannes Daniæ & Noruegiæ rex. Philippus Hiſpaniarum rex. Ladiſlaus. 7. Vngariæ rex. Ludouicus. 12. Galliarum rex. Henricus. 7. Britanniæ rex. Ioannes Indorum Aethiopiæque pontifex & imperator. Iſmaiis Sophi rex & prophæta Perſarum. Solimanus Turcarum imperator.

Veneti Neritũ expugnant.

PRI-

PRIVATA.

Facinus horrendum. Lutetiæ dum celebratur officium diuinum, ad sacellum quod Sacrum dicitur, iuuenis quidam, literis operam nauans, amentia quadam correptus, sacratiss. corporis Christi hostiam, dum à sacerdote extolleretur, uiolentis manibus corripuit, confricatámq; in terram proiecit. Quapropter grauissimo pœnæ genere, publicé de eo sumptum supplicium, flammísque uiuum eius corpus ambustum est.

VIRI LITERATI.

Volaterranus. Raphael Volaterranus Italus, uaria eruditione præditus, atque infinitæ pené lectionis, quod ex eo opere facile iudicari potest, cui Commentariorum Vrbanorum titulus est ad Iulium. 2. pont. max. Vertit præterea in Latinum sermanem Xenophontis Oeconomicū.

Pontanus. Ioannes Iouianus Pontanus, incredibilis scientiæ uir: cuius etiam de omnibus feré scientiis extant monimenta, præter Epigrammata, Syluas, & permulta alia egregia poëmata, ad quæ conscribenda natus esse uidebatur.

Agricola. Rodolphus Agricola, Phrysius, singulari uir ingenio, cuius scriptis ars dialectice plurimum decorata est.

Reuchlinus. Ioannes Reuchlinus, Hebraicæ linguæ studiosus, cuius prima elementa primus Latinis attulisse fertur. Habitus est tamen à quibusdam in Hæreticorum numero.

EXTERNA.

Dux Ruyelus Tribunus militum, quem uulgus Mareschallum uocat, à Gallis Russilionem mittitur. Ab eo Salsæ oppidum obsidione tentatur, quod iam deditioni sese accingebat, nisi Tribuno Hispano fauens, Narbonam ualetudine simulata se contulisset. 6703

Ferdinandus Hispaniarum, à Ludouico Russilioneis finibus inducias petit: quas tandem sub spe integerrimæ pacis obtinuit. Atqui non ille pacem, sed exitiale bellum moliebatur. Philibertus Sabatensium dux, fato concedit. Arcturus Henrici. 7. Britanniæ regis filius, Margaretam regis Aragoniæ filiam in uxorem ducit. Portus magnus Cæsariensis in Africa, à rege Hispaniæ obtinetur. Comes Palatinus Rheni à Cæsare uictus. Cæduntur Bohœmi. Bellum Bauaricum.

PRIVATA.

Ludouicus. 12. Franciscanorum regulam emendat, ex consilio cardinalis Ambaxii.

Anna regina Caroli antemortui regis relicta, Ludouici. 12. uxor, iterum summo honore coronatur, ac Lutetiam ingreditur, ubi honorificé admodum suscepta fuit.

Aestus maximus & ardentissimus, segetes cælestis roris penuria laborantes corrumpit. Hinc multis in locis annonæ summa caritas. Quam subinde per totam feré Galliam pestis atrocissima subsecuta est: sed maxime Lugduni, & apud Delphinatum regionem.

PRIVATA.

Ioanna Biturigum dux, Ludouici. 11. filia, moritur Biturigi. Fredericus Neapolitanus obiit Turoni. Hic uero de Ludouico. 12. fuerat plurimum meritus: atque ab eo finiit Aragonensium familia, penes quam urbis Neapolitanæ regimen esse consueuerat. Vixit autem Fredericus apud Gallos captiuus, sed honorificé tamen, annos quinque: ingentibus & amplissimis reditibus in Gallis à Ludouico donatus. 6704 1505

EXTERNA.

Maxima pugna in Asia, inter regem Persarum, quem Sophy appellant, & Turcam. Quo in certamine multa Turcarum milia cecidēre. Elisabeth Castellæ regina, Ferdinandi uxor, fortissimo & haudquaquam muliebri animo aut effœminato, de regno quod uulgus Granatam uocat, contra Turcas dimicat. Quo adepto, gloriosissime tandem mortua est. Ferdinandus autem postea sororem comitis Fuxii Galli, in uxorem duxit. Quo factum, ut fœdere maximo iungerentur inter se Galli & Hispani. Philippus Austrius, socru mortua, regnum uendicaturus, cum Ioanna uxore in Hispanias traiecit, ut maternum regnum dotis nomine possideret. Ac pauló post nunciatum est Hungariæ reginam obiisse. Iulius. 11. Pont. Max. accepto à Ludouico Galliarum rege maximo subsidio, Bononiā apud Italos accipit, contra Ioannis Bentiuoli copias. 6705 1506

PRIVATA.

Franciscus Valesius, dux Angolismensis, ac secundus regni hæres, Claudiani primogenitam Ludouici regis, ex Anna duce Britonum, fœlicissimè ducit. Id autem factum est Turoni, non sine maximo totius populi applausu.

EXTERNA.

6706 1507 Genuenses à Ludouico deficiunt, atque in Gallos impetum mouent: expulsisque urbe sua Gallis omnibus, tinctorem quendam plebeium, ducem sibi constituūt, cui nomen fuit Paulo de nouis. Relicto itaque equestri ac nobiliori ordine, & patritio: comparataque ingēti classe Menæci arcem obsidēt. Neque desunt qui affirment Iulium pontificem eorum conatibus fauisse: eiúsq; non paucas naues in Ligustico mari uisas fuisse.

Quod factum acerbo atque iniquo animo ferens Ludouicus, numeroso exercitu terra marique coacto, Genuam occupat: ducémque ipsum correptum, dum per mare fuga salutem petit, capite puniri iubet: cæteris omnibus, ut pius semper fuit, æquo animo parcens. Philippus Austriæ, fato fungitur. Contrahuntur sponsalia inter Carolum, Castelle principem, archiducem Austriæ factum, & Mariam, Henrici. 7. Anglorum regis filiam. Hactenus Polydorus Virgilius.

PRIVATA.

Conuentum est de pace ad Cameracum inter Iulium pontificem, cum Galliarum, Hispanorum, ac Romanorum regibus: fiúntque commenta de suis urbibus recuperandis, quæ iniquo iure à Venetis detinebantur.

Franciscus à Pola institutor ordinis eorum fratrum quos minimos appellant, moritur apud Plessios. Hic uero cum post mortem beatus existimaretur: summa diligentia præscripti ordinis fratres curauere, ut eius memoria in sacris canonibus transferretur. Quod postea ex summi pontificis authoritate factum est.

EXTERNA.

6708 1509 Ludouicus, iuxta conuenta Cameraci acta, Venetis bellum indicit: hoc nomine, quod falsò & iniquo iure quibusdam urbibus potirentur, quæ ditionis Mediolanensis essent, præterea etiam quibusdam alis, quæ summo pontifici, atque adeo Hispaniarum regi deberentur. Itaque coactis tum Heluetiorum tum Gallorum permultis copiis, quorum ipsemet dux esse uoluit, sub uerum tempus alpeis traiicit: fuitque tanta Venetorum audacia, ut etiam regis exercitum expectarēt eò loci, qui uulgo dictus est Egnadel, atque illuc ad 13. Calen. Iunias maximus factus est congressus: erant enim & numero, & uiribus ferè pares. Cæterum is tandem fuit belli exitus, ut fusis Venetorum turmis, ducéque capto, cui nomen Bartholomæo Aluiano, ac plærisque aliis ex insignioribus, nemo superfuerit, præterquàm cui facta est fugiendi copia.

Ludouicus huius certaminis nobilissimam palmam consequutus, quæ suæ erant urbeis, ac Mediolanensium iuris, recepit, Brixiam, Bergomum, Cremonam, præterea aliquot alias: quæ uero ad pontificem spectabant, eas Iulio secundo reddidit, Seruiam, Rauennam, Imolam, Fauentiam, Forumliuii, & cæteras. Regi autem Romanorum, Veronam, Patauium, Taruisium: præterea regi Hispaniæ, Tarentum, Brundusium: quas omnes frequentissimas ciuitates, falsò occupauerant Veneti. Victor itaque rex, Mediolanum petit: ubi dispositis ritè negotiis publicis, mox in Gallias se confert.

Tanti uero beneficii immemores tum summus Pont. tum etiam rex Hispaniæ, ac Romanorum, anno exoluto inimicitiarum signa dederunt Ludouico, contra omnia fœdera ac commenta Cameraci habita. Iulius, Venetos in amicitiam recipit: atque à Ferdinando Hispaniæ rege auxilia in Ferrariæ ducem Ludouici socium obtinet. Proinde Ludonico duæ ciuitates munitiss. eripiuntur, Mutina, & Mirandula, quas tamē postea infracto animo persequutus, iterum adeptus est.

Iulius bello lacessit Ludouicum, petitq; ab eo Genuā ac Mediolanum. Qui, ut erat pio uir ingenio, ac religioso, cū nollet in summū pontificem sæuire, aut quod minus iustū uidebatur, agere; reipsa demū urgēte cōsultius putauit, uiros doctos, pios, religiosos, sanctos, in consiliū adhibere, priusquā quidquā temerè & inconsultè aggrederetur. Itaq; conuocatis

Galli uictoriæ compotes, duce Pallicio Rauennam ingrediuntur, quam non solum accipiunt, sed etiam miserè depopulantur. Solimanus Turcarum imperator. 11. patrem regno exuit. Imperauit annis. 7. Duos Sultanos post diuersa bella uicit & occidit, Aegyptum, Arabiámque suo adiecit imperio.

PRIVATA.

Nunciatum est, Annam uirginem quandam apud Augustam Vuindelicorum, quadragesimum ætatis annnum transegisse nullo unquam cibo aut potu assumpto: quod non solum præter naturæ institutum, sed & quibusdam incredibile propemodum uisum est.

Relatum est præterea, Paulo ante Rauennatem excidionem, monstrum quoddam in ea urbe natum, miræ admodum uarietatis. Huic enim in ceruice duo assurgebant cornua, cæterum brachiis caruit, sed & alas brachiorum uice uespertilionum more habuisse creditum est, atque alterum pedem aquilinum, alterum humanum: in cuius tibiæ parte superiore, ad ipsum genu, ueluti oculus quidam maximus prominebat. Quinetiam hermafroditum fuisse aiebant.

EXTERNA.

6711 1512 Ducis Nemorēsis mortui cadauer adducitur Mediolanum, captiuis omnibus, signisq; præuiis, quæ in bello Rauennati ab eo direpta fuerant. Atq; ita in ædem maximam solenni pompa insignitum, curauit Pallicius honorificè transferendum, ac sepeliendum.

EXTERNA.

6712 1513 Iulius, ob acceptas superioribus annis grauiss. clades, Parthenopem, (quæ hodie Neapolis dicitur) cogitat: plurimum enim sibi timebat, nisi à Sedunensi præsule retractus, id consilium accepisset, ut Maximilianum, Sfortiam, Heluetiósque in regiam ditionem per Senonensem agrum transmitteret. Quam uim, ægerrimè potuit Pallicius aperto Marte reprimere, cum iam maximam peditum partem, quæstores exauthorassent, ut postea uidebitur. Pallicius, collectis aliquot militibus, præsidia munitioribus locis ponit: ipse, cum paucis, Ticinum se confert: unde celerius abire compulsus est quàm cogitarat, propter hostium cum ciuibus consensum.

Iulius, missis clàm ad Britannos, Heluetios, ac Romanorum regem legatis: effecit, ut interea temporis, dum Galli in Italiis defendendis plurimum erant occupati: regnum ipsorum multis in locis obsideretur, tum ab Anglo, tum uero ab ipso Maximiliano & Ferdinando. Quapropter, dum illuc confugere coguntur Galli, Maximilianus Mediolanum occupat. Proinde cardinalis Medices quem in bello Rauennati captum Pallicius secum abducebat, clàm è suis manibus elabitur: ac Gallis ipsis tantum illud optime cessit, quòd incolumes in patriam rediere. Maximilianus Mediolanũ occupat.

Ferdinandus Hispaniæ rex, iniustissimè, ac nullo propemodum iure, Nauarræ regnum occupare nititur. Illuc uero Dunensis princeps non sine copioso exercitu à Ludouico missus, Britannicam classem quæ Aquitanici maris portum occupabat, timens: media uia consistit, dum à Ludouico per literas maiores copias expectat. Atqui dum cunctatorem agit, Hispani celeritas, Papillonam primariam Nauarræ urbem in saltu Pyrenæo intercipit. Ferdinandus Nauarræ regnũ occupat.

Franciscus Valesius, princeps generosiss. duce Burbonio comite, Aquitaniam ingreditur: quorum aduentus fama, Britannos in suos fines compulit. Ferdinandum inducias petere cœpit, quæ tandem illi concessæ sunt.

Maximum inter Anglos & Scotos certamen: de quo triumpharunt Scoti, præterquàm quod in ea pugna regem suum amiserunt.

Fœdus perpetuum inter Gallos & Venetos proclamatum: quo fœdere, Galli Bartholomæum Aluianum, & Andræam Gritum, qui captiui Lochiis detinebantur, Venetis reddunt incolumes. Fœdus inter Gallos & Venetos.

Henricus. 8. Britanniæ rex, maximum in Gallos exercitum terra marique profert.

Ammiraldus nauis Anglicæ præfectus quã regiã appellabãt, in Britones insilit: cuius conatus dũ Primogaius, eius nauis ductor quã Cordigerã uocabãt, ab Anna Augusta cõstructæ, magno impetu reprimere tẽtat: dũq; infracto atq; alacri animo utrinq; cõcertaretur,

casu

Pugna naualis inter Anglos & Gal. Heluetii in Burgũdos. Morinum ab Anglis occupatum. Leo Medices creatur in Pót.

casu euenit, ut ignis in utramque nauem coniectus, non solum naues ipsas, sed & unum & alterum ducem cum toto fere exercitu consumpserit. Atqui tādem naues aliquot Gallicæ quæ ex tam graui clade superfuerant, Britannos ipsos cogunt in suum sinum se conferre. Ludouicus exercitui Britannico apud Picardos delabenti occurrit. Interea uero Burgundorum munitissimam urbem Diuionem obsidēt Heluetii, ad quorum conatus reprimendos missus est à rege dux Trimollius: qui cum eis ita se gessit, ut non aliis quàm auri uiribus deuictos, eos in patriam redire compulerit.

Iterum nescio quid moliuntur Heluetii, ad quos mittitur à Ludouico, dux Burbonius: cuius sagax ingenium persacile tandem effecit ut illi Trimollii promissis æquo animo perstiterint: uidebantur enim nolle ad hæc accedere. Anglus comite Maximiliano Morinum occupat, quod nunc Teroana dicitur: in cuius propugnatione capitur Longæuillæ princeps: ac plærique alii Galli in Britanniam captiui abducuntur.

Iulius.II. Pont. maximus, post exactum pontificatus sui annum circiter nonum, fato tandem concedit. Huic uero Cardin. Medices, Leonis.X. titulo insignitus, sufficitur. Vir literarum ac literatorum studiosissimus: & pacis amator. Sedit autem annis octo, ut postea uidebitur. Ludouicus Trimollium ducem, cum exercitu apud Insubreis mittit: qui tandem apud Nouariam ab Heluetiis fusus est.

PRIVATA.

Anna dux Britonum, Ludouici.12. Gallorum regis nobiliss. uxor, Blesis obiit, ad.6. Idus Ianua. relictis natis duabus, Claudia, & Renata: quarum illa Francisco Valesio, hæc uero, Herculi Estensi, Ferrariæ ducis filio postea nupsit. Adducitúrque demortuæ cadauer, in ædem D. Dionysio sacram, circa idus Februarias. Sceptrum bis gesserat, fuerátque duorum regum uxor. Hyems maxima ac frigidissima per totas Gallias, ut Lutetiæ permulti frigore obriguerint.

PRIVATA.

Ludo. Henrici sororem ducit in uxorẽ. Ludo. regis mors. Franciscus Valesius Gallorũ rex christianiss. Ludo.12. succedit. Maria Ludo. relicta duci Suffortio nubit.

Ludouicus, Claudiam primogenitam Francisco Valesio Angolismensi tradit in uxorem: quæ res non sine maximo populi fauore contracta est. 6713 1514

Ludouicus, Mariam Henrici.8. Anglorum regis sororem, in secundam uxorem duxit, apud Abbatisuillam. Quo fœdere Morinum, ac Tornacum ad Gallos redierunt. Maria autem per singulas urbeis per quas illi uia fuit salutata, atque honorifice accepta, in Dionysiana æde summa pompa coronatur ad calendas Nouembreis.

Haud multo post, Ludouicus rex fato concedit, atque in Dionysiano ad latus Annæ primæ uxoris honorificè sepultus, ad calendas Ianuarias. Regnauit autem annis plus minus.17. Fuit uero Galliarum rex.57.

Ludouico.12. succedit Franciscus Valesius, illius gener, ac primus ex tertio gradu affinis. Vir mira ingenii, formæ, ac fortitudinis præstantia excellens. Cæterum pietatis amantissimus, liberalis suprà quàm dici possit, amoris in literatos penè incredibilis: humanitatem maximam præ se ferens, ut uel minimorum congressum, nunquam sit aspernatus. Armis autem quantum ualuerit, posteriora satis aperient. Itaque statim ab electione Remos petit, quæ est Campaniæ Galliarum ciuitas munitissima: atque illuc de more ac consuetudine antiquorum regum, cælesti oleo illitus, ac subinde sacro diademate in Dionysiana coronatus, Lutætiam repetit, atque illic ingenti omnium applausu honoricentissimè susceptus est. Fœdus init Franciscus cum Carolo Austrio, cui eidem quicquid prius sub Margaritæ Austriæ tutela attentarat, remisit. Præterea comite Nassautio procurante, Renatam Ludouici filiam, ac Claudiæ Augustæ germanam Carolo despondet. Maria Ludouici relicta, ex nutu Henrici. 8. duci Suffortio datur in uxorem, assumpta in Gallia dotali pensione: quam subinde regiis ornamẽtis atq; insigni pompa decoratam, Caliseum deduci, atque honorifice concomitari iubet.

Petrus Nauarræus, in castello Lochiensi captiuus, à Francisco rege non solum liberatus, sed etiam multis præmiis atque honoribus affectus, totius exercitus regii præfecturam obtinet. Carolus Burbonius à Frācisco ea dignitate insignitur, quæ uulgo Comitis stabilis dicitur. Lothoringo duci assignatur Caroli Burbonii soror, apud Ambaxios.

RES IN ITALIA GESTAE.

6714 1515 Franciscus fortitudinis ac magnanimitatis suæ signa ostendere cupiens, copiosissimo exercitu coacto cuius ipsemet dux fuit (nondum autem excesserat tertium & uigesimum ætatis suæ annum) infracto animo alpeis traiicit ac superat, uia quadam compendiosa & perdifficili, neque unquam prius tentata. Reliquerat autem Lodouicam matrem prudentiss. quæ dum ipse abesset, totum regnum administraret. Statim in ipso Pedemontanæ regionis ingressu, Prosperum Columnā à Leone.x.pōti.max.missum, in Maximiliani Sfortiæ subsidium capit, apud castellum quoddam quod uulgus Villam Francham appellat, eúmque in Gallias captiuum adduci iubet. Taurinum ingreditur, Carolum Sabaudiensium ducem illuc repertum secū in expeditionem ducit. Heluetios audacter persequitur donec Nouariam uentum est. Nouariæ cum de fœdere cum Heluetiis feriundo res ferè transacta esset, atq; illi iam fide obstricti nummorum ingentem copiam à Frāncisco expectarent, factum est, ut Maximiliani suasu atque adeo Sedunensis cardinalis monitis, eorum animi statim in contrarium sensum conuoluti sint. Itaque nondum acceptis pecuniis, in Gallos impetum faciunt. Franciscus Heluetiorum conatibus it obuiam: illi contra animosissime pugnant: Ventum est ad manus iuxta Melignanum oppidum: ac per biduum totum cruentissime decertatum. Ad extremum, Heluetii dum cæsorū numerum, se impares, alios fortiores cernunt, Francisco cædere coacti, atque in fugam conuersi, fidei uiolatæ meritò supplicium ferunt. Id uero factum est ad.18.cal.Nouem. In eo certamine moritur Frāciscus Burbonius Castelleraldi dux, item Imbecurtus, Tallimōtis princeps, Bussiacus, ac plærique alii. Francisco Mediolanum patet, præter unam tātum arcem, in qua dux Sfortia se receperat. Qui tandem dum alteram arcis suæ partem in terram disiectam ac prostratam uidet, animum statim ad deditionem parat. Eum uero honorificè hab.tum in Gallias mittit Frāciscus, assignata amplissima pensione, Heluetios autem in suam regionem saluos ire permittit. Ticinum ultrò se Francisco offert. Quod etiā faciunt permulti Heluetiorum duces, accepta tamen ab eo pecunia. Bartholomæus Aluianus Venetorum exercitui præfectus, Mediolani decedit. Qui dum uixit, plurimum profuit Francisco in consequenda uictoria. Leo.x. Franciscum per literas in consilium uocat. Itaque Bononiæ unà conueniunt. Atque illuc de sanctione, quam pragmaticam uocauerunt, actum est inter eos, necnon de mittendo in Turcas exercitu qui communitus priuatisq; & publicis pecuniis compararetur. Cæterum is tandem fuit eius cōcilii exitus quod inter summum pontificem & Franciscum regem Bononiæ habitum est, ut eas urbeis quæ Mediolensium iuris essent, Pōtifex Francisco redderet, eique fidem obstringeret Franciscus, curaturū se, ut omnia quæ de sanctione pragmatica deliberarant, maturè conficeret.

Franciscus rex, Italias petit cum exercitu. Prosper columna capitur. Heluetiorum strages. Franciscus Mediolanū recipit. Pragmatica sanctio Cruciata.

Hadrianus Boysiacus ex Francisci uoto, ac pontificis authoritate, in cardinalium ordinem ampliss. relatus est. Franciscus composito cum Heluetiis fœdere, in Gallias se recipit, relicto Carolo Burbonio, qui Insubriæ prorex esset.

Interea temporis Maximilianus Cæsar à Sedunensi cardinale stimulatus per Veronensem agrum Mediolanum cogitat, quem facile expugnaturus uidebatur, nisi Burbonius infracto animo restitisset. Itaque conficta Hungariæ regis morte, Maximilianus fuga salutem petit. Burbonius pacata Insubria, suffecto sibi Lautrecio, in Gallias redit.

Maximil. frustrà conatur Mediolanū recipere.

Per id tempus Ferdinandus rex Aragoniæ moritur, cuius uitam descripturus erat Laurentius Valla, incomparabilis memoriæ uir, nisi immatura morte nobis fuisset ereptus: scripserat enim regum aliorum historias, quas nobis unà cum aliis permultis singularis eruditionis suæ monimentis, reliquit.

Regis Arago. mors.

Laurentius Medices, Leonis.x. frater, maximæ authoritatis uir, decedit Florētiæ. Fuit autem antiquitatis plurimum studiosus, cuius adhuc extat locupletissima bibliotheca, omnium ferè antiquiss. authorum monimentis referta. Quam nunc in manibus habet Franciscus à colle Florentinus, uir admodum eruditus, eámque in optimum ordinem disponendam curauit. Hic autem Laurentius Medices, pauloante quàm uita excederet, matris Francisci sororem in uxorem duxerat.

Laurentii Medices obitus.

PRIVATA.

Mon-strum. Cruci signatorum seditio in Hungaria. Apud Andegauos mulier quædam uno partu quatuor femellas enixa est, atque alia quædam postea tres filios. Visum est ibidem monstrum incredibilis formæ, uitulus geminum caput, caudam geminam, pedes octo habens. Quod quidam in luxum temporis ac pernitiosum & deprauatum uiuendi morem à natura commentatum existimarunt.

EXTERNA.

6715 1516 Carolus Archidux, Austriæ, Hispaniarũ & Nauarræ rex, ducis Albretensis filius, regno suo infelicissime spoliatur, ab ipso Aragoniæ rege. Mittuntur ab Hispanis pro Carolo Archiduce, rege catholico (nam is adhuc iunior erat) legati, qui de pace cũ Francisco agerent: Itaque Nouioduni res est transacta, eo iure, & Archiduci, Ludouica Francisci primogenita despõderetur, per uerba quæ uocant, de futuro: erat enim annicula tantum, aut ad summum bima: nata quidem Francisco dum in expeditione Mediolanensi esset. Cæterum permultæ illic fœderis atque amicitiæ leges conscribũtur. Quo tempore illa in Hispanias duci deberet: quid hæreditatis, dotis nomine acceptura esset à patre: quid æquum esset agere, si prior illa, aut prior ille moreretur. Quibus transactis, Franciscus legatos secum Lutetiam ducit, Rauastenúmq; principem illic honorifice acceptum, multis donis exornat: initum præterea à legatis fœdus publicè iuramento sanxit: allatúmque ab Austrio torquem aureum militari ceræmonia recepit, & suæ militiæ quæ est D. Michaelis, monile ad Austrium misit, perpetui amoris pignus. Authorato cum Catholico rege fœdere, Franciscus Ambaxiam se confert, atque illuc à D. Claudia uxore alteram filiam suscipit.

Ludouica Frãcisci primogenita Carolo Austriæ despondetur.

PRIVATA.

Promulgatur publicè Parisiis, atque adeo per totas ferè gallias Iubilæus in Turcas. Id autem fuit quod cruciatam uulgus appellabat. Cuius rei gratia incredibilis pecuniarũ numerus corrasus est, etiam pauperrimo quoque nonnihil offerẽte, dum omnes de religione cogitant. D. Francisci à Pola memoria in sacros canones redacta, ex summi pontificis authoritate, procurantibus id summa diligentia fratribus iis qui se minimos appellant. Est autem eius corpus apud Andegauos. Franciscus petente id summo studio pontifice, pragmaticam illam sanxionem quæ in colloquio Bononiensi inter eos conclusa fuerat, publicè Parisiis per cõpita promulgari iubet. Quod quum iniquiss. animo ferre uiderentur, tam studiosi omnes, tum etiam maiores ac rectores uniuersitatis, ut parum abfuerint à ciuili dissidio: Francisco tandem æquius uisum est, reipublicæ operam dare, tranquillitatẽ tueri, pacem colere, præsertim inter ciues: neque populum suum præter ius & æquum opprimere.

Cruciatæ promulgatio apud gallos.

Pragmatices sanxionis promulgatio.

VIRI LITERARVM STVDIOSI.

Andræas Naugerius. Andræas Naugerius patritius Venetus, incredibili eloquentia, ac dicendi summa facultate præditus: ut unam & alteram legationem ad Cæsarem & Galliarũ regẽ, non sine maxima gloria, obierit diligentiss. Vir antiquitatis plurimum studiosus, cuius rei in ultimo legationum suarum itinere, libellum conscripsit, sed eum non quidem integrum nobis reliquit: dum enim omnia diligentius perscrutatur, rediens iterũ ex Hispaniis per Gallias, morbo in ipso itinere infeliciter correptus, magno suorũ dolere, Blesis mortuus est. Extãt eius nonnullæ orationes & epigrammata: quæ fortassis maiori cum fœnore nobis relicta fuissent, nisi tãtum uirum mors inuidisset nobis. Philippus Beroaldus, iunior, Bononiensis: uir eloquens ac facundus, cui etiam, quemadmodũ & priori Beroaldo, ob multa Ciceronis loca restituta, atq; ob eiusdẽ Cic. libros aliquot repertos, plurimũ debet ætas nostra: hunc autẽ Leo. 10. bibliothecæ suæ locupletissimæ præfecerat, quæ nũc adhuc Florẽtiæ extat. Marcus Musurus, natiõe Græcus, Venetiis floret, summo uir ingenio, industria longe maiori, præsertim in uersibus Græcis conscribendis. Sub quo dedit operã Lazarus Bonamicus Bassianàs, nostræ ætatis singulare quoddam ornamentũ. Cæterũ Musurus plurimos libros Græcos Aldo imprimendos tradidit atque emendauit: ut etiam antiquissima uolumina quibus hodie utimur, illi accepta referre debeamus.

Philippus Beroaldus

Marcus Musurus.

Baptista

Baptista Egnatius Patritius Venetus, bonas literas .30. ferè annorū spacio publicè Venetiis professus: utriusq; linguæ studiosiss. haud mediocri uir ingenio, & de quo nemo nō honorifice prædicare possit. Conscripsit Cæsarum uitas, qui post illos duodecim fuerunt, quos Suetonius expresserat. Aldum sua opera plurimùm iuuit: ac Paulum Manutiū bonis literis tinctum nobis reddidit, qui patris officio nunc quamdiligentiss. fungitur. Baptista Egnatius.

Aldus Manutius Romanus, uir admodum eruditus & diligens, primus artem impressoriam nobilem fecit: cui quòd uiros doctos aluerit, amarit, summo honore affecerit, plurimum debemus: eorum enim opera ac diligentia in emendādis uoluminibus tum Græcis tum Latinis utebatur. atq; ob hoc à Leone .10. Pont. Max. plurimū amatus, ut etiam persæpe familiariter Aldum suum, per literas concitaret ac cohortaretur. Cæterum quod ad artem suam spectat, tam curiosus fuit ac diligens, ut paulò ante quàm nobis reciperetur, characteres argenteos mira dexteritate effòrmarit: quòd existimaret argentum ipsum uiuacius atq; integrè magis formas literarū referre, quàm aut plumbum aut stannum: adeò neq; operæ suæ, neq; sumptibus pepercit, ut rempub. literariam iuuaret. Quinetiam idem Grammatices principia atque elementa diligentiss. conscripsit, quæ nunc quoq; in manibus omniū sunt. Mortuu. est autem hoc anno, quatuor relictis liberis: quorū duo publicis negotiis dant operam: Alda filia, nobili cuidā Mantuano nupsit, postremus Paulus Manutius, patrem & ingenio & arte omnino referēs, ac de quo omnes eruditi spem optimā cōceperunt, rem paternā, nō minore diligētia quàm ingenii uigore quotidiè augere studet. Aldus Manutius.

Faustus Andrelinus Foroliuiēsis: festiuus ac iucūdus magis quàm ornatus poëta: dum se Parisiis publicè suam artem profitentē, Laureatū appellari gaudet. Cæter uirà doctus, & quibusdam satis probatæ eruditionis. Conscripsit aliquot eclogas & disticha atq; Epigrammata quædam, item epistolas quas uulgus adagiales uocat. Faustus Andrelinus.

Leonardus Aretinus uir doctus admodum & utriusque linguæ studiosus, permultos libros Græcos, latinitate donauit. inter quos aliquot Galeni opuscula reperies. Conscripsit etiam historiam de bello Gotthorum, ad imitationem Polybii. Leonardus Aret.

Thomas Linacer Anglus, fideliss. Græcarum literarum interpres: cuius uersionis extant nostra memoria permulta Galeni opera accuratiss. quidem conuersa, ut nihil magis integrū aut purum in re medica desyderari possit. Quæ omnia suis typis Colinæus, uir de re cusoria apud Parrhisinos bene meritus summa diligentia excudi curauit. Scripsit præterea Grammatices elementa: puerorum ingeniis utilissima. Thomas Linacer.

Io. Rauisius Textor Niuernensis: per aliquot annos bonas literas Lutetiæ priuatim docet: tandē uero ad scribendū conuersus cōscripsit officinā omniū ferè historiarū ac rerum memorabiliū quæ apud omnes authores receptos inueniri possunt, confertissimā. Præterea Epithetorū librū, iis utilissimū, qui facili labore, condendis uersibus operam adhibere cupiunt. Reliquit præterea nobis epistolas ac dialogos aliquot festiuissimos. Rauisius Textor.

Iason legisperitus, multis annis iura docuit apud Ticinū oppidū: atque in antiquos iureconss. permulta ædidit, quæ nunc etiam eruditissimis quibusq; probantur. Obiit autem anno .1419. Iason legisperitus.

PRIVATA.

6716 1517 Francisco regi nascitur primus filius, regni hæres, apud Ambaxios, pridie Calen. Mart. Quem summa pompa atq; honore maximo, in sacratiss. baptismate, susceperunt, Vrbini & Lothoringiæ duces Leonis .10. Pont. nomine. Vnà cum Margareta Alenconia regis sorore pientiss. Huic autem paternum nomen inditum est, ut nunc quoq; Franciscus appelletur. Delphinus uerò ob hoc dictus, quod antiquo iure Delphinates primum regis filium, ducem suum appellare soleant præterea neminem ab ipso rege. Delphinus nascitur.

Vrbino duci, filia Bononiēsis comitis, eius Bononiæ quæ in Gallia est, collocatur: cum qua liberalissime, donatus, in Italiam se recipit. Franciscus, animi causa totam Britanniæ oram inuisit: cui dum illic uersatur, Ludouicæ primogenitæ suæ mors denunciata est.

EXTERNA.

Ludouicus, Hungariæ & Bohœmiæ rex, per hæc tempora patri succedit.

Fames maxima per totam Germaniam.

nisi sinistro fato nobis tam cito ereptus fuisset, erat sané quod de eo feliciſſimum aliquid expectaremus. Tanto autem honore atque amore proſecutus eſt Bembus ſuum Longolium, ut etiam ipſi mortuo amoris ſigna oſtenderit. Huius enim ſepulchro tale Epitaphium incidendum curauit Patauii in æde D. Franciſco ſacra.

CHRISTOPHORO LONGOLIO BELGAE, ROMANAM CIVITATEM PROPTER EXIMIAM IN STVDIIS LITERARVM PRAESTANTIAM ADEPTO, SVMMO INGENIO, INCREDIBILI INDVSTRIA, OMNIBVS BONIS ARTIBVS PRAEDITO, SVPRA IVVENTAE ANNOS, IN QVIBVS EXTINCTVS EST, MAGNO CVM TOTIVS ITALIAE MOERORE: PETRVS BEMBVS AMICO ATQVE HOSPITI POSVIT.

Te iuuenem rapuere Deæ fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent moriturum tempore nullo
Longoli, tibi ſi canos ſeniúmque dediſſent.

Extant autem noſtra memoria adhuc aliquot Longolii epiſtolæ, item etiam orationes nonnullæ, quas dum uiueret, Romæ habuerat. Quæ omnia Ciceronianam phraſim ad unguem referre uidentur.

Paulus Aemilius, Gallorũ nomen ſuis ſcriptis inſigne facit. Fuit in conſcribenda hiſtoria tam diligens, ut omneis ſui temporis hiſtoricos, longo interuallo poſt ſe reliquerit. Proinde uir grauiſſ. ac morum & conſiliorum integritate plurimum ualens. Paulus Aemilius.

Io. Calphurnius Brixienſis, utriuſq; linguæ ſtudioſus: bonas arteis Patauii per aliquot annos publicé profitetur. Plurima ædidit, quæ nobis aperta nõ ſunt. Extant tantum eius cõmentaria in Heautonti. Terent. quam Donatus nõ explicarat. Porrò Patauii etiã ſepultus eſt, in ædibus D. Ioãni in uiridario ſacris. Cuius Epitaph. in marmore inciſum tale eſt. Calphurnius.

Calphurni cineres ſunt hic, poſſeſſor olympi
Eſt animus, uolitat fama per ora uirum.

Raphael Vrbinas, noſtra ætate pictor excellentiſſ. apud Italos: permulta ſuæ artis præſtãtiſſ. opera ſub Leone pontifice ædidit, quæ adhuc hodie in pontificum ſacratiſſ. palatio uiſuntur. Cuius rei gratia ab ipſo pontifice maxima ſtipendia promeruerat. Multa præterea antiquorum monumenta elegantiſſ. depicta noſtræ memoriæ reliquit. Raphaël Vrbinas.

Michaël Angelus Fluentinus, ſtatuarius præſtantiſſ. qui cum Raphaeli Vrbinati picturam quoque inuideret: factus eſt tandem pictor admodum excellens. Eius opera uiſuntur in ſacratiſſ. pontif. ſacello: ſtatuæ item in æde D Ioannis in Laterano, ad Iulii Pont. ſepulchrũ. Vir Cerebri delicatiſſimi, & qui leuiſſimã rem impatientiſſ. ferret. Mortuus eſt Ro. anno. 1534. Extant eius imagines prælis excuſæ quæ ab omnib. maximo habẽtur in præcio Michaël Angelus.

RES IN ITALIA GESTAE.

6720 1521 Leo. 10. Pont. Max. Vrbini ducatum Roma. eccleſiæ adiũgit, Franciſco duce expulſo. Alfonſus Eſtenſis Ferrariæ dux, ac Bozuli oppidi in agro Mantuano princeps, per eccleſiæ potentiam, Mutinam & Regiolepidum amittit. Vrbini ducat9 põtifici cedit.

Franciſcus Sfortia, Ludouici Mediolanenſiũ ducis filius, haud mediocres à Gallo conditiones nõ ſemel ſibi oblatas aſpernatur: neque uero ulla aut temporũ, aut fortunæ iniquitate adduci poteſt, ut ius paterni ducatus illi aliquando cedat: quinetiam pro eius recuperatione externorum Italorúmque principum auxilium in ſubſidium explorare non deſinit. Itaque Heluetios ſibi tandem adiungit, quo cæteris formidabilior eſſet. Franciſcus Sfortia de recipiendo Medio. cogitat

Carolus Auſtrius, Pontifici ſeſe adiungit, atque adeo Ludouico Sfortiæ, ut Mediolanũ unà extorqueant à regis Franciſci manibus. Lautrecius, exercitus Gallici præfectus, Mediolanum obſeruat. Proſper Colonna pro Car. Cæſare in exercitu imperat. Theodorus Triuultius Venetorũ exercitui præfectus, pro Gallo militat: quod idem facit dux Ferrarienſis. Fredericus Gonzaga Mantuæ princeps copiis pontificiis præficitur: ac torquem aureum D. Michaelis quem à Franciſco rege honorifice acceperat, Lautrecho, qui paulò ante Mediolanũ uenerat, per Tubicinem, principum (ut moris eſt) internuncium remittit: ſéque hoſtem regi futurum profitetur. Iulius Cardinalis Medices, Leonis. 10. patruelis, unà cum Matthæo cardinale Sedunenſi ſumma diligentia ac plurima

manu coacta, Prosperi Colonnæ atq; adeo Heluetiorũ descensum in Insubreis accelerãt: Interea dum Parmam, Placentiã, Cremonã, atq; alias ciuitates Mediolano uicinas cũ suis copiis occupant. Heluetii ex una parte per Bergomũ: ex alia pontificiæ copiæ per Cremonam Mediolanũ descendunt. Lautretius cum Venetis illuc se recipit. Capto Triuultio Veneti in fugam conuersi Lautrecio animũ adimunt: ut ipse quoq; urbem relinquẽs, Comũ se receperit. Ea nocte Iulius cardinalis cum cæteris ducibus Mediolanũ ingreditur, atque urbem in suam potestatem redigit. Leo pontifex accepto nuncio quòd à suis captum esset Mediolanũ: uehementi gaudio correptus, in tertianam incidit: mox uero pituita & catarrho uentriculũ suffocante, non sine ueneni suspicione extinctus est. In cuius locum Hadrianus. 6. constituitur: Cæsari plurimũ addictus: cuius, priusquã pontificiam dignitatem acciperet, uices in Hispania gesserat.

Medio. amittũt Galli.

Hadria nus. 6. pont. Max.

Lautretius Cremonã ex deditione recipit. Sed pontificis mortem ignorans, dum Federicum Bozulum admonet, ut Parmam, cui ipse præerat cum potentiss. manu, relinquat: Robertus Sanseuerinus, qui Leonis Pont. ex sorore neptem duxerat, cum aliquot militibus Parmã ingreditur. Ferdinandus Daualus, cum Hispanis & Germanis aliquot peditibus, Comũ expugnat. Iterum Galli Mediolanũ recipiunt. Sed dum tumultuariæ pugnæ quæ circa Alexandriam fiebat, dant operam, à Sfortianis militibus per aliam portam ingredientibus expelluntur: ut solet nonnunquã fortuna etiam fortissimis inimicissima esse. Quibus Renatus Sabaudianus regis auunculus, ac regiæ domus præfectus propter niueis altissimas: subsidium ad tempus ferre non potuit.

Medio. receptũ iterum amittitur.

EXTERNA.

Carolus Austrius Germanias cogitat, ut prima imperii corona, quam ferream appellant, exornaretur: relictis in Hispania duobus proregibus, qui patriæ præessent. Quorũ alter fuit is quem Comitem stabilem appellabant, alter uero, Hadrianus cardin. à Traiecto.

Carol9 coronã ferreã accipit

Absente Carolo oritur seditio maxima, ac ueluti intestinũ & ciuile dissidiũ inter Hispanos. Noluit enim populus proregibus obtemperare. Quapropter hinc & inde in numerosum exercitum coactus: in senatores maiorũ urbium sæuiunt: atque ipsius Caroli matrem in castellum quoddã confugere cogunt. Proreges Hispaniæ petito à rege Nauarræ maximo subsidio: commoti populi uires contundunt: & Cæsaris matrem omni suspicione ac timore liberant. Dum Hispani inter sese præliantur: Gallus ex improuiso Fontarabum occupat: atque adeo totam Nauarræ regionẽ, quæ & armis & subsidio carebat, nullo negocio intercipit: ut iam facilis esset in Hispanias ingressus.

Seditio in Hispania.

Galli Fontarabũ occupant ac regnum Nauarræ.

Rex Nauarræ in Gallias captiuus ducitur. Hispani regnum Nauarræ, post ciuile dissidium compositum, iterum recipiunt.

Oritur dissidium inter Carolum Austriũ & Franciscum Galliarũ regem: ut Austrius in Picardorũ & Campanorũ Galliæ fines exercitũ miserit. Cuius impetum facili negocio rex cohibuit. neq; uentum est ad manus. Dux Bayardus obsessas Meserias potentissime defendit: atque ipsos Teutones audacissimo animo expellit. Ludouico Vngariæ regi, Maria Caroli Cæsaris soror, in matrimoniũ datur. Ferdinandus Archidux Austriæ, Annam Ludouici regis Vngariæ sororem uxorem duxit. Belgradum, Christianorum promontorium, à Soleumanno ui captum.

VIRI LITERARVM STVDIOSI.

Iacobus Faber Stapulensis, clariss. philosophus: primus sophisticis cauillis expugnatis, ac barbarie profligata, Lutetiam bonis artibus illustrem fecit. Cui iam admodũ seni Franciscus rex tertium filium adhuc iuniorem erudiendũ tradidit: quod officiũ etiam annosus Faber, tam diligenter obiit, ut regis animũ inclinatissimũ sibi fecerit: ac nisi honorũ & dignitatum contemptor fuisset, (quo nomine philosophi ac uiri boni titulum ab omnibus promerebatur) haud mediocrem authoritatem in aula regia fuisset consecutus.

Faber Stapulensis.

Iodocus Clichthoneus Neoportuensis, theologus eruditiss. Iacobi Fabri discipulus: miræ humanitatis uir, & qui suis scriptis reipub. Christianæ plurimum profuit, dum erroribus profligandis dat operam.

Clichthoue9

Carolus Bouillus Samarobrinus, acutissimo ingenii uigore præditus: egregium de philoso-

Bouill9

philosophia opus conscripsit: non multis etiam scriptis suis sacras atque adeo humanas literas iuuare conatus est,

Gulielmus Budæus Parrhisinus, regius conciliarius, libellorúmque supplicum in regia magister, uir utriusque linguæ peritiss. neque unquam satis laudatus, & cui nostra ætas, totúsque literatorum cœtus, non minus debet, quàm literarum parenti: tum propter insignē eruditionis suæ quam nobis reliquit, memoriam: tum etiam propter singularem qua literatos omnes prosequitur beneuolentiam atque fauorem. Budæus.

Des. Erasmus Roterodamus, summa eloquentia, ac dicendi iucunditate, incredibili eruditione, acutissimo ingenii uigore præditus: ac supra quàm dici possit, diligens, acutus, omnium ferè scientiarum cognitione permixtus: quod ex numerosis admodū scriptis suis colligere licet. Cæterum animo in doctorum, atque aliarum quarundam rerum censura satis leui: ut etiam hoc nomine pessime audiat apud multos. D. Erasmus.

Philippus Melanchthon Germanus, Græcæ & Latinæ linguæ peritiss. ad hæc felicissimo ac subtili admodum ingenio ad Rhethorices & Dialectices theoremata cognoscenda. Cuius rei summam in breueis libellos eruditissime complexus est. Melanchton.

Pictores duo summi nominis. Alter apud Germanos superiores, Albertus Durerus: cuius extat elegantissimum opus, de corporis humani proportionibus: alter apud Hollandos, Lucas: quorum prior in gestibus exprimendis, atque audaci corporum forma: posterior in umbris effingendis, ac picturæ lenitate plurimum commendabatur. Albert. Durerus. Lucas pictor.

RES IN ITALIA GESTAE.

6521 1522 Prosper Colonna, Gallorum aduentum sentiens, Mediolanum diligentissime curat muniendum. Philippum Torniellum Nouariam mittit, Hectorem uicecomitem Alexandriæ tutandæ destinat. Papiæ uero Antonium Læuam præficit, interea dum Placentiam Mantuanus princeps fortissime defendit.

Lautrecius, cui per regem abrogato magni magistri imperio, totius exercitus onus fuerat relegatum, Mediolanum aggreditur: quod institutum statim mutare coactus est, propter uehementem ciuium Mediolanensium ardorem, & M. Antonii Colonnæ, ac Camilli Triuultii mortem: qui dum extra tabernaculum ambo deambularent, ferrea pila ab hostium uallo tormento excussa, disiectu domus proximæ interfecti fuerant.

Franciscus Sfortia, collecta Heluetiorum manu, Tridento relicto, ubi sub ducatu abiectus per metum confugerat, Mediolanum cogitat, per Transpadanam regionem: ac iuncto sibi Mantuano principe, cum trecentis equitibus, ecclesiæ stipendio militantibus, Papiam ingreditur.

Thomas Fusius per Genuam in auxilium Lautreci fratris descendit. Cui cum iret obuiam Fredericus Bozulus: primum Vigleuenum oppidum, haud magno negotio recipit: deinde Nouariam profectus admotis tormentis, ac prostrata murorum parte, dato signo, inuadit.

Dux Sfortia tandem Insubreis ingreditur: cui nocte intempesta ad sextum urbis lapidem it obuiam Prosper Colonna.

Lautrecius in Papiam exercitum conuertit. Fractus est autem eorum impetu qui per media Gallorum castra transeuntes, ad urbis munimentum à duce Mediolano mittebantur: ac deinde illinc abscedere coactus, propter annonæ caritatem, quæ ex pluuiarum impetu prouenerat.

Pugnatum est ad Picocham. In quo certamine cecidêre Heluetiorum tria milia, cum decem & septem eorum ducibus. In Cæsaris autem exercitu pauci desyderati sunt. Quinetiam Galli potius pugna abscedere coacti, quàm fracti, tormenta omnia reduxerunt Moguntiam. Pugna ad Picocham.

Germani huius uictoriæ præmium à Sfortia expostulant, à quo sexaginta milia nummûm aureorum accepêre.

Laudem Pompeiam ciuitatem à Lautrecho pauloante munitam Hispani oppugnant, ac miserè depopulantur. In eo prælio, nonnulli ex Gallis cæsi, permulti etiam capti, & impedimenta omnia amissa: ciuésque ferè omnes pecunia libertatem redimere coacti sunt.

Fugerat autem Lautrecus cum exercitu, trans Abduam.

Thomas Fusius, cum Prospero in Cremonam irruente paciscitur, dum auxilium é Gallis expectat.

Genua Prospero cedit. Prosper, Genuam proficiscitur, quam tandem oppugnat, fugato Salernitano Archiepiscopo, Octauiani Fulgosi ducis Genuensis fratre, ac Petro Nauarræo capto, qui illuc in subsidium à Francisco missus fuerat. Quinetiam Octauianus ipse ex morbo decumbens, in Frederici Dauali potestatem se redigit.

Fusius, omni auxilii spe sublata: postquàm quadraginta dies secundum cõmenta preteriere: dimissis Prospero omnibus ciuitatibus, quæ Mediolanensium iuris erant, cum Gallicis reliquiis, ac tormentis bellicis, ex fœdere, in Galliam regreditur: fide, ducibúsque itineris à Prospero acceptis.

Cæsar. 140000. aureorum à cæteris Italiæ prouinciis petit, ad alendum exercitum, interea dum Gallorum nouus exercitus expectatur.

Cæsar ex Prosperi consilio, pacẽ cum Venetis tractat. Seditio exercitus Cæsaris in agro Hastensi, ut Vigleuenum usq; omnia hostiliter ab eo depopulata sint. Quapropter centum aureorum milia Sfortiæ exoluere fuit opus, ad seditionem reprimendam.

EXTERNA.

Rhodus à Turcis capitur. Soleumannus Turcarũ Imp. Rhodũ oppugnat, expulso principe quem magnũ equitem aut Magistrum appellamus. Dum enim Christiani principes inter sese animosius decertarent, atque ab iis ille auxilium petiisset, factum est, ut neque ipse ad tempus, neque quod petebat auxilium habere potuerit.

PRIVATA.

Moritur Parisiis dux Niuernensis. Maxima annonæ caritas in Gallia.

Pluuia diutiss. & magna admodum per omnes ferè Galliæ regiones, ut non defuerint qui futurum aliud diluuium falsò opinarentur. Hinc quoque fames maxima.

Terræmotus apud Andegauos, & Luna dum Soli opponitur, uisa est, albo nigro, ac fuluo, item etiam rubro coloribus tincta.

Milites rustici. Creantur milites rustici, hoc est, ex ipsa rusticorum hominum fece, per totas Gallias: ut ex quolibet pago, tot læuis armaturæ milites pop. sumptibus, ex regis mandato prodirent. Eos autem confìcto uocabulo Francarchieros, uulgus uocauit. Qui cum omnino rustici & male nati atque omnibus scelerum notis infecti essent: dici non potest quanta improbitatis ac malignitatis suæ signa ubique reliquerint: quæ si recenserentur (ea præsertim quæ apud Andegauos ab illis facta sunt) uix etiam ipsis beluis digna, nedum hominibus quisquam crediderit.

Rusticorum Germ. impetus in Lothor. Rusticorum Germanorũ uehementiss. impetus in Lothoringiæ fines. Quorum animis ea iniquissima opinio insederat, ut nullo discrimine, omnia omnibus communia existimarent: itaque primo statim insultu munitiss. quædam castella, atque optima monachorum cœnobia depopulantur. Quorum conatibus dux Lothoringus, unà cum fratre, ac Gueldrensi duce ierunt obuiam. Sparsósque huc illuc rusticos enecarunt.

RES IN ITALIA GESTAE.

Bonifacius uicecomes, principem Mediolanensem occidere tentat: eúmque à tergo pugione aggreditur. Galeatius Biragus Mediolanensis, parteis Gallicas sequens, Valentiam occupat, munitiss. iuxta Padum, oppidum: quod subinde ab Antonio Læua recuperatum est: atque ipse Biragus captus. 6722

Caroli Burbonii perditio. Caroli Burbonii dolus malus, dum infirmam ualetudinem simulat, ne in Italiam uenire cogatur. Qui cum præcepto regio euocatus esset, lecticam uacuam in qua iacere se ægrotum finxerat, biduum antequam detegeretur dolus deferri iussit: ipséq; clàm duobus tantum comitibus, in Burgundionum comitatum (quæ prouincia Caroli Cæsaris est) proficiscitur: ut illinc, si rex alpeis transiisset, bellũ Gallis inferret. Itaq; rex, aperto dolo, Gallias relinquere noluit: sed Gulielmum Gonfierium maris præfectum (quem nostri Ammiraldum uocant) exercitui suo præficit, atque in Italias mittit. Cuius aduentu territus Prosper, Mediolanum cum exercitu se recipit. Quo nuncio, adeò consternata est tota ciuitas: ut si pro-

ut si protinus hostis insequebatur, obuiam habiturus esset neminem. Primum igitur Ammiraldus exercitu huc atq; illuc distributo, Petrum Bayardum Laudem Pompeiam mittit: ipse uero Cremonam contendit. Laudem occupat Bayardus: deinde uero se Ammiraldo coniungit ad Cremonæ expugnationem. Expugnata ferè Cremona, ut nihil amplius præter ingressum superesse uideretur: tantæ repentè de cælo pluuiæ per quatriduum demissæ sunt: ut rem in aliud tempus differre opus fuerit. Quæ res, spatium iis qui obsidebātur præbuit ut mœnia quæ iam ferè prostrata erant, repararent. Quapropter Ammiraldus, spe sua falsus, Mediolanum cum exercitu cogitat. Interea temporis Hadrianus. 6. Pont. Max. moritur. Sedit circiter biennium tantum. In cuius locum substitutus est Clemens. 7. Fluentinus, papa. 228. Morganti Parmensis primipyli proditio detecta, quæ ab eo attentata fuerat, in legione peditum Ioannis Medices, dum Ammiraldus Mediolanum obsidet. Quamobrem Ioannes Medices ipsum primipylum, cæteròsq; coniuratos, lanceis transfigi à militibus iubet. Ammiraldus, instante iam hyeme, per oratores inducias à Prospero impetrare nequit. Itaque Mediolanensi obsidione relicta Abbiagrassum se confert. Rentius Cerrus Romanus, quem pauloante Ammiraldus sociū sibi adiunxerat, in Cremonensi obsidione, Aronam munitiss. oppidum in finibus Verbani lacus, multa ui tentat accipere: sed tanta uirtus fuit intus propugnantium, ut innumeris suorum cæsis, re infecta discedere sit coactus. Hadriani pōt. mors. Clemētis. 7. creatio

Prosper Columna moritur apud Insubreis, non sine amatorii medicamenti suspicione: ac Carolo Lanoio proregi Neapolitano prouincia exercitus relicta. Prosperi mors

Cæsariani apud Robechum Gallos cædunt, atque id quidē præter spem illorum, cum nihil tale cogitarent. Pugna ad Garlascum oppidum, in Gallorum detrimentum, ac ducis Vrbinatis decus, qui Venetorum exercitui præerat. Pugna ad Vigleuenum oppidum contra Gallos, in qua Hugo Pepulus Bononiensis, & Io. Biragus capti, qui oppido & arci præerat. Galli Nouaria exclusi, & Abbiagrassum oppidum expugnatum à Cæsarianis. Itaq; Ammiraldus collectis iis qui supererant, ac diuturno bello defessi uidebantur, maturè trans Alpeis reuerti optimum esse cogitat. Verum cum Carolus Burbonius, re in Burgundia male gesta, Cæsarianis aliud consiliū daret: in fugam uertuntur Galli: ac timore perculsi, paucis insequentibus cesserunt, tormentáq; bellica reliquerunt hostibus diripienda. Cæterum Petrus Bayardus & Io. Cabaneus equitum ductores, scloppis grauissimè uulnerantur. Quinetiam ipse Ammiraldus eodem teli genere in brachio ictus: lectica in Gallias deducitur. Carolus Cæsar, & Henricus Angliæ in Gallias exercitū parant. Quæ res, ut postea uidebitur, non usqueadeo feliciter illis cessisse uisa est. Pugna ad Robechū oppidū. Fusus Gallorū exercitus.

Pestis maxima Mediolani, ut amplius quàm quinquaginta hominum milia perierit.

Federicus Bozulus Laudem Pompeiam duci Vrbinati cedit: accepta conditione, ut cū militibus in Galliam rediret. Bussius Alexandriam Ferdinando Daualo relinquit: pactus, ut cum armis ac rebus suis saluus in Gallias redeat. Cæsar ducem Burbonium in Massiliæ oppugnationem mittit, à qua tandem discedere coactus. Exercitus Gallorum in Gallias redit.

PRIVATA.

Aestate media circa Augustum, pluribus in locis Galliæ uisa glacies ac gelu maximū: quod è cælo demissum putabatur ob scelerum multitudinem quibus per id tempus scatebat tota Gallia. Henricus Angliarum rex, per nuncium Francisco bellum indicit, dū Lugduni esset. Indictum ex senatusconsf. graue supplicium per totam Galliam iis militibus qui nullo iure atque authoritate per uillulas grassantes inuenti essent: iis etiam qui sanctissimum Christi nomen temerè peierarent. Mondiderium oppidum obsidetur ab Anglis & Flamingis, quorum impetus facili negōtio reprimitur. Franciscus sui regni tranquillitati studens, ducem Vindocinensem Lutetiam mittit, qui periculo imminenti subueniat ad tempus: quod munus diligentiss. ab eo peractum est. Ioannes Trecensis S. Valerii princeps, ob initam cum Burbonio coniurationem, Parisiis ad supplicium ducitur: erat enim capite damnatus. Cúmque nihil amplius superesset, quàm ut caput illi adimeretur: insperatam ueniam à rege consecutus est, atque ita dimissus, solo metu ac Princeps S. Valerii metus

timore habito. Quod in prouerbium abiit, ut uulgo febris Valeriana diceretur.

RES IN ITALIA GESTAE.

Frācis. in Itali am se confert

Franciscus, collecta potentissima manu, cuius ipse ducem se præstitit, Alpeis traiicit: cu ius aduentu imparati duces Itali plurimum perculsi, regi uiam fecere Mediolanum usque. 6723 15
Mediolano facili negotio accepto, Frāciscus Papiam obsidione tentat. Per Albertum Carpensem cum Clemente pontifice de pace agit: postpositis odiis, quæ Leonis. 10. temporibus exorta fuerant. Ioannes Scotus Albaniæ dux, cum Petro Cerro, ac magna Vrsinorum manu, ad inuadendum Neapolitanū regnum mittitur, ut uel ea ratione Gallus Cæsarianis negotiū facessat. Daualus (quem uulgus Marchionem Peschariensem uocat) copiis Cæsaris præfectus, Cassianam arcem ex deditione accipit: oppidum S. Angeli expugnat. Præfectus Germaniearum copiarum Papiæ moritur, incerto ue neno: cum haud mediocris suspicio esset, illum cum rege ad prodendam ciuitatem conspirasse. Rex multorum Italorum præsidium emit, nempe Ludouici Palauicini, Ioannis Medices, ac Guidi Rangonis. Gaspar Mainus Alexandriæ præfectus, multos ex iis qui sub rege militatum ibant, auertit ac coërcet. Clauenna oppidum supra Larii lacus caput, à Io. Medico captum, pro Gallis. Ludo. Palauicinus dum Brennonam obsidet (quæ hodiæ Verona dicitur) à Sfortianis captus, iuxta Casale maius cladem maximā patitur. Cæsariani, nocturnis incursibus hostem fatigant, modo à fronte, modo à latere urgentes, ut se Gallo formidabiliores reddant. Albertus Carpensis Cæsariani exercitus uires ac dolum sentiens: pontificis nomine per nuncios regem admonet, ut omnino decertandi occasionem uitet, exereitúmque ita communiat, ut necessitate adductus, cogi non possit ad pugnam. Videbat enim iis leuibus præliis, hostium uires imminui.

Pugna ad Tici num.

Io. Medices scloppo ictus, ab instituto desistere cogitur. Daualus multis leuibus præliis hostem adortus, tandem suos ad pugnam instruit: ac prius cognito per exploratores totius Gallici exercitus statu, ac munitionibus: per Mirabellum ingredi statuit, locum iuxta Ticinum uenationibus dedicatum, in quem duces Mediolanenses animi gratia nonnunquam secedere solebant. Quem etsi præsidiis munierat Franciscus, tamen eò tandem pugna rediit, ut non solum exercitus sui iacturam fecerit, sed etiam seipsum grauissimis fortunæ telis exposuerit. Itaque in ipsa uehementissima manuum consertatione, cum ipse furens per medium exercitum animosissimi principis officio fungeretur, ut nihil ad summam potentissimi regis fortitudinem addi posset: tandem equo grauiter icto effusus, à quinque Cæsarianis nondum illis notus capitur. Illuc uero postea Lanoio prorege Neapolitano superueniente, regem ut decuit, acceptus est honorificè. Iniquissima fortuna, quæ quid agas non respicis. Vtinam uerò decem tantum fuissent principes in tam frequenti exercitu eo animo præditi, atque iis uiribus ornati: futurum erat sanè, ut Franciscus triumphator, maximam gloriam in Gallias reportaret. Quanquam tamen, ignominiosum nemo unquam fateatur, atque homine forti indignum: quod rex magnanimus in ipso frequenti certamine, equo mortuo uiuus capitur, qui dum animosissimè decertaret, occidi nullo modo potuit. Cecidère in eo prælio, amplius quàm octo hominum milia: éq; primoribus Galliæ eirciter uiginti. Rex ipse captus, cum reliquis ferè exercitus ducibus. Cæterum Carolus Alenconius, regis sororius, cum statim conserta manu, prælio se subtraxisset, Lugdunum se contulit: atque illuc repentina morte obiit, ad sextum Cal. Martias.

Franci scus ca ptus.

PRIVATA.

Trecæ oppidū confla- grat.

Trecæ, opulentissima Campaniæ Galliarum ciuitas, igne deuastata. Quod factum, non uacauit suspicione. non enim defuerunt qui dicerent, Hispanos ac Flandros quosdam mutato habitu in Gallias missos, qui totam ferè regionem igne quodam arte confecto depopularentur. Quamobrem senatusconsulto cautum est Parisiis, ut in qualibet ciuium domo, uas aqua plenum semper esset in promptu. Quinetiam nocturnæ uigiliæ per omnes ferè Galliæ ciuitates institutæ.

Clau- dia re- gina mori- tur.

Claudia pientissima Francisci uxor, Blesis moritur: non sine maximis totius Galliæ lachrymis, propter eius inculpatissimæ uitæ laudes, ac famam integerrimam.
Terræmotus maximus apud Andegauos.

Missæ à

Missæ à summo pont. in Gallias indulgentiæ, quas eandem uim obtinere uoluit, quam Iubilæus ille maximus, qui singulis. 50. annis institui solet.

Edicto publice cautum à Christianissimo rege, atque adeo supremo senatu Parisiensi, ne quis sanctissimum Christi nomen, ac uirginis matris & sanctorum omnium, temere pe ierare audeat, aut armis nocturnis per urbem digrassari, atque iniunctum maximum supplicium iis, qui tale quippiam committerent.

RES IN ITALIA GESTAE.

6724 1525 Rex Pisleonum adducitur, atque illic detinetur, donec Cæsaris uoluntas expectatur. Qui tandem rescripsit, ut adduceretur in Hispanias. Dum hæc aguntur: duces quidã Itali cum matre regia, pacem componere student: atque ab iis Daualus admonetur, ut animum diducat à Cæsaris obsequio: futurũ esse ut aliquando regno Neapolitano potiatur.

Margareta Alenconia regis soror, in Hispaniam cum legatis mittitur, quæ fratris animum subleuaret: ac cum Cæsare transigeret de pacis conditionibus. Cùmque ipse Cæsar à legatis peteret, ut ius Flandriæ ac Burgundiæ, sibi relinqueretur: Legati nihil tale polliceri ausi, re infecta, in Gallias redeunt. Quæ res Francisci animum eousque torsit, ut præ dolore, in aduersam ualetudinẽ inciderit: nisi Cæsaris comitas, ac renouata multis sermonibus libertatis spes, animũ regis auxisset, unde statim in pristinam incolumitatem rediit. Regis soror in Hispaniã se confert.

Daualus principum Italorum coniurationem Cæsari per literas aperit. Itaque summa diligentia admonetur à Cæsare ne quid in Italia sibi detrimenti fieri patiatur.

Sfortia plurimum sibi timens ab ira Cæsaris, cum sibi aduersa ualetudine laboranti Mediolanum & Cremonam retinuisset: Dauălum per literas admonet, ut animum suum Cæsari inclinatissimum esse declaret.

Dauălus, contra quàm existimabat Sfortia, Mediolanum occupat: ducẽmque ipsum in arce interceptum, omni libertatis iure spoliat. Fœdus cum Anglis & Gallis. Mediolanũ à Sfortia occupatum.

Fœdus inter Franciscum & Cæsarem, eo iure, ut ex regis promisso, Burgundia Cæsari dimittatur, ac bona pars Flandriæ.

Cæterum duobus filiis natu grandioribus in Hispania obsidibus relictis, Franciscus in Gallias redit. Pollicitúsque est priusquam abscederet, se Helionoram Cæsaris sororem in uxorem ducturum.

Pontifex ac Veneti in Gallias oratores mittunt, qui regi congratulentur. ictúmque est cum illis fœdus, super rerum Italicarum ditione.

Haud multopost, admonetur Cæsar à Pontifice de Sfortiani ducis restitutione: cui rei animum suum inclinatissimum ostendit pontifex.

Moritur Ferdinandus Dauălus: cuius muneri ac prouinciæ substituũtur Antonius Læna Hispanus, & Alfonsus Dauălus, quem marchionẽ à Guosto uulgus uocat: penes quos Cæsariani exercitus apud Mediolanum cura fuit. Ferdinandus Dauălus moritur.

Ciuilis pugna apud Insubreis. Cum enim Cæsariani, stipendii inopia priuatis pecuniis uiolentas manus inferrent: neque una aut altera legatorum Mediolanensium querimonia mouerentur: factum est, ut commoto uehementius populo, res ad arma perducta sit. Quẽ motum difficillime admodum compescuerunt Dauălus & Antonius Læua. Ad extremũ uerò, cum denuo ad arma confugisset populus: cernerẽntque principes nulla alia ratione præterquam cæde aut bello Mediolanensium animos cohiberi posse: protinus Hispanicas turmas in urbem compellunt: quarum impetu, omnia quæ Mediolanensibus supererant, flamma ac ferro corrupta sunt.

PRIVATA.

Montargirium oppidum, quinquaginta ferè miliaribus Lutetia distans, fato quodam igne consumptum est. Franciscus augustissimus Galliarũ Delphinus, unà cum Henrico fratre Aurelianensium duce, in Hispaniam obsides mittuntur, duce Renato Cocæo. Interea dum rex eorum pater, patriæ omnia felicissimè componit. Rediit autem ad nos incolumis hoc anno ad. 7. Cal. Aprileis. Regis filii obsides in Hispanias missi.

Dux Lothoringus cum fratre, Germanorum copiosissimum numerum occidunt, qui uim in suam patriam inferre cupiebant.

RES IN ITALIA GESTAE.

Mediolanenses iniustissimè à militibus Cæsarianis opprimuntur, ut nemo, eorum clades ac miserias grauissimè non condoluerit. 6725 1526 Franciscus Vrbinatum dux, Laudem Pompeiam nomine Venetorũ occupat. Burbonius Mediolanẽses male tractat: cum prius pollicitus fuisset se nihil nõ acturum in eorum salutem. Itaque tanta fuit Hispanorũ militum in ciues sæuitia, ut bona pars eorum sua sponte sibi mortem consciuerit, ob tot ærumnarum tædium. Pontificis copiæ Padum traiiciunt, ac Venetorum exercitui se adiungunt. Pugna ad eam portam Mediolanensem quæ Romana dicitur, inter Cæsarianos & Pontificios. Illuc enim sese proruperant pontificis copiæ, ut Cæsarianos urbe expellerent, & Sfortiam qui in arce Mediolanensi detinebatur, liberarent. Itaque pontificii impares, Melignanum se referunt. Quod ut sensit Sfortia, nõ solum arcem, sed etiam Comum ciuitatem optimam sui principatus, Cæsarianis reliquit. Ipse uero paucis comitatus, urbem egreditur, atque in castra se recipit: initóque cum cæteris principibus fœdere, bellum aduersus Cæsarianos tanquam communes hostes suscipit. Duellum Sigismũdi Malatestæ cum Vistarino. Malatesta Ballio Perusinus, unà cum Francisco Vrbinate Cremonam oppugnant, atque in deditionem recipiunt. Pompeius cardinalis & Ascenius Columnenses, unà cum Hugone quodam Hispano, in summum pontificem irruunt. Romam ingrediuntur: sacras ædes, pontificiam supellectilem manibus uiolentis diripiunt. Clemens pontifex inopinato casu haud parum commotus, intra molem Hadriani quæ nunc arx S. Angeli dicitur, se recipit: donec pacto cum inimicis fœdere, atque obsidibus datis, illos abire cogeret. Franciscus Galliarum rex, nouum exercitum in Italias mittit, fœdere cum pontifice & Venetis inito: cuius dux fuit Antonius Salutianorum princeps. Ioannes Medices intermissa Mediolanensi obsidione, quam cum Vrbinate duce attentauerat, cum exercitu aduersus Germanos proficiscitur: qui iam Pischeriam ad lacum Benacum applicuerant. Quibus cum magno impetu ac leuibus præliis, quibus iamdudum assuetus erat, facessit negotium: sclopo crus grauiter saucius, ac Mantuam deportatus, intra decem dies obiit. Hispani milites, qui apud Insubreis erant, dum stipendiis carent, uix etiam à sacris deorum immortalium templis manus coërcent: ut nihil ducibus Borbonio, Alfonso & Læuæ fuerit in toto bello difficilius, quàm eorum nefandam cupiditatem cohibere. Cæsariani Mediolanum propè uastatum relinquunt, ac Placentiam inuadere tentant. Quorum conatus Salutianus princeps, iuncto sibi Veneto exercitu, strenuè reprimit, ut alio iter conuertere Cæsarianis necesse fuerit.

Columnenses Romã spoliãt. Gallorũ exercitus in Italias.

EXTERNA.

Turca Vngariam inuadit, igne ferróq; deuastat: Budam diripit. Ludouicum Vngariæ regem prælio uincit, & occidit. Seditio rusticorum per uniuersam Germaniam, penè pestilens oborta. Carolus Isabellam Portugalliæ regis sororem in uxorem ducit.

Ferdinandus, Caroli frater, Archidux Austriæ, Vngariæ & Bohœmiæ rex creatur

PRIVATA.

Iacobus Belnensis, regius quæstor, maximæ authoritatis apud Gallos: summæ etiam famæ ac nominis, ætatem agens propè decrepitam: à quodam familiari suo accusatus, quòd munere suo perperàm functus fuisset, sceleris sui pœna, publicè luit Parisiis. Visúsque est à populo Parrhisino, uir sexagenarius, repetundarum accusatus, maximam antea dignitatem gerens, laqueo suspendi.

Quæstor regis laqueo suspensus

Tres fratres generoso loco nati, cùm inuidia in quartum fratrem conflata quòd ex senatusconsf. hæreditatem quandam obtinuisset, eo animo Lutetiam uenissent, ut uitam illi adimerent: cúmque ab illis id factum turpiter senatui uideretur: seruis quibusdam ad hoc facinus manum præbentibus, repentino ac graui iudicio, tres fratres publicè capite puniuntur, ac de seruis ipsis grauissimum sumptum est supplicium.

Cardinalis Saluiati, summi Pont. Legatus, Lutetiam ingreditur, ad Cal. Nouembreis.

Claudiæ Augustæ corpus iamdudum mortuum, summo honore in Dionysianum templum de more adfertur per Lutetiam, non sine maximo totius populi mœrore, apud quẽ ueluti diuinum quoddam numen excolebatur. Nonis Nouembr.

VIRI ERVDITI.

Iacobus Lopidis Stunica, Hispanus: uir trium linguarũ peritissimus, & supra quàm dici possit, sacra illa bibliorũ uolumina Compluti ædita summa diligentia emendauit. Annotauit præterea in Erasmum aliquot loca inuersa. Obiit aũt Neapoli plusquã sexagenarius. Stunica.

Philippus Decius, grauissimus legũ interpres, in quas etiã nõnulla ædidit cõmentaria. Decius

Io. Genesius Sepulueda Cordubensis, utriusque linguæ admodum peritus: Alexandri Aphrodisæi commentaria in Aristot. Metaphysicam latina fecit. Item & eiusdem Metheora, & parua naturalia latinitate donauit.

Fortunius Garsias Arzilleus: Cæsari à consiliis: uir utriusque iuris peritissimus: multa ædidit in legisperitorum utilitatem.

Aluarus Gometius Hispanus, à consiliis Rotæ pontificum, de iuris Canonici prudentia quamoptimè meritus.

RES IN ITALIA GESTAE.

6726 1527 Sfortiani repentino impetu Moguntiam occupant, contra Cæsarianos.

Burbonius cum Cæsarianis, maximis itineribus Romam contendit, atque urbem inuadit: cuius muros dum animosius conscendere conatur, cum exercitu, ab ea parte quæ Vaticanum collem, & Transtiberinam regionem spectat: ipse scloppo in crure ictus, statim mortuus concidit: exercitus autem præfectura in Philippi Orangii manus peruenit. Roma à Burbonio capitur.

Cæterum Cæsariani cœptum opus persequuti, Romam hostiliter diripiunt, ipsúmque pontificem in deditionem cogunt: quem Philippus Orangius princeps cum prorege Neapolitano, in mole Hadriani quam arcem S. Angeli nunc uocant, diu detinuerunt.

Franciscus Galliarum rex, exercitum in Cæsarianos parat, duce Lautrecho, ad comprimendas in Italia Cæsarianorum uires: ac pontifici libertatem restituendam. Cui expeditioni, sumptuum partem rex Anglicus impartiebatur, male in Cæsarem animatus, cum ob alias causas, tum ob non restitutam iamdudum mutuo creditam pecuniam. Lautrechus in Italiam missus cum exercitu.

Antonius Læua, urbe egressus, hostibus uenientibus it obuiam. Io. Iacobus Medices, arcis Mussi præfectus, sub Francisco rege militans, Mongutium arcem inter Leucum & Comum, per dolum occupat, expulso Alexandro Bentiuolo. Io. Iacobi copiæ à Læua partim cæsæ, partim captæ, ipse uero celeri equo uectus, fuga salutem quæsiuit.

Lautrechus Hastam descendit cum exercitu: deinde uero Boschi oppidum in agro Alexandrino, inuitis Germanis occupat, ut eos sibi adhærere cogeret.

Andræas Auria Genuẽsis Gallicæ classi præfectus, oram Ligusticã infestat. Quinetiã ad Saonam & Genuæ portum delatus, mercimonia atq; onerarias naues intercipere conatur.

Cæsar Fulgosus Venetorum exercitui præfectus, Genuam terrestri pugna obsidet, iussu Lautreci, cui Veneti auxiliares copias præbuerant. Genua à Gall. capta.

Genua, in Gallorum potestatem redit. Lautrechus Adurnum Genuensium præfectum cum Cæsarianis in deditionem accipit: totámque oram Ligusticam occupat.

Lautrechus præsidium in Alexandriam mittit, nempè Sfortianum exercitum. Omnia enim hæc perdomuerat: quod uidens Læua, iterum Mediolanenses cogit, ad sumptus exercitui subministrandos.

Lautrechus Papiã occupat, capto Barbiano duce, & captiuo Genuã perducto. Cæterũ dum milites regi suo iniuriã illatam ulcisci cupiũt, ipsam urbẽ ferro flãmaq; penè diripiũt. Papia à Lautrecho capta.

Innocentius Card. Legatus Bononiensis, Lautreci animũ ad pont. liberationẽ inclinat.

Sfortia Lautrecum admonet, ut prius de Mediolanensi recuperatione cogitet: quàm Romam progrediatur. Heluetii Romanam expeditionem cum Lautrecho sequi nolunt. Cæterum ipse haud ita anxius, posteaquam paucos dies Papiæ animi causa consedisset, Placentiam transmittit. Antonius Læua, post abscessum Lautreci, uires resumit: Abbiagrassum contra Sfortianos capit: quod postea Petrus Nauarriensis, peditatus regii præfectus, cum ualida Vasconũ manu recipit. Cæsariani nullũ latrocinii genus prætermittunt; quod non exerceant passim per totam Insubriam, tum in uiatores, tum etiam oppidanos ipsos. Atque hæc fuit summa populi Mediolanensis calamitas.

Læua paruo negotio per æstatem Papiam recipit, ac subinde Abbiagrassum.

Laus Pom-

Laus Pompeia à Læua obsidetur:quam Sfortiani animo alacri defendunt,non sine maxima Cæsarianorum cæde. Morbi exitiales & atrocissimi per totam ferè Italiam:quæ res Germanos milites in patriam se conferre coēgit:summum quoque pontificem Roma secedere cum iis in quorum manus uenerat: à quibus Neapolim perductus est.

PRIVATA.

Mittuntur à Venetis atq; adeo Henrico Anglorum rege legati ad Franciscum:qui de rebus maximis cum eo pacisceerentur.Quos ipso Pentecostes die honorificè habitos, publicè tractauit,atque humanissimè suscepit. Franciscus numerosum exercitum duce Lautrecho Romam mittit:ad pontificiam sanctitatem liberandā.Quod strenue & uiriliter ab eo factum est.Inde uero Lautrechus Neapolim se confert. Ducis Burbonii bonorum proscriptio publice facta ac promulgata. Missiq; à Gallo ad Britannos alii legati.

Lautrechus pontificem liberat.

Parrhisini ciues centum & quinquaginta milia nummûm,regi suo conferunt:dum peteret,pro obsidione filiorum liberanda. Clemens.7.decimam instituit quæ corraderetur per totas Gallias. Quam pecuniæ uim, pro pontifice collegit Anthonius à Prato, Galliarum primàs. Margareta Alenconia,Christianiss.regis soror pientiss.generosissimo Nauarræ regi nubit. Aquarum impetus & inundatio maxima apud Andegauos,ut à Ligeri tota ferè regio submersa uideretur : quod ferè idem Lutetiæ factum est: dum Sequana fluuius ita intumescit,ut bonam urbis partem aqua oppleret. Id autem factum est, propter copiosissimos ac diuturnos imbreis. Vnde maxima quoque subsecuta est annonæ caritas. Antonius à Prato: Galliarum primâs, in amplissimum cardinalium ordinem à summo pontifice honorificè assumptus. Visa circa Lugdunum prodigia ac signa maxima: cometarûmque atque inflammationum uariæ species. Quinetiam circa Pedemontanam regionem,ad cœnobium quod D.Michaelis in monte, uulgo dicitur: auditus est quidam ueluti multorum militum armis inter se concertantium strepitus. Nunciatûmque est lapidibus permultis eo tempore pluisse. Quorum maximus numerus in præscripto cœnobio,hodie adhuc uidetur: sunt autem spumæ ferreæ similes.

Prodigia.

RES IN ITALIA GESTAE.

Franciscus Burbonius comes S. Pauli:in Italias à Christianissimo rege cum nouo exercitu mittitur. Mediolanenses tertium cum literis oratorem mittunt ad Cæsarem quibus eum obnixissimè rogant,ne Læuæ exercitum amplius in urbem introgredi patiatur:nisi & eorum salutem & urbem ipsam funditus extinctam uelit: quibus literis cum frigide respondisset imperator : factum est , ut iterum ab Antonio Læua miserè affecti sint,ac multis pecuniis castrati. Melignanū à comite S.Pauli receptum:duobus Cæsarianorum ducibus captis ac uulneratis. Andræas Auria leuibus quibusdam de causis,animum suum à regis Christianissimi obsequio ac militia alienum facit:& Gallicæ classis prouinciam quam prius strenuè gesserat,exuit:ut cum Genuensibus in gratiam redeat: quos non desinit continuis precibus ad bellum suscipiendum impellere. 6727 1528

Melignanū à Gallis receptum.

Andræas Auria post uiolatum cum Gallo fœdus,Genuam in libertatem asserit, pulso Gallorum præsidio.

Maxima pestilentiæ uis,& aëris corrupti pernicies apud Neapolim:ut & milites utriusque exercitus ferè omnes morerentur.Quo etiamnum morbi genere extinctus est Lautrechus obsessor:summo cum totius Galliæ luctu ac mœrore, ut etiam rex ipse tantum dolorem uultu cælare non potuerit.

Lautrechus moritur.

Theodorus Triuultius,Genuæ pro rege Galliarum præfectus,cum aliquot Gallis militibus in arcem Genuensem se recipit: quam cum non posset tamdiu contra tot militum profligationem tenere,præsertim nemine sibi auxilium ferente : in deditionem compulsus est.Atque eadem opera Saona ab Auria capta.Quod malum tam fuit regi nostro iniucundum, & molestum, quàm quod grauissimum esse potuit. Fuit enim hoc miseriarum omnium, quæ deinde subsecutæ sunt, initium.

Cæsar animū Auriæ compertū habens:ruptiq; cū Gallo fœderis certior factus:auxiliū ad eum mittit,quo nō solum Genuā defendat,sed etiam Gallos longissimè arcere possit. Itidem & Læuam altero auxilio pedestri clàm subleuat,quo Mediolanū strenuè tueatur.

Læua

Læua per exploratores certior factus, Venetos cum Gallo discordes Melignano mouisse: comitem præterea S. Pauli ad uicum Landrianum, duodecim passuum milibus inter Papiensem & Laudensem uiam ab urbe, se contulisse (asserebat enim mandatum à rege se accepisse, ut rem potissimum Genuensem curaret) confestim ad arma conclamat: ipseque licet articularius, per noctem clàm cum suis superinduuium armis indusium habentibus, Mediolano egreditur: priusque Gallum inuasit, quàm suum aduentum præsensisset. Itaque maxima clades ad Landrianum subsecuta. Ipseque comes, cum Castilionensi, & Rangone, atque aliis quamplurimis in hostium manus incidit. Ac subinde Antonio Læuæ, Nouaria ex deditione protinus cessit. Clades ad Landrianũ oppidũ

PRIVATA.

Hercules Estensis Alfonsi Ferrariæ ducis filius, Lutetiæ maximo cum honore ac triumphis, Renatam Francisci regis ex Claudia uxore sororem, Ludouici duodecimi, ex Anna Britonum duce filiam, in uxorem duxit. Quam deinde secum in patriam abducit. Renata Gall. Herculi Estensi datur.

Missus ab imperatore caduceator, qui cum Frãcisco rege publicè uerba faceret. Quod Parisiis maxima cum dignitate factum est, in ipso iudiciali foro: astantibus magnatibus, apertisque foribus, ut etiam plebs ipsa audire id quidem posset.

Cuidam statuæ uirginis matris imaginem referenti, cum à nescio quo furiis male agitato, uerius quàm stulto, caput exectum fuisset: rex Franciscus indignissimè ferens huiusmodi facinus: animo pio ac religioso, statuam argenteam effractæ imagini loco apposuit: quem supplicẽ atq; humilem sequebantur totius urbis Parrhisinæ maiores ac sancti uiri.

Senator quidam Parrhisinus, togam purpuream publicè exutus, trita lacinia conuestitur: eique comitiis publicis interdicitur: ob malè gestam dignitatis authoritatem.

Induciæ inter Henricum Britanniarum regem & Margaretam Flandriæ ducem cum Francisco rege, ad octo menses.

EXTERNA.

6728 1529 Carolus Cæsar Italias cogitat: ut insigni imperatorum diademate, de more exornetur.

Barcinonæ, fœdus cum Carolo imperatore & Clemente. 7. pontifice percussum.

Turcarum Imperator, omnem ferè inferiorem Pannoniam bello affligit, contra Ferdinandi uires.

Antonius Læua post imperatoris aduentum in Italias, Papiam contra Annibalis Picenardi præsidium obsidet. Quam postea ex deditione recepit. Papiæ ab Antonio Læua capitur

Ludouicus Barbianus Insubrium præfectus, dum Læua Bononiam à Cæsare connocatur, oppidum S. Angeli, contra Sfortianos & Venetos accipit.

Franciscus Sfortia, accepto incolumitatis diplomate, Bononiam proficiscitur: petitq; à Cæsare, ut de pacis ac fœderis conditionibus secum transigere uelit.

Acceptus honorificè à Cæsare, Sfortia, atque in ciuitatẽ restitutus, eá lege ac conditione, ut præter ea quæ ipsius Cæsaris purpuratis dono dederat, summam aureorum noningentorum milium ipsi Cæsari polliceretur: è quibus proximo anno qui erat à partu Virginis. 1530. atque huius belli decimus, quadraginta milia persolueret: reliqua æquis pensionibus in annos decem numerare teneretur. Sfortia Mediolanum recipit.

PRIVATA.

Franciscus Lodouicam matrem, adhibitis aliquot regnĩ consiliariis in Picardos fines mittit, ut unà cum Margareta Cæsaris amita (quæ iamdudum Flandriæ administrationi præerat) in confinibus utriusque prouinciæ conueniret.

Franciscus Helionoram Cæsaris sororem uiduam in matrimonium ducit. Numeratàque pro filiorum redemptione, aureorum uigesies centena milia. Helionora Francisco nupsit.

Conuentum est de pace apud Cameracum, nobilissimum Picardorum oppidum, inter augustissimos Galliarum & Britanniæ reges, summum Pont. Clementem. 7. Cæsarem imperatorem, Ferdinandum Hungariæ regem, & Margaretam Austriæ. Quæ pax tam arctis, tamq; solidis legum uinculis firmata est: ut in hanc usque ætatem durauerit, quæ est. 1535. Hoc præterea fœdere, inter multa alia deliberatum est, ut quæ prius proscripta fuerant Caroli Burbonii prædia, ac fortunæ, hæredibus suis restituerentur.

Visus super urbis Parrhisinæ clymate, cometes erinitus, proceræ admodū magnitudinis.

Ioan. à Selua. Ioannes à Selua grauissimus amplissimúsque supremi senatus Parrhisini præses, moritur ex calculo. Cuius uiri incredibilis prudentia, uirtutes penè infinitæ, fecerunt, ut maximis luctibus à populo defleretur.

Petrus Lisæus. Huic dignitati suffectus est, non minus prudens ac pius & religiosus, quam utriusque iuris peritia excellens, Petrus Lisæus Aluernus: singulare totius patriæ & familiæ suæ ornamentum.

Berquinus hæreticus. Berquinus hæreticus nobili familia natus, Lutetiæ publicè comburitur.

Franciscus, castellis ac munitionibus construendis dat operam. Vicúmque urbi uicinum qui Fontisbellaqua dicitur, ædificandum curat.

VIRI LITERARVM STVDIOSI.

Lazarus Bonamicus. Lazarus Bonamicus Bassianás, haud uulgari omnium bonarum literarum studio ac cognitione insignis, Naturalis quoque scientiæ, quam philosophiam appellant, studiosissimus, Stephanum Saūlium primum mœcenatem habuit: deinde uero cardinalem Campegium, cuius filios, bonis literis erudiendos susceperat, quo tempore utramque linguam Patauii, publicè summo senatus Veneti stipendio professus est. Postremo autem Richardum Polum Anglum, humanitatis & beneuolentiæ propè incredibilis uirum, suorum studiorum fautorem habuit.

Franciscus Curtius. Franciscus Curtius, utriusq; iuris cognitione excellens, quo nomine Papiæ & Patauii maximo & honore & stipendio affectus est: dum publicè legisperitorum placita profitetur: permulta in easdem leges conscripsit, quæ nunc maximo in pretio sunt apud omnes. Mortuus est autem Patauii anno. 1534. sepultúsque in æde Diuo Francisco sacra.

Matthæus Curtius. Matthæus Curtius, Francisci Curtii frater: medicus excellentissimus: quam artem maximo stipendio Patauii aliquot annos professus est: factus deinde Clementis. 7. medicus: nonnulla suæ artis monimenta nobis reliquit.

Manardus. Ioannes Manardus, Medicus. Ferrariæ artem suam, incredibili ac propè diuina eloquētiæ facundia profitetur. Epistolas conscripsit, in quibus de totius artis medices ratione eruditissime tractat: ut iam nō epistolæ, sed ueluti grauissimæ quędā dissertationes uideātur.

Ruellius. Ioannes Ruellius Suessionensis, de præstantissimæ artis medicinæ cognitione quamoptime meritus: atq; in ea potissimum parte excellens, quæ plantarum atque arborum ac stirpium omnium cognitionē spectat. Cuius rei elegantissimi Dioscoridis græci philosophi ac medici libros, in latinam linguam summa diligentia nobis conuertit. Futurúmque pollicetur ut utilissimo quodam corollario aliquando gaudeamus quod ancipitem herbarum nomenclaturam ac uires diuersas communes atq; apertas nobis faciat.

Grynæus. Simon Grynæus Germanus: Græcas literas Basileæ maxima dicendi facultate profitetur. Cuius diligentia factum est, ut græca Arist. opera multis mendis expurgata nunc habeamus in promptu.

Rossetus. Petrus Rossetus Gallus, nō minus acutus quàm ingeniosus poëta. Parisiis Virgiliū publicè professus est per multos annos, uir alioqui festiuus & gloriæ iucunditati plurimū studens, quapropter Laureatus poëta publice appellatus est. Conscripsit elegantissimis uersibus B. Pauli errores: item aliud poëma nobis imperfectum reliquit, cui titulus est CHRISTVS: mortuus est autem anno sequenti.

Badius. Iodocus Badius Ascensius, solertissimus typographus: cuius opera factum est, ut bonæ literæ apud Gallos quodammodo sopitæ reuinxerint. Conscripsit præterea commentarios in multos authores latinos. quibus nihil est pueris utilius.

RES IN ITALIA GESTAE.

Ludouicus Barbianus, Mediolano à Cæsare præfectus, acuta febre correptus, ibidem moritur. 6729 1530

Hispani milites in Mediolanenses sæuiunt: quos tandem consumpsissent, nisi Cæsar legatorum precibus commotus, exercitum urbe summouisset, ac militum partem exauthorasset, partem ad Fluentiæ obsidionem misisset.

Clemens. 7. à Fluentinis suis iniuria lacessitus, urbem obsideri iubet, ac mille suppliciis affici.

affici. Quo in prælio mortuus est Philippus Orangius dux generosiss. Cæterum urbs capta, in pontificis ditionem uenit: Cuius ducem creauit Alexandrum Medices, nepotē suū.

Florentiæ excidium

Mediolano restituitur Sfortia, acceptúsque à Carolo imperatore iustis ducatus sui titulis. Hic uero deinde suarum & pop. calamitatum immemor: mille tributa ac uectigalia suscitat, quibus eam pecuniæ uim corradat, quam imperatori se redditurū fuerat pollicitus.

Cæsar aureo imperatorum diademate à summo pontifice insignitur Bononiæ, incredibili omnium applausu ac lætitia. Quamobrē populo pecunias multas publicè dilargitur: lu dique publici passim facti, & fontes uino per urbem fluxere: summa uariorum populorū frequentia, qui undecunque ad hoc maximum spectaculum confluxerant.

Carolus corona aurea insignitur.

PRIVATA.

Ludouicus Sfortia quondam Mediolani dux, priusquam à Galliarum rege detineretur: morbo correptus, Parisiis decedit. Morum uulgus appellabat.

Ludo. Sfortiæ mors.

Reduces in Galliam ac salui perducuntur Francisci regis filii, paterna obsidione persoluta. Venit autem unà cum ipsis D. Helionora, Caroli imperatoris soror, Christianiss. regis coniunx pientissima: cui it obuiam ipse rex ad Barcinonam usque, cum maximo atque amplissimo suorum equitum comitatu. Eam uero simul cum natis suis, per Aquitanicam prouinciam, atque adeo opulentissimas sui regni ciuitates perducit: in quibus, honoribus suprà quàm dici potest maximis affecti, tandem ad Dionysianū peruenerunt, atque illic sumpto de more diadematis regii insigni, creatáque Helionora Galliarum regina, Lutetiam deinde se conferunt. Quorum ingressu tantopere gestiebat populus, ut ipsi etiam infantes ac pueri, haud intermissa uoce, regi ac filiis suis, & reginæ ipsi, perpetuum felicitatis decus proclamarent, atque intensissimis uocibus deprecarentur.

Reduces filii regii in Gallias.

Viceparochus quidam, malo genio actus, & nummorum cupiditate illectus quos pridie parocho suo attulerat, nocte intempesta exurgens, parochum ipsum cum suo seruo enecat. Quod facinus à uicinis retectum, impune non tulit, fuitque primùm sacerdotali dignitate publicè exutus, deinde uero igni ac flāmis ardentibus, uiuus publicè concrematus, Lutetiæ. Trecæ Campaniæ Galliarum opulentiss. ciuitas, iterum flammis forte quadam ac casu demissis, ferè tota deuastata.

Per id tempus, oppidum quoddam ducatus Burgundiæ, quod Iogninum uulgus uocat, eodem fortunæ telo laborauit: ut etiam nauiculæ quæ in portu ac ripa fluuii erant, igni conflagrare uiderentur. Pagus quidam Lutetiæ proximus, uulgus Sitellas uocat, eadem ignis calamitate ferè totus corruit: usqueadeo fortuna rebus humanis dominatur.

Antonius à prato Senonensis Archiepiscopus, ac Galliarum primàs, creatur in summum Galliarum legatum, & ueluti uicepontificem. Obiit autem anno. 1535. Cuius dignitatem ex regis authoritate suscepit Antonius à Burgo uir & grauitate & prudentia ac consilio plurimum excellens.

Antonius à prato legatus Galliarum.

EXTERNA.

6730 1531 Margareta Austria, Caroli soror, Flandriæ præfecta, fato concedit.

Maxima aquarum colluuies Romæ, ut summo pontifici, palatium ac sedem suam relinquere necesse fuerit, atque in eum collem secedere qui uulgo Caballinus dicitur.

Haud multò post idem euenisse nunciatū est apud Flandros & Hollandos, mari circà Antuerpiam prorumpente, atque in insuetum alueum ac planitiem exundante, eo ferè pacto quo Romæ Tiberis fecerat. Terræmotus maximi circa eam Hispaniæ regionem quæ Portugallia dicitur, quam nonnulli Lusitaniam uocant, ut multa & maxima ædificia corruerint, ac plurimam populi multitudinem enecarint.

PRIVATA.

Vxor Nassautii comitis Lutetiam uenit: ubi maximo cum honore suscepta est.

Albertus Pius, olim Carporum dux, sed propter suorū seditionem ac coniurationem eiectus, ingenii optimi uir, & eruditionis haud uulgaris, articulari morbo quo diu laborarat, Lutetiæ moritur. Dux Laualus Britonum comes, fato fungitur. Ludouica Francisci regis prudentissima mater, post longam bene se habentis regni administrationē tandem fato concedit, non sine ipsius regis, ac totius populi mœstissimo dolore

EXTERNA.

Ludouicus Sfortia dux Mediolanensis Venetias se confert, ubi à Venetis honorifice acceptus: nihil tandem actum est earum rerum quas illi se confecturos arbitrabantur. Neq; enim Venetam uxorem ducere uoluit. Itaque dimissus, ad suos redit. 6731 1532

Conflictus Heluetiorum inter se propter hæreses. In quo certamine mortuus est Zuuinglius unius sectæ author, ac paulòpost Oecolampadius Basileæ itidem moritur, alterius item sectæ princeps.

Ferdinandus rex Hungariæ, Caroli imperatoris frater, creatur in regem Romanorum.

VIRI LITERARVM STVDIOSI.

Ianus Lascaris. Ianus Lascaris, natione Græcus, illius Constantini filius, qui nobis grammatices elementa reliquit, summæ eruditionis, & grauitatis uir, unam & alteram legationẽ pro pontifice obiit. Summopere à Francisco Galliarum rege amatus, atque honorifice habitus: qui dum in Hispanias detinetur, Lascaris Romam redit ad summum pont. à quo multis præmiis affectus, nihil aliud curabat, quàm ut antiqua ueterum scriptorum monimẽta suæ integritati restitueret, atque emitteret in lucem. Quod officium etiam admodũ senex tanta cum diligentia exercuit, ut nisi sinistro fato nobis tam cito ereptus fuisset, futurũ erat, ut græcæ literæ pristinum decus assumerent. Mortuus est autem morbo articulari, Anno 1535, non sine doctorum omnium lachrymis. Reliquit autem nobis Angelum Lascarem filium, paternæ uirtutis & eruditionis exemplum apud Parrhisinos.

Sadoletus. Iacobus Sadoletus Carpentoractensis episcopus, maximæ uir eruditionis, & dicendi facultate penè incredibili, ut paucos sui styli antecessores habeat. Nonnulla in psalmos Dauiticos elegantissime conscripsit, plæraque etiam alia studiosis omnibus gratissima.

Paulus Iouius. Paulus Iouius episcopus, rerum naturalium cognitione insignis, quo nomine à Clemente. 7. plurimum amatus est: nonnulla conscripsit de piscibus Romanis, item etiam quædam alia in studiosorum utilitatem.

Lazarus Baysius. Lazarus Bazfius, omni doctrinæ genere excellens: rerum antiquarum, atque earum præsertim quæ ad bonorum authorum cognitionem atque intellectum spectant, maximus indagator: cuius rei tres libellos conscripsit, unum de antiquis nauibus, alterum de uasculis, tertium de uestimentis: à Francisco rege summis honoribus affectus: ut per aliquot annos legationem Venetam illi commiserit.

Frãcis. Sylvius. Franciscus Syluius Ambianàs, humaniores disciplinas Parisiis professus: eruditissima in Ciceronem ferè integrum ædidit commentaria. Mortuus est autem hoc anno.

Iacobus Syluius. Iacobus Syluius Francisci Syluii frater, artis medices peritissimus: quam Lutetiæ summa auditorum frequentia, atque admirabili facundia profitetur.

Frãcis. Vatabl. Franciscus Vatablus, regius Hebraicarum literarum professor, Græcam insuper & Latinam linguam haud mediocriter callens, cuius uersionem habemus in Arist. phisiologiã.

Iacob. Tussanus. Iacobus Tussanus, Græcas literas regio stipendio publice profitetur Parisiis, tanta grauitate, atque auditorum frequentia, ut etiam ab exteris summa laude afficiatur, quamuis nihil adhuc scripserit.

Salmoneus Macrinus poëta Gallus, maxima dicendi facultate, subtilissimo ingenii uigore præditus, cuius extant Odæ ac Lyrici uersus item etiam permulta epigrammata plurimum ab omnibus laudata.

EXTERNA.

Turca Viennã occupat. Turca maximum exercitum in Austriam mittit. Viennam oppidum munitissimũ circà Danubium fluuium obsidione tentat. Cui imperator cum imperii ordinibus accurrit: à quo etiam fusus fugatúsque est. 6732 1533

Carolus Cæsar Hispanias cogitat, per Italiam: cui in Venetos fines accedenti, missi sunt obuiam à Venetis Legati ad Bassianum oppidum, qui eum salutarent, proponerent quoq; aduenienti exercitui aliquot dierum uictum. Cæsar per Mantuanos fines Bononiam se confert, cui ierunt obuiam omnes Itali duces, uictoriæ maximæ triumphum multis uerbis congratulantes. Summus Ppntifex Bononiam uenit, ut cum Carolo sermonem habeat, uariisque de rebus cum eo transigat.

Cæsar, pontificis cum duce Ferrariense litem, de Mutina recuperanda, atque aliis aliquot urbibus utrius essent adiudicandis, soluit, ac duci Ferrariensi adiudicat.

Cæsar Genuæ conscendit, ut in Hispanos fines traiiciat cum exercitu. Cæsar in Hispanias regreditur.

Pontifex Romam rediens parum abfuit quin circa Rauennam naufragium fecerit. Cæterum tandem Rauennam delatus, urbem ipsam clàm in suam potestatem redegit.

Missi sunt Romam à Francisco rege duo ampliss. cardinales, Turnonius & Grandimôtis, qui de rebus grauissimis cum pont. transigerēt. Quorū insignem comitatū admirantes Itali, eos nō solum honorifice susceperūt sed etiam multis præmiis ornatos dimiserūt.

Interea dum summus Pont. cum Cæsare Bononiæ agit, Tiberis tertiò Romā aqua opplet: ut nemini hoc mirū non uideretur. quod tam sæpe illud accidisset. sed unius tantum diei periculum fuit. Genuæ, maximi palatii bona pars, eoipso die quo comitia habebantur, fato quodam conflagrauit, & in auras ferè integra delata est, ob sulphurei pulueris cados inflammatos, qui sub palatio locis subterraneis asseruabantur, ad munitiones bellicas. Atqui ita uoluit fortuna, ut non ea pars in qua Senatuscons. fiebat, exarserit.

Idem quoque casus Ferrariæ uisus est paucis postea diebus. Palatii enim maximi pars optima, in qua Renata Galliarū cum suo Hercule diuersabantur, casu quodā fortunæ igne deuastata est, ob inflammatam cuiusdam pharmacopolæ officinam, quæ palatio uicina erat

EXTERNA.

4733 1534 Clemens. 7. Pont. Max. Massiliam se confert, ut cum Francisco rege colloquatur. Quò ubi uterq; conuenit: nō solum de fœderum omniū legibus transactū est inter eos, sed etiam Vrbinatis ducis filiam, Henrico Aurelianensi principi, secundo Francisci regis filio collocauit pontifex. Cardinales duo ex Gallis pontificia authoritate creati sunt Massiliæ. Alter Lexouiensis, alter Castillioneus summi Galliarum magistri nepos. Massiliensis confabulatio.

Cardinalis Grandimontis fato concedit, non sine maximo omnium dolore.

VIRI LITERARVM STVDIOSI.

Romulus Amasæus, utranque linguam Bononiæ summa dicendi felicitate profitetur: Xenophontis opus de principatu Latinum fecit. Amasæus.

Iulius Camillus Foroiuliensis, inaudita ingenii atque eloquentiæ præstantia excellens: benè ac rectè loquēdi scientiā in facilem ac breuem & cōpendiosam memoriæ & artis formulam redigit: ut cuiuis posthac liceat, cognita eius artis formula, multo facilius quàm antea, apte, diserte, & ornate scribere. Quo nomine à rege nostro multis munerib. exornatus est, atq; in Gallias cōuocatus, ut saltem aliquādo tam admirabili ingenii fructu gaudeamus Iulius Camillus.

Gaspar Contarenus, Patritius Venetus, uir grauis, & multarū rerum ac scientiarū cognitione excellens, ut singulare quoddam patriæ suæ ornamentū esse uideatur: multas legationes pro sua republica obiit, tum apud Gallos, tum etiam apud Cæsarem. Sed dum publicis muniis dat operam, posteritatem scriptis suis parum exornare potest. Conscripsit tamen elegantissimā suæ reipub. formulam, ut uel hac ratione cognoscamus, quanta laude digni sint, qui antiquorū hominum uestigia imitentur. Multos habet suorum studiorū comites tum Venetiis tum etiam alibi: quorū catalogum si recensere nobis opus esset, integrum uolumen absolueremus. Gaspar Contarenus.

Ioannes Pflug Lazari Bonamici discipulus, generosis & sanguine & ingenio natus, & qui haud paruam frugem posteritati pollicetur: habet enim præter multarū rerum cognitionem, innatam quandam dicendi felicitatē, quæ doctis omnibus mirum in modū placet. Ioānes Pflug.

Ioannes Guinterius Andernacus, artis Medicinæ studiosus: multa Galeni opera latinitate donauit, cuius rei fructus, posteritati plurimum est profuturus. Guinterius.

Andræas Alciatus Iurisperitus, multa in legum scientia conscripsit, quorum memoria uix unquam est internoritura. Atqui suam artem publico stipendio tum apud Gallos, tum apud Italos diu professus est, & hodie quoque Papiæ profitetur. Alciatus.

Petrus Danesius utriusq; linguæ eloquentiam regio stipendio Parisiis per aliquot annos profitetur, incredibili omnium frequentia atq; admiratione. Post hæc autem uisendæ Italiæ desyderio correptus, Venetias profectus est, eius tantùm rei gratia, ut cum doctis aliquando colloquatur, & fruatur gratissimo literarum ocio. Danesius.

Non est autem quod quisquam existimet, nos hic tantum eruditiores adscribere, aut etiam omnes adnotare qui uel apud Italos, uel apud Gallos aut Germanos literarum sunt studiosi: sed eos tantum adscripsimus quorum memoria nobis fuit in promptu, quósque ipsi nouimus, & cum quibus aliquando uersati sumus.

EXTERNA.

Clemẽtis pontificis mors. Clemens.7. Pont. Max. fato concedit, haud sine ueneni suspicione, agebat enim ætatem adhuc uiuidam. In cuius sedem ex cardinalium omnium suffragio constituitur Cardinalis Fernesius Romanus, senectutis admodū uenerandæ, & integerrimæ uitæ præsul: ut quod de eo statutum est, id diuino quodam sacri spiritus afflatu factum fuisse uideatur. Eo enim die creatus est, quo ampliss. cardinalium ordo in Conclaue, quod uocant, coactus est, præter communem aliarū electionū ordinem, neq; uero ulla unquam fuit de eo statuendo controuersia: appellatúsq; est Paulus.3. cuius creatione noua quadam atq; inaudita lætitia tota ciuitas elata est. Nunciatum est Persarū regem, quē Sophi appellant, magnas imperatoris Turcarum copias fudisse, ipsúmque Turcam fuga salutem petuisse. 6734 1535

Paulus 3. pont. maxi.

Cætera tam incerta sunt, quàm quæ nondum absoluta.

PRIVATA.

Hæreticorū furor. Deprauata hæreticorum quorundam secta eò dementiæ peruenit, ut per aliquot urbium maiorum Galliæ compita, atque adeò, (quod fortassis incredibile uidebitur) in ipsis regii cubiculi ac domus foribus, scripta quædam affixerit, quibus non solum pontificiæ dignitatis ac religionis nostræ decus, sed etiam sacrosanctum Missæ institutum, uerbis quibusdam ita afficiebantur ut nihil sceleratius aut in tota uita acerbius existimari posset. Quod indigniss. facinus ne à Christianiss. rege impunitū relinqueretur: primùm sacris ac publicis supplicationibus Deū placauit, quibus ipse detecto capite, dextra facem humero gerens adfuit: deinde uero tanta diligentia huius sceleris authores, ut qui Christianā religionē labefactarent, undiq; conquirendos curauit, atrocibúsq; suppliciis afficiendos, ut nunquā quicquā religiosius aut Christiano rege dignius factū, uisum aut auditum fuerit.

Legionū creatio per omnes Galliæ regiones. His tandem gloriosissimè peractis, Christianiss. rex, de patriæ libertate atq; salute plurimum cogitans, nempè ut regiones suas aduersus omnia fortunæ tela semper munitiss. habeat: Rhothomagū præstantiss. Normaniæ Galliarū ciuitatem se confert: qua ex regione, sex miliū peditum legionē colligit atq; authorat. Factóq; de more, collectorū militum periculo ac fortitione (quam mostrā uocant) cuiq; pediti ex ærario attributa pecunia numerata est in tres menses, atq; iis admonitis, ne suam regionē deserant, paratiq; sint semper, quando euocabuntur, Franciscus Picardorū regionē inuisit, consedítque apud Ambaxios dies aliquot, conscribendorū ac dicendorū tot militū causa, quot apud Normanos collegerat: quas legiones suæ cuiusq; regionis ac prouinciæ appellari uoluit. Inde uero totam Burgundiæ ac Campaniæ Galliarū oram circumlustrans, permultas alias militum legiones dicit, paratásq; esse iubet quandocunq; sors tulerit. Opus nimirū uigilantissimi & sagacis admodū principis. Neq; uero in ipsa multorū militum manu tota uis bellica consistit: sed futurarū rerum prudentia, ac ueluti solerti quadā uiariorū euentuū præcautione, pax alitur, bellum sustinetur, uictoria maximè comparatur. Quæ omnia faxit Deus Opt. Max. ut tàm feliciter succedant, quanta cum animi alacritate à rege nostro quotidie expectatur.

Præstantissimum hoc atque utilissimū totius orbis Chronicorū opus: ea omnia quæ ab ipsa mundi creatione ad annum usq; 1535 peracta sunt breui quodā stylo complectens excusum est Parisiis, opera ac prælo Iacobi Nyuerdi adscriptitii bibliopolæ & chalcographi: sumptib. uero ac diligentiss. cura, Simonis Colinæi, & Galeoti à Prato bibliopolarum Parisien. Anno à CHRISTO nato M. D. XXXV. pridie Calendas Augusti.

Haud ſecus atque in rerum natura comparatum quotidie videas, Lector, vt quæ res nobis incertæ ſunt maximè, eaſdem etiam difficillimas eſſe conſtet, præſertim cum alicuius ſunt momenti: tum propter ipſarum grauitatem, tum etiam propter varias eorum qui de re qualibet varie admodum ſentiunt ac quotidie referunt, opiniones: ita certe tam inconſtans, dicam etiam difficilis, mihi viſa eſt conſcribendarum (etiam poſt alios) noſtri temporis hiſtoriarum ratio: vt iam facile exiſtimem eum qui id quidem faciendum ſuſceperit: onus omnium longe difficillimum ſuſcepiſſe. Quid enim eſt hodie incertius, quàm quod certiſſimum eſſe deberet? quid inconſtantius, quàm quod conſtantiſſima omnium opinione teneri atque obſeruari iuſtum eſſet? Atqui tantum abeſt vt in temporum noſtrorum ratione non ſolum ab ipſis qui de hac re aliquid ſcripſerunt, ſed etiam ab iis qui ſe dum res ipſæ agerentur adfuiſſe quotidie prædicant quicquam hodie notis certum aut firmū referatur: vt non ſolum anni ſed prope dicam menſes ipſi ac dierum ſupputatio ſecum pugnare videātur. Altero enim aliquid ſcribēte alter vnius aut alterius anni controuerſia cum eo pugnat: dúmque eiuſdem rei à duobus fieri nobis aliquam fidem putabamus, vterꝗ tam ſibi varius atꝗ alienus fuiſſe viſus eſt, quàm quod maxime & ex diametro (quod dicitur) ſecum pugnat. Cum tamen & qui ſcribunt vera ſe dicere, & qui referunt, præſentes ſe ipſis rebus adfuiſſe conſtantiſſime prædicent. Vides quàm nihil ſit vſquàm certum. Itaꝗ mirum tibi non videbitur, ſi quædam à nobis in hac acceſſione ex variorum ſcriptis ac ſententiis deſumpta: quorundā etiam opinionibus emendentur. Tuum autem iudicium fuerit, tua humanitas, & eos qui prius ſcripſerunt, & eum qui à primis authoribus ſua ſcripta deſumpſit excuſare.

Fol.	Pag.	Lin.	
430	2	31	Quidam noſtrorum temporum ſcriptores Ludouicum Sfortiam dum aufugeret ſe in Heluetium conueſtiiſſe ſcripſerant. Conſtantiori tamen opinione poſt impreſſum opus nobis relatū eſt, eū cineritia Frāciſcanorū veſte indutū ab exercitu receſſiſſe.
432	1	18	Corrupte pro conuenta impreſſum fuerat commenta.
		44	Itidem lege conuenta.
434	2	7	Carolus &c. Hanc ſententiam ita immutato. Carolus Archidux Auſtriæ, Hiſpaniarum & Nauarræ rex, cum Rege Gallo fœdus init. Eodem anno deceſſit ducis Albretenſis filius, Regno ſuo infœliciſſime ſpoliatus à Ferdinando Aragoniæ Rege.
Ibidem.		28	Apud Turones legendum. Quidam enim Beati Franciſci à Pola corpus apud Andegauos fuiſſe referebant.

435	2	31	Corrupte impressum fuerat copiarum, vbi pecuniarum legendum est.
436	1	45	Pro Ludouico Sfortia, lege Francisco.
438	1	49	Ioannes Trecensis, lege Pictauiensis.
439	2	44	Quartum fratrem, lege sororium.
440	1	18	Philippi Orangij, lege Philiberti. Item paulopost. atque adeo pag. 2. lin. prima.
442	1	11	Ludouicus, lege Maximilianus.
		15	Pro Barcinonam, lege Bayonam.
		38	Caroli soror, lege amita.
	2	2	Ludouicus, lege Franciscus.
443	1	22	Ita postea nobis relatum est, Cardinales quatuor ex Gallis pontificia authoritate creatos fuisse Massiliæ, vnum qui Lexouiensis appellatus est, alium item Castillioneũ summi Galliarum magistri nepotem. Duos præterea alios quorum alter Lingonensis maris præfecti consanguineus fuit, alter vero Bononiensis, ducis Albaniæ frater.
	2	33	Pro Ambaxios lege Ambianos.

¶ *Hæc tantum quæ hic vides Lector, ex quorundam admonitione notauimus. omnium enim sententias non tenemus, neque vbique esse possumus aut apud quosuis. præter ea si quæ occurrant quæ diligentiori doctiorum opera emendatius ac rectius conscribi potuisse videbuntur, ea quisque apud se pro ingenio, suo codici adscribere haud grauabitur. Omnium enim sententiis inseruire, & librariorum diligentiam eadem opera semper in promptu habere & sumptus maximos incurrere, difficillimum est.*



TEM
PVS

HANC
ACIEM
SOLA
RETVNDIT
VIR-
TVS.